E. p. pil. I.
E. p. 1. pil. 1°

J. B. GRAMAYE

ANTVERPIENSIS

ANTIQUITATES BELGICÆ

EMENDATIORES, ET AUCTÆ

ANTIQUITATIBUS BREDANIS

NUNC PRIMUM EDITIS.

ACCEDUNT HAC EDITIONE

NICOLAI DE GUYSE MONS HANNONIÆ,

DAVIDIS LINDANI TENERÆMONDA.

aa.9.no.

JOAN. BAPT. GRAMAYE
ANTIQUITATES
ILLUSTRISSIMI DUCATUS
BRABANTIÆ,

IN QUIBUS

SINGULARUM URBIUM

INITIA, INCREMENTA, RESPUBLICÆ, PRIVILEGIA, OPERA, LAUDES:

COENOBIORUM

FUNDATIONES, PROPAGATIONES, SACRI THESAURI, ENCOMIA, VIRI CLARI:

ECCLESIARUM

PATRONATUS, MONUMENTA, RELIQUIÆ SANCTORUM, COLLATORES:

PAGORUM

DOMINIA, DOMINI, FAMILIÆ,

Quantum quidem nunc fieri potuit, ſpeciatim deſcripta: Ritus ſacri profanique inſerti: omnia ex ducentis & amplius manuſcriptis Codicibus (quorum præcipui Hiſtoriæ Ducum ſubjuncti nominatim) ex Oppidorum Cœnobiorumque Archivis, ex privatorum plurium ſchædis collecta.

Cum Indicibus Rerum & Locorum copioſis, & Urbium ſingularum teſtimoniis de veritate Scriptorum, & Scribentis diligentiâ.

Præfigitur ejuſdem Authoris COMPENDIUM HISTORIÆ BRABANTICÆ.

LOVANII, apud ÆGIDIUM DENIQUE.
BRUXELLIS, apud FRATRES T'SERSTEVENS.

Anno M.DCC.VIII. *Cum Gratia & Privilegio.*

REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI,

AMPLISSIMI

ANTISTITES, HEROES, VIRI,

POST PRINCIPEM

PATRIÆ PATRES.

NEc magnoperè mihi ambigendum erat cui hos labores meos offerem, nec mirandum Vobis. Sunt illi à Brabanto, in & de Brabantia concepti, ad & per Brabantiam ſuſcepti. Solent parentum altera ubi conceperit, alter ubi ſuſceperit prolem, invitare avos potiſſimùm aut Mæcenates, denique affines & vicinos: illos ut expiando ſalutaribus aquis aſſiſtant, nomen imponant, renaſcentis teſtes ſint; hos ut diem luſtricum honorent, pompam proſequantur, renato congratulentur. Idem mihi uſuvenit. Concepi ex labore, ſuſcepi ex diligentia hanc meam Brabantiam. Nata intra domeſticos parietes, ut typo renaſcatur, inque Clionis fano repræſentetur, publici favoris aquâ expietur, idque Apollinis manu, diem indixi: invitavi qui infantis latus alterum clauderent, ſcriptores utriuſque ordinis & notæ, è quibus, utpotè affinibus, potiora meæ infantis membra derivantur: invitans & vicinos propè, proculque diſſitos, tempora nimirum rerum, etyma, notationes, explicationes vocabulorum, & ſimilia, quæ alterum hiſtoriæ meæ marginem juſſi occupare. Reſtat ut anadoxos mihi & ſponſores accipiam. Et quos quæſo oportuniùs, quos decentiùs illis, quos Brabantia Patres, mea Mæcenates agnoſcit & appellat. Et ut ſolent gratiore halitu narium anfractus invadere lilia quæ ſevimus, ita Vobis erunt Operis quod veſtrâ foviſtis benevolentiâ. Operis in quo omnium & ſingulorum è Vobis decora ad ornatum communis Brabantiæ collecta: Operis in quo quicquid rarum, carum, admirandum, laudandumque habet Brabantia, exprimitur. Quod ideo velim ſereno vultu aſpiciatis & accipiatis, nomen ei de Veſtro faciatis, apertum multis interim ventis & tempeſtati obnoxium, lucis & famæ campum ingreſſuro aſſiſtatis. Scio futuros qui arguent fœtum hunc meum informem eſſe & indignum tam illuſtribus oculis. Sed meminerint rudem indigeſtamque molem fuiſſe

Ante mare & terras & quod tegit omnia cœlum.

Meminerint me tramitem ingredi nunquam ante à quopiam calcatum, viſum quidem & alibi tactum oſtenſumque, peragratum nunquam. Quid mirum ſi alibi deviem, & alibi per ambages, alibi per anfractus ad veri ſcopum tendere coner? Veſtrum erit, VIRI MAGNI, aſpirare, ut poſſim fœturam hanc rudem tantiſper lambere, donec omnium oculis digniſſima evadat. Veſtrum erit laboribus accedere, quos Brabantiæ veſtræ lubens meritò impendi, impendo, & impendam. Quod facturos Vos ut ſpero, ita rogo, Deus erit qui affectum meum in rem communem juvabit, idemque, qui Vos Reverendissimi, Illustrissimi, Amplissimi Antistites, Heroes, Viri, post Principem Patriæ Patres, diu eſſe & ſupereſſe jubebit ad Reip. clavum ſedentes. Quod orat etiam atque etiam

Veſter Cliens

J. B. Gramaye.

AD

AD LECTOREM.

INtereſt te monitum LECTOR, ut Inſtituti mei non ſis ignarus. Habes hìc BRABANTIÆ Antiquitates ſtylo rudi & plebeio, alibi etiam parum latino, quòd putarem tali res noſtrates notius exprimi; breviter, quòd vererer, opus perpetuo filo connexum in immenſum ne excreſceret, minutis etiam & fabuloſis non omiſſis, ut recrearem, & aliis poſt me anſam præberem fabulas diſcutiendi, ſicubi in aut ex iis veritas reperiri queat. Diplomata quæ laudo, fide optimâ, ut vidi, ita citavi. Quoad Urbes & Cœnobia & alia primæ notæ loca, non dubito quin certa afferam; in Pagis ſubinde non ita. Nec ideò aut negligentem me, aut imperitum æſtimabis. Inquiſivi quod & quoad potui: neceſſe fuit nonnunquam, ubi ſcripta deficiunt, dictis fidem habere; & quàm facilè etiam Primarios Pagorum hallucinari? Dices, judicium adhibendum fuiſſet. Id equidem feci, ubi in diſſentientes aut dicentium aut ſcribentium incidi ſententias; ubi unica ſolùm, quomodo potui? Addes, non intereſſe ut minuta illa in chartam injiciantur aut divulgentur. Quæſo te, Romanos & Italos adi, vide an non magis ſingularia de ſuis Urbe agroque ſcribant? Et cur cedamus, cur nòn aſſurgamus? & Scriptores, quibus vitam ſuam & Roma, & Græcia debet, habeamus? Inſerui, & diverſo ab aliis charactere indicavi tam ſacros quàm profanos ritus, & notulas generales, ut tædium levarem, & oculos continuâ Pagorum & familiarum recitatione fatigandos oblectarem. Ubi familias nobiles attigi, ne quis æſtimet, me auribus gratiam feciſſe, aut palponem egiſſe. Scripſi quæ mihi non dicta, ſed probata ſunt per chartas veteres aut Diplomata. Si quos aut quas prætcrii, venia danda prompto parato ſecundis curis emendari, ſuppleri, augeri. Nec enim mihi non vocato licuit privatorum ſcrinia excutere. Juriſdictiones in Pagis non tango, ordinem tantùm, quia ſervandus aliquis, ſervavi, eò collimans ut nominatione familiarùm in quibus dominia ſingula fuerunt, innoteſcat, quæ, quando, & ubi floruerint. Antiquitates ſingularum Urbium, ſeparatim libellis comprehendi, & iis quorum maximè uſus ſum beneficio inſcripſi, quos in unum nunc faſciculum colligo, ut legentium & ementium commodo ſubſerviretur. Nomina eorum qui mihi auxilio fuerunt addidi, tum ut fidem meam liberarem, tum ut ne alienos labores mihi arrogem. In Antverpia & Taxandria diverſam ſequor ſtyli & peregrinationis methodum, ut judicia omnium deſcriptionis hàc diverſitate audiam, quam formam uniformem ſecundis curis magìs placeat amplecti. Rogatos autem velim omnes ad quos labor hic meus deveniet, ut non graventur bono publico quæ privatim habent, communicare, aut ipſi edere.

Quia autem ad fidem ſcriptioni faciendam Urbium ſingularum teſtimonia publica adjecimus, ne aberres, ecce tibi præfixas Cenſuras Lovanienſem LOVANIO;

Thenenſem, Landinenſem, Leewenſem, Halenſem, Arſcotenſem, Dieſtenſem, Zichenenſem, THENIS;

Bruxellenſem & Vilvordenſem BRUXELLÆ;

Nivellenſem, Gemblacenſem, Geldonienſem, Hanutenſem GALLO-BRABANTIÆ ad limitem Eburonicum;

Antwerpienſem, Lyranam, Herentaldenſem, Turnoutanam, Weldenſem & Arendoncanam ANTVERPIÆ;

Sylviducenſem TAXANDRIÆ; *&c.*

VITA ET ELOGIUM

CLARISSIMI VIRI

JOANNIS BAPTISTÆ GRAMAYE,

EX BIBLIOTHECA BELGICA

VALERII ANDREÆ DESSELII, J. C.

JOANNES BAPTISTA GRAMAIUS, Antverpianus, Juriſ-Conſultus, Protonotarius Apoſtolicus & Arnhemienſis Præpoſitus, è Sugambris ſive Geldris originem Majoreſque ſuos habuit. Lovanii anno M. D. XCIV. ſumpto in Artibus Philoſophiaque Magiſterii titulo, Laureâque Juris Utriuſque, quam Licentiam vocant, anno M. D. C. die 26. Octobris ornatus, omne ferè deinceps Diſciplinarum genus tractavit, atque Eloquentiam Juraque Profeſſor Academicus publicè docuit. Pòſt Belgii Principum ac Provinciarum Hiſtoricus, loca pleraque toto triennio luſtravit, Archiva inſpexit, Antiquitates eruit & deſcripſit. Hinc Hollandicam Germanicamque peregrinationem inſtituit, ac demùm ſuſcepto Italico atque Hiſpanico itinere, in Africam delatus fuit, captus à Barbaris, & pleraſque Africæ Barbariæque oras luſtravit. Atque hanc ſuam peregrinationem in *Diario Argelenſi*, atque *Africâ illuſtratâ* breviter ipſe propoſuit. Reliqua illius Scripta, edita variis locis, brevi hoc indice exhibentur:

Conſtantinus, Comœdia. Coloniæ, apud Mylium.

Andromeda Belgica, in adventu Belgii Principum Lovanii exhibita. Lovanii, apud Kellamum.

Elias, Tragi-Comœdia. Lugduni, typis Facheti.

Centuria Poëmatum: Genethliacorum, Epithalamiorum, Epiniciorum, Epicediorum, Odarum, Elegiarum, &c. Coloniæ, apud Mylium.

Centuria Poëmatum Extemporaneorum: Epigrammatum, Anagrammatum, Laurearum Doctoralium, Ænigmatum, &c. Lovanii excudit Kellamus.

Poëſis Bucolica libri II. Urſellis Bircimannus.

Declamationes Heroïcæ. Francofurti, Wecheli hæredes.

Decas Orationum Academicarum. Coloniæ, Mylius.

Libellus Phraſium, & Epiſtolica. Ibidem, Hieratus.

Declamationes III. Parthenia. Lovanii Kellamus.

Declamationes Quodlibeticæ IV. Urſellis Sorbenius.

Aſia & XLII. ejus Gentium Hiſtoria. Antverpiæ 1604. 4to. Joannes Keerbergius.

De primis precibus. Ibidem, Bellerus.

Reliqua Hiſtoriam ſpectant, quà Belgicarum Provinciarum, quà Africanam:

Encomium Brabantiæ. Excudit Amſtelodami Hondius.

Hiſtoria Brabantica: De Brabantiæ Ducibus. Lovanii, Maſius, 1606. 4to.

Antiquitates Ducatûs Brabantiæ: in quibus *Lovanii*, *Bruxellæ*, *Antverpiæ*, *Silvæ-Ducis*, aliorumque Opidorum, Municipiorum, Cœnobiorum, &c. initia, incrementa, opera, aliaque tractantur; pleraque Bruxellæ anno 1606. & 1610. ſeparatim edita.

Anti-

Antiquitates Comitatûs Flandriæ : in quibus *Gandavi* & *Corturiaci Antiquitatum primitias* excudit Antverpiæ Verduſſen 1611. 4to. *Brugas Flandrorum*, Lovanii Dormalius 4.to. *Ipretum*, ibidem Rivius : *Trazeniacum*, Bruxellæ Velpius : *Flandriam Francam*, *Imperialem*, & *Ambachta*, *Pentapolim maritimam*, *Flandriam Gallicanam*, *Betuneam* & *Ariacum*, *Duacena* & *Orchiacum*, Inſulis Beyſius : *Flandriam Lyzanam*, Gandavi Faber.

Namurcum, Tomis II. De Comitibus Namurcenſibus, deque Urbis ac Comitatûs Antiquitatibus. Antverpiæ, Nutius, 1607. 4to. Tomum III. *Antiquitatum Namurceſii*, Lovanii Maſius edidit.

Antiquitates Urbis & Provinciæ Mechlinienſis. Bruxellæ Velpius, 1607. 4to.

Hiſtoriæ & Antiquitatum Urbis Cameracenſis ſumma Capita, idem Velpius, 1608. 4to.

Hasbaniæ illuſtratæ libros X. Coloniæ Egmondus.

Africa illuſtrata libris X. Excudit Tornaci Adrianus Quinque, 1622. 4to.

Diarium Argelenſe, ſive Speculum miſeriæ ſervorum Turcicorum. Athi, Joannes Maſius, 1622. 8vo.

Martyres Argelenſes, ex Hiſpanico Haëdonis. Tornaci.

SUMMA PRIVILEGII.

DIplomate Catholicæ Suæ Majeſtatis ſancitum eſt, ne quis Librum cui titulus : *Antiquitates Belgicæ Joannis Baptiſtæ Gramaye*, *Præpoſiti Arnhemenſis*, *Archidiaconi Ultrajectini*, *J. U. Licentiati & Profeſſoris Publici in Academia Lovanienſi*, *necnon Sereniſſimorum Belgii Principum* ALBERTI *&* ISABELLÆ *Hiſtoriographi*, intra duodecim annos proximè ſequentes, præter voluntatem *Ægidii Denique*, ullo modo excudat, aut alibi terrarum excuſos in haſce ditiones importet, venaleſve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum & aliâ gravi pœnâ mulctabitur, uti latiùs patet in Litteris datis Bruxellis die 25. Septembris 1702.

Signatum :

LOYENS.

J. B.



ILLUSTRISSIMIS

ET

REVERENDISSIMIS

BRABANTIÆ ORDINIBUS

PATRIÆ PATRIBUS,

ITEM

AMPLISSIMIS NOBILISSIMISQUE VIRIS,

Ad publica ejuſdem Provinciæ negotia

PRÆFATORUM ORDINUM

NUNC DELEGATIS

DOMINO HENRICO HUYS, Abbati Dilighemenſi, Sacri & Canonici Ordinis Præmonſtratenſis,

DOMINO ALEXANDRO CAROLO de Pallant, Abbati Nobiliſſimæ Abbatiæ S. Gertrudis, & Privilegiorum Almæ Univerſitatis Lovanienſis Conſervatori,

*

DOMINO

DOMINO JOANNI DOMINICO, Comiti de Maldeghem, & de Steenhuffel, Baroni ac Dynaſtæ de Leyſchot, Domino de Ooſtwinckel, Diepenſtein, Haibes, Marquette, Indevelde, Nederimden, & Ichſchot, Regiæ Cohortis Vice-Præfecto, Satellitum Regis Duci, quondam Pedeſtris Turmæ Præfecto,

DOMINO FRANCISCO HYACINTHO, Comiti de Lannoy, de Lamottry, de Beaurepaire, & Sacri Romani Imperii, Baroni d'Aix, d'Eſpieres, & de Sombreffe, Toparchæ de Mons de S. Gery, d'Achiel le Grand, de Santes & de la Huſſieres, à Catholica Majeſtate CAROLO SECUNDO, glorioſæ memoriæ, quondam Ablegato ad Sereniſſimum ELECTOREM PALATINUM,

D. JOANNI JACOBO VANDEN VEN, Toparchæ de Lathuy, Pietrebaix &c. Conſuli Lovanienſi Primario,

D. JOANNI BAPTISTÆ AURELIO A WALHORN, dicto Deckher, Domino de Termeeren, Conſuli Bruxellenſi Primario,

D. JOANNI BAPTISTÆ DEL CAMPO, Domino de Wytvliet, Primario Conſuli Urbis Antverpienſis,

D. NICOLAO d'EYNATTEN de Schoonhove, Toparchæ de Terhaghen, Gerardmont &c. Conſiliario, & Primario Penſionario Lovanienſi,

D. HENRICO PIPENPOY, Exconſuli Primario Bruxellenſi, nunc Conſiliario & Penſionario,

D. JOANNI FRANCISCO LAMS, Urbis Antverpienſis Conſiliario, & Primario Penſionario,

D. PETRO & D. HENRICO VANDEN BROECK, Equitibus, Ordinibus Brabantiæ à Conſiliis & Secretis.

ILLUSTRISSIMI

ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI,

GRAMAYUM ſub Illuſtriſſimi Nominis Veſtri auſpicio publicæ luci reddimus, aut potiùs damus: mendoſiſſimum ſiquidem hactenus, Typographorum ſeu inſcitiâ, ſeu incuriâ, immani labore, germano autographi nitori reſtituere, operæ pretium eſſe duximus, rati non inutilem nos Reipublicæ operam navaturos, ſi Belgicæ noſtræ luculentiſſimam Hiſtoriam, quæ peregrina etiam ingenia in ſcribendi curam advertit, quàm emendatiſſimè, prout licuit, ederemus, maximè ab Hiſtorico Gentis noſtræ Principibus, ALBERTO & ISABELLÆ probatiſſimo, eoque noſtrate, conſcriptam, cui & populi indoles ac mores magìs perſpecti, & Archivorum eruendorum major opportunitas cum penitiori notitia conjuncta fuerit; tum evolvendæ antiquitatis ſtudium ſummum, & incredibilis diligentia. Et quidem alios rerum Belgicarum Scriptores, ita ſeu bella, ſeu tumultus occuparunt, ut cetera neglexiſſe videantur; cum GRAMAYUS noſter ita ſingula, non Urbium tantùm aut Oppidorum; verùm & locorum, & rerum pleriſque ignotarum monumenta, ab incunabilis ſuis retro inveſtiget, ut ad exactiſſimam indaginem deſiderari nihil poſſit. Quare præ ceteris, VIRI ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI, ſperavimus non ingratos fore Vobis Typographiæ noſtræ conatus, cum ad Vos, qui Patriæ negotia ſapientiſſimè adminiſtratis, propriè ſpectet earum rerum notitia quarum Vos propior tangit cura: cumque PATRIÆ PATRES & dicamini & ſitis, immunitates & Privilegia Brabantorum tutelæ & fidei integerrimæ veſtræ commiſſa ſunt, quo à Vobis ſarta tecta ſerventur,

tur,

tur, quæ omnia, Auctoris noſtri gnavâ diligentiâ ſic collecta & conſervata ſunt, ut quàm plurima eorum ab oblivionis interitu vindicarit; adeo ut hunc librum meritò liceat appellare Belgicorum Jurium Archivum. Erit aliunde tum Principi, tum primariæ harum ditionum Nobilitati, ut confidimus, gratiſſimum, quod librum hunc veſtro dignati ſitis patrocinio, quippe cum Majores ipſorum, heroicâ munificentiâ, tot loca ſacra, ſeu ad Cleri ſplendorem, ſeu ad pauperum ſubſidium dotarint, Civium Collegia ampliſſimis libertatibus exornarint: acceptum planè iis erit ILLUSTRISSIMOS BRABANTIÆ ORDINES, illius operis præſidium ſuſcepiſſe quo eorum Avorum memoria poſterorum gratis animis tranſcribitur & immortalitati conſecratur. Noſtrati autem populo quid jucundius, quàm Privilegia quorum tutelam profitemini, in manibus Veſtris verſari, dum Veſtris auſpiciis GRAMAYUS redivivus publicam lucem aſpicit? Et Inclytos Proavos, Majoreſque Veſtros, eò amplius numquam intermoriturâ memoriâ devenerabitur, eorum præclara in GRAMAYO monumenta revolvens, quò magis eo ipſo intelliget, Vos Heroibus tantis ſimiles eſſe illuſtres Poſteros, ut aviti ſanguinis ita & virtutum hæredes qui Patriæ ſaluti & ipſius immunitati tuendæ, vigilias & labores Veſtros impenditis. Quod cum porrò ſtrenuè faciatis de Muſis & liberalibus artibus bene merentes, æquum eſt ut Auctoris noſtri litteratiſſimi Viri fructus Vobis conſecrentur, & quamcumque operam in eo edendo collocavimus, honori & Nomini Veſtro inſcribamus, obſervantiæ noſtræ pignus, omni ære perennius.

ILLUSTRISSIMARUM ET REVERENDISS. DD. VV.

Humillimi ſervi & clientes

ÆGIDIUS DENIQUE

FR. TSERSTEVENS.

J. B. GRAMAYE
HISTORIA BRABANTICA.

Sereniſſimis Belgarum Principibus,
ARCHIDUCIBUS AUSTRIÆ,
DUCIBUS BRABANTIÆ
ALBERTO ET ISABELLÆ
MONARCHARUM, IMPERATORUM, REGUM
POSTERIS ET AFFINIBUS
FELICITATEM APPRECOR.

VEnio ad aram Celſitudinis Veſtræ depoſiturus exile munuſculum. Ita ſolent Magnis Divis vota nuncupari; ita Divis Auguſtis ſalutem dicturi, ita Auguſtis Perſarum Regibus ſe exhibituri Chariſtion aliquod repræſentare. Et veluti placant Liberum Patrem geniales pampini, placent Legiferæ Matri flaventes ariſtæ, Neptunus honoratur equo, quia nimirum eorum ea ſunt munera aut inventa; ita placaturam ſpero, placituram ſpero Serenitati Veſtræ Brabantiam, cui gloriæ initia à veſtris Majoribus, dignitatis incrementa à Parentibus, virtutum omnium chariſmata à Vobis. Amplius ut gratiora Jovi quæ Dialis peragit ſacra: Herculi quas Potitii faciunt, epulæ: Gradivo quas Salii: Cybelæ quas Corybantes faciunt, ſalutationes, quàm illa queis lucentem rude verberat aëra vulgus. Sinite ita & Vobis accidere, MAGNI PRINCIPES, gratiora, quæ offert veſter origine, natalibus, profeſſione; quem non utique digniſſimum, ſed unum è multis ad hiſtoriographi functionem, & illuſtrandum Belgium elegiſtis. Is certè Auſtriacæ Domûs Auguſtiſſimæ genius ſemper fuit, ea mens, ut cum omni Heroicarum virtutum genere ceteris antecellant, tum verò maximè in curis habent religionem & eruditionem. Et quis eſt, qui in Vobis aut horum aut illorum aliquid jure queat deſiderare? Virtutem? Loquuntur illa in Menapiis Moriniſque propriâ Archiducis manu ductu fixa trophæa, & nunc ultra Moſam Rhenumque veſtris auſpiciis arma virtutemque producta. Pietatem? Teſtantur tot veſtris opibus ornata, dotata, templa, cœnobia: veſtro auxilio tot undique imò & è Comitatu veſtro monaſteriis conſecratæ Nobiliſſimæ Virgines. Clementiam? Norunt omnes, quibus integrum quotidiè Principis ora tueri, querelas deponere, neceſſitates exponere. Et verò felices præ aliis Belgas, quibus ii obvenerint Principes, quibus Illuſtriores invenire, meliores deſiderare, prudentiores optare nequirent. Quos longævos eſſe optat oratque, quiſquis Belgium optat oratque eſſe fortunatum. Et ego in illis. Lovanii ineunte Octobri, anni M.DCVI.

Sereniſſimarum Celſitudinum Veſtrarum

Cliens,

J. B. GRAMAYE.

AD LECTOREM.

CANDIDE LECTOR.

NE ſcriptionis & ſcripti hujus te offendat inſolentia, libet paucis præfari & inſtituti mei apud te rationem deponere. Miratus ego ſæpius in hoc fertili doctorum ſeculo & Belgio ita paucos, ita nullos eſſe qui illuſtrandæ ornandæque patriæ ſtudium in ſeriam admittant cogitationem, paſſim externorum ſollicitos & curioſos cum labore & laude. Quorum ego defectum aut oblivionem etſi ſciam majus quiddam eſſe, quam ut vires meæ patiantur, tamen (laudem non arrogo) veniam merebor, ſi exteris & noſtratibus ex 200. & amplius calamo exaratis codicibus collectam obtulero Brabantiam; cui ſua quiſque plura alii, meliora doctiores adjicient. Habes hic hiſtoriam, non ſingula & minutatim à Ducibus noſtris ubivis locorum geſta, ſed in ipſa duntaxat Brabantia. Quæ extra eam ſuffecit digito notaſſe, ſuis ſingula locis ubi peracta ſunt, pernarranda. Auctores exteros noſtratibus accedentes in marginem rejeci, ne eorum frequens repetitio oneri eſſe queat obiter lecturo. Quæ ſub Burgundiæ Principibus geſta, non attigi; quia deceſſor meus ſingulari volumine id fecit antea. Quæ ſub Auſtriacis geſta ſuffecit indicis in morem percurrere. Interim quicquid ab utriſque in Brabantia actum, in Analectis Antiquitatum invenies. Si quid in ſcripto hoc tam vario, multiplici, novo elapſum; aut ſicubi lapſus, omnibus citra affectum cenſentibus affero ſpongiam, ſcalpellum, ſtylum. Publicè omnes utriuſque ordinis viros rogo, moneant, ſuggerant, emendent, emendaturo ſecundis curis, ſi quid minus rectum, certum, perfectum, expreſſum, & interim ad aliarum Provinciarum Antiquitates hac qua Brabantiam abſolvi, methodo progreſſuro. Ita habe & vale Lector.

HISTORIA BRABANTICA.

CAPUT PRIMUM

Continens quadringentorum & amplius annorum geſta, quo tempore ſub Ducibus ſuis Troiani ſanguinis, aut ſi mavis Agrippinæ Regibus fuit Provincia.

ETsi non dubitem idem Brabantiæ, quod ceteris nationibus eveniſſe, ut nonnulli ejus illuſtrandi ſtudio, ubi hiſtoriæ lumen deficiebat, ad majorem ſcriptionis gratiam multa commenti ſint, longos Regum ordines, geſta, utinam non & nomina digerendo, antiquitatis opinionem credulo lectori facientes. Etſi non lateat illud quia multis peccatur inultum, oblectat tamen ſubinde veriſimilis narratio, quam ſi ex toto factam eſſe non credimus, ſcriptam tamen eſſe non inficiemur. Talia erunt quæ hoc capite digeſſi, auribus gratiam facturus, annalium fidem ſecutus, à qua olim etiam primi nominis viros non abhorruiſſe ſcio, modò omnes vulgariter doctos applaudere.

Inter annalium compilatores, aliquos offendi & aliqui me, Brabantiæ [1] ſeminarium ex arca Noë tædioſâ deductione petentes, quos nemo non faſtidiat. Alii parciùs gaudent in Troiæ fumo famam venari, & Antenorem aut Hectore [2] natum Francionem [3] invenire, cujus poſteritas ex Iſauria in Pannonias [4] dilapſa, indeque in loca Rheno contermina, utrobique Sicambrorum [5] (id nominis à Duce mutuaverant) nomini & regno [6] dederit initium. Potuiſſem ſeriem prodigioſam & geneas exſcribere, ſi putaſſem ex nudis nominibus aliquam voluptatis umbram ad curioſos perventuram; Ideoque malim hinc magno ſaltu ad Salvium Brabonem calamum tranſferre.

Hic putatur apud Arcades [7] enutritus, Julio Cæſari [8] in expeditione Gallicana Comes extitiſſe, primòque Thuringis [9] ab eo domitis Rex datus, mox etiam Agrippinatibus, [10] in quorum fide erat, quicquid [11] Rhenum [12] inter Scaldimque terrarum jacet, quod exinde penes Brabonici ſanguinis Reges perſeveravit. Addunt id temporis quendam portentoſæ magnitudinis [13] tyrannum [14] arcem in ſupercilio Schaldis habitaſſe (arcis [15] & hominis etiamnum monſtrantur reliquiæ) prætervavigantibus [16] niſi dimidium mercium pependiſſent, [17] dextras amputare ſolitum. Certè id adeò creditum ut Scriptor [18] fide dignus ex oculati teſtis ore tradat ante 200. aut circiter annos in Taxandriæ locis repertam ex plumbo arculam juſto numero manibus ſed exanguibus & arefactis plenam. Quidquid ejus ſit, manuum [19] & arcis in ſcutis ſuis monumentum refert [20] Antwerpia, nec nomine [21] multùm recedens, ubi Antigonum, [22] (id gyganti nomen erat) Brabo ſingulari [23] certamine interemit erectoque trophæo dextram [24] gygantis in flumen projecit, ejus facinoris merito S. Imperii [25] Marchio [26] declaratus, manente etiam Antwerpiani juris, medietate [27] fluminis, quouſque nimirum projecta manus. Idem auctior Swanæ [28] (ſoror [29] ea Cæſaris dicitur) connubio, præſtitoque in [30] Martis æde Lovanii fidelitatis juramento [31] ſcribitur non minus amplam quam pacificam ad [32] poſteros tranſmiſiſſe poſſeſſionem. Et memoriæ datum ut Brabantiæ [33] caput [34] Lovanium (quod hodieque ſervant) haberetur.

1. Nicolaus Clericus & Chronicon magnum impreſſum Antverpiæ anno 1525.

2 Franciſcus Roſieres tomi 1. hiſtoria 4. hiſtor. Lothar.

3 Chronicon Brabantiæ impreſſum à Joan. Doeſborch anno 1530.

4 Fusè de his Lazius l. 3. de Gentium Migrationibus.

5 Ex Regum genealogia apud Henninges & Lazium & alios.

6 De hoc latiùs in Geldricis.

7 Annales vulgò & liber coi titulus Speculum Belgii.
Vide an fidem mereatur ex eo quod addunt Julium R. Arcadiæ filium fuiſſe & Brabonis Collactaneum.

8 Præter ſupradictos id refert Genealogia Trudonenſi Chronico præfixa.

9 Conſentit Regum Turingiæ ſeries apud Henninges & alios.
Si ita eſſet, Romani haud dubiè non tacuiſſent.

10 Conſentit Regum cathalogus Chronico præfixus.
Meritò dubites an non de his veriora Romani ſcribant.

11 Quorſum ergo tot gentium Regum, rerumque publicarum apud Cæſarem & alios nomina, ſi unum omnes & Romanis amicum (ut narrant) Regem agnoſcebant?

12 Hos limites etiam Rogerius aſſignat hiſtoria 5. tomi primi.

13 Conatus eſt id fusè refutare Goropius libro ſingulari.

14 Caſſianus libello de Gygantibus.

15 Nomen ei Gygantis domus, quamquam alii eum ſub Scaldi velint habitaſſe.

16 Neſcio an non locorum prout tum erat ſitus, aut mari, aut ſylvis invius refellere poſſit illas navigationes.

17 Alii minus veriſimiliter narrant eum portosii loco dexteram exegiſſe.

18 Abbas Scriptor chronicorum S. Trudonis.

19 Goropius de eis aliqua, ſed non omnia mihi probata.

20 Jam inde ab annis 500. ut ex diplomatum ſubſignatione collegi.

21 De hoc arridebunt fortè magis quæ in Analectis Antverpiæ afferemus.

22 M. S. Rithmorum popularium parte 1.
Nomen Græcum cujus ne veſtigium quidem in noſtrate lingua.

23 Annalibus noſtris, vicinarum Provinciarum conſentiunt Chronica.

24 Lowius ad Molani Militiam ſacram.

25 Faſciculus Temporum in indice noſtrorum Ducum & Marchionum.

26 De hoc latius & fortè certius tectiuſque agemus c. 3.

27 Id Chronici omnes una voce tradunt.
Quid olim fuerit non mihi liquet: hoc ſcio, multo aliter ſe rem habere.

28 Chronica Tongrorum & Leodicenſium c. 6. & 7.

29 Miror curſd Romani facundi rerum ſuarum promptores tacuerint.

30 Viderint Lovanienſes an certo id probare poſſint.

31 Rogerius hiſtoria 24.

32 Obiiſſe traditur ante Chriſtum natum anno 51.

33 Occurret fortaſſe & hiſtoriæ cap. 8. & Analecta legenti ratio certior

34 Caſtergatenſis tractat. 1.

Sal-

Salvio Braboni aſſerunt Carolum [35] filium & hæredem [36] ſucceſſiſſe, & amplius aditæ poſſeſſionis terminos [37] ad Oceanum Friſonicum [38] extendiſſe, Auguſti ævo [39] & beneficio. [40] Datumque horum, patris dico & filii memoriæ, ut alterutrius nomen, ſecuti per ordinem Duces ſuo quaſi commune præpoſuerint. Quod niſi dicamus non video quomodo annalium Scriptores diverſa [41] ſucceſſorum [42] nomina proferentes liceat conciliare.

Itaque Carolus, quem dixi, filiis Tito [43] & Julio [44] patrimonium diſtributurus illi Turingiam, [45] huic cetera ultra Rhenum aſſignavit. Hujus tum alibi tum inter Rhenum Moſamque in Juliacenſi [46] oppido extat memoria, Octavium [47] nacti ſucceſſorem Romanoque Troianoque [48] ſanguine digniſſimum. Quod ejectis Valentianis [49] Saxones fateri, Traianus [50] Imper. agnoſcere nunquam deſiit, hunc potiſſimum totius Belgicæ appellans Gubernatorem, [51] cujus virtus prima Barbarorum impetus excepiſſet. Hac in functione & ipſe & filius Godardus [52] & denique nepos [53] Gottofredus [54] laudabiliter [55] perſeveravit: Poſterior etiam M. Antonio Vero in Saxones [56] & Germanos auxiliator. Sed quod nepotem ejus Commodus Veri Succeſſor Romæ pereiſſet, non muliebriter ferendam ratus injuriam Treviris [57] Germaniſque in belli ſocietatem pertractis palam [58] deficit, præſidia Romanorum ab oſtiis fluminum ejiciens. Quibuſcum Vericus [59] demum filius pacem compoſuit, hinc æternâ oblivione ſepulta, (quod Commodo extincto minus grave erat) injuria; inde relicto [60] Belgarum [61] Ducibus veterum poſſeſſionum jure. Verico etiam tum ſuperſtite Artſardus filius in adminiſtrationis & curarum partem à patre jam inde receptus, Carauſio [62] Maximiani Cæſaris Legato propter ſcelera exautorato ſurrogatus à Romanis. Qui utrique Conſtantini [63] M. Parenti præſto fuiſſe traditur, alteri [64] quidem in Alemannos, alteri verò cum ex Britannia [65] Treverim verſus iter dirigeret. Martſandus [66] eo natus ipſius [67] Conſtantini in Licinium Maxentiumque caſtra ſecutus, regni inſuper ſui [68] per Hannoniam Atrebates, & Picardiam fines legitur propagaſſe. Qui eum ſecutus Taxander [69] urbi [70] aut regioni nomen dediſſe creditur, & Gratiani Cæſaris (cauſa non traditur) indignationem incurriſſe, periculo tamen ereptum Germanici [71] & Albagaſti artibus, voto concepto ſe Chriſti dogma [72] amplexurum. Vinculis Ita expeditum impensè Maximiano Auguſto faviſſe, Theodoſio inſuper acceptum fuiſſe pro comperto habemus. [73]

Succeſſores Anſigiſus [74] Honorio contra Barbaros militans victi apud Arelatem Groſii Vandalorum [75] Regis laudem reportavit. Carolus [76] cui formæ decus [77] *Pulchri* cognomen fecit, Valentiniani Imper. equitum magiſter & ſororius audiit. Hujus filius, illius nepos [78] Lando creſcentibus indies Francorum in Belgio rebus parum in Romanis ſpei reliquum eſſe videns, cœpit [79] Childerici Francorum Principis partes fovere. Et poſt eum Auſtraſius [80] (à quo [81] nomen regno hæſit, ſicut à patre urbi) filius, [82] Carolus Naſo nepos, Berthari Thuringiæ Ducis gener, Carolus [83] ab Haſbaniæ natali illuſtre ſortitus nomen, pronepos. Quorum hic Theodoberto Auſtraſiæ Regi ab intimis conſiliis legatione inſuper ad Juſtinianum honorifica functus Carolomanni pater aliquibus ponitur.

35 Speculum Belgii l. 4. cap. 8.
36 Petrus Damianus apud Chronicos.
37 Vellem non adderent Auguſtum in ſylvir inter Bruxellam & Lovanium ſitis natum.
38 Occo Scarlenſis l. 1. tangit victoriam & bella.
39 Joannes Monachus cujus ſcripta quidem non vidi, ſed citata legi apud diverſos.
40 Miror tam potentis viri ita obſcurum Romanis nomen fuiſſe, ut tot Belgarum ſeditionibus non innotuerit.
41 Annalium quidam poſt hunc Carolum 8. ex ordine Carolos ſibi invicem ſuccedentes in Regno nominant, quorum ultimus Pulcher dictur. Alii quos nos ſequimur, recenſent prout hic recenſitos vides.
42 Suſpecta eſſe poſſet hæc Scriptorum inconſtantia.
43 Quam vellem hunc Titum non facerent Veſpaſiani patrem.
44 Præfuiſſe volunt annis 53.
45 Turingiæ Regum ſeries reſpondet apud Henninger.
46 Alii hoc opus Julii Cæſaris eſſe volunt. Diſplicet doctis hæc varietas, quanquam facilis conciliatu.
47 Obiiſſe eum tradunt anno 140.
48 Famam fuiſſe ejus rei ex Diplomatum fide ſupra docui.
49 Hannoniæ Chronica & Joannis Guiſiani l. 4. part. 2.
Cum harum conditorē vocent Valentinianum Imper. miror cur tam longo ante Valentiniani tempore eas nominent.
50 Traianum Belgicæ Præpoſitum etiam Romani fatentur.
51 Iſtud dignitatis genus inter Romanos non legi, tamen non impugno id factum.
52 Obiiſſe volunt eum anno C. 187.
53 Qui hic Reges aut Duces vocantur, ſi Romanorum præfecti fuiſſe ſcriberentur, plures crederent.
54 Hunc autem obiiſſe volunt anno C. 232.
55. Speculum Belgii l. 4. cap. 10.
56 Belli geſti meminerunt fide digni Saxonum & Germaniæ Scriptores.
57 Si Friſios rebellaſſe ſcriberent, nemo ambigeret, quos Germanorum nomine licet intelligere.
58 Defectionis meminerunt hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores & Geſtorum à Cl. Albino.
59 Vitâ functum ſcribunt anno 287. centenario majorem.
60 Rogerius hiſtoria 27 & ſequentibus.
61 Quidſi, cum tanta Romanorum, qui Belgicam gubernarunt, apud auctores raritas invenitur, diceremus, Belgio ab eis Belgas aliquot impoſitos, & ex eo genere fuiſſe, quos recenſemus Duces?
62 Meminit ejus hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor non unus.
Quo longius progredimur, eò magis veriſimilia afferemus.
63 Expreſſè Zonaras & alii meminerunt.
64 Rogerius hiſtoria 29.
65 Ex Zoſimi Cedrenique hiſtoria.
66 Obiiſſe putatur anno 375.
Nominis hujus veſtigia aliquot videbis in Analectis urbium.
67 Speculum Belgii l. 4. cap. 13.
68 Conſentiunt Hannonum Chronica.
69 Obiiſſe lego an. 406. & amplius eum vocari à pleriſque filium Caroli Naſonis, nepotem Brabonis, pronepotem Caroli Pulchri.
70 Verius dicerent urbem aut regionem ei nomen dediſſe, cum Taxandri longe ante noti fuerint.
71 Noti ſunt Romanis Græciſque Scriptoribus.
72 Id prolixè refert chronicon Trudonenſe vetus M. S.
73 Optaſſem Annales quos vidi aliquanto magis ſetiam habuiſſe rationem temporum.
74 Obiit an. 436. & fortè is eſt quem alii Brabonem primum vocant.
75 Hiſtoria M. S. Vandalica meminit hujus.
76 Obiit an. 460. & ab aliis prætermittitur in ſerie Ducum.
77 Speculum Belgii l. 4. cap. 14.
78 Obiit anno 478. & nonnullis Brabo ſecundus vocatur.
79 Franci Scriptores meminerunt.
80 Obiit anno 504.
81 Magis probabiliter alii Auſtraſiæ nomen derivant, quod ad Orientem ſita eſſet à Teutonico Ooſtreich: ut à Weſtreich, corruptè Neuſtria formata eſt.
82 Obiit anno 536.
83 Obiit anno 586.

CAPUT II

Complectens 50. plus minus annorum geſta, quibus Brabantia per Duces Auſtraſiæ Haſbanici ſanguinis gubernata à Francorum ſtetit arbitrio.

BRabantiam poſtquam Franci [1] cum reliquo Belgio, armorum jure ſuam [2] fecêre, Vandalorum, [3] Hunnorumque prædis ſubinde exhauſtam, regni ſui clientibus beneficiario titulo poſſidendam diſtribuerunt, aut, ſi qui ſupererant re-

1 Chronicon Belgii parte 2. cap. 6.
2 Id factum ſub annum 500.
3 Vide de his caput ſingulare in prolegomenis.

ceptis in fidem prioribus dominis eodem jure permiſerunt. Rationem, cur id aſſeram, habeo; exempla etiam eorum omnium qui diverſis in hoc tractu monaſteriis latifundia donaverunt. Ita nimirum Trudo [4] in Hasbania, Guibertus [5] in Bratiſpantio, Bavo [6] in Menapiſco, Ansbertus [7] in Taxandria potentes & opulenti, vocantur *nobili Francorum &* [8] *Auſtraſiæ Regum aut Ducum ſanguine procreati.*

Ceterùm cùm bifariam [9] Francorum divideretur Imperium in *Auſtriam*, [10] puta & *Neuſtriam*, [11] *Auſtriæ* ſive *Auſtraſiæ* Brabantia contribuebatur. [12] Ex cujus Regni laceratione [13] fines ſuos extendere Brabantis integrum fuit, qui jam inde Regni, ſub cujus latuerant [14] tutela, nomen aſſumpſerunt Auſtraſiæ Duces [15] ſive Principes dicti.

Interim illuſtres aliquot hujus Provinciæ Heroës extiterunt, neutiquam ſilentio involvendi. Inter quos virtute & opibus facilè primus [16] Carolomannus [17] incertæ originis; incertæ dico, quia de progenie ejus inter Scriptores non convenit, aliis per [18] Sigibertum, Priamum, Heribertum, Leontium, Merovæum, Dioclem ſucceſſivè adſcendentes genus ejus ad Sunonem [19] Orientalis Franciæ Regem referentibus; aliis ad [20] Anſegiſum inferioris Germaniæ Ducem, [21] interjicientibus inter utrumque Brabones tres, quorum primus aſſignatæ ſibi [22] per Maximianum inter Scaldim Moſamque Provinciæ nomen communicarit: aliis minùs fortaſſe convenienter Caroli [23] Hasbani, in quo ſuperius caput concluſimus, prolem eum facientibus. Ut ut eſt, in Hasbania [24] & quidem Landini [25] plerumque egiſſe conſtat, Childeberto [26] Auſtraſiæ Regi inprimis charum & in Longobardos [27] auxiliarem fuiſſe, Clothario autem Francorum Regi in Brunechildim [28] noſtrates juxta & Gallorum narrant hiſtoriæ.

Mortuus [29] virtutis ſuæ æmulum & hæredem invenit Pipinum [30] (à quo Ducum ſuorum cathalogos ſaniores exordiuntur Chronographi) [31] Virum ſanctitate & omnibus, [32] quæ Principem & Chriſtianum ornare ſolent, virtutibus conſpicuum, domi æquè ac foris, pace non minùs quàm bello clarum. Quem *Brabantiæ Archiducem*, [33] quia ob eo conſecuti Duces gloriæ, & fortè generis ſui initium capiunt; *Patriarcham*, [34] quod Principum iſtius tractûs ſenior & opibus, dignitate, potentiâ primus; *Apoſtolum* [35] ob reparatum [36] Barbarorum irruptionibus multum imminutæ Religionis ſtatum; *Auſtraſiæ* [37] *Principem* ob demandatam ei Regum tutelam; [38] *Regni Franciæ Gladiatorem* [39] quia Ducum primus; *Majorem Palatii*, [40] &, *intimi participem*, *principemque* [41] *Conſilii* (quos titulos Dagoberti [42] & aliorum beneficio Regum conſecutus ad poſteros tranſmiſit) ab exteris appellari non ſine occulto voluptatis ſenſu audiunt noſtri populares. Cùm verò [43] *Pater Patriæ* (nomen eſt vetus novum, non niſi [44] optimè de Republica meritis concedi ſolitum) *probatiſſimæ vitæ* (id ipſius uxoris, [45] filiarum, nepotum miraculis poſt mortem illuſtrata ſanctitas comprobavit) *puriſſimæ famæ* (id procul diſſiti Principes [46] & Antiſtites [47] teſtati ſunt) *ſapientiæ Domicilium* (nec enim aliud à maximis Viris Arnoldo Metenſium, [48] Cuniberto Agrippinatum, Amando Tungrorum Epiſcopis, quos in intimæ locum familiaritatis aſſumpſerat, haurire poterat) *conſilii Theſaurus* (ut non immeritò Lotharius & poſt eum Dogobertus [49] totius Regni ſtatum ab ejus ore voluerit pendere) *Defenſio legum* (proprium & huic & poſteris hujus fuiſſe mox patebit) *controverſiarum Finis* (Judicis officio [50] functum, & laudabiliter functum colligas) *Munimentum Patriæ* (bella Dagoberti [51] cum Saxonibus, [52] Sclavis, [53] Vaſconibus, [54] Winidis [55] hujus virtute potiſſimùm, & Childeberti cum Longobardis [56] hujus auxilio confecta teſtantur) *Curiæ Decus* (primum virtute, genere, merito, potentiâ docui ſuprà) *Via Ducum*, *Diſcipli-*

4 Chronic. Trudonenſe parte 1. ex diverſis Rhemenſium Epiſcoporum Reſcriptis & Diplomatibus.

5 Sic vocatur in Diplomate Ottonis Auguſti pro monaſterio dato.

6 Meierus l. 1. & ex eo Molanus.

7 In Diplomate donationis ejus Eccleſiæ Ultrajectinæ factæ.

8 Ampiius obſervo ferè omnes ullius tum in Auſtraſia nominis Pipinis noſtris affines fuiſſe.

9 Hunibaldus l. 2. hiſtoriæ Franc. & alii omnes.

10 Fusè de his nominibus Lazius l. 13. de migrationibus gentium.

11 Nomen à ſitu inditum, factaque hæc partitio poſt an. 514. inter Magni Clodovæi filios.

12 Bogardus l. 7. Rerum Lovanienſium id fuſe probat ab aliis ante dictum.

13 Probavi id ex Diplomatum fide ſupra in Iſagoges c. 4.

14 Heuterus l. 2. c. 14. id probat.

15 Præter ea quæ alibi dixi, ſunt qui putant Auſtraſiæ (interioris nempe) Duces fuiſſe, & dictos fuiſſe, quaſi totam inferiorem Auſtraſiam ſuo ſub imperio habueſint.

16 Meierus ad annum 615.

17 Hic ſi non caput, ſaltem ex eis quos novimus primus familiæ Carolingorum, quæ totius Franciæ poſtea facta eſt potens.

18 Sic Lazius l. 3. geniam deducit.

19 De eo Franci & genealogiarum Scriptores utpote Marcomyri f.

20 Trithemius in Chronico Hirſaugiæ.

21 Lazius l. 2. c. 9. docet Belgarum Ducis dignitatem Romanorum ævo fuiſſe, quem vide.

22 Conferre hæc licebit cum iis quæ ſuperiore capite & Iſagoges c. 2. annotavi.

23 Henninges tom. 4. regni 2. parte priore folio 120.

24 Vide Landinenſia. Quidam aiunt Eccleſiam Heſpeni pagi juxta Landinum à Carolomanno ſtructam.

25 Annales parte 2. c. 6. & ex eis Molanus, Divæus, alii.

26 Chronicon Franciæ p. 2.

27 Vide Diaconum.

28 Henninges ubi ſup.

29 Ob. anno 615. aut ut alii 629.

30 Rogerius hiſtoria 47. In M. S. Curiæ Bruxell. & veteribus populari lingua ſcriptis Pupinum lego, cui Landenſis cognomen ab urbe quam ſtruxit, aut ubi natus, qua delectatus eſt.

31 Divæus, Barlandus, Molanus.

32 M. S. Agyologi Brabantinorum in Rubea Valle parte 1. vita 1. & ſequentibus.

33 Molanus lib. 1. Rerum Lovan. ex Archivis oppidi. Vel quod alios ſub ſe Duces habuerit.

34 Sic à Stephano Abbate vocatur in vita S. Modoaldi.

35 Molanus in Martyrologio.

36 Patebit id in Analectis.

37 Surius in vita S. Gertrudis.

38 De Dagoberti tutela ei commiſſa Gaguinus, & Annales cap. 10.

39 Lowius ad Molanum ex hiſtoria Francorum, & Annales cap. 10. Id ego nominis idem eſſe puto cum gladifero, cujus dignitas prima, qua etiam Aquiſgrani honoratos ex Ducibus noſtris aliquot poſt docebo, quanquam Annales à Lothario Rege an. Regni ſui 30. velint Pipino & Succeſſoribus conceſſum.

40 Sic à Sigiberto vocatur in Diplomate dato an. 623. ut ſupra. Alias Major domus aut palatii, Princeps aut primus Palatii, Princeps Palatinus, quæ eadem ſunt, vocatur.

41 Sigibertus anno 625.

42 Ado Viennenſis in Chronico.

43 His quæ ſequuntur elogiis Pipinum honorat Stephanus Abbas Leodienſis in vita S. Modoaldi.

44 De eo Lazius Commentariorum Reip. Ro. lib. 3. c. 17.

45 Vitæ extant in Analium parte Agyologi Rubeæ Vallis Tomo 1, Molano, Surio & aliis.

46 Vide diplomata à Rogerio collecta operique præfixa.

47 Vide Chronic. Trudonopolis p. 1. l. 1. c. 5.

48 Annales p. 2. c. 10. & vitæ illorum apud Surium.

49 Waſſeburgenſis idem refert.

50 Id teſtatur M. S. D. Gertrudis vita ſervata Nivellis.

51 Molanus Militiæ ſacræ cap. 6.

52 Annales noſtri diſerte.

53 Annales Hollandiæ & Chronicon Egmondanum.

54 Scriptores Franci.

55 Lazius & Paulus Diaconus, itemque Viterbienſis lib. 5.

56 Lowius ad Mlani caput 6. ex Francorum hiſtoriis probat.

ciplina Regum (Dagoberti enim, vivo [57] patre Inſtitutor, mortuo Tutor fuit) hoc inquam elogio cum honoratur, quis unquam de ejus dubitabit integritate? Quam filii Grimoaldi in Ducatum & Palatinam dignitatem [58] ſucceſſoris virtus non parùm exornavit. Cui tantum Sigibertus Rex legitur tribuiſſe, ut filiam [59] ejus in thori ſocietatem, filium Childebertum, (cùm exigua prolis ſpes affulgeret) in familiæ communionem legitimæ adoptionis [60] viâ aſſumpſerit. Sed enim cùm ſupra votum naſceretur [61] Sigiberto filius, Grimoaldo poſt mortem patris Tutorio nomine commendatus, hic adoptionis nuperæ jus pertinaciter tuiturus, [62] unàque filio expectatum diadema impoſiturus, peſſimo conſilio verum Regni hæredem attonſum [63] Monachi habitu in Scotiam relegavit. Ejus rei indignitate permoti Auſtraſiæ Proceres, inprimiſque Clodovæus [64] exulis patruus, ad juſtam iram provocati, armis vindicandam ſtatuunt injuriam. Secuta cauſam belli fortuna, [65] Childebertus malè affectati Regni pœnas in prælio cæſus pependit, Grimoaldus [66] Arcembaldi Ducis operâ vivus in hoſtium venit poteſtatem, & apud [67] Lutetiam carceri mancipatus ærumnosâ vitâ infelicem exitum juſſus eſt expectare. Medio tempore Grimoaldi [68] ſoror Begga Ducatûs gubernacula ad ſe traxit, hæreſque fraternarum opum & dignitatis etiam, Anſegiſo, de quo ſequenti capite, nuptui data, in eum & natos eo filios hæreditatis ampliſſimæ jus transfudit.

57 Hunibaldus & Gaguinus.
Obiit Pipinus an. 647. aut juxta alios 642. ſepultus Landini, unde tranſlatus Nivellas fere tio Divæ Gertrudi proximo requievit.
58 Divæus l. 1. partis 2. Rerum Brabanticarum.
59 Chronicon Franciæ & Annales unanimiter.
Al. Hildebertum.
60 Sigibertus ad annum 640.
61 Andoennus vetus Scriptor cujus fragmenta inter ſcripta Divæi reperi.
62 Non conveniunt in hac narratione etiam ipſi Franci hiſtorici.
Id factum alii probant alii improbant: ſtat pro his teſtamentum, pro illis adoptio.
63 Annales noſtri parte 2. c. 12. procerum invidiam aiunt ei mortem acceleraſſe, & Sigibertum non in exilium ſed ad ſtudia ablegatum.
64 P. Æmilius l. 2.
65 Rogerius hiſtoria 46
66 Alii in ſylvis aut carcere cæſum, alii in vinculis mortuum tradunt.
67 Id vulgò Franci ſcriptores tradunt.
Obiit an. 660. Sepultus Jupiliæ.
Al. Beggua aut etiam Beggina vocatur.
68 Agyologus Rubeæ Vallis parte prima, vita 3.

CAPUT III

Annos plus centum percurrens, quibus Brabantia ad Francicæ originis Marchiones devoluta perſeveravit ſub Francis.

De Anſegiſi parentibus dicam in Antverpia; hìc tantùm, fuiſſe patriæ [1] avitæ dignitatis hæredem, Marchionem, [2] limitis Antverpiani Præfectum. Qui nec fruſtra [3] Anchiſis Troiani nomen adeptus, *generoſæ* [4] *Pater indolis & nobiliſſimorum Regum extitit Propagator*, Palatii [5] Auſtraſiani Magiſter, ſed parùm ſe [6] ſecularibus implicans, domeſticâ quiete, patriâque [7] pietate oblectabatur; ab Alumno [8] quodam ſuo, quem puerum fortè inventum pro [9] ſuo aluerat, & ſalutaribus aquis cùm expiaretur, [10] teſtis aſtiterat, inter [11] venandum, per ſummum ſcelus, inauditamque ingratitudinem [12] peremptus, uxoriis manibus ad tumulum delatus, non inferior Martyre [13] in aliam vitam emigravit. Invenio nonnullos, qui aſſerunt in [14] bello contra Henetos cæſum Anſegiſum, quod neſcio an fidem mereatur. Alii [15] in Ebroinum tyrannum Godani ſubornatorem cædis culpam detorquent, alii malunt proprio [16] vitio impulſum paricidam, quod ſperaret ſublato marito ſe perfacile potiturum Beggæ [17] connubio, quod longè ſecus accidit; illa enim [18] in Sylvæ Arduennæ receſſum dilapſa, [19] quod vitæ reliquum erat Deo conſecravit, merita Divorum numero aggregari.

Poſt parentum [20] alterius mortem, alterius fugam reipublicæ etſi non planè tranquillæ [21] negotium ſuſcepit Pipinus [22] ut nomen ita & virtutem avi cum dignitate [23] referens; *eoque magnitudinis* [24] *provectus, ut totâ Auſtraſiâ ſi non nomine Regio, certè Regiâ dominaretur poteſtate. Secundus* [25] *& junior* [26] dictus avi reſpectu: *Harſtallenſis* [27] ab arce quam in ſupercilio Moſæ exædificavit: *groſſus* [28] vel *craſſus* à corporis habitu: *Litabantus* [29] à loco genitali aut geniali appellatus. *Vir Illuſter, Dux &* [30] *Marchio* cujus virtuti nunquam defuit occaſio, obfuit fortuna, occupato ſemper gloriæque materiam quærenti, in reipublicæ & religionis inimicos. Senſerunt illud Saxones [31] Auſtraſiæ finibus rejecti: Suevi [32] Flandriæ incubantes fatentur, in ordinem redacti: Friſii [33] non ignorant, pluribus bellis attriti: pulſus è [34] Batavis Radbodus de fidei noſtræ cogitat rudimentis. In Francia licet non tam con-

1 Goropius de eo & majoribus pauca.
2 Rogieres in ſerie Ducum.
3 P. Diaconus l. 8.
4 Stephanus Abbas c. 6. vitæ S. Modoaldi.
5 Divæus l. 1. parte 2.
6 Molanus c. 8. Militiæ.
8 Godanus vocatur Meiero, aliis Gundunus.
7 Hagyologus Brabant.
8 Meierus ad an. 686.
9 Chronicon Gemblacenſe fol. 3.
10 Author vitæ S. Beggæ.
11 Rythmi noſtrates.
12 Henninges fol. 21. An 685. ut Divæus, 698. ut Henninges, 679. ut alii, cum uxore ſepultus Aldennis.
13 Molanus in Martyrolog.
14 Henninges ubi ſupra ex Chronico Gallico.
15 M. S. Hiſtoriæ noſtræ in Archivis Bruxel.
16 Annales p. 2. c. 13.
17 Barlandus meminit.
18 Ex fundatione Cœnobii Andenneuſis.
19 M.S vitæ ejus in Eccleſia Nivellenſi.
20 Annales parte 1. c. 14
21. Divæus p. 2. l. 1. Rerum Brabant.
22 Bogardus l. 7. Rerum Lovan.
23 Volateranus A.
24 Hoc ei dat elogium Stephanus Abbas in vita S. Modoaldi.
Otto Friſingenſis l. 5. c. 13. ex hoc tempore vult Francos nomine tenus tantùm regnaſſe, cum omnia per Majores Domus agerentur.
25 Molanus in Geneslogia Ducum Militiæ ſacræ annexa.
26 In M. S. Rythmorum ſic vocatur.
27 In Annalibus & vulgò ſic vocatur.
28 Barlandus in ejus vita.
29 Id ei cognomen datur in Inſcriptione ſtatuæ ante Scholas publicas Lovanii.
30 Eo titulo utitur in fundatione Epternacenſis Monaſterii, quæ eſt apud Bruſſium in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ.
Ibidem uxorem nominat Illuſtrem Blitrudem Matronam ſuam, filiam Hugoberti.
31 Renardus hiſtoriæ Lothar. c. 6.
32 Ado Viennenſis ad annum 708.
33 Chronicon Egmondanum c. 12.
34 Beda hiſtoriæ Anglicanæ l. 5. c. 11.

conſtanti proſperitate triumphatum tamen de tyrannide, [35] utriuſque ſexus & ordinis homines graviter affligente.

Ab Ebroini [36] quippe Præfecti libidine omnis Franciæ pendebat gubernatio; ille ſumma [37] imis, ſacra profanis miſcere; ille Theodorici [38] Regis in ſpeciem, ſuæ crudelitatis revera exequi mandata; hos [39] proſcribere, illos bonis, alios dignitate, nonnullos vitâ privare. Ab hujus oppugnatione junctis [40] cum Martino patruele viribus principatum auſpicatur Pipinus. Sed [41] fortunam prælii expertus parum ex ſententia, ipſe quidem longâ fugâ ſe texit, [42] Martinus verò latebris eductus ad cædem rapitur contra datam fidem. Interim contigit * Ermefredum [43] Ebroino per inſidias vitam eripere, & perpetrato facinore [44] ad Pipinum deficere. Quo exemplo territus ſucceſſor [45] tyranni Varatho pacem cum eo faciendam è re ſua judicavit. Varathone natus [46] Geſtemarus bellum redintegrabat, ſed malo ſuo apud [47] Namurci arcem profligatus Ducem Deumque [48] ſenſit adverſarios. Denique horum omnium ſucceſſor Berthiarius [49] cum multa ſuperbè multa crudeliter deſignaret, imploratus à Francis [50] Pipinus eum quidem debellavit, Regem autem cum theſauris [51] ad Textritium cepit, captum reſtituit Regno: victoremque reducens exercitum de cetero ſacras contra Paganos moliebatur expeditiones. Rerum adeo Auſtraſiæ & Franciæ factus potens multos iniquo damnatos [52] exilio patriæ reſtituit, interque alios Lambertum [53] Antiſtitem Trajectenſibus.

Unum pulcherrimarum [54] virtutum ſpeciem facinus offuſcavit, adulterium puta cum Alpaide. [55] Quod, pro eo quod decebat, reprehendens Lambertus [56] Antiſtes operâ Dodonis Comitis (is pellici germanus erat) perimitur, [57] ſed non inultus. Omnes quippe, qui huic cædi fuerant cooperati, variis [58] interitibus interiere. Alii ſibi invicem congreſſi mutuis confecti

35 Sigibertus ad annum 641.
36 P. Æmilius hiſtor.
37 Annales Francorum in Theodorico.
38 Gaguinus & alii omnes.
39 Rogerius hiſtoria 30
40 Meierus ad an. 686.
41 Sigibertus ad annum 687.
42 Caſtergatenſis in Pipino.
Alii tradunt ab Ebroino, cui reconciliatus videbatur, evocatum confoſſumque; alii induciarum tempore cæſum.
* Hunc alii tradunt militem fuiſſe à Pipino ſubornatum.
43 Sigonius l. 1. de Regno Italiæ.
44 Sabellicus Enneadis 8. l. 6. & 7.
45 Divæus ubi ſupra & Molanus.
46 Vincentius Speculi lib. 2. c. 4.
47 Faſciculus temporum ſeculo 6.
48 Abbas Urſpergenſis in Chronico.
49 P. Diaconus l. 18.
50 M. S. Agyrologus p. 8. vita 38. ubi & Pipinus & Succeſſores vocantur Miniſteriales Brabantiæ Duces.
51 Meierus ad an. 691.
52 Genebrardus in Joanne V. ex Sigiberto ad annum 687.
53 Chronica Leodi & Trajecti, itemque Agyrologus in vita Epiſcoporum Tungrenſium c. 32.
54 Barlandus in Geſtis Ducum.
Blondo Calpais, Sabellico Elpias, aliis Alpis vocatur.
55 Blondus decadis 1. l. 10. qui eam legitimam uxorem facit.
56 Surius & alii vitæ ejus Scriptores.
57 Chronicon Leodicenſe in vita Epiſcopi.
58 Divæus loco ſupra citato.

vulneribus, alii [59] Moſæ vorticibus abſorpti, Dodo [60] à vermibus exeſo ventre, Alpaïs perpetuo [61] contabeſcens mœrore factum expiavit. Pipinus [62] ſenio gravis, cum Franciæ Regnum & Reges pro arbitrio ſuo formaſſet, [63] Palatinas dignitates [64] filiis & nepotibus diſtribuiſſet, perſpectâ filiorum indole, Carolum ex impari conjuge procreatum ultimis teſtamenti tabulis Drogoni legitimo præpoſuit [65] non multo poſt Leodici vitâ functus. Carolus non injuriâ tuditis ſive *Martelli* [66] cognomen adeptus, ſe nec avitæ [67] indolis immemorem, nec paterno indignum judicio, nec donationis [68] expertem unquam futurum ipſo facto declaravit, licet Franciam [69] totam expertus gravem, affines omnes [70] invitos, novercam toto conatu & ſummis viribus [71] contravenientem. Primò Friſios [72] Coloniam uſque omnia media vaſtantes novercali elapſus [73] carcere repulit: & tribus verbis dicam in ſuis ſingula locis fuſius repetenda; Gallos tumultuantes [74] in ordinem redegit; regnum ſuo [75] pro arbitratu compoſuit, Saxones [76] tributo ſibi obligavit, Boios [77] in fidem recepit, Alemannos [78] ſubjugavit, Suevos [79] debellavit, Friſones [80] ultus eſt. Prorſus quaſi cum diebus gloria, cum menſibus victoria, cum annis triumphi creſcerent, & imperii per gentem aliquam prorogaretur amplitudo. Saracenos [81] 400. amplius hominum millibus Galliarum non opes ſed & poſſeſſionem [82] adeuntes in ſuam repulit Hiſpaniam, duorum funeribus [83] Regum, unius turpi [84] fugâ, trium clade [85] exercituum injuriam Chriſtiano [86] nomini illatam juſſos expendere. Ultus etiam eos qui Barbaris petendi Gallias authores extiterant Eudonem [87] vitâ, filios [88] hæreditate, Martinum [89] Ducem provinciâ, [90] omnes prælio ſuperatos privans, Aquitanos & Lugdunenſes [91] imperii ſui gloriæqe noluit eſſe expertes. Ejus interventu, Roma [92] à Longobardis [93] Gallia à Barbaris, [94] Auſtraſia [95] à Paganis liberata. Ejus virtuti delatum, poſt Hilderici Regis obitum; Fran-

59 Vita S. Lamberti Biblioth. Gemblac.
60 Barlandus ex hiſtoriis Francor.
In Orp juxta Geldoniam ſepulta.
61 Ex monumento veteri Eccleſiæ Hogardienſis.
62 Ado Vienuenſis ad annum 731.
63 De Regibus Theodorico, Clodovæo, Childiberto id refertur.
64 De filiis Grimoaldo & Drogone quos Majores domûs fecit, id refertur.
65 Annales noſtri c. 14. Anno 714. ſepultus Har ſtalli.
66 Hiſtorici ad unum omnes.
67 Blondus unicus, quod ſciam, tradit Martellum fuiſſe legitimum.
68 Annales noſtri c. 15. parte 2.
69 Gaguinus l. 3. & 4.
70 Divæus parte 2. l. 1. in vita.
71 Rythmi populares prolixè hæc diducunt.
72 Conſentit Chronicon Friſiæ. Antoninus p. 2. titulo 14. c. 2.
73 Chronicon Ultrajectinum meminit, & M. S. quod penès me eſt.
74 Rogerius hiſtoria 52 ex Francorum Scriptoribus.
75 Meierus ad an. 718.
76 Conſentit Grantzius & Saxonum hiſtorici in Diterico Rege.
Victi an. 728. tributarii facti anno 740.
77 Conſentiunt Bavari Scriptores in Geſtis Grimoldi II. Ducis.
Anno 724.
78 Sigibertus ab anno 720. uſque ad 740. hæc recenſet & Otto Friſingenſis l. 5. cap. 16.
Anno 724.
79 Conſentiunt Germani Scriptores.
Anno 727.
80 Anno 724.
81 Curio hiſtoriæ Saracenicæ l. 2.
82 P. Æmilius hiſtoriæ ſuæ l. 2.
83 Sabellicus Enneade 8. l. 7.
84 Platina in Sergii Papæ vita.
85 Zonaras in Philippico Imper.
86 Abbas Urſpergenſis in Chron.
87 Blondus decadis 1. l. 10.
Anno 738.
88 Vincentius in Speculo l. 24. & 25.
Anno 731.
89 Anno 739.
90 Naucleras ad an. 730
91 Anno 731.
92 Paulus Diaconus Longobardicæ hiſtoriæ,
93 Sigonius de Regno Italiæ l. 1.
94 Otto Friſingenſis l. 5. cap. 16.
95 Chronicon Ultrajectinum noſtrum.
Alii Childericum vocant & eum mox volunt è ſolio Regnum obtinuiſſe,

Franciæ diadema, [96] ambigas an majore induſtriâ meruerit, an animo rejecerit generoſiore Regibus imperare, Reges [97] conſtituere quàm Rex eſſe malens; poſt exolutum naturæ debitum in Mauſolæo Franciæ [98] Regum inter ipſos quos rexerat Reges ſepulturæ non immeritò adeptus honorem. Is cùm filiis Corolomanno & Pipino hæreditatem ex æquo partitus [99] Griffonem tertium præteriſſet, bellorum inter fratres reliquit ſeminarium. Griffo [100] ſuis, Boiorum Saxonumque viribus [101] ad paternæ ditionis jus proficiſcebatur, bis vinculis elapſus, bis victus, dum Italiam petit novum hoſtem fratri quæſiturus, Theodini [102] Tranſiuranorum Ducis operâ ſublatus è medio pœnas dedit rebellis pertinaciæ & pertinacis rebellionis. Dum hæc [103] aguntur fratres communi manu res Gallicas adminiſtrabant, Carolomannus Saxonum [104] & Alemannorum perſequi reliquias, Pipinus [105] Eudonis filiorum motus, & Aquitanos [106] compeſcere. Ille victorem reducens exercitum ſpreto [107] mundanarum opū contagio in Caſſinenſe ſe abdidit [108] Monaſterium. Hic fraternâ auctus ditione majores ſpiritus exercere, maximè ex quo [109] Francorum communi ſuffragio Rex ſalutatus, à Pontifice [110] confirmatus eſt amoto qui oneri impar, honore indignus [111] cenſebatur Childeberto. Ita Duces noſtri ex Majoribus [112] domûs equitum [113] Magiſtri, ex Magiſtris equitum Proreges, [114] ex Proregibus Reges effecti, eam majeſtatem longo tempore ad nepotes tranſmiſerunt. Quorum geſta ego non ampliore ſtylo perſequi, ſed digito duntaxat monſtrare, ſatis habebo, reliqua Francicis reſervaturus.

96 Eboracenſis & alii in Apophtegmatis virorum illuſtrium.

97 Clotharium 4. Chilpericum 2. Theodoricum & Childericum 3. Reges conſtituit.
Anno 741. Cauſiaci prope Iſaram mortuus, in æde Dionyſiana circa Pariſios ſepultus quē nonnulli ſcribunt poſt mortem apparuiſſe ſuppliciis deditum eo quod Saracenici belli tempore bona Eccleſiæ liberius invaſiſſet.

98 Guilielmus de Nangiaco.

99 Sigibertus ad annum 742.

100 Æmilius lib. 2. hiſtoriæ Franc.

101 Blondus Decadis 1. lib. 10.

102 Hiſtorici Francorum & Annales, interque eos Rogerius, Gaguinus, Otto Friſingenſis l. 5. c. 19.

103 Regino Prumienſis in Chron.

104 Otto Friſingenſis l. 5. cap. 20.

105 Annonius l. 4. c. 61.

106 Vincentius in Speculo l. 17.

107 Surius ad 17. Auguſti.

108 Molanus c. 21. Militiæ. Antoninus p. 2. tit. 14. c. 2. §. 2.

109 Meierus ad annum 750. & 754.

110 Platina in vitis Zachariæ, & Stephani 2. Pontificum.
Anno 750.

111 Antoninus parte 2. titulo 11. c. 4.

112 Sic dictos ſupra docui.

113 Sic ab Æmilio vocantur aliqui.

114 Sic à Sigonio Marcellus vocatur.

CAPUT IV.

Enarrans annorum centum & 60. aut circiter geſta, ejus nempe temporis, quo ſub Franciæ, Germaniæ, Lotharingiæ Imperatoribus & Regibus Brabantia immediatè latuit.

PIpinus, cui ſtaturæ exilitas brevis [1] ſive puſilli nomen fecit, à Bonifacio [2] Moguntinenſium Antiſtite inauguratus Pontificum [3] rogatu ſacra bis arma induit, repulſis qui oram Italiæ depopulabantur [4] Saracenis, [5] debellatis qui ſacrum Eccleſiæ [6] peculium occupaverant Longobardis; [7] Aquitanos [8] longo & difficili bello oppreſſit, Saxones [9] ad honorarium 300. equorum adegit tributum, Boios [10] duobus attrivit prælis, & tertium meditantem mors oppreſſit.

Carolus, [11] cui cognomen Magni illuſtria facta indiderunt, mortuo an. 771. Carolomanno fratre [12] patris ex aſſe hæres Regiam majeſtatem, ſui Francicique generis primus, [13] Auguſtâ appellatione reddidit illuſtriorem. Aquitani [14] in perpetuum domiti, Vaſcones [15] in fidem recepti, Longobardorum [16] dominationi impoſitus finis, Saxones [17] eâ demùm lege in gratiam recepti, ſi ejuratâ impietate, Religionis noſtræ ſacris initiarentur, Britones [18] & Beneventani [19] ad obſides dandos, Bavari, [20] Bohemi, [21] Livones, [22] ad pacem petendam compulſi, Normanni [23] quòd maria littuſque Gallicum infeſta tenerent, Sclavi * quòd ſocios læſiſſent, Hunni [24] quòd hoſtibus auxilio fuiſſent, victi punitique, purgata à Mauris [25] Hiſpania, reſtituta Roma [26] Pontifici, Pontifex [27] Italiæ, Italia Franciæ adjuncta docent, quid ſibi velit illa nomini indita magnitudo. Ut ad noſtra revertamur, præter Comites multos diverſis noſtræ Brabantiæ Haſbaniæque locis conſtitutos & confirmatos, de quibus alibi opportuniùs, limiti Anglicano adversùs Saxonum incurſiones putatur Marchionis titulo præpoſuiſſe Rylandum [28] quemdam, eidemque in Saracenico bello Vaſconum [29] gladiis confecto, Vidam ſurrogaſſe, Anglicis [30] Saxonicisque clarum expeditionibus. Cùmque Barbari prædæ [31] illecti dulcedine pro Belgii ingreſſu nihil relinquerent intentatum, filium ludovicum [32] tradunt Ducis titulo Brabantiam & finitima, mandante Carolo, gubernaſſe. Qui ad Francici [33] Regni & demùm Imperii, [34] poſt deceſſum parentis, apicem

1 Antoninus p. 2. titulo 14. cap. 2. §. 7.

2 Otto Friſingenſis l. 5. cap. 22.

3 Platina in Stephano 3. & Paulo.

4 Vincentius Speculi l. 24. c. 145. & ſeqq.

5 Curio hiſtoriæ Saracenicæ l. 2.

6 Cedrenus & Zonaras in Conſtantino V.

7 Paulus Diaconus.

8 Gaguinus l. 4.

9 Concordant Saxonum Scriptores in Edelhardo Rege.

10 Sigonius l. 4. de Regno Italiæ.
Anno 768.

11 Eginhartus Cancellarius ejus & vitæ Scriptor.

12 Ado Viennenſis in ejus vita.

13 Platina in Leonis vita.

14 P. Æmilius l. 2. hiſtoriæ ſuæ.

15 Annonius l. 5. c. 4. & ſequent.

16 Paulus Diaconus qui Longobardica ſua ad annum 773. produxit.

17 Krantius Saxoniæ l. 2. cap. 6.

18 Sigibertus & Chronicon Miſnenſe.

19 Joannes Monachus in vita ejus.

20 Guilielmus de Nangiaco.

21 Bohemiæ Scriptores in Vinceſlao Duce 8.

22 Chromerius l. 1. hiſtoriæ Polonicæ.

23 Fazelus Deca. 2. l. 7. rerum Sicularum.

* Helmondus l. 1. c. 3. Chronici Sclavorum.

24 Bonfinius Decade prima.

25 Mariana rerum Hiſpaniæ l. 7.
Æneas Sylvius ep. 126.

26 Rogerius hiſtoria 53.

27 Synodi Lateranenſis Canon. 63. diſt.

28 Lazius l. 3. de migrat. gentium.
Aliis Rolandus vocatur celebris apud omnes Hiſtoricos nepos Caroli.

29 Annales Brabantiæ tom. 1. cap. 3.

30 Rogerius hiſtoria 53

31 Conſentiunt Hollandiæ, Friſiæ, & Ultrajecti Chronica.

32 Divæus id refert ex Annalibus antiquis.
Obiit Carolus anno 814. ſepultus Aquiſgrani.

33 P. Æmilius l. 3. hiſtoriæ ſuæ.

34 Martinus Polonus Chronici l. 4.

cem [35] evectus, eodem tranſtulit Brabantiam, abſente Principe Normannorum, [36] prædis magìs obviam, injuriis magìs [37] obnoxiam; præſertim adhæc ſuccedente exitiali [38] illa inter filios [39] Luduvici de finibus Regni contentione: [40] cujus fiduciâ Barbaris [41] animi creſcebant, vires augebantur. Tandem [42] poſt protractam ambitioſâ partium contentione annorum aliquot bellis controverſiam, à partibus in arbitros compromiſſum. Quorum [43] ſententiâ trifariam partita hæreditas, Lotharioque [44] cum Italia Provinciaque obvenit Auſtraſiæ Regnum. Is [45] ſimiliter ubi ſe ad alteram ſenſit vitam vocari, [46] in tres filios, ſubdiviſo Regno, cognominem ſibi, Auſtraſia [47] donavit, cui ſecundo [48] fratrum extincto, Burgundiæ Tranſiurenſis portio acceſſit. Ab hoc poſteriore Lotharingiæ [49] nomen invaluit, Regni priùs, mox Ducatûs vocabulum, diviſum in [50] duo, ſuperiorem puta & inferiorem. Inferioris pars [51] Brabantia; atque exinde Duces noſtri titulum Lotharingiæ mutuarunt, non umbratilem [52] illum & inanem, ut quidam opinantur, ſed realem Regionis nimirùm illius, quæ [53] ad Moſam & Schaldim. Præterea cùm hactenùs à Francis potiſſimùm pependerit Provincia, poſtquam ex Francis aliqui ad Imperium evecti ſunt, & demùm à Francis ad Germanos tranſlatum Imperium, Brabantia [54] cœpit ferè longâ conſuetudine Imperatorii juris cenſeri. Sed pergo.

Lotharii morte vacantem Provinciam Luduvicus [55] Germaniæ, & Carolus [56] Calvus [57] Franciæ Reges occupatam ita partiti ſunt, ut ſub hoc [58] manſerit Brabantia, quam & [59] Luduvico [60] filio tranſſcripſit ab obitu ſuo poſſidendam. Luduvici porrò hujus [61] hæredes à Luduvici Germanici liberis impediti ſunt, quo minùs ad ſe devolutam inirent Lotharingiæ hæreditatem. Tandem integro [62] potitus Regno Carolus [63] Craſſus [64] quietis domi rebus hoc unum annitebatur, ut Normannos, [65] qui per has diſſenſiones in Belgium progreſſi, in corde [66] Brabantiæ fortunarum ſuarum [67] ſedem fixerant, ſubmoveret. Quod demùm [68] Arnulphus ejus Succeſſor confecit, ex quo tempore manſit penes Germanos [69] Brabantiæ imperium; donec Carolus [70] Simplex, [71] Franciæ [72] & ſibi recuperavit, ſed brevi, ut poſt videbitur, tẽpore poſſeſſum.

Paulò aliter ac nos, & ante nos Divæus, hanc Regum, qui Brabantiæ potiti ſunt, ſeriem digeſſimus; Molanus recenſet; cujus ſententiam, ut Lectori optio ſit alterutram eligere, adſcribam. In Ducum Brabantiæ numero Carolũ Magnum is octavum, [73] Luduvicum [74] Pium nonum, Lotharium [75] primum decimo, Lotharium [76] ſecundum undecimo, Carolum [77] Calvum duodecimo, Ludovicum [78] Balbum tertiodecimo, Carolum [79] Simplicem decimo & quarto loco Duces Brabantiæ nominat. Poſtremi Ducis Tutores aſſignat ex ordine Luduvicum [80] & Carolomannum Luduvico Balbo ex impari conjuge natos, Carolum [81] Craſſum, Odonem [82] Regem, Arnulphum [83] Imperatorem, Ludovicum [84] Germaniæ Regem, Conrardum. [85] Horum, quos recenſui, Regum ævo Antverpiani limitis curam nonnullis demandatam [86] per Imperatores lego. Sub Craſſo Henricus [87] Marchio poſt victos profligatóſque bis Saxones, [88] ſemel Normannos, fraude ſuorum [89] traditur interiiſſe, equo lapſus in foveam, ad id ante occultis inſidiis præparatam. Huic quis in Marchionatu ſucceſſerit, necdum legere mihi contigit, fortè Barbari prævalentes, fortè Cæſares ſibi dignitatem reſervarunt, donec viſum fuit eum Lotharingiæ Ducatui in perpetuum annectere. Eorumdem Regum tempore, & magno numerò Comites & Duces in Lotharingia fuerunt, ſed honorarii illi ad jus dicendum, hi exercitus ducendum, conſtituti & deſtituti pro Regum arbitratu. De Comitibus magìs ampliter aliàs: de Ducibus conſtat [90] Albericum, Robertum, Vicbertum, Tietbaldum, Ricuinum, Everar-

35 Otto Friſingenſis l. 5. cap. 33.
36 Regino Prumienſis in Chronico.
37 Sigibertus poſt annum 810.
38 Blondus Decade 2. l. 2.
39 Krantzius l. 2. c. 25
Obiit Ludovicus anno 84.
40 Annonius l. 4. c. 114 qui hiſtoriam produxit ad annum 849. aut circiter.
41 Antoninus parte 2. tit. 16. c. 2.
42 Vincentius l. 25. Speculi.
43 Sigibertus poſt annum 832.
44 Regni Italiæ part. 3.
45 Molanus Militiæ ſacræ c. 18.
46 Regino ad annum 855.
47 Abbas Urſpergenſis in Chronico.
48 Fuſius hæc omnia Franci & Germanici Scriptores.
49 Otto Friſingenſis l. 5.
50 Fusè hoc probatum à Molano l. 3. Rerum Lovanienſium & Lowio ad ejus Militiam ſacram.
51 Divæus Rerum Brabanticarum tom. 2. l. 2. Stephanus Abbas.
52 Adamæus in geniis Ducum ſic ſentit.
53 Deſcribitur fusè à Divæo in parte 2. de Antiquit. Belgii.
54 Annales Belgici p. 2 cap. 10.
Lotharius ob. an. 855.
55 Sabellicus Enneade 9.
56 Regino l. 2. qui uſque ad an. 905. ſcripſit.
57 Ob. anno 878.
58 Divæus & Molanus ubi ſupra.
59 Platina in Joanne 8. Papa.
60 Balbo ob. anno 880.
61 Æmilius lib. 3. Sigonius lib. 5. de Regno Italiæ.
62 Antoninus parte 2. titulo 16. cap. 2. § 6.
63 Obiit anno 890.
64 Vincentius in Speculo ex Chronicis & Sigiberto l. 25.
65 Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 7. & ſequentibus.
66 Fuſiùs hæc in Lovànio.
67 Obiit anno 899.
68 Luitprandus l. 1. geſtorum per Europam.
69 Divæus in Arnulphi vita.
70 Antoninus p. 2. tit. 16. cap. 2. § 4.
71 Obiit anno 926.
72 Sigonius libro 6. de Regno Italiæ.
73 Militiæ ſacræ c. 13.
74 Cap. 15.
75 Cap. 16.
76 Cap. 18.
77 Cap. 20.
78 Cap. 21.
79 Cap. 22.
80 Cap. 22.
81 Cap. 23.
82 Cap. 24.
83 Cap. 25.
84 Cap. 26.
85 Cap. 27.
86 Fr. Roſieres hiſtoria 58.
87 Lazius lib. 3. de Migratione gentium.
88 Crantzius aſſentitur.
89 Divæus in Catalogo Marchionum.
90 Regino ad annum 886.

verardum; & iterum [91] Stephanum, Odocarem, Berthardum, Matfridum, à Suentebaldo Rege honoribus & Ducatu privatos, Arnulphi Cæſaris interventu in gratiam & honores fuiſſe receptos. Quoad Brabantiam, in ea quatuor Comitatus conſtituit Annonius, alii decem, alii duodecim. Ego in diplomatibus invenio Comites hos Nivigellenſem, Lovanienſem, Bruxellenſem, Aloſtanum [92] præcipuos. Denique Gemblacenſem, Darnuenſem, [93] Nethenenſem, Grezienſem, Geldonienſem, Hanutenſem, Offuzienſem, Sogneſiacenſem, Anghianum, Arſcotenſem. Quæ omnia ſuis locis docebo.

91 Idem in geſtis anni 898.

92 Nunc eſt in Flandria, olim Bratuſpantii pars.

93 Nunc eſt Namurcenſis Comitatûs, pars olim Bratuſpantii.

CAPUT V,

Et in eo annorum ferè centum acta, per honorarios Brabantiæ & Lotharingiæ Duces, Imperatorum clientes aut beneficiarios, junctos ferè & affines Gerbergæ Saxonicæ, cui Brabantia dos fuit.

OFfert ſe nunc alia rerum Lotharingicarum & Reipublicæ facies per Imperatores Germanicos invecta, conſtitutis ad tempus, aut ad vitam, nullo generis delectu, ſucceſſionis ordine, dignitatis jure ſervato Ducibus, ſub quibus nonnunquam tota, frequenter major, ſemper aliqua Brabantiæ pars delituit. Ejus generis primum omnes faciunt [1] Giſilbertum, ſed de cujus origine, titulo, tempore occupati Ducatûs Lotharingici, parũ inter ſe conveniant. [2] Plerique Ragineri M. Filium Nobili Moſellanorum [3] Ducũ ſtirpe editum credunt; alii incertæ [4] originis, Francicæ tamen & obſcuræ eum faciunt; alii à Carolo Simplice [5] Præfectum Lotharingiæ; alii ab Henrico [6] Cæſare. Rurſùs alii eum volunt Brabantiam poſſediſſe titulo beneficii [7] Cæſarei, utpote Lotharingiæ inferioris partem; alii dotis [8] nomine Comitatus in Brabantia quatuor, & Marchionatum cum

1 Æmilius, Gaguinus, & Annales Francorum. Regino ad annum 899. præponit Giſilberto Raginerum in geſtis Suentebaldi Regis.

2 Irenicus lib. 3. Exegeſeos Germanicæ, & Rambertus in vita Giſilberti Ducis, & Regino.

3 Henninges f. 66. monarchiæ 4. regni 2. parte priore.

4 Divæus p. 2. l. 3. rerum Brabanticarum.

5 Brando ad annum 903 Scriptor Gallus apud Urſpergenſem ait Carolum, cum exequiis Raginerii interfuiſſet, mox ſubſtituiſſe ei Giſelbertum.

6 Sigibertus ad an. 923.

7 Molanus cap. 28. Militiæ ſacræ Ducum, qui & Henricum Cæſarem ponit 15. Ducem Brabantiæ.

8 Fr. Rogerius hiſtor. 66

Gerberga Henrici Aucupis Imperatoris filia ei volunt acceſſiſſe. Nos, ut eos in concordiam reducamus, dicemus quòd res eſt, Carolum Franciæ [9] Regem Henrico Romanorum Regi poſt longam velitationem permiſiſſe aut reſtituiſſe Lotharingiam, [10] quòd ſperaret ſe ejus ſecurum compendioſiore viâ ad præreptum Franciæ diadema perventurum. Erat jam ante in Lotharingis celebre Giſalberti [11] Ducis nomen in conſpiratione [12] Principum contra Conrardum [13] Imperatorem auditum. Cui tamen poſtea conciliatus Dux vidit provinciam ſuam, captis [14] Trajecto, Jupiliâ, Harſtallo, Leodico, per Carolum Simplicem occupari, nec multò [15] poſt ab Hunnis vaſtari. Conrardus Imperator antequam auxilio eſſe poſſet, vivere deſiit. Succeſſor [16] Henricus cognito Francum domeſticâ ſeditione occupari, vindicandam ſtatuit Lotharingiam; [17] Francus virium [18] ſuarum conſcientiâ turbatus, Legatos obviam mittit deprecaturos in præſens expeditionem, oraturos [19] auxilia, cum promiſſo, fore ut omnia Lotharingiæ [20] loca Rex reſtituat. Quod factum, & inito Bonnæ colloquio, inducitur Francus non tantùm nuper captis cedere, ſed Lotharingiæ in perpetuum renunciare. [21] Evenit haud multò poſt & Carolum Regem [22] naturæ debitum ſolvere, & Lotharingos novis rebus ſtudere. Quo animadverſo, Chriſtianus [23] quidam primæ nobilitatis & Cæſarei nominis ſtudioſiſſimus, [24] ſimulatâ ægritudine, Giſilbertum ad ſe vocatum captumque Imperatori tranſmiſit. A quo humaniter habitus & per Gerbergæ filiæ nuptias in generum aſcitus, ex hoſte ſubitò fit amiciſſimus: *Dux Lotharingiæ*, [25] *Lotharici Regni*, *Lothariorum* [26] imò *Belgicæ* [27] appellatus.

[1] Sed quaſi cum Imperatoris corpore mortua & ſepulta foret amicitia, ab Ottone [28] ejus filio temerè alienatus, Ebrandique [29] partes ſecutus, ſibi ſuiſque non mediocris damni extitit occaſio. Otto enim

poſitâ

9 Sic Divæus ubi ſupra.

10 Annales & Hiſtoriæ Francorum.

11 Statim poſt Loduvici IV. mortem anno 911. Aliàs Giſilbertus aut Gilibertus vocatur.

12 Luitprandus lib. 2. cap. 7. & Sigibertus anno 914.

13 Otto Friſingenſis libro 6. cap. 16.

14 Chronicon Trajectenſe libro 5.

Alii variant, tradentes Giſilbertum à Simplice præfectum Lotharingiæ, & cum eidem rebellaſſet, Henrici Imperatoris interventu receptum in gratiam & reſtitutum: deinde Simplicem obiiſſe, & ab Henrico confirmatam Giſilberto Lotharingiam.

15 Vincentius in Speculo l. 25.

16 Antoninus titulo 16. cap. 2. §. 10.

17 Fr. Rogerius ubi ſupra.

18 Abbas Urſpergenſis in Chronico.

19 Chronicon Lothar. p. 2.

20 Chronicon Leodienſe in Stephano & Carolo Epiſcopis.

Anno 922.

21 Otto Friſingenſis l. 6. cap. 18.

22 Onuphrius in Catalogo Regum Franciæ.

23 Vitichindus Geſtorum Saxonicorum l. 1.

24 Sigibertus anno 927 Alii tradunt, ob id à Chriſtiano captum Giſilbertum, ut per eum, cui debebatur Ducatus, Imperator compos fieret Lotharingiæ.

25 Sic ſe vocat in datis pro Mothelochienſi Abbate anno 930, ubi Gerberga Duciſſa Saxoniæ vocatur.

26 Sic Abbati Urſpergenſi vocatur.

27 Sic Withichindo vocatur l. 2.

28 Sigibertus an. 927. Ejus tamen coronationi anno 936. legitur interfuiſſe.

29 Æmilius, Gaguinus & Annales Francorum.

poſitâ morâ Ducem [30] Capremonte obſidet, & dum in longum protrahitur obſidio, Immonem (cujus operâ fideli Dux [31] uti conſueverat) in ſuas partes pertrahit. Ejus inſidiis & Auguſti viribus imparem ſe contemplatus Dux, Francorum [32] auxilia perfacilè impetrat, ſperantium hâc viâ aditum ſibi in Lotharingiam denuo patefaciendum. Ventum ad manus [33] in littore Rheni, Everardus fortiter pugnans [34] occubuit, Giſalbertus, navis in quam victus confugerat, [5] pondere preſſæ vitio mergitur, totamque Immonis [36] operâ Cæſar recuperat Lotharingiam. Mox compoſitis cum Franco rebus Gerbergam [37] viduam Otto ſecundis nuptiis Luduvico Francorum Regi elocat, matrem aliquot liberorum poſtea factam. Lotharingiam fratri [38] * Henrico conceſſit inhabitandam. Verùm enimvero cùm conſpirationis in fratrem conſcius & novarum rerum ſtudioſus eſſe deprehenderetur, provinciâ excedere juſſus, [39] electo qui *Ducis* titulo ſurrogaretur ejuſdem nominis [40] filio Giſilberti, addito qui ætatem ejus imperio necdum aptam ut *tutor*, provinciam [41] ut *Præſes* gubernaret, Cunone. Utroque ſub idem [42] ferè tempus extincto Otto Cæſar Conrardum, [43] datâ in matrimonium unicâ filiâ, Ducem creat, felicem illum, donec animum cepit defectionis cogitatio. Ad cujus ſuſpicionem [44] Lotharingi, alioquin etiam gravatè ei parentes, occaſionem arripiunt, Ducem ſibi aſſumunt Raginerium [45] Haginonienſem Comitem. Circa Moſam concurrunt [46] exercitus, pugnam nox diremit, in neutram partem reclinante victoria. Imperator nihilo ſegnior, ex altera parte [47] rebellionem Ducis, & quod maximè cruciabat filii parat vindicare. Multa utrimque [48] tentantur gerunturque, donec peſſimo conſilio evocati ex Pannoniis [49] Avares percursâ Germaniâ, Lotharingiam [50] fœdâ populatione vaſtarunt. [51] Cujus facti & conſilii ductus poſt [52] Conrardus pœnitudine, ab Auguſto in gratiam [53] receptus, ejuſque ſecutus [54] caſtra delendis [55] quos adduxerat Barbaris vitam impendit. Res autem Lotharicæ miſerum in modum deformatæ, ut reſtituerentur, magno auctore opus erat. Is fuit Bruno [56] *Archipræſul* & *Archidux* [57] non immerito dictus à fratre Auguſto cum mandatis in Belgium ablegatus. Cujus [58] induſtriâ pulſi, qui procaci licentiâ itinera omnia infeſta [59] tenebant, latrones, Normanni [60] repreſſi, Raginerius Montenſis [61] relictam Gerbergæ [62] per patrem maritumque Brabantiam violenter invadens, pœnas dedit. De Lotharingiæ Ducatu quid factum, variè narrant: Unus Gottofredum [63] quendam ſpectatæ virtutis, titulo *Gubernatoris* provinciæ impoſitum, alii Giſilberti filium Fredericum, [64] à morte Brunonis Ducem appellatum, alii Ottones 2. [65] Cæſares ſibi Ducatum ſervaſſe, alii denique [66] interregnum annorum undecim fuiſſe aſſeverant. Liberum [67] eſto cuique judicium.

Hoc indubitatum eſt, Raginerii [68] Montenſis filios à Brunone proſcriptos Francorum ope Comitatum Lovanienſem & juſtam Brabantiæ, [69] ut nunc eſt, portionem occupaſſe, adeoque lætos occaſione [70] Francos de recuperanda Lotharingia ſeriam iniiſſe cogitationem. Quorum non ignarus Otto II. Imperator [71] receptis prius quæ Franci occupaverant in Lotharingia, locis, [72] Ducatum Carolo Lotharii tum Regis Franciæ fratri contulit. Erat [73] is Gerbergâ (de qua toties diximus) Imperatoris Amitâ natus homo tardioris ingenii ſed regnandi cupidus. [74] Cujus ſpes dum apud Francos exigua apparet, opportunè accidit, eum ad beneficiariam [75] Lotharingiæ poſſeſſionem à Cæſare evocari; reputante hâc viâ Imperio quam Franciæ magis [76] obligandum. Nec feſellit. Cum enim Lotharius parum æquo [77] animo novæ ſocietatis vinculum ferens armata manu Lotharingiam ingreſſus Aquiſgranum uſque omnia [78] media depupularetur, Dux fidei juriſque ſui tenax [79] meruit Cæſaris auxilium. Qui vicem Franco egregiè rependens coëgit [80] adeo Ducatum

30 Rogerius, & Divæus ubi ſupra.

31 Chronicon Lotharingiæ ubi ſupra.

32 Sigonius lib. 6. & 7. Regni Italiæ.

33 Otto Friſingenſis lib. 7. cap 19.

Al. Ebrandus qui fuit palatii Comes.

34 Antoninus p. 2. titulo 16. c. 3. §. 1.

35 Chronicon Leodienſe, Withichindus geſtorum Sax. l. 2.

36 Anno 940. aut ut alii 942. aut 946.

Hujus Comitis Diplomata plura meminerunt quæ in Trajecto dabo.

37 Otto Friſingenſis ubi ſupra.

38 Regino aut ejus ſupplementum, ad annum 940. cum Sigibertus hoc omiſſo, immediatè ſequentem ſubjungat anno 943.

* Cogno. Rixoſus.

39 Molanus c. 33. Militiæ ſacræ.

40 Henninges in Genealogia Moſellanorum & Saxonum.

41 Molanus c. 34. Militiæ ſacræ ex Witichindo Saxone.

42 Rogerius Hiſtoria 57.

Al. Conradus vocatur.

Al. Oddo.

Anno 943.

Witichindo Chonradus cog. ſapiens vocatur.

43 Divæus l. 3. p. 2. c. 2.

44 Schaffnaburgenſis anno 955.

45 Chronica Hannoniæ lib. 14.

46 Sigibertus ad annum 950. & ſequenti.

47 Sigonius l. 7. de Regno Italiæ.

48 Vincentius & Antoninus p. 2. tit. 16. c. 2. §. 2.

49 Helmondus c. 8. Hiſtoriæ Sclavorum.

50 Folquinus c. 1. Miraculorum S. Urimari.

51 Sigibertus in vita S. Viberti c. 13.

52 Meierus ad hunc an.

53 Hermannus Contractus in Chronico.

54 Chronicon Lobienſe & Gemblacenſe ad hunc annum.

Anno 955.

55 Otto Friſingenſis l. 6. cap. 20.

56 Archiducem & ſummum Ducem ſe vocaſſe ait Sigibertus anno 950. Fere hæc Rogerius in vita Brunonis, & Chronicon Colonienſe.

57 Sic vocatur paſſim in Annalibus & Sigiberto.

58 Luitprandus l. 4. c. 7.

59 Molanus. cap. 35.

60 Fuſius hæc infra.

61 Chronicon Hannoniæ l. 14.

62 Sigibertus ad annum 959.

63 Rogerius hiſtor 58. ex Henrico & Ramberto.

Anno 966.

64 Rogerius c. 40. vitæ Brunonis.

65 Molanus l. 1. rerum Lovanien.

66 Neotericorum aliquot & noſtra opinio.

67 Vide Withichindum qui hiſtoriam producit uſque ad annum 973.

68 Schedæ Pythæi non uno loco.

69 Chronicon Leodienſe c. 38. l. 14.

70 Vide Lovanium.

71 Abbas Urſpergenſis ab Ottone recuperatam ait Lotharingiam.

72 Sigibertus ad annum 977.

Anno 977.

Hinc Francum cognominant, hinc Lotharingum 4. Franci Regis filius & frater, Lotharingiæ Dux.

73 Æmilius l. 3. hiſtoriæ ſuæ.

74 Divæus l. 3. p. 2. rerum Brabanticarum.

75 Rogerius hiſtoria 60. & 61. ex Francorum diverſis hiſtoriis.

76 Molanus c. 38. militiæ ſacræ Ducum.

77 Vide Waſſeburgenſem.

78 Chronicon Leodienſe c. 48.

79 Nauclerus in chronico.

80 Divæus m. ſ. l. 2. Antiquitatum Belgii ex diverſis.

tum in perpetuum abjurare; ſed illum [81] anguſtioribus quam nuperi eum Principes poſſederant terminis clauſum, multis regionibus proprios [82] Comites, multis novos ex vicinis Epiſcopis [83] Dominos adeptis. Duravit hæc pax quamdiu Imperatoris [84] vita: Quo defuncto Rex Virduno & loci Comite Gottofredo captis nova diſcordiarum ſemina ſpargebat, [85] in bellum difficile non dubium eruptura, niſi Rex & tempori capta reſtituiſſet [86] & brevi vivere deſiiſſet. Tum verò parum [87] concordibus popularium ſtudiis regnum Franciæ Carolo [88] deferebatur. Quod ille inſtructâ [89] Lotharingorum manu ſibi aſſerturus, ab Hugone [90] adverſario & competitore circumventus in vinculis mortem obiit, Ottonem [91] & honoris & opum relinquens hæredem. Horum, quos hoc capite recenſui, Ducum ita merum fuit Lotharingia Imperium, ut omnes totius tractus Comites eis tanquam ſupremæ ſecundùm Reges poteſtati obedire cogerentur: aut reluctantes armis ad obſequium reducerentur. Quod Raginerii exemplum & Lamberti doceat, quorum ille Brunoni, hic Arduennati Ducibus rebelles bello oppreſſi ſunt.

81 Fusè id probat Rogerius & Divæus.
82 Henninges p. priore regni. 3.
83 Chronicon Trevorenſe & Colonienſe.
84 Volaterranus l. 2.
85 Contractus & Palmerius in chronico.
86 Sabellicus Enneadis 9. l. 2.
87 Sigonius l. 7. regni Italiæ.
88 Blondus decadis 2. l. 3.
89 Antoninus p. 2. titulo 16. c. 3. §. 4.
90 Vincentius Speculi l. 25.
91 Anno 991. vel ut Dynterus, anno 988. Sigibertus ad annum 991.

Anno 1005. ut habet Chronicon Trudonenſe.

Cæterum poſt Ottonis antedicti mortem, cùm Imperator poſthabito Lamberto Lovanienſi (is autem Ottonis ſororem Gerbergam duxerat) Godefridum Arduennatem Lotharingiæ Ducem creaſſet, rebellante Lovanienſi, per annos multos Brabantia, ut nunc eſt, duos agnovit Principes, Lovanium quidem cum ſuis vicinis Lambertum & ſucceſſores Comites, Hasbania, Taxandria & vicini Godefridum Arduennatem & Succeſſores Lotharingiæ inferæ Duces. Utrorumque geſta proximè ſequentia duo ediſſerent capita.

CAPUT VI

Per tempus unius ſæculi geſta per honorarios Cæſarum beneficio Lotharingiæ Duces, ſtirpis Arduennatum Principum, quibus tota Brabantia jure, pars ejus potior revera paruit, enarrans.

Anno 1005. aut ut alii, anno 1003.

MOrtuo ſine liberis Ottone Caroli Franci filio, Henricus Cæſar Gottofredo [1] Arduennati, ſecundo ejus nominis [2] in ordine Moſellanorum Ducum Lotharingiam aſſignavit, reclamantibus [3] Alberto Namurcenſi, Lamberto [4] Lovanienſi, Balduino Flandriæ Regulis; priores titulo duarum Caroli [5] filiarum ductarum, poſterior Ogniæ Giſilberti filiæ uxoris nomine, aut certè propagandi ſpe imperii, arma induerant. Hunc [7] Imperator, illos [8] Dux in ordinem quodammodo redegit. Dux amplius Theodorico Hollandiæ [9] Comiti auxilia adducens, ab hoſte Friſio captus & vix poſt biennium ſuis reſtitutus, ut redit ut moritur, [10] nullâ relictâ prole: unde Imperator Henricus, Gothelonem fratrem defuncti ſurrogat, initio quidem ſui principatus [11] Conrado (is Henricum in imperio ſecutus eſt) rebellem, ſed qui poſtea receptus in gratiam deperditum favorem ita [12] ampliter recuperavit, ut Moſellanicum tum fortè vacantem Ducatum Cæſar Lotharico adjunxerit. Dux autem cùm [13] Odonem Campaniæ Comitem, Lotharingiæ prædatoris inſtar inhiantem, apud Barum peremiſſet, vitâ functus [14] filium Godefridum, Cæſaris beneficio in Lotharingia ſucceſſorem invenit. Sed [15] eo ſummæ indolis adoleſcens non contentus, [16] indignatus immo Moſellanicæ [17] ditionis titulos ſibi præripi, animum ferocem & arma [18] in competitorem & Cæſarem acuit; illo [19] perempto, hujus circa Rhenum ferro flammaque [20] pervagatur provincias. Sed accurrenti ad vindictam Auguſto, amicorum conſilio ſupplex [21] factus præter expectationem

1 Meierus ad an. 1005. Sunt qui velint Gottofredum teſtamento Caroli hæredem ſcriptum, ab Imperatore confirmatum.
2 Henninges f. 68 p. priore Regni tertii.
3 Chronicon Leodienſe cap. 63.
4 Videbitur capite ſequenti.
5 Oudegherſtius Chronici Flandrici cap. 34.
6 Genealogia Comitum Namurci ex Bibliotheca Sancti Jacobi Leodii deprompta.
7 Chronicon Hannoniæ l. 15.
8 Confer hæc cum capite ſequenti.
9 Chronicon Hollandiæ c. 20. l. 3. & Trajectenſe l. 2. quibus conſentit Scarlenſis in Annalibus Friſiæ.
10 Anno 1019. Sigibertus ab anno 1003 uſque ad annum 1019.
Aliàs Gozelo, Gozzelo.
11 Scaffnaburgenſis ad eundem & ſequentes annos.
12 Sigibertus ad annum 1033.
13 Otto Friſingenſis libro 6. cap. 36. qui Ottonem Celticæ Comitem, & Gozelonem Belgicæ Ducem vocat.
14 Anno 1044. Sigibertus ad an. 1047.
15 Æmilius lib. 3.
16 Molanus Militiæ ſacræ cap. 45.
17 Roſieres hiſtoriis 65.
18 Meierus ad annum 1005. 1006. 1007.
19 Sigibertus ad annum 1047.
20 Scaffnaburgenſis ad annum 1048. Alii faciunt hunc Godefridi patruum.
21 Sigonius libro 8. de Regno Italiæ.

tionem, Frederico fratre in locum ſuffecto, [22] carceribus mancipatur. Unde, filio obſide relicto, [23] elapſus cùm inſuper inaudiſſet filium in vinculis obiiſſe, rei indignitate acerbos in animo ejus [24] dolorum aculeos concitante, diffiſus etiam gratiæ Cæſaris, attracto in belli [25] ſocietatem Flandrorum Comite arma reſumit, eodem, quo nuper, eventu. Germanicarum [26] quippe virium metu Aquiſgranum veniens, Pontificis [27] & procerum interventu in priſtinum dignitatis & gratiæ locum reſtituitur. Flander [28] dum pacis leges aſpernatur, armis coactus Cameracum & Antverpiam Auguſto reſtituere & fidem jurare, [29] ſed illam parum ſtabilem. Interea Godefridus [30] cum fratre in Italia rebus magnis feliciter geſtis [31] & nomen ſibi & opes [32] & Beatricem Marchionis Itali viduam uxorem pepererat, ſubinde collatis cum Flandro [33] conſiliis de rebellione cogitans. Repulſus in ſuam Flandriam, [34] qui Fredericum Ducem Antverpiæ obſederat, Balduinus Comes, [35] receptus in gratiam uxoris & procerum interventu Godefridus, & [36] denique Victor Pontifex in Agrippenſi Synodo [37] ſolidas inter tres pacis leges propoſuit, Cæſar approbavit, Dux Comeſque acceperunt. Ex quo tempore [38] invenio utrumque, Godefridum ſcilicet & Fredericum, [39] Ducis Lotharingiæ titulo uſos. Adeoque cum hunc [40] ille [41] moriendo brevi ſecutus eſſet, filium ejuſdem nominis [42] in honoris paterni quaſi hæreditariam Imperator [43] tranſmiſit poſſeſſionem: fidum illum [44] fortemque Imperatoris Bavari propugnatorem, regni Teutonici [45] robur, cui meritò vindicatum, reſtitutum, defenſum [46] Imperii decus acceptum ferant. Sed hæc extra [47] Brabantiam Belgiumque geſta prætereo. In Batavos [48] & Flandros [49] Ultrajectini [50] Præſulis rogatu victorem duxit reduxitque exercitum. Cladis autem memoria in animis hoſtium altius radicata mortem [51] Ducis creditur acceleraſſe. Cùm enim è Saxonico [52] bello redux regionis ſuæ interiora

22 Antoninus p. 2. tit. 16. cap. 4. §. 2. & ſeq.
23 Divæus lib. 3. p. 2. Rerum Brabanticarum.
24 Vincentius ubi ſupra.
25 Oudegerſtius Chronici ſui cap. 39.
26 Palmerius in Chronico.
27 Platina in Leonis IX. vita.
28 Meierus libro 3. ad annum 1050.
29 Idem ad annum 1055.
30 Sigonius l. 9. Regni Italiæ.
31 Hermannus Contractus qui Chronicon produxit uſque ad annum 1066.
32 Sabellicus Enneade 9. l. 2.
33 Meierus ad annum 1056.
34 Chronicon Flandriæ l. 3.
35. Divæus p. 2.
36 Acta Synodi & Platina.
37 Meierus ad annum 1057.
Alii tradunt, demum Frederico mortuo recuperaſſe Ducatum.
38 Docul in antiquis Brab. gen.
39 Rogerius hiſtoria 64
40 Sigibertus ad annum 1065.
41 Schaffnaburgenſis ad annum 1070.
42 De hoc vide in Antverpia.
Aliis Gozzilo vocatur cognomine Gibber.
43 Henninges ubi ſupra.
44...
45 Schaffnaburgenſis ad annum 1076.
46 Martinus Polonus qui uſque ad an. 1082
47 Sigonius l. 9. Regni Italiæ.
48 Chronicon M.S. Hollandiæ l. 3.
49 Meierus ad annum 1079.
50 Chronicon M.S. cap 70
51 Meierus ad an. 1075 ſed eum vocat Comitem Lovanienſem.
52 Krantzius lib. 5. Saxonicæ hiſtoriæ.

luſtratus Antverpiam [53] veniſſet, [54] à Giſilberto Friſone, hoſtium operà ſubmiſſo, dum fortè ſub noctem naturæ requiſitis [55] operatur, per ſecreta natium confoſſus, inde Trajectum delatus brevi exſpiravit. [56] Ubi Henricus Imperator Godefrido Euſtathii Bononienſis [57] Comitis ex Ida Godefridi Gibberis ſorore filio [58] Marchiam Antverpienſem, filio autem ſuo Conrado Ducatum Lotharingiæ diſtribuit. Sed non multo poſt ad regnum [59] Italiæ evecto Conrado Ducatum Marchiæ adjunxit [60] virtutis & operæ aliquot bellis navatæ præmium. Bellis enim omnibus non comes tantùm, ſed & Dux exiſtens omne ad victoriam momentum tulerat, Rodulphum [61] Sueviæ Ducem Henrici Cæſaris competitorem perruptà hoſtili acie confoderat, Aquilæ Imperialis [62] quam ferebat cuſpide pectus transfixum; Romanæ [63] Urbis mœnia primus conſcenderat, Urbem & Italiam victas Imperatori ſuo aſſeruerat. Adeoque Europæ [64] finibus neutiquam ſe concludi [65] paſſa Ducis generoſitas, [66] orientis in medio quærendum putavit, circa quod [67] ſui faceret periculum. Dedit ſe [68] & nomen ſuum militiæ ſacræ, perque Aſiam [69] victricia ſigna circumferens Hieroſolymas [70] fœdiſſimæ Barbarorum eripuit ſervituti, [71] meritus occidentalium primus terræ [72] ſanctæ titulo nomen [73] ſuum exornare. Qui cum vitam [74] illuſtrem glorioſo fine coronaſſet, Henricus Imperator [75] ejuſdem nominis Limburgenſi Duci Lotharingiæ aſſignavit Ducatum. [76] Hujus beneficti memor dum Patroni ſui partes armis & animo fovet, indignationem [77] Cæſarei filii contra patrem rebellantis nequivit effugere. [78] A quo in Imperatorem electo victus, captus, & judicio Principum [79] Ducatu ſpoliatus eſt* ſuffecto in locum Godefrido Lovanienſi, de quo mox ſermo erit. Voluit quidem Henricus Exdux & poſt eum filius [80] præreptum ab Imperatore nomen & poſſeſſionem armis repetere, ſed inferior ſemper. Immo verò cùm Lotharii

53 Scaffnaburgenſis ad annum 1076. qui ſuam hiſtoriam uſque ad annum 1077. ducit.
54 Sic Divæus p. 2. l. 3. Rerum Brabanticarum fuſius.
55 Rogerius hiſtoria 67
56 Sigibertus ad annum 1076. & ſequentes.
Anno 1076.
Scaffnaburgenſis eum facit Godefridi conſobrinum.
57 Molanus c. 49. militiæ.
58 Sigibertus ad annum 1089.
59 Antoninus, Vincentius ubi ſupra.
60 Scaffnaburgenſis in fine operis.
61 Divæus l. 3. p. 2. & l. 2. Antiquitatum.
62 Concordant Germani Scriptores.
63 Sigonius l. 9. Regni Italiæ.
64 Sigibertus ad annum 1089.
65 Antoninus titulo 16. c. 13.
66 Vincentius in Speculo l. 17.
67 Otto Friſingenſis l. 7. c. 1.
68 Nauclerus gener. 37
69 Guilielmus Tyri Epiſcopus Franciæ Orientalis l. 2.
70 Molanus c. 53. militiæ.
71 Blondus Decadis 2. lib. 4.
72 Æmilius l. 4.
73 Fucherius Carnutenſis Belli ſacri libro toto.
Anno 1101.
74 Abbas Urſpergenſis ad annum 1100. Sigibertus qui producit ſuum Chronicon uſque ad annum 1112.
75 Meierus ad an. 1106. Sigibertus ait eum, cum antea filio adhæſiſſet, poſtea ad patrem deceſſiſſe.
76 Divæus l. 1. & 4. p. 2. Rerum Brabant.
77 Sigonius l. 10. de Regno Italiæ.
78 Chronicon Trudonopolis p. 2. l. 1. c. 4.
* Anno 1106.
79 Molanus c. 53. Militiæ.
80 Videbitur in Limburgicis fuſius.

[81] Cæſaris authoritate Godefridus, eò quod Conrado [82] competitori ejus & æmulo adhæſiſſet, Ducatu ſpoliatus, & [83] Valeranus Exducis Henrici filius eodem [84] donatus eſſet, non valuit, quod jure ſuum erat, vi recuperare. Ita ut Lothario è vivis ſublato Conradus [85] ſucceſſor Godefridum in integrum reſtituens ſucceſſores etiam maſculos in perpetuum ſucceſſuros declaraverit. Quod donum Imperator [86] Philippus etiam ad fœminas extendit. Atque hactenus de Ducibus qui Marchiam cum Campinia, loca Hasbaniæ & Gallobrabantiæ partem poſſederant: nunc ad Comites Lovanienſes qui reliquum Brabantiæ obtinuerunt progrediemur.

81 Otto Friſingenſis l. 7. c. 22.

82 Sigonius l. 11. Regni Italiæ.

Anno 1126.
83 Divæus l. 2. Antiquitatum Belgii.

84 In fundatione quadam Everbodii data an. 1136. vocat ſe Lotharingiæ Ducem & Marchionem.

Anno 1137.
85 Ex Diplomate Conradi Imperatoris cujus exemplar extat apud Divæum.

Anno 1204.
86 Ex Diplomate Cæſareo quod extat in Opere Petri de Thymo.

CAPUT VII,

Ducentorum amplius annorum geſtis abſolutum, quibus Lovanii Comotatus penes Hasbanici ſanguinis Principes perſeveravit, à Lotharingia reliqua ſeparatus, per rebellionem.

DE veteribus Lovaniæ Comitibus dicam in Lovanio, nunc de iis qui poſt pulſos ab Arnulpho Normannos præfuerunt agendum. Recuperatum itaque Lovanium, Lotharingici Ducatus appendix, ejus fata & mutationes [1] ſecutum veroſimile eſt. Cui Bertharium [2] Comitis titulo Arnulphus Imperator præfecit. Is cum Raginerio [3] Duce, Gerardo Namurci, Matfrido Angiæ Comitibus inter conjuratos Suentebaldi Regis numeratur, & à nonnullis Henricus [4] vocatur, genus à Carolo Hasbano illuſtre repetens, Raginerii *Montenſis* [5] parens, & Lamberti [6] *Lovanienſis Comitum.* Quorum ille generis claritate tumens Ducibus ab Ottone Auguſto conſtitutis in Lotharingia rebellis à Brunone [7] Archiduce dolo Valentianas evocatus, & carceri mancipatus & ipſe & filii patrià extorres [8] omnibus bonis exuti ſunt. Hic *Vir fortis* [9] *& bellicoſus* nec uno nomine Ottoni carus ad preces monachorum *Advocatus* Gemblacenſis conſtituitur: nec deinceps quò devenerit ab ullo traditum eſt, quod ſciam.

Crederem ego ſine liberis obiiſſe, & Giſilbertum, utpote Lotharingiæ Ducem, Comitatum uſurpaſſe uxori ſuæ [10] Gerbergæ dotis loco aſſignatum, probante Cæſare, reclamante [11] Raginerio. In quem utpote perduellionis reum expedita arma, & facultatibus ejus, [12] ut dixi, fiſco addictis, penes Gerbergam & Gerbergâ natum Carolum, & Carolo Ottonem manſit cum Bruxella, Antverpia, & Nivella [13] Lovanium. Ottonis ſoror Gerberga [14] Lamberto [15] Raginerii [16] Excomitis filio nuptum conceſſit. Qui invito Cæſare, Francorum [17] opibus fretus, Lovanium occupavit & avulſum à Lotharingico corpore Comitatum ſibi poſteriſque aſſeruit. [18] Unde plurium bellorum nata ſunt incentiva: Comite [19] ſe Lotharingiæ per Imperatorem alteri contributæ Ducatu privari; Ducibus [20] bonam Ducatus partem à Comite poſſideri; Imperatore Duces muneris ſui expertes eſſe, Comitem rapto potiri, & alieno [21] frui non permittente. Pro Comite ſtabat & [22] frater Haginoniæ Comes & Franci [23] in recuperando æquè ac defendendo parati. Bellum ei fuit cum Godefrido Arduennate [24] ob Lotharingiam præreptam, cum Leodino [25] Antiſtite ob Hogardiam in finibus ſuæ ditionis munitam. Ab illo obſeſſus tulit, adeòque fatigatum cedere coëgit; [26] hunc recedere & munitionem amoliri. Ad extremum contra [27] Godefridum Gibberem Hannoniæ arma inferentem profectus apud Florinas [28] cum 300. ſuorum occubuit. [29] Ferunt Philactcrio [30] ſacris reliquiis inſtructo in præliis uſum, ſemper victorem rediiſſe, quod tum fortè neglexerat. Periit quidem, ſed non ita quin hæredem reliquerit virtutis & ignominiæ vindicem Henricum à natali ſolo nomen Bruxellenſis adeptum. [31] Qui cœptum à patre bellum pari alacritate

critate

1 Rogerius hiſtoriæ ſuæ ſectione 60. & 61.

2 Dagobertus vetus Scriptor qui ante 200. annos vixit hunc nominat.
Anno 915.

3 Conſentiunt Lotharingi Scriptores.

4 Henninges fol. 122. p. 1. Regni 2. Monarchiæ 4.

5 Chronicon Hannoniæ l. 14.

6 Hunc Annales M. S. VI in ordine Comitem faciunt.

7. Rotgerus in vita Brunonis c. 36.

8 Æmilius l. 2.

9 Sic vocatur in diplom. Ottonis hac de re dato an. 947. Indictione 2. Francofurti menſe Junio, Martyrio Apoſtolorum Petri & Pauli, Signo Ottonis.

10 Annales Francorum & Rogerius ex illis.

11 Rotgerus in vita Brunonis Archiepiſcopi.

12 Chronicon Colonienſe.

13 Meierus ad an. 1005.

14 Aliis Ermingarda.

15 Cognomento barbato, Raginerii Longicolli filio.

16 Henninges f. 28. Monarchiæ 4. Regni 3. & 4. parte priore.

Anno 977.
17 Divæus l. 5. p. 2. Rerum Brabanticarum.

18 Molanus l. 1. Rerum Lovanienſium.

19 Divæus p. 2. antiquitatum Belgicarum.

20 Idem l. 1. Rerum Lovanienſium.
Notandum, à manuſcriptis hiſtoricis hos Comites nunc Bruxellenſes, nunc Lovanienſes vocari, credo appellatione ſumpta & mutata pro loco ubi reſidebant Comites, aut prout Scriptores aut Bruxellæ aut Lovanio faverunt.

21 Lazius l. 3. de Migratione gentium.

22 Conſentit Hannoniæ Chronicon l. 14.

23 Æmilius l. 3 & Gaguinus.

24 Roſieres hiſtoria 60.

25 Chronicon Leodienſe in vita Baldeneri Epiſcopi.

26 Sigibertus ad annum 1012.

27 Roſieres hiſtoria 61.

28 Chronicon Gemblacenſe ad hunc annum.

29 Sigibertus ad annum 1013.

30 Annales Belgici p. 2. cap. 27.

Obiit an. 1014. ſepultus Nivellæ.

Hunc Annales Priſcum appellant.

31 Chronicon Brabantiæ cui aſcribunt Reheres.

critate proſecutus toto conatu ſtudebat Ducatum recuperare. Sed nimis potentem nactus adverſarium Imperatoriis [32] opibus omne ſumptuum onus facilè ſuſtinentem, præventus etiam morte (quam [33] Hermannus [34] quidam captivus ei intulit) animi ſui deſiderium & ſupplementum ſucceſſori tranſſcripſit. Non quidem Ottoni [35] filio [36] brevis ævi puero & Comiti, qui eodem anno patrem moriendo ſecutus eſt; ſed [37] Lamberto [38] Balderico [39] fratri. Qui difficili tot annorum bello finem exoptatum impoſuit, non victoria ſed pace, intervenientibus nuptiis firmatâ, ductâque Idâ [40] Gozelonis [41] Ducis in uxorem filiâ. Unde per novam affinitatem junctis animis & Socero & Flandriæ [42] Regulo in Henricum 3. adhæſit, parentes Imperio terras ferro & igne populatus. Sed dum Tornacum [43] cum præſidio tuetur captus, aut certè telo confixus interemptus eſt. Henricus II. filius hæres & opum & neceſſitudinis cum Flandro (uxorem [44] enim Roberti [45] Friſii filiam duxerat) non tamen odii in Cæſarem, cui adeò gratus accidiſſe putatur, ut Carinthiæ [46] præficeretur. [47] Unde ad Provinciæ ſuæ curas evocatus, & Lovanio ob rei memoriam Carinthiæ inſignia communicavit, & Colonienſi Antiſtiti & aliis egregiam in Hollandos [48] operam navavit. Cùmque vivere deſiiſſet, duos ſucceſſivè ex filiis invenit Succeſſores Henricum primò Richildis contra [49] Robertum Flandriæ Comitem partes foventem, & in ludis [50] haſtilibus Tornaci lethaliter ſauciatum: & deinde Godefridum, qui partim armis, partim Cæſareâ donatione Lotharingiæ Ducis titulum induit, & Ducatum poſſedit.

32 Bogardus lib. 1. Rerum Lovanienſium.

33 Sigibertus ad annum 1038.

34 Anno 1038. ſepultus Nivellis. Annales verò id mortis genus Henrico tribuunt mortuumque anno 1046.

35 Hunc quidam inter Comites non numerant.

36 Lazius l. 3. & Henninges fol. 122.

37 Hunc annales Henrici filium faciunt.

38 Sic vocatur in Ottonis Auguſti literis Gemblaci.

39 Sic vocatur in fundatione Capituli Bruxellenſis.

40 Aliis Oda vocatur.

41 Conſentiunt Lotharingiæ & Barri Ducum ſtemmata apud Rogerium.

42 Annales Flandriæ, & Marchantius conſentit.

43 Meierus l. 3. ad annum 1054.
Anno 1054. ſepultus Nivellis.

44 Concordat genealogia Comitum Flandriæ apud Heuterum, Henninges & alios.

45 Hanc aliqui uxorem dant Henrico II.

46 Divæus l. 2. rerum Lovanienſium.

47 Alii Conradum hujus fratrem ab Henrico IV. puero adhuc Ducem Carinthiæ electum.

48 Chronicon Hollandiæ l. 4.
Anno 1068. ſepultus Nivellæ.

49 Oudegerſtius c. 48. & ſequentibus.

50 Sigibertus ad annum 1098.
Anno 1098. ibidem ſepultus, quem annales anno 1083. à captivo jugulatum aiunt, & ei ante Godefridum ſucceſſiſſe Henricum filium mortuum anno 1096.

CAPUT VIII

Seſqui-ſeculi tempus expediens, quo Brabantia Ducibus Lotharingiæ inferioris paruit, natis & permanentibus in Comitum Lovanienſium Familia.

HActenùs diſſimulante & invito Cæſare poſſeſſam à Comitibus [1] Lovaniæ non mediocrem Lotharingiæ inferioris [2] partem docuimus: ita tamen ut nec Beneficiarii hujus Duces [3] violentam Comitum poſſeſſionem turbare, nec Comites illius præreptum Ducatûs jus, ſi res ita ferret, repetere diſtuliſſent. Hinc [4] Godefrido noſtro illuſtre Barbati [5] cognomentum obtigiſſe traditum, quòd Patri ſe barbam non poſiturum [6] juraſſet, niſi reſtitutâ Lotharingiâ. Cujus per bella ſe obtulit occaſio ex [7] Godefridi Lotharingiæ Ducis, ut dixi, perduellione. Imperator enim Henricus V. memor [8] auxilii per Comitem ſibi in bello paterno lati, Godefridum [9] ſororium jam inde ſuum juſſit Lotharingiam univerſim Ducis titulo [10] poſſidere ſimulque ad hæredes tranſmittere. Hàc ratione reſtitutâ priſtinæ [11] amplitudini Provinciâ Dux nihil prius habuit, quàm [12] Vaſallos olim Lotharingiæ feudis ſuis inveſtitos, juramento ſibi obſtringere. Fecêre id indicto [13] procerum conventu Hornanus, [14] Gaesbecanus, Angianus aliique Barones non gravatim, exceptis qui latè in Brabantia dominabantur Bertholdis. Ad quos tum à Duce tum à Cæſare miſſi Oratores, cùm nihil æquum impetrarent, neceſſariò arma [15] expedienda erant, neutrâ partium refragante. Pro Bertholdo, id temporis [16] Grimbergæ, Turnhouto, Mechliniæ, [17] Merchteniæ, & Gelæ imperante ſtabant Aſcanus, [18] Oienbruggenſis, Screyhanius, Malius, Hombecanus, Eppegemenſis, Boſci, Herlarii, Lyræ, Calmontis, Waſſenhovius, Opheymius, Dammius, Panurius, Imputanus partim Domini, partim Affines, [19] partim Barones, omnes ferè Equites. Munita ab his in Strombecano vico Nothelaria arx, ferro flammâque in vicinos graſſatum. Nec minùs ſegniter Dux Bruxellâ egreſſus omnia media Grimbergam uſque populabatur: ita ut [20] nihil toto iſto tractu intactum ſupereſſet. Ventum tandem [21] ad inducias, lecti utrimque qui de modo pacis diſpicerent, ſed nihil admodùm effectum. Adeo-

1 Probatum id fusè à Divæo & Molano l. 1. Rerum Lovanienſium.

2 Conſentit Roſieres hiſtoria 61. & ſeqq.

3 Docuimus ſuperioribus tribus capitibus.

4 Aliàs Gottofredus aut Godefridus vocatur, & Dominus Lovanii Munſtero vocatur.
Idem Lazius f. 82. l. 3. de Migrat. gentium.

5 Munſterus f. 182. l. 2. ſuæ Coſmographiæ.

6 Divæus.

7 Rogerius ubi ſupra conſentit.

8 Sigonius l. 10. Regni Italiæ Gottofredi Comitis non ſemel meminit.

9 Henninges f. 122. Lazius f. 82. Heuterus l. 6. Rerum Burgundicarum conſentiunt.

10 Anno 1106. quamquam Angianus an. 1130 ponat.
Munſterus f. 112. l. 3. conſentit.

11 Caſtergatenſis privilegium habet conceſſum, ut reliquæ Lotharingiæ iterum uniretur Lovanium.

12 Chronicon Trudonenſe p. 3. l. 1. c. 1.
Archiva Lovanienſia id Lovanii factum narrant, quibus aſtipulantur manuſcripti plures.

13 Divæus l. 1. rerum Lovanienſium & 3. partis 2. Brabanticarum

14 Annales impreſſi c. 29.

15 Chronicon Leodicenſe.

16 Patet ex diviſione Brabantiæ apud Halmalium.

17 Archiva urbis conſentiunt.

18 Hos annos nominat & bellum Fuſius deſcribit Joannes Angianus.

19 Prolixè & ferè ad faſtidium hæc ſingula minutatim deſcribit hiſtoria belli Grimbergani per R. loci Abbatem mihi communicata.
Et arcis & propugnaculi Grimbergani monſtrantur monumenta.

20 Petrus de Thymo p. 4.

21 Caſtergatenſis, qui & nominat arbitros utrimque delectos,

deoque [22] recrudeſcente bello effectus ſuperior Dux bonam Grimberganæ ditionis [23] partem occupavit, effecitque ut minus integrum eſſet eo ſuperſtite prælium redintegrare. Et quia Tanchelini [24] hæreſis cum certiſſimo animarum diſpendio magna ſumebat incrementa, Ducis [25] opera & ipſe & omnes ejus aſſeclæ Brabantiâ cedere compelluntur. Atque hæc quidem domi geſta. Alexandrum [26] Juliacenſis Comitis Fr. contra Fredericum Epiſcopatus cōpetitorem favore & armis juvit, ſed irrito conatu. Alberonem verò [27] fratrem, mortuo Frederico ſurrogatum, & ante & poſt infulas obtentas fovit. Contra Alexandrum [28] clientem nuper ſuum, nunc tandem poſt binam repulſam inauguratum bellum difficile geſſit ob amotum Trudonenſi [29] præfecturâ Duraſſi Comitem. Ultra Moſam Cæſaris juſſu Falcoburgenſem diruto oppido punivit. In Flandria Guilielmi Normanni [30] contra Theodoricum Elſatium caſtra ſecutus eſt, ſed [31] huic conciliatus pace filiorum nuptiis firmatâ rem compoſuit. In [32] oriente contra infideles egregiam Chriſtianis operam navavit. Imperatorum [33] Gener, Sororius, [34] Regum Avunculus, [35] Socer [36] Ducum, Comitumque [37] non uno titulo affinis, Abbatiarum 2. Præpoſituræ unius, Templorum & Collegiorum plurium fundator.

Sed quaſi cum Barbato mortua victa, & ſepulta foret audacia, in hæredem [38] & ſucceſſorem filium cognominem tum Limburgenſis tum Bertholdi arma expediverunt. Ille quidem [39] ad defuncti famam primi Ducis Aquiſgrano movens agrum Ducalem prædis exhauriebat; ſed Dux ſecundans per Trudonopolim (ea [40] Limburgenſem Patronum tum agnoſcebat) victam, apud [41] Trajectum Moſam transfretans & famam præcurrens, antequam advenire crederetur, Aquiſgrani [42] apparuit, attractiſque in ſuas partes civibus, unico hoſtem profligans prælio victorem reduxit exercitum. Interim Bertholdi duobus prœliis, [43] impares Ducis copias facilè contemplati, deperdita nuper recuperare, eadem nova aliorum acceſſione locupletare, progreſſi, in [44] exultantem nupera & recenti victoria Brabantum feruntur: victoriaque potiti multis calamitatum fluctibus obnoxiam [45] reliquêre Lotharingiam. Quas omnibus major excepit immatura [46] Ducis mors inſecuta, & filii ejuſdem cum avo patreque nominis, inepta (vix enim primum ætatis annum [47] expleverat) imperio ætas. Hoc rerum ſtatu cum Grimbergani majores indies ſpiritus ſumerent, nobiliſſimi quique Brabantorum, & inter primos [48] Dieſthenſis, Weſemalius, Bierbacenſis, Wemmelenſis, illi Barones, hic Toparcha, impuberis Domini & patriæ nutantis ad ſe pertinere rati negotium, à Theodorico [49] Flandrorum Regulo juſtam auxilio manum impetrant. Sed invidente victoriam belli fortunâ [50] profligati & vires ſuas magis infirmas & cauſam Flandro minus gratam reddiderunt: ut qui manifeſto [51] ſuorum periculo & ſanguine ad patrocinandum infelicitati vicinorum abuti recuſaret. Quid agant afflicti proceres? [52] Cùm nec oculi ſuſtinerent, Nothelariâ [53] Vilvordiâque dirutis, ferro flammaque graſſanti inimico Brabanticenſem agrum quaquaverſus patere; nec animus ferret nobiliſſimum Ducem clientibus ſuis & perduellibus victas manus porrigere, iteratam [54] in Flandriam legationem expediunt, promittentes ſi quidem opibus ſuis Lotharingiam periculo exemiſſet, fore ut provectior effectus Dux Comitis è manibus beneficiario titulo poſſidendum ſuſciperet Ducatum. [55] Hac pollicitatione illectus Comes ingentem tota Flandria delectum agit, coguntur ſub ſignis nobiliſſimi quique, aderant & [56] Namurcæus & Loſſenſis [57] Comites. Quibus ſtipati Brabantiæ Hasbaniæque proceres audent iterum pugnæ aleam ſubire. Pugnatum utrimque acriter: adeoque in tertium diem protractum prælium bis nox diremit in neu-

22 Bogardus l. 7. rerum Lovanienſium.

23 Concordant Grimbergæ monumenta.

Annò 1124. aliis Tandemus vocatus, de cujus ſecta vide Sanderum l. 7. de viſibili Monarchia numero 141.

24 Scriptores vitæ S. Norberti & Robertus Abbas c. 34.

25 Molanus c. 55. Militiæ Sacræ.

26 Chronicon Trajectenſe l. 4. f. 12. Placentius & Chronica in 27. Epiſcopo Leodienſi.

27 Iidem in 28. Epiſcopo.

28 Iidem in 30. Epiſcopo.

29 Chronicon Trudonenſe l. 10. c. 1. Anno 1123.

Anno 1120. & 1126. Dux cum Flandro certavit. Cauſa negata dos Clementiæ Uxoris ſuæ.

30 Meierus ad an. 1119.

31 Oudegerſtius c. 72.

32 Molanus id probat ex Archivis Lovanienſibus.

33 Henninges f. 42. conſentit.

34 Lazius l. 3. conſentit.

35 Cromerus l. 5. in Vladiſlao Rege Poloniæ fatetur.

36 Polidorus l. 12. in Henrico Rege Angliæ.

37 Patebit ex Genealogia quam operi ſubjungam.

Obiit an. 1140. ſepultus Affligemii.

38 Munſterus l. 2. fol. 113. Coſmographiæ conſentit.

39 Chronicon Trudonenſe partis 3. l. 1. c. 3. conſentit.

Aquiſgranum longo tempore à Ducibus noſtris Advocati titulo poſſeſſum, quod alibi fuſius docebo.

40 Ex Diplomate Metenſis Epiſcopi quod eſt in eodem Chronico.

41 Chronicon Leodienſe in 30. & 31. Epiſcopo.

42 Concordat Aquiſgranenſe Diarium, & Chronicon Colonienſe.

43 Conveniunt Grimbergæ & Mechliniæ Archiva quæ vide ſuis locis

44 Annales p. 2. c. 30.

45 Barlandus, & Divæus in vita Godefridi II.

Ob. an. 1143. ſepultus Lovanii in Baſilica D. Petri.

46 Henninges fol. 122. Monar. 4. Regni 3. parte priori.

47 Bogardus & Divæus l. 1. Rerum Lovanienſium.

48 Conſentiunt Diaria & libri Genearum Nobilitatis Brabanticæ.

49 Meierus l. 5. ad annum 1140. conſentit.

50 Oudegerſtius & Marchantius l. 3. conſentiunt.

51 Annales Flandriæ p. 2.

52 Petrus de Thymo p. 4. titulo 3.

53 Id refert Caſtergatenſis & addit à Duce prius fuiſſe dirutam Grimbergam.

54 Marchantius & alii in deſcriptione Teneramundæ.

55 Nominantur Nobiles à Caſtergatenſi.

56 Conſentit Chronicon Namurcenſe.

57 Chronicon Leodienſe p. 2.

neutram partem reclinante victoria. Donec Gaesbecani conſilio adductus Bruxella [58] in cunis etiamnum vagiens Dux, ſuſpenſuſque [59] è ſalice tantum Brabantis animi addidit, ut vulnerum, præ capiendi Ducis dedecore, obliti, morte contemptâ in hoſtem irruerint, victores, licet non ſine pulvere, redierint. [60] Ceciderunt ex hoſtium qui 20000. exceſſiſſe creditur, numero, Gerardus [61] Bertoudus cum filio, Capellenſis, Ittrenſis, Schondebroecanus, Hombecanus, Maſſenhovius, Oyenbruggenſis, Berlegemenſis, Brabanti: Virzonius Comes & Concy Toparcha Franci, Arclenſis & Iſelſteinius Hollandi: Bronchorſtius Gelder: Joannes & Sigerus Bredani; ex Brabantis Dieſthenſis, Rotzelarius, Weſemalius, Birbæci, Leefdaliæ, Raviziæ, Barones: Hornanus & Traſignius Toparchæ equites.

Interjecto tempore Godefridus [62] Dux, cum ex ephæbis exceſſiſſet, in Flandriam fortè profectus urgetur à Comite ad faciendum ſatis legi quam [63] tutores ejus lati præmium auxilii admiſerant. Dux nulla arte induci poſſe Comitem ad remittendum id juris videns, fertur [64] juvenili quadam audacia ſtrictum enſem porrexiſſe, Hoc, inquiens potius me tranſverbera prius, quam nobiliſſimum Ducatum Comitis beneficio poſſideam. Eoque generoſæ indolis facto oblectatum Flandrum accepta pro latis ſuppetiis Teneramunda [65] contentum liberum re & dimiſiſſe. Reſtabat vetus cum [66] Limburgenſi controverſia, quæ ipſa ut ſopiretur Margaretam [67] Limburgici filiam Godefridus conjugem aſſumpſit, & dotis loco Rodenſe caſtrum cum præfectura [68] Trudonenſi, & quicquid in Brabantia juris majores ejus arrogabant. Atque hæc quidem ſunt domi & propriis auſpiciis geſta. Quibus ſententia executioni mandatis Duci magis integrum amicis & vicinis operam navare, & imperii terminos prorogare. Philippo Flandriæ Regulo Henricum filium cum 400. equitibus contra Francum auxilio [69] miſit. Verſus Moſam in Namurci Comitatum neſcio quid juris afferens bis armorum [70] arbitrio credidit controverſiam, ſed Henricus Comes valida Hannonum [71] inſtructus manu non ſine clade [72] repulit & fugavit adverſarium. Verſus Hannoniam Angianus Baro qui relicto Hannone, Duci ſacramentum clientelare dixerat [73] belli fomitem ſubminiſtravit, quem promovit cum Balduinus Hannoniæ Comes [74] Lombekam ab Angiano Duci oppignoratam arce firmare niteretur. Sed dum ſtarent in procinctu acies [75] Flandri interventu de induciis convenit, donec, ſacra expeditione, quod conſtituerat, peracta Dux ex oriente [76] domum revertiſſet. Verùm enimvero belli utriuſque progreſſum, [77] mors Ducis, (qui Albertum [78] filium Antiſtitem Leodiorum, filiam Angliæ [79] Reginam, aliamque Gelriæ Principem, reliquos duos Nobiliſſimæ [80] Baronum ſtirpis fundamenta jacientes reliquit) interrupit. Utrumque Henricus filius non minori, quam pater alacritate reſumpſit. Cujus virtutem procul propèque remoti, ſacri profanique ordinis Principes, eoique occiduique orbis Athei agnoſcunt. Ter [81] cogitatum, bis [82] aſſumptum in Aſiam iter, fuſus Saladinus, Sylvina, Berythus [83] & Joppe Seracenorum manibus ereptæ, [84] expugnata Conſtantinopolis, & quod glorioſi Ducis Principiſque in patriam nomen reduxit, teſtantur. Cives Agrippinæ Coloniæ Imperio [85] rebelles ad officium revocati, Ragelroya prædonum illis locis receptaculum, deleta, quid animi in Religionem quid virtutis fuerit abundè loquuntur. Sed viciniora dicam & in orbem commiſſa bella & belli fortunam. Gerardum Loſſenſem Comitem orta ob Præfecturam Trudonenſem [86] controverſiâ, vaſtato Comitatu, Duraſſi arce expugnata, Trudonopoli obſeſſa malè mulctavit. Cùm Hannone frequens & [87] pœne anniverſarium fuit accedente [88] ad ſuperiores cauſas primò Theo-

Id alii referunt factum ante pugnam primo die.

58 Refert Eboracenſis p. 2. Exemplorum & alii Exemplorum Collectores.

59 Id addunt Annales noſtri, ſubticent exteri.

60 Numerat & nominat ſequentes Caſtergatenſis

61 Quid de Bertoudis poſt hoc prælium factum ſit, vide in Mechlinienſibus.

62 Divæus. Natum volunt tum annos tantum 15.

63 Meierus ad annum 1140.

64 Id Annales noſtri conſtanter affirmant.

65 Marchantius ubi ſupra.

66 Rogieres conſentit hiſtoria 67.

67 Henninges fol. 123. Heuterus l. 6. Burgundicarum rerum conſentit.

68 Chronicon Trudonenſe conſentit parte 3. l. 2. c. 8. Anno 1155.

69 Meierus l. 6. conſentit, & Oudegerſtius c. 33.

Meierus an. 1169. ait Godefridum Lovanienſem à Flandro victum.

70 Conſentit Hiſtoria Namurcenſis.

71 Chronicon Hannoniæ parte 3. l. 17. c. 19.

72 Meierus an annum 1180. & 1169.

73 Chronicon Hannoniæ l. 16. c. 21.

74 Idem Chronicon p. 3. l. 17. c. 11. fol. 35.

Hoc Bellum operâ Henrici filii Dux geſſit.

75 Meierus an annum 1182. l. 6.

76 Molanus c. 57. Militiæ Sacræ Ducum. Molanus eum Hieroſolymis res magnas geſſiſſe aſſerit, quod alii negant, & filio adſcribunt.

77 Munſterus l. 2. fol. 113.

78 Placentius & Chronicon in 34. Epiſcopo ad annum 1191.

79 Neubrigenſis l. 4. conſentit.

Vulgo anno 1181. mortuum aiunt, cum tamen inveniam eum an. 1187. Gemblacenſibus aliqua conceſſiſſe privilegia. Sepultus eſt ad D. Petri Lovanii.

80 Stirps Cucana & Patuetana concordat.

81 Haraldus in continuatione Belli Sacri l. 1. ad annum 1197.

82 Trithemius in Chronico Hirſaugiæ ad annum 1215.

83 Præter Heroldum, Meierus ad an. 197.

84 Præter Barlandum Nicetas in fine Annalium deſcribit.

85 Chronicon Treverenſe in Theodorico Archiepiſcopo, cui conſentit Colonienſe in Adolpho.

Alterum poſt ſexennium cum Loſſenſi Comite Ludovico Bellū geſſit Dux eandem ob cauſam, ut Barlandus, ob reædificatam Duraſſi Arcem, ut Leodienſe Chronicon tradit, quod Namurci Comes Philip. ad pacem reduxit.

86 Chronicon Trudonenſe p. 4. l. 2. ad annum 1189.

87 Chronicon Hannoniæ p. 3. l. 17. c. 13. fol. 35. & c. 21. fol. 40.

88 Meierus initio lib. 7.

dorici Revernenſis in Flandria competitoris, mox Namurcæi Comitis [89] cum Hannoniæ Comite Balduino controverſiis, quas Dux tuendo aut certè promovendo [90] ſuas faciebat; pace tandem tandem Hallis compoſitâ. Cum Trajectenſi & [91] Hollando [92] bellum natum hâc occaſione: Balduinus Antiſtes fratri ſuo Comiti Hollandiæ Velaviam tradiderat vi occupatam, eo quòd Godefridum Ducem & Gelriæ Comitem, qui eam poſſidebant, beneficium tempori non eſſe profeſſos diceret: hinc prædationes & omnia tumultibus plena, donec Frederici Imperatoris authoritate juſſæ ab armis recedere partes, & ab [93] Henrico VI. Cæſare pro Duce pronunciatum eſt. Nec multò poſt, cùm ad Trajectenſem [94] Cathedram evectus Theodoricus Hollandum [95] Gelrumq; [96] hoſtes experiretur, auxilio accurrit Dux; ſed commodùm intercedente Otthone [97] Auguſto & Adolpho Col. Antiſtite ſine ſanguine receſſum. Niſi quod Geldro, dum ad Cæſarem tendit, à Brabantis capto, Hollandus ſubitò in Brabantiam delatus, Silvam-Ducis [98] & in ea utrumque Ducis fratrem cum ingenti præda capiens, Hoeſdenum abſceſſerit. Ubi dum ſecurus [99] militem corpus curare jubet, à Duce præventus, captuſque cum inſigni ſuorum clade, nuperæ expendit victoriæ lætitiam. A Duce tamen & hic & Gelder libertati reſtitutus, & in generum [100] adſcitus Martem Hymenæo concluſit. Non minùs juſti & ſpecioſi tituli fuit geſtum cum Leodicenſibus bellum, [101] dum Alberti fratris nuper ab una Canonicorum parte in Epiſcopum electi, [102] & Pontificiâ authoritate confirmati vivi partes contra Imperatorem, cæſi contra æmulum & Competitorem Harſtallani Comitis fratrem partes tuitus, Harſtallumque & confines terras depopulatus coëgit adeò Imperatorem majores motus timentem poteſtatem [103] ſibi facere, quem vellet Epiſcopum nominandi.

In Schiſmate Imperatorio Dux primò Ottoni [104] Saxonico adhæſit, mox Philippo Sueno [105] Competitori fidem Confluentiæ juravit: eo demùm necato, ab Othone in gratiam receptus, ejus ſtudio, Moguntini [106] Electoris (qui juſſu Pontificis ob attentatum [107] Apuliæ Regnum Auguſto infenſi, eidem adverſabatur, ditionem flammâ ferroque vaſtavit. Cum paria in Brabantos Moguntini fautor [108] Leodienſis attentaret, Dux, furenti ſimilis delectu totâ regione habito, Leodium bellicis operibus per dies aliquot ferociter oppugnatum vi capit, nulloque ſexûs aut ætatis diſcrimine in cives debacchatus, nec à ſacris quidem abſtinuit: [109] ut nullibi non extarent crudelis inſaniæ veſtigia. Epiſcopus vix fugâ dilapſus, Eccleſiaſticum in noſtros fulmen jaculatus, cùm nihil proficeret, ipſe Pontifex [110] totam diris involvit Brabantiam. Sed enim hoc per Legatos pacato, promiſsâque Moguntino non mediocri pecuniæ ſummâ, Dux [111] in ſequenti anno bellum cum Leodienſi redintegrat. Pro Epiſcopo certabant Flander, [112] Loſſenſis, Namurcique Comites; Dux Francorum colligebat [113] auxilia, rebus ex compoſito ſic adornatis, ut, dum Gallus Flandriam fatigat, [114] Dux Leodicum aggrediatur. Sed neutrobi feliciter ceſſit Brabantiæ. Fuſus enim ad Hogardiam loco, qui Stips dicitur, ab Antiſtite Dux cum 2000. ex ſuis clade retrocedens, paulò poſt à Flandro Bruxellæ [115] obſidetur, cogiturque adeò Francis amicitiam renunciare, imò junctis cum Flandro [116] & Otthone Auguſto viribus eundem oppugnare. Quod dum facit, commiſſo [117] circa Tornacum ancipiti prælio, victoriâ tamen [118] penes Francum manente, ipſe cum ſuis fugæ præſidium nactus, nihil exinde geſſit memorabile. Moguntiæ in morbum lapſus [119] inde Coloniam delatus expiravit: Vir, ſi unicum iſtud ſacrilegum bellum tollas, cuivis maximorum comparandus. Quatuor maximorum [120] Comitum, Imperatoris [121] unius ſocer; Chriſtianiſſimi Re-

89 Chronicon Hannoniæ p. 3. l. 17. c. 41. f. 47. & ſequentibus.

90 Meierus ad an. 1194.

91 Chronicon Trajecti in Balduino Epiſcop. 29

Anno 1197.

92 Hollandiæ Annales in vita Florentii ad annum 1178.

93 Ex Diplomate dato Golenhuſii an. 1196. 2. Nonas Martii quod extat apud Divæum.

94 Annales Trajectini in Epiſcopi 31. vita.

95 Chronica in Theodorico Comite ad annum 1200.

96 Aquilius in Chronico & vita Ottonis.

97 Hiſtoriæ Auguſtæ tom. 6.

98 Divæus l. 6. p. 2. Rerum Brabanticarum.

99 Annales noſtri p. 2. cap. 32.

Anno 1202.

100 Conſtat Genealogia Heuteri l. 6. Henninges f. 149. Monarchiæ 4. & f. 145. ejuſdem.

Anno 1191.

101 Chronicon Leodienſe c. 67. in vita 34. Epiſcopi.

102 Chronicon Trudonenſe p. 4. l. 1. in fine & in Cathalogo Epiſcoporum præfixo.

103 Chronicon Leodienſe & Placentius in 35. & 36. Epiſcopis.

Anno 1203.

104 Peucerus l. 4. Chronici Carionis.

105 Chronicon Coloniæ in Adolpho Epiſcopo.

106 Serarius in Moguntina hiſtoria conſentit in Siphrido Epiſcopo.

107 Sigonius l. 16. Regni Italiæ.

Anno 1199. pluit lapides, & fames ingens fuit, ut cattus venderet florenis 4. glis uno, ut ex M. S. Chronico mihi communicavit Ægid. de Voecht Everbodienſis Paſtor.

108 Placentius & Chronicon in Hugone Epiſcopo 37.

Anno 1200. Vigiliis Inventionis Crucis.

109 Petrus de Thymo p. 4. tit. 4.

Ob hoc ſacrilegium volunt nonnulli ultione Divina Ducem & vitam infelicem & mortem habuiſſe.

110 Platina in vita Innocentii III.

111 Chronica Belli cauſam ponunt quod Albertus Comes de Muha ſua bona Eccleſiæ S. Lamberti dediſſet, Duce, qui affinis erat, indignante & Arcem occupante, Imperatore non invito.

Anno 1213.

112 Flandriæ Annales conſentiunt, etſi Meierus non meminerit.

113 Meierus ad annum 1211. & Æmilius in Philippo Rege.

114 Placentius & Chronicon Leod. ubi ſupra.

In numero variant Chronica, dies fuit 13. Octob.

115 Archiva Urbis conſentiunt.

116 Meierus ad annum 1212. & ſequentes.

117 Oudegerſtius c. 104. & ſequentibus.

118 Chronicon Hannoniæ p. 3. l. 20. c. 16. & ſequentibus.

119 Utraque idem narrant Chronica.

120 Cliviæ, Hollandiæ Gelriæ, Arvernæ ſtemmata concordant.

121 Genea Ottonis 4. conſentit.

[121] Regis gener; Epiſcopi [121] Reginæque frater; Cardinalis, Antiſtitum aliquot, Ducum etiam potentiſſimorum affinis; Leodienſis patriæ [124] protector & gubernator; Comitiorum Auguſtalium 4. Aſſeſſor & Teſtis; Brabantiæ [125] Legiſlator.

Succeſſit in titulos & opes filius, [126] ut nominis ita virtutis ſimilitudine genitorem egregiè referens, cujus ſpecimen etiam vivo Patre conſors [127] Imperii factus eximium dedit in bello, quod Pontifex [128] contra Stadingos ſuſcipiendum ſacro titulo præmioque promulgaverat. [129] Quo per Ducem noſtrum Duciſque ductu ad internecionem [130] deleti Fanatici illi Eccleſiæ boniſque omnibus inſultantes, [131] peſtilentem ſpiritum cum [132] ſanguine evomuerunt. Verſus Germaniam interim Brabantiæ Ducum, occaſione oblatâ, extendit juriſdictionem. Cùm enim [133] difficili obſidione Coloniam fatigaret, Toparchæ Daelheymenſis filii commeatum interclusiſſe deprehenſi, arce [134] expugnatâ & Fiſco addictâ, Ragelroyâ deletâ puniti, carò ſolverunt temeritatem importunam. Nec, quòd ſciam, alia Henricus ſecundus bella geſſit, niſi quod [135] Flandrici Scriptores aſſerant, ob violatum nuper cum Ferdinando Comite ictum fœdus, à Thoma [136] Ferdinandi in Flandria ſucceſſore captas Bruxellas, & Bruxellis Ducem cum fratre Godefrido. Sed quis ejus belli progreſſus aut finis, non addunt. Hoc conſtat, defunctum bellis Ducem ad ſtudia [137] pacis converſum naturæ debitum ſolviſſe. Qui tres Imperatores ſororium [138] & nepotem [139] & ſocerum; [140] Lantgravios totidem generum, [141] filium, ſocerum; potentiſſimos Germaniæ totius Duces generos aut affines habuit.

Anno 1230. Lovanii, in medio Odeii Baſilicæ Majoris ſepultus.
122 Meierus ad annum 1212. & Franci Scriptores in Philippo Auguſto.
123 Probatum ſupra in Godefrido III.
124 Conſtiturum volunt Chronica à Radulpho Epiſcopo affine ſuo.
125 Leges ſed mutilas vide l. 6. apud Divæum.
Cognomen ei fuit Magnanimi.
126 Munſterus, Henninges, Heuterus idem tradunt.
127 Ex Diplomate dato an. 1233. in Martio, quo confirmat Lovanii Privilegia, hoc patet.
128 Flatinâ in vita Gregorii IX.
129 Trithemius in Chronico Hirſaugiæ ad annum 1235.
130 Meierus ad annum 1233.
131 Thomas Cantipratenſis l. 2. Apum c. 2.
132 Crantzius in Metropoli l. 7. c. 47.
133 Chronicon Colonienſe ad annum 1238.
134 Fuſius hæc in Daelhemo.
135 Meierus ad annum 1243. ſub finem libri 8.
Anno 1243.
136 Annales & Oudegerſtius c. 100.
Anno 1247. Sepultumque in Villarienſi Monaſterio.
137 Docent varia in Archivis Lovanii & Bruxellæ Diplomata.
138 Docui ſupra.
139 Conſentit Hollandiæ Comitum ſtemma.
140 Francorum Genealogia concordat.
141 Lazius & Henninges in Geneis Haſſiæ, Turingiæ, Lunæburgi, Bavariæ.

CAPUT IX,

Centum non ampliùs annos emenſum, tempus puta illud, quo Brabantiæ continuata poſſeſſio manſit penes Lotharingiæ Duces, qui ſe Brabantiæ & demùm Limburgi Duces primi & ſemper appellarunt.

PAtriam [1] avitamque cum nomine hæreditatem Henricus filius adiit; qui primus Brabantiæ [2] Ducis titulum aſſumpſiſſe probatur. Belli ſtrepitum exoſus [3] ſecuriſſimâ quiete fruentes Brabantos aliquamdiu rexit, non injuriâ [*] pacifici nomen [4] adeptus: ut qui Flandriæ, Hannonibus, Imperio, Leodinæ dioceſi plus vice ſimplici author pacis extiterit. Cùm enim inter diverſi [5] thori liberos Margaretæ Conſtantinopolitanæ de Flandria, Namurco, Hannoniâque [6] gravis agitaretur controverſia, [7] aliis utpote legitimis totum ſibi vendicantibus, aliis Luduvici [8] Regis ſententiâ Hannoniam, Guilielmi [9] Imperatoris donatione Namurcum, & quæ in Flandris Cæſarei [10] juris erant, occupantibus, Henricus Dux partium Oratores Antverpiam evocans inducias [11] primò ſtabilivit; inde Bruxellam Hollandiæ Flandriæque Legatos invitans pacis certæ leges præfixit. Henricum Leodienſem [12] Antiſtitem à ſuis urbe excluſum opibus, ope, & operâ juvit & in integrum reſtituit. Dum religionis ſtudio [13] cruce ſignatus ad ſacram ſe comparat expeditionem, ipſi gloriam, ipſum Brabantiæ, fata inviderunt. Virum per omnia ſummum, qui Martelli exemplo Cæſaream ab Innocentio [14] Papâ oblatam dignitatem animo contra ambitionem obſirmato reſpuit, & unà affinem [15] evexit. Auguſti impuberem [16] natum Tutor, & Hollandiam Patronus gubernavit, Regis [17] Chriſtianiſſimi ſocer, ſtemmatis nobiliſſimorum [18] Baronum radix.

1 Annales noſtri p. 2. cap. 35. Genebrardus hunc primum ait Brabantiæ Ducem appellatum, cum majores tantum Comites fuiſſent.
2 Docui in antiquitatibus generalibus.
3 Divæus.
* Aliàs Mitis, al. Manſuetus vocatur.
4 Henninges f. 124. ubi ſupra.
5. Meierus l. 6. ad annum 1245. & ſeqq.
6 Chronicon Hannoniæ ad initium tom. 4. conſentit.
7 Oudegerſtius c. 113. & ſequentibus.
8 Æmilius & Gaguinus l. 7. idem tradunt.
9 Becanus & Annales Hollandiæ in Guilielmo Imperatore.
10 Ex Diplomate dato anno 1252. 5. Idus Julii Francofurdiæ, quod extat apud Divæum.
11 Agyologus Brabantinorum in vita Adelæ Ducis, cui ſubſcribit Meierus ad annum 1256.
12 Placentius & Chronicon in 41. Antiſtite hæc fuſius.
13 Petrus de Thymo apud Molanum c. 61.
Ob. an. 1260. apud Dominicanos Lovanii tumulatus.
14 Id Brando refert & Annales ad an. 1248. Id alii de patre referunt, & nos feciſſemus ſi tempus conſtaret.
15 Becanus & Trajecti Chronicon ubi ſupra.
16 Iidem ad an. 1258.
17 Stemma Philippi III. R. conſentit.
18 Aerſcoti &c. Baronum genea docebunt.

Filiorum impuberum Henrici & Joannis [19] Adela mater curam ſuſcepit, adſcitis in conſiliorum & tutelæ ſocietatem Valtero Bertholtio, [20] & Godefrido Paruetano Ducum affinibus, excluſo Arnoldo Weſemalio, [21] qui & opibus, & dignitate inter Brabantiæ primos valens, illud injuriam interpretabatur. Pro hoc ſtabant Clavarii, [22] pro illis Blancquardi factionum apud Lovanienſes nomina, effectumque brevi per adverſæ partis capita, ut Clavarii cum Weſemalio [23] proſcriberentur. Qui vindictæ deſiderium in occaſionem differens, [24] cùm ne quidem Paruetano è vivis ſublato (cui Boutcrſeymius ſucceſſor datus) ad honores admitteretur, [25] in omnia momenta advigilabat ſicubi rerum novandarum adeſſet opportunitas.

Accidit, cùm uterque filiorum [26] Ducis ad maturitatem deveniſſet, matrem perſpectâ utriuſque indole, majori minorem præferre, eo quòd corpore, nec [27] mente ſatis integrâ videretur, adeòque (conſilio an vi incertum) [28] fratri Ducatum ceſſit, ipſe ſe in Monaſterium Divionenſe concludens. Indignum id [29] Lovanienſibus viſum, qui Weſemalio, & Clavariis in urbem receptis, Duci advenienti portas claudere, & ampliùs armis cauſam Henrici defendere velle profitebantur: nec ignari id Bertholdi potiſſimum operâ factum, in agrum [30] Mechlinienſem populabundi feruntur: in quos valentes & hoſtium ſecuros profectus cum vicinarum urbium copiis Bertholdus victor evadit, cogitque in pacis verba [31] jurare rebelles, Joannem recipere, arma ponere. Deinceps, Adela domum [32] ſibi in Prædicatorum fundo uno denario conducens, ut vicina mariti tumulo precibus vacaret, in ſumma [33] vitæ morumque integritate, vitæ ſuæ reliquum Deo conſecravit. Joannes verò, compoſitis domi rebus, Mariæ ſororis Franco [34] Regi nuptæ, falſoque quaſi privignum veneno ſuſtuliſſet accuſatæ, deinde Aquenſium cauſam ſuſcepit; illam jure, hanc armis; illius accuſatore (Petrus Broothen vocabatur, Aulicorum Regis intimus) ad laqueum [35] pœnalem adacto, horum inimico ad pacem Martini [36] Pontificis interventu procuratam.

Limburgi Ducatum [37] emptionis jure ad ſe ſpectantem contra [38] Geldrum ejuſque auxiliatores armorum beneficio obtinuit, cæſo ad [39] Woringam hoſtili exercitu. Eoque vix bello defunctus Pontificis [40] hortatu ſacram contra [41] Arragoniæ Regem Neapoli imminentem ſuſcipit militiam, relicto, qui Gelrici & [42] Leodienſis belli reliquias perſequeretur, Bertholdo. Inde reverſum lego Ducem Heuſdanæ [43] urbi captæ, Tylæ [44] receptæ præſidia impoſuiſſe, omnia à Gelris occupata recepiſſe, & denique Limburgum [45] Brabantiæ in perpetuum annexuiſſe. Hoc conſtat, à belli curis ad pacis [46] ſtudia converſum ſanctiones, quæ etiamnum in honore habentur, apud Brabantos promulgaſſe, profectumque ad Regales [47] in Anglia nuptias, in haſtiludio ad brachii muſculum accepto vulnere, non diu ſupervixiſſe. Virum fortem & bellicoſum maximi Regis [48] Generum, maximi Cæſaris [49] Socerum.

Qui ſucceſſit in defuncti locum Joannes [50] filius, fuit Princeps animo à bellis alieniſſimo; [51] ſi tamen arma ſumendi neceſſitas incumberet, animo maximo rem geſſiſſe perhibent annales. Domi occupatus fuit Bruxellenſium [52] & Mechlinienſium [53] turbis: quorum illi eò audaciæ provecti, ut non ſolùm Patricios ſuos deturbare, Ducis uxorem Regis filiam vilipendentes, ſed etiam Duci armatâ manu occurrere non dubitarent, victi [54] in campis Vilvordianis. Hi cùm ob interfectum in ſeditione ex Palatinis unum, Ducem læſiſſent, venientique portas claudere non erubeſcerent, poſt longam obſidionem ad ultimam famem & deditionem compulſi [55] imperata demùm fecerunt. Erat [56] id temporis genus quoddam hominum ſacræ expeditionis titulo, & zelo quo-

19 Annales noſtri p. 2. cap. 35.
Alias Alexia, Adelheidis aut Aleydis vocatur.
20 Conſentiunt Archiva Mechliniæ.
21 Divæus l. 1. Rerum Lovan. ſub finem & l. 2.
22 Acta urbis ad annum 1264. fuſius hæc enarrant.
23 Literæ proſcriptionis extant in Archivis datæ in Auguſto.
24 Bogardus l. 7. Rerum Lovanienſium.
25 Divæus Rerum Brabanticarum p. 2. l. 7.
26 Thomas Cantipratenſis l. 2. Apum c. 43. qui ait Duciſſæ à medico fuiſſe prædictum, fore ut primo partu vix nato privaretur, ſecundo debili, tertio integro frueretur: quod evenit.
27 Molanus c. 62. Militiæ.
28 Ex literis Cortebergæ datis præſente Richardo Imperatore.
29 Divæus & Bogardus ubi ſupra.
30 Conſentit Mechliniæ Archivum, prout alibi oſtendam.
31 Acta Urbis & literæ datæ anno 1267. Cortebergæ.
32 Ex literis Adelæ quæ extant apud Molanum l. 1. Rerum Lovan.
33 Vide Thomæ Aquinatis ad ipſam & ipſius ad Thomam epiſtolas id abundè doctas.
34 Gaguinus & Æmilius uterque l. 7. teſtatur.
Latius hæc in Aquiſgrano.
35 Petrus de Thymo part. 5.
36 Platina in Martini vita & Chronicon Colonienſe in Siphrido Epiſcopo.
37 Hoc Bellum fusè deſcriptum lege in Limburgicis.
38 Meierus ad an. 1288.
39 Chronicon Trudonenſe p. 4. l. 1.
40 Platina in vita Nicolai III.
41 Fr. Fazelus hiſtoriæ Siculæ p. 2. l. 8. in fine & l. 9. c. 1.
42 Placentius conſentit.
Anno 1285.
43 Annales cap. 36.
44 Divæus p. 2. l. 7.
45 Diplomata hac de re & juramentum à Duce præſtari ſolitum id docent.
46 Extant frequentes de his M. S. libri.
Vulgo LANDTCHEREN vocantur.
47 Polidorus l. 17. refert.
Anno 1295. ſepultum apud Franciſcanos Bruxellæ.
48 Æmilius in Philippo IV.
49 Carion in Henrico VII.
50 Henninges conſentit.
51 Id Annales de ipſo referunt p. 2. c. 37.
52 Ex diverſis de hac re Diplomatibus an. 1306. datis.
53 In Mechlinia fuſius docebo.
In Antiquitatibus Urbium hæc vide.
54 De Compoſitione inter Ducem & Cives extat Diploma datum an. 1306. in Junio Dominica poſt Barnabæ 13. Nobilium ſignis munitum.
55 Literæ hac de re extant datæ anno 1303. in Septembri.
56 Meierus l. 11. conſentit.

quodam indecenti, Judæos ubivis locorum repertos trucidantium.[57] Quos cum authoritate non valeret, ad Genappam[58] arcem (quo Ducis permiſſu confugerant, obſidebanturque Judæi) Dux armis compeſcuit, cæſis pluribus, reliquis fugâ delapſis. In[59] Hollandos propriis auſpiciis etiam excurrit veriùs, quàm præfatus eſt, vel veteris memoriâ ſimultatis, quæ bello Limburgenſi creverat, vel propagandorum ſtudio finium, quod à Flandris petitos[60] ad reſiſtendum fore crederet imbecilliores. Quicquid ejus ſit, [61] Septimontium, Gertrudis-montem, Gorcomium, Vorcomiumque cepit: Dordraco[62] admotis copiis, cùm miſſili igne totam ferè exuſſiſſet, ſubitâ obſeſſorum eruptione pulſus retroceſſit, adeòque Dordraceni extima Brabantiæ ingreſſi, Silvam-Ducis[63] uſque omnia populati, ipſam oppido flammam injecerunt, deperdita facilè recuperantes, ablata compenſantes. Moſa etiam trajecto Dux Waſſenburgenſem[64] terram ſibi ſubjugavit. In Flandria[65] Guidoni adversùs Francum auxilio fuit, in Germania Alberto Auſtriaco[66] contra Adolphum Imperatorem. Henrici[67] Luceburgenſis Auguſti coronationem ſuâ reddidit illuſtriorem præſentiâ, Eduardi[68] Regis Bononiæ celebratas nuptias ſimiliter honoravit. Nactus à bellis otium, celeberrimum Cortebergæ ad ſecundum à Lovanio lapidem indixit Ordinum patriæ Conventum, [69] ubi multa in rem communem decreta. Sequenti[70] autem anno calculi vitio Dux Furæ ſupremum diem obiit, relicto, qui in ſolidum ſuccederet, ejuſdem nominis filio duodenni. Cujus initia turbulenta & afflicta, progreſſus ardui, fortunâ tamen adſpirante, ad felicem terminum producti. [71] Exhauſto aſſiduis bellis ærario, multa pater, avuſque nomina contraxerat, [72] ita ut Brabanti Mercatores[73] paſſim in exteris Provinciis detinerentur; cui malo ſubventum[74] conſtitutis ex ſingularum urbium corpore nonnullis, qui rationes quæſtorum expenderent, promittentibus etiam opulentioribus aliquot, quibus res domi ampla erat, ſe oneri publico ſubventuros.*Succeſſit huic incommodum longè gravius ex[75] continua decemeſtri pluvia caritas annonæ, [76] & ex hac variæ contagionum lues natæ. A quibus vix reſpirantem Provinciam[77] Ottonis Burani Comitis excepit motus, qui, neſcio quid à Brabanto petens, Tylam Brabantici tum juris oppidum expugnaverat. Pacem tamen Hollandi interventu firmatam in Conventu[78] Hoechſtratano, Falcoburgi Comes turbavit; ſemel, iterumque[79] victus, nec contentus, donec omnibus deſtitutus ſuam aſpexit totam à Brabanto obtineri ditionem. Inter hæc oritur inter Hollandum Ducemque[80] de Hueſdanæ civitatis jure controverſia, quam Joannes XX. ejus Toparcha ſine liberis mortuus à Brabanto in feudum acceperat, aut certè eidem vendiderat, arce & præſidio juſſu Ducis inſtructam.[81] Erat Joanni Soror Saſſabergico Comiti nupta, [82] qui, quòd ſe Brabanto viribus imparem ſentiret, jus ſuum Hollando vendidit.[83] Commiſſo prælio utrimque in arbitros compromiſſum, quorum ſententia urbem Duci addixit, pacatus etiam Saſſenbergenſis aſſignatis ſibi ſuper[84] Silvæducenſi ærario 300. regalibus. Succeſſit mox aliud bellum, ſed aliquantò majoris operæ. [85] Joannes Bohemiæ Rex filiâ Joannis I. Ducis procreatus, magno comitatu Bruxellam veniens, magnam[86] partem Brabantiæ, titulo hæreditariæ portionis ſibi ab Ordinibus recuſari; Philippus Francorum[87] Rex[88] Robertum (qui Arteſiæ Comitatum ſibi vendicabat, judicio[89] Parium Franciæ condemnatus) apud Brabantum[90] latêre, repetentique ſibi negatum æquè indignabatur. Fit ingens belli apparatus, junctique[91] hi Principes in unam conjurabant Brabantiam: ſed anticipavit prælium Hollandi[92] induſtria, qui ultrò citròque commeans, dum hi

57 Molanus c. 64. Militiæ Sacræ.

58 Monumenta loci per Balivum Nivellenſem oſtenſa mihi idem ſcribunt.

59 Becanus in Joanne Comite 21. & Annales id referunt.

60 Meierus l. 10. ad annum 1304.

61 Oudegerſtius c. 140.

62 Annales Hollandiæ & Trajecti conveniunt.

63 Monumenta Urbis ita tradunt.

64 Chronicon Leodienſe in hóc aſſentitur noſtris Scriptoribus ad annum 1297.

65 Meierus ad annum 1298. & ſequentes ordine.

66 Idem ad an. 1258.

67 Scriptor Rerum Luxeburgenſium.

68 Æmilius l. 8. Polidorus l. 18.

69 Charta extat quæ exinde Cortebergenſis vocatur.

70 Divæus p. 2. l. 7. cui aſſentitur Meierus. Anno 1313. aut ut alii 1312. Sepultus in Collegiata D. Gudulæ Bruxellis.

71 Annales c. 38.

72 Divæus l. 2. Rerum Lovanienſium.

73 Idem l. 7. Rerum Brabanticarum.

74 Ex Diplomatibus Ducis datis anno 1314. & 1315. & ſeq.

Tradunt alii Brabantiam oppignoratam à Ducibus, ab ipſis Brabantis perſoluto debito exoneratam; eoque in libertatem vindicatos Provinciales Ducem denuo certis conditionibus recepiſſe, quibus ſi is non ſtet, ſolutos ſe exiſtiment à juramento ipſi præſtito.

* Anno 1315.

75 Ex Diario Martinienſi & aliis.

76 Ex Codice Vlietbacenſi.

77 Becanus & Annales Hollandiæ in Guilielmo Bono ejus nominis III. Comite.

78 Ex literis & Legibus pacis quarum exemplar inter Divæi chartas reperi.

79 Fuſius hoc Bellum deſcriptum leges in Falcoburgicis meis.

80 Henninges f. 361 p. 2. Regni 3. & 4. Monarchiæ 4. Gerardus Terlinck Carmelita in Chronico Heuſdano.

81 Henninges fol. 365.

82 Becanus & Annales in Wilhelmo 3. & 4. idem tradunt.

83 Chronicon Leodienſe in 46. Epiſcopo refert.

84 Exemplar literarum reperi inter chartas Divæi.

85 Petrus de Thymo p. 5. tit. 2.

86 Acta Urbis Bruxellenſis & Lovanienſis idem tradunt.

87 Æmilius.

88 Meierus l. 12. ad an. 1317.

89 Idem ad an. 1331.

90 Annales noſtri c. 40.

91 Chronica Coloniæ in Henrico, Leodicenſe in Adolpho Epiſcopo, Gelriæ in Reynaldo Comite, & Genealog. Juliaci, Namurci, Barri, Marcæ, Loſſenſis & Heinsbergæ conſentiunt.

92 Becanus in Guilielmo III.

circa Trudonis Fanum, illi circa Heyleſem caſtra figunt, de induciis tranſegit, eodemque tempore Francus, [93] mutato affectu, cum Duce fœdus mediis utriuſque liberorum nuptiis confirmavit. Bohemus ſe pacari non paſſus paulò poſt cum Flandro ob Mechliniam [94] occupatam Brabantis [95] infenſo, ſe conjungit, in ſocietatem belli pertrahens utriuſque Ordinis Principes Treverenſem, & [96] Leodinum Antiſtites, Hannoniæ, [97] Hollandiæ, [98] Namurci, Gelriæ, [99] Juliaci, Falcoburgi, Hensbergæ, & Loſſenſem Comites, aliosque complures. Qui, inito Valencenis conſilio, undique Brabantiam aggredi conſtituerant. Agrum Mechlinienſem Flander, [100] Aloſtanum Brabantus vaſtat; Gallo-Brabantiam [101] Hanno, Hannuto exuſto; Affligimium [102] Flander incendio fœdat. Tylam [103] Gelder ſui juris facit, Bohemus Rodam Ducis ultra Moſam caſtrum obſidione urget: Leodinus [104] Trajectum tentat, omnibus nihil inferior, ſi animum ſpectes, Dux reſiſtebat, donec Rex Francorum impetravit, totius cauſæ ſententia ad ſuum arbitrium ut referretur. Qui Brabantiam [105] quidem Duci adjudicavit, Tylam Gelro permiſit: ita tamen ut quædam juxta Heuſdenum viciſſim Duci permitterentur. Joannes, & [106] Henricus Ducis filii, Hollandi Gelrique filiabus jungerentur, Juliacenſi Ducis filia elocaretur: Mechlinia Francico [107] præſidio muniretur, donec de ejus jure pleniùs Rex perſpexiſſet. His ita conſtitutis, per menſes multos velut indagine cincta, reſpiravit tantiſper Brabantia, nec Dux niſi alienis auſpiciis arma ſumpſit, Anglis [108] contra Francos pro Roberto Arteſio, aut veriùs regno, militans. Hoyenſibus [109] ab Epiſcopo ſuo oppreſſis, ut libertati reſtituerentur, Epiſcopo ipſi à Leodienſibus ejecto, ut rebelles opprimeret, præſto fuit. Et poſtquam prolibus quoad nuptias abundè proſpexit, vivere deſiit. Princeps undequaque ſummus, ſtrenuus, prudens & patriæ amans, qui à Carolo IV. Imperatore lati præmium auxilii auream, quam vocant, bullam impetravit, quâ Cæſarum imperio exemptâ, multis donatur privilegiis Brabantia.

93 Annales Francorum ad annum 1332.

94 Meierus ad an. 1333

95 Fuſius hæc docebo in Mechlinia.

96 Utraque idem uſdunt Chronica.

97 Chronicon Hannoniæ p. 4.

98 Becanus ubi ſupra.

99 Henninges f. 366. & 375. partis 2. Monarchiæ 4.

100 Meierus ad annum 1333.

101 Chronicon Gemblacenſe ad hunc annum

102 Conſentiunt monumenta Cœnobii.

103 Aquilius in Chronico Gelriæ.

Anno 1343. Megenſe caſtrum Dux in feudum conceſſit.

104 Chronicon Leodienſe in 46. Epiſcopi vita Adolphi à Marka.

105 Conditiones pacis & in Annalibus & apud Divæum extant datæ an. 1333. in Septembri.

106 Conſtat ex Genealogis ſingulorum apud Henningem, Heuterum & alios.

107 Quid de ea poſtea factum vide in Mechlinienſibus.

108 Meierus ad annum 1335. cui aſſentitur Polidorus.

109 Placentius & Leodienſe Chronicon ubi ſupra.

Trithemius ait Ducem paulo ante mortem Benedictinum habitum aſſumpſiſſe.

Anno 1355. ſepultus in Villarienſi Cœnobio.

Factum id anno 1349.

CAPUT X

Annorum quinquaginta narratione contentum, cùm ſcilicet per nuptias in Lutzeburgicam Bohemiæ Regum Familiam tranſlata Brabantia, in eadem perſeveravit.

JOannis virilis ſexûs liberi cùm patrem moriendo vel præceſſerint, vel mox ſine hærede ſecuti ſint, filiarum una Ludovico Flandriæ, altera Reinoldo Gelriæ Comitibus uxores obtigiſſent, major natu Joanna ſecundis nuptiis Wenceſlao Lutzenburgico juncta eſſet, hunc ſupremis teſtamenti tabulis, accedente concordi Ordinum voluntate, Ducem Joannes deſignavit. Ad hæc nihil cunctatus Flander, inſtructo milite, [1] Mechliniam occupat, obvios Lovani [2] & Bruxellæ [3] cives ad Schotam & Santflietum ruentes profligat, urbibus potitur, agrum depopulatur. Interim cum Imperatore Trajecti convenit in certas [4] leges, in quas Ordines conſenſerunt, immutatas tamen tantiſper per pacis conditiones, à Wilhelmo [5] Bavaro Hannoniæ & Hollandiæ Comite pronuntiatas, conſentiente utràque partium in hanc formam: *Quia plæræque civitates Flandro ſacramentum fidelitatis præſtiterant, Lovanium, Bruxella, Thenæ, Nivellæ, unaquæque proprio ſumptu viginti quinque * hominibus per ſex hebdomades annuatim ei militanto, quando, & ubivis libuerit, Comes eaſdem viciſſim à Sacramentis abſolvito.* [6] *Titulum Brabantiæ eidem ad vitam ſervandi jus eſto: eidem Dux in perpetuum Mechliniam cedito, uxori annuam decem millia penſionem florenorum ad vitam aſſignato, proque*

Alii tradunt à Carolo IV. Ducem Brabantiæ creatum Venceſlaum, quos dicere mallem confirmatum.

1 Oudegerſtius c. 165.

2 Meierus ad an. 1356. ubi duas alias Belli cauſas addit, utramque veram.

3 Ex Tabulis quas Divæus penes ſe habere dicit, datis anno 1356. 21. Septembris, ubi Prætorem Urbis conſtituit.

4 Earum exemplar datum in Februario ejuſdem anni vidi, quæ & extant apud Divæum.

5 Et illæ Athi datæ 4. Junii ibidem ad longum habentur & in Annalium c. 46.

* Hoc etiam non obſervatum video, etſi cauſam ignorem.

6 Divæus. Etſi licuerit ei, tamen Ducis Brabantiæ titulum Comes non retinuit, permotus ut aiunt, ridicula Ducis Epiſtola, qua Dux ſalutabatur.

que iis Antverpiam beneficiario titulo permittito, Dux interim Marchionis nomen retineto. Hàc ratione ſopitâ diſcordiâ plus otii fuit Wanceſlao ad ſanctioris tituli bella, primumque [7] factioſorum, qui Duce Jacobo in Galliis & Teutonia execrandum [8] nobilitati bellum indixerant, reliquas delevit [9] arces Heverbach & Stelenborch, aliaque latronum ultra Moſam [10] latibula evertit. Per ea tempora in duas factiones diviſa Gelrorum ſtudia, aliis Bronckhorſtanos, aliis Sterckerlingos [11] (ſic vocabantur) præferentibus, cumque Remoldus Marchio illorum rebus impenſius faveret, à fratre Eduardo [12] adverſam factionem tuente victus captuſque eſt. Uxor Maria, [13] ut dixi, Joannis III. Ducis noſtri filia haud obiter tulit dolori permiſtam ignominiam: ſororem compellat, ſoror maritum. Qui, tumultuario milite conſcripto, in hoſtem delatus, levibus aliquot pugnis victor ad pacis, ſed parum ſolidæ deſcendit conditiones.

Cùm enim ob mercatores nonnullos damno affectos à Juliacenſi Principe [14] Welhelmo, Dux ad juſtam iram, nihilque æqui per Legatos impetrans ad bellum juſtiſſimum compelleretur, Eduardus & cum eo Colonienſis [15] Præſul veterum injuriarum memores contra Wenceſlaum Juliacenſi [16] ſe conjunxerunt. Ubi in conſpectum venerunt acies juxta Baeſwildere, Dux copiis bifariam diviſis 6000. ipſe cum [17] Guidone Comite S. Pauli agmen ductabat; poſterius 2000. conſtans Roberto [18] Namurcenſi committens. Dimicatum utrimque acriter, cadunt [19] hinc inde innumeri, donec vulnerato Gelro, Juliacenſi capto, [20] terga vertentes, ceteri Brabanto facilem permittunt victoriam. [21] Fortunatò herculè ſi eâ prudenter uti noſſet; ſed dum ſolutus [22] omni metu miles licentiori modo quieti, & prædis vacat, reſumptis animis hoſtes recepto Juliacenſi Duce capto, Santipaulino [23] inter cadavera relicto, & ſubinde interfecto, Namurcæo (cujus [24]

7 Gaguinus l. 9.
Cognomento LE BON HOMME.
8 Maſſæus l. 18.
9 Trithemius in Chronico Hirſaugiæ ad annum 1362.
10 Molanus c. 66. ex Petro de Thymo.
11 Annales noſtri c. 48.
12 Aquilius & Chronicon Gelriæ in vita.
13 Henninges fol. 375.
14 Annales noſtri c. 49.
15 Chronicon Colonienſe.
16 Henninges ubi ſupra conſentit.
17 Æmilius & Annales Francorum conſentiunt.
18 Chronicon Namurcenſe fol. 110.
19 Meierus ad an. 1371.
20 Divæus l. 8. p. 2. Rerum Brabanticarum.
21 Idem l. 2. Rerum Lovanienſium.
22 Oudegerſtius c. 165.
Anno 1371. die S. Symphoriani.
23 Barlandus in Venceſlao.
24 Chronicon Leodienſe ad hunc annum.

vitio nonnulli hanc cladem aſcribunt) ſe ſubducente Brabantos egregiè priorem penſare juſſerunt victoriam: dimiſſus tamen è vinculis Imperatoris [25] Dux metu, cùm ex nobilibus benè multi nihilominùs detinerentur, [26] 1900. Aureorum Vilvordiæ millia urbes Brabantiæ 4000. ruſticani ſuppeditare eo fine promiſerunt; ſolvente ex illa ſumma 100000. ex hac 1500. ſacro Ordine. Ita bellis exteris defunctum Ducem exercuerunt tantiſper inteſtinæ Lovanienſium [27] ſeditiones, à quibus, ut primum nactus eſt otium luſtrandi ditiones ſuas, ſtudio Lutzenburgum delatus ex morbo periit, [28] quem non ficto luctu patria, uxorque proſecuti ſunt. Vix ſemeſtre abierat, cùm ecce novus è Gelria hoſtis naſcitur, Wilhelmo [29] ejus Principe arces Vucht, Gangel, Mille, [30] cum appendicibus ſibi vendicante, quas ab Heynbergenſi Duce poſſeſſas, 24000. veterum ſcutorum Eduardi Duci oppignoratas affirmabat, ſed iterum ab Eduardo [31] 35000. Comitis Moerſenſis fratri, à Moerſenſibus Wenceſlao Duci venditas inficiabatur: ſed cum prædis [32] alter alterius ditiones fatigaret, antequam juſto prælio [33] contenderent Albertus Bavarus Hollandiæ Comes arbiter aſſumptus, leges pacis pronunciavit, quibus Gelder aſſenſus poſtmodùm non ſatisfecit; quinimò attractis in fœderis ſocietatem Agrippinate [34] Monaſterienſi, Bremano, & Ultrajectino [35] Epiſcopis, Cliviæque, Moerſiique Comitibus Ooſterwikam nobile municipium, Geſtelam, Bekam incendio deformat, [36] circumductoque ſecùs Weertam exercitu prædâ divitem reduxit exercitum. Joannâ rei indignitate commotâ depoſitis apud Francum, [37] Burgundumque [38] affines ſuos, querelis auxilia impetrat, illius miles Stralam urbem miſeris modis fœdat, hic rem totam [39] ad inducias primum, & mox ad pacem duodecim arbitrorum [40] ſententiis prolatam perduxit. Sed pacem ex levi cauſa viola-

25 P. de Thymo p. 5. tit. 3.
LES MOTTONES, id eſt, oves vocabant.
26 Ex literis hac de re per Ducem & Ordines datis tum Bruxellæ tum alibi.
27 Hæc l. 4. Divæus, & nos ſpeciatim in Lovanio agemus.
Anno 1383. in Aurea Valle ſepultus Cœnobio Lutzeburgenſi quod multum dotavit.
28 Chronicon Bethleemiticum p. 2. a. 4. §. 2.
29 Heuterus l. 2. Rerum Burgundicarum.
30 De his in Dieſtæ Antiquitatibus latius.
31 Ut patet per reditus annui literas ſuper Trajecti territorio aſſignatas.
32 Annales p. 2. c. 51.
33 Becanus in vita conſentit.
34 Chronicon Colonienſe.
35 Ultrajectinum.
36 M. S. Rythmorum popularium parte ultima.
37 Æmilius.
38 Meierus l. 14. ad annum 1386.
39 Et iterum ad annum 1388.
40 Ex literis hac ſuper re confectis, apud Divæum.

violatam indignante Gelro, Walterum quendam ex ſuis Miniſtris homicidii reum [41] à Silviducenſibus damnatum. Unde eorundem quibus nuper fretus auxilio eàdem, quâ nuper viâ agrum Brabanticenſem percurrit. Endoviam tentat, [42] ad manus tamen venire detrectans. Joanna ſimiliter bis terve Gelriæ finitima vindictæ cupiditate pervagatur, [43] Ruremundam obſidet, Lenviken & alia aliquot à civibus deſerta, cum ipſo Juliaco partim prædis, partim incendio exhaurit, viſa abunde omnia nuperis bellis damna accepta compenſaſſe, adeò ut Geldros Burgundicarum [44] virium metu ad pacem ſponte reclinaverit. Burgundiæ autem Dux Philippus (Audax) cùm Joanna (matertera ejus) fœcunditatis annos exceſſiſſet liberos ſuperſtites non habens, communicatâ cum Franco Rege causâ, ejuſque adeò authoritate ſecundo loco ſibi natum Anthonium in Brabantiæ Ducatum ſtudebat intrudere. Sciebat quidem jure ſucceſſionis, liberis eum ſuis deberi, ſed verebatur, ne Bohemus vigore contractus, nuper inter Wenceſlaum Ducem, & Carolum IV. initi, apud Trajectum jus aliquod prætenderet, erat etiam, quod Anthonio timeretur à fratre Joanne. Itaque convocatis Bruxellam Ordinibus, ſtudet id ampliſſimis promiſſis impetrare; ſed negabant Proceres ſe vivâ Joannâ de Principe alio cogitaturos: mortuâ, eum cui jure debebitur recepturos: tandem delinitis Baronum quorundam animis, hoc effectum ut * Anthonius tutor Brabantiæ renunciaretur, Dux futurus Joannâ mortuâ. Fœmina ultra ſexûs & conditionis ſuæ modum prudenti & magna, quæ in ſuo palatio Borbonii, Clivenſis, Namurcæi, Hensbergæ, Senenſis Comitum filios eduxit & educavit: Matrimonia inter Joannem Burgundum & Alberti Bavari filiam, inter Carolum Francum & Stephani Bavari filiam, inter Guilielmum Bavarum & Margaretam Joannis Burgundi filiam, conciliavit; nuptiis Franci apud Ambianum, Bavari apud Cameracum ipſa interfuit.

41. Conſentiunt Sylvæ-Ducenſis Urbis Archiva.

42 Annales c. 52.

43 Divæus l. 5. Rerum Lovanienſium.

44 Heuterus l. 2. Rerum Burgundicarum.

P. de Thymo in fine partis 5.

Manuſcriptus Galiarii ubi literæ ultro citroque miſſæ continentur.

M. S. Vitæ Philippi Boni, quem penes me habeo.

Literæ creationis novi Ruardi extant apud Scriptorem Annalium in Curia Bruxellenſi.

* Vulgo Ruardus.

Anno 1406. Sepulta ad Carmelitas Bruxellis, quæ an. 1404. ſcribit ſe Ducem Limburgi Comitem de Retheſt & Gubernat. Brabantiæ.

CAPUT XI

Annorum triginta curriculo abſolutum, tranſlato nimirùm ad Burgundiæ Ducum Secundogenitos Brabantiæ Principatu.

MOrtuâ Joannâ Anthonius ex tutore Dux aſſumitur, juſtitiæ cultor, & noxiorum vindex acerrimus. Qui partà domi quiete contra Leodienſes, contra Mechlinienſes pro Antverpia ſua ſtetit, dotalem Lutzeburgi Ducatum armis imperata facere coëgit, in Aziacurtano prælio ab Anglis peremptus; cadaveri inter alia poſt triduum reperto Bruxellamque delato, maximo luctu parentatum, filiuſque Joannes in locum ſurrogatus, decimum-tertium necdum ætatis annum excedens, ideòque Mamburnorum tutelæ committendus: qui Pontifice Martino authoritatem faciente, Jacobam Guilielmi Bavari F. Hannoniæ Hollandiæque hæredem affinem ſuam Matrimonio ſibi junxit multis obnoxium turbis nactus principatum. Sigiſmundus enim Auguſtus ob neptim Anthonii Ducis viduam, parùm decenter à Duce demiſſam, recuſabat à Duce clientelaris obſequii ratione quorumdam Imperialium feudorum recipere ſacramentum; ſtudebat omni conatu diſpenſationem Rom. ſuper Jacobæ nuptiis impedire, & impeditam revocare, & denique in Hannoniam, Hollandiamque ei jus eſſe negabat, eo quòd illas maſculi hæredis defectu ad Imperium devolvi affirmaret. Accedebat Joannes Bavarus electus Leodienſis, conſilio, ut putabatur, cujuſdam ſui Theſaurarii, Joannis de Monjow (indignantis quòd legatione pro Joanne Burgundo, ad tutelam impuberis Ducis aſſumendo functus, ab Ordinibus repulſam paſſus fuiſſet) Brabanto infeſtus, jamque adeò viduam Ducis Antonii

Annales cap. 54.

Annales cap. 55.

Anno 1415. Sepultus eſt Furæ.

Heuterus l. 3. Rerum Burgundicarum.

Molanus cap. 68. Militiæ.

Annales cap. 56.

Ex Sigiſmundi litteris Conſtantiæ datis 20. Martii. an. 1418.

nii repudiatis infulis uxorem, & Hannoniæ, Hollandiæque beneficium ab Imperatore conſecutus, hanc armis ſibi cœperat vendicare. Annales cap. 57.
Decretum mox ab Ordinibus Brabantiæ occurrendum naſcenti malo, ſubveniendum Duci. Itum uſque Dorderchtum à noſtris, ſed nullà re memorabili geſtà utrimque diſceſſum, permiſſumque Joanni, ut Ducis beneficio Dorderchtum, Roterdamum, Arclenſem tractum cum Gorichemo, quæ occuparat, retineret, acceptiſque centum Nobilium (id pecuniæ genus eſt) millibus juri ſuo renuntiaret. Excepit hos tumultus aliud magis noxium quàm inteſtinum. Wilhelmus vande Bergen Theſaurarii munere fungens, apud Ducem credulum nihil non poterat, & Principi non optimis artibus ex proceribus Brabantiæ nonnullos ſuſpectos reddiderat, ideòque à Lovanienſibus proſcriptus, nec multò poſt per ſubmiſſos ab Hollandis percuſſores vità ſpoliatus: Bruxellenſes Prætorem ſuum, quòd proſcriptionem ejuſdem publicare nollet, in carceres conjecerant. His graviter offenſus Dux, paſſus inſuper eſt contra Ordinum decreta Weſemalii, & Gaeſbecani Dominorum pro libidine & ſuum, & uxoris, & patriæ ſtatum innovari. Hæc prima mali origo, & fax bellorum: Jacoba enim ægrè ſe avelli à pediſſequarum conſortio paſſa; quibus ab ineunte ætate aſſueverat, cùm nihil æquum impetraret, amore in odium verſo jactans invitam ſe Duci nupſiſſe, divortium cum eo fecit, profectaque in Angliam, Duci Gloceſtrio nupta novum Brabantiæ hoſtem adduxit. Brabantiæ Nobilitas peſſimorum conſilio Duci ignominiam, patriæ calamitatem præſentiſcens, ſeceſſione factà, Philippum S. Pauli Comitem Ducis fratrem, Pariſiis evocatum Tutorem patriæ deſignat; cujus induſtrià plærique motus compoſiti, Bruxellæ potiſſimùm, & Dux iterato ab Ordinibus receptus eſt. Interim fama nuntiat Gloceſtrem adventare ex Anglia, dotalem Hannoniam occupare, Hollandiam attentare. Mittitur ad Burgundionem Bavariæ Leodicenſem Principes, qui auxilia petat, muniuntur Brabantiæ fines, Nivella inprimis, unde ad quotidianas velitationes cum Anglis Braniam obtinentibus, noſtri egrediebantur: donec illa capta Hannonibus in fidem receptis, damnato per ſacram authoritatem Jacobæ divortio, victis in Zelandia Anglis, Brabantia in integrum reſtituta eſt; fruſtrà novis rebus ſtudente Jacobà Gandenſi carcere erepta. Tot bellorum diſcrimine ereptus Joannes Dux, ut erat ſcientiarum, virtutumque amantiſſimus, precibus Lovanienſium, qui, ejectis urbe Textoribus & Lanificis aſſidui tumultûs authoribus, ad inopiam vergebant, annuens Martini Pontificis aſſenſu bonarum artium inibi fundat Seminarium, juriſdictionem ſuam in Academiam transferens. Inde Lyram, quo trium Ordinum Proceres convocati erant, profectus à morbo occupatur, Lovaniumque relatus, ſacris noſtræ Religionis munitus, expurgatam Deo animam tradidit. 17. Aprilis anno 1426; ſepultus Furæ. Molanus cap. 69.
Aberat tum fortè Santo-Paulinus frater cogitans ſi Pontifex periculorum metu diſſuaſor non fuiſſet ſacræ in orientem expeditioni nomen dare. Annales cap. 50.
Reverſus autem ab Ordinibus ſolenni ritu inauguratus regendi exordium ſumpſit à ſtatutorum quorundam in meliorem formam redactione, deperditorum etiam aut alioquin obæratorum Ducatus bonorum vindicatione, coöperantibus Brabantiæ primis, & auxilio conſilioque rem ſalutarem urgentibus. Adhæc inter Leodicenſes & Limburgum, eoſdemque & Namurcum bellorum materias præſcidit, ſummæ heros exſpectationis, ſi fata vitam longiorem non invidiſſent: ſed dum de nuptiis inter ipſum & Ioladam Siciliæ Regis filiam agitur, hinc in alterum mundum, jubente Deo, evocatur. Divæus l. 6. Rerum Lovanienſium. Anno 1430. 4. Auguſti Furæ ſepultus.

CAPUT XII

Hiſtoriæ compendium annorum triginta novem referens, quibus Brabantia ad Duces Burgundiæ ejuſdem ſtirpis hæreditario jure devoluta permanſit.

Annales cap. 51.
Heuterus lib. 4.
Molanus cap. 70.

INtellectâ patruelis morte Philippus Burgundiæ Dux, relicto ad Compendii obſidionem exercitu, ex Francia magnis itineribus in Belgium delatus ad ſe devolutam Brabantiæ poſſeſſionem contendebat, cùm Philippo liberi ex juſtis nuptiis nulli ſupereſſent: intercedebant quidem Margareta alterius Philippi Audacis filia, Anthonii Ducis ſoror, & Carolus Niverſi Comes, illa propinquitatis titulo, erat enim defuncti Philippi amita, hic contractus vigore facti ſub Joanna, quo decernebatur, ſi Joanna aut ejus ſucceſſores legitimos ex ſe hæredes non ſuſtuliſſent, ſucceſſurum Niverſium qui reliquis minùs in patrimonii diviſione acceperat; ſed hoc, quia ſolidè de cauſæ ſuæ æquitate docere nequibat, illa quia adverſarius contractum inter Joannem Burgundium & Anthonium Ducem Fratres initum communi patre, & matertera approbantibus allegebat rejecta, concordi Ordinum ſuffragio, Philippo Brabantia addicitur, Heroi totâ Europâ celebratiſſimo; ut qui vix ullam Belgici Imperii per ſe conditi Provinciam virtutis ſuæ paſſus fuerit eſſe expertem.

Anno 1429.

Cameracenſes ab adoleſcente in ordinem redacti, paricida Francus à Tyrone ſæpiùs vindicatus, & per 16. annos execrandi ſceleris pœnam expenderet juſſus: erepta Anglorum pertinaciæ Hollandia, Francorum prædis Burgundia; occupatum invito Saxone Lutzeburgum; poſſeſſum nullo competitore Namurcum; repulſi aliquoties inquieti Leodicenſes idipſum teſtantur. At qui ſciet tot Flandrorum ſeditiones, Holandorum motus, virtuti ejus junctam prudentiam compoſuiſſe; Carolum Aurelianum hoſtem non uno titulo ſuum, Anglico carcere ereptum equitum ſuorum numero aggregaſſe, Luduvicum Franciæ Delphinum ſupplicem recepiſſe, & fruſtra repetente patre liberaliter habuiſſe, non mirabitur ſpecioſum Boni cognomen ei inditum. Brabantiam, quæ noſtri inſtituti eſt, quiete gubernavit, ſtructiſque Palatinis ædibus, & ornatu urbibus procurato reddidit pulcherrimam, ſenio gravis ad mortem vocatus relicto qui in bona ſuccederet Carolo non injuriâ pugnacis cognomen adepto. Qui Flandros & Mechlinienſes rebelles aliquot aureorum millibus pacem redimere, Leodicenſes excisâ urbe ad ſummam miſeriarum redactos quieſcere, Francos aliquoties perfidos ad militiæ ſuæ miniſterium, coëgit, animo maxima quæque & regnum adeò præſumens. Sed dum in Lotharingiam tranſlato belli onere ad Nancæium cum hoſte confligit, Campobachii proditione victus, aliquot vulneribus petitus indignâ morte periit, relictâ hærede unicâ Mariâ.

Georgius Caſtellanus Gallicè vitam ejus conſcripſit.
Oliverius Marcanus qui Annales ejus ævo ſcripſit.
Meierus lib. 16.
Anno 1460.
Heuterus lib. 6.
Meierus lib. 17.
Anno 1477.

CAPUT XIII

Chronicè & Laconicè deſignans ſumma geſtorum capita ſub Auſtriacis Principibus per annos centum.

REdactâ ad fœminam unicam inclytâ Burgundorum & Belgii Principum ſtirpe, non immeritò Provinciarum Ordines ſollicitos tenebat, cuinam potiſſimùm marito illa elocaretur. Procabantur Cliviæ Principes ſibi, Francus filio ſuo. Fredericus III. Cæſar Maxæmiliano ſuo volebat proſpectum; & hic Ordinum ſententiâ potior, Mariâ non gravatim aſſenſum præbente, prævaluit. Quem Francorum inprimis bella & nunquam ſtabilis pax exercuit, denique Gandenſium & Flandriæ ad novas ſemper res inſtructi conatus. Maximè ex quo natum Maxæmiliano Philippum ſuo pro arbitrio educare præſumpſerunt, patri filio-

Heuterus Rerum ſub Auſtriacis Geſtarum l. 1. 2. & 3.

filiorum impuberum tutelam minimè credentes. Quæ res eò progreſſa eſt, ut arma ſumere, vicinos aggredi, nec filios tantùm, ſed & ipſum Archiducem etiam cùm Rex Romanorum denunciatus eſſet, in cuſtodia detinere, contemptâ Regis Cæſariſque majeſtate, non erubeſcerent. Has turbas maximè etiam ſenſit Brabantia aliquoties per Flandrorum Duces vaſtatis agris; maximè verò cum dimiſſo è Brugenſi carcere Maximiliano Philippus Clivius obſes primò, tum ob non ſervatas pacis initæ leges hoſtis, & Flandrorum Dux infeſta arma
Anno 1485. vicinæ intulit Brabantiæ. Captæ receptæ præcipuæ regionis urbes, agri vaſtati, ſævitum hinc inde in miſeros. Albertus Saxo à Maxæmiliano in Germaniam profecto & filii Philippi & Belgii relictus Gubernator multa magno noſtro malo geſſit.
L. 5.
Anno 1494. Donec tandem nuptiis terminatum diuturnum illud inter Belgas & Francum Regem bellum, & Philippus Maxæmiliani filius annos pubertatis excedens Brabantiæ inauguratus eſt. Et eo mortuo, apud
Anno 1506. Hiſpanos Carolus impubes, etiam-
L. 7. num ſub Gulielmi Croyaci Herois apprimè prudentis cura ſuccedit, qui decennio poſt ſui juris effectus, mox Rex Hiſpaniæ, denique Im-
L. 8. perator renunciatus eſt, & Belgium per Gubernatores occupato exteris bellis Principe cœpit gubernari. Quorum prima Margareta Maxæmiliani Cæſaris filia Caroli amita, cui 23. regiminis anno mortuæ ſur-
L. 10. rogata Maria Caroli ſoror Luduvi-
Anno 1530. ci Bohemiæ & Hungariæ Regis vidua. Hæc eodem quo Carolus Imperator anno vitam cum morte commutavit, Anno 1556. cùm ſeptennio ante Philippus Caroli Cæſaris hæres factus Belgio inauguratus eſſet. L. 14. Qui, mortuo patre, in Hiſpaniam ad Regni ſui curas evocatus, Margaretam Caroli Cæſaris filiam Octavii Parmæ Ducis uxorem Vicariam L. 15. ſuam in Belgio reliquit. Anno 1559. Quâ ad Belgii gubernacula ſedente ferale illud belli civilis claſſicum inſonuit, majora indies incrementa ſumens, maximè ex quo Duces ex prima Belgarum nobilitate cœpit habere. Miſſus * ab optimo Rege Albanus Dux: quo † revocato adveniens Luduvicus Requeſius, vix biennio gubernationi & vitæ ſuperſtes. Succeſſor Joannes Auſtriacus glorioſum de Mahumetano hoſte triumphum nactus majore conatu, quàm ſucceſſu rem Belgicam componere ſatagens, Alexandrum Farneſium poſt ſe habuit. Anno 1579. Cujus virtute debellata omnis pænè Brabantia Regi ſuo conciliata eſt. Cui defuncto ſenior Mansfeltii Anno 1592. Comes ſurrogatus, & denique poſt anni plus minus decurſus Erneſtus Auſtriacus Vir, ſi quis unquam, pacis ſtudioſiſſimus morte præmaturâ & Belgio luctuoſâ ſublatus: Albertum Archiducem fratrem ſuum tunc S.R.E. Cardinalem, & Anno 1596. Luſitaniæ Proregem reliquit, qui inchoatum à ſe opus ad effectum deduceret. Is cùm res magnas geſſiſſet, quam Vicario nomine regebat, dotali titulo cœpit poſſidêre, datâ ſibi in uxorem Hiſpaniarum Infante Iſabellâ Auſtriacâ Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ filiâ.

Et quia à deceſſore meo P. Heutero omnia à Burgundicis & Auſtriacis Principibus geſta accuratè deſcripta ſunt, mihi ſatis fuit ea verbo indicaſſe. Reliqua per has turbas geſta ſeparato volumine aliquando daturus, ſi Deus vitam dederit.

* Anno 1567.

† Anno 1574.

FINIS

CATHA-

CATHALOGUS

Præcipuorum manuſcriptorum librorum, quorum mihi uſus fuit in his meis Brabanticis.

SACRI.

Auctor, ut opinor, Titurius Monachus.	*CHronicon Ordinis Benedictini*, initia Ordinis, Cœnobiorum, reformationum complectens. Ex bibliotheca Gemblacenſi.	Ab anno Chriſti 500. incipiens, deſinit in annum 1520.
Auctor Joannes Moringus.	*Compendium* ejuſdem. A Religioſo Trudonopolitano.	
Auctor P. Dorlandus Carth. Zelem.	*Chronicon Carthuſienſe*, ſive *Corona Carthuſiana* libris octo comprehenſa. Ex Cœnobio Lovanienſi.	Incipit ab an. 1100. deſinit in annum 1500.
Auctor incertus.	*Compendium Ordinis Ciſtercienſis*. Ex Cœnobio Villarienſi.	Ab an. 1180. uſque ad an. fere 1200.
Collector Miræus.	*Præmonſtratenſe*. Ex ſchædis Auberti Miræi.	Ab anno 1100. uſque ad noſtra tempora.
Auctor Canonicus iſtius loci.	*Regularium Divi Auguſtini*. Ex bibliotheca Bethlemitica Lovanii.	A Chriſto uſque ad an. 1500.
Auctor incertus.	*Windeſemienſe*. Ex bibliotheca Martiniana Lovanii.	Ab an. 1449. ad 1530.
Auctor incertus.	*Compendium Ordinis Gulielmitarum*. Ex Cœnobio Beverenſi apud Antwerpiam.	Uſque ad annum 1524.
	Ordinis Cruciferorum. Ex Cœnobio Hoyenſi, & bibliothecâ Miræi.	
Auctoribus duobus diverſis.	*Auguſtinianum Chronicon*. Ex Muſæo P. Thomæ Gratiani Bruxellæ.	
Auctore quodam Rhodi Cancellario.	*Ordinis Melitenſis*, cum privilegiis, ſtatutis, conſuetudinibus & geſtis penes me eſt.	Ab anno 1210. uſque ad annum 1450.
Auctore Trithemio & Boſtio.	*Carmelitarum* initia & incrementa, & Viri clari. Ex Conventu Bruxellenſi.	Uſque ad annum 1580.
Auctore.	*Dominicanorum* ſimiliter. Ex Conventu Lovanienſi.	Uſque ad annum 1530.
	Franciſcanorum excuſis uſus ſum Antwerpiæ.	
Auctor Robertus Abbas & poſt eum 4. Monachi continuatores.	*Chronicon Trudonopolitani Cœnobii*. Ex Muſæo R. Abbatis Vlierbacenſis.	Ab anno 600. uſque ad annum 1560.
Auctor Sigibertus, Papinius, Sombechus.	*Gemblacenſis*. Ex bibliotheca Gemblacena.	Ab an. 900. uſque 1590.
Auctor Joannes Imperius Abbas.	*Bertinenſis*. Ex bibliotheca ibidem.	Ab an. 590. uſque 1564.
	Marchianenſis. *Elnonenſis*. } Ex bibliotheca Rubeæ Vallis.	
Auctoribus loci Religioſis.	*Lobienſis*. *Affligimienſis*. } Ex ſuis Monaſteriis.	
	Egmondani. Ex bibliotheca Collegii Trilinguis.	Uſque ad annum 1200.
	Vallis-Ducis. *Lintriæ*. } In Cœnobiis ſuis.	Uſque ad annum 1500. Uſque ad annum 1300.

Hiſtoriæ vicinarum Gentium.

Scripti juſſu Franciæ Regis Caroli.	*FRanciæ annales* tomis 4. Ex bibliotheca Lucæ Opmerii J. C.	Uſque ad annum 1500. fere.
Auctor incertus.	*Chronicon Lotharingiæ* triplex. Ex communicatione Tyliacenſis Toparchæ, I. Tſerclaes, Prætoris Nivellenſis P. Roelſii, & Balivi Sombreffienſis.	Ab anno 900. uſque ad annum 1100.

Camera-

Auctor Sacellanus Gerardi I. Epiſcopi. *Cameracenſe.* Ex Bibliotheca Rubeæ Vallis. Uſque ad annum 1030.

Auct. Balduinus ibi Monachus. *Flandriæ.* Ex Abbatia Ninovenſi. Uſque ad annum 1294.

Aliud. Ex bibliotheca Wameſiana.

Auct. Jacobus Guiſianus *Hannoniæ.* Ex Conventu Minorum Montibus. Uſque ad annum 1360.

Auctor Ludovicus Breſinius. *Arteſiæ.* Eſt apud Ferriolum Locrium Atrebati, ſed à me non lectum, quædam tamen ex eo mihi communicata.

Auctor incertus. { *Aliud Hannoniæ.* Ex communicatione Ægidii Vinchant Senatoris Montenſis. Uſque ad annum 1450.
Aliud. Ex bibliotheca Philippi de la Samme D. de Kieverchin. }

Auctor Joan. Leidanus Carmelita Harlemenſis. *Hollandiæ & Zelandiæ.* Ex bibliotheca Lucæ Opmerii J. C. Uſque ad annum 1400.

Auctor Becanus. *Aliud.* Ex bibliotheca Collegii Trilinguis.

Auctor incertus. *Aliud.* Ex Muſæo D. Schoenhovii Lovanii. Uſque ad annum 1400.

Auctor, ut puto, Hedæ. *Aliud Hollandiæ & Friſiæ*, penes me eſt. Uſque ad annum 1500.

Auctor idem. *Trajectinum*, penes me eſt.

Auctores diverſi. *Friſiæ.* Ex Martini Hamconii Muſæo.

Auctores Joan. Hochem & Radulphus Rivius. *Leodicenſe* triplex. Ex bibliotheca Wameſiana. Uſque ad annum 1338.

Incertus Auctor. *Aliud.* Ex bibliotheca G. Carondeleti Toparchæ Crupetenſis. Uſque ad annum 1560.

Aliud per annos fusè digeſtum. Ex bibliotheca ejuſdem. Uſque ad annum 1383.

Collectaneum Namurcenſe. Ex Abbatia S. Laurentii.

Auctor Aquilius. *Chronicon Gelriæ* penes me eſt. Uſque ad annum 1520.

Moſellanicum & Lutzeburgi. Ex bibliotheca J. B. Ferdimondi Berthii Conſiliarii. Uſque ad annum 1550.

Auctor Hemricurtius. *Genealogiæ nobilitatis Haſbanicæ.* Ex bibliotheca Ludovici ab Eynatten Prioris Gertrudani. Uſque ad annum 1300.

Auctor Oliverii. *Geſta in Oriente.* Ex bibliotheca Gemblaci.

Alia. Ex communicatione Baronis Traziniacenſis.

Alia. Ex bibliotheca Rubeæ Vallis.

Chronicon Poloni & Vitriaci penes me eſt. M.S. *Sigibertum*, *Reginonem*, *Luitprandum* ex bibliotheca Gemblacenſi habui.

Hiſtoriæ noſtrates.

R*ythmi populares* omnia Ducum geſta continentes. Ex Archivis Curiæ Bruxellenſis. Uſque ad annum 1400.

Similes. Ex bibliotheca Opmerii.

…tor P. Divæo Viro …ratium peritiſſimo. *Lovanienſium* & *Brabanticarum* rerum plurima volumina & tractatus habui, quorum aliqui lucem aſpicient. Ex bibliotheca Cornelii Divæi.

…or Joannes Mola- *Similis argumenti* libri duodecim. Ex Muſæo Philippi Zangrii.

Antiquitatum Brabanticarum lib. 7. Uſque ad annum 1450.

Annales uſque ad Venceſlaum.

Acta Ducum uſque ad Joannem III.

Joannes Tetlinck Auct. *Bellum Limburgenſe : Hiſtoria Heuſdana.*

Hiſtoriæ Brabanticæ lib. 7. Uſque ad annum 1250.

Omnia ex communicatione Comitis Bauſſigniacenſis.

Chronica. Ex bibliotheca Ducis Arſchotani.

Auctor Joannes Caſtergatenſis Toparcha. *Hiſtoria Brabantica.* Uſque ad annum 1460.

Auctor P. de Thymo. *Geſta Ducum* tomis duobus. Ex Archivis Bruxellenſibus.

Auctor J. Dynterus. *De eiſdem.* Ex bibliotheca Joannis Gevartii.

De eiſdem. Ex bibliotheca L. Opmerii.

Vitæ Ducum. Ex bibliotheca Rubeæ Vallis.

Collectanea ex Lucio Tongrenſi, Mario Belga, Joanne Clerico penes me ſunt.

Auctoribus diverſis. *Vitæ Sanctorum Brabantiæ.* Ex bibliotheca Rubeæ Vallis, Villarienſi, Gemblacenſi, J. Coſteri, A. Miræi, Hopperi.

Collector J. Gielemans. *Agyologi Brabantinorum* tomi duo. Ex bibliotheca Rubeæ Vallis.

Denique vidi & percurri omnium penè Urbium & Cœnobiorum diplomata, donationes, ſchedas veteres, ex quibus primaria hiſtoriæ meæ fundamenta petivi.

CENSURA.

Hæc Brabantica polita aſtrictaque oratione conſcripta utiliter evulgabuntur.

GUILIELMUS FABRICIUS Noviomagus,
Apoſtolicus & Archiducalis librorum Cenſor.

J. B. GRAMAYE

LOVANIUM

BRABANTIÆ

METROPOLIS

CUM SUO TERRITORIO.

ADMODUM REVERENDO IN CHRISTO
PATRI AC DOMINO,

ARNOLDO EYNTHOUTS,

DUCALIS ABBATIÆ

DIVÆ GERTRUDIS

IN LOVANIO

PRÆSULI DIGNISSIMO;

UNIVERSITATIS

PRIVILEGIORUM CONSERVATORI

MERITISSIMO,

D. S.

SOlent olim ſuperliminare, nunc ſumma novarum ædium tecta opifices, ubi ſupremam ſtructuræ manum impoſuerint, coronare. Et ego ex more Litteratis omnibus recepto, Brabantiæ Metropolim cum ſuo Territorio & Antiquitatibus enixus, poſt additam calci coronidem, coronam addo capiti. Coronam illuſtri nominis, Reverende Præſul *Tui gemmâ inſignitam: ut quam ex me habere non potuit, ex ejus preciò lucem acciperet. Mens autem hæc mihi à triplici cauſa: ſuadet Operis iſtius materia, perſuadet officii mei ratio, cogit etiam Dignitatis Tuæ Amplitudo. Sed enim ſingulorum ex tribus hiſce campus latior ſit, quàm ut poſſit brevi hujus orationis filo circumſcribi: dicam itaque pauca dumtaxat è multis, parva de magnis. Scriptum hoc eſt de* Lovanio; *de Academia toto orbe cantatiſſima, de Territorio quaquaverſum fœcundiſſimo, quà agri arvi, quà nemora & colles, quà incolarum frequentia; de Ducatu ſub Principibus Brabantiæ unico, Baronatibus quinque, pagis villiſque innumeris. Lovanienſis autem oppidi margarita unica eſt Inclytæ* Gertrudis Abbatia, *Academiæ dignitas primaria* Conſervator Privilegiorum, *Arſcoti dignitas in ſacris prima* Præpoſitus, *pagorum capita in Eccleſiaſticis* Paſtores. *Quin ergo ad Te ſacris ornatum infulis, Apoſtolicâ munitum poteſtate tribunal adſcendentem, Præpoſitum Paſtoreſque circumcirca in Domini vinea laborantes mittentem, Opus ipſo jure tuum remittatur? Et ſanè, eſt quod natalitios Deos multùm ſibi propitios fuiſſe liber hic gratuletur, cui permiſſum ſit à tanti Viri nomine nomen capere, à tali vitam haurire, in tanto lucem aſpicere.*

Quem ſi privatim aſpicio, omnibus quæ Virum ornare poſſent dotibus, naturâ, Deo, fortunâ in unius caput conſpirantibus, exornatum inveni; ſi Religioſum, per omnes virtutis bonique gradus ad ſummum inculpatæ vitæ faſtigium adſcendentem reperi; ſi Prælatum, diſciplinæ, prudentiæ, integritatis merito Subditis, Ordinibus, Patriæ ſuſpiciendum admiror. Quippe Majores Tui clariſſimum Perapeliæ germen familiæ, in qua heroës inclyti non minus ſago quàm togâ Illuſtres, Equeſtris Ordinis, Palatini, Ducibus & Patriæ non uno titulo chari. Parens Adrianus Eynthouts *ob rem pro Patria magnificè & integrè geſtam omnibus in ore eſt: Patruorum alter* Henricus *ſumptis contra refractarios armis inſignem fidei Deo Ducique datæ & debitæ laudem meritus, alter* Arnoldus *Græcis Latiniſque inſtructus litteris raræ eruditionis reliquit monumenta, Pontifici æquè ac doctis omnibus acceptiſſimus. Patria Tibi* Sylvaducis, *eſt aurea illa & tot calamitatibus probata, & magis magiſque ob tenacem avitæ religionis populum commendanda. Adoleſcens admodum Regularis amore vitæ Canonicam veſtem in D. Gertrudis*

aſsumpſiſti, quo zelo, quâ pietate, non dicam, norunt omnes. Inde paſcendo gregi Dominico aſſumptus, animarum aliquot millia Tuæ commiſſa fidei habens, Oolterwicanum *Municipium* Paſtoris *dignitate gubernaſti per annos viginti quatuor. Æſtimet quivis quanto cum vitæ & fortunarum diſcrimine hanc ſpartam colueris. Bellum erat & quidem in ipſis Brabantiæ viſceribus, & quidem ob religionem; quotidiani* Ooſterwico *prædatores impendebant, nihil tamen eorum potuit rabies, in animum ſui potentem & adverſi contemptorem. Ingenuè dico & ut alii in exemplum trahant dico, me in toto vitæ Paſtoralis tuæ decurſu Agonem magni olim Athanaſii per umbram contemplatum. Perſecutiones in Te ſine numero & modo ſunt; in dies nimirum & horas ſitientes illi Chriſtianum ſanguinem lupi, vitæ Tuæ inſidiabantur: fugiſti, latuiſti, hyemes ſæpe integras in abſtruſo quopiam antro, ut ne commiſſo gregi deeſſes; domus, bonorum, bibliothecæ per hoſtes combuſtorum jactura; carcer, & vix magno ære recepta libertas, nihil conſternarunt. Tacere non poſſum quod à Viro magno accepi. Te ſciſcitanti, quid ita tuarum rerum in publicas utilitates prodigus contemptor eſſes, reſpondiſſe: Si nec patriæ meæ deeſſe nec ſupereſſe volo, quid Religioni? à qua totum quod bonum & immortale. Vocem eburneo dignam calamo, & digniſſimam quæ in ſcripta referatur. Nihil addam ulterius. Teſtabuntur abundè inprimis ipſa* Sylvaducis *quæ Te non Parœcum modò ſuum, ſed & Legatum delegit, qui rem Oppidi cum Miſſis à Catholico Rege Coloniam, ageres. Egiſti, peregiſti, & urbem plenè Principi ſuo probatam vindicaſti. Teſtabitur & collegium tuum, & ipſe Princeps qui ſuo Te calculo ad Illuſtris Abbatiæ gubernacula cenſuit collocandum. Teſtabuntur Ordines, qui Deputatum Te ſuum per annos multos, retinuerunt, Legatum ſæpius elegerunt. Teſtabitur Academia, quæ vindicem ſuæ immunitatis Te potiſſimum elegit. Cujus ego pars quantulacumque, quomodo vitium evadere poſſem ſi Virum tantum in oculis & conſpectu habens, de alio foris Patrono vel ſomniarem? Cujus amorem in litteras abundè loquitur pulcherrimi iſtius ædificii quo Cœnobium auxit, ornatus, quem his verbis ante me delineavit æternæ memoriæ Lipſius:* Eſt perpetua & magna porticus circum hortos, in membra & cubicula ſupernè diſtincta, ad uſum 12. nobili ſtirpe adoleſcentium, quos hìc ali, & pietate & ſcientià voluit informari. Inſigne opus & inſtitutio: laus hìc auctori & gratia, præmium in melioribus locis eſto. *Id & ego dicam, idem ego optem rogemque Deum publicarum mentium directorem, adſit conatui tuo,* admodum Reverende Præſul, *qui non eſt niſi ad Reipublicæ Chriſtianæ ſtabilimentum, Eccleſiæ Catholicæ decus, Religionis incrementum, Brabantiæ emolumentum & honorem. Quod votum in hoc Encæniali munere accipe. Kal. Septembribus Anno* 1606. *qui natalis eſt Lovanii ter reſtituti,*

A. R. P. T. Devoto

J. B. Gramaye.

A D

AD AMPLISSIMUM

METROPOLEOS OLIM LOTHARINGICÆ, NUNC BRABANTICÆ SENATUM.

Mirabimini fortaſſis, Viri Nobiles, Viri Prudentes, *quid calamo juvenili in mentem veniat, paratum accuratiſſimi P. Divæi manibus, æterni Lipſii ſtylo peractum, Lovanienſis hiſtoriæ curſum currere: ut qui in alienos labores involem, crambem bis coctam faſtidienti lectorum ſtomacho propinem, lucernam proponam cænaculo quod adultæ diei Sol radiis ſuis pervaſit. Fateor quidem deſcriptum à Jove noſtro Lovanium, ſed illi ſumma rerum capita ſectato,*

Non licitum exiguis rebus adeſſe.

Faſtigia laudum, antiquitatum culmina quaſi pugno comprehendens, nobis reliquit radices, herbas, flores. Hæc ego adhibitis Oppidi & Cœnobiorum Archivis erui, percurri, collegi. Nec timenda in cupido noſtratium rerum lectore nauſea. Erit quod oblectabit animum & oculos; quod utrumque ego, & mecum Lector veſtræ acceptum feret munificentiæ. Vos, quâ eſtis & fuiſtis ſemper in litteratos animi propenſitate, conatus meos proſecuti, ad rerum omnium veritatem inquirendam feneſtram aperuiſtis, & ut cum litteris Lector in pictura quaſdam Veſtræ Majeſtatis reliquias contemplaretur, ære publico procuraſtis, ut libenter ita liberaliter. Nihil novum dico. Is ſemper Regiæ hujus Urbis genius fuit, ut neceſſe fuerit non ſemel à Principe coërceri profuſam illam in rebus urbis honorem tangentibus liberalitatem. Excepti publicis impendiis Imperatores, Reges, Principes: erogata in unicam ſubinde cænationem 50000. abundè loquuntur. Sed ne nunc quidem cum fatalis bellorum hyems urbis florem depaſta eſt, de calore illo quicquam remittitis; animo quod in opibus deficit ſupplentes. Quo nomine & ego mihi gratulor privatim, & publicè Academia, quæ & Profeſſores quoſdam ſuos à Senatu, Collegia aliquot à civibus, accepit. Ex priorum numero & ego me fuiſſe lubens fateor, & nunc pro beneficio duplici gratias publicè ago, & unà hoc LOVANIUM *meum offero, in quo quid laboraverim cenſete*, Viri Magni, & *me ſolito favore proſequimini*

Amplitudinum Veſtrarum

Clientem

J. B. GRAMAYE.

CENSURA OPPIDI LOVANIENSIS.

BONUM FACTUM

URbem, Rempublicam, Univerſitatem luſtrata, illuſtrataque Clariſſimi Profeſſoris noſtri J.B. GRAMAYE Operâ. Qui excuſſis Oppidi, Cœnobiorum, & Academiæ Archivis, omnia quæ memoriam mereri videbantur excerpſit. Cujus diligentiam in inquirendo res à memoriâ remotas, judicium in digerendo ſingula lectu & notatu digna, induſtriam in omnibus hoc publico Scripto commendatam imus; teſtatumque omnibus hæc Rempublicam noſtram tangentia, veritati & Archivis noſtris conſentire. Actum mandante Senatu 25. Julii, Anno 1606.

Sig. Fannius.

INDEX FAMILIARUM

Quarum ſparſim mentio in Antiquitatibus LOVANIENSIBUS.

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

A

ABſolons. 11. 2.
Angelis. 30. 2.
Argenteau. 19. 1. 44. 2. 45. 2. 46. 1.
Atrode. 30. 2.

B

BAerts. 46. 2.
Baillet. 44. 1. & 2.
Beken. 44. 1.
Berch. 7. 2.
Bergen. 3. 1. 9. 2. 12. 1. 30. 2. 43. 2. 44. 1.
Beringen. 30. 2.
Berlaer. 44. 1.
Berthem. 41. 2.
Bierbeeck. 30. 2.
Blanckaert. 7. 2. 44. 2.
Blehen. 8. 1.
Bollenborne. 47. 2.
Borchoven. 12. 1.
Borcht. 8. 1.
Borneval. 9. 1.
Boxhorn. 10. 2. 11. 1. & 2.
Bruggen. 55. 1.
Bruſſele. 41. 2.
Buſleyden. 35. 2.

C

CAlabers. 60. 2.
Calſteren. 3. 1. 8. 2. 9. 1. 10. 1. 14. 1. 15. 2. 35. 1. 36. 1. 43. 2. 58. 2.
Camerlingen. 10. 2.
Caynogen. 7. 2.
Camoge. 19. 2.
Caſtro. 16. 2.
Corsbout. 7. 2.
Cortebach. 8. 1.
Cortenaken. 45. 2.
Cranevelt. 26. 1.
Creton. 35. 1.
Cryeſteen. 7. 2.
Cruningen. 60. 2.
Couterel. 5. 2. 7. 2. 9. 1. 10. 2.
Coutreau. 54. 2.

D

DIeve. 14. 2. 27. 1.
Drencquart. 46. 2.
Duffel. 8. 1.

E

EYcken. 7. 2. 19. 2.
Eynatten. 55. 1
Elderen. 48. 2.
Evelooge.

F

FUren. 30. 2.

G

GEldenaken. 7. 2.
Gielis. 3. 1. 9. 1. 10. 2. 35. 1. 55. 1.
Godevaerts. 7. 2. 9. 1. 10. 1.
Gottencourt. 12. 1.
Gottignies. 35. 2.
Grave. 7. 2. 8. 1. 9. 1. 35. 1. 58. 2. 59. 2.
Grez. 3. 1. 35. 1.
Guerix. 7. 2. 8. 1.

H

HEetvelde. 36. 1.
Heeſt. 19. 2.
Heyden. 43. 2.
Heyme. 19. 2.
Heremeys. 10. 1. 44. 1.
Herengolis. 7. 2.
Herenmaes. 10. 1.
Herent. 30. 2.
Hinckaert. 55. 1.
Hoffſtadt. 9. 2. 11. 2. 35. 2. 53. 2. 55. 1.
Hontoy. 44. 1.
Houterle. 19. 2.
Houthem. 41. 1. 43. 2. 48. 2.
Huffel. 29. 1.

K

KErſmakere. 36. 1.
Kerckhove. 45. 1.

L

LAngrode. 28. 2.
Lathem. 60. 2.
Levedale. 7. 2.
Libbeke. 30. 2. 35. 1.
Liemingen. 3. 1. 7. 2. 8. 2. 9. 1. 36. 1. 41. 2. 43. 2. 44. 2. 48. 2.
Lyſſkenrode. 44. 1. 45. 2.
Linden. 30. 2. 46. 2. 47. 2.
Linter. 35. 1. 44. 1.

M

MEldert. 3. 1. 44. 2. 46. 1.
Merode. 41. 1. 48. 2.
Moers. 47. 1.
Moins. 48. 2.
Mol. 8. 1.
Montenaken. 7. 2.

N

NAſſau. 3. 1. 12. 1.
Nethenen. 3. 1. 7. 2. 34. 2.
Nieuſtraet. 7. 2.
Noot. 35. 2. 41. 1. 48. 2.

O

OEyebrugge. 44. 2. 46. 1.
Ophem. 7. 2.
Oppendorp. 9. 2. 19. 1.

P

PApe. 7. 2.
Pede. 35. 2.
Pinnock. 5. 2. 7. 2. 8. 1. 9. 1. 14. 1. 43. 2. 44. 1.
Platvoet. 7. 2.
Pulle. 5. 1. 35. 1.
Puteanus. 9. 2.

Q

QUadebrugge. 11. 2.
Quarebbe. 8. 1.

R

RAnſt. 8. 1.
Redingen. 3. 1. 7. 2. 8. 2. 10. 1. & 2. 30. 2. 44. 1.
Rode. 3. 1. 7. 2. 9. 1. 10. 2. 13. 2. 16. 2. 34. 1. 36. 1. 67. 1.
Roelants. 7. 2. 10. 1. 12. 1. 35. 1.
Roelofs. 10. 2.
Rycke. 7. 2. 10. 1. 24. 2.
Ruyſchen. 47. 1.

S

SAbels. 45. 1.
Schoeff. 55. 1.
Schoonhoven. 5. 1. 12. 1. 46. 2. 64. 1. & 2.
Schoonvorſt. 3. 1. 7. 2. 8. 1. 61. 2.

Schoor

INDEX FAMILIARUM.

Schoor. 2.2. 5.1. 14.2. 17.2. 26.1. 61.2. 62.2. 63. 2.
Sgroets. 46. 2.
Stade. 16.2. 54.2. 55.1.
Steen. 3.1. 9.1.&2.10.2.
Steenwegen. 48. 2.
Straesborgh. 41.1. 47.1. 48.2.
Swerte. 46. 2.
Swittem. 47.2. 63.2.

T

TAye. 8. 1.
Tempel. 4.1. 8.1. 19.1. 36.1.
Tenremonde. 35. 2.
Tommen. 35. 1. 44.1.
Tudechem. 7.2. 35. 2. 36.1.

V

VEruſalem. 3.1. 9.1. 10.2.
Vilain. 46. 1.
Vilters. 45. 1.
Voecht. 12. 1.
Vorſt. 35.1. 70.1.
Vranx. 11.2. 12.1. 35.1.
Udechem. 16.2. 31. 2. 48.2.
Uterhellicht. 11. 2.

W

WAgemans. 45. 1.
Watermaele. 35. 2.
Wilre. 3.1. 7.2. 16.2. 41.2. 44.1. 60.2.
Wincſel. 36. 1.
Winge. 4.1. 17.1. 26.1. 44.1.
Witte. 7.2. 10.1.
Witteman. 35. 1.
Withem. 12.1. 43. 2. 55.1.
Wyere. 35. 2.
Wyngaerden. 69. 2.
Wyſelet. 35. 2.

INDEX PAGORUM

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

A

AMarum pratum, *Zuerbemdt* 48 1
Attenhovia, *Attenhove.* 46 1
Atrodia, *Atroy.* 48 1
Aſſent. 59 2

B

BAlenum, *Balen.* 55 1
Beckevoirt. 64 2
Betechemium, *Betecom.* 55 1
Belandia, *Belanden.* 59 2
Beerſemum, *Beyſſem.* 56 2
Berthemum, *Berthem* 59 2
Betſia, *Beets* 48 2
Binkennum, *Binkum* 44 1
Bierbeka, *Bierbeeck* 60 1
Bouterſemia, *Boutersheym* 43 2
Butſela, *Butſel* 43 2
Buedingemium, *Buedinge* 44 2
Bunsbeca, *Bunsbeeck* 48 2
Buekena, *Bueken* 59 2

C

CApella, *Capelle* 48 1
Corbeka trans Loam, *Corbeke over Loo.* 35 1
Corbeca trans Diliam, *Corbeeck over dyle.* 36 1
Cumptich. 43 1
Cortenacum, *Cortenaken.* 48 2

D

DOrmalia, *Dormael.* 46 2
Doerna, *Deurnen.* 48 2

E

ELishemium, *Eliſem.* 47 1
Ercania, *Arquennes.* 34 2
Eygenhovia, *Eygenhoven.* 59 2
Ezemalia, *Ezemael.* 46 2

F

FLavum Rodium, *Geelrode.* 55 1

G

GLabbeca, *Glabbeeck.* 48 1
Goedſenhovia, *Goedtſenhoven.* 47 2
Gutſenhovia, *Gutſenhoven.* 47 2

H

HAkendovia, *Hakendover.* 46 2
Hamma, *Ham.* 61 2
Haterbeca, *Haterbeeck.* 55 1
Haechta, *Haecht.* 58 1
Herent. 35 2
Heelen ten Boſch. 46 1
Helechemium ſuperum, *Opbelechem* 47. 1
Helechemium inferum, *Neerbelechem.* 47 1
Heſpenum ſuperum, *Overheſpen.* 47 2
Heſpenum inferum, *Neerheſpen.* 47 2
Henakum S. Petri, *S. Peeters Viſſenaken.* 48 2
Henakum S. Martini, *S. Mertens Viſſenaken.* 48 2
Heverlæa, *Heverle.* 58 2
Heverlæa vetus, *out Heverle.* 59 1 & 2
Holsbeca, *Holsbeeck.* 35 1
Holedium, *Hoelède* 69 2
Houdertum, *Houdert.* 64 2
Houthemia, *Houthem.* 48 2

I

ISca inferior, *Neeryſche.* 35 2

K

KErkemum, *Kerkem* 44 1
Kersbeca, *Kersbeeck.* 48 2
Kieſekemium, *Kieſecom.* 48 2

Landi-

INDEX PAGORUM.

L

Landinum inferius, *Neerlanden.* 48 1
Laria, *Lare.* 48 1
Landa, *Landen.* 46 1
Libbeca, *Libbeeck.* 35 1
Lintria ſuperior, *Oplinther.* 44 1
Lintria inferior, *Neerlinther.* 44 1
Loonbeca, *Loonbeeck.* 35 1
Lovaniolum, *Lovenioul.* 35 1
Longus pagus, *Langdorp.* 55 1
Lumpnis. 69 2
Lynda, *Lynden.* 35 1

M

Meerhout. 70 1
Meldaria, *Meldert.* 44 2
Meenſelia, *Meenſel.* 48 1
Meſſelbroeka, *Meſſelbroeck.* 55 2
Milla, *Mellin.* 61 2
Miskemium, *Miskum.* 64 2
Molebeka, *Molebeke.* 64 2
Mulſteria, *Mulſtede.* 44 2

N

Nethenis, *Nethen.* 34 2
Novum Rodium, *Nieurode.* 64 1

O

Ottonis Caſtrum, *Ottenborch.* 34 2
Orſmalia, *Orſmael.* 46 1

P

Palus Roſarum, *Roosbeeck.* 44 1
Palus Angularis, *Dyckbeeck.* 44 1
Pelleberga, *Pellebergh.* 35 1

R

Raedthovia, *Raetshoven, Raucourt.* 47 2
Rillaria, *Rillaert.* 55 1
Rotſelaria, *Rotſelaer.* 33 2 57 1
Rodium S. Agathæ, *S. Achten Rode.* 33 2

S

Sluyſa, *Sluyſe.* 44 2
Stockhemium, *Stochem.* 48 2

T

Theſtelia, *Theſtel.* 55 2
Tieldonca, *Tieldonck.*
Tiletum Mariæ, *Thielt.* 64 2

V

Velpa ſupera, *Opvelp.* 43 2
Velpa infera, *Neervelp.* 43 2
Vertryck. 43 2
Velthemium, *Velthem.* 36 1
Vorſt. 70 1


W

Waelhovia, *Waelhoven.* 47 2
Wangia, *Wangen.* 47 2
Wackerſalia, *Wackerſeel.* 58 1
Waelbeca, *Waelbeeck.* 59 2
Waenrodium, *Waenrode.* 64 1
Walsberga, *Walsberghe.* 48 1
Waeſmontium, *Waeſmont.* 48 1
Weerda S. Georgii, *S. Jooris-Weert.* 61 2
Weſemalia, *Weſemael.* 32 1
Werchtra, *Werchter.* 58 1
Wersbeca, *Wersbeke.* 64 2
Webbecum, *Webbeeck.* 69 2
Wevera, *Weveren.* 48 1
Webbekemum, *Webbecom.* 48 2
Wiltzela, *Wilſele.* 35 1
Wincſela, *Winxel.* 36 1
Willebringa, *Willenbringhen.* 43 2
Winda ſupera, *Overwinde.* 47 2
Winda infera, *Neerwinde.* 47 2
Winga, *Winge.* 48 2
Wommerſemium, *Wommerſem.* 46 2
Wulverſemium, *Wulverſem.* 46 2

Z

Zelemum, *Zelem* 68 2

FINIS.



LOVANIUM

BRABANTIÆ METROPOLIS.

QUod nunc *Lovanium* vocamus, olim [1] *Lovaniam* & nonnunquam [2] *Lovanias* numero multitudinis & accuſandi caſu appellarunt. [3] *Louvanium* autem geminato *u* ſcriptum & *Lovannium* duplici *n*, & aliquoties legi, & vernaculo ſermone [4] LOVENEN, LOVENE, LOEVEN, & apud exteros olim [5] *Lovin*, [6] *Luvain*, *Louvain*.

1. Exempla quære in Civitate paulò inferius.
2. Ita vocat Dux in diplomate Santrainienſi anno 1146.
3. Ita ſcribit M.S. Gemblacenſ.
4. Ita Dux in charta Sanctionum de qua poſt.
5. Apud Othonem Anglum & Rogerium.
6. Jacobus Guiſianus & Marius Belga in Chronico ſic ſentiunt.

Nominis originem qui è Teutonico petunt, putant hymnos Divorum, qui nobis LOVEN vocantur, popularibus viris hìc coli ſolitorum nomen ſuum loco communicaſſe.

Aut certè ex duabus dictionibus componunt *Lo* & *Ween* ſive *Vain*, quarum illa agrum editiorem, hæc uliginoſum & ceſpitibus eruendis aptum ſignificat, etymo non procul ab agri ſuburbani genio recedente. (Geropii & Divæi hæc opinio eſt.)

Qui Gallicos fontes adire malunt, alii à *Lendibus* & *Allodio* torquere conantur, alii à *Loup* quod Lupum ſonat: eò quod hodièque à Lupis vicum urbis unum dictum & Lupi effigiem vetuſtiſſimam in cognomine porta videant extare. (Ita Lucius Tungrenſis refert & Annales noſtri. Vulgo DE WOLF-STRAET & DE WOLF-POORTE.)

Quibus Latina magis placet derivatio, ii ad *Levacos* Cæſaris horum, ut volunt, locorum primos incolas reſpiciunt. (Irenici Glareani & Marliani hæc omnes. Cæſar l. 9.)

Sed cum *Leewenſes* & alii iiſdem quibus nos conjecturis nixi *Levacos* ad ſe trahant, in incerto nihil certi eſt definire.

Sicut nec de *Grudiis*, quos Brugenſes ſuos faciunt, & quidam malunt Lovanienſes eſſe: unde vetus ſcriptum vidi, ubi *Lovania Augusta Grudiorum* vocabatur. (De his diſputat in Lovanienſibus ſuis Divæus & Bogardus.)

Plures etiam nunc antiquitatis opinionem venaturi *Lovanium Levacorum* ſcribunt.

Locum ubi nunc urbs, primitùs habitatum ridiculi Annales à Troianis Belgii conditoribus aſſerunt.

Secundam autem huc Coloniam duxiſſe Scotos & Albionis incolas, Duce quodam *Lupo* ſive *Lupino* regali ſtemmate edito, ſed fortunam gravem paſſo & patria exulare coacto. Adjunt colorem fabulæ, ab eo urbem *Lupoſinam* diu nuncupatam, Gallis *Lou-ſin*. (Rogerius Hiſtoriæ Lotharingicæ lib. 2. & Annales Hannonum ex Lactore & Lucio.)

Tertiam Coloniam faciunt iidem Tungrorum ſub Monapio Rege. Cujus & ſequentium Regum tempore aiunt Lovanium ſacro-ſanctis Divorum uſibus deputatum fuiſſe. (Ex Chronico Trajectenſi & Leodicenſi.)

Quartam Tranſrhenarum Coloniam ductam ante Cæſaris tempora addunt Duce Leone quodam, qui latè his locis imperaverit. Unde urbium, pagorumque nomina & Ducatus inſignia & ipſum *Levacorum* nomen eſſe arbitrantur. (Ex M. S. Bruxellenſis Curiæ & Schædis Gallantil.)

Quintam Romanam faciunt Geldoniæ imperantium & ductam ſub Julio Cæſare. (Ex traditione quæ eſt de Caſtro Lovan.)

Sextam Friſiorum, ex quorum poſteris fuit Porus Comes de quo poſteà dicam. (Ex Annalibus Traject.)

Septimam Francorum ſub Clodione Crinito ductam, à cujus ævo cœpit Francorum à partibus ſtare Lovanium.

De ſuprà citatis Coloniis & tot diverſis Lovanii habitatoribus, quæ collegi, nolim quis putet ita me ſtolidum eſſe, ut credam; ſed collegi duntaxat, fides penes auctorem eſt; & ſunt quibus placet antiquitatis quomodolibet quæſitæ umbra.

Oppidum quando primitùs ſtructum, difficile dictu eſt: ipſa antiquitas & Barbarorum frequentes incurſiones memoriæ nimium quantum detraxerunt.

Fuiſſe antiquitus vallo & ligneis ſeptis more aliarum cinctum, nolim negare: & ab Hunnis vaſtatam ſecunda munimenta à Normannis accepiſſe. Quod autem nonnulli ex Sigeberto referente *Godefridum Ducem cum exercitu profectum* (Id à Normannis factum tradunt Fuldenſes Annales. Reginò ad annum 895. ad annum 1112.)

ctum in fines Bratuſpantium ad obſidendum Caſtrum Lovanium, convincere putent caſtrum dumtaxat extitiſſe, ridiculum eſt; cum & urbes hoc nomine vocari notum ſit, & plura viderim diplomata circa & antè hoc tempus data *in Caſtro apud Lovanium*. Unde patet, aliam à caſtro urbem fuiſſe.

Poſt receſſum Normannorum à Comitibus arbitror mœnia interiora, ſive valla potiùs quæ hodièque conſpiciuntur, extructa ad illam partem ubi fluminis allapſu non muniebatur.

Literæ Ducis continenſium præbentis datæ anno 1361.

Pars enim illa à porta S. Spiritûs uſque ad Lupinam poſteriùs vallo ornata eſt.

Muros autem interioris oppidi ex candido lapide cœptos ſtrui lego Anno 1165.

Ex actis annorum communicatis per D. Boon qui urbi à ſecretis eſt & rerum ejus diligens indagator.

Cæterùm duo notanda, & flumen ſeſe extendiſſe uſque ad portam S. Spiritûs, & murum iſti portæ vicinum ſemel per tumultum plebis dejectum Anno 1360. reſtauratum Anno 1383.

Muri autem exteriores etſi à Divæo ſcribantur perfecti intra biennium, tamen libri cenſuales oppidi tradunt inchoatos perfectos inter quadriennium.

Anno 1356.

Ex diplomate Ducali quod extat in Codice Sanctionum.

Reſcriptum autem Principis, quo poteſtas facta, creſcente incolarum & numero & opibus, urbis pomœria producendi & muniendi, datum Anno 1339.

Ex diplom. Ducali.

Indultum quo permittitur mœnia ſemper ubi viſum reficere, datum Anno 1340.

Urbs interior Portas 11. Turres plus minus 40. habet, omnes eximii operis; exterior ambitu ſuo 25000. pedes complectitur. Forma pœnè rotunda ideòque inter majores Europæ habita, quam *Virgis* aliquot (genus menſuræ noſtratis eſt) Gandavum, Pariſios & Coloniam ſuperare quoad magnitudinem, compertum eſt anno 1426.

Portæ ſpectabili opere viſuntur hæ. A locis quò ducunt

Bruxellenſis, aliàs Barkenſis, ſtructa anno 1382.

Mechlinienſis, aliàs Montana, ſtructa anno 1395.

Haſbanica, aliàs Thenenſis, ſtructa anno 1534.

Dieſtenſis, aliàs Flierbacenſis, ſtructa anno 1525.

Parcenſis ſtructa anno 1374. renovata an. 1404.

Viniarum ſtructa anno 1385.

Hovenſis (nunc Heverlenſis) anno 1376. reparata anno 1573. Illa à vinearum, hæc ab hortorum in ſuburbano frequentia nuncupatæ.

Jobbenſis à Sacello D. Jobi in Weſemalia anno 1516. aliàs Emiſſitia dicta, quod illac aqua mittatur. Et licet ſint qui putant à clade Normannorum eam nomen inveniſſe à mortuis ibi ſepultis, tamen vetus ſcriptura docet contrarium, non *doy* aut *doo*, ſed D'UYTLAETSE POORTE dictam; ſed & ratio, cùm porta illa demum producto urbis pomœrio eſſe cœperit, & interior ei correſpondens aliud ab antiquo nomen habuerit.

Propugnacula & moles aggeſtâ terrâ conſolidatæ & pontes ſublicii alibi extantes ad muninem portarum nuper acceſſerunt, de mandato Gubernatoris harum Provinciarum Conſulatu Joannis Schorani. Anno 1574.

Habentur in urbe Fora rerum venalium 9. Turres in mœnibus conſpiciuntur 53. Propugnacula 13. Molæ fluviatiles in urbe 14. Viæ urbem ſecantes 12. Plateæ laterales 140. Pontes lapidei 16. Fontes publici 4.

Cumque olim una duntaxat quæ nomen ſervat platea lapidibus ſterneretur, poteſtas à Duce facta etiam reliquas vias ſternendi. Anno 1319.

Præcipua urbis opera ſunt:

Arx quam vulgus Cæſaris opus eſſe credit, ego etiam Arnulphi Imperatoris, quem tradunt hiſtoriæ Lovanium pulſis Normannis muniviſſe.

Ex Chronico M. S. Anno 896. In Archivis Santrainii.

Hoc certum, à Comitibus habitatam, quod Diplomata annorum 1040. & 1080. in Arce prope Lovanium data teſtantur: ab Henrico Comite reparatam, & poſt publico Senatûs decreto & ſumptu renovatam.

Ex Actis Oppidi apud Divæum. Anno 1054. Anno 1375.

Ubi interfectum à captivo Henricum Comitem; Godefrido in Ducem ſublimato clientelam profeſſos Principes;

Anno 1038. Ex Sigeberto. Anno 1106. Ex P. de Thymó.

Ei & ſucceſſoribus aliquot defunctis à tota Nobilitate parentatum;

Ex M.S. hiſtoria à Noſtiate.

Comitia Procerum Brabantiæ ſub primis Ducibus ſæpius habita; Theodoricum Hollandiæ & Renaldum Falcoburgenſium Regulos libera cuſtodia ſervatos; Carolum quintum in ſpem imperii educatum, patremque ejus Philippum habitaſſe; Eduardum Angliæ Regem Philippo Galliæ bellum facturum cum uxore hyemem integram exegiſſe; Philippum S. Pauli Comitem obiiſſe, legitur.

Ex Divæo & aliis. Anno 1202. Teſte Surio. Scriptum antè à Lipſio l. 1. c. 5. Anno 1485. Anno 1338.

Aër hìc purus & ſalutaris, proſpectus liber in urbem totam, prout Icon repræſentat, quam ſicut & alias hujus operis ſuo ære Senatus incidendas curavit, cui lector gratiam habe.

Succedit Arci vicina ad Boream Turris excelſa, & ad aliquot millia paſſuum conſpicua, ex candido lapide ſumptu publico extructa, ob id impenſæ ſupervacuæ nomen adepta, quod ſimiles 7. cogitaſſent diverſis partibus erigere Lovanienſes, ſed abſolutâ unâ & ſuperveniente calamitate ſumptibus impares à cœpto deſiſtere coacti ſint.

Ex rationibus Oppidi per D. Boon mihi communicatis. Anno 1364.

Curia ſecto per artem lapide Figuris & Emblematis variè ornata, inſigne Lovanienſis elegantiæ & opulentiæ monumentum, ſenſim ſtructa eſt.

Scabinorum quidem & Conſiliis deſtinatæ cameræ utpote magis neceſſariæ primùm adornatæ anno 1439. Superius ædificium & exterior ornatus inchoata anno 1448. & annorum 11. ſpacio perfecta, erogatis ad hæc ex ærario publico 60. Florenorum millibus.

Perfecta an. 1459. An. 1458. turres perfectæ. Ex rationibus urbis ubi ſingulorum annorum expenſas æſtimavi.

Cæmeterium minus redemptum & profanis uſibus applicatum anno 1432.

Ex litteris contractûs quarum copiam vidi

Cataractæ ad coërcendos Diliæ impetus duæ ſunt, major anno 1365. minor duobus poſt annis ſumptu publico extructa.

Ex actis Oppidi & Diario Marriniano.

Porticus

Ex laminæ titulo ad parietem loci.
Porticus textorum (Hallam vocant) nunc ſcholis publicis deſtinata, ſtrui cœpta an. 1317.

Solent etiam olim Patriciæ Tribus ſuas habere domos propriis inſigniis ornatas.

Vulgo De Schoon-Lieve Vrouwe.
Lieminganorum in foro pecuario conſpicua extructa magnificè an. 1511.

Vulgo De Calster Putte.
Calſteriorum, loco ubi nunc Collegium Winkelianum & puteus nomen ſervans, itemque ubi nunc Collegium trilingue. Prior ſtructa anno 1390.

Radingiorum, loco ubi nunc porta & curia & mola nomen ſervat celebris ſub an. 1300.

Vandeſtainiorum ubi porta ejuſdem nominis hodieque nominatur.

Ægidiana circa D. Catharinæ.

Wilriana, *Rodenſis*, *Nelheniana*, *Veruſalia* Tribuum prætoria in ſuburbano eſſe ſolent.

Præter Patricias, habuerunt præcipui ex vicinis dynaſtæ ſua hoſpitia. Notæ ſunt Melderatenſis, Weſemalienſis, Græzienſis, ædes: itemque Croyorum, Schoon-vorſtiorum, Naſſoviorum & Bergenſium Principum Palatia.

Calamitates urbi advenerunt hæ præcipuæ.

AB AQUIS.

Gemma Friſius l. 2. c. 4. de Caracteribus.
Anno 1156. cùm in immenſum ſubito excreſcens Tylia pontem lapideum dejeciſſet.

Ex Archivis S. Petri apud Molanum.
Ex Divæi Libris rerum Lovanienſium.
Iterumque cum aggeris impatiens ad fanum uſque D. Petri evaſiſſet an. 1221. 12. Martii, ſicut & an. 1407. Et ampliùs anno 1464. 19. Novemb. urbem ferè mediam occupaſſet, ita ut ſedilia D. Petri ſub aquis eſſent. Et noviſſimè cum cataractis, portâ, mœnibus reſiſtere non valentibus flumen ſuperaſſet, quater uno ſæculo patrum avorumque memoriâ potiorem urbis partem aqua oppreſſit.

Ex Diario Heuſii.
Anno puta 1500. 19. Decemb. cùm grave ſuburbanis ædibus damnum illatum.

25. Decembris. Ex Schædis Auguſtinianorum apud Divæum & Molanum.
Anno 1532. cùm nocturnis horis ſubita vis aquarum pleroſque divino officio vacantes ita occupaſſet, ut Auguſtinianus Sacerdos altari aſſiſtens vix ſalvus ad dormitorium evaſerit.

14. Januarii & 8. Januarii. Ex oculatorum teſtium relatu & Epigraphe in ambitu Minorum.
Anno 1569. & 1573. inaudito impetu flumen ex pluvia & nive ſoluta auctum, cum negligentiâ curatoris parum tempeſtive obices levarentur ad aquam tranſmittendum, perrupit & civibus grande attulit detrimentum.

AB IGNE.

Lipſius l. 1. c. 15. ex Molano.
Ut Barbarorum furores prætercam, tradunt memoriæ veteres totum pœnè Lovanium conflagraſſe anno 1130.

A.n 1173. nocte S. Laurentii, etſi Diarium Ortelii annotat an. 1193. Ex monumentis Eccleſiæ noſtræ & Codice Vlierbacenſi.
Nec multò poſt bonam ſuburbanarum ædium partem fortuito incendio abſumptam Annales tradunt cùm primariis templis DD. Petri, Joannis, Gertrudis.

Hiſtoria M. S. Leodienſis, & Diarium Opmerii, & Chron. Bethlem. l. 6.
De antiquiore autem illo anni 1055. incendio, cujus meminerunt diaria aliquot & hiſtoriæ, nihil certi habeo.

Ex Codice Vlierbacenſi & Molano.
Recentius eſt iſtud & certius quo 600. circiter domus apud D. Gertrudis deletæ perhibentur anno 1326.

Ex Diario Judoci de Rooſe Sacriſtæ & Codice Miraculorum per R. Priorem mihi communicato.
Et iterum an. 1518. cum ingenti damno uſque ad D. Genovefæ propagatum incendium, allato illuc Vener. Sacramenti miraculoſi apud Auguſtinianos aſſervati theſauro ſe remiſit.

Anno 1532. Ex Indiculo præfixo Codici Vlierbacenſi.
Nec multò poſt in urbe media coortum denuò magna cum Vlierbacenſium Jactura, ubi cum vicinis ædibus omnia Cœnobii monumenta exuſta ſunt.

Ad extremum nupero Belgarum civili bello à præſidiariis ubique deformata urbs exterior, deſtructis 3306. domibus facta eſt agro quam civitati ſimilior.

A TEMPESTATE.

Ex Gemma ubi ſupra, & Codice Parcenſi apud Molanum. Ex Diario meo veteri. Ex Schædis Franciſcanæ ædis apud Divæum.
Grandine quidem *Heverleam* & vicos ſuburbanos multum affligente, merſo etiam uno. Unde recedente ad ſuas ripas aquâ tantus arenæ tumulus congeſtus eſt, ut fluminis alveus non appareret, an. 1569. 13. Maii.

Itemque an. 1380. obortâ tempeſtate inauditâ, & an. 1439.

Ventis autem, quibus domus aliquot & Eccleſiæ etiam dejectæ anno 1343. in Novembri.

Anno 1464. Ex Manuali meo veteri.
Et iterum cum ob tempeſtates inauditas menſe toto molendina compeſcerentur & detinerentur ab opere.

Hoc autem quo ſub prælo liber eſt anno 1606. feriâ 2. Paſchatis tantus ventorum in tota Brabantia impetus fuit, & tanto cum ædium ſylvarumque damno, ut nemo ſuperſtes meminerit ſimilem tempeſtatem vidiſſe.

Ex Diario meo veteri.
Cùm anno 1480. inaudita nix ſive copiam ſive effectum æſtimem deciderit, biduo poſt ne floccus quidem unicus viſus eſt.

Tonitru cum fulmine & grandine inſolita maxima damna, majorem tamen omnibus metum incuſſit annis 1380. 1479. 1513. 1516.

A PESTE.

Ex Barlandi Chronico & fundatione Capellæ S. Catharinæ.
Pluviam ſemeſtrem & famem portentoſam conſecutâ peſte anno 1316. tantum Lovanii damnum paſſi ſunt, ut vix tertia hominum pars ſupereſſet.

Anno 1318. Ex Divæo & Molano.
Quæ eadem biennio poſt animantibus bovilli generis imprimis magnam cladem intulit.

Aono 1458. Ex Libris Actorum V. Facultatis Artium.
Et interjecto tempore ita latè ſe malum illud propagavit, ut Pædagogia 4. alia aliò cum ſtudioſis dilaberentur, Caſtrum Mechliniam, Lilium & Falco Dieſtam, Porcus Thenas.

Anno 1578. Ex Tabella in D. Petri.
Noviſſimè autem tanta vehementia totam urbem invaſit, ut vix domus contagis expers invenirentur, & mortua 44000. Sed & nunc ſexennium ferè totum pullulat hinc inde contages, ſed majore metu quàm damno.

Annona caritas urbem & vicina loca afflixit ſæpiùs. Nominatim annis 1315. & 1437. & anno. 1522.

Gemma Coſmocriticæ artis l. 2. c. 2.
Et denique noſtrâ & patrum memoriâ anno 1557. cùm frumenti menſura 5. florenis, & ſequenti anno totidem ſeſtertiis veniret; & iterum anno 1587. cum turbas civiles conſecutâ ſterilitate 9. florenis æſtimaretur.

In Maio.
Imbrem extraordinarium Lovanii obſervarunt decimeſtrem an. 1305. famem & morbos infinitos ſecum trahentem, ſemeſtrem an. 1316. novimeſtrem an. 1454.

Divæus ex aliis. Vide Hiſtoriæ noſtræ c. 3.
A bellis & hoſte externo Lovanio malè fuit, cùm à Germanis urbs vaſtata, per Claudium Tibe-

Anno 647. Anno 737. Tiberium Proconſulem reparata eſt; denique cùm Hunnos, demum cùm Wandalos capta urbs graves ſenſit.

Anno 885. aut ut alii 880. Ex Reginone. A qua clade vix reſpirans Danis Normanniſque in prædam ceſſit.

Anno 895. Ex eodem & Helmoldo l. 2. c. 7. Chron. Ab Arnulpho demùm Imperatore recuperata ejectis Barbaris.

Anno 1012. Ex Franciſco Rogieres in Lotharing. Denique obſeſſa à Godefrido Arduennate fruſtra Lovanii Comitatum ſibi vendicante; ſed Ducis virtute & Patriciorum, periculo ſubtracta.

Ex Annalium c. 44. Anno 1356. Amplius à Flandrorum Comite Brabantiam dotalem ſibi vendicante capta, ſed mox Duci ſuo reſtituta.

Ex Ponti Heuteri l. 12. Rerum ſub Auſtriacis Geſtarum & Servilii Gelro Gallicis. Anno 1542. Ulteriùs à Martino Roſſemio obſeſſa & tormentis irrito conatu petita, Dei beneficio, Studioſorum virtute & Civium conſtantiâ liberatur, unde Chronicum DERCLERCK ROEP WAS VRY EN LOS, ſi Deus nobiſcum, quis contra nos?

Noviſſimè ut exteris innoteſcat, quàm conſtanter fidem Deo Regique datam & debitam Lovanienſes ſervaverint, breviter ſumma aliquot annis geſtorum capita recenſebo. Anno 1572. Cùm ſparſa hinc inde belli exitialis inteſtini ſemina nec loco nec causâ nec tempore iiſdem in apertum creviſſe diſſidium obſervaretur, & magna animorum contentione hinc Regis potentiſſimi Vicarius, inde Auriacus Princeps in armis 24. Maii. eſſet, delatâ Lovanium de captis Valentianis famâ, Cives & ſuopte inſtinctu & litteris frequentibus alacres redditi ſe comparant, Portas 5. propugnaculis muniunt ſuo ære, cùm metu majoris mali magno numero Studioſi dilaberentur, manum centum & ſexaginta mi- 14. Julii. litum colligunt ad tutelam urbis, Rex Catholicus jam inde de fide & conſtantia Lova- Litteræ datæ 19. Junii, receptæ 21. Julii. nienſium edoctus Senatui illa ipſa ſeriò per litteras commendabat.

10. Auguſti. Nec multò poſt mittitur cum mandatis à Duce Albano Arſcotanoque Regiarum partium Adrianus *De Dion* Eques urbem gubernaturus, recipitur, fit apparatus, machinæ & tormenta in muris diſponuntur, præſidiariorum & juratorum civium (quos Guldas vocant) numerus augetur, omnium mens eadem etiam cum vitæ & fortunarum diſpendio Regia caſtra ſequi. Interim nunciat fama Auriacum adventare & militem, commeatum, tormenta opinione plura adducere. Mittitur iterum atque iterum ad Arſcotanum, qui moneat rogetque, tempori proſpiciatur imminenti periculo, non eſſe parem tuendæ urbis amplitudini incolarum numerum, plures delapſos, paucos è Studioſis reliquos eſſe. In his rebus dum 9. Septembris. mora fit, adeſt cum exercitu Auriacus, mittitur ad portam Tillemontanam fæcialis qui jubeat aliquem è Senatu & Academia adeſſe, intellecturum, quid Principi in animo ſit. Ad hæc nihil admodùm viſum reſpondere, repulſus imo, donec vix magnâ importunitate impetravit, uti intra primæ portæ ſepta admitteretur & Principis ſui mandata Gubernatori exponeret. Ea erant, veniſſe cum lectiſſimo milite & petere, mittant quantociùs Oratores ſuos coram ſecum de rebus quantivis momenti acturos. Auditâ, quæ mandati inſtar erat, petitione Præfectus urbis rem ad Senatum, cui potiora Academiæ membra ſemper aderant ut communi conſilio res ageretur, refert. Reſponſum uniformiter, rogandum Principem, deſinat nihil malè de ſe meritos Lovanienſes non laceſſitus urgere, non eſſe urbem, quam vel cepiſſe interſit, vel retinere ſit poſſibile: ceterùm quia armatus urbis in conſpectu apparuerit, non eſſe, quod cum eo habeat Urbs in conſilii communionem venire. Hoc reſponſo non contentus Auriacus iterum iterumque fæcialem ſubmittit, additâ comminatione, niſi mox mox ſuos mittant, omnia extrema paſſuros. Quid agant afflicti Cives? Auxilia toties petita, toties promiſſa non mittebantur, ideòque ſatius viſum cedere neceſſitati & Legatos mittere. Dum hæc aguntur, evenit quoſdam è ſatellitio Principis ſtudioſis, qui armati ſub ſignis erant & Præfectos pro Doctoribus audiebant, importuniùs inſultare jaculando. Quam injuriam illi non ferendam rati in hoſtes utriuſque ordinis baliſtas magno numero emittebant, & res in pugnam abierat, adeòque non ignavi hoſtes jam muro appropinquantes portæ Hovenſi ignem injecerant. Vidiſſes Studioſorum certatim & Civium alacritatem, alii è muro ſe præcipites dabant ignem appoſitum reſtincturi, alii ad tormenta vigilabant, omnes in armis hærebant, & quos ætas aut ſexus à ſimili pietatis obſequio excuſabant, ii nudo pede votivas ſupplicationes cum lachrymis & ejulatu proſequebantur. A Senatu nihilominùs mittebantur, qui Auriacum convenirent & ſi poſſent verbis pacarent, Albertus Leoninus, Joannes Wameſius, J. U. Doctores primarii, Oliverius Tempelius, & Hieronymus Winghe Senatorii. Ubi ventum ad conſpectum Auriaci, is breviter non arbitrari ſe, ait, quempiam cauſam adventûs ſui latêre, eam eſſe, ut patriam ſuæ libertati reſtituat, velle ideò Lovanienſes ſe amicum habeant & agnoſcant, commeatu & auxilio juvent. Reverſi Legati rem omnem Senatui exponunt, nec interim ceſſabatur ab oppugnatione aſſidua portæ Hovenſis. Quæ res cùm pleniſſima periculi eſſet & jam mœnia periclitarentur, neceſſe fuit raptim deliberare imò conſentire in petita hoſtium. Sed enim dum per eoſdem denunciatur conſenſus Oppidi, Auriacus excipit, non ſe armatum etiam urbis capiendæ certum ita viliter nomen amici capere, aliud quiddam & majoris ponderis eſſe: velle nimirùm conatus ſuos à Lovanienſibus juvari, & confœderatos ipſi eſſe; hoſteſque Ducis Albani & Hiſpaniarum, nec eorum præſidia recipere, libertatem etiam Religionis permittere. Ad hæc Legati: Non eſſe ſui muneris ultra quàm in mandatis habeant promittere, petere interim, ne in animum inducat de

de Religione, cujus titulo urbs & Academia ſemper & ſolùm floruit, quidquam innovare. Reſpondet ille, animum quidem ſibi illum non eſſe debere, interim hac in parte aliquibus è comitatu ſuo placere; & hoc dicto eos remiſit communicaturos cum ſuis, interim Obſides poſtulans Joannem Schoranum Conſulem Primarium & Georgium Schoonhovium.

Venerat jam ad extremum, & ignis portæ Hovenſi immiſſus ad vicina etiam loca evadebat, jam jam hoſtibus liberum in urbem aditum facturus; ſubveniendum itaque & neceſſariò in æquas leges deſcendendum, quibus Princeps in amicitiam plenam recipiebatur, commeatu juvandus, ubi res ferret, libertas conſcientiæ cujuſcumque relinquenda cavebatur, nec agendum in aliquem niſi ſcandalo eſſet aliis causâ religionis, conſignata denique Principi 16. florenorum millia.

4. Septembris.

Ita ſuccumbentes neceſſitati cives nunquam tamen animum & oculos à Rege ſuo averterunt. Imò cum adhuc Mechliniæ ageret ſed aliò cogitans Princeps, ſæpè ſuper formando novæ Reipublicæ ſtatu Lovanienſes conſulti nunquam vel reſponſo eum dignati ſunt.

Et denique poſt ſedatos aliquantiſper primi incendii motus, de ſucceſſu totius negotii edoctus Rex Catholicus litteris ſuis Lovanienſes non tantum indemnes fore pronunciavit, ſed ne peccaſſe quidem judicavit, qui neceſſitati ſuccumbentes prudentiâ ſuâ Urbis & Univerſitatis ruinam avertiſſent. Pacato interim Regiarum partium Duce & Belgii Gubernatore Albanó, præſidio urbs firmatur: & neceſſe erat, hoſtibus aut ſaltem adverſarum partium urbibus undique cinctæ.

Et obvenerunt ſubinde alii aliique motus prout res belli ferebat, ſed Lovanienſes ſemper pares imò ſuperiores inter medias ſpinas roſæ gratum fidelitatis ſpirabant odorem. Unum addam & concludam. Militum aliquot cohortes erant quæ ſtipendiorum ſolutionem tardatam cauſatæ Dieſtæ ſeceſſerant, & expulſis, ut mos habet, centurionibus, chiliarchis, ſua pro libidine rempublicam formaverant. Pulſi Præfecti, ſexcentorum ferè numerum æquabant, Lovanium delati receptique; & fama erat cogitare eos per noctis ſilentium, aut aliàs urbe nihil minus cogitante, ſocios Dieſtenſes introducere. Concurritur ad arma à civibus, & quamprimum re in vulgum ſparſa nemo tergiverſabatur. Senatus & Univerſitas naſcenti malo occurrendum rati è veſtigio duos Bruxellam ablegant ad Parmenſem Ducem tum Belgii Gubernatorem. Ii erant Jacobus Bayus Sacræ Theologiæ Doctor & Richardus à Pulle Conſul, qui legatione ſua expoſita & ſtatu rei indicato impetrant, ut intra diei naturalis ſpacium mitterentur qui educerent illos à quibus nata ſuſpicio ſeditionem commoverat. Ita liberati his modo, & omni præſidio poſtea, reductis nimirum Bruxellenſibus, Lovanienſes à malis ſuis reſpirare cœperunt, & Academiæ ad tubas turbaſque oppreſſæ, & tantum non ſepultæ nitor ſenſim reparari.

Anno 1590.

Ab hoſte domeſtico & ſeditionibus etiam Lovanium grande malum ſenſit.

Imprimis orta ob non communicatos plebi honores controverſia anno 1219. *Ex Divæo & Molano.*

Iterum anno 1350. novis rebus ſtudentes textorum aliquot à Joanne 3. repreſſi. *Ex Barlandi Chronico & Annalium c. 43.*

Denique anno 1360. à Petro Couterello Prætore plebem in patricios armante, & Ducem ferè in partes ſuas trahente: qui bis urbi caſtra admovit, & tandem formato aliquantulum reipublicæ ſtatu tumultum compoſuit. *Annales c. 47. Divæus l. 3.*

Nec multò poſt à factione Capuciatorum ingens motus & cæde patriciorum 17 memorabilis, relegatis authoribus in Cyprum, componitur. *Anno 1379. in Decembri. Divæus toto l. 4. Lipſius l. 2. c. 12.*

Non tamen ita quin ſequentibus annis aliquæ ſuperfuerint reliquiæ; multumque in his ſeriò ad finem perducendis & Leodinus Princeps, & alii laborarunt.

His certè factum eſt ut textores & lanis operantes urbe exceſſerint, & cum iis præcipuæ urbis divitiæ.

Interjecto tempore per quemdam Paulum *Loenkens* concitati in patritios inprimiſque *Pinoccos* motus, ſemel iterumque data acceptaque pace tamen recruduit, donec Maxæmiliani Auſtrii ſupervenit potentia & authoritas. *Anno 1477. Divæus l. 7.*

Exorti ſubinde alii aliique tumultus & factiones, adeoque ſemel quietis impatientes à Saxonum Duce Imperatoris Vicario oppreſſi 21830. libris Turonenſibus pacem redimere coacti ſunt, cui ſummæ conficiendæ cùm impar eſſet ærarium ob creditorum importunitatem ad inopiam & miſerias redacta florentiſſima Reſpublica ne umbram quidem priſtinæ Majeſtatis reſervavit. *Divæus l. 8. Imo triginta millia numerare debuerunt Saxoni cum ſuis ſociis. Vide Divæum ib.*

Hoc autem liberè dicam, exiſtimaſſe ſemper Duces ab ærarii Lovanienſis ſtatu res ſuas maximè ſtatui, ita ut ejus declinantis curam ſemper aut præſtantiſſimis Belgii committerent, aut ipſi aſſumerent.

Ita Philippi 2. Duces alter an. 1496. alter an. 1503. ita Wenceſlaus cum Joanna Duces anno 1375. hâc ſolùm causâ Lovanium diverterunt.

Atque hæc quidem ſat ſunto quoad urbem, opera ejus, & calamitates.

In civitate primum conſtituo Cæſarem, ſive Francorum Regem; non quòd illi in Republica Lovanienſi, ut nunc eſt ſtatus rerum, aliquid juris habeant; ſed quòd habuerint, aut habere voluerint.

Obſeſſos, dum ſe in libertatem vindicare conabantur Lovanienſes aliquotiens, argumento eſt: & ſub Francis diu fuiſſe notius eſt, quàm ut probatione egeat: imò verò à Comitibus gubernatos Carolinæ ſtirpis, æquè manifeſtum. *Vide fata urbis ſupra. Vide Henningem & Lazium.*

Succedunt Lotharingiæ Duces, qui ipſi, licet Cæſarum beneficio regionem, in qua *Vide Hiſtoriam c. 6. & 7.*

Lovanium primas obtinet, conſecuti, tamen poſt Caroli Ducis, & denique Brunonis Archiducis mortem numquam occupatum & defenſum à ſuis Comitibus poſſidere valuerunt Lovanium.

Vide Hiſtoriæ noſtræ c. 10.

Cæterùm confirmato Godefrido Comite & in Ducem aſſumpto, manſit Lovanium Ducatus pars, imò Caput & Metropolis, prout olim fuit.

Hic ſubjungendi *Duces Lovanienſes*, quos in triplici differentia me conſtituere cogunt hiſtoriæ & diplomata.

Anno 636. Annales Hannonium parte 2. & Henninges parte priore tom. 4. regni 3. & Guiſianus meminit.

Illæ quidem ante annos 1000. Brunulphum (is inter Arduennæ & Hannoniæ Principes aliàs invenitur) nominantes *Ducem Hannoniæ & Lovaniæ*, qui cognominem filium in Ducatu Lovanii reliquerit ſucceſſorem.

Vide Berthemum in Baronatu Heverlenſi.

Huic narrationi nolim penitùs reluctari, maximè cùm Arduennæ Principes juxta Lovanium ſua habuiſſe peculia S. Adelardi vita doceat, & Lambertus Comes Lovaniæ Raginerium Montenſem Comitem Germanum habuiſſe, omnes fateantur; ita ut ab eodem poſſeſſam utramque ditionem nemo poſſit dubitare.

De Ducis nomine quod iſti Brunulpho Annales tribuunt, arbitror hunc titulum pro Regum arbitrio datum, Regulorum potentiâ aſſumptum ſæpiùs, ſæpiùs ab imperitis ſcriptoribus confictum, aut certè Præfectum ſive Comitem Lovaniæ ob id Ducem vocari, quod exercitui aliquando præfuerit, aut expeditioni contra Barbaros præpoſitus ſit.

Anno 1187. In Privilegio quodam Gemblacenſi. His adde à Lipſio l. 2. c. 1. de hoc ſcripta.

Secundi generis Ducem invenio, cùm *Godefridus* ſe ſcribit *Dei gratiâ Ducem Lovanienſem*, id eſt Lotharingiæ ab urbe ejus primaria.

In Diplomate Averbodienſi per Voechium ſubmiſſo. Anno 1180.

Tertii generis invenio Ducum noſtrorum liberos eo gaudentes cognomento. Ita Henricus hæres olim Ducis futurus, vivo adhuc eo *Ducem Lovaniæ juniorem* ſe vocat.

Anno 1180. In Diplom. Santrainii.

Quin imò diploma vidi in archivis Santrainii ubi & pater & filius ſubſcribunt hoc modo, *Godefridus Dei miſeratione Dux Lotharingiæ, & Henricus Dux Lovaniæ junior ejus filius.*

Quod autem refert Chronicon Lobienſe ad preces Hidulphi Abbatis *Advocatum* cœnobio datum à Pipino 2. Ducem Lovanienſem, cùm nomen non exprimatur, nequeo explicare.

Duces ſequuntur Comites quos annales & noſtri & vicinorum plures recitant. Ego quæ inveni ſeriatim dabo, penes lectorem eſto judicium.

Anno 240. Conſentit Chronicon Colonienſe.

Primum Tungrorum hiſtoricus Meſſeronem B. Severini Antiſtitis parentem nobis dat.

Sub annum 429. Conſentiunt tres quos habeo M. S. Leodienſium Scriptores, & Scriptor Vitæ S. Servatii. Et Divæus in diverſis ſe Chronicis id vidiſſe teſtatur.

Secundum Comitem Trajectenſium Annales Porum precibus S. Servatii à narium vitio liberatum.

Tertium iidem Androgiſilum poſt Hunnicam vaſtationem ſub annum 500.

Quarto & quinto loco conſtituerem duos illos Brunulphos, quos ſupra Duces nominatos dixi.

De his neſcio quid ſentiendum, ſuſpecta eſt tantæ antiquitatis memoria. Demus tamen noſtratibus & fidem addamus, & neceſſe erit unà credere non Prætores tantùm ſed & poſſeſſores locorum fuiſſe, cùm iidem Annales tradant à Poro datum B. Servatio Trajectum, non daturo niſi poſſideret.

Ut ut ſit, tenebræ ſunt meræ, à quibus nec ſequens ævum ſe expedit.

Anno 647. Oudegeſtius, c. 11. Annales & Chronicon Flandriæ. Meierus ad annum 621.

Flandri Scriptores offerunt nobis Burchardum Liederici Flandriæ Foreſtarii filium ratione Helwidis uxoris Comitem Lovanienſem (Prætorem vocat Meierus) cui Eſtoredus filius ſucceſſerit à Wandalis pulſus.

Anno 737.

Sic illi: & fides penes authorem eſto.

Noſtri Comitum ſeriem duplicem, ego triplicem conſtituam.

*Ante annum 700. * alias Flotuins. M. S. tres in eo conveniunt quos habeo. Conſentiunt Placentius & Chronicon Leodienſe.*

In prima primam dotale Lovanium poſſediſſe aiunt D. Beggam, Beggæ filiam * Floribertam Pipini groſſi ſororem S. Huberto poſt Epiſcopo enuptam dotem attuliſſe Lovanium.

Natumque ex his matris hæredem Bertrandum, qui cùm aliis Anſelmus vocetur, non dubito quin is ſit cujus memoria in noſtra Eccleſia & reliquiæ ſolemnioribus feſtis per unum ex Canonicis oſculandæ vulgo circumferuntur.

Sic unus M.S. vocat. Sic alter quem Bruxellâ accepi.

Conſentiunt Chronica Leod. niſi quod quædam Floribertum faciant Comitem, & alii Fulcarii Epiſcopatum in Caroli M. ævum rejiciant.

Huic fratrem dant Annales Floribertum Epiſcopum Leodicenſem & filium Fulcarium Comitem. Quorum hic *ad Leodicenſem & Epiſcopatum & Principatum Tongrenſem* evectus Carolo Martello Comitatum tranſcripſerit.

In qua primam Comitum ſeriem claudo. Si monuero non eſſe quod turbet illud à fide digno traditum ſcriptore, Griffoni more Ducum aſſignatos 12. Comitatus & inter alios Lovanienſem; cum id nihil aliud ſit, quam quod ejus imperio totidem Comites ſubeſſe debuerint.

Annales Francorum l. 4. c. 61. & ex iis Molanus in Præfatione ad militiam Sacram.

Hoc quo dixi modo ad Pipinum & Carolum M. & ſucceſſuros Reges Lovanium devolvebatur, cùm Normanni è ſuo ſeptentrione fiduciâ diſſidiorum, quæ inter hujus liberos & nepotes orta quotidianum ſumebant incrementum, Lovanium, ut dixi, ſuum fecerunt & per annos plures tenuerunt.

Anno 915. Divæus ex Dagoberto qui ante 200. annos ſcripſit. Vide Fr. Rogieres de hoc.

Quibus ab Arnulpho Cæſare ejectis invenio Comitem Lovanio datum Bertharium, qui inter conjuratos Suentebaldi cum Raginerio Duce, Gerardo Namurci, Matfrido Angiæ Comitibus recitatur.

Circa & poſt hunc Bertharium magna controverſia, denſæ tenebræ.

Henninges f. 122. p. 1. reg. 2. M. 4. Lipſius c. 11. ex Pithæo & aliis, ita Frodoardus Scriptor eis coætaneus.

Alii Henricum genus à Carolo Haſbano ducentem, alii Manaſſem Hainaviæ Comitem è Francorum Regibus illuſtre genus ducentem patrem faciunt Raginerii Montenſium & Lamberti Lovanienſium Comitis.

Anno 947. Sic vocatur in Diplomate Cæſareo dato Francofurti Indict. 2. Menſe Junio Martyrio Apoſt. Petri & Pauli quod vidi.

Hic Lambertus *Vir fortis & bellicoſus* Advocatus Gemblacenſium ab Ottone Auguſto, cui virtutis merito inprimis carus erat, conſtituitur.

Ob a. 988. aut ut alii 991.

Et ſine liberis mortui hæreditatem certum eſt Reginerium fratrem & ex eo nepotes ſibi vendi-

vendicaſſe, ſed fruſtrà: prævalenti nimirùm Lotharingiæ Ducum potentiâ.

Meierus ad annum 1005. Chronicon Trudonenſe ad hunc annum.

Ex quibus Carolum Luduvici tranſmarini Regis Francorum filium obtinuiſſe & Carolo natum Ottonem certum eſt.

Anno 978. Hannoniæ Chronicon l. 14. Chronicon Leod. in vita Balderici Epiſcopi. Æmil. l. 23. Vide Lipſium qui Externacenſe monumentum refert.

Non ceſſabant interea & Francorum auxilio debitam, unde exciderant, hæreditatem repetere Reginerius & Lambertus Reginerio ſupradicto nati, adeòque aſpirante conatibus fortunâ perdita recuperaverunt, & Lamberto Lovanium ſorte obvenit.

Anno 1002. Eduardus Dynterus. Rogieres ad annum 1005. Vide hæc omnia fuſius Hiſtoriæ noſtræ c. 9.

Carolus autem prudenter rebus ſuis conſultum ire parans Gerbergamque filiam ei uxorem aſſignans, mortuo Ottone aditum fecit ad Lotharingiæ Ducatum; quem ab Imperatore alteri traditum, licet ſuum facere nequiverit, tamen Lovanium vel invito Cæſare & Duce ſibi & Succeſſoribus ſuis aſſeruit.

Anno 1014. Sigebertus ad hunc annum.

Mortuo Lamberto, ex ordine filii duo (Ottonem enim puerum & vix anno imperantem, qui interceſſit, prætereo) Henricus & Lambertus ſucceſſerunt. Illum *Priſcum*, hunc *Baldericum* vocatum conſtat.

Ex Chronico Leod.

Ex Fundatione Capituli Bruxell.

Illum vetus meum Chronicon tradit *Marchiam Antverpienſem liberè poſſediſſe & Mathildi ſorori Euſtathio Bullonienſi nuptæ dotem dediſſe: Imperatorem verò Principatum Imperii ſibi ſervaſſe & Ducibus Arduennæ tradidiſſe*, diſertis verbis tradit.

Ex Sigeberto. 13. Kal. Junii. Ob. 1061. Lazius Ducem Carinthææ facit.

Obiit Henricus an. 1038. Baldericus 1054. Succeſſit hujus ex Oda filius Henricus Adelæ Thuringæ maritus.

Ita ſe vocat in Diplom. Affligemenſi anno 1086 Ob. an. 1069.

Unde nati ex ordine præfuerunt *Henricus Divinâ propitiante clementiâ terræ Brabantienſis Comes & Advocatus*, Godefridus denique factus Dux Lotharingiæ. In quo ſeriem hanc ſecundam Comitum finio.

Qui fuerunt, ut apparet, hæreditarii & non infimi nominis.

In tertia conſtituens, cùm vel Duces ipſi vel Ducum filii Comites Lovanienſes ſe ſcripſerunt.

Anno 1125. In Diplom. Vlietbecenſi dato indictione. Anno 1136. In Donat. montis S. Viberti Gemblaco facta indict. 9.

Ita ſe vocat Godefridus *Dei ordinatione Ducem Lotharingiæ & Marchionem Comitemque Lovaniæ*, aut etiam præpoſito Comitis Lovanienſis titulo ante nomen Ducis & Marchionis.

Ad an. 1141.

Ita in Parcenſi Codice notant obitum Godefridi Ducis & Henrici *Comitis Lovanienſis*.

Ita Godefridus primogenitus Henrici ſecundi in ambitu Villarienſi pulchro tumulo illatus, & alter Henrici primi ſecundo genitus in Diario Gemblacenſi Comes Lovanienſis vocatur, & tumulo Bigardenſi Joannes.

Primi generis Comitum ſtatus planè incertus.

Secundi quàm latè patuerit juriſdictio variè traditur.

Alii Nivigellenſem & Bruxellenſem Comitatus ſubjiciunt Lovanienſi.

Ego etſi utrumque à Lovanienſibus poſſeſſum certus, tamen Comitatum Lovanienſem includerem libens Malinenſi, Bruxellenſi, Turinenſi, Nethenenſi ſive Grezienſi & Hasbanico & ultra flumen Taxandrico.

Diſtrictus quem vocant Lovanienſis antè annum 200. ſolet urbes *Areſchotum*, *Dieſtam*, *Zichenas*, & Baronatus 4. Dominia 2. Præfecturas totidem complecti.

Denique acceſſerunt Oppida *Tilemontis*, *Leewiæ*, *Landinum*, *Halenum* cum Præfecturis ſuis.

Ultimò acceſſit Gallo-Brabantiæ portio potior.

Qui tractus quantus eſt Lovanium tamquam ad Metropolim ſuam recurrit, Lovanio viâ appellationis jus petit, cùm Lovanio ſubſidia bellorum & onera confert.

Comitum veterum Curia in Inſula Tyliæ ubi nunc Prædicatores. — Item in Arce ipſa Lovanienſi.

Nemus ſive Vivarium ubi hodieque nomen ſervat Parcus.

Tumuli & Martis alea ferè Nivellis ob loci ſanctitatem.

Proximi & Vicariam Comiti, ſive ut ſunt res, Duci operam pendentes fuerunt *Vice-Comes & Prætor*. — BORCHGRAVE MEYER.

Vice-Comiti commiſſa Burgi cura olim abſente Principe habitandi, præſente tuendi.

Cujus generis invenio *Adolphum Caſtellanum D. Ducis in Lovanio*. Ludovicum Lieminganum ſub & à Wenceſlao Arci Præpoſitum. Reginaldum Schoonvorſtium temporibus Joannæ. — Anno 1180. In Donatione Santrat.ii. Anno 1362. Anno 1401.

Prætor ut Ducis in juris & juſtitiæ negotiis Vicarius, ita Senatus *prima perſona*, eoque nomine totius Brabantiæ Prætorum Primus. Et quia Patriciâ & nobili ſtirpe ortos eſſe mos obtinuit, ſeriem eorum juvat adſcribere.

Diefredus Didelinus anno 1140. Balduinus anno 1164. Godefridus Theutonicus anno 1188. Henricus anno 1216. Gerardus Baro de Levedaele anno 1220. Godefridus anno 1234. Valterus de Netenis anno 1260. Valterus Corsbout anno 1271. Joannes Blancardus anno 1300. Luduvicus Liemingus an. 1316. Ratfredus Corsbout anno 1322. Arnoldus à Roda anno 1325. Guilielmus Cryckſteen anno 1329. Henricus de Pape an. 1333. Petrus à Quercu an. 1335. Judocus ab Ophem anno 1339. Philippus à Tudechem an. 1340. Petrus Couterellus anno 1350. Valterus Caynoga anno 1356. Paulus Herengolis an. 1361. Joannes Godevards anno 1363. Joannes Platvoet, Gerardus à Radingen, Ægidius Ryck anno 1367. Arnoldus à Wilre, Guilielmus à Wilre, & Joannes de Witte à Lovanienſibus non admiſſi. Nicolaus Van Sint Guerix anno 1376. Joannes Burggravius Montenacenſis anno 1379. Martinus Corsbout anno 1399. Razo à Gravia anno 1402. Joannes à Nieuſtraet anno 1406. Razo à Gravia anno 1407. Luduvicus Rolants anno 1410. Ægidius Vanden Berch anno 1411. Valterus Van Geldenaken anno 1413. Luduvicus Pinoccus anno

1415.

1415. Valterus Taye anno 1418. Gerardus Vander Borcht anno 1419. Luduvicus Pinoccus anno 1420. Raſo à Gravia an. 1424. Nicolaus van Sint Guerix anno 1426. Joannes à Ranſt anno 1458. Luduvicus Pinoccus anno 1460. Iwanus à Cortebach anno 1504. Joannes Schoonvorſt anno 1510. Jacobus à Duffel anno 1518. Adrianus à Blehem anno 1530. Franciſcus Mol anno 1542. Petrus à Quarebbe, Carolus & Luduvicus Tempelii nunc ſuperſunt.

BORGHEMEESTERS aliàs COMMUINMEESTERS. Ex actis Oppidi & Divæi l. 2.

Succedunt Pretori *Conſules* duo, quos *Communicatis Magiſtros* veteres ſchedæ vocant.

Eos primùm electos invenio mutatâ tantiſper veteri formâ Reipublicæ anno 1219.

Ex collectaneis D. Boon diligentis horum indagatoris.

Et facti habentur ab anno 1225. quo potiſſimum Reipublicæ onus in duos rejectum eſt Conſules Patricio genere procreatos.

Anno 1361. Ex Diplom. Ducali dato 19. Octob. in Codice privileg.

Interjecto autem tempore ob frequentes populi motus decretum à Duce, ut honores plebi communicarentur.

Ab an. 1361. uſque ad an. 1368. Ex Cathalogo Conſulum apud Divæum, Molanum & Boonium. Uſque ad an. 1379 excluſ.

Quamvis autem Nobilium factio prevalens per annos aliquot unum tantùm ex ſuis, rejectâ plebe, Conſulem conſtituerit, & poſteà per duos etiam Patritios Conſulum titulo Rempublicam admiſtraverit, tamen Ducum authoritate prior de communicando honore prevaluit & hodie in uſu eſt conſuetudo.

Ex Diplomate dato 14. Septembris.

Ut autem ratio Senatus legendi, jam inde à Wenceſlai Ducis ævo ſervata magis innoteſcat, eam minutatim & ad oculum deſcribam.

GULDEBRUERS qui Brabanti nec artem mechanicam exercentes à Collegis cooptantur.

Sunt Lovanii incerto numero 14. aut 15. aut etiam plures Collegæ, qui ante ferias natalitias Divi Baptiſtæ convenientes eligunt ex Patritiis 12, ex ſuo corpore tres, ex plebe 6. Electorum nomina in chartam conjiciuntur, per Pretorem ad Principes mittuntur, qui tertiam ex ſingulorum preſentatorum numero partem aſſumens, ſeptem Scabinos conſtituit, & pridie Joannis (niſi differendi, aut alterius anni Senatum continuandi ratio ſit,) indicat.

Ex Venceſlai Ducis Diplomate & Divæo & imprimis communicatis mihi per D. Fannium urbis Syndicum Virum doctum & prudentem.

Deſignatis Scabinis, & juramento ſolemni in Æde Apoſtolorum Principis preſtito, poſtridie quatuordecim illi Electores eligunt è Patriciis *Senatores* undecim, *Decanos lanificii* 4. & ex ſuis Receptorem unicum.

DEKENS VANDE DRAPPERIE.

Plebs etiam in decem tribus diviſa, totidem eligit ſibi Tribunos unaqueque ſuum.

OPPER-DEKENS.

Addit Decanos opificiorum & Queſtorem è ſuis unicum, & è quatuordecim viris ſepedictis 4. lanificii Decanos.

Is Quæſtor eſt, ii Decani, qui Tribuum ſuffragio vicerint.

His abſolutis 11. Patritii è plebæis, & 10. plebæi è Patritiis Conſulem unicum legunt.

Majus Oppidi Conſilium ex 4. membris conſtat. In primo Senatus quem nominavi, in ſecundo Patritii iſto anno non conſtituti in aliqua functione, in tertio Decani lanificii, in quarto Tribuni ſive Decani tribuum.

Et ſi quid majoris momenti in deliberationem venit, Magiſtratus primuſque ſeorſim diſpicit & ex ſuffragiis plurium ſententiam unam conſtituit, conſtitutam aliis membris proponit.

Hæc eſt Reipublicæ modernæ facies quæ veſtigia quædam habet antiquæ, ſed veſtigia tantum.

Numerus viginti & unius Senatorum poſt tumultum invectus eſt, ut major in Republica foret æqualitas, & ſi dicere fas eſt ſeptem virorum compeſceretur potentia, aut certè quod aucto populi numero 7. oneri non ſufficerent.

Quæſtores licet non eodem ſemper numero fuerunt, tamen ſemper fuerunt & exemplum habeo WILLEM DEN ONTFANGERE DER STADT, id eſt Willelmi quæſtoris Urbani.

Anno 1172. In litteris quæ in S. Spiritu ſervantur.

Tribuni ſive decem viri illi à tempore reformatæ Curiæ in Senatu fuerunt. Decanos opificiorum etſi non dubitem ab antiquo fuiſſe, tamen neſcio an antè Wenceſlai ævum in Senatu conſpecti ſint.

Lanificii Decanos ab omni Scriptorum memoria invenio.

Et quatuor olim fuiſſe pro numero 4. Regionum urbis quas habitabant.

Per & ob tumultus autem factum, ut 4. alii etiam è Patritiis deputarentur ad regendum eorum ſeparatam quaſi Rempublicam.

Scabini 7. fuerunt olim & ſoli à quibus urbis gubernacula penderent.

Electi illi ab antiquo ex Tribubus Patritiis totidem.

Quas opinantur nonnulli à 7. primis Lovanii habitatoribus deſcendere. Ego ſemper credidi primas Lovanii Rectrices & Dominas fuiſſe & Suburbani.

Comitem ſupremi quidem juris compotem & adminiſtrum, ſed alioquin talem qualis modo Venetorum Dux.

Et perſuadent omnia ferè in vicino territorio Dominia ab aliqua illarum olim poſſeſſa imò nominata.

Originem alii petunt à Baſtino quodam qui 7. filias totidem Heroibus elocaverit hac lege, ut quoniam ipſe virilis ſexus liberos non haberet, ipſæ nobilitatis jus propagarent.

Divæus & Molanus meminerunt.

Alii Lambertum primum ob defenſum contra Godefridum Ducem Lovanium & partam contra Leodienſes victoriam, tali ſeptem, quorum virtus eminuiſſet, honoraſſe privilegio aiunt.

Annales p. 2. c. 7. Marius & Chronicon Leod.

Ut ut ſit, familiæ nominantur, & licet nunc ferè conciderint, tamen nuptiarum beneficio aliæ inſitæ perſeverant.

Ita ut ſub ſingulis magno numero exteræ ſtirpes cenſeantur.

1. *Limingana* (eſt ejuſdem nominis in Germania Comitatus & eadem niſi fallor præferens arma gentilitia) cujus nomen & peculium in Loano tractu aliquot complexum dominia, in quam inſitas numeravi familias 59.

UYTENLIMINGEN. INDEN LOO.

2. *Calſteria* urbana planè fuiſſe videtur, & hoc locorum nomen referentium argumento, continetque familias 49.

VANDEN CALSTRE.

3. *Radingia* (etiam hujus nominis loca & Comitatus ſunt in Germania) recepit in ſe ſtirpes

VAN RADINGEN.

ſtirpes 20. & orta hic videtur circa Thenas ubi Curia Radingenſis nota eſt.

Van den Steyne. 4. *Petræa* clara illa & ſuum honorem Familiis 26. communicavit, & è Territorio Thenenſi oriunda videtur pago Orſmaliæ ubi vetuſta arx nomine *Ten Steene*.

Verrusalem. 5. *Palatina* ſive *Aulica* ab officio. Familiarum 8. ſeminatrix, cujus peculium circa Caſtrenſe Pædagogium fuit, licet nunc nomen interciderit.

Van Giels. 6. *Ægidiana* 9. familias adſcivit & peculium ſuum habuiſſe credo in Herentenſis Præfecturæ pagis.

Van Rodi. 7. *Rodia* 22. in ſe familias aſſumpſit: & cum plurima diverſis locis ſint Rodia, non ſatis ſcio cui initia hujus ſtirpis accepta referre debeamus. Inſignia eadem ſunt cum Rodio S. Agathæ, unde pronior mihi opinio, eſſe iſtud Rodium.

Nunc antequam has ſtirpes miſſas faciam, libet hic quædam ſumma capita libare decorem & laudes earum nonnihil ob oculos poſitura. Nobilitatem arguit, quod frequenter in diplomatibus ab ipſo Duce vocentur *Welgheboren*, id eſt *Illuſtres*. Et conſtat Comitis Lovanienſis Nepotes, Raginerii puta, qui frater Barbati fuit, inter Patricios Lovanii fuiſſe: exemploque erunt in Stippenſi prælio Franco & Reginerius de Lovanio. Anno 1214.

Quid? Quod Hæreditarii Ducum Palatini proximi Ducum tentoriis in bello, in prælio dextrum Cornu curare ſoliti, primi inaugurandum Ducem recipere & juramento obſtringere, ſummi in Ordinum Belgii conſeſſu apparere conſueverint, idque nobilitatis & virtutis merito. Nobilitatem arguit quod inter proceres Ducatus ſoleant in fundationibus Cœnobiorum, pactis, privilegiis à Principe teſtes aſſumi, quod Baronum patriæ quos vocant familiis per matrimonia innexi, Bellicas & Palatinas dignitates frequenter obiiſſe legantur. Joannem Godevardum Seneſchallum Magnum Brabantiæ, item Bernardum Borquevallenſem Toparcham Patritium Capitaneum Urbis & magnum Brabantiæ Seneſchallum ſub Wenceſlao, Jacobum Lieminganum Præfectum ſtabulo Mariæ Hungaricæ, Ludovicum Pinoccum Maxæmiliani Imperatoris & Philippi Regis Caſtellæ Camerarium, Razonem Gravium Tutorem Joannis 4. Ducis, Joannem Calſterium è 4. arbitris unum qui Pacis leges inter Wenceſlaum & Geldriæ Regulum diceret, invenimus; & amplius quoſdam per nuptias ipſis Ducibus affines fuiſſe, ut Joannes Calſterius ductâ Mariâ Henrici Belgarum Principis ſorore, Petrus Couterellus Cucanâ Hoochſtratani filia, quarum utramque conſtat ex legitima Brabantiæ Ducum ſtirpe procreatam. Ex his nobilitas abunde apparet, virtus ex omnibus pœne bellis.

Dabo tamen pauca illuſtria exempla. Cum de finibus contentio inter Comitem Lovaniæ & Leodicenſem nata in duellum deſineret, oppoſitus pugili Hasbano Baſtinus Petræus Herculis inſtar medium comprehendit brachiiſque implicitum ſuffocat: Bello Woeringano Arnoldus Hoffſtadius Ducem ſuffoſſo equo peditem & ab hoſte circumventum eminus conſpicatus, perruptâ acie hoſtili Ducem ſuo equo imponit, ſoluſque pluribus congrediens equitem Luceburgicum dejicit, equum inſcendit, 19. comitibus cinctus vexillum hoſtile, quod lectiſſimis equitibus munitum & carro impoſitum erat, diripit. Anno 1288.

Simili exemplo Otto Puteanus ad Holonium Arebergicum vexillum auferens in D. Virginis dedicavit.

Similia plura poſſem veræ virtutis exempla afferre, ſed vereor gravis eſſe Lectori. Ad alia itaque ſpeciatim progredior.

Ex Lieminganis clari bellis ſacris Equites & Patricii Ebronius cum Godefrido Bullonio, Godefridus anno 1130. cum ejuſdem nominis Duce, Razo cum Imperatore Conrardo anno 1144. Herzo haud multo poſt 1182. Herzo 1194. Jacobus anno 1216. Nec aliæ regiones & regna Lieminganæ virtutis ignara fuerunt. Vidit Anglia Herzonem Brabanticæ Nobilitatis Ducem Regiæ Majeſtatis fortunam ſtabilire. Vidit Francia Jacobum & Joannem in reductione & coronatione Ludovici II. Equeſtri Baltheo cinctos redire. Vidit Gelria in Baſwilriano prælio anno 1371. Luduvicum Equitem glorioſo funere mortem pro Patria oppetentem.

Fuerunt Liemingani abhinc annis 100. non niſi Baronum filiabus matrimonio juncti. Anthonii nuper vitâ functi uxor Spontini mater Corcelotti Baronis filia fuit, Pater Joannes Præfectus ſtabulo Mariæ Reginæ Hungariæ fuit. Ipſi & majores Wangæ in Hasbanio Dynaſtæ & Pares Provinciæ Namurcenſis. Ab annis autem 50. Cumptichium & Willebringa aliique alicujus notæ pagi Lieminganum concedente Rege Toparcham acceperunt.

Ex hac ſtirpe Urbanæ aliquot Tribus profluxerunt, quarum primariæ hæ, *Oppendorpii* (platea apud Martinenſes nomen ſervat) è quibus primum Senatorem inveni Everardum anno 1249. Equites in bello Syriaco anno 1234. Everardum, Arragonico anno 1286. Henricum, Baſtinum bello Joannis Ducis anno 1371. contra Principes confœderatos clarum. Et debent Catherinæ fæminæ clariſſimæ Equitis Bleſenſis viduæ fundationes ſuas Abbatiæ duæ Urbanæ Clariſſarum & Ciſtercienſis, & ſuperſunt utrobique ſtirpis monumenta. Van Oppendorp.

Montani à colle petræo circa D. Catherinæ Fanum dicto Equites bello claros habuerunt Syriaco anno 1201. Joannem Flandrico anno 1383. Woringano Arnoldum an. 1287. Senatorem primum invenio anno 1211 Simonem. Superſunt adhuc noti ejus ſtirpis in Flandriæ Conſilio Daniel, in negotiis Financiarum Martinus, aliique. Van den Berghe.

 Divites

De Rycke. *Divites* (eorum domus in platea Præpoſiti ubi nunc Collegium Theologicum) primum, quod ſciam, Senatorem habuerunt an. 1200. Valterum. Ægidii Conſulis an. 1353. tumulus inſignis in choro Dominicanorum. Luduvici fama celebris ob expeditionem in Huſſitas.

De Witte. Ex *Albis* (eorum circa portam Dieſtenſem habitatio) Joannem an. 1304. Senatorem habuerunt.

Joannem Equitem anno 1371. aliumque ejuſdem nominis quartum Conſulem an. 1411. an. 1413. an. 1422. an. 1424. & Stephanum ſummæ authoritatis qui Lovanienſes in Brugas armavit an. 1436.

Alias aliquot familias huc ſpectantes invenies in pagis & ſuburbano.

Vanden Calsike. Secunda gentium *Calſteria* longo tempore Heverlæam, Lindam, Belandiam pagos poſſedit. Extant ſpecioſa in Parco Dominarum monumenta. Bellis ſacris illuſtres Equites habuit Meginardum an. 1130. Ottonem an. 1152. Arnoldum an. 1185. Reginerium an. 1188. Arnoldum in nobili & virtute Lovanienſium clarâ clade Stippenſi anno 1213. Joannem tertiò Conſulem bello Baſwilriano an. 1371. Joannem Urbis Capitaneum ſub Wenceſlao, qui cùm ſororem Henrici Bergarum Principis duxiſſet, nata inter eos cortroverſia publico Ordinum Conventu (obſerva majeſtatem) ſopita eſt. Extat ex ære Cyprio Joannis monumentum apud Dominicanos.

Ab hujus ſtirpis heroibus, vel aliarum huic inſitarum aliæ prodierunt & ſe propagarunt familiæ.

Godevaerts. *A Godefrido.* Clarus expeditione Syriaca anno 1176. Guilielmus. Primus Eques, quem in Senatu invenio, Henricus anno 1294. Celeberrimus autem Joannes Prætor Urbis & Seneſchallus Brabantiæ bellis muniiſque publicis inclytus.

Herenmaes. *A Thoma.* Valterus Coſſ. idemque Reip. cauſa Legatus in Angliam miſſus & à Moranto pyrata captus redimias 4000. aureorum ſcutorum ſolvit anno 1353.

Heremeye. *A Mehizone.* Conſulem primum an. 1492. invenio Georgium. Ægidium autem Præfectum Lovanienſium bello Leodicenſi anno. 1346.

Roelants. *A Rolando.* Edmundus Lindæ, Rolandus Weſaliæ Dynaſta fuit. Monumentum ſtirpis & feneſtra in S. Petro eſt ad altare SS. Trinitatis. Primum in Senatu invenio anno 1556 Valterum, Luduvicum anno 1480 clarum bello Hannonico, miſſum in tertio ſuo conſultatu ad exequias Joannis IV. & baptiſmum Jodoci Philippo bono nati. Ut taceam Joannem anno 1412 in Huſſitas clarum alioſque ſupra laudatos.

Van Radingen. Tertia è primariis ſtirps *Radingia*, quam argumento ab inſignibus petito volunt aliqui è poſteris Reginerii (is frater Godefridi Ducis fuit) Lovanienſis eſſe. Ut ut ſit, ex hac ſunt clariſſimi Syriacis bellis Joannes anno 1196. Meizo inter comites Godefredi Bullonii. Razo anno 1188. Joannes 1183. Godefridus anno 1204. Ut taceam Radulphum in Grimbergano an. 1144. Guilielmum in Curtracenſi Guilielmum Woeringano, Joannem Arragonico bello celeberrimos.

Ut taceam Valterum & Succeſſores Lintriæ ſuperæ Dynaſtas.

Huic radici inſitæ plures familiæ, inprimis Couterellorum, quæ demum clareſcere cœpit cùm Lovanii Prætorem habuit Petrum eundemque Aſtæ in Campania Dominum ſocerum Henrici Cucani Hoochſtratani Toparchæ, cui tantam dotem aſſignavit, quantam petierat.

Alias familias alibi quære, id eſt ſuis locis ubi ortæ & claræ.

Quarta *Petræa* Baſtinum illum celebrem protulit qui anno 1067. miræ fortitudinis Haſbanum pugilem comprimens duello pugnam terminavit, quæ Duci cum Leodienſibus erat. Præter quem clari ſacris bellis Equites hinc ſunt Goſwinus anno 1110. Leonius an. 1145. Godefridus anno 1193. Baſtinus anno 1214. Ut taceam Gerardum in Stippenſi an. 1213. Arnoldum in Woeringano anno 1187. Baſtinum in Gelrico anno 1358. bello claros. Vanden Steene.

Ad hanc radicem ſpectant *Cameracii* ab ea dignitate in Ducum aulis geſta dicti, è quibus anno 1347. primum Senatorem invenio, & extat Valteri mortui anno 1370. tumulus apud Dominicanos. Camerlingen.

A Rodulpho heroë dicti primum, quod ſciam, in Senatu habuerunt Godefridum anno 1371. Roelofs.

Quinta *Palatina* (ab atrio olim vocabantur & diplomatibus ſubſcribebant) habuit Senatorios primi nominis & produxit *Borchonios*, quos anno 1360. equeſtris ordinis & patricios fuiſſe obſervo. Celebres habuerunt Joannem & Henricum qui anno 1434. & Auguſtinum qui anno 1450 ludos haſticos celebrantes Ducem Philippum invitatum cœnâ exceperunt. Verusalem.

Monumenta ſunt vitrea aliquot in D. Virginis ad portam Thenenſem; peculium in Lintrenſi tractu.

Sexta *Ægidiana* produxit ſtirpes Wiechelæ, Quaderebbæ, Corbecæ, Lindæ, Huldebergæ imperantes, quas ibi vide. Gielis.

Septima *Rodæa* Franconem clariſſimum Equitem habuit anno 1125. in obſidione Tyri mortuum. Arnoldum anno 1183. cum Godefrido, Valterum anno 1196. cum Henrico Duce in Syriam profectos. Van Rode.

Inſita eſt ſtirpi Rodææ gens *Bouchornia* orta jam olim ex Comitibus Bouchornæ ad Lacum Conſtantienſem in Suevia, & nominatim ab Udalrico Comite genus ad Carolum magnum referente, & Wendelgade Comitiſſa de Eber-

Olim Bouchorn vel Buchorn, nunc fere Boxhorn ſcribunt.
Divæus.
Vide Lazium lib. 3. de migrat. gent.

…ſte Henninge …egni 2. & 3. Mo… arch. 4. pag. 327. …az. d. lib. 3.

Eberſtein Henrici Aucupis Imperatoris nepte.

Decem his filii magnarum ſtirpium capita. Ex quorum poſteris natu minores, cum ad Gentilitia bona more gentis aditus non eſſet, generoſâ militiâ vagantes in Brabantiam delati Ducumque bella ſecuti, famam pepererunt. Hi in primis Equeſtris ordinis: Henricus anno 1300. Godefridus anno 1372. & alter ejuſdem nominis bello Gelrico clarus 1387. cum Joanne & Henrico Fratribus, quorum hic Lovanii conſpicitur publico loco armatus, paludamento magnifico, nobilioribus pellibus gemmis diſtinctis ex humero pendulis tectus, uxor aureo reticulo gemmis præcincto, pectus & brachia veſte aureâ ornata pallâque holoſericâ viridi herminis, Principum feminarum more, illuſtri. Celeberrimi ſunt itidem Salomon & Joannes fratres: ille ſacra bella propriis impendiis diu ſectatus, dein à Syria rediens Ceraunię in Cypro obiit anno 1410. Inter primos dotatores, & fautores Bethlemitici Cœnobii conſpicitur in D. Petri templo armis & galeâ inauratis, baltheo lato aureo, aureis tintinnabulis pendulis paludatus; qui habitus eſt teſte Lazio Bouchornæ Comitum, & deſcendentium ab iis. Hic inter Palatinos trium Ducum in maximi ponderis negotiis cum Baronibus, & quidem ante Diſtanum, Witthemium, Angianumque potentes Dynaſtas, teſtis à Ducibus adhibitus, Pręfectus Copiarum bello Hollandico anno 1420. Hannonico anno 1425. Auguſtiniani Cœnobii fautor, & miſſarum aliquot hebdomadariarum fundator. Extat in feneſtra ibidem armis, & aureâ caſſide micans: Uxor auro & gemmis caput, ut ſupra, pectuſque fulgida, pallâ holoſericâ cyaneâ herminis coruſca, quem Illuſtrium Equitum habitum, ut lectori ob oculos ponerem, & ſcripſi accuratiùs & in icone repræſentari curavi.

Divæus meminit. Tumulus in ambitu prædicat. Jacet ad Gertrudanos ubi Miſſas varias fundavit, poſteri auxerunt.

Vide in Templo D. Virg. ad Portam Thenenſem.

Divæus lib. 4. nominat eum Principem Nobilitatis id ævi Lovanii florentiſſimæ.

Monumentum ejus in D. Petro ad columnam è regione Sacelli Piuoceorum. Ex Chronico Bethlem. Lib. 8. in fine.

In Comitiis anno 1414. Liber Comitis Bautlignii ex Archivis.

In Concordia facta inter Ducem & ejus fratrem anno 1420. Idem liber.

Teſtibus Hiſtoricis Dyntero, Divæo, aliis.

Vide feneſtram primam in Pronao, in Altari verò uxor eodem habitu eſt, ipſe verò poſitis armis, purpureâ trabeâ cinctus. Vide in Pronao dicti Templi. Vide ad Gertrudianos.

Ad Bouchornios quod attinet, eos ſcio Bouterſemiis Ducum Brabantiæ, & Bracheliis Gelriâ cognatis matrimonio junctos: nec ſago tantum ſed & togâ claruiſſe. Et teſtantur Radulfus Armiger ſtrenuus, & Daniel fratres: quorum hic variis Reip. Lovanienſis muniis functus, non parvâ apud Maximilianum Imperat. gratiâ, ejuſdem & nominis & gratiæ heredem filium reliquit, legatum ad Gandenſes Principi reconciliandos anno 1484. itemque ad Maximilianum Rom. Regem anno 1486. Poſt venit Gandavum cum reliquis Ordinibus, ad Regem è Brugenſib. liberandum. Quartum Conſulatum omnium ſuffragiis oblatum conſtanter recuſavit. Cujus ex Leonardo filio, generoſo, ut in teſtamento vocatur, Armigero Hector & Guilielmus. Hic poſt ſecundum Conſulatum à magno Rege Philippo II. in Senatum Brabantiæ ſupremum adſcitus heredem & virtutis & dignitatis reliquit Philippum filium. Ille primariis Reip. muniis functus heredes habet Leonardum ex Aſſeſſoribus ærarii Ducalis, Henricum ex milite & jam vexillifero in regione Comitis Bucquoyani Religioſum Parcenſem.

Sic vocatur in teſtam., quod vidi.

Vide Divæum lib. 4. paſſim & Archiva Lovanienſia.

Quod vidi. Eſcuier id eſt *noble Eſcuyer*

Hæc et relatu fide dignorum didici.

Traduces Rodęorum ſunt etiam *Hoffſtadii* virorum fortium parentes. Teſtes Franco Eques, Arnoldus Scabinus, Eques prælio Curtracenſi an. 1302. cæſus; Joannes Capitaneus, Franco Prætor Lovanienſium. Hoffstadt. Anno 1120.

Quadebruggi. Valterum Senatorem anno 1377. & Capitaneum Lovan. habuerunt, & extat in D. Gertrude monumentum. Quadbrug.

Abſolonii. anno 1351. Judocum in Senatu habuerunt, Judocum anno 1424. in Hannonico bello, & magnifico in choro Minorum tumulo ſepultum, Antonium denique qui redux è terra ſancta in Corcyram pro Venetis profectus eſt. Absoloons.

Vranxii. anno 1441. Godefridum Equitem primum in Senatu habuerunt. Vranx.

Uterhellichtii. anno 1337. Henricum. In quo concludo, alios alibi daturus. Uterhellicht.

Populus Lovanienſis univerſim in Plebeios & Patricios nobileſque dividitur, de Patriciis dixi; ſi addidiſſem ſolemne illud in ore omnium de *Petermannis*.

Quorum nomen ab Apoſtolorum Principe Lovanienſium, & quod aliàs docui, Brabantiæ totius Tutelari.

Vocantur aliàs *Homines Ligei de libera S. Petri familia exiſtentes*, ſive quod idem eſt, *Homines B. Petri*.

Plichtmannen. Ita vocantur in Diplomate anno 1377. 12. Decembris dato.

Aulicos ſive Palatinos Ducis vocant Scriptores: diplomata conſentiunt eos *ad liberam familiam Domini Ducis ſpectare*.

Ita vocantur in Diplomate anno 1378. Capituli noſtri.

Originem eorum aliqui rejiciunt in annum 1278. cum Ducem in bello periclitantem defenderunt, alii in annum 1013. cum captum manibus Leodicenſium eripuerunt Comitem, alii in annum 1214. alii in 1112. cum ab Arduennate obſeſſum Lovanium, magnâ eorum virtute defenſum.

Goropius Diplomate anno 1314. quod ex Divæo Lipſius citat l. 12. c. 4.

Occaſio imò cauſa omnibus eadem virtus.

Ego antiquius aliquid videor mihi odorari & manuducor ad credendum, & familias illas antiquiores & earum privilegia, imo ex alio fonte hoc hominum genus eſſe.

Diploma vidi de quodam Wilhelmo Ægidii, ubi hæc verba: *Quia privilegiati eſſe debent & ſunt præ cæteris hominibus tenentur libertate qua gaudent ex conſuetudine antiqua approbata obſervata à tempore cujus non eſt memoria.*

Anno 1105. datum ipſo Feſto S. Dionyſii.

Unde manifeſtum, ante annos trecentos rem fuiſſe, de cujus initio & antiquitate non conſtaret.

Imò ante 4. ſecula longè diſperſos fuiſſe Petermannos ex diplomate apparet, quo committitur cura inquirendi de quodam Petermannum ſe aſſerente, Abbati S. Trudonis & Gardiano Minorum ibidem, ubi nimirum ille bonus agebat & fortunarum collocaverat domicilium.

Anno 1205. craſtino Petri & Pauli.

Ut liberè dicam, ſuſpicor è ſacris Petermannorum initium eſſe.

Et cum Lovanii Comes 7. ad peragenda ſacra

cra Canonicos in D. Petri conſtituiſſet, ad eorum tutelam delegiſſe totidem ex prima nobilitate urbis, quos à ſua liberatos juriſdictione Eccleſiæ quodammodo donaſſet.

Perſuadet vetus vivendi agendique modus nil niſi ſacrum redolens.

Decano & Capitulo ſubjacebant, ad illos omnes illorum devolvebantur controverſiæ.

Diploma eſt ſic incipiens (prout omnia antiquiora) *Decanus & Capitulum pro tribunali ſedentes*, &c.

Anno 1309.

Aliud antiquius ſic habet: *Decanus & Capitulum S. Petri in Lovanio omnibus qui B. Petri clavibus protegi deſiderant, &c.*

Locus autem judicii ſubinde ante primariam D. Petri aram, ſæpius in Capitulo.

Sigillum teſtimonialibus & ſententiis appendi ſolitum S. Petri imaginem repræſentabat.

Ex actis anni 1315 cum hoc ſtatutum.
Ex computu Joannis de Foſſa anno 1382.

Et quidem datos pro jure ſigilli antiquitus 30. ſolidos ex actis diſco, licet pia ſubinde munificentia præfinitam excederet ſummam.

Ex quo evadit manifeſtum judices & tribunal & ſigillum & locum & jura ſacrum redolere.

Planè ut credibile ſit velut quoſdam Eccleſiæ Advocatos aut milites & tutores, primitus fuiſſe.

Maximè cum privilegia eis propria etiam alii non nobiles obtineant & olim obtinuerint.

Anno 1278.

Ex quo genere ſunt *Homines cenſuales B. Petri* quos ad liberam familiam ſpectare à Duce pronuntiatum eſt. Quâ autem quis ratione cenſualis fieret, exemplum addam, ubi

Anno 1350. Feria 5. poſt Invocabit.

Goſwinus & Henricus de Gottencourt, Alardum de Donſart divinæ remunerationis intuitu manumiſerunt, & ipſum in ſervitute ſervilis conditionis qua fuerat obligatus, quiticlamaverunt in Altari S. Petri in Eccleſia prædicta ſub annuo cenſu capitis unius denarii ſupportantes eundem & libertati reſtituentes, &c.

MAISENIERS.
Verba litterarum quæ ſunt in Archivis noſtris jam ante à Molano viſa.
Anno 1383. ultima Decembris.

Denique ſunt *Manſionarii in antiquis manſis S. Petri reſidentes*, quos *liberos & exemptos eſſe ipſo jure* Dux jubet & mandat *Villicis, ſubVillicis, Foreſtariis ſive præconibus*, tales eos habere.

Videtis etiam Petermannorum privilegiis alios inferioris ordinis gaudere: Addo nunc etiam ad fœminas ſe extendere illud prærogativæ, & invenio 1378. Helwigem anno 1309. Walterum, Joannem, Margaretam dici ſpectare ad familiam D. Petri.

Ex actis Anno 1334.

Imò verò ad familiam Ducis. Qui licet foris agant, tamen nuſquam niſi coram ſui Collegii hominibus conveniri, vadari, judicari poſſint.

Ex actis anni illius.

Anno 1445. 14. Febr.

Et exempla habeo ubi à Conſulibus oppidi requiſitum Brabantiæ Concilium reſtituerit quem apprehenderat Petermannum.

Imò ob Goſwinum de Vocht reum ligatis manibus ad Tribunal raptum, quaſi Petermannum nimis indignè habuiſſent, damnati actores ad peregrinationem S. Jacobi.

Anno 1418.

Amplius recentia & quotidiana exempla ſunt Prætorum & Balivorum, qui temeritatem in cognoſcendo alicujus Petermanni delicta egregiè mulctati fuerunt.

Anno 1516. Prætor Gelenſis damnatus.

Ne quis putet dicis tantum causâ Principem inaugurandum jurare ſe ſervaturum *jura hominum ſpectantium ad familiam S. Petri.*

Quod ſupra dixi ſolere Decanum D. Petri pro tribunali ſedere, poſtea mutatum eſt, cedente Capitulo & transferente jus illud in Senatum.

Invenio decretum ut Prætori ad uſum Ducis libra groſſorum daretur à probaturo ſe Petermannum.

Anno 1408.

Invenio & ſtatutum oppidi de ordine in ſigillis ponendis ſervando à Senatoribus.

Anno 1413.

Et cum ſupra citaverim anni 1445. diploma quo Capitulum adhuc judiciis præerat, colligo circa hoc tempus mutationem illam factam, & fortè ob inſignem navatam operam à Conſulibus in tuendis Petermannorum juribus.

Senatui autem data & confirmata poteſtas in prima, ut loquuntur, inſtantia cognoſcendi obligationes omnes, etiam ſi cives foris agentes aut Petermannos contingant.

Anno 1542. 9. Decemb.

Duo addam, non videri abſonum, recuperato per Arnulphum Lovanio Petermannos originem habuiſſe, vel diſtributo aliquibus ex Comitatu ſuo, peculio qui immunitatem hanc ad liberos transmiſerint, vel certè Berthario 7. filias fuiſſe, unde hæ ſtirpes natæ, maximè cùm fama vetus ſit ex 7. Comitis filiabus totidem heroibus junctis has propagatas; quod confirmare videtur titulus *Illuſtris* de quo ſupra.

GULDEN.

Ulterius dividitur lectior civium pars in Collegia aliquot Sagittariorum.

Duo erant olim & ad uſus belli imò Principum, tertium addidit Wenceſlaus Dux.

Anno 1343.
Anno 1506.

Liberavit Dux eos à ſervitute ſive obſequio quodam ſibi debito. Bombardarii nuper acceſſerunt.

RHETORIKEN.

Similiter Collegia fuerunt 5. Poëtarum, nomina florum aut herbarum habentia, quorum memoria in actis publicis, primum

Rotæ quidem anno 1468. — DE ROOSE.
Lilii anno 1483. — DE LELIENBLOEM.
Radix Petroſelini anno 1482. — PETERCELYWORTEL.
Viola flammea anno 1515. — PENSE.
Conſolida minor anno 1515. — MESUYTE

Hæc Collegia pluries in publicis urbium ludis præmia prima retulerunt.

Anno 1317.

In re quidem cervum vivum. Forenſibus autem ludis initium dederunt illi à Balliſtariis celebrati in foro Lovan. à Bruxell. & juſſu Joannis IV.

Anno 1412. 10. Junii.

Balliſtarii ſeniores ludos celebrarunt ad quos vocata totius Brabantiæ & vicinarum provinciarum Collegia, & convenerunt ultra quinquaginta, quæ poſtridie eodem ornatu & pompa ſupplicationem ornarunt.

Anno 1432. in Septemb.

Privati autem, quod admirari convenit, in Februario præſente Joanne IV. Duce, & eodem

Anno 1421.

Anno 1424. Anno 1414. Anno 1415. Anno 1449. Anno 1450.

dem teſte, Joannes II. Bouterſemius & Withemius: Philippo Bono & Carolo Audace advenientibus Adoleſcentes 6. Patricii: iterum in Novembri Anthonius Bergenſis & Henricus Schoonhovius: iterum Patricii 4. Auguſtinus & Razo Borchovii, Joannes Rolandijus, Gregorius Vranxius: iterumque Crovaci & Naſcavii provocata tota nobilitate Duce Philippo, Carolo Cliviæ, invitatis.

Anno 1454.

Iterumque cum in Turcas Philippus abiturus videretur, ingenti apparatu à Bergenſi & Withemio Patriciiſque 2. ludi celebrati, quæ omnia ut notari, ita admirari convenit.

Ut reliqua quæ civitatis ſunt proſequar.

A Divæo & aliis.

Leges Lovanienſium antiquas à Lamberto II. eſſe creditur.

An. 1221. dato.

Sanctiones de mulctis & injuriis ab Henrico Duce eſſe conſtat.

Anno 1371.

Hoc inſigne ferreum eſt apud D. Boonen Secretarium.

Inſignia Lovanii non eadem ſemper fuiſſe quæ nunc, certus ſum, cum alibi templum cum 2. turribus & totidem in ſummo crucibus invenerim cum inſcript. *Sigillum Oppidi Lovan.* Alibi manum cum ramo cum inſcrip. *Secretum juratorum Lovanii.*

Aliàs S. Petri effigies pro inſigni erat, uti adhuc eſt in Cauſis Petermannorum.

Acquiſivit Urbs partim dono, partim emptione à Principe

Fori piſcarii	locum & jura	an. 1327.
Armentarii		an. 1393.
Minoris		an. 1302.

Anno 1311. Anno 1290. Anno 1357.

Et alia in genere fori jura. Jus & proventus ponderum & menſurarum ſpecierum, ut vocant, 7. vectigal redimit. Jus Hallæ textoriæ anno 1311.

Anno 1379.

Nundinas liberas in Septembri ab antiquo habuit, die Lunæ hebdomadarias acquiſivit à Duce.

Anno 1535.

Privilegium ſtiſlendi & ſtabulandi vina exotica vinumque hic primo proſtituendi à Cæſare.

Anno 1430. Ex literis Joannis Abbatis & Capituli Generalis datis Lovanii 12. Octobris.

Communicata Lovanienſibus omnibus, meritorum participatio totius Ordinis Præmonſtratenſis.

Sententia Caroli Ducis anno 1469. Decretum.

Definitum etiam Curiam ſupremam Epiſcopi Leodienſis in tractu Brabantiæ non niſi Lovanii commoraturam, quod inſtituto Mechlinienſi Præſulatu mutatum eſt, curiâ ſpirituali tranſlatâ in locum Mechliniæ vicinum.

Anno 1390.

Cives immunitate teloniorum totâ Brabantiâ donati liberam nundinationem Francofordiam uſque à Rege Romanorum obtinuerunt.

Anno 1303. Privilegio Joannis II. dato Jovis poſt Feſtum S. Crucis.

Extra urbem in carcere detineri aut judicio ſiſti civem nefas. Nec invitum ad ſingulare certamen provocari, nec niſi Senatus ſententiâ plecti, & condemnari.

Privilegio Joannis Ducis Confirmato anno 1469. per Carolum.

Contra quivis totâ Brabantiâ debitum coram 2. Scabinis profeſſus exceptis qui 3. Metropoles incolunt, tenetur Senatui Lovanienſi citatus ſe ſiſtere, & cunctantem, aut reluctantem tenentur quicumque requiſiti ſuperintendentes locorum compellere.

Ex Privilegio anno 1564. 22. Decembris dato.

Imo coram 2. civibus debitum agnoſcentes, dummodo in tractu Lovanienſi habitent, & cives id antea 2. Senatoribus indicaverint, eadem lege tenentur.

A ſententia Scabinorum (ad quam & pagi & urbes minores ipſaque adeo Silva-Ducis, ut doceatur, causâ difficultatem habente, recurrit) non cadit appellatio.

Et quamvis reformatio in Brabantiæ Conſilio uſitata ſit, ea tamen executionem nullatenus impedit. Privilegio Joannæ Ducis dato anno 1385.

Habitantibus intra primum ab urbe lapidem, vetitum coquere cereviſiam ad diſtrahendum, nec niſi quantum familiæ ſat eſt. Ex Privilegio dato 21. Novembris. Anno 1542.

Promiſit idem ſe exilio mulctaturum, quemcumque urbi præjudicantem. Anno 1306. die S. Laurentii.

Obligat bona ſua paratiora ſi quem civem debiti ſui causâ contingat detineri. Anno 1311. veneris ante octavam Petri & Pauli.

Liberatque eo caſu urbem à ſuo ſervitio, donec is in integrum reſtituatur.

Fœdus inierunt ſtabile, & ſolemne quoad privilegia tuenda Lovanienſes cum Thenenſibus anno 1306. cum Silva-Ducis anno 1313. cum Antverpia anno 1434. & an. 1261. cum Bruxella anno 1440. cum Nivella an. 1360. Anno 1233. in Martio.

Dedit etiam Cæſar urbi privilegium adductionis, cujus ea vis & forma eſt, ut creditor cum debitum aut reditum quiſpiam coram Scabinis 2. (utar verbis uſitatis, etſi barbaris) recognovit aut per ſententiam adjudicatus eſt, advocato Prætore, aut ſi extra muros nuncio jurato, adducatur ad quævis ſui debitoris bona & ea accipiat tanquam revera per debitorem obligata hypothecæ loco. Anno 1337. 19. Decembris.

Hoc etiam privilegium, quod tractus vocant, ad eos qui aliqua civium prædia ſeu dimos incolunt, aut etiam rem civi obligatam tenent, extenſum. Anno 1564.

Ut aliquo uſque majeſtatis Lovanienſis umbram depingam. Obſervo nominatim Patricios qui ſacræ in orientem & Pruſſos expeditioni nomen dederunt ultra 600. quod, niſi vererer tædio fore, nominibus docerem: & ne cui mirum ſit, legat bellum in Huſſitas & cernet voluntarios infinitos & *manipulatim*, ſic hiſtoriæ loquuntur, cò profectos; & nominantur 180. & ſequenti anno iterum 80: ex primariis, unus G. Rodius doceat, qui 18. in Pruſſiam, ſemel aut quod alii ter in terram ſanctam proprio ære profectus eſt. Anno 1421.

Equites qui inſignem variis bellis Duci operam navarunt nominare poſſem infinitos. Et Exempli cauſa: Recenſentur Equites in bello Grimbergano 9. in expeditione ſacra anni 1147. quinque, in Leodicenſi anno 1214. totidem, in bello Gelrico anno 1288. 8. in Leodicenſi anno 1314. 9. in Falcoburgenſi anno 1318. 5. anno 1327. 4. contra Bohemum anno 1331. 6. & totidem ſequenti anno. In Cameracenſi anno 1339. 5. anno 1340. 10. an. 1342. in Leodicenſi 7. anno 1356. 5. in Baſwilriano 23. in Gelrico anno 1386. 4. & ſequentibus duobus annis 11. anno 1398. & ſequenti 12. in Anglico anno 1431. 5. in Gertrudimontano anno 1420. 7. in obſidione Braniæ anno 1424. 42 Patricii.

Anno 1314. Dicam amplius: in inauguratione Ducis Equites ex Lovanienſibus 44. fuiſſe legi & nominare poſſem.

Anno 1477. Recenſentur ad annum 1339. Lovanii fuiſſe Equites 47. Patricii 700.

Fraco Regi ex his auxilio veniſſe 150. mirabitur omnis, & cùm veterum Equitum majeſtatem & potentiam æſtimabit cum præſentis ævi ſtatu, magis mirabitur.

Lovanii l. 2. c. 6. Opes autem, præter ea quæ ex Divæo Clariſſimus attulit Lipſius, eò hîc non repetenda, abundè notas faciet & hujus urbis cum aliis quoad donativa Principis collatio quam in Antwerpia faciam. *Anno 1416.* Exceptus publico ſumptu Carolus IV. & dein Fredericus Imperatores. Taceo publica. *Anno 1477.* Luduvicus Pinoccus propriis *Anno 1450.* ædibus & cœnâ Imperatorem excepit. Philippum Bonum cum ſpectatoribus pugnatoribuſque cunctis poſt ludos pauci Patricii cœnâ honorarunt, & mirabitur qui Principis iſtius majeſtatem noverit.

Hæc de Patriciis. Plebs dividitur in opificum Collegia 52. quæ tamen unita & ad denarium numerum redacta pro bona ſui parte in Senatu conſpiciuntur.

Ad annum 1350. 4000. textrinarum fuiſſe ſcribunt. Ut multitudinis aliqua ratio haberi poſſit præter illud quod ex annalibus refert Lipſius, ex actis id publicis diſco ſub annum 1317. bis mille & quadringentas in urbe textrinas fuiſſe & unicuique opus ad minus miniſtris 40.

Ad an. 1360. Cenſuales tabulæ addunt repletum totum qui exterioris oppidi mœnibus clauditur ambitum ædibus. Et ante an. 30. extitiſſe quinquaginta novem millia hominum. Et Francofurti, Lutetiæ, Londini nundinabantur & ſua habebant receptacula.

Natales ſuos debent Lovanio ſanctitate, virtute, & eruditione illuſtres.

Vita ejus 36. Agyologi Brabantinorum. Henricus de Calſtris ex Patricio Dominicanus ob vitæ innocenter actæ meritum inter ſanctos habitus.

3. Nonas Oct. Godefridus & Renerus Pachomius Villarienſes Religioſi miraculis clari. S. Anſelmus *Ex Chronico Cœnobii parte 2.* Lovanienſis Comes.

Anno 1224. Margaretula quæ à ſcurris aliquot ſub veſperam vitium & mortem paſſa Sacello D. Petri vicino viſitur. *Molanus ad 1. Septembris.*

Anno 1200. Ida de Lovanio in Valle roſarum Deo dicata ſanctitate conſpicua. *Agyologus parte 2. vita 27.*

Ut taceam Severinum, Floribertum, Fulcarium, Epiſcopos ſanctitate claros, Comitum filios Albertum Barbati Ducis fratrem ex Epiſcopo Martyrem, Henricum ejuſdem filium ex Comite Monachum, Anſelmum & Hidulphum Comites. Theologos produxit Lovanium.

Ex Boſtio. Joannem Betxium Carmelitam ſcriptis notum.

Ægidium Balinellum Commentatorem in Paulum.

Joannem Heſſelium Concilii Tridentini teſtem.

Ex Lucio. Jaſparem Berum Carmelitam Bruxell. etiam in Epiſtolas Pauli commentatum.

Joannem Coels Auguſtinianum, nunc Gandenſis Cœnobii Priorem & reſtauratorem, pronuper utili & pia ad Catholicum Regem legatione functum pro ſeminario ordinum mendicantium & aliis.

Juriſperitos Ludovicum Schoeranum claro loco natum à Carolo V. Privati Conſilii Præſidem factum.

Gregorium Tegnagel ex Clariſſimo J. Profeſſore Imperialis Cameræ Aſſeſſorem. *Guicciardinus in Belgica ſua.*

Gregorium Bertulphum Friſiæ Præſidem.

Gregorium Hopperum in patris opera præfatum etiam hiſtoriæ & linguarum peritiſſimum. *Ex Suffridi libro de Viris Illuſtribus.*

Petrum Vanderanum J. Conſultum celebrem.

Medicos & Mathematicos Cornelium Gemmam ſui ævi facilè principem.

Joannem Spirinck ſimiliter famoſiſſimum. *Ob an. 1599.*

Poëtas Joannem Caligatorem, prout id ævum ferebat non infelicem, cujus fragmenta *Apud Divæum.* de inſtitutione Principis ad Venceſlaum Ducem vidi & cum voluptate legi.

Nicolaum Grudium cujus poëmata manuſcripta quædam habeo.

Hiſtoricos Joannem Bertels qui geſta Abbatum B. Mariæ, & Luceburgenſem ſcripſit hiſtoriam. P. Divæum quem ego in noſtrate hiſtoria primarium & in omnibus Doctorem meum agnoſco.

Grammaticos Cornelium Puteanum cujus extant de conſtructione opuſcula.

Nec plura de Urbe. Nunc ad Sacra & denique Univerſitatem gradum facio.

Martem Lovanii cultum, præterquam quod noſtri & vicinarum gentium annales tradunt, *Chronicon vetus quod penes me eſt.* etiam memoriæ & ſchedæ veteres aſſerunt, locum deſignantes ubi nunc D. Petri Baſilica, quam demolito idoli fano Lambertus Comes extruxerit. Unde carmen vetus: *Mars Petro ceſſit pro clavibus haſta receſſit. Plutoni* etiam *Lucius Tongrenſis, Marius Guiſianus, & alii id tradunt.* rem ſacram factam in delubro cis caſtrum vetus, ubi ſpolia Romanis detracta Menapius Tongrorum Rex ſuſpenderit, ariſque filios admoverit in Romanorum, ſi Diis placet, perniciem juraturos, annales tradunt.

Hoc certum, circa hæc loca repertos ſeceſſus *Teſte Divæo.* ſubterraneos & antra non abſimilia infernorum Divorum ſacrariis.

Mercurium etiam cultum loco, ubi nunc Archangeli Michaëlis templum, ſunt qui tradunt, & vetera regiſtra pro authore laudant.

Eſt & hodieque in remotiori urbis parte vetus ædificium & ruinoſum, quod tradita per manus plebeiorum fides credit *Dianæ* fanum fuiſſe.

Ex hac porta & ſtatua antiquitatem urbis liceat æſtimare, cum ſtructa ſit ab Ethnicis, & Lovanium à 1000. annis à Chriſtianis fuerit habitatum: niſi quis credere malit à Barbaris hoc eſſe, Gentilibus haud dubiè.

De *Priapo* autem culto equidem nolim dubitare, cujus effigiem mutilam portarum una præfert, adeòque in veteri Sacellorum Urbis indice quem Leodico accepi, lego citari *Sacellum Deiparæ in porta Priapæa* Lovanii.

Quicquid horum ſit, religionis veræ initia accepta referat Lovanium B. Servatio cujus bene-

beneficio Porus Comes ſanitatem corporis adeptus ad animæ medicinam opportunè aſpiravit.

Memini etiam me ante annos plures legere nomen alicujus Epiſcopi Lovanienſis, ſed quod tum obiter vidi, nunc videre non licet, nec codicis ſit copia.

Eccleſiæ animarum curam habentes, quas Parochias vocant nunc, olim in Urbe duntaxat unica erat D. Petri. Illa Lambertum, ut traditur, Comitem agnoſcens fundatorem.

Ex Monumentis Eccleſiæ noſtræ & Chronico Bethlemitico l. 6. art. 5.

Exuſta bis cum omni ſacra ſupellectili & bona monumentorum parte ipſoque ære campano, cum 2. turribus, quas ferunt Cæſarem fabricaſſe, ſed omnia mox reparata, & addita intervallo temporum aliquo turris inter pulcherrimas Belgii habita, ſed ruinis multum deformata, quæ evenerunt annis 1570. & 1578. & nuper an. 1604.

An. 1373. & an. 1458. Sed Chronicon Bethlemiticum notat anno 1456.

Campana major quam armorum vocant fuſa anno 1462.

Anno 1507.

Viſitur in chori medio tumulus Ducis & alii alibi, quorum Epitaphia adjeciſſem niſi amicus noſter F. Swertius eadem cum reliquis noſtræ Brabantiæ inſignioribus edere pararet, ad quem remitto avidum iſtius lectorem.

Ex actis conſulatu Nicolai Kerſmakerii & Quintini Coterali anno 1459.

Anno 1452. fuit hic Jubilæum.

In veteri Schæda reperio an. 1423. inventum cadaver unius Ducis integrum dum fundamenta faciunt & famam fuiſſe, eſſe alicujus è 3. Godefridis.

Quamvis autem quidquid mænibus concluſum erat & ipſum adeo ſuburbanum ſoli & immediatè D. Petri Eccleſiæ ſubjaceret, tamen Sacella ſuburbani, ut tum erat, vicinis domibus adminiſtrandi quædam Sacramenta ab antiquo jus habuerunt.

Anno 1165.

Et quidem primò auctum & dedicatum D. Michaëli templum amplam verſus Hasbanicum limitem cœpit habere juriſdictionem.

Anno 1225.

De buyten Prochie.

Cujus turris & bona pars collapſa legitur. Atque hæc proprio vocabulo Parochia Forenſis nuncupata eſt, cui hodièque aliquot vici & appendices Urbis ſubſunt.

Anno 1200.

Erat jam inde in ſuburbano versùs Bruxellas Sacellum B. Jacobi *ſuper Bieſtam* quod, frequenter habitari cœpto illa parte ſuburbio, in duplum auctum eſt, & reliquorum more cœpit in communionem oneris Paſtoralis venire.

Anno 1350.

Turrim ejus de cœlo tactam conflagraſſe tradunt.

Anno 1231. & turris perfecta anno 1453. 19. Novemb.

In Suburbano Caſtrenſi Gertrudis virginis vetus Sacellum & Ducale olim, dotatum à Lanificibus, quorum opus eſſe contendunt turrim illam elegantem & perlucidam. Auctum eſt hoc Sacellum.

Anno 1191.

In ſuburbano ditionis Heverlenſis Quintini Martyris Sacellum fuit miraculis olim clarum. Hujus ambitus extenſus & pulcherrimæ in ſpeciem Eccleſiæ conformatus.

Cæterum cum aucto mirum in modum Urbis pomærio & incolarum numero, intereſſet & curas & loca quæ hactenus incerta fuerant, ad jurgia vitanda & ſaluti animarum conſulendum ſeriò partiri, D. Petro Patronatu & eminentiâ ſolùm ſervatis, & aliàs in æqualem officii Paſtoralis communionem aſſumptis ſupra-dictis Eccleſiis, ſingulis limites præfixi ſunt juriſdictionum, accedente ad hoc & Epiſcopali & Capitulari authoritate. Ex quo

Anno 1252.

tempore perſeverat illa quam adhuc ſervant Parochiarum diſtributio.

In ſupradicta D. Petri Baſilica Collegium eſt Canonicorum à Lamberto Comite fundatum. Anno 1046.

Qui Divinæ remunerationis intuitu de bonis ſibi Divinâ miſeratione conceſſis eleëmoſynam fecit 7. fratribus in Eccleſia D. Petri *Clavigeri cæleſtis* Deo famulantibus.

Horum vita olim communis, & Godefridus Dux longo poſt intervallo *in communem refectionem fratrum dicimam* Geldonienſem aſſignavit.

Hi 7. *Domini* poſteà appellantur in diplomatibus, quod ſoli *decimas veteres* perciperent. Anno 1311.

Spontè tamen ii alios juniores Canonicos in ſui peculii communionem admiſerunt, ex quo tempore & bona communia & præbendæ æquales ſunt.

Cæterum illud 7. Canonicorum Collegium ſenſim numero auctum, & lego

Ebbonem & Liedericum fratres unum, Anno 1178.

Simonem Grindelium itidem unum, Anno 1164.

Godefridum Ducem duos, Anno 1140.

Henricum Ducem unum Canonicatum fundaſſe. De aliis nihil reperi: privatorum opibus auctos conſtat uſque ad 18. aſcendiſſe. Anno 1240.

Imò ad 24. ut aliqui volunt, ſexque præbendas ad alios ſacros uſus applicatas aut dignitatibus annexas, quod tamen ego ſeriò inquirens necdum exactè ſcire potui.

Acceſſit ad hos poſt conditam Univerſitatem 12. Canonicorum Collegium omnibus & ſolis omnium Facultatum Profeſſoribus conſtans confirmatum à Pontifice.

Bullam Erectionis vidi & exemplar habeo.

Vulgo Capitulum novæ Fundationis Anno 1443.

Utrique Capitulo idem eſt & præeſt Decanus. Decanorum ſeriem quia tantùm ab anno 1211. habemus, ſuſpicio eſt ante id tempus Collegii caput fuiſſe ſeniorem.

Decanos obſervo & moribus & ſcientiâ ſemper præcelluiſſe, & à condita Univerſitate ferè ſemper Doctoris titulo inſignitos fuiſſe.

Ex quibus aliquot addam illuſtriores.

Calſteriæ ſtirpis Arnoldus an. 1233. & Petrus an. 1384. hic etiam Decretorum Doctor celeberrimus, Guilielmus Bontius anno 1426. Petrus à Mera anno 1458. Joannes à Thymo anno 1494. Hadrianus ad Romanæ Urbis Pontificatum delectus anno 1525. Ruardus Tapperus ſcriptis editis notiſſimus anno 1559. Michaël Driutius, Martinus Rithovius, & Henricus Cuykius, ille ad Iprenſem hic ad Ruremundenſem Cathedram evecti, Joannes Molinæus aliique doctrinâ & famâ maximi.

Præpoſitus etiam utriuſque Collegii idem eſt. Ex quo genere primum invenio Henricum anno 1140. Eos claro ſemper genere natos & magno apud Principes loco fuiſſe obſervo.

Quos clavem cum libro aurato præferre cum paludamento veſtibuſque pictis more Principum ſculptos in marmoribus invenio, & nominatim in ſacriſtia Abbatiæ Villarienſis Godefridum. Sed

Henricus à Lovanio Henrici Ducis Lotharingiæ Filius B. G. Præpoſitus S. Petri Lovanienſis.

Sed libet etiam ex his aliquot Illuſtriores recenſere. Godefridus de Lovanio 3. Henrici 1. Magnanimi Ducis Brabantiæ filius. Godefridus Goetſenovius 5. Gerardus & Joannes Cucani 7. & 8. Joannes Eſſelenus, Alardus de Os 10. Nicolaus de Gemminich 11. anno

Ducum Luxemburgi progenies,

1363. Joannes de Luxenburgo 12. Guilielmus Aſcanus 14. Dominicus de Baſſadonia 15. & pronuper Nicolaus de Rutere an. 1487. in Epiſcopum Atrebati aſſumptus anno 1502. Nunc ea in dignitate eſt Georgius ab Auſtria Vir inclytus & qui (verba Lipſii ſunt) ipſo nomine genus prodit, & virtutes pro genere habet.

Uterque Præpoſitus dico & Decanus, ſed ille primariò utpote prima Eccleſiæ dignitas, Cancellarii in Univerſitate fungitur officio.

Ille etiam à Principe dum auſpicia Imperii ſumit ſolenne juramentum exigit.

Hæc omnia ex 2. Diplomatibus fundationis Divæ Gertrudis patent ubi hujus fit mentio.

Sigillum habebat olim Præpoſitus ſuum, & Eccleſia id eſt ſeptem fratres ſuum, ad quos omne in Oppido jus ſacrum ſpectabat.

In Diplomate an. 1140. ſubſcribit Reynerus Archidiaconus, Henricus Thegenholdus Magiſter.

Alii *Concanonici* vocabantur & inter illos *Cantor*, *Magiſter Scholarum*, *Decanus Parochianus*. Habebant autem ſinguli nominatorum ſuum quem *Clericum* vocabant.

Erant etiam qui *Vicarii Capellarum* dicti. Cæterum hæc facies Capituli mutata cum in communionem juris & bonorum admiſſi à 7. illis alii.

Ex quo tempore cœpit Capellanorum Collegium magnum illud & 72. amplius habens Sacerdotes non exiguo templi noſtri ornamento.

Eſt & in Urbe Regularium Canonicorum Abbatia in æde D. Gertrudis.

Verba diplomatis per D. Prælatum mihi exhibiti.

Henricus Dei gratiâ Præpoſitus & 7. Canonici ibi nominati *Capellam quæ erat filia & membrum Eccleſiæ D. Petri, ad petitionem Illuſtris Principis Henrici à jure ſubjectionis majoris Eccleſiæ* ſegregari permiſerunt, *& eam libertati donaverunt & auctoritate Hugonis Venerabilis Epiſcopi privilegiari fecerunt ad Ordinem & habitum S. Victoris pariter ſuſcipiendum.*

Et ſicut in Capella dicta 7. Vicarii totidem Canonicis debitas penſiones perſolverunt, ita Canonici Regulares perſolverent.

Datum an. 1204.

Et ſicut ab antiquo Vicarii erant vocati in partem ſolicitudinis Paſtoralis, non in plenitudinem poteſtatis adminiſtrando vicinis Sacramenta & confeſſiones audiendo, idem Regulares facerent &c.

Hæc prima Cœnobii conſtitutio quod perfectum eſt biennio poſt.

Anno 1207. Epiſcopatus an. 7.

Acceſſit auctoritas Hugonis Epiſcopi, Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis.

Anno 1219.

Dux autem Henricus, uti ſolus Cænobii hujus fundator quod in delitiis habuit, vocatus

Dato an. 1213.

in Diplomate *Summus Patronus & Abbas Eccleſiæ* Gertrudanæ.

Diploma datum feria 4. poſt Catharinæ. Anno 1230.

Petens inſuper ut unum ex hoc Cænobio aſſiduè comitem haberet, unus quotidiè ad caſtrum mitteretur rem Divinam ibi facturus.

Et quia rude erat id ſeculum & eruditi pauci, Apoſtolicâ auctoritate Religioſis poteſtas facta docendi.

Ab Innocentio Papa Lugduni 18. Kal. Julii Pontif. anno 2.

Præpoſitus Primus Franco & ſucceſſerunt alii hoc ordine. Franco 2. Libertus, pietate inſignes. Adam à Bruxella ob. an. 1248. Goſwinus de Stade ob. an. 1289. Henricus de Bunsbeeck ob. an. 1296. Arnoldus de Caſtro ob. an. 1307. Godefridus de Udechen ob. an. 1320. Guilielmus de Wilre ob. an. 1325. Joannes Julijs ob. an. 1327. Henricus de Fura qui an. 1344. Abbatis titulum obtinuit, ob. an. 1347. ſed ſucceſſores Præpoſiti titulum prætulerent. Henricus de Rode mortuus an. 1379. Leonius de Erps mortuus an. 1402. Conradus Balctius mor. an. 1420. Valterus Moliart qui Abbatis titulum reſumpſit, obiit an. 1467. Theodericus Brachelius obiit anno 1488. Joannes vanden Moere ob. an. 1514. Anthonius Nievenhoven ob. an. 1526. Petrus Was ob. anno 1553. Philippus de Hoſdem ob. an. 1569. Joannes vander Linden ob. an. 1585. qui Regi à conſiliis fuit. Adrianus de Beaufort ob. an. 1593. cui Arnoldus Eyndhoucius ſucceſſit, qui egregio opere Cænobium auxit.

Porticum continuo opere duxit & cubicula deſuper, ad uſum 12. ſtudioſorum nobilium ad virtutem & ſpem religionis formandorum.

Cænobium ſemper diſciplinæ titulo optimè audiit & publicè à Viris magnis eſt commendatum tamquam primum, unde reformationis profluxerit inſtitutum.

Fuiſſe in eo obſervo naturales Ducum filios duos, Baronum legitimos 8. præter eos quorum nomina ſuppreſſa ſunt.

Nulli enim niſi claris orti natalibus à prima inſtitutione in religionem aſſumi poſſunt.

Eſt Lovanii alius ſub Auguſtini Regula Canonicorum Prioratus, cujus fundamenta jacta ſunt ab Henrico *Wellens* ad D. Petri Capellano. Is zelo pietatis ductus & famâ Scholarium (ſic vocabant Clericos in commune viventes) Daventrienſium, advocatis ex illo loco fratribus ejuſdem inſtituti Collegium ad honorem D. Gregorii inſtituit teſtamento ſuo, ut qui vivens juventutem formando ætatem inſumpſerat, ejus vitâ functi hæreditas ad ſimiles uſus applicaretur. Fratres enim illi docendo ſcribendoque ſe occupabant. Hanc pii ſenis extremam voluntatem qui executioni mandarent deſignati Priores viridis & rubeæ vallium & 7. fontium in Zonia. Advocati Daventria Religioſi & inter primos Ægidius Walrami qui & novellæ plantationis negotium ſummâ diligentiâ confecit extructis potioribus quæ nunc viſuntur ædificiis, additoque Sacello ipſo D. Martini Feſto dedicato.

Chronicon Bethlemiticum l. 5. articulo 3.

Anno 1411. in Februario.

Qui in Religioſum Confratrem primò aſſumptus eſt, & Claſſicus Aurelio tandem ſub Principe miles ſignifer hac divâ arce primus tulit, Joannes à Maguntia fuit.

Ex Epitaphio ſunt hi verſus.

Interjecto

L. 5. art. 11. Anno 1447. Ex Litteris Joannis Epiſcopi Leodicenſis per Priorem mihi communicatis.

Interjecto paucorum annorum ſpacio, adhibitis in conſilii partem viris doctrinâ & pietate eximiis, viſum magis expediens Inſtitutum vitæ mutare. Itaque accedente Epiſcopali authoritate idem Ægidius Walrami cum ſuis ſub Priore Bethlemitico regulam Canonicam S. Auguſtini profitetur, ex Rectore Prior electus. Poſt cujus obitum Henrico de Ponte præfecto unitum eſt Cœnobium Capitulo Windeſimienſi.

Et habet inſignem manuſcriptam bibliothecam, produxitque viros pietate & doctrinâ illuſtres.

Nicolaum Winghe Lovanienſem, qui in vernaculam linguam vertit Sacram Scripturam & Conciones plures edidit. *Martinum Lipſium*, cujus ſudore illuſtrati Auguſtinus, Macrobius, Symachus & alii plures.

Guilielmum Montenſem qui multa artifici ductu ſcripſit.

Paulum Silvanum & *Joannem Garetium* ſimiliter variis ſcriptis illuſtres.

Adrianum Jordanis meritò referendum inter eos qui enaſcentes literas evexerunt.

Gerardum van Ghelre ſcriptorem variorum.

Ottonem Palme acerrimi virum ingenii.

Henricum Clauwens deſignatum ad reformandum collapſæ religionis ſtatum in Cœnobio Airtzhagienſi.

Carthuſia ad muros Urbis loco ſolitario & à turbis remoto extructa eſt in fundo ad hunc

Anno 1474.

uſum à *Walterio Waterlet* Præpoſito Malbodienſi Scholaſtico Bruxellenſi relicto. Illa

Anno 1489.

Margaretæ (quæ Carolo Burgundo uxor fuerat) auſpiciis inchoata, Mariæ Guilielmi Arſcotani Marchionis viduæ opibus multùm augmentata & dotata Croyos non immeritò ſecundos agnoſcit fundatores.

Anno 1504. Ea aſcripta eſt aliarum numero.

Anno 1492. 4. Septem. Cæmeterium ejus cum Sacello conſecratum.

Anno 1518. Templum majus dedicatum.

Anno 1530. Chorus autem additus.

Monaſterium licet recens extructum, habuit tamen viros virtutis merito omnibus ſuſpiciendos, ita ut præcipuorum in Univerſitate Collegiorum Proviſio (ut loquuntur) Priori inter alios demandata ſit. Ex præcipuis fuerunt

Joannes Delphius qui Principum favore prima Cœnobii fundamenta ad ſummum perduxit. Cui ſuccedentes *Theodoricus Perſyr*, *Theodoricus Eurſtedius*, *Florentius Harlemenſis*, omnes ſummæ apud omnes æſtimationis, hic etiam à pietate quam ſcriptis prodidit notiſſimus.

Id fuſius in peculiari tractatu do cebo.

Novi ego nunc ſuperſtites & cognitione linguarum, & hiſtoriarum, & doctrinâ Theologicâ inſignes, quod ſcriptis jam ad editionem paratis publicè innoteſcet.

Ex fundatione loci apud Molanum. Ab an. 1120.

Beggardi à Pipini Ducis uxore & nomen & originem referentes Laici & ferè textores fuerunt Lovanii, propriâ quidem quadrâ, menſâ tamen & regulâ communi viventes ſub *Miniſtri* unius obedientia, nuncupati *Fratres de Pœnitentia*.

Sic vocatur eorum Præfectus in Bulla Urbani V. Ita vocat eos Bulla Nicolai V. qui habitum eis aſſignavit.

Ab oneribus exactionibuſque, imo & omnimoda civitatis juriſdictione planè pleneque exempti. Qui licet tertiam D. Franciſci regulam aſſumpſerint, tamen uſque ad D. Margaretæ ævum ſacris non initiati fuerunt.

Indulto Joannis Ducis an. 1280. Id fatentur Decani Guldæ litteris anno 1280. Anno 1468 Molanus l. 3. ex Archivis loci.

Noviſſimè receptis in ſuum Monaſterium Vlierbecanis, qui ſupererant ad paucos redacti, Fratres D. Benedicti habitum & inſtituta amplexi ſunt, accedente ad id Pontificiâ authoritate.

Anno 1590. Ex Bulla per Abbatem mihi communicata.

Eſt & Lovanii *Commendaria* Nicolai Equitum Hoſpitalis S. Joannis, Melitenſes nunc vocant, in Eccleſia D. Joannis Evangeliſtæ.

Fuit olim Templariorum. Ex Chronico Ordinis.

Quæ licet dedicata legatur anno 1457. tamen Sacellum antè fuit & *Curtis*, quam Dux Hoſpitali Hieroſolimitano aſſignavit an. 1140.

Ex Diplomate quod in Archivis vidi.

Et intelligo ratione hujus Eccleſiæ & domus Commendatorem Santranium eſſe ex Palatinis nobilibus Ducum.

Anno 1542.

Patres Societatis Jeſu duo, primùm Lovanii apparuerunt, & annitente Ælia Schorano Patricio & Conſulari, accedentibus privatorum Eleëmoſynis domum obtinuerunt aucti numero & docentes.

Nuper autem Lævini Torrentii Antiſtitis Antwerpiani teſtamento inſigniter dotatum Collegium, & in urbis meditullium opportuno loco tranſlatum, dedicatumque ab Archiepiſcopo Mechlinienſi templum.

In hoc Collegio præter diverſa diſputationum collationumque exercitia habentur tres quotidie lectiones Theologicæ, una Hebræa.

Auditores è Societate, præter exteros, numerum ſubinde quadragenarium attigerunt.

Vidi ego hìc Doctores annis abhinc aliquot totâ Europâ celebres, *Joannem Deckerium* hinc ad Græzienſis Academiæ gubernacula vocatum, cujus varia extant Scripta.

Leonardum Leſſium, cujus inter alia extat volumen de Juſtitia & Jure.

M. Delrium, qui Diſquiſitionum Magicarum tomos tres emiſit in lucem.

Eſt in hoc inſuper Collegio ad augendam juventutis pietatem titulo D. Virginis Sodalitas duplex: altera Juniorum, Graduatorum & liberorum altera.

Huic nomen dediſſe & eodem tempore ſcio plures ducentis.

In illa rarò ſunt pauciores centum.

Eſt & alia titulo intemeratæ Virginis & omnium Sanctorum, in quam nomina dant lectiores ex ſupradictis, & ſcio ultra 40. Sacerdotes eodem tempore interfuiſſe.

Ex genere mendicantium ſunt Lovanii

Anno 1263. Ex Bulla indulgent. juvantibus fundationem à Clemente IV. conceſſa, per P. Priorem mihi communicata.

Eremitæ D. Auguſtini, locum in urbe dono Principis & Oppidi, Cœnobium eleëmoſynis privatorum conſecuti.

Anno 1270. Feſto Aſſumpt. Mariæ,

Templum Petrus Ortonienſis Antiſtes conſecravit: ubi aſſervatur, & miraculis claruit innumeris Hoſtia quædam mirabili Dei operatione

ratione in carnem mutata, quam Coloniâ attulit *Joannes Gheeſt* ex Confeſſore Archiepiſcopi Colonienſis hìc Prior.

Anno 1374.

Præter quem floruerunt in hoc Cœnobio *Joannes Godshebſdeel* ex Doctore Theologo clariſſimo Provincialis: obiit an. 1490.

Ex communicatis mihi per Priorem & Viſitatorem ex libro obituum.

Joannes Schreybeeck Eleonoræ Francorum Reginæ à Confeſſionibus. *Joannes Panhuyſius* ex Procuratore domûs in Abbatem Vlierbacenſem aſſumptus. *Arnoldus Regius* ex Priore Provincialis multis numeris commendabilis.

Ob an. 1537.

Ob an. 1564.

Henricus Imperatore ſecundò Provincialis, Author unicus Cœnobii Bruxellenſis inchoati, Bullonienſis formati, Mechlinienſis reſtaurandi, in quo hodieque laborat de Religione & Ordine optimè meritus.

Gregorius Varetius qui ædificia pleraque & Bibliothecam formavit & reſtituit.

Ob an. 1529.

Joannes Coels, qui Legatus ad Maximum Regem & Ordinum mendicantium quoad Seminarium, & Academiæ quoad augmenta ſtipendiorum & incorporationes prębendarum, & Urbis quoad immunitates quaſdam, cum laude & fructu egit negotium.

Denique memoriâ dignum, primum qui in erecta Lovanii Academia Theologiam profeſſus eſt, hujus loci Religioſum fuiſſe.

Teſte Hieronimo Romano l. 5. f. 296. parte 1.

Ad extremum ob Theologiæ ſtudium ſemper optimè audiviſſe Cœnobium, quò ſtudiorum honorumque causâ ex diverſis totius Belgii Monaſteriis magno numero adoleſcentes & viri confluunt. Et ſcio hiſce turbulentis temporibus, quod mirum, ultra 20. Doctoratûs in S. Theologia titulum adeptos.

D. Dominici Regulam Profeſſi Lovanium veniſſe probantur anno 1228.

Ex Divæo & Molano, item ex communicatis per Priorem ipſoque donationis Scripto.

Quibus Henricus Dux *Baſſam Curtim* ſuam in inſula Tyliæ ceſſit ad uſum Monaſterii. Qui reformati ſunt procurante Duce. Templum & alia ædificia ejuſdem Ducis opus ſunt vel teſtibus Chori feneſtris. Dedicavit autem Albertus Magnus aſſiſtente Thoma Aquinate quædam altaria. Aleydis inſuper Duciſſa in domo quam ſpecie pietatis à Dominicanis ſub denario cenſus annui emptam poſſidebat, vicina mariti in hoc Templo ſepulti tumulo, diem obiit.

Anno 1256.
Anno 1495.
Ex Chronico Carthuſiæ Lovan. in Cella A.
Anno 1276.

Ex inſtrumento hac de re facto cujus mihi facta copia.

Claruerunt hìc ſanctitate celebres *Servatius Teutonicus*.

Ex Chronici Prædicatorum l. 5. & Cantipratenſi.

Et *Conrardus* 2. qui morti vicinus plenus fiduciâ: *Educ*, inquit, *domine de carcere animam meam:* & in dicto expiravit.

Anno 1248.

Anno 1259.

Fuerunt & alii ſcriptis editis noti, & intelligo numerum Religioſorum ſubinde centenario majorem fuiſſe.

Nunc ob frequentes ſtudiorum causâ huc adventantes ad quinquagenarium accedunt, & annis aliquot retro lapſis 20. & amplius S. Theologiæ Laureâ inſignitos viderunt.

Seraphici Franciſci ex præſcripto viventibus publico ſumptu locus ad habitandum deſignatus eſt.

Anno 1228. ut habent Acta Urbis an. 1231. Ut habent Cœnobii memoriæ, Anno 1449.

Qui per *Coletanos* reformati primùm. Denique *Obſervantiæ* inſtitutum, ut loquuntur, amplexi ſunt.

Anno 1506.

Templum dedicatum. Sed ventorum impetu collapſum ſemel. Chorus autem, ut nunc videmus, ſplendidus veteri diſſoluto extructus eſt.

Anno 1230.
Anno 1343.

Hinc prodierunt ob Chriſti nomen in Anglia Hollandiaque martyrio affecti 10.

Anno 1536. 4. Nonas Julii.

Alii vitæ ſanctimoniâ illuſtres totidem.

Ex diario defunctorum & Molani l. 3.

Hinc *Theodoricus* ille, qui 31000. tempore peſtis Bruxellæ Confeſſiones excepit & ipſo mortis die pro Concione obitum ſive veriùs abitum in alteram vitam prædixit.

Anno 1516.

Hinc eſt *Amandus de Ziricſæa* Chronicorum noſtratium Auctor.

Ex Gonzag. id eſt Tieatro, & Willotto & libris defunctorum loci.

Martinus vander Reele, qui de vita contemplativa & 7. donis ſpiritûs.

Nicolaus de Aſca, qui in Epiſtolas Pauli & Eſaiam.

Martinus Thurhout, qui in 4. ſententiarum commentatus.

Hinc B. F. *Titelmannus*.

Joannes Mahuſius electus in Epiſcopum Daventriæ.

Levinus Brechtus felix & pius Poëta.

Arnoldus Mermannus, qui de converſione gentium ſcripſit, aliique plures.

Habent bibliothecam inſignem & eâ colunt.

Manuſcriptos plures aſſervant numquam editos. Numerus eorum his iniquis temporibus numquam ſexagenario minor eſt, quod dandum vigilantiæ A. ab Iſca Guardiani, Viri à ſcriptis, pietate, prudentia notiſſimi.

Ejuſdem Franciſci aſſeclæ ſed paulò rigidioris vitę à Capucio nomen habentes, privatorum eleëmoſynis & primùm Jacobi Baii Doctoris Theologi, locum erigendo Cœnobio & templo obtinuerunt. Et ſcio ex eorum numero fuiſſe ſanctitate conſpicuos, de quibus ſtupenda referre poſſem, ſed parco viventibus adhuc.

Alexiani funeribus curandis operam navantes & hìc & alibi in Brabantia cœperunt apparere. Erant autem viri laïci operibus miſericordiæ ſe conſecrantes, dicti tum *Lollardi* & *Matemans*. Placuit horum obſequium in curandis ægris, phreneticis, mortuis, publicè & privatim omnibus, datuſque eis è publico locus.

Anno 1341.
Ex veteri Diario quod habeo, ubi rythmò vernaculo id expreſſum.

Et denique viſum conſultius 3. D. Franciſci regulam eis præſcribere, quod factum.

Anno 1483.

Alterius ſexus, id eſt Virginum, Lovanii Collegia ſunt.

Beginarum Curia major quæ cœpit. Templum autem privatis earum opibus exſtrui cœptum.

Anno 1205.
Anno 1334.
Ex lapidis vetuſti titulo in Eccleſiæ.

Reparatum ornatumque curâ Mariæ Dominæ Servienſis & Arſcotanę.

Numerus Virginum fuit olim, ut diſco ex veteri regiſtro, octingentę.

Nunc etſi temporum injurię urgeant, tamen excedunt ſexagenarium.

Curia Beginarum minor, & quod puto, antiquior, licet Templi & locorum publicorum Fundatorem agnoſcat *Ægidium Lieſenſoene* Decanum D. Petri

Ex Archivis loci quorum copiam fecit D. Boon.

Curia

Anno 1310.
Cura *Beginarum de Hovis* Lovanii à Duce olim commiſſa Abbæ Villarienſi, quam puto eſſe majorem portę Hovenſi vicinam.

Anno 1518.
Ex Litteris Epiſcopi & Capituli Generalis hac de re datis & per Antiſtitam mihi communicatis.
Anno 1522.
Eſt ſubjecta Caſtro quoad ſitum Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia, quę initia ſua debet Gualtero Tympelio Equiti & Catharinę Oppendorpię, diciturque *Vinea B. Mariæ.* Virgines primę ex Valteri-Brania advenerunt, allaborarunt circa fundationem Villarienſis, Nizellenſis, & S. Bernardi Abbates. Eccleſia dedicata eſt.

Virgines ſedulę ſunt & pię, & cum ſuperveniens temporum calamitas proventus jam ante tenues effecerint tenuiſſimos, tamen opere manuario Virgines juſto numero rem faciunt.

Ex monumento ejus in medio Chori.
Eſt & Virginum 2. Regulæ Clariſſarum Conventus à ſupradicta Catharina Oppendorpia, Joannis Bleſenſis Equitis vidua ſtructus dotatuſque.

Anno 1516.
Templum dedicatum eſt.

Numerus Aſceticarum non eſt minor ſeptuagenario, & qui modeſtiæ & pietatis nomine optimè ubique audit, & nobiliſſimas ad ſe trahit.

Anno 1252.
Anno 1258.
Fuerunt ab antiquo & ante annos 400. quædam titulo & exemplo B. Mariæ Magdalenæ Pœnitentes, hinc inde collectæ & in commune viventes. Quæ mutato vitæ Inſtituto prǽſcriptum & habitum B. Victoris aſſumpſerunt, communique impenſâ Sacellum erigendum curarunt.

Anno 1466.
Anno 1501.
Quas liberiùs agentes in ordinem paulò alium conformare juſſus B. Martini Prior; ſed parùm ex ſententiâ. Denique authoritate Epiſcopali compulſæ D. Auguſtini regulam aſſumpſerunt.

Quo tempore ejuſdem Inſtituti profeſſa nata illuſtri loco Cæcilia *d'Argenteau* Hoyo adveniens potiorem Cœnobii, quod nunc viſitur, partem ſuo ære ſtruxit.

Ex Collectaneo quodam regulis præfixo per D. Janſonium Doctorem concinnato & aliis per Claram van Leyen Præfectam Matris titulo exhibitis.
Anno 1529.
Sunt inſuper Ordinis *Annuntiatarum* Virgines, quarum origo à Joanna Luduvici 12. Francorum Regis uxore, regula ex præcipuis vitæ D. Virginis virtutibus collecta probantibus Joanne 6. Julio 2. & Leone 10. Pontificibus.

Religioſæ huc Brugis advenerunt, viginti quidem ex primęva inſtitutione, ſed ambientibus locum & ſocietatem optimæ diſciplinæ plurimis nunc 70. plus minus ſunt. Fundatrix eſt Maria Hamalia Arſchotani Principis vidua.

An. 1419. 4. Mar… dicatum cœno… an. 1415. Novemb. datum …ndatricis teſta… 1517. regu… Profeſſæ Virgines.
…Chronici Beth…mitici l. 4 art. 2. l. 3. artic. & …onumentis loci …orum mihi co… fecit Marga…a Clement …oriſſa.
Et eſt alius Auguſtinianarum Prioratus cui ſunt initia ab Eliſabeth *de Weſele* vidua Henrici van Duysborgh civis honeſti, quæ domum ſuam in media platea ad uſum collegii virginalis reliquit, quod poſtea ratum habuit Martinus 5. Papa an. Pontificatus ſui tertio. Virgines ex prima Inſtitutione in communi vita egiſſent, ſed poſtea regulam & clauſtrum ſub Bethlemitico Priore aſſumpſerunt. Templum Sacrum D. Urſulæ & ejus ſodalitio. Et cum Cœnobii proventus admodum tenues eſſent, manuum labore aſſiduo egeſtatem averterunt. Dum hæc ſcribo, numero ſunt 68. & religioſiſſimè vivunt.

Anno 1418.
Ex Chronico ſupra dicto & litteris Epiſcopalibus quas equidem non vidi, ſed vidiſſe ſe teſtatur Molanus l. 3.
Anno 1462.
Anno 1475.
Alia quędam Eliſabeth Beginæ habitu Lovanium ex tractu Leodicenſi veniens, domum ſibi comparans, ſociaſque aſſumens, ægrorum ſe cœpit miniſterio mancipare. Unde loco paulatim ampliato & numero aucto, Antiſtes Leodicenſis permiſit & Sacellum extruere & regulam ſub Martiniano Priore profiteri. Templum dedicavit Libertus Epiſcopus Berytenſis.

Habet & Lovanium Sorores ab habitu gryſeo dictas & D. Franciſci 3. Regulam ſequentes, de quarum initio nihil habeo niſi quod in tribus diariis legerim Mechliniâ primas adveniſſe. An autem Thenenſes aliquæ poſtea acceſſerint, neſcio. Abbati Gertrudano ante annos 150. commiſſæ ſunt.

Hoſpitalis majoris & Sororum in ea miniſtrantium Inſtitutor Henricus Dux, ut alii primus, ut alii tertius.

Anno 1479.
Ex Chronico Beth l. 6. art. 5. & Carthuſienſi in fundatione Cellæ A.
Virgines ſolutiore modo viventes in ordinem redactæ & Regulam Auguſtini aſſumere compulſæ ſunt urgente imprimis Margareta Caroli Ducis conjuge.

Anno 1316.
Ex inſcriptione in lamina ærea Chori.
Sacella Lovanii ſed Templis non cedentia ſunt. S. Catharinæ cujus Fundator Valterus de Quercu: occaſio invaleſcens contagio.

S. Anthonii quod Facultas Artium & Studioſi pro ſuo habent, ſtructum an…..

Anno 1111.
Ex Archivis loci.
S. Barbaræ, ubi Schola Dominicalis, ad uſus pauperum dicatum.

Anno 1371.
Ex Inſcriptione antiqua.
S. Mariæ forenſis à civium contubernio majore extructum.

Fuit ante an. 260. cum indulgentias obtinuit.
Anno 1457.
S. Crucis maximis ornatum indulgentiis ab altero S. Georgii contubernio habetur, ubi ſenum aliquot refugium & habitatio S. Eligii, ab uno ex civium contuberniis ſtructum.

SS. Laurentii & Geneveſæ Hoſpitalia vetera ſunt quorum fundationem hactenus ſcire non potui.

S. Nicolai Hoſpitale aliquanto recentius.

Sacellum D. Mariæ ex oblationibus ſtructum & à Mechlinienſi Antiſtite ante biennium dedicatum.

Anno 1419.
Ex Regiſtro Eleëmoſynariorum.
Loca ſacris ſimilia ſunt. Domus mediocriter dotata alendis 7. ſenibus à Joanne Camoga Patricio relicta, vulgò ad 7. Dormientes vocant.

Anno 1422.
Ex Monumento ejus in S. Petro.
Aliaque 12. decrepitis ad honorem 12. Apoſtolorum à Petro Heyme Patricio deſtinata.

Anno 1511.
Ex Monumento ejus ibidem & Chronico Carthuſienſi.
Scholaribus qui decenti habitu peragentibus rem divinam ſubſerviunt (quos pueros S. Petri vocant) Henricus Houterlé Scholaſticus providit.

Anno 1439.
Ex Teſtamento per D. Boon communicato.
Domus Expoſititiis educendis educandiſque à Joanne vander Heest ferrario legata.

Præter ſupra nominata Sacella ſunt Lovanii ubi res divina peragitur minoris notę ſacella 24.

Sunt ſacraria lapidea in compitis ſtatuis Chriſti & Divorum inſtructa diverſorum ære & pietate, quædam etiam miraculis illuſtria, 6. in quibus ferè perpetuum nocte lumen.

Statuæ etiam in extremis compitorum luminaribus honorari ſolitæ 12.

DE UNIVERSITATE.

Ad Venerandam Artium Facultatem.

ACADEMIÆ HUJUS,
BELGIO, EUROPA, ORBE TOTO
CANTATISSIMÆ
INITIA, INCREMENTA, LAUDES,
IMMUNITATES, MEMBRA, PARTES
CONCINNAVI:
IMPRIMISQUE TE, TUOS, TUA
CELEBRAVI,
ALMA PARENS, ET VENERANDA
ARTIUM FACULTAS.
TU ACADEMIÆ FUNDAMENTUM,
TU ECCLESIÆ DECOR,
TU JUVENTUTIS ORNAMENTUM.
QUOD ITAQUE
TIBI HOC INSCRIBAM,
TUOS HUC INFERAM,
TUA HIC INSERAM,
OMNIA EXPONAM, LAUDEM;
BENEVOLA SUSCIPE ET ACCIPE
A TUO ADOPTIVO,
PARENS COLENDA.

Ad Studioſam Artium & Philoſophiæ Juventutem.

Et tibi ſermonis ſit portio quantula noſtri
Sacra, Juventutis flos, generoſa cohors.
Imprimiſque tibi quæ noſtro exercita ludo
Doctrinæ partem nos facis eſſe tuæ.
Deinde aliis, qui per Sophiæ ſpinoſa paratis
Vepreta ad veri tendere poſſe roſam.
Pluribus eſt, fateor, verborum obnoxia monſtris
Hæc via, nec laqueis ter ſalebroſa caret.
Eſt aliquid frontem toties quod verberat *ergo*,
Mutum aut mutatum ſæpè tenens juvenem.
Eſt aliquid lictor rudium concluſio, pictor
Ignavi: ut taceam quæ numerare ſolent
Syrtes & ſcopulos portentoſaſque charybdes,
Quot loca quotque locos, tot joca totque jocos.
Mille armata dolis & ſtructa ſophiſmata. Sed quid?
Eſt animis opus & viribus, ô Juvenes.
Non deſunt animi, ſcio. Perſeus, OEdipus Heros,
Pellæus, Theſeus, quod videatis, habent.
Eſſe cruentatum & generoſo pulvere fœdum
Laudi eſt, cum victis hoſtibus ibis ovans.
Amplaque laurigero capiti Capitolia (ſummas
Dico *Facultates*) tota patere ſolent.
Qui colis ingenium, Sophiam cole, qui colis artes
Doctrinamque: eſt cos, janua, præſidium.

DE UNIVERSITATE.

Bulla data 5. Idus Decembris Pontificatus anno 9.

Civium rogatu, Ducis Joannis interventu, Papæ Martini authoritate erecta anno 1426. cantatiſſima tota Orbe Lovanii Univerſitas, infinitis Pontificum Principumque dotata privilegiis. Quorum hæc præcipua. De fructibus beneficiorum percipiendis in abſentia, datum anno 1426.

Ex Bulla data ut ſupra, confirmata anno 1443.

De non cogendo ad ſacros Ordines intra ſeptennium, datum eodem anno.

Data & confirmata ut ſupra.

De non trahendo ad ullius judicis tribunal extra muros oppidi, datum eodem anno.

Data ut ſupra, confirmata an. 1469.

De nominationibus ad Collatores, Capitula quæcumque totius Belgii à Sixto IV. datum anno 1483. ab Alexandro VI. confirmatum anno 1503.

Bulla Sixti IV. cal. Maii. Alexandri Kal. Auguſti data. Confirmata per plures Pontifices.

Pro naturalibus & illegitimis datum anno 1470.

Diploma Ducis datum 1. Martii.

De vehenda & revehenda ſcholarium ſupellectili ſine impedimento datum An. 1426.

Diploma Joannis Ducis datum 7. Novemb. Bruxell.

De immunitatibus Civium Lovan. & Brabantiæ, Univerſitati communicatis, datum eodem anno.

Diploma ejuſdem datum ut ſupra.

De immunitate pedagii, telonii & exactionum, etiam pro venientibus & recedentibus Lovanio anno 1456.

Diploma Philipp. datum 5. Januar. confirmat, anno 1460.

De non oppignorandis libris aut ſcholaſtica merce anno 1466.

Ejuſdem datum Lovanii 28. Decembris.

De domibus in uſum Collegiorum emendis & illegitimis in ſtudio decedentibus an. 1470.

Diploma Caroli Ducis datum in Martio.

De ſuſpendendo onere quod vulgo Poortghelt vocant, datum anno 1497.

Sententia Bruxellæ 21. Julii.

De potorio vectigali tollendo & communicatione vini & cereviſiæ, datum anno 1536.

Sententia Bruxellæ lata 13. Maii.

De exemptione Univerſitatis à contributione Cleri anno 1525.

Litteræ D. Margaretæ datæ 19. Septembris.

De portorio, quod vulgo Werf-ghelt, contra Arendatores Mechlinienſes, datum anno 1552.

Sententia lata Mechliniæ 19. Novembris.

Horum aliorumque privilegiorum Conſervatorem Pontifex declaravit, ad quem omnes Suppoſitorum cauſæ perſonales & mixtæ devolvuntur, quibus audiendis bis hebdomadatim pro tribunali ſedet ſiſtentibus ſe quibuſvis totâ provinciâ commorantibus, quod privilegium tractus vocant, & Dux Philippus indulſit poſſe executioni litteras mandari non obſtante generali ejuſmet Reſcripto contrario.

Data Bulla per Martinum c. 5. Idus Sept. Pontif. anno 9.

Anno 1447.

Cæterùm Univerſitatis caput Rector eſt, quinque Facultatum ſuffragio electus ad trime-

ſtre, niſi quod mos obtineat per ſemeſtre continuandi. Quem in refractarios cenſuris uti poſſe Eccleſiaſticis, reſpondit & permiſit Pontifex.

Bulla Alexandri data 15. Kal. Januarii, an. 1501.

Anno 1426.

In quem Dux Magiſtratus & Capitulum jus juriſdictionemque ſuam tranſtulerunt.

Ideòque ut fulminis Apoſtolici, ita gladii viâ in reos poteſt animadvertere.

De omnibus & civilibus & criminalibus cognoſcit, bis ordinariè, & cum ſtudiorum vacatio eſt, ſemel inter octiduum pro tribunali ſedet: *Auditores*, *Aſſeſſores*, *Deputatos*, *Judices appellationum* (qui pro Facultatum numero quinque ſunt) *Advocatum Fiſci*, *Syndicum*, *Quæſtorem*, *Secretarium*, *Procuratorem*, *Satellites* cæteroſque *Officiales* habens. Quem privatim domo pedem efferre nefas, niſi paludamento rubro aut violaceo, togâ, pileoque magiſtrali inſignitum, præeunte qui pedum argenteum præferat Accenſo, ſubſequentibus miniſtris.

Publicè aut conſilio intereſſe aut ſupplicationi vetitum, niſi officiariis ſubſequentibus, præeuntibus octo aut etiam amplius *pediferis*, comitante omnium Doctorum cœtu.

Conſtat Univerſitas membris 5. quas *Facultates* vocamus.

Prima & tempore & fundamento Veneranda *Facultas Artium*.

Cujus caput *Decanus*. Senatum habet ex 4. *Nationibus* (ut vocant) Brabantiæ, Flandriæ, Galliæ, Hollandiæ conflatum: quibus ſucceſſivè honores communicantur; ita tamen ut unaquæque *Procuratorem* ſuum ante ordinarios minoris conſilii *Deputatos* habeat.

Bulla Leonis decimi data 13. Kal. Octob. an, 1513.

His *Deputatis* indulto Papali poteſtas nominandi Magiſtros ſuos ad quaſvis quorumque toto Belgio Collationes Beneficiorum; idque quoad capitula ſingulis decenniis, quoad vitam Collatoris cujuſque bis.

Conſtat *Conſilium Facultatis* Viris lectiſſimis in quo vidi eodem tempore Licentiatos Sacræ Theologiæ 5. Utriuſque Juris 7. Canonicos Cathedralium Eccleſiarum 8. omnes ad 40. uſque Artium & Philoſophiæ Doctores.

Habet Decanus ex antiqua conſuetudine etiam ab omni hominum & Scriptorum memoria nota, jus cognoſcendi puniendique ſuorum ſuppoſitorum delicta quantumvis gravia & enormia.

Idem niſi epomide humeris ſuper-injecta prodire, actus publicos non niſi ducente qui Sceptrum præferat Bedello frequentare & primam ſecundùm Doctores ſuperiorum Facultatum Cathedram occupare ſolet & debet.

Pædagogia vulgo.

Subcenſentur huic Facultati quatuor, ubi Artes & Philoſophia præleguntur, Gymnaſia.

Quæ certum eſt triviales anteà ludos fuiſſe, & erectâ Academiâ ſucceſſivè incorporatos, ut loquimur.

Vulgo Lilium inde vocatur. Annus erecti notatur vulgo an. 1347.

Ex eo genere eſt illud quod *Carolus Virulus* ſcholæ ad inſigne Lilii Rector & domûs Profeſſor ad ſtudiorum ſtudioſorumque pauperum uſus reliquit.

Ex teſtamento ejus dato 6. Febr. anno 1493. per D. Stormium Medices Doctorem & Gymnaſiarcham exhibito.

Ex quo noſtrâ & patrum memoriâ in Epiſcopalem Cathedram collocati anteà hìc juventutis formatores novem.

Quorum aliquibus ante annos multos carminibus aliquot luſi, quæ libet aſcribere.

PETRUS CURTIUS, REMIGIUS DRIUTIUS
Brugenſes Epiſcopi.

Curtius & Drutius Grudiorũ lumina quõdam,
 Ad Grudiorum æquos culmina ferte pedes.
Hiſtorici certant, Bruga & Lovania certant.
 Vincat utra, utra cadat; vos ſatis ô Grudii
Nomine & officio ſimiles evecti, & eòdem
 De luce ad lucem, de Cathedra ad Cathedrã.

JOANNES DUPLOYCK
Atrebatenſis

Pontifice exultat Atrebas Joanne, ô odora
 In tam longinquis Lilia noſtra locis.

HENRICUS CUYKIUS
Ruremundenſis.

Lilia fragrarunt, fragrat Ruremunda, rigavit
 Cuykius illa, ſacris hanc regit auſpiciis.

FRANCISCUS BUYSERET
à Montibus Hannoniæ Namurcenſis.

Qui Philoſophum miratur eſſe Principem,
 Parùm ſapit.
Qui Philoſophum miratur eſſe Præſulem,
 minùs ſapit
Qui Buyſeretum ad alta ferri culmina,
 minimùm ſapit.
Et nomen omen & ſpopondit Patriæ,
Fecit Comes virtutis eruditio.

PETRUS PINTAFLOURIUS
Tornacenſis.

Doctore fortes Nervii
Gaudete Pintaflourio;
Qui quondam odorem *Lilio*
Auxerat, & augebit tibi.
Illi eruditio, tibi
Religio, utrique fama ſufficit Viri.

GISLENUS VRONDIUS
Suffraganeus Mechlinienſis.

Vrondius ornatur mitrâ caput, & quis erit qui
 Nare neget patulâ Lilia odora trahi.

JOANNES SIXTUS
Audomarenſis.

E Xyſto ad infulas vocari congruit,
Æquè, ac ſuos meſſem labores conſequi.
E *Lilio* ad Cathedram vocari convenit.
Æquè, ac ſuo florem reponi in hortulo.

Cum civili bello arderet Belgica & Lovanium in cladis communionem veniſſet; Falco alis, Porcus fœtu, virtute Caſtrum privatum deliteſ-

delitéſceret, *Lilium* odoris ſui tenax exules Muſas ſuo recreavit hoſpitio. Planè ut acci-diſſe putem, quod ſolet vulneratis; qui licet manus pedeſque trunci, dummodo cor læſio-nis expers perſeveret, periti curatoris operâ frequenter reviviſcunt. Ita Lilium in medi-tullio Univerſitatis noſtræ plantatum ſi appa-rere, certè vivere numquam deſiit. Sed pulsâ bellorum hieme grati ad auras favonii è ſemine & calycibus aſſurgens odorem ſpirat cujus par-ticipes eſſe gaudent nobiliores Belgarum Ec-cleſiæ.

Age verò Flos illibate, non Veneri ſed Mi-nervæ ſacer, ingere te vulgi naribus. Abunde eſt ad famam, abunde ad gloriam. Tu modò dum coleris à viris doctrinâ præſtantibus, altiùs altiùſque erigere, idque aſpirante Magno Deo.

Anno 1430. vulgo Porci. Ex Dorlandi chronico Carthuſienſi. Ex l. 7. actorum noſtræ Facultatis folio 23.

Alterum Gymnaſium ab Henrico de Loe viro doctrinâ & ſanctitate claro primò rectum nomen ex eo habet, quòd Joannes Widoe do-mum ſuam in platea Præpoſiti ex oppoſito Sil-veſtris Porci ſitam ad uſus Scholarum relique-rit.

Anno 1516.

Quæ tamen interjecto tempore tranſlatæ ſunt in domum Bergenſem ubi hodièque vi-ſuntur. Ex hujus Collegii Profeſſoribus Pon-tifex, & Cardinalis, & Archiepiſcopus, & E-piſcopi plures prodierunt. Aliquibus eorum quæ olim inſcripſi Epigrammata adjiciam.

HADRIANUS SEXTUS. P. M.

Trajecti decus Heſperiam recturus utramque,
Progrederis Grudiûm, Magne Hadriane, memor.
Fortunatum adeò Porcū vocat orbis, ob unum,
Qui datus eſt tanto duxque paterque gregi.

MATHIAS HOVIUS
Archiepiſcopus Mechlinienſis.

Non reor Heſperidum nemus Alcinoiq;roſeta,
Sceptrigerave Cyri culta Mydæque manu,
Sed Chriſto naſcentem hortū te Præſule cultū
Credibile eſt nomen conſtituiſſe tibi.

FRANCISCUS SONNIUS
Antverpienſis.

Si quis fortè roget, fuerit quis Sonnius? unum
Dicam: hoc Antverpiæ, ſol quod in urbe fuit.

GUILIELMUS LINDANUS
Ruræmundenſis.

Doctrinæ Virtus, pietas Virtutis alumna,
Omnes Lindanum finxerat ad numeros.
Tali opus eſt, clamant factis & voce Sycambri,
Qui ſcriptis, vitâ, & voce præeſſe queat.

Omen ſcilicet ineſt nomini, obſervatum-que ſemper numero hoc Collegium alia ſuperare, ubi ſubindè unius dictata Magiſtri excerpentes etiam his exulceratiſſimis tem-poribus videre eſt paulò minores ducentis, ab unius Doctoris ore pendentes. Et neſcio, an ullum toto Belgio ſit Canonicorum Col-legium, cui non fœtus ſuos Porcus impertie-rit; an ulla ex vicinis urbs, cui non ex ſuis alumnis aliquos in Senatorium ordinem coop-tandos ſubminiſtraverit.

Eſt nimirum, quod Galenus dixit, in carnium genere nulla humano uſui & eſui ſuillâ conve-nientior, nulla utilior; ut quæ ſecundùm Pli-nium 50. diverſiſſimis menſam & palatum re-plere poteſt condimentis.

Nec minore copiâ nec commodo Gymna-ſium hoc quaquaverſum ſe effundit & diffundit.

Nec timendum, ut vox vetus ſonat, de plu-via, cum ſus pepererit. Macti itaque animo, quicumque glandes Porco excutitis, in uno animali tot provincias ſaginantes. Vivent labo-rum veſtrorum fructus quamdiu litteræ: noſ-centur quamdiu homines, laudabuntur quam-diu boni.

Tertium quod Caſtro veteri proximum eſt Gymnaſium, Godefridus Gompels primus re-xit & regendum poſt ſe poſſidendumque aliis reliquit. Ex cujus gremio, id eſt, ex juve-num curatoribus ad gregis Dominici curam & inſulas vocati noſtrâ memoriâ ſex. Eorum tribus verbis in abitum luſi hæc olim.

Vulgo Castri. Anno 1457. Ex teſtamento e-jus dato 10. Octob Ind. 5. per Gym-naſiarcham mihi communicato.

CORNELIUS JANSENIUS
Gandenſis Epiſcopus.

Flandria tolle caput, tuus eſt Janſenius, ille
Qui Caſtri quondam fortis alumnus erat.
Spondeo murus erat, ne Caſtri nomen inane
Reris, dico iterum, murus erit fidei.

MATHIAS LAMBRECHTS
Brugenſis.

Quid triſtes Brugę niſi frigora cruda querūtur;
Mathias venit. Eſt prope Veris honos.

CUNERUS PETRI
Levardienſis.

Serò Phryges ſapiūt, Friſii citò, quando Cunerū
E Caſtro ad ſolium Pontificale vocant.

PETRUS SIMONIS
Yprenſis.

Præſidium educit veteranis nobile Princeps,
Si quando dubium patria ſentit onus.
Et Petrum Ypra recens orbata Antiſtite Caſtro
Evocat; ô dignum vel Jove conſilium.

GISBERTUS MASIUS
Sylvæducenſis.

Ut ſolo populus ſylveſcat nomine, Præſul
Inauguratur Maſius.
Ut maneat Ducis atque Dei, ſatagitque paratq;
Inauguratus Maſius.

In confinio Tartariæ caſtrum eſt (carcer, niſi mos regionis obſtaret, veriùs) ſeptuplici vallatum muro, excubantibus intra uniuſcujuſ-que ſepta indies aliquot hominū millibus. Hæc

Regis

Regis potentiſſimi domus eſt, unde pedem efferri vetitum. Si ludere libet, ego audacter illud noſtro Lovanienſi aut diſtinctiùs Academico contulerim.

Ubi circumſtant Principes Philoſophiæ limen ſeptem à liberis nomen habentes ſcientiæ, excubat intra uniuſcujuſque ſepta juventutis Belgicæ flos. Ipſa Regina ſuo quaſi contenta palatio ſpacia facit per Doctorum auditoria, format tyrones, bene meritis honores decernit. Probatos in diverſas Imperii latè patentis ablegat Provincias. Ex eo genere vos Inclyti viri hinc ad diverſos honores profecti, & veteranorum adinſtar in colonias miſſi: licet ad ſanctiores curas aſſumpti; ſcitote, æquum eſſe in urbe caſtri meminiſſe; jucundum, trita olim arma contemplari; honeſtum, in pace de bello cogitare, quod Philoſophiæ cum inſcitia & ignavia perpetuum eſt.

Opibus opus eſt ad ſtipendia, auxiliis ad gloriam, aurâ ad prælium. Hanc bonus Deus & fertile Doctorum ſeculum abundè ſubminiſtrat. Illa mæcenates ex lectiſſimis ſui tractus ſubmittunt. Iſtas etiam; niſi quod temporum iniquitas imparem faciat Patronorum munificentiis. Deum oro, melius ævum orbi det, Belgio pacatius.

Vulgo FALCONIS. *Molanus l. 4. rerum Lovanienſium.*

Quartum reſtat Pædagogium, quo Auctore cœperit hactenus non legi, & antea nomen *Cacabi* habuiſſe & ſitum loco qui hodièque veteris Falconis nomen ſervat.

Inde temporis lapſu ruinam minitans, cùm nemo ſub onere ſuo vellet ſuſcipere,

Ab anno 1543. Ex libro actorum 7. fol. 184, & ſequent.

Facultas, ne Philoſophiæ quadriga hâc quartâ rotâ deſtitueretur, magnis impenſis ad ſe traxit.

Profeſſores ad Epiſcopatus apicem pronuper vocati 4. Archipræſul unus, de quibus hæc in adoleſcentia mea fuſa carmina ſubjungo.

PETRUS LOMBARDUS
Archiepiſcopus Armacanus Primas Hyberniæ.

Ergo ultra toto diviſos orbe Britannos
 Lombardo locus eſt & tibi Falco decus?
Nec timet hybernis loca fœta Aquilonibus inquam
 Fæda? (pudendũ etenim ſchiſma tyrãnis alit)
Patria cura metum, pietas vincire tyrannam,
 Vincere debebam dicere, ſola poteſt.
Si titubo, facit illud hyems ſi fortean erro
 Caligans viſo ſole, quid inde novi?

MARTINUS RITHOVIUS
Yprenſis.

Rithovii manibus contentus Falco volavit,
 Rithoviique pedo Illuſtrior Ypra valet.
Grata ergo junctis celebret Brabantia Flandris
 Rithovii manes, Rithoviique manus.

ÆGIDIUS DE MONTE
Daventrienſis.

Urbs Daventria qualis eſt, eratque
 Cum *de Monte* ſacris præeſſet, almum
 Cum de monte Dei pluiſſet imbrem
 Doctrinæ, pietatis, & quietis.
 At nunc Præſule mortuo triumphans
 Cum de monte Dei ciet furorem
 Hæreſis rabieſque pravitaſque
Urbs Daventria qualis eſt, eratque.

NICOLAUS A CASTRO
Middelburgenſis.

A *Caſtro* ad Brugium properat, Præſulque Zelandiæ eſt,
 Per terram æquè ac per mare Falco volat.

Per hos Belgarum tumultus deſierat Falco volare, imo eſſe, donec paucorum inprimiſque Joannis Vendevilii poſteà Epiſcopi Tornacenſis Viri clariſſimi operâ vitam & decus recuperavit, nulli aliorum inferior ſive ædificium, ſive diſciplinam, ſive ſtudioſorum copiam æſtimes.

Gymnaſiarcham, dum hac ſcribo, habet S. Th. laureâ donatum & pro tempore Academiæ Rectorem. Sub quo majoribus aucte incrementis generoſe ales, i pede libero quò fama & quovis ſcientiarum genere inſtructa juventus auſpiciis tuis imbuta vocat. Tibi & ego fructus tui pars quantulacumque lauream Doctoralem & ſupremam Philoſophiæ meæ impoſitam manum acceptam fero. Et ut ſolent gratiores accidere fructus arboris quam plantavimus, ita & tibi flores ingenii mei quod formaſti.

Ex his 4. velut areis anniverſariam Facultas inſtituens meſſem, ſuperioribus Facultatibus tranſcribit juventutis ſuæ florem, gloriæ materiam & utilitatis, ideoque rarenter annus effluit, quin (mirum temporibus ita iniquis) ultra centenos & tricenos ſiſtat Artium & Philoſophiæ lauro inſigniendos.

Hæc ſunt 4. univerſi noſtri quaſi elementa & ſtudio inter ſe & amplitudine certantia, mente tamen eâdem Eccleſiam & Rempublicam juvandi, Lovanium ornandi.

Hoc tetrachordon Appollinis, hęc lyra Mercurialis. Cujus fides 7. Univerſitatis noſtræ pectori velut jugo obtenſas & feliciſſimorum ingeniorum pectine pulſatas, ô quoties audivimus ſonum edere, quem totus inaudiat orbis! Poſſem exemplis docere nullum Eccleſiaſticæ dignitatis ordinem eſſe, nec gradum, ad quem non aliquot in Philoſophiæ ludo exercitati, imo exercentes adſcenderint à proximis annis quinquaginta. Sed brevitatem profeſſus ſuperſedebo, & ad alia gradum faciam.

Stadium Philoſophicum quod aſpirantem ad honores decurrere oportet, biennii eſt. Logicæ annus, Naturali Scientiæ menſes 6. Metaphyſicæ trimeſtre, & repetitionibus tantundem impenditur. Studium quotidianum ordinarium in ſcholis eſt horarum ferè quinque, quibus partim dictata excerpunt è Doctoris ore, partim examinantur.

Exer-

Exercitia ſingulis claſſibus propria ſunt, quotidianæ toto biennio diſputationes, in quibus terni, quaternive ſeparatim certo quæſtionum numero ſe invicem petunt. Errata notantur & finitâ hebdomadâ vel triduo plurium reus ad inferiorem, minimorum ad ſuperiorem ordinem dimittitur.

Logicis & Phyſicis unius Pædagogii communes ſunt diſputationes per totos ſex menſes bis per hebdomadem, & 2. horis, duobus Logico uno Phyſico uno, certas poſitiones contra quoſvis oppugnare volentes defendentibus, Præſide Magiſtrorum aliquo. Diſputationes 4. Pædagogiis communes ſunt in quadrageſima quidem convenientibus ad Scholam Facultatis Artium omnibus cum Magiſtro ſuo Phyſices auditoribus, & pro gloria cujuſque inter ſe (altero alteri materiam certaminis præſcribente) diſputantibus. Et ſub idem tempus per trimeſtre ferè diebus Dominicis eòdem iidem conveniunt, duo præfixis theſibus, per horas 2. defendunt, & quidem primò à *Priore Baccalaureorum* (ſic vocant & eligunt in ſingulis Pædagogiis unum è doctioribus) argumentis petuntur, tum ab aliis. Aſſident Doctores, & ſicuti neceſſe, formant, juvant, corrigunt. Actus publici Facultatis ſunt in Logica *Determinantiæ*, ubi in celebri totius Univerſitatis conſeſſu ſinguli de quæſtione Ethica ſibi per Præſidem Actus (is eſt ex Profeſſoribus unus) propoſita ſententiam dicunt. In Phyſica poſt trimeſtre ſtudium examinati *Baccalaurei* denuntiantur. Ita tamen ut *forma Baccalaureatus* in publico loco non detur niſi abſoluto Metaphyſices curſu & ubi in Logica & Phyſica itemque Ethicis publicè reſponderint. Kalendis Octob. abſolutâ *repetitione* cum ſolemni ſacro manumittuntur à Magiſtro Licentiæ candidati, & tota eorum cohors in tres claſſes dividitur: doctioribus duodecim (offeruntur è quolibet Gymnaſio tres) primus ordo datur; qui proximi ſunt, pari numero ſecundum obtinent; reliqui omnes ſimul, ordine pro eruditionis qualitate aſſignato, in tertiis cenſentur. Primi horis ferè 3. ſecundi 2. tertii dimidiâ *tentantur*, & ferè totidem *examinantur*. Tentamen prius eſt & eo periculum fit digninè ſint examine.

Illi juniores, huic ſeniores in ordine docendi 4. Pædagogiorum Magiſtri præſunt: pro utriſque forma eadem, & ſinguli pro libitu ſuo ex libris de anima ſententiam unam ſibi deligunt, in qua primò examinantur, tum è ſingulis Ariſtotelicæ Philoſophiæ libris Profeſſores excepto proprio omnes ex ordine unam proponunt & diſcutiunt quæſtionem. Omnia reſponſa à ſingulis in chartam conjiciuntur & domi juxta illa locus cuique ſuus deſignatur. Vota, priùs depoſito ad manus Decani juramento tam Examinatorum quàm Tentatorum, *Regentes* Pædagogiorum conferunt & ingenioſo artificio reducunt, certumque nec ulli controverſiæ obnoxium ordinem omnibus deſignant.

In cujus Pędagogio primus eſt, ibi per triduum noctes dieſque compana pulſatur & ſtudiorum vacatio eſt. Ceremoniæ quæ Academiam hanc inprimis ornant, in *Facultate* ſunt. Nemo docet, niſi togatus & bireto Magiſtrali ornatus. Licentiæ candidati non niſi togati cinctique & ſi ad examen admiſſi ſunt epomide ornati pedem domo efferre poſſunt. Baccalaureandi, Determinantes, Doctorandi, Decanus & Receptor & diſputantes in publicis actibus ſuos proprios ornatus habent.

Licentiæ gradu candidatos omnes donat Cancellarius: Doctores creant Magiſtri ſive Profeſſores. In Pædagogiis tres ſunt in convictu ordines, & prout cujuſque media ferunt pendit. Aſtringuntur omnes ad matutinas ſerotinaſque preces & quotidianum Miſſæ officium. Repetitiones ſuas veſpertinas habent aliaque exercitia, nec niſi monito è rectoribus aliquo pedem efferunt: diebus ſingulis, quid ſtudeant, proficiant, agant, ſpeciatim diſpicitur, planè ut hoc medio vix poſſibile ſit non aſſurgere.

Inter Facultates ſuperiores, Theologia ſe offert prima quidem illa ſi dignitatem, ſed poſtrema ſi ejus in Univerſitate exordiũ ſpectes.

Serius quippe & vix ægrè eam doceri Princeps impetravit ab Eugenio Papa anno 1431.

Bulla data nonis Martii Pontificatus anno 1.

In ea dum hæc ſcribo Doctores re & nomine Eximii in urbe agunt quatuordecim.

Collegia huic ſtudio propria ſunt.

Theologicum quod vocant, à Ludovico de RYCKE fundatum anno 1442. variiſque ſubſidiis diverſorum beneficio augmentatum.

Ex Teſtamento ejus, cujus mihi copia eſt facta per D. Clauum S.Th. Doct. & Prof.

Quod creſcente inhabitantium numero viſum pleriſque fuit in duo partiri, prout etiam nunc diviſum videmus.

Anno 1562.

Hujus Collegii propriæ ſunt diſputationes Sabbathinæ, quas ob majus bonum placuit in publicas ſcholas transferri.

Pontificium ab Hadriano VI. ante Pontificatum Theologis deſtinatum & in Pontificatu confirmatum. Præſidem habet I. Janſonium Amſtelrodamenſem cujus extant commentarii in Cantica, Pſalmos, & de Sacrificio Miſſæ.

Anno 1522.

Ex Codicillo ejus per D. Janſonium mihi communicato.

Habuit Michaëlem Bayum virum neſcias an doctiorem an ſanctiorem, cujus extant varia opuſcula.

Archiducale ſive *Regium* formandis ad animarum curam Sacerdotibus à Philippo Hiſpaniarum Monarcha inſtitutum anno 1579. procurante apud Regem Joanne Vendevilio tum Conſiliario, poſt Nerviorum Epiſcopo. Rectorem habuit claræ memoriæ Epiſcopum Middelburgenſem Joannem Stryen.

Ex Diplom. Regio dato Madr. in Martio, per Doctorem Malderum mihi communicato.

Tria hæc utpote primaria Rectorem habent S. Th. Doctorem, & plus minus ſexaginta ſunt in ſingulis longâ veſte & ſtudium & ſpeciem aliquam religionis præ ſe ferentes ſtudioſi.

Huc etiam referendum quatuor Ordinum Mendicantium Seminarium, illud quidem ab annis circiter viginti cogitatum & per Joannem Crabbium *Virum Doctum induſtrium & pruden-*

Ex litteris ultrò citroque à S. Majeſtate & aliis utriuſque Ordinis, & ipſa commiſſione per Ordines ei facta, quam vidi.

prudentem deque Religione Catholica optimè meritum Ordinis D. Auguſtini Provincialem pro cura ſibi à reliquis tribus Ordinibus demandata Suæ Sanctitati, & Catholicæ Majeſtati commendatum, ſed nec hactenus planè perfectum; niſi quod Sereniſſimus Princeps Religionis tuendæ & propagandæ deſiderio & fructus inde ſecuturi ductus, nunc cœperit intendere. Deum rogo Principi bono optimam hanc mentem firmet, continuet, augeat, quod idem omnibus, quibus religio & virtus cordi.

Anno 1571. Ex litteris contractus datis 28. Novembris per Præſidem mihi oſtenſis.

Proxima ſunt à ſuperioribus Præmonſtratenſe: ſtudioſi iſtius Ordinis curâ 3. Abbatum inchoatum, quibus poſteà 4. alii acceſſerunt.

Ubi juſto numero Canonici in commune viventes vitam monaſticam licet extra Monaſterii ſui ſepta agunt.

Carmeliticum eadem ratione Inſtituti ejus profeſſis deſtinatum.

Anno 1491. Teſtamentum datum in Decembri Indict. 9. per Præſidem mihi exhibitum.

Sicut & Cruciferorum, quod Philippus de Volgaia Nobilis Zelandus Cœnobio Namurcenſi reliquit.

Ejuſdemque generis eſſe, putandum eſt Aulas Abbatiales Villarii, Averbodii, Tongerleti; SS. Bernardi, Trudonis, Bertini &c. non tam Prælatorum hoſpitio, quam juniorum ad ſtudia mittendorum uſui conſecratas.

Ex Monumento ejus ad D. Petri.

Eſt ad extremum Audomarenſibus, Lovanienſibus, Brugenſibus in parte alendis ſubſerviens ab Henrico Houterlé Scholarcha ad D. Petri inchoatum, auctum ab aliis.

Studioſos Theologiæ numeravi aliquando 400. & novi qui numeraverit ante has turbas 1215.

Scriptores & alios Viros illuſtres hìc recenſere poſſem & conſtitueram; ſed quia nec exactè, nec omnes licuit colligere, differam in ſecundas curas. Hoc tantum addam:

Curriculum bravio Theologico deſtinatum ſeptennii eſt. Profeſſores quotidiani tres, iique perpetui, Dominicalis & Feſtivus Catecheſeos unus, Extraordinarii quatuor viciſſim ſinguli per trimeſtre legentes. Exercitia diſputationum publica ſunt hebdomadatim ſeſquihoræ diebus Saturni.

Singulares diſputationes pro duplici Baccalaureatu duæ, pro Licentia quatuor. In omnibus ſex ordine promotionis ſervato unum Candidatum honoris & gradus oppugnant. Examen rigidum per S. Scripturæ & M. ſententiarum libros præmittitur ſemper à Doctoribus. Poſt labores triennales ubi diſputatione & examine præviis ſui ſpecimen dederint, Baccalaurei Biblici renuntiantur, & intra proximum ſeſquiannum ubi idem in libris prioribus ſententiarum præſtiterint, & commentario ſcripto, diſſertatiunculâque in utramque partem publicâ ſe probaverint, Baccalaurei Sententiarum appellantur. Inde uſque in ſeptimum annum ſe comparant ad concinnandum in totos Sententiarum libros perfectum commentarium, & quaternas diſputationes, quatuor Senioribus Facultatis Th. Magiſtris Præſidibus, oppugnantibus quibuſcumque. Quem Priorem Baccalaureorum vocamus, omni publicâ diſputatione in oppugnando primas obtinet, & à Decano Facultatis pro tempore eligitur è doctiſſimis quiſpiam. Hæc publica ſunt, à quibus abeſſe ſtudioſis nefas. Collegialia ſunt Dominicales diſputationes in controverſiis fidei, in Pontificio Collegio; hebdomariæ in D. Thoma in Seminario, & ibidem quotidianæ repetitiones auditorum proximis diebus, itemque caſuum conſcientiæ &c.

Exercitia concionum ibidem & in Theologico, Leodicenſique Collegiis. Veſtis Theologorum talaris eſt cùm bireto Magiſtrali (nec enim, exceptis Religioſis, ullum in Artibus non promotum ad gradus admittunt) ſine quo nefas aliquid publicum agi. Diſputaturi non niſi veſte propriâ, cappâque ad margines pellibus munitâ ſe oſtendunt. Inque his omnibus ita curioſi ſunt, ut neſciam an unquam diſſimulatum ſit, quod maximè ornat Academiam.

Succedunt Theologicæ, Facultates ſacrorum Canonum & ſacrarum Legum, Decanos quidem in Concilio ſuos, ſed Priorem alioquin unicum tantùm habentes.

Doctores Juris utriuſque nunc ſunt in Academia decem.

Et ſingulis annis (mirum temporibus ita iniquis) licentiæ gradum adipiſcuntur plus minus 50. Et certè ex ſola civitate Montenſi, cujus Collegio præſum, natos vidi æſtate precedenti ſpacio trium hebdomadarum ſeptem, ſpacio quadrimeſtris quindecim.

Collegia huic ſtudio propria ſunt.

Quod Robertus à Lacu Deiparæ apud Ultrajectinos Decanus extruxit, auxerunt alii, Facultas Juris gubernat.

Anno 1485. Teſtamentum datum an. 1484. 25 Auguſti per Doct. Vermy Præſidem exhibitum.

Ubi Baccalaureorum utriuſque Juris eſt congregatio & diſputationes hebdomadariæ, præſidente proprio Decano communibus votis electo: quorum numerum memini non infra ducentos fuiſſe, nunc rarenter eſt centenario minor. Decanum invenio primum Henricum de Ballirlo poſteà Officialem Tornacenſem.

Reſtauratorem Collegii, & primum à reparatione Decanum Guilielmum de Angelis Antwerpienſem. Et obſervo numquam quatuor Decanos ſibi ſuccedere, quin eorum unus ad Doctoratum, Conſilium Principis aut Patriæ, dignitates Palatinas aut civiles evectus ſit.

Anno 1554. Teſtamentum patris an. 1505. 10. Junii, & filii 7. Martii an. 1554. datum, à Doctore Corſelio Juris Civilis Anteceſſore oſtenſum.

Eſt & aliud per Joannem Winkelium Prothonotarium ejuſque filium ſtudio Juris conſecratum.

Utrique Doctor præeſt, numero habitantium ad quadragenarium fere accedente.

In utroque hebdomadariæ Diſputationes Doctore Præſide ſunt & nunquam interruptâ ſerie continuantur, magno Studiorum fructu.

Ex Conſtitutione reditus & Teſtamento dato 25. Auguſti Indict. 2. & Libro Actorum Facultatis.

Eſt & aliud per Anthonium Haveron fundatum anno 1484., per Joannem Carondeletum Panormitanum Archiepiſcopum, utrumque D. Donatiani Brugenſium Præpoſitum, renova-

renovatum auctumque & dotatum anno 1549.

Collegium Sacello, ædificiis, hortis, bibliothecâ inſigniter ornatum, & magno nonnunquam ſtudioſorum numero inſtructum. Ubi ſimiliter Præſide qui Collegii Rector eſt hebdomadarias Diſputationes fieri leges & conſuetudo jubent.

Stadium Juris ſolet eſſe Lovanii quinquennale, nunc pro temporum & ſtudii ratione tempus certum non obſervatur.

Poſt biennii aut ſeſquianni ſtudium, ubi conſtiterit trium ut minus Doctorum auditores fuiſſe, admittuntur ad examen pro gradu Baccalaureatus, & aſſignatur *Lex* cum *Capitulo* quam impugnantibus Doctoribus tueantur. Quo facto, ſi digni honore cenſeantur, in publicis ſcholis idem præſtantes titulo ornantur. Et tum nomen dare ſolent Baccalaureorum Collegio.

Ad licentiam qui aſperat, ubi ſemel quidem publico loco *diſputaverit*, itemque ſemel *repetierit* aliquam juris materiam contra quoſvis oppugnare volentes, poſtridie examini ſubjicitur, ubi & docet & explicat docturi more, & denique defendit præfixa ex Legum, Decreti, & Decretalium libris. Et ſi placet ſufficitque doctrina, ad Chorum D. Petri à Doctoribus deducitur, & poſt orationem à Cancellario Licentiatus denuntiatur. Quod autem ſolent olim omnes publicè docere poſt adeptum honorem, nunc ferè extra uſum eſt.

Viros hic primæ famæ habuimus *Joannem Wameſium*, cujus Conſilia ſummo cum fructu & applauſu omnium leguntur, creatum an. 1553. *Philippum Zuerinm* nuper vitâ functum, creatum anno 1570.

Evocati Doctores Lovanienſes ad Concilium intimum Principis aut Patriæ, recenti memoriâ Arnoldus de Beca Doctor factus anno 1481. Jacobus de Rheno anno 1493. inſuper Decanus Ziricſææ. Marcus de Steenbergis anno 1498. etiam Bruxellæ Decanus. Franciſcus Cranevelza anno 1509. Hermes de Winghe anno 1530. Luduvicus de Pari anno 1447. Chriſtophorus Gendt anno 1550. Joachimus Hopperus anno 1553. Joannes Vendevilius anno 1553. pòſt Nerviorum Epiſcopus, Petrus Peckius, Joannes Malcot anno 1570. Stephanus Craesbekius, Thomas Soeſius eodem. Præſides autem & Cancellarii ex eiſdem fuerunt G. Bont, Everardus de Middelborch creatus an. 1493. Luduvicus Schoor anno 1526. Joannes Molinæus anno 1559. Petrus vander Aa eodem. Præter alios plures qui non ita occurrerunt. Unum addam & mirum ei qui calamitates Belgii ſeriò æſtimabit; intra 50. proximos annos, quibus Brabantia miſerum in modum afflicta eſt, non multò pauciores 50. Doctoratûs inſignia Lovanii accepiſſe. Et didici ab oculatis teſtibus ante has civiles turbas fuiſſe in Academia ultra ſex ſtudioſorum Juris millia; ita ut ſcholæ legentibus Doctoribus pro dimidio capaces non eſſent.

Quinto loco Medicinæ Facultas eſt.

Cui Collegium proprium ære Petri Bruegelii Medici fundatum 1577.

Ex Teſtamento dato 20. Auguſti Indict. 24. per Præſidem oſtenſo.

Præeſt nunc Thomas Fienus, qui de cauteriis opuſculum edidit.

Poſtremùm in re literaria Collegia ſunt. Illud à Franciſco van Nieulant deſtinatum quidem, ſed onere domus valorem excedente ex legatis Joannis de Vaulx cura Jacobi Baii Doctoris Theologi exoneratum, emptum, auctum, dotatumque. Ubi ad Logicem uſque à primis Grammaticæ rudimentis prælectiones fiunt, cum ingenti fructu. Præeſt nunc Ægidius Bajus S. Th. Doctor & magnus eſt ſtudioſorum numerus.

Anno 1578. Ex Teſtamento dato in Maio. Anno 1592. Litteris ceſſionis proviſorum 21. Aprilis & inſtitutionis 13. Martii anno 1593. factæ per D. Doctorem Baium mihi communicatis.

Trilingue à Jeronimo Buſlidio Præpoſito tum Arienſi lectionibus trium linguarum inſtructum annitente imprimis Eraſmo Roterodamo anno 1517.

Ex fundatione data 23. Junii per Receptorem mihi exhibita.

Ubi Viri Magni Valerius, Langius, Nannius, aliique complures & docuerunt & auditores habuerunt Duces, Principes, Comites tam noſtrates quàm exteros.

Habet bibliothecam inſignem imprimiſque græcam.

Huc inſerenda Hiſtoriarum & latinæ linguæ Profeſſio Principum & Ordinum munificentiâ in Univerſitate fundata; quam æternæ memoriæ Juſtus Lipſius obiit, de quo hoc tantùm dico, alibi aliter & ampliter magis dicturus. Poſt cujus mortem Sereniſſimi Principes me Hiſtoricum ſuum & Provinciarum Belgicarum ſubſtituerunt, denique Ericium Puteanum Virum Eruditum Mediolano evocarunt lectoris officio functurum.

Præter hæc mixti ſtudii varia ſunt Collegia: omnium hæc præcipua.

Atrebatenſe, & *Cameracenſe* per Nicolaum *de la Ruyſtre* ex Præpoſito Sancti Petri Atrebatium Epiſcopum, fundatum anno 1509.

Ex Teſtamento dato an. 1509. per Doctorem Gaudanum Decanum S. Petri Præſidem mihi communicato.

Antverpienſe & *Aloſtanum* ſumptu *Petri vanden Daele* Decani Aloſtenſis, Regiâ Magnificentiâ extructum anno 1569. ubi tunc hoſpitium Principis eſt.

Ex Epitaphio in Sacello domeſtico.

Friſium & *Gandenſe* à Viglio Zwichemio Sancti Bavonis Gandenſium Præpoſito & Conſilii Principum Præſide erectum an. 1569.

Ex vita ejus per ipſummet conſcripta perque Doct. Lyropium Præſidem oſtenſa.

Namurcenſe per *Nicolaum Goblet* Dionantenſem Præpoſitum, affinibus & popularibus ſuis relictum cum aliquali ſubſidio anno 1553.

Ex communicatis per Doct. Witingum Præſidem.

Weſphalium à Joanne Peltz Univerſitatis Notario Rechlinchuſianis ſuis deſtinatum anno 1584.

Vulgo S. Annæ. Ex Teſtamento dato 8. Oct. Indict. 10. per Decanum S. Jacobi Præſidem exhibito.

Campinienſe à Marcelio de Craenedonck ad D. Jocobum Canonico in honorem 5. vulnerum Chriſti dedicatum ad uſus totidem ſtudioſorum anno 1574.

Ex Teſtamento dato 20. Auguſti Indict. 14.

Sabaudicum ab Euſtachio Chappuſio Regum Conſiliario, Cæſarum Legato, Viro inclyto dotatum anno 1551. Aneſſiacenſibus alendis potiſſimùm, & Sabaudis poſteà, cujus Præſes inſignem de Venerabili Euchariſtia Tractatum edidit.

Ex Teſtamento dato 13. Decemb. per Doctorem Jacobum Bayum mihi oſtenſo.

Caſtetenſe

Ex Teſtamento dato 28. Julii & Epitaphio ejus in S. Petro.

Caſtetenſe per Michaëlem Driutium Doctorem Juris Utriuſque, Decanum Sancti Petri ac Leodicenſium Officialem, inſtitutum anno 1559.

Ex Teſtamento quod penes me eſt.

Hannomontanum à Joanne Bieven Juris Utriuſque Doctore relictum anno 1595.

Anno 1579. Ex Teſtamento dato 6. Febr. per Doctorem Clatium mihi communicato.

Bruxellenſe à Gregorio Divæo nuper donatum dotatumque.

Ultrajectinum teſtamento D. Ryneveldii inchoatum, ſed necdum perfectum.

Leodicenſe, quod nunc ingenti impenſâ & fructu extruitur auſpiciis & curâ Principis Bavariæ Electoris Colonienſis, & Antiſtitis Leodini cui vita & felicitas.

Ultimo loco adjiciam Collegium & nomen & initia & Inſtituta debens Joanni Standonck Viro incomparabili. Qui religionis, & litteraturæ melioris bono Seminarium & Pariſiis & Lovanii inſtituit, ubi Inſtituto inter monaſticum & ſeculare medio juvenes ad omnium virtutum & ſcientiarum decora formarentur.

Victus iis in Collegio è piſcibus, amictus chlamydibus cum capucio gryſio: præter Sacrum quotidianum, preces quotidiè horarias exolvunt, olim quidem majores canonicas, nunc B. Virginis minores. Admittitur ad Collegium qui modeſtiâ & eruditione inter concurrentes potior eſt, (concurſus annui tempus affixâ ad valvas ſchædulâ omnibus indicatur.) Admiſſus per trimeſtre & loci & morum & diſciplinæ facit periculum & unà ſui. Si placent omnia, quaſi voto publicè concepto veſte donatur. Illud eſt, Patri domûs (ſic meritò ſuum Rectorem vocant, à quo filiorum inſtar habentur) ſe obedituros, diſciplinam & regulas ſervaturos, rem Collegii ſemper promoturos; & volunt hanc promiſſionem inſtar medii voti obligare. Quoad ſtudia; in iis haud dubiè maximo cum fructu verſantur. Utpote ſemper cùm à ludo redierint, in oculis Magiſtrorum agentes, quotidiana & hebdomadaria exercitia, diſputationes, examina habentes, & de ſingulis perperam actis ſingulis feriis ſextis rationem reddentes.

Hæc deſumpſi ex Bulla Papali & diplom. Georgii de

Hanc vivendi ſtudendique regulam Pontifex, Cardinales, Epiſcopi non probarunt tantùm, ſed & maximis ornarunt privilegiis.

Ambaſia Cardinalis S. Sixti dato An. 1502. quorum copia mihi per Patrem facta.

Conceſſum in domibus templa & oratoria ſtruere. Sacerdotibus domeſticis, ubi à Patre idonei judicati fuerint, & confeſſiones excipere, & caſus Diœceſano reſervatos abſolvere permiſſum.

Pater cuivis Antiſtiti Catholico ſine dimiſſoriis & Beneficio præſentat ſuos alumnos ad ſacros ordines.

Idem aut pro eo conſervator ſicut inutiles Collegio pellere, ita ſine licentia exeuntes per cenſuras Eccleſiaſticas revocare poſſunt, appellatione quâvis poſtpoſitâ.

Domum in Sedis Apoſtolicæ protectionem accepit Alexander ejuſque ſucceſſu Pontifices.

Ex qua quanti fructus ad Eccleſiam & rempublicam redierint ipſe teſtatur. *Intra paucos nimirum annos pluſquam trecentos ad reformatas religiones tranſiiſſe, alioſque maximo numero ad regendas publicas ſcholas & alia S. Eccleſiæ munera obeunda directos.* Atque hoc in exordio hujus inſtitutionis, & vivo adhuc fundatore. Quid ergo poſteà latè propagatis hujus Inſtituti Collegiis? Quivis æſtimet. Ego ſcio quos noſtra Lovanienſis domus viros produxerit.

In uno concludam. Vulgò & verè dictum, hanc Standonicam domum Minoritarum & Carthuſianorum eſſe Seminarium; addo ego Paſtorum & Theologorum. Sola Antverpia non ita pridem habuit è Standonicis, quos ſcio, Paſtores octo, Duacum Doctores & Profeſſores Theologiæ quatuor, Lovanium plures. Et neſcio an unquam Collegium Porcenſe fuerit ſine aliquot è domo Standonica primæ notæ Profeſſoribus, unquam promotio in Artibus ſine aliquot inter primos Standonicis.

Ut in hoc ita in præcipuis Academiæ Collegiis Sacella ſunt domeſtica, ubi quotidiè res divina peragitur, & pluribus locis veſperæ cum Miſſa diebus Feſtivis ſolemniter decantantur, ferè muſicè.

Ita planè ut in hac Academia non eruditio tantùm & boni mores, ſed vel maximè pietas imbibatur.

SUBURBANUM LOVANIENSE.

IN Urbis Lovanienſis Suburbano, hoc eſt intra primum ab Urbe lapidem pro ratione 7. portarum, totidem viſuntur cœnobia.

Porta Dieſtenſi.

Inter quæ & antiquitatis & ordinis & meriti jure primum Vlierbacenſe.

Verba ſunt litterarum fundationis datarum an 1125. Lovaniæ, Indictione 3. quæ mihi communicatæ ſunt per R. locl Abbatem Libertum Scallonium.

Godefridus quippe Dux conſiderans mundi gloriam inſtar fluminis raptim præterfluere, & omnes amatores ſuos ſubitò vacuos relinquere, utile fore perſpiciens ſi de divitiis Divinâ ſibi largitate conceſſis aliqua ſervis Dei vivens impertiretur quæ moriens integra inveniret, locum Fliderbeka dictum ab omni tam ſua quam Eccleſiæ Lovanienſis juriſdictione liberum Abbati Affligimienſi obtulit in Monaſterii Benedictini formam coaptandum; cui Advocatus ſit in perpetuum idem qui Lovaniæ Comes.

Ex litteris ejus datis anno 1158. Indictione 6. quarum copiam idem Abbas mihi fecit.

Cæterùm Godeſcalcus Abbas Affligimienſis promovendis noviMonaſterii rebus altarium & oblationum aliquot fructus indulſit, Præpoſitumque & Religioſos ex ſuis in novam tranſcripſit Coloniam anno 1158.

Ex litteris ejus datis anno 1173. ubi plures aliæ exprimuntur conditiones.

Cujus Succeſſor Arnulphus ad preces Ducis & aliorum Vlierbacenſibus Abbatem permiſit eligendum, tamen ſolùm ex profeſſis Affligimienſibus.

Ex Bulla data 7. Maii per Victorem Papam ad Abbatem Affligimienſem, & Alexandri data ad Lateranum 3. nonas Januarii Pontificatus an. 3. ad Abbam Parcenſem inquiſitorem negotii futurum. & alia ejuſdem ad Vlierbacenſes.

Cum autem bona Cœnobii, neſcio quo malo imminui obſervarentur, Alexandri IV. Pontificis juſſu abſoluti Vliderbacenſes ab omni, quo Affligimienſibus obligabantur, ſubjectione, conceſſumque Abbatem ex ſuis juxta præſcriptum regulæ & morem alibi ſervatum eligere an. 1259.

Templum Vlierbacenſe auctum & potior Conventûs pars extructa ſub an. 1170.

Ex Regiſtro veteri.

Domus Abbatialis perfecta poſt an. 1260. Templum à parte auſtrali informatum anno 1472.

Patet ex litteris contractus cum Trudonopolitanis de quibus poſtea.

Utraque ſub initia turbarum in Belgio ab hæreticis ferro & igne propemodum in cineres redacta anno 1532. in Septemb.

Ex Annali præfixo Bibliis Cœnobii ſcriptis an. 1206.

Cûm anteà domus refugii Vlierbacenſium Lovanii fortuito igne, cum omnibus Cœnobii monumentis & litteris abſumpta eſſet anno 1532. in Septemb.

Ex litteris contractus & permutationis domus Trudonopolitanæ cum Vlierbacenſi, quarum mihi copiam fecit D. Prælatus.

Poſt vaſtatum ergo Cœnobium Religioſi aliquamdiu in Trudonopolitano, quod emerant, hoſpitio, egerunt.

Donec, authoritate Apoſtolicâ Bogardorum Cœnobium (Ordinem Benedicti aſſumentibus qui inibi ſupererant Religioſis) eis conceſſum eſt anno 1590.

ENCOMIUM
Abbatiæ Vlierbacenſis.

QUà pietas pateſecit iter, queruli ſingultus
Ite, & tu in lachrymas ingenioſe dolor.
Ad hunc animo, ad illas oculis eſſe convenit dolentibus ei, qui Vlierbacenſis Abbatiæ rudera, & triſtes ſacri Collegii ruinas veniet contemplaturus. Illa, illa Palatii olim, nunc Univerſitatis Suburbana voluptas, Principum quondam, denique Muſarum delitiæ, Affligimienſis Abbatiæ primogenita, Benedicti Ordinis hoc in diſtrictu prima Colonia
Immeritas ſenſit Martis mortiſque ſecures.

Templum iſtud quod ſepulturæ locum Weſemalii Barones duo, Roterelarii 4. Toparchæ ex vicinis Lovanio complures magna ambitione optaverunt, ubi quina olim fumabant altaria, Sanctorum non contemnendæ coruſcabant reliquiæ, à Ducibus dotatum, ornatum, frequentatum, nunc rudis eſt & indigeſta moles. Cœnobium ubi illuſtri loco nati (non dubito) plures, denique viri doctrinâ & ſanctitate ſuſpiciendi aſſiduas Deo laudes pangere ſolent, nunc ſeges eſt. Et quid aliud in eo quam Troiam aut Troia oriundam Romam poſt Gallorum rabiem liceat repræſentare, ſi fas eſſet conferre virgulta cupreſſis, ſacra profanis miſcere.

Libet interim ruinas aſpicere, & (ſi quid fatalis ille regnorum urbiumque carnifex Mars & Vulcanus nobis reliquum fecerunt) ipſas vetuſtatis cicatrices eruere. Erit fortè quod recreabit, erit quod placebit. Ex Abbatum numero primus & ordine & merito *Everhardus*, regularis diſciplinæ tenax obſervator, nec minùs rerum quæ ſeculum tangunt providus. *Wigerus* alter ab hoc veſtigiis deceſſoris ſui inſiſtens. *Theodoricus* ſucceſſit, Cardinalis & Legati Papalis manu in Cathedrali Leodicenſi initiatus anno 1188. cum inſuper Chriſtiani Principes ſacræ militiæ nomen darent, mortuus 3. nonas Aprilis anno 1235. Cujus Succeſſores *Godeſcalcus*, obiit ſecundo nonas Maii... *Arnoldus*, obiit anno 1276. Reliquos injuria temporum invidit; etſi nomina in Martyrologio & ſchædis veteribus repererim, tamen quia nunc ordinem nec tempus vitæ ſcio, ſuperfluum putavi eis paginam replere. Vigeſimus in ordine fuit vir undequaque magnus & Principibus acceptus *Rodulphus Cæſaris* fato functus anno 1424. Abbatem poſt ſe habuit *Robertum à Marthem* claro loco natum morte præventum pridiè Kalend. Aprilis anno 1456. Poſt quem *Leonardus Griboval* Decretorum Doctor vigore mandati Apoſtolici benedicitur. Cui anno 1484. è vivis ſublato *Joannes de Langrode* ſuffectus, cujus ævo per S. Jacobi Leodicenſium Abbam & Sanctæ Sedis Commiſſarium invecta eſt Burſfeldienſis in hunc locum reformatio. Is in vivis numerari deſiit anno 1519. & ſurrogatus *Joannes Panhuys* qui primus inſulas à Romano

Quo anno, ſubticetur.

Vide Seriem Abbatum in Brabantia Sanderi.

mano Pontifice impetravit, viam univerſæ carnis ingreſſus anno 1543. Et deinde *Joannes Marotelle* vir ſive genus, ſive doctrinam, ſive prudentiam ſpectes, eximius, ad alteram vitam vocatus anno 1567. 10. Kal. Maii.

Quo ſurrogatus *Joannes Houtaert* anno 1571. animam efflans, ne afflictionem domûs ſuæ videre cogeretur. *Petrus* enim *Coels* vix inauguratus videre debuit ſanctum Dei impuris atheorum manibus profanatum, everſum religionis conciliabulum, integritatis aſylum. Nec hoc ſatis; ipſe vinculis mancipatus parum abſuit, quin inter luporum manus animam efflare debuerit, Cœnobium interim poſt ſe relinquens multis obnoxium calamitatibus. Quod anno 1586. *Liberto Scalonio* ab Hulsberch claris orto natalibus, & Prioris munere diu apud Trudonopolim functo committitur, cujus induſtriâ aliquantulum reſpirat temporum iniquitate oppreſſum Cœnobium.

Huffel.

Haud procul ab hoc Cœnobio *Huſſla* eſt Patritiæ Lovanienſis peculium & nomen, unde primum in Senatu invenio Ægidium anno 1354. & celebrem Joannem octies Conſulem.

Porta Bruxellenſi.

Eſt inſuper in Suburbano, ſub ditione Baronatus Heverlenſis Virginale Collegium; eſt regulâ utens propriâ, ut alibi dicam, ad Auguſtinianam tamen accedente, & ſubjectum Ciſtercienſi Abbæ in Villario. Fundator hujus Henricus primus, promotor Dominus Heverleæ & alii, finis leprâ infectos judicare, judicatos (ſiquidem Cives Lovanii, aut Heverleenſes ſint) recipere & alere. Numerus olim incertus, denique à Duce definitus anno 1422. novenarius. Cœnobium pronuper exuſtum ſenſim reparatur. Antè illud Icon eſt & ara, ad quam inaugurandus Brabantiæ Dux primum ſolet juramentum edere & precibus nuncupatis dono aliquo honeſtare.

Anno 1517.

Porta Hovenſi.

Haud procul hinc Cœnobium Cæleſtinorum eſt de quo in Heverlea dixi.

ENCOMIUM

Prioratus B. Mariæ in Bethleem in Suburbano Lovanienſi, quà Mechliniam iter eſt, & unà reformationis Canonicorum Regularium ultimæ.

Porta Mechlinienſi, eſt ditione Herentenſi.

Ludus ad nomen Parochiæ ſive Capellæ ſub qua & in qua cœnobium fundatum dictæ Oſterheym, id eſt Orientis domus.

TRanſeamus uſque in Bethleem & videamus quod factum eſt. Deus ab Auſtro veniet & in Oriente firmabit ſedem ſuam. Labis & ſordium expertes cum Angelis: potentes doctrinâ, opibus, honore cum Regibus: plebei & reliqua turba cum Paſtoribus adeſte viſuri Mariam in continentiæ, Joſephum in paupertatis, Jeſum in obedientiæ regularis voto triplici tres oblectatos, adumbratos, & ad vivum expreſſos.

Erat regiæ & metropoli Judæorum Bethleem orientalis contigua, noſtra occidentalis regiæ & metropoli Brabantorum.

Locus ſive capella 4. antea à Scholaſtico S. Bartholomæi Leodienſium dependerat.

Illa regiæ, hæc Apoſtolicæ tribus peculium. Illa Judaicæ, hæc Auguſtinianæ decus familiæ. Illa legalis, hæc Regularis æmula obſervantiæ. In illa tugurio concluſus in urbe locum non reperiens Chriſtus, in hac Chriſtiani in orbe requiem animabus ſuis non invenientes, novo auſteritatis genere *perpetuæ incluſionis profeſſi regulam*, ultimam Auguſtiniano Ordini perfectionis notam adjecerunt. In illa linteolo panniſque involutus Jehova vagitu ſuo velut claſſico ſalutis noſtræ glorioſum cum inferno duellum auſpicatur, in hac & pelle & lineis amicti fratres pſalmodiis velut buccina poteſtatum infernarum & mundi Principem ad generoſum inceſſanter provocant certamen. Nequaquam ergo ut illa ita & hæc minima dicenda inter Eremos Brabantiæ, ex qua quinquaginta & amplius Cœnobia toto Belgio, recluſionis ſuæ exemplum, normam, exordium acceperunt. Qua autem id ratione, & à quo & quando factum, accipite. Annus agebatur à redempto orbe ſupra milleſimum treceteſimum nonageſimus tertius, cum Paſtoralis curæ onus in Oſterheym commiſſum Godefrido de Curia (quem Canonicum Nivellenſe & Sylvæducenſe Decanum & Cantorem Lovanienſe Collegium habuiſſe glorietur) S. Th. Baccalaureatum Pariſiis adepto. Et id temporis in Oſterheym Recluſa (utar vulgari nomenclatura) tertiam Franciſci Regulam profeſſa. Poſt cujus obitum Catharina *Borsbekia* Antverpiana in locum ſurrogari obtinuit; & amplius humanæ, fæmineæ, ſuæ conſcia imbecillitatis, planè pleneque optans mundo nuntium remittere, in cellulam numquam egreſſura concluditur. Quin imò frequens Godefrido hortatrix erat, ſimilis Inſtituti ut Cœnobium extrueret.

Veſtis illa Eremitarum olim, nunc Regularium

Ex chronico Bethlemitarum p. 2. articulo 1.

Anno 1412.

Articulo 2.

Articulo 3.

Nomen ei Margareta de Sichenis quæ ob. an. 1394

Joannes Winninghen Dominicanus Doct. S. Th & Profeſſor dialogum, Heymericus Doctor epiſtolam pro incluſione Regularium ſcripſerunt, quos conſule.

Audit ille & rè tantiſper in ſeriam cogitationem admiſsâ proximo anno in natali ſolo cœpit Monaſterium ſtruere & Regulares S. Auguſtini ſub Jacobo de Vrieſem Priore delecto congregare, qui non multò poſt *incluſionem expreſsâ profeſſione* promittentes, authoritatem faciente Petro de Alliaco Cardinale & Leodiorum Antiſtite, exemplum dederunt quod virorum in Belgis collegia, paucis poſt annis 27. fæminarum pænè omnia imitari voluerunt. Adeò ut ex tunc Collegiorum Virginalium ſpecialis cura, viſitatio & reformatio pluſquam viginti trium Cœnobiarchæ Bethleemitico committeretur, onus omnino impar humeris ejus qui ſolitudinem in delitiis habebat.

Obiit illa anno 1406.

Ex litteris Jacobi de Veniy Scholaſtici S. Bartholomæi & Patroni 4. Capellæ de Oſterheym locum & conſenſum dantis.

Anno 1414. 1. Septemb.

Ex diplom. ejus dato anno 1421. 4. Martii cujus exemplar eſt in chronico.

Barlandus in Brabantia ait Cameraci Epiſcopum factum.

Quod non obſcurè advertens Antiſtes Leodienſis authoritate ſua onus viſitationis in diverſa Monaſteria partitus, pauca Bethleemitico reliqua fecit anno 1432. 4. Novembris. Cæterum hoc uno verbo annotandum,

Eas nominaſſem niſi putaſſem ſupervacaneum, cum ſuis ſingula locis dicenda ſint.

Diploma ejus extat ibidem.

Priores hujus domus uſque ad annum 1500. certatim omnes aliquam Cœnobii notabilem partem feciſſe aut perfeciſſe. Invenio Cœnobium hoc aliis Priores ſubminiſtraſſe diverſis temporibus... Sanctitate & revelationibus conſpicuos hìc vixiſſe 3. Ut non immeritò mihi gratuler

Numerus non exprimitur.

gratuler illius me Collegii membrum eſſe cui talis præfuerit, ea me in urbe natum, unde tanta prodierint.

ENCOMIUM
Parcenſis Abbatiæ.

Porta Parcenſi.

IN nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora, Dii cœptis, etenim mutaſtis & iſtas,
Aſpirate meis.

Sic ferè olim Poëta quàm civis felicior: ego nunc ſpecioſam, ſed certam relaturus Metamorphoſin quâ ſubſtitutos feris homines; factum ex ſpelæo ſacrarium; rude caſtrum cœleſtis odeii habitum aſſumpſiſſe; cornibus æra campana; clamoribus hymnos; venatoribus canonicos; ſterilitati ubertatem; voluptati religionem; mundo cœlum ſucceſſiſſe cum fructu liceat contemplari. Adeſte generoſâ ſtirpe & indole, quibus animus eſt

Exercere feras & fallere retibus apros.

In nemus eſt iter, ſed nemus nemini, niſi qui affectat ad Superos iter, parens patenſque: nemus non Dianæ ſed Deiparæ inſcriptum.

Nec vos aurem avertite nec mentem, terræ filii quibuſcum ſylva jam olim aliquid habuit commune: maturate gradum; hæc officina eſt, ubi nullo malleorum ſtrepitu in quiete & ſilentio aptantur lapides cœleſti Hieruſalem coaptandi. Et denique, ô! quibus in libris & litteris eſt animus, advertite, & invenietis

Seceſſus gratos & amata Muſis otia.

Non illos quidem ſuperbæ eruditioni & eruditæ ſuperbiæ, ſed doctæ pietati & pientiſſimæ doctrinæ conſecratos; hæc non Muſis, ſed Myſtis ornata; non Sororibus, ſed ſanctiore titulo Fratribus dicata; non morti ſed vitæ deſtinata & tranſcripta. Juvabit fortaſſe nemoris hujus transformationem ab ovo cognoſcere & ſacri hujus Collegii fundamenta incrementaque examinare. Curabo ſanè & totum velut in tabula depingam.

Verba literarum Ducis datarum anno 1129. Indictione 7.
Ex literis conſenſus per ipſum datis an. 1131. quæ extant c. 1. parte 2. Codicis.
Ex verſu veteri ad ſiniſtram Chori in pariete.

Locum in Auſtrali parte Lovaniæ feris ſylveſtribus deputatum ab antiquo Godefridus Dux I. Gultero Abbati Laudunenſi donavit ad uſum Monaſterii Præmonſtratenſis ibi conſtructi, authoritatem faciente Alexandro Epiſcopo Leodicenſi.

Eccleſiæ pars illa, ubi nunc odeium viſitur, ex ruderibus caſtri veteris ſtructa, & Virgini Matri, Divoque Evangeliſtæ inſcripta eſt anno 1128. Aprilis 22.

Ex veteri inſcriptione unius feneſtræ.

Anteriorem verò Eccleſiæ partem longo poſt tempore Alardus de Fura Abbas ſuperaddidit circa annum 1280.

Ex marmore ſepulchro ejus ſuper impoſito.
Ex Inſignibus & Epigraphe ejus diverſis locis.

Cœnobium paulatim à tenuibus initiis extructum, ab Gerardo Abbate 21. muris cinctum amplioribus ſub an. 1425. Portam mediam cum ædificiis contiguis, itemque loca ad meridiem & occidentem Theodorici 23. Abbæ opera adjunxit anno 1480. aut circiter.

Ex ſuperlimin. & pictura patronum ejus referente.

Quibus in ordine Prælatorum 25. Ambroſius anteriorem cum ſuis ædificiis portam egregio opere præfixit poſt annum 1500.

Ex Inſignibus & oculatorum teſtium relatu.

Aulam porrò Abbatialem refecit ſucceſſor Luduvicus anno 1550. plùs minus.

Totam Abbatiam denique vitio temporum collapſam noſtrâ memoriâ Franciſcus 29. Abbas reſtituit pro magna parte.

Ex Abbatibus primi ferè Lauduno advenerunt 23. Theodoricus inſulas primus obtinuit.

Ex litteris ejus datis anno 1141. regnante Conrado II. quæ extant c. 2. parte 2. Codicis.
Ex Diplomate dato Bononiæ anno 1141. 15. Kalendas Julii.

Series omnium hæc eſt. *Simon* rigandæ novæ in Brabantis plantationi anno 1132. Lauduno miſſus, ab Alexandro itemque Alberone Leodiorum Epiſcopis immunitatem & confirmationem obtinuit, obiitque anno 1142. *Philippus*, cujus & fratrum rogatu Fredericus Romanorum Rex Advocatum ſuo loco declaravit Godefridum Ducem & ejus ſucceſſores. Receſſit Laudunum ſurrogoto *Thoma*, qui ob. anno 1166. Succeſſerunt *Philippus*, *Daniel*, *Sebaſtianus*, de quibus pauca reperio.

Ex Molano & Divæo in rebus Lovanienſium qui cathalogum Abbatum habent.
Ex Epitaphio ejus in ſanctuario.

Denique *Ivanus* claro Bierbacenſium Baronum genere natus, ob. 1226. *Henricus à Bruxella* non inferior nobilitate, pietate & induſtriâ par Lauduno accitus, obiit an. 1242. Denique *Alardus à Fura* magno loco natus & habitus, obiit anno 1289. *Wilhelmus de Libbeke* & ipſe natalium ſplendore & vitæ integritate æquè illuſtris, obiit anno 1306. *Sigerus de Vinkeboſch* pietate dubites an doctrinâ magis celebris, obiit anno 1314. *Guilielmus de Herent* natalium ſplendore & vitâ ſuſpiciendus ſi longiorem Deus vitam non invidiſſet, obiit an. 1316. *Godefridus de Atrode* notæ apud Belgas ſtirpis, obiit anno 1332. *Henricus de Rodingem* Patriciâ & Equeſtri oriundus familiâ obiit anno 1339. *Joannes de Vinkeboſch* ſuperiori affinis & generis & morum germanitate, obiit anno 1342. *Arnoldus de Weſemale* primariâ in Brabantis natus familiâ, obiit anno 1350. *Nicolaus Boſeret* Nivellenſis, obiit anno 1361. *Stephanus* S. Theologiæ Doctor Eximius, vir nulli ſecundus, obiit anno 1368. *Henricus de Overbeke* obiit anno... *Joannes Namurcenſis*, genere, doctrinâ, virtute clarus, obiit anno 1414. *Gerardus de Goetſenhoven*, ſive progenitores, ſive opera, ſive famam ſpectes, clariſſimus, obiit anno 1434. *Walterus de Beringhen* Patriciis natus, qui impetravit ab Eugenio IV. contra quoſvis invaſores Conſervatorem Præpoſitum D. Andreæ Colonienſis aut D. D. Dionyſii Leodienſis aut Petri Lovanienſis Decanos, obiit anno 1494. *Theodericus de Tuldel* Becanus laureâ utrâque nunc inſignitus vir planè magnus & Infulatorum primus, renuntiavit, abiitque an. 1494. *Arnoldus Weyten* non indignus viri tanti ſucceſſor, obiit anno 1515. *Ambroſius Angelis* Eccleſiæ Cœnobiique formator & reformator eximius, obiit anno 1543. *Luduvicus vanden Berghen* Principibus Belgii ob ſingularem prudentiam unicè carus, obiit anno 1558. *Carolus vander Linden* Ordinibus inprimis acceptus,

Ex Martyrologio veteri ad 25. Martii.
Ex marmore in ejus ſepulchro.
Ex rotula defunctorum in Choro. Divæus l. 1. p. 2. Rerum Brabantiæ
Ex geneal. Weſemaliæ Baronum.
Ex Cathalogo Abbatum Præmonſtrat.
Ex Monumento ejus marmoreo.
Ex Bulla data Februariæ anno 1437. 6. Idus Feb. Pontif. anno 7. quæ habetur c. 13. parte 3.
Ex Epitaphio ejus.
Ex Cenotaphio ad latus odeii dextrum.
Ex Chronico Carthuſienſi ad hunc annum.
Ex communi ejus & ſucceſſoris tumulo marmoreo.

Ex Litteris clarorum virorum utriuſque ordinis quorum exemplaria vidi oſtenſa per Mathæum Boſchman Priorem mihi.

Ex Epitaphio & Epicedio ejus.

tus, obiit anno 1576. *Ambroſius Loots* calamitoſa expertus tempora, fidei tamen Deo Principique datæ & debitæ tenax, gregiſque ſibi commiſſi fidelis cuſtos, obiit anno 1583. *Franciſcus Vlierdenus* S. Th. L. maximo Ordinum & Brabantiæ luctu nuper è vivis ſublatus anno 1601. *Joannem Druſium* nactus eſt ſucceſſorem S. T. Licentiatum, cujus beneficio monumentorum & privilegiorum mihi copia facta eſt.

Vidiſtis non vanam nemoris hujus metamorphoſin, ingreſſi Præmonſtratenſis atrium Palatii ſpectatis non

Sed { Fumoſos in imagine vultus,
Famoſas in marmore mitras:

Aut veriùs in memoria viros. Triplici acie in tricipitem humani generis adverſarium proficiſcentes, pietatis, nobilitatis, doctrinæ. In prima conſtituo Abbates ſeptem primos qui ſolida Religionis & arctioris vitæ fundamenta jacientes, non exiguam nobilium copiam permoverunt ad renuntiandum ſeculi pompis. Ex quibus decem ex ordine Prælati ſubſequentes generis claritatem cum vitæ integritate conjungentes in ſui admirationem religioſos, in exemplum Seculares magno numero pertraxerunt. Denique acceſſerunt regularis vitæ deſiderio eruditi complures qui triariorum inſtar agmen claudunt: cujus generis Archimandritæ à præſenti tredecim omnes litteris ſacris in primis probè inſtructi & laureâ ferè inſigniti ad magnas curas Religionis & Reipublicæ aſſumuntur. Hic in Præmonſtratum evocatur Ordini toti præficiendus, ille in regiones longinquas Ordinum Patriæ rogatu ad Regem potentiſſimum mittitur Orator, alter Provinciarum aliquot Circator (ſic Viſitatorem aut Provincialem vocant) inſtituitur, alius ad reformandum collapſæ Religionis ſtatum aſſumitur, alius ad alia.

Stephanus fit 18. Abbas Præmonſtrati.

Carolus 27. ad Hiſpanum R. Legatus.

Franciſcus 29. Brabantiæ & Friſiæ, Joannes 30. Brabantiæ viſitatores.

Idem Franciſcus 4. diverſis locis Monaſteria reformavit.

Adeoque à centum & 50. annis, certiſſimo optimæ diſciplinæ argumento, percurrens Concilii generalis acta obſervabit, annum vix unum abiiſſe, quin Patrum Conſcriptorum auctoritate Abbati Parcenſi aliquod munus Ordinis demandatum ſit, aut Judicis, aut Auditoris, aut Reformatoris Monaſteriorum, Paſtorumque, aut Circatoris. Imo exempla invenio ſeptem Provinciarum (ex quibus regnà 3. Ducatus totâ Europâ ampliſſimi tres erant) onus in unius Parcenſis humeros cum fructu rejectum. Quid? quod S. Norberti Tutelaris in album Divorum ſolemnis relatio *Ambroſio Loots* Parcenſi Ordo acceptum ferre debeat.

Anno 1497.

Talibus capitibus miretur membra reſpondere: ita ut tempore quo hæc ſcribo, in magno Religioſorum numero vix ullus ſit, niſi Licentiâ aut Baccalaureatu Theologiæ inſignitus. Ab hominum memoria, præterquam quod vicini Lovanio utantur, fruantur exercitiis, Lectorem domeſticum habuerunt S. Th. Doctorem imò ſæpè ex Doctoribus primum.

Idem ſcriptis mandavit Servatius de Lairuſis Viſitator qui ſcripſit ad regulam S. Auguſtini.

Libet & opes conſiderare, non illas quas rude vulgus ſuſpicit & admiratur, ſed cæleſtes & duraturas. Indulgentias habent Pontificum duorum, Cardinalium 23. Epiſcoporum 30. authoritate & beneficentiâ conceſſas.

De his Bullæ extant, quas longum eſſet referre.

Privilegia habent Pontificum 12. Epiſcoporum 7. Cæſarum 2. Ducum 6. data, aucta, roborata donationibus. Abbas ab antiquo *Ducis Archicapellanus* & *Confeſſor*, & domeſtici religioſi perpetuo novem aut decem Paſtorali curæ deputati quaquaverſum gregi Dominico paſcendo egregiam & utilem navant operam: duo aut tres aſſiduè in Academia commorantes ſacro ſtudio ſolent conſecrari. Scilicet ut ne locus ſit, ne munus ſit in Eccleſia, in quo & ad quod non feras aut venatores ſuos Parcus mittit aut miſerit.

Bullæ extant Codicis parte 3. Litteræ habentur Codicis parte 2. Diplomata extant Codicis parte 1. Id fatetur & confirmat Joannes Dux in Diplom. dato anno 1416. quod extat c. 18. partis 1. quod confirmat Dux anno 1606. Idque ex Privilegio Joannis Epiſcopi Leod. anno 1233. & Adriani VI. Papæ. Fundatæ ſunt burſæ à Carolo 27. Abbatæ.

Æquali ferè à Parco & Lovanio, qua Dieſtam iter eſt, ſpacio diſtans Virginum Candidi Ordinis Præpoſitura ſub & à Parco pendens tali propagata initio.

Extra portam Thenenſem fundata eſt.

Extra portam Thenenſem fundata eſt.

Razo de Udekem 8. filiabus, inſtinctu & authoritate propriis Præmonſtratenſe Inſtitutum amplexis in Pelleberga Cœnobium ſtruxerat: ſed à Parcenſibus aut prohibitus aut non receptus Ducis Henrici dono locum, juxta Ghempam, cui inſula Ducis nomem, obtinuit, in quem tranſlato Cœnobio auctoque Antiſtes Leodinus ex Parcenſibus Præpoſitum aſſignavit. Templum anno 1260. à Suffraganeo Leodicenſi dedicatum. Hinc advocatæ Virgines Vallem Liliorum fundarunt, & alia virginum Cœnobia.

Divæus in fine vitæ Henrici 1. & Molanus rerum Lovanienſium libro, quamquam alii Reyneium Razonis F. ponunt. Litteræ ejus hac de re datæ ſunt anno 1219.

Utrique autem Cœnobio Parcenſi & Ghempenſi poteſtas à Duce facta venationis, &c.

Hoc autem cùm Præpoſitum habere ſoleat perpetuum, nunc temporarium dumtaxat habet, à nutu Abbatis pendentem.

Non omittendum etiam in ſuburbano Sacellum cum ſuis ſtationibus 7. ad memoriam itineris acerbiſſimi, quod ſarcinâ peccatorum noſtrorum oneratus Servator noſter in Calvariæ locum ſuſcepit, & dolorum Virginis Matris, quod magnâ hominum frequentiâ viſitari ſolet.

Supereſt Ciſtercienſis Virginum Abbatia ſub Weſemalia quam jam jam dabo.

PRÆFECTURÆ

Sub Lovanio sequuntur hæ.

WESEMALIA BARONATUS.

CElebris hujus loci (quem Weſemael & Winſemael nonnumquam video appellari) originationem ſæpiùs inquirens, necdum quod ſolidè placeret reperi. Weſe pupillum, Wiſe ſapientem, Winſel victoriam ſignificat; Mael communis plurium locorum, temporum, rerum eſt terminatio, cùmque Maelen molere ſignificat, & ſciam primum his locis Dominii ſignum fuiſſe jus molendini, adeoque pro ratione molarum diſtinctionem ſubditorum hujus vel illius Dominii olim factam, cogitavi aliquando inde hoc nomen emanaſſe.

Ita Dachmael jugeium, Avont mael cœnam, Gemael uxorem ſonat.

Weſemalia inſigni curiâ olim inſtructa, fuit aliquando Arſcotani Comitatus appendix, & ſorte obvenit uni ex liberis Arnulphi Comitis, qui ſervato paternorum inſignium ſcuto, colore dumtaxat (mos iſte tunc erat) mutato ad poſteros tranſmiſit, cognomen non ab Arſcot, ſed à Toparcha Weſemaliæ retinentes. Datum autem Arnulphi memoriæ, ut primi ferè iſtius ſtirpis, omnes Arnulphi ſive Arnoldi appellatione gaviſi fuerint. Familia autem Arſcotana quando & qualiter defecerit, neſcio, certus interim Arnoldum de Bernaige Equitem & Lovanienſium Ducem Weſemaliæ Toparcham fuiſſe: ſed an ad poſteros in recta linea ſibi ſuccedentes tranſmiſerit, cum omnes nudo Weſemaliæ cognomento utantur, ſcire non potui. Saltem cum maſcula illorum ſtirps deficere incepiſſet, invenio Carolum Caroleſium Ducis noſtri tum filium, poſteà Succeſſorem Weſemaliam ad ſe traxiſſe, & fortè Joanni Croyo Rodii Domino contradidiſſe, à quo emptionis viâ Guido de Brimeur Hembricurtii Toparcha obtinuit, & denique à Guidonis nepote Carolo Jaſpar Schetz emptum ſuæ reliquit poſteritati.

Anno 1260.

Liber vetus curiæ incipit à Joanne Domino Falaſii.

Liber nonus curiæ feudorum fol. 87.

Anno 1471.
Brimæa Stirpe de Megemenſibus de Schetzia in Grobbendonckio.
Anno 1561.

Quoad familiam Weſemaliam, conſtat inter primarias ſemper Ducatûs fuiſſe, primos Duci Godefrido Sacramentum dixiſſe, Tutores impuberis Ducis ſecundò, Duces in præcipuis bellis ſemper, Ducum noſtrorum per matrimonia affines aliquoties nobiliſſimarum ſtirpium conjugiis perpetuò felices, præcipuorum in Brabantia Dominiorum hæredes. Teſtes *Gerardus* qui ductâ Ducis nepte Bergas ad Schaldim ſibi & ſuis poſteris accepit poſſidendum anno 1306. *Gerardus* alter qui Merxemum ſuæ ſtirpi aſſeruit, *Joannes* qui Falaſium anno 1380.

Vide Heuterum l. 6. rerum Burgundicarum de hac ſtirpe.
Vide Henninges fol. 397. parte altera 2. & 3. regni in 4. Monarchia.
Vide Codicem feudalem.

Junctus ſtirpi Brimææ anno 1260. Arnoldus, Beaufremontiæ anno 1350. Joannes, ejuſque filii Arenbergicæ & Dieſtanæ, Raſſegemiæ Gerardus ſub idem tempus, Bouterſemiæ Arnoldus anno 1312. Borſeliæ Gerardus anno 1360. Merodiæ Machtildis, Elizabeth Sevenbergenſi circa eadem tempora.

Ex geneis nominatorum apud Henninges, Lazium, Heuterum,

Militiæ decora ſi petis, accipe Arnoldos tres Grimbergano anno 1144. Stadienſi anno 1234. Curtracenſi anno 1302. claros. Ut taceam Gisbertum bello Flandrico anno 1332. & Arnoldum Woringano, anno 1288. alium cujus nomen non inveni in Grimogattenſi anno 1479.

Palatinos etiam honores intereſt annotari; Et quidem, ſi annalibus fides eſt, à Barbati Ducis ævo Weſemalienſis declaratus eſt Brabantiæ Mariſcallus. Ego licet infinita viderim diplomata tum ab ipſiſmet tum ab aliis ſcripta ubi Weſemaliorum aliquis laudabatur, nullum tamen vidi Mariſcalli nomen uſurpaſſe ante Arnoldum qui circa annum 1260 vixit, quod poſt eum omnes imitatos comperio. Joannes autem Weſemaliæ & Falaſii Toparcha primus, quod ſciam, ſe Erf-Maerschalck, id eſt Mariſcallum hæreditarium appellavit anno 1385. nunc Archimariſcallum vocant.

Divæus & Molanus idem tradunt. Et ſi quis aliqua videre optat, Lintrenſe cœnobium adeat.
Eſt privilegium Lovanii datum anno 1385. ubi ſic ſcribit.
Et feudorum codex ab hoc inter beneficia Mariſcallatum recenſet In diplomate per Dominum Gevartium mihi communicato.

Baro Weſemaliæ ut triplicis juſtitiæ potens, ita Senatum & Tribunal ſuo pro arbitrio format.

Satrapam (Droſſardum noſtri vocant) arci præfuiſſe ante Burgundorum Principatum, ex actis publicis diſco.

Ex regiſtro quodam Parcenſi ubi nominatur Joannes quidam.

Sicut & *Prætorem* olim ſeparatum habuiſſe & diſtrictus Lovanienſis *Capitaneum*.

Cætera lege oppidi utitur, & more aliorum pagorum gubernatur.

In re ſacra dependet Eccleſia ab Abbate Averbodii, qui Paſtorem ibi conſtituit.

Et audio, 7. Capellanorum Collegium hic aliquando fuiſſe & celebrem Beati Jobi memoriam; cujus meritis plura Deum miracula patraſſe, & augendæ fidelium devotioni Pontificem maximas largitum indulgentias vulgo notum eſt.

Ex cathalogo præfecturarum Lovanienſium per Penſionarium mihi communicato.

DE MARISCALLI DIGNITATE NOTATIO.

CIrca Mariſcalli nomen, originem, officium plurimi extremum ingenii ſui occuparunt ut rei veritatem aliquatenus elicerent; ejus Laconicè quantum Brabantiæ intereſt, hæc pauca è multis in chartam conjecimus. Marck veteribus Gallis equum ſignificaſſe, ſicut hodieque Maire Teutonicè equam ſonat, tradit Pauſanias. Schal curam habentem aut etiam Magiſtrum quidam interpretantur: ego Schalck cautum & peritum

Opinio Caſtelli vero Itali,
Sententia Claudii Fauchet Franci

ritum ſcio & nobis & Germanis eſſe.

Origo an à Francis, an à Germanis, incertum: certè non ante Francorum in Galliis dominatum celebre nomen.

Articulo 13. Conventus Valencenenſis inter Lotharium & Carolum Calvum.

Officium elicere licet, dum leges utriuſque nationis examinamus. Gallicas quidem tempore Caroli Calvi ubi jubet *miſſos ſuos*, id eſt commiſſarios, ſive tempore æſtatis cùm ad granum ducuntur equi, ſive hiemis cùm *Mariſcalli alimenta ſubmittunt*, à rapinis abſtinere: Germanicas autem, ubi *Si*, inquit, *Mariſcallus qui eſt duodecim equis præpoſitus occidatur*, *ſolvet ſolidos* 40. Scriptor Francus probat ex ſuis annalibus & ſchædis publicis, Mariſcallos Franciæ veteres Regiorum equorum curam habuiſſe, ideoque aliis Mariſcallis præfuiſſe, unde mos diu fuerit, ut ab aliis annuum ferramentorum clavorumque quaſi tributum acciperent, & de controverſiis ad hanc ferrariæ fabrilis ſpeciem ſpectantibus pronunciarent. Poſtea cùm officium Conc-ſtabuli & alia quędam in dignitates & quidem ampliſſimæ juriſdictionis erecta eſſent, etiam Mariſcallo demandata cura ut primam exercitûs turmam ductaret & militi de hoſpitiis provideret.

Titulo 80.

Supradictus Fauchet c. 8. libri de dignit. Franciæ.

Inde Gualterus Poeta in geſtis Frederici Imp. Stabulatorem vocat.

Id factum poſt an. 1250.

Sed & hoc mutatum poſteà & hoſpitiorum deſignatio inferioris ordinis commiſſa pluribus, quorum primarius hodieque Mariſcalli nomen retinet, alii *Fodrarii* corruptè dicuntur à *fodro* dictione Gallo-germanica pabulum ſignificante.

Fotiers.

Ad Germanos quod attinet; Mariſcallus Imperii gladium Auguſto ſolet præferre. Noſtri exemplo Francorum hanc dignitatem invęxerunt: quod ne quis miretur, noverit non Reges tantùm, ſed & Duces & Abbates, tum in Francia, tum in Germaniis ſuos hæreditarios habuiſſe & habere Mariſcallos. De officio parum mihi liquet, certus nunc tantùm honoris vocabulum eſſe.

In Brabantia vetus Mariſcalli officium planè militare, & in militia primum, ad quem ſpectabat in milites, ſi deliquiſſent, animadvertere, eorumque controverſias audire, induciis & paci firmandæ præeſſe, à conſiliis Duci in bello eſſe. Et quia in diſtrictu Lovanienſi Weſemalius eo munere fungebatur, ejus erat cives ad bella ituros uſque ad primum ab urbe lapidem ductare & diſciplinæ militaris & commeatûs curam gerere. Proinde quem Regem Ribaldorum vocabant, meretrices, quæ frequenter caſtra ſequi conſueverunt, hebdomadariam ei mulctam pendere; Propolæ, carnium paniſque quotidianum quaſi vectigal exolvere; Abbatiæ, quas tueri debebat, aliæ bovem, aliæ fœnum, aliæ veſtem venatoriam (jus enim venationis habebant, & pręcipua Brabantiæ Cœnobia Abbatiali dignitate illuſtria in ſylvis ſunt) annuatim contribuere honorarii loco. Cedebat eidem quicquid armentorum ab hoſte captum, & triens lytrorum omnium, & pręter liberum in caſtris hoſpitium, menſam Palatinam, pannum ad veſtes, equum à Ducali optimum, candelas, chirothecas, aliaque plura, poſt finem belli lineam ſuppellectilem è culina Ducis, & ligneas machinas ſibi ſumebat.

Ex regiſtris veteribus per D. Baronem Weſemaliæ mihi exhibitis.

Hæc licet jam extra uſum ſint, tamen juvat ſcire, & maximè ſi conſervantur ad jura vetera Mariſcallorum Franciæ & Germaniæ; ideòque hic præcipua adſcripſi, factura forſan ad inveſtigandam dignitatis illius veram rationem.

Eſt in Weſemalię & Rotſelariæ confinio Virginum Ciſtercienſis Inſtituti ab utriuſque Baronibus dotata Abbatia: ſed fundamenta ſua debere volunt cuidam Joanni Hugoni & Beatrici conjugibus *in Parco habitantibus*, (& domus monſtrantur veſtigia,) cui, cùm nullam prolem Deus largiretur, viſum bona in pios uſus convertere. Addunt tum ęxtructum Cœnobium Regularium, dicatumque Sacellum ſub Feſtum Viſitatæ per Mariam Elizabeth. Sed cùm licentiùs viverent Regulares, aiunt, *Reynerum quemdam militem* allaboraſſe & aucto Cœnobii peculio effeciſſe, ut Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia fundaretur.

Vrouwperck.

Inde Parcus Dominatum vocatur.

Ex Schædis cœnobii & tradita per manus fide.

Hunc Dux *Proviſorem* vocat in ſuo Diplomate anno 1215.

Dux autem *Henricus in ſpe divinæ clementiæ cultum domûs Domini ampliari deſiderans, Abbatiam ſanctimonialium in terra ſua juxta Lovanium ſuis temporibus conſtitutam confirmavit & privilegiis ornavit*, Gregorio Papâ approbante. Cœnobii ſanctitatem & facta & perſonæ illuſtres commendant. Duarum celebris eſt memoria, quarum una cùm ex more Ordinis in matutinis precibus verſum ſola cantare deberet, conſcia imperitiæ ſuæ multum erubuit; progreſſa tamen ad Chori medium; & auditæ unius loco voces duę.

Verba diplomatis cujus copiam in codice mihi fecit Abbatiſſa præſens in ordine 25.

Anno 1216.

Altera cùm orationi vacans puerum Jesum ſinu videretur tenere, cùm ad ſimile opus eundum eſſet, obedientiam victimæ prælatura ſurrexit, & puer brachiis collo circumplexis hæſit. Et memoriæ datur ut Dominicâ quadrageſimæ 3. verſum quartum *Miſertus* &c. & Dominicâ 4. verſum 11. *Cumque intraveritis* &c. binæ præter morem aliorum Cœnobiorum canant.

Quid? quod nunquam Cœnobii ſepta ingredi viſa eſt ab omni hominum memoria Philomela, licet ſuaviſſimo Muſices cantu invitata: quod ſancta quædam, cujus ſilentium cantu ſuo turbaverat, precibus à Deo obtinuit. Plura ejuſmodi locum commendatura poſſem afferre & alibi afferam, ſed hæc hoc loco ſufficiant.

RODIUM S. AGATHÆ

DOMINIUM NOBILE

in Tractu Lovanienſi.

R*Odium* Teutonibus & *Sartum* Gallo-Brabantis frequentium pagorum cognomen ſigni-

ſignificat terram recenter evulſis arboribus agriculturæ adaptatam.

Rodium hoc à Diva Tutelari, cujus eo in loco miraculis clara eſſe ſolet veneratio, nomen habet.

Cura animarum commiſſa Capitulo S. Petri Lovanienſis.

Diploma vide in Aiichoto. Anno 1198. Anno 1284. 'T HOOGH GERECHTE VAN RODE.

Invenio in donatione Villarienſi teſtem Godonem militem de Rode dictum de Arſcot, ſeculare Dominium inter alia Godefrido Virſonio à Joanne Duce contraditum eſt, ſub nomine

Mox dotis loco cum altera filiarum Virſonii tranſiit in Loſſenſis Comitis familiam. Et denique Gerardus Marchio Juliacenſis ductâ Loſſenſi virgine obtinuit.

Poſt an. 1352.

Ab hujus hærede Reynerus Schoonvorſtanus ex Limburgiæ Ducibus procreatus Rodium emit & longâ ſerie ad poſteros cognomines tranſmiſit.

Anno 1435. Anno 1456. Anno 1513. cœperunt poſſidere. Ex libris curiæ feud. Anno 1539. Anno 1564. Anno 1594. Vendita fuit anno 1564. Martino van den Berge, ſed anno 1565. à Conrado Gavero recepta. Ab anno 1598.

Et quamvis Catharinâ Wilhelmo Comiti de Zaine enuptâ, aliquantiſper in mariti ſtirpe hæſerit; rediit tamen ad Schoonvorſtanos, manſitque donec Maria Joanni Gavero cogn. de Herines (inclyta in Flandria ſtirps & Principis titulo inſignis eſt) marito ad filios transferendam attulit. Tandem Mariâ & Margaretâ Gaveris cedentibus, Wilhelmus Croyus acquiſivit, idemque Joanni à Scheyſve vendidit, idemque Jodocus de Voigt de Rinevelt ſuo & ſuorum nomine ab hæredibus Joannis acquiſitum à Duce ſuſcepit. Atque hoc quoad unam partem ut puto Dominii. Alteram enim Gaveri licet aliquoties venditam ſemper utpote proximiores ad ſe retraxerunt, hodieque *Carolus Comes de Freſin* obtinet.

Habebant enim ſuos clientes, armigeros, ephebos, ſatellites, miniſtros concolore ſecum veſte amictos. Exempla vide apud Hembricourtium.

Hic obſervandum inſero: Equeſtris Ordinis Nobiles tanti fuiſſe olim, quanti nunc ipſi Comites.

Adeoque in diplomatibus antiquis videbis etiam Baronibus præponi Equitum nomina.

In Schædis Divæi lego collectum, ut ait, ex actis opidi anno 1260.

Et vidi veteris ritûs veſtigium in archivis Lovan. ubi cavebatur, ne quis Equeſtri Baltheo cingeretur, niſi tertiò cum Duce ad bellum profectus eſſet.

Exemplum eſt, Guilielmo de Rode collata Equeſtris dignitas, ubi id additur. Earum originale apud Dominicanos eſſe intelligo Lovanii.

Et litteras vidi dignitatis alicui generoſo collatæ, ubi ferè adſcribi numerus expeditionum & inprimis ſacrarum, ſolet.

Adde, Equites vocari ſemper *fideles & amicos*, alios needum Baltheo militari cinctos *Fideles miniſtros*, (GETROUWE KNAPEN, intellige SCHILT-KNAPEN, id eſt Armigeros) populum verò *Viros bonos* ſive meliores de Lovanio, Bruxella &c. Teutonicè, GOEDE LIEDEN VAN LOVEN &c.

In re ſacra morem non optimum cum Goropio annota. Quòd nimirum Brabanti admodum proclives ſint ad contractiones propriorum nominum. Unde frequenter uſu venit, ut cujuſnam Sancti nomen ſit, nequeat inveniri. Ita ACHTEN pro Agatha, PEER pro Petro, JOOST pro Jodoco, & ſic de cæteris leges.

Et hinc quod in noſtrate plura, quàm in aliis invenias idiomatibus monoſyllaba.

Dominio Rodiano vulgo annectuntur pagi ſequentes. Quamquam ego ſciam nec ſemper annexos fuiſſe, imò ratione ſingulorum ſeparatim dicta fuiſſe Duci fidelitatis ſacramenta. Sunt autem hi.

Ercania	In Sacris	Parcenſi Abbate
Nethenis	dependens à	Capitulo S. J. Leod.
Ottenborch		D. Gertrudis Abb.

Vulgo ARQUENNES.

Ottonis Caſtrum ſignificat.

Duo poſteriora nomina invenis in diplomate Arſcotanæ donationis.

Primus arce olim inſtructus fuiſſe creditur & nobili latèque in Gallo-Brabantos propagatæ nomen dediſſe familiæ. Secundum Comites habuiſſe, & ex eorum donatione Capitulum decimas habere audio. Clari certè Dynaſtæ olim fuerunt: unde invenio Henricum anno 1185. in Syria, anno 1287. in Woringano Joannem, anno 1397. in Gelrico Joannem. Primum in Senatu Lovanii invenio Falcardum anno 1176. Valteri Equitis clariſſimi monumentum ex ære Cyprio viſitur in odeio Auguſtinianorum. Nuptias contraxerunt cum Cudicenſibus & Hoochſtratanis. Peculia præter Netheniam habuerunt in agro ſuburbano & Royclam, haud procul urbe notam.

Obiit anno 1351.

In donatione Eccleſiæ Gertrudanæ facta anno 1219.

Tertius vocatur in diplomate antiquo *Nova villa dicta* OTTENBERCH.

In hujus diſtrictu Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia Virginalis eſt nomen Vallis Floridæ exinde ſortita, quòd cùm templi fundamenta jacta eſſent loco qui hodieque *Vetus Abbatia* & PRATUM CAPELLÆ vocatur; divino monitu juſſę locum floribus ſparſum petere & huic rei opportuniorem futurum eligere. Id factum & prout repererant in orbem pictam floribus planitiem, templum extruxerunt. Cœnobii Fundatores Dux noſter & Toparchæ Ottiniaci Nethenarum Boſſuti & Græſii. Benedictinæ primò fuerant & numero 20. extabatque ante ultimam templi ruinam pictura Abbatiſſæ cum virginibus nigro habitu. Ciſtercienſe Inſtitutum amplexæ ſunt. Abbatiſſarum prima Gentina, ipſa Romam profecta & Ordinis & Cœnobii confirmationem impetravit, & crucem Reliquiis Sanctorum exornatam retulit, quæ etiamnunc magno honore aſſervatur.

Le vieulx Abbaye. DE CAPELLE BEMPT.

Ex communicatis mihi per loci Antiſtitam Martinam de Boſſuto.

Anno 1218.

Honorius Papa qui primus Cœnobium ſuâ authoritate munivit *Prioriſſam & Conventum* tantum vocat, ſecuti Pontifices omnes Abbatiſſam nominant. Henricus Dux primus eas & bona earum in ſuam cepit protectionem.

Ex diplomate dato anno Pontificatus 8.

Anno 1223.

Reformatio arctior invecta eſt per Helwidem Serenem Vallis Ducis Virginem. Primæ Ciſtercienſes cum Beatrice illa celebri apud Lyram Abbatiſſa ex Valle Virginum in Lintris venerunt. Templum vetuſtate partim collapſum, ruinam minitans, pronuper renovari cœpit. Abbatialis domus ante annos plus minùs viginti ab hæreticis exuſta eſt.

Ex diplomate ducali cujus cum aliis multis copia mihi facta eſt per Antiſtitam. Præfuit an. 1456.

Anno 1580.

Vir-

Virgines ante has turbas non multo pauciores 60. fuerunt, optimæ diſciplinæ.

LIBBECANA JURISDICTIO
ſub Lovanio.

Liberti Paludem ſonat.

LIbbeca nobilis olim pagus & Equeſtris cognomen familiæ, in qua in diario Cœnobii Gempenſis Reynerum Equitem invenio ante annos 300. Fundi poſſeſſio ſive Dominium imum nunc in ſeptem partes diviſum totidem curias, quas vocant, cenſuales habet.

Dominium alioquin ſummum mediumque Principis eſt, qui amplius Præfectum vico dat & temporarium juſtitiæ adminiſtrum. Quod muneris nunc obit Richardus van Pulle Eques auratus, ſæpius Conſul, decus Civitatis Lovanienſis, Vir prudens & canitie venerandus, qui hæc ipſa mihi communicavit.

Libbecanæ Eccleſiæ cura Cœnobio Parcenſi per Pontificem commiſſa eſt, hodieque per Canonicum Præmonſtratenſem adminiſtratur.

Anno 1561.
Pellebergh. Montem decorticatum ſonat.
Holsbeeck. Torrentem lignorum ſonat.

Præfecturæ ſubſunt, in ſacris Præpoſitum Lovanienſem, in tribunali nuper Joachimum *Gielis* Fiſci Ducalis Advocatum cedente Rege, denique Hugonem de *Creton* matris hæredem Dominum agnoſcentes, *Pelleberga* & *Holsbeca.*

Wilsele. Sedem Sylveſtrem ſonat.
Lynden. A Tyliis videtur nomen ductum.
Anno 1507.
Anno 1560.

Tommææ gentis nunc peculia *Wiltzela* & *Lynda.* Illa à Greſienſibus olim poſſeſſa & per Razonem Lintrium ad Roelandici ſanguinis nobiles devoluta, ex quibus una Nicolao vander Tommen enupta in illam deduxit familiam Dominium, auctum gladii & ſupremæ juriſdictionis honore. Hæc inclytæ ſtirpis cognomen, unde prælio Baeſwilriano anno 1371. Valterus, Geldulphus Eques Bunsbecæ anno 1400. Joannes Eques Bommalettæ Dominus. Quorum hic ex Catharina Marneffia Baronis Serainii nepte filios reliquit duos Parci & D. Gertrudis Abbates, & Luduvicum Antwerpiæ Prætorem. Dominium autem Lyndæ per nuptias ad Calſterios, & inde ad Roelandicos Tommæoſque devenit.

Corbeeke. Brevem torrentem ſonat.

Reſtant *Cortbeca* Eccleſiam quidem Parcenſi Abbatiæ incorporatam habens, peculium autem fruticis Calſteriorum, unde primum Senatorem invenio Henricum anno 1282. Tranſiit autem poſteà ad Wittemannos Patriciam ſimiliter ſtirpem, unde ad Vranxios.

Loonbeeck. Torrentem Loenſem, Loſſenſem ſive altum ſonat.
Loveniou.
Anno 1562.

Loonbeca vander Vorſtiorum peculium ab annis 100. *Lovaniolum* Lovanienſium haud dubiè colonia, nuper concedente Rege ex Graviis latè per Brabantiam diffuſa gente Dominium accepit ſummæ juriſdictionis compotem.

Hic adjicio de more meo ritus duos. Sacrum quidem, in Ordine inprimis Præmonſtratenſi, numerum Religioſorum alicujus Monaſterii (ita tradita per manus fides credit) Divinitus inſtitutum & diu curioſè obſervatum. Ita Ghempæ ſervatus longo tempore octonarius ob totidem Virgines candidatas, loco ubi poſt Cœnobium ſtructum, viſas: in Valle Liliorum uſque ad noſtra tempora 18. tantùm aſſumptæ ob totidem aviculas à Paſtore Hombecano canere & eodem ſemper numero apparere obſervatas.

Deinde nota Principes, ut terram ſuam redderent cultiorem; cùm plebs ſæpe bellis foris diſtineretur, ſolere magnas ſylvas Monaſteriis aſſignare. Quas per ſuos converſos evulſis arboribus ſationi aptas faciebant. Et exempla aſſignare poſſem ubi 50. 100. imò trecenta terræ incultæ jugera unicâ vice, uni Cœnobio contribuebantur. Sed expedit tacere, cùm vulgus nimium proclive ſit ad damnandum Eccleſiaſticas opes, parum memor, bona quæ in ſudore vultus ſui olim pepererunt, æquiſſimo jure parta nunc poſſideri.

PRÆFECTURA
Herentenſis.

Herent.
'T Hoff van Herent.
Dominii finem ſonat, 4. limes Bruxellenſis & Lovanienſis Comitatus, Cameracenſis & Leodinæ Diœceſeos. Niſi quis malit Herent dicere quaſi exercitus finem 4. huc uſque ſe Normanni diſperſerint.

PAgus Herentenſis Equeſtris apud Brabantos familiæ nomen & peculium, cujus veſtigium Curia Herentenſis, illa à 200. annis à Waltero Evelogio & poſteris poſſeſſa, donec Catharina marito ſtirpis de Wyſelet nupta anno 1450. in ejus nomen cum Dominio abiit. Tandem mortuis maribus Margareta van Pede anno 1507. Philippus Watermalius anno 1554. Philippus vander Noot anno 1557. Ægidius Buſleydis anno 1586. in hæc bona ſuccedentes ſuis familiis Curiæ poſſeſſionem communicarunt. Cæterùm pagi ſummum Dominium pronuper emptionis titulo Joannes vander Ee obtinuit anno 1570. & perſeverat in nomine. Res ſacra à Plebano dependet, Plebanus à Capitulo Cameracenſi.

Sub hujus latè patentis Parochiæ ambitu Cœnobium Bethlemiticum eſt, de quo ſupra, & Thudichemium nomen & peculium inclytæ ſtirpis.

Præfecturæ Herentenſi ſubſunt

Nerytsche.
Anno 1125.
Vulgo de Vorsterye van Nerysche.
Anno 1560.

ISCA inferior, quam *Neriſcam* Sigiberti eſſe puto, ubi mulierem uno partu 4. maſculos enixam refert; Abbatiæ olim Corbeienſis peculium, ubi Foreſtarius (hæreditaria dignitas eſt) agere ſolet, cujus generis olim gentiles *Tſmeyers* nunc affines *Hoffſtadii* ſunt. Gladii jus à Rege obtinuit Anthonius *Tenremonde* & poſt matris Joannæ Tenremundiæ obitum Anthonius de *Göttingnies* cœpit poſſidere.

Ritum hic annoto. Si locus aliquis Duci clientelam debens Eccleſiæ donatur, ſolet unus ex ipſius Miniſtris deſignari, qui Sacramentum dicat, eoque mortuo alius ſubſtitui. Quid ergo ſi beneficii ratione ad bella eundum foret? Exempla

habeo, Eccleſiaſticorum ſumptu mercenarios ſubſtitutos.

Iterum obſerva ita profuſam Brabantorum munificentiam in res ſacras & publicas, ut neceſſe fuerit ſæpè publico Ordinum & Principis juſſu vetare: ne quis inconſulto Duce aliquid loco ſacro transſcriberet.

VELTHEM. Domum campeſtrem ſonat.

WINSEL.

Reſtant pagi à ſacra Præpoſiti Lovanienſis juriſdictione pendentes. *Velthemium* ſtirpis è Gente Rodæa diductæ peculium, ex qua anno 1356. Luduvicum invenio. *Wincſela* ſimiliter ſtirpi patriciæ nomen fecit, ex quo Senatorem primum invenio Arnoldum an. 1357. & in ea dominantur Canonici Bruxellenſes dono Joannis Archidiaconi Bruxellenſis Nothi Ducis.

Anno 1432.

CORBEECK OVER DYLE. Brevem Tottentem ſonat.

Vide monumenta Tympeliorum ante aram D. Virginis in S. Petro.

Anno 1562.

Anno 1598.

Corbeca poſſeſſa olim à frutice Gentis Calſteriæ, unde Henricum anno 1282. invenio inter Patricios: inde à Pinoccis, mox à Kerſmakeriis. Quibus affines Tympelii (ex Brabantiæ Ducibus, ſed furtivo concubitu producti, quos anno 1382. in Senatu primùm invenio) ſucceſſerunt anno 1510. Quorum Joannes acceptâ à Rege ſummi juris poteſtate Dominium reddidit illuſtrius, nuper partim decreti partim emptionis viâ à Maximiliano *Scheyſve* occupatum.

TIELDONCK. Pagum è Tylia emergentem ſonat.

Tieldonka peculium olim ſtirpis *van Tuydekem* per Mariæ nuptias in Lieminganam an. 1432. tranſlatum familiam. Sed mox Guilielmo Grimbergano anno 1449. Præpoſito venditum, quo contradente Joannes anno 1474. *Heetveldius* accepit & ad poſteros tranſmiſit.

Heetveldii è Patriciis Bruxellæ ſunt & anno 1356. Segerum Prætorem habuerunt. Præter Tieldonck poſſedêrunt Arnoldus an. 1555. Dominium de SALMSLACHT, Balduinus Rodium Agathæ, Nicolaus anno 1464. Corbacum, Margareta anno 1495. Domina *Caſtergatenſis*, Maria an. 1573. *Craynhemi* audiit. Pulchra Gentis monumenta ſunt in Choro Carmelitarum Bruxellæ itemque in D. Nicolai.

DE PRÆPOSITURIS.

Paulus ad Hebræos cap. 13. Pamelius ad Cypriani epiſt. 4.

ET Epiſcopos Præpoſiti nomine ab Apoſtolis & Apoſtolorum ſucceſſoribus appellari, nemo poteſt ignorare. Cùm autem creſcente fidelium multitudine impares oneri eſſent Epiſcopi & plura paſſim dedicarentur Clericorum Collegia neceſſe fuit ad eos in officio continendos Vicarium habere. Is fuit olim *Præpoſitus* qui nunc *Magiſter* nunc *Miniſter* à Canonibus vocatur. Cujus officium erat Canonicos in diſciplina retinere, tueri bona, præbendas diſpenſare. Omnium horum exempla in Brabantia habemus (etſi multum degeneraverimus) Trajecti, Mechliniæ, Antwerpiæ. Nec verò putandum, omnia Collegia antiquitùs habuiſſe Præpoſitos, cum Aycurienſe à 600. ferè annis fundatum immediatè ſemper Epiſcopo ſubfuerit.

In Moguntinenſi Synodo. Concilium Aquiſgranenſe c. 138. & c. 139.

Ex Diplom. fundationum.

Molanus l. 2. c. 4. de Canonicis.

Ceterum declinante veteri diſciplinâ, verſo in honorem onere, & officio in dignitatem mutato, manſit tamen penes Præpoſitum aliquo tempore communium bonorum gubernatio, defenſio, & diſpenſatio. Tandem eò devenit, ut loco diſpenſationis bonorum collatio præbendarum, loco gubernationis, præeminentia eis conceſſa aut uſurpata ſit. Multa etiam Capitula Præpoſiti potentiam aut noxiam experta aut periculoſam timentia, abrogato eo, Decanum aſſumpſerunt.

Concilium Colon an. 1549. id ex juramento incumbere Præpoſito ſtatuit.

Exemplum in Antverp.

Ita ut veteris Præpoſitorum officii ne umbra quidem ſit in Clero ſeculari, quam adamuſſim retinent nonnulli Ordines: in quibus ſub Abbatum obedientia ſic vivere vides Præpoſitos, uti olim ſub Epiſcoporum. Sunt autem ii in duplici differentia, alii Virginum Monaſteriis, aut etiam Virorum ſeparatis ab Abbatia præfecti, alii domi ſub Abbate rem gerentes.

De Ciſtercienſi Bernardus in Regula 65. de Præmonſtratenſi. De Benedictino.

De Regulari Sancti Auguſtini.

Duo addam in Brabantia & confinio pulchra huc ſpectantia. Primò, cùm certum ſit Præpoſitos olim curam animarum non Capituli tantùm, ſed & Parochiæ habuiſſe antequam Paſtores, quos vocamus, ſubſtituiſſent, Principes aliquot noſtri nova erigentes Canonicorum Collegia quaſi volentes veterem ritum ab inferis revocare, dignitati Præpoſitali, ut ſic loquar, Paræci ſive Paſtoris munus annexuerunt. Secundò, Præpoſitos Trajectenſis Diœceſis (prout ea ante inſtitutos novos Epiſcopatus erat) Chorepiſcopos & Coadjutores Epiſcoporum ſemper habitos, & Archidiaconali dignitate inſignitos, in curarum & gregis Dominici partem aſſumptos. Ubi notari decet, nec Chorepiſcopos hos ex eorum numero eſſe, qui jam inde à Pontificibus damnati ſunt, utpote Epiſcopalis Officii munia temerè ſibi arrogantes; nec Chorepiſcopi nomine eandem ſemper & ubique dignitatem ſignificatam; cùm Coloniæ in Collegiatis Eccleſiis Cantorum primus, Trajecti Decanus ruralis major, alibi Archidiaconus ſic inſcribatur. Quod planiùs Auguſtana Synodus expedit celebrata anno 1548.

Exempla in erectione Capitulorũ Arſcoti & Dieſtæ ubi ante Paſtores erant, cui ſimile de Viennenſi præpoſitura refert Lazius l. 12. cap 7. comment. reipub. Rom.

Vide Damaſi Epiſtolã 4. poſt quem Pariſienſe Concilium l. 1. Leo Papa epiſtola 88. & Concilium Neocæſarienſe c. 13. Chorepiſcoporũ meminerunt, & eorũ officii, quod arguit eos non ubique locorum extinctos.

Molanus l. 2. c. 32

Acta Univerſitatis ad an. 1435. de Henrico Schatter Chorepiſc. quem acta Baſilienſis Synodi an. 1431. vocant Decanum Traject.

Quos, inquiens, *Græcè Chorepiſcopos*, id eſt, *certarum Regiuncularum in qualibet Diœceſi ſpeculatores, alii Archidiaconos, alii Archipreſbyteros vocant, in noſtra Cathedrali Archidiaconi, in reliqua Diœceſi Decanorum ruralium nomine cenſentur.*

Unum addam: quia Capitulum olim gubernare ſoliti lapſu temporum ab eo tanquam externi excluduntur, excogitata in pluribus Eccleſiis noſtris via, & annexa Præpoſituræ præbenda, cujus titulo & locum & vocem in Capitulo habeat Præpoſitus.

FINIS.

THENÆ

THENÆ
ET
BRABANTIA ULTRA VELPAM,
QUÆ OLIM HASBANIÆ PARS.

AMPLISSIMIS VIRIS
AD THENENSIS OPIDI GUBERNACULA
SEDENTIBUS,
ANTIQUITATUM HUJUS TERRITORII
FASCICULUM
LUBENS MERITO CONSECRAT
JOANNES BAPTISTA GRAMAYE.
MERITO DICO, ET VERE DICO:
EA ENIM EST SENATUS PROPENSITAS
IN LITERAS, ERUDITIONEM, PRUDENTIAM;
EA POPULI AFFECTIO
IN PIETATEM, MODESTIAM, VIRTUTEM:
UT NESCIAT, UT NEQUEAT, UT NOLIT
HOC SI NON A LITERATO, ERUDITO, PRUDENTE,
SALTEM A LITERARUM, ERUDITIONIS, PRUDENTIÆ
AMATORE SCRIPTUM
DE SACRIS, MORIBUS, AMPLITUDINE
URBIS THENENSIS,
REJICERE.
HOC FIAT, ET UT FIAT ROGO,
HUMANITATEM VESTRAM EXOSCULANS,
VIRI AMPLISSIMI.

DE HASBANIA COLLECTANEUM.

QUia THENAS Hasbaniæ aggredior, libet hìc quædam generatim præmittere, eò potiſſimùm ut doceam, primos noſtros Principes nihil minùs Brabantiæ titulo uſos.

Hasbaniæ nomen ſic ſatis antiquum eſt, ſi vera narrant Trajectenſes Chronologi Martinum Antiſtitem nominantes qui Hasbanis Divini verbi ſemina ſparſerit. Quicquid ejus ſit, ſi nomen, certè non dignitas Hasbaniæ in ore fuit antè Caroli iſtius ævum qui Hasbanus cognominatus eſt. Cujus filium annales faciunt Carolomannum.

Anno 276.

Floruit anno 580. Hunc annales Brabantiæ Ducem, Genealogici Ducem Tungrorum, chronica Ducem Hasbaniæ vocant.

Hoc certus ſum, Carolomanno natum Pipinum inſignibus uſum Hasbaniæ, id eſt, ſcuto cum faſciâ, & ſubnotaſſe diplomata: *Pipinus Major domus Dux Hasbaniæ.* Poſt eum an Hasbaniæ Ducatus ad hæredes tranſmiſſus ſit, an S. Arnulpho (cui ſecundis nuptiis Doda Caroli Hasbani filia uxor fuit) acceſſerit, controverſum

Anno 623.

In diplom. Dagoberti R. pro cella S. Hilarii dato apud Rogierer,

eſt,

Anno 623.
In diplom. dato pro cella S. Eucharii.

Vulgo eum primogenitum faciunt, quos arguit diploma Auguſtino Tolerenſi datum apud eundem

eſt. Arnulphi certè ſecundogenitum (cui Maria Lotharii Regis & demum Amalberta Carolomanni Principis filiæ conjuges fuerunt) Clodulphum *Divinâ Clementiâ Ducem Auſtriæ Moſellanicæ & Moſelant quæ dicitur Hasbania nobili Francorum Troianorumque ſtirpe natum* ſe appellare invenimus, appenſo ſigillo bipartito ex Pipini, de quo ſupra, & Arnulphi, quod crucem cum carbunculo præferebat, inſignibus conflato. Quo etiam nomine & inſignibus natus Clodulpho Martinus [1] à Sigiberto Rege honoratur, nepos [2] Lambertus à Pipino, pronepos [3] Loherus & abnepos [4] Ferricus à Carolo Magno & denique atnepos [5] Radigerus à Luduvico Pio. Expreſſiùs omnium ſucceſſor [6] Raginerus in Lotharii Regis reſcripto citatur *Dux Lotharingiæ ſuperioris, Moſellanicæ inferioris, Arduanæ, Buillon, Hasbaniæ Comes Metenſis & Virodunenſis.* Simili modo filius Ricumus ab Ottone [7] Auguſto vocatur *Hasbaniæ Dux è Troianorum reliquiis magni Dardani Ilii Regis deſcendens.* Quo natus Godefridus, quod ſciam, ſuæ ſtirpis Hasbaniæ titulum uſurpavit, vel quod continuis Lovanienſium bellis repulſi Hasbaniæ quodammodo poſſeſſione exciderant, vel certè quod Hasbaniæ loco Brabantiam nominare maluerint ut alibi dixi.

(1) In diplom. an. 651. pro S. Modealdo.
(2) In diplom. an. 9. regni pro Viomando.
(3) In diplom. pro eodem datum an. regni 6.
(4) In præcepto pro eodem dato anno regni 8.
(5) In diplom. an. 824 dato pro Vocundo Epiſcopo.
(6) Diploma datum anno regni 3.
(7) In diplom. dato pro cella S. Servatii in gratiam Roberti Epiſcopi
In diplom. Virdunenſi an. 974.

Radigerum conſanguineum ſuum ibid. vocat Rex.

Anno 946.

Præter hos Hasbaniæ Duces invenio aliquot Comites de quorum tamen ditione nihil certi habeo, præter ea quæ de Comitibus aliàs ſcripſi. Ejus generis ſunt Agilulphus S. Bavonis pater, & S. Trudo, ille affinis hic conſanguineus Pipini noſtri; præterea Robertus Trudonenſis, Odo Gemblacenſis Cœnobii benefactores.

Hasbaniæ veteris pars Brabanto, pars Namurcæo Principi, reliquum Leodinæ acceſſit ditioni & nomen ſervat.

Nominis veſtigium in pago *Heſpem* circa Landinum, nomen Moſelandiæ integrum perſeverat in tractu Sylvæducenſi.

Molanus ad 1. Octob.
Chronica ad an. 628. quo natus.
Chronicon Trudonenſe p. 1. l. 2. c. 7. ad an. 745.
Chronicon Gemblacenſe ad annum 420.

CENSURA THENENSIS.

Viri Clariſſimi ac Magiſtri Joannis Baptistæ Gramaye *Juriſconſulti & Chronographi Principum & Provinciarum Belgii Hiſtoriam, quæ antiquitatem, privilegia, ruinas multiplices, & latam Thenenſium Juriſdictionem, aliaque laude digna continet, S. P. Q. T. grato animo amplectitur, pro labore quem in ſingulis perſcrutandis ſuſtinuit, quo magis urbem priſtino reſtituat decori & reviviſcere faciat, publicos ei honores defert, multiſque nominibus ſe eidem devincit. In veritatis ſignum præſentes ſigillo & manu publica ſubſcribi curavimus. Actum Thenis in Senatu prima Julii anno* 1606. Sign. Houthem.

CENSURA LEEUWENSIS, EX TEUTONICO VERSA.

In veritatis ſignum, eorum quæ Urbem noſtram tangentia collegit Venerabilis D. Gramaye, *præſentem paginam ſigillo Urbis juſſimus muniri. Actum* 26. *Junii, anno* 1606.
Sign. Van Meenſel.

CENSURA LANDENSIS.

Vetuſtiſſimæ nobiliſſimæque Urbis dignitas, ne ob præſentis ſtatus calamitatem vileſcat, effectum diligentiâ & induſtriâ Reverendi Doctiſſimique D. Joannis Baptistæ Gramaye, *cui initio ut gratias refert Senatus Landenſis, ita teſtimonium publicum, quo pateat hîc ſcripta cum veritate & Archivis noſtris hiſtoriiſque conſentire. Datum* 20. *Junii anno* 1606. Sign. Van Dyck.

CENSURA ARSCOTANA.

Roſſardus Prætor Senatus Arſcotanæ Urbis in primis erudito D. Joanni Baptistæ Gramaye *Præpoſito Arnhemenſi publicum honorem & teſtimonium defert ob labores in viſitandis opidi & Ducatus monumentis ſuſceptos, quibus urbs tot bellorum & temporum calamitatibus vexata priſtini decoris ſui ſpeciem agnoſcit, & exteris innoteſcit veteris Arſcoti dignitas. Hæc autem collecta ex ſuis & cœnobiorum Archivis ejus diligentiâ in optimum ordinem redacta ita ſe habere fatentur.* 1. *Auguſti.* 1606. Sign. Standaert.

CENSURA SICHENENSIS.

Antiquæ Urbis & Superis charæ, jamque ob Virginis Mariæ cultum & miracula etiam remotiſſimis Galliarum populis notæ antiquitates hoc libello expreſſas S. P. Q. Sichenenſis gaudet; & cum infinitis oppreſſa bellorum injuriis in cineres penè abierit, placet tamen ejus famam quodammodo revixiſſe operâ D. Joannis Baptistæ Gramaye *Hiſtorici, cujus labori & ſcriptorum veritati Gemivolum gratumque dedit teſtimonium.* 1. *Auguſti* 1606. Sign. Van Ogernem.

THENA-

THENARUM MONS.

THIENEN Teutonicè. TILLEMONT Gallicè. M. S. Rubeæ Vallis. Molanus. Unum vetus anni 1421. penes me eſt. Divæus & Lipſius. M. S. per Comitem Baſſiniacenſem mihi communicatum.

URbis hujus nomen nunc unitatis, nunc multitudinis numero efferri Veteribus obſervo.

Thenas-montem vocant Regiſtra Leodicenſia, *Tillemontem* recentiores noſtrates Hiſtorici, *Thenas Hasbaniæ*, antiqui.

A denario numero inditum nomen, inter priſci noſtrique ævi Literatos ferè convenit.

Eo tamen diſſentientes, quod alii decem domibus aut familiis habitatum locum:

Alii totidem collibus ornatum fuiſſe olim arbitrentur:

Alii, quod frumenta ſecundo flumine huc & hac devehi ſolita decimas hìc jure Herculano penderent.

Et fortè hinc eſt, quòd ſtabulatio, ut vocant, granorum hìc ab antiquo fuerit à Ducibus & conſuetudine inviolata.

Amplius inveni, qui à tiliis, quarum magna in vicino copia, locum dictum opinentur, ſuadente Gallicâ pronunciatione.

Annales noſtri parte 1. In monte qui S. Crucis vocatur.

Opidi initia plerique ad Juliana tempora referunt, arcemque fuiſſe in acclivi ſecundùm flumen colle extructam.

Ego credere mallem, declinante Romanorum Imperio, locum hunc in Romanæ ditionis (Gallo-Brabantiam intelligo) confinio munitum.

Sub annum 1000. Denique in opiduli formam mœnibus clauſum anguſtis à Namurci Comite, aut Lotharingo Duce, idque poſt receſſum Normannorum.

Et extant murorum reliquiæ in Cœnobio Franciſcano & Carmelitarum & domo Eleëmoſynaria, quam menſam S. Spiritûs vocant.

Anno 1194. Tertiùm producta pomæria versùs Prętorium Wayenbergenſe, unde plateæ quæ à Cabbecana ad Lovanienſem portam ducit, nomen manet veterum mœnium. D'OUDE VESTEN.

Sub annum 1300. Quartùm ampliata Urbs ad portam antiquam & eam quæ Beginaſio proxima eſt.

Anno 1390. Quintùm à porta Geldonienſi hinc ad Trudonenſem, inde ad Hogardienſem, à lanificibus murum productum accipio.

Sub annum 1450. Ad extremum creſcente incolarum numero & famâ, procurante Philippo Bono, civium & mercenariorum operâ (quibus indiem denarius aſſignabatur, inde nomen adeptus) muro foſſâque amplitudine altitudineque eximiis cincta eſt. EEN BOYDRAGER.

Anno 1540. Deinceps attritâ diverſis cladibus urbe cùm cives tuendæ tantæ vaſtitati impares eſſent, murum inſignem à loco, qui vulgo SLICKSTEEN, ad flumen uſque duxerunt.

Anno 1596. die S. Gregorii. Et interjecto tempore tumultuarii milites hanc ſedem nacti, mirâ celeritate 3. aggeribus 6. propugnaculis anguſtiorem ſed longè munitiorem effecerunt.

Et intereà Senatûs diligentiâ hinc inde infirmiora loca ſingulis annis muniuntur.

Inprimis autem cùm occupandæ nuper Urbis ſpem tumultuarii concepiſſent, curâ Frederici Comitis Burgenſis variis locis refecta munitaque eſt anno 1604. Anno 1604.

Ita ut nunc Urbs ambitu ſuo complectatur ferè quantum horæ ſpacio obiri poteſt.

Turres in mœnibus numerans complures.

Vias publicas venientibus in numerum minoribus habens ultra ſexaginta.

Pontes lapideos flumini ſuperinpoſitos 12. ligneos plures.

Fontes publicos tres prȩcipuos, alios quamplurimos ex quibus poſſent infiniti tota urbe derivari.

Fora rerum Venalium ſeptem primaria.

Portas interioris Opidi ſex, exterioris quatuor, quarum pleræque magnifico opere & ſplendido, licet ruinoſæ, veterem Thenarum loquuntur majeſtatem.

Opera Urbis præcipua eſſe & haberi ſolent

Curia ante annos ducentos extructa, & nuper magno Urbis diſpendio exuſta. Anno 1519. 15. April.

Turris ædis primariæ eâdem fortunâ cum tecto & omni ære campano abſumpta igne. Anno 1592. 7. April.

Palatium Principis frequenter ibi ſoliti agere poſt annum 1300. loco ubi nunc ſunt Carmelitæ.

Halla, id eſt textorum & lanificum officina, ſtructa anno 1296. Nunc etiam macello & lanionibus ſubſervit.

Prętorium Wayenbergenſe Houthemiorum peculium.

Prætorium Cabbekenſe in monaſterium tranſiit.

Goſſenſe turri egregiâ exornatum.

Jaceanum ſimiliter, ſed turri exceptâ dirutum.

Emmichovianum, nunc Domini de Heer, ſupereſt.

Hoſpitium Helechemienſe ſtructum, ubi olim Hoxemenſe fuerat, à 21. loci Abbate.

Averbodienſe ante annos 150. ab Archimandritis acquiſitum.

Tongerloenſe ſimiliter. Itemque Parcenſe, & Gertrudanum.

Solent autem olim Thenis extare ampla & magnifica Palatia. Nivellenſe.

Hannonicum ad uſus Abbatis S. Dionifii, nunc domus Montenacenſis.

Leodicenſe }
Loſſenſe } Fuiſſe ſcio, ſed ubi neſcio.

Itemque nobilium familiarum, & Dynaſtiarum, verbi gratiâ

3. Hout-

3. Houthemenſe,
2. Bouterſemienſe,
5. Melderatenſe,
4. Riveriorum,
1. Naſſovienſe.

Potiora tamen ſupradicta per has bellorum tempeſtates aut everſa ſunt, aut certè multùm imminuta.

Fata ſive calamitates Urbis præcipuæ ſunt.

Ex diario meo veteri.

Ab Aquis anno 1360. & 1436. cùm in immenſum intumeſcens Geta fluvius urbem non uno loco ſecans magnam agris cladem attulit.

A Peſte, præter ea quæ in Lovanio tetigi nihil addo, niſi frequenter & Lovanii & aliis vicinis locis graſſante contagione Thenas immunes perſeveraſſe.

Ex libris Actorum Facultatis noſtræ.

Argumento & exemplo eſt illa Studioſorum & Profeſſorum migratio hinc Thenas olim facta anno 1448. Itemque palatii Principum ob peſtem translatio ſub & à Joanne quarto.

Ex M. S. hiſtoria noſtrate.

Ex regiſtro Eccleſiæ.

A Tempeſtate, cùm turris & teſtudo Eccleſiæ primariæ bis de cœlo tacta uno ſeculo anno 1536. & anno 1592.

Ab Annona rariùs, quàm aliæ urbes, hæc laboravit, ob feracem frumenti agrum ſuburbanum & forum frumentarium ſolenne.

Divæus l. 7. Rerum Lovanienſium.

Ab Hoſte extero grande malum ſenſit, cùm Antiſtes Leodicenſis bonam Urbis & territorii partem devaſtavit anno 1213.

Annales c. 46.

Iterum cùm Flandriæ Comes Brabantiam ſibi vendicare ſtudens, Urbem cepit, ſed mox Duci ſuo reſtitutam pacis interventu an. 1356.

Divæus l. ultimo Rerum Lovanienſium.

Eandem Saxoniæ Dux magnâ civium vicinorumque ſtrage ſuam fecit, mulctavitque Principi minùs obſecundantem anno 1489.

Heuterus & chronicon Leodienſe.

A quibus malis vix reſpirantem Gelriæ Dux occupatam ferro igneque mirum & miſerum in modum fœdavit poſt 13. demum dies deſertam, anno 1507. Feſto S. Michaëlis.

Succeſſerunt his longè pejora & ſenſerunt, ſi ulla umquam & ullibi, Thenæ cum ſuo diſpendio civilis belli cui etiamnum involvimur, calamitates.

Anno 1578. 14. Octobris.

Per hebdomadas 6. omni crudelitatis genere ab hæreticis cruciatæ, multi vitâ, plures amicis, omnes bonis exuti, donec per Joannem Auſtriacum pulſi hoſtes ceſſerunt.

Iterum deſtitutæ pręſidio præſidiariis Dieſtenſium anno 1582. 2. Maii.

Et tertiò Bergenſium & Gertrudimontanorum in prædam ceſſerunt an. 1580. 15 Apr.

Anno 1550. 15. Sextilis.

Ad extremum equitum 1000. peditum hoſtilium turmâ ſpoliatæ per dies ſeptem.

Nuper etiam à tumultuariis junctim & hoſtibus oppugnatæ, captâ exteriori urbe, cives & Fredericus Comes Bergenſis cum parvo militum & juſto ruſticorum numero fortiter ſe tuiti hoſtiles conatus eluſerunt anno 1604. 28. Aprilis.

In quo cum & Illuſtriſſimi Gubernatoris fortiſſimique Ducis prudentia & aliorum virtus & conſtantia maximè enituit, utrorumque honori S. P .Q. Thenéſis hâc figurâ lectori ob oculos poni curavit urbis & obſidii ſpeciem.

Quoad civitatem & reipublicæ ſtatum. Eam conſtat, ex quo Brabantiæ aſſcripta fuit, longo tempore quartam in Ducatus quadriga rotam conſtituiſſe, & in Ordinum conſeſſu ante Sylvam-Ducis ſententiam dixiſſe.

Nunc aliter eſt. Hoc tamen habet, ut Thenæ minorum Brabantiæ Urbium Caput & ſecundi ordinis Metropolis cenſeatur.

Ejus caput ab antiquo Dux Lotharingiæ, etiam cum Lovanium rebelle Ducum excuſſiſſet jugum & proprios Comites agnoſceret.

Et libenter crederem, tum temporis urbem hanc Lovanii in locum Lotharingiæ inferæ Metropolim fuiſſe, indeque eſſe inſignia, exceptis coloribus, eadem huic cum Lotharingia & Lovanio.

Inſignia autem altera Opidi Agnum Dei pręferentia, licet aliqui ad Joannis Ducis tempora rejiciant, equidem arbitror à Godefrido Bullonio eſſe, qui hunc locum cum Marchia Antverpienſi poſſedit.

Cæterùm quòd nonnulli credunt & ſcribunt Thenas Marchiam aliquando fuiſſe, vel exinde eſt quòd Marchioni Antverpiano, ut dixi, paruerit, vel quòd in limite ſita ſit & fuerit haſbaniæ, Brabantiæque.

Poſt Duces Comites pono Thenarum poſſeſſores ſub Ducibus.

Ex M S. hiſtoria noſtrate.

Primum quidem Albertum Namurcenſem qui cum Ermengarda Caroli Ducis (ex Bona Moſellanica) filia dotales accepit & ad poſteros tranſmiſit.

Adde quod SITTAERT pagus Namurcenſis Thenarum ſigna in bello ſequi debeat & ſoleat.

Et quia Thenæ Namurcenſium fuerunt, inde eſt quòd in territorio Thenenſi plurima ſint nobilium familiarum peculia, quæ beneficio Comitis Namurci poſſidentur, imò quòd Wangenſis Dynaſta ſit ex Paribus Comitatûs.

Ut Comites Lovanienſes, ita & iidem ad Ducatûs apicem provecti variâ fortunâ cum Namurcenſibus præliati ſunt.

Nominatim pro 500. marcis auri loca quædam Namurceſii cum Thenis Haſbaniæ Henrico Duci noſtro oppignorata ſunt.

Anno 1188.

Et Dux Clarebaldo Alterivenſi & Henrico Merlemontano in fidem acceptis Floreſſiæ, Lernuto & Merlèmonti præſidia imponit. Cæſar componendi diſſidii causâ, quod brevi in novum bellum videbatur erupturum, Ducem cum Hannone Werdam evocat ad comitia.

Venit uterque, ille 300. equitum lectiſſimorum inſtructus comitatu: dicuntur leges pacis, adjudicantur Duci Thenæ & Lernutum; alia Hannoni reſtituuntur, exſoluturo inſuper 700. marcas. Sed dum protrahitur ſolutio, res denuò in bellum erumpit, quod interventu Flandrorum Reguli & Antiſtitis Ubiorum ſopitum, damnatuſque Hanno in 1200. marcas, addictâ Duci Lembecâ, abdicaturo interim quidquid in Namurceſio juris prætendebat.

Ne

Ne ſic quidem conſtans fuit pax, & arma jam per totam Flandriam provecta. Ventum tandem ad pacis conditiones, quibus 1200. aurei, Thenæ & Rupes inter alia Duci in perpetuum adjudicata, Imperatore Trajecti pactionem confirmante.

Anno 1192.

Ex hoc tempore manſit penes Duces Lotharingiæ & Brabantiæ Thenarum poſſeſſio.

Prætor eſt ferè ex prima nobilitate aſſumi ſolitus, dignitas à Duce prima.

Qui jus gladii in 72. plus minus pagis habet, Urbibus 4.

Thienen. Leeuw. Landen. Halen.

Ejus generis fuerunt nobiliſſimi olim ex gentilibus de Houthem, Straesborch, Merode, vander Noot.

Reſpublica olim minùs prudenter adminiſtrata, adeòque ad inopiam vergens, per Lovanienſes Bruxellenſibus junctos in ordinem redacta legitur anno 1401.

Divæus l. 9. rerum Lovanienſium.

Exinde ea regitur per Conſules duos, Scabinos 7. Senatores 8. ſingulis annis ab aliquo Principum Commiſſario mutari conſtituique ſolitos.

Hi Conſules junctim deſignant Senatorii Magiſtratûs qui rebus pondere, numero & menſurâ conſtantibus præeſt, caput: Scabini unum ſinguli collegam addunt.

Au Meyer vocatur Gheldekens vulgo.

Præter hos eſſe ſolet quoddam genus Prætoris, cujus erat commonefacere Senatum ut ſententiam dicat, aut promoveat.

Maen Meyer vulgo.

Præter Prætorem eſt alius qui arreſta, ut loquimur, imponit & detinet captivos non reos capitis.

Rysenvoerster vulgo.

Eſt Thenis Camera Vectigalis per Quæſtorem & perpetuos Manſionarios Ducis adminiſtrata, cujus eſt dominium Ducis tangentia curare, flumina, aquæductus, vias regias obſervare. Jus eſt in omnes fundos cenſuales & extenditur etiam Arſcotum, Leeuwas, Dieſtam & ad alia minoris notæ opida.

Tolcamer Erfflaten.

Hi ſententias ſibi & ſoli dicunt. Aliæ Cenſuales Curiæ quæ Thenis ſunt bene multæ, & proprios cum Senatoribus Prætores habent, ex dictamine Senatûs opidani jus dicunt.

Leeringhe. vocant.

Solet & moneta Ducalis hic cudi, & vidi nummos cum inſcriptione Thenarum.

Privilegia Urbis præcipua ſunt. Data primariò Senatui. Ut omnis coram ſe debitum profeſſus citari poſſit, & perſonaliter comparere cogatur.

Data ſecundariò Senatui. Ut de debitis liquidis interpellatus inſcriptionem demandet, & latæ ſententiæ niſi obediatur, per Prætorem loci ubi reus agit tradi jubet, alioquin Prætorem Urbanum & civium contubernia ad executiones faciendas invocaturus.

Et patet hoc jus per magnam Gallobrabantiæ *Namurcenſis* agri partem.

Data Urbi, præter ſtabulationem granorum de qua ante, fora privilegiata & libera hebdomadatim die Martis, annuatim Dominicâ ante feſtum S. Joannis.

Die Veneris etiam forum eſt, ſed non liberum.

Data civibus, ut à telonio totâ Brabantiâ immunes ſint.

Dividitur civitas in Patricios & Plebem. Patriciæ & Nobiles familiæ & Equeſtres hic floruerunt ex Lovanienſibus Limingani, Wilriani, Berthemii.

Ex Bruxellanis, Oyebrugani & Bruſſelii. Ex Arſcotanis Riverii. Ex popularibus Thenarum Montenacenſes, Oliverii, Houthemii &c. Exteri Strasburgii, Merodii, Emichovii Thenis quodammodo inſiti fuerunt.

Plebs quæſtum facere ſolet nundinationibus frumentariis. Textrinæ etiam & lanificio olim multùm occupabatur. Inprimis autem ſellariæ ſe ſediſſe ex eo manifeſtum evadit, quòd à fide digno accepi 100. unâ vice ſellarios in opido habitaſſe.

Nobilior civium pars nomen dare ſolet alicui ex contuberniis Baliſtariorum.

Prius titulo S. Georgii arcûs chalybei habuit Præfectos aliquando Phalaſiæ Goetſenhoviæque Dynaſtas.

Hoofstadt Godsegoven.

Alterum titulo S. Sebaſtiani arcûs æneï oblongi Toparchas Montenacenſes & Liſmaliæ habuit.

Tertium Sclopetariorum titulo D. Barbaræ Houthemios & Wayenbergæ Dominos per annos ferè 200. Præfectos habuit.

Vander Steppen.

Rhetorum Collegia duo titulo fontis & floris frumentarei.

Plebs reliqua artificum opificumque collegia habet 23. inque ea dividitur.

Quæ olim fuerit Thenenſis populi amplitudo, vel nobis tacentibus ipſa loquuntur mœnia, & æſtimatione facta loci, quem olim conſtat habitatum, haud dubiè numerus civium exceſſit 40000.

Certè uno tempore lanificio præfectos 400. fuiſſe conſtat.

Lanios 61. Coctores cereviſiarios 51. Pelliones 48. Sutores 57. Sartores junctim 112. Textores 286. Lineones 34. Pannificos 60. Piſtores 57. Alutarios 53. Molitores 40. Lignarios 67. Ex aliis non hic nominatis opificiis numerum 300.

Atque hi omnes operarum præfecti & quaſi coryphæi erant. Quid ergo ſi famulos, ſi familiam, ſi liberos, ſi tyrones opificiorum addideris? Denique ſi juventutem urbanam & ſuburbanam propria ſigna ſequi ſolitam adjeceris? Demum ſi nobilitatem cum ſuis clientibus & familia, & contubernia lectiſſimorum civium ſupputes, vide an non ad numerum quem ſupra poſui accedes.

Quoad rem ſacram. Eſt Thenis Eccleſia Parochialis unica D. Germano inſcripta, cujus reliquias à G. Bulonio huc tranſlatas fama tenet.

In ea Icones duæ ſunt miraculis claræ, altera S. Crucis à Hieroſolimitanis peregrinis frequentari, & nautis implorari ſolita; altera Virginis Matris in quam hæretici igne, ſecuribus, & alio crudelitatis genere deſævierunt, nec tamen deſtrui tum potuit, nec apparent ulla nunc ſectionum veſtigia. Hæc peſtis tempore proceſſionatim deferri ſolet & experientia docuit luem ſe remittere.

Nominatim anno 1597.

Ex diplom. Roberti Epiſcopi lato feria 6. ante omnium Sanctorum.

In hac Eccleſia *Perſonatus* eſſe ſolet & *Inveſtitus* vocabatur ejus Rector.

Anno 1243.

Denique facta per Epiſcopum Inveſtiturarum diviſio, & loco unius duo inſtituti.

Qui nunc alternis hebdomadabus paſtoralia exercere debent.

Ex literis hac de re datis 2. Decembris.

In hac eadem Eccleſia Collegium eſt 12. Canonicorum ab Henrico Brabantiæ Duce inſtitutum anno 1210; libertatibus & immunitate à Senatu donatum anno 1225. Decanorum primus Gualterus à Kerckum, Frater Majoris Palatii Ducalis; Vir dubites an genere an virtute clarior.

Ex literis quibus ipſemet ſubſignavit.

Prima Capituli Viſitatio facta eſt teſte & præſente D. Thomâ Aquinate anno 1243.

Feria 6. ante omnium Sanctorum.

Capituli Patronus Dux & per Ducem olim Abbas S. Dionyſii prope Montes ad quem Inveſtiti ſpectabat conſtitutio, & neſcio an non ad Inveſtitos collationes.

Anno 1479. Ex Bulla data 18. Julii.

Poſteà tamen Collegium Canonicorum D. Joannis in Urbe Leodicenſi impetravit incorporationem, ejuſque vigore confert præbendas. Decani aliquot primi nominis hìc fuerunt, interque alios hi: Libertus Houthemius. Joannes Winde claro loco nati. Henricus Capparts, Joannes Caſtels pietate inſignes. Utroque excellit præſens J. van Roeyde Grazen Vir prudentiâ & humanitate eximius, cui & ego, & tu mecum Lector, accepta feres hæc ſacra diplomata.

Anno 1257. Ex regiſtro capituli perantiquo.

Cantoria Eccleſiæ erecta invenitur per Petrum Cambitorem & Aſſellam ejus uxorem.

Præter Canonicos & tria privilegiata Canonicorum inſtar beneficia, ſunt in Eccleſia hac beneficiati ſecundi ordinis numero 10. juſto.

Muſicam habent & ad rem divinam adhibent, ut liberè dicam, inſignem & quam pleræque Urbes majores mirarentur.

Ludum literarium habere ſolent & hodieque habent nulli vicinarum urbium facilè ceſſurum, ubi Cornelius Valerius aliique primi nominis viri docuerunt.

Sunt Thenis nobilioris ſexus monaſteria hęc.

Ex Gonzaga. Anno 1228.

D. Franciſci nomen & Inſtituta ſequentium Senatûs & privatorum operâ extructum.

Qui cum ex genere eorum eſſent, qui reditibus gaudent & Gaudentes ideo vocantur, ſpontaneo zelo bona ſua pauperibus transſcribentes ſpontaneam paupertatem amplexi ſunt, & denique Obſervantibus adſcripti.

Anno 1540. Ex inſcriptione ſuperliminari portæ Cœnobii. Anno 1372.

Unde Viri doctrinâ & ſanctitate clari prodierunt; Fratribus de Monte Carmeli locum habitationis in Palatio ſuo aſſignavit & dotavit ampliter Brabantiæ Dux.

Obiit anno 1476. Ex Boſtio & Dorlando. Obiit anno 1575.

Ubi floruit Joannes Beets qui in 10. præcepta ſcripſit, Joannes Meierus Gelenſis Doctor facundiſſimus & linguarum peritus, cujus extant ſermones.

Obiit anno 1510.

Petrus Lupus Godſenovienſis Mechliniæ Prior ſcriptis & concionibus inſignis.

Anno 1414.

Bogardorum laicorum olim Conventus paulatim donatus à tenuibus initiis cœpit. Alexiani curandis funeribus vacantes cœperunt hìc anno 1383. & combuſto ſuo per hoſtes Cœnobio anno 1578. Domum S. Trinitatis habitant.

Alterius ſexus Cœnobia ſunt: Ampla, opportuna, opulenta, religioſa Beginarum Curia, olim extra Urbem & commiſſa Abbæ Villarienſi.

Quam annos ante 400. extitiſſe tumuli Eccleſiæ docent & confirmant ſcripta.

Rectrices ex privilegio forum judiciale exercent, jus dicunt, arreſta imponunt.

Numerus earum exceſſit aliquando trecentas.

Sunt Canonici Ordinis Auguſtiniani Virgines in tribus hìc monaſteriis.

BARBARENDAEL. Ita ex ſuis monumentis referunt Virgines.

Unum *Vallem Barbaræ* vocant, quod licet dotatores ſuos agnoſcat Joannem Bout Cancellarium Brabantiæ, Criſtinam Frankenies Abbatiſſam Nivellenſem & Dominum de Sul, tamen ex Chronicis patet antiquius eſſe.

Anno 1389.

Confirmavit Antiſtes Leodinus fundationem. Virgines primæ ex Lenſio S. Remigii venerunt, Duce Henrico de Horen Priore ibidem fundum eæ emerunt & Subprioriſſam è ſuis legerunt. Non multò poſt abſolutus à Prioratu Henricus & Subprioriſſa Prioriſſæ (utar vocabulis notis) titulo donatur. Templum novum cum curia dedicatum.

Anno 1349. Ex Chronico Bethlimitico l. 2. art. 8. Anno 1401.

Verùm cum tertia in ordine Prioriſſa Gallicæ ſolùm gnara Teutonicam addiſcere nequiret, cum 6. reverſa eſt Lenſium.

Anno 1409.

Et reliquæ ſub Priore Korſendoncano clauſtrum perpetuum profeſſæ, primæ in Belgio ejus rei exemplum & laudem reportarunt.

Anno 1410.

CABBEKE. Ex teſtamento dato Novemb. & literis Epiſcopi per Decanum Chriſtianitatis ibi Patrem mihi tranſmiſſis.

Alterum *Cabbecanum* ex eo vocant quod Joannes Raetshovius & Maria van Meerhoudt conjuges Prætorium Cabbekenſe emerint ad uſus Virginum ſub 3. D. Franciſci regula viventium. Quæ tamen aſſenſu ipſorum & Epiſcopi hortatu Inſtitutum Auguſtini amplexæ ſunt. Et demum ſub Bethlemitico Priore clauſtri perpetui votum emiſerunt.

Anno 1414. Anno 1416. Ex chronico Bethlemit. l. 3. artic. 3

Fuerunt anno 1251.

Tertium *Albarum* vocant, quæ ab antiquo Pœnitentes erant titulo & exemplo B. Magdalenæ, poſteà D. Victoris regulam amplexæ, denique ad Auguſtinianam ſe componere juſſę, ut in Lovanio dixi.

Cœnobium per tumultuarios nuper exuſtum reſtauratur piorum eleëmoſynis, curâ Ermelendis van Bruſſel virginum maximæ.

Anno 1544. dic S. Lucæ.

Hoſpitale Urbis majus & opulentum jam inde à 400. annis fundatum, auctum ſenſim, nuper curâ Antiſtitis Mechlinienſis, ductu Eliſabethæ Dyckiæ reformatum eſt.

Gryſiæ Sorores tertiam D. Franciſci regulam amplexæ cum & ſub Bogardis cœperunt & coaluerunt.

Anno 1325. Ex regiſtris Capituli.

Xenodocheium D. Laurentii, Capitulum Nobileſque aliquot habet fundatores.

Ex regiſtris menſæ S. Spiritus.

Domus S. Trinitatis ad fovendos ſenes debileſque olim dotata ſub annum 1484.

Ex M. S. Hiſtoria

Inter Capellas celeberrima totius Brabantiæ

B. Marię

belli ſacti in Rubea Valie. Anno 1175.

B. Mariȩ de lacu, cujus initia ſunt à ſtudioſo quodam Theodorico Campenſi, miraculosè eſt hìc reperta.

Anno 1240. in Junio. Ex tabula in choro Capellæ pendente

Ceterum Dux miraculorum famâ motus & Iconis B. Virginem reprȩſentantis ibi collocatæ Sacellum auxit & perfecit, dedicatum anno ſequente 3. Julii.

Hìc Clericorum eſt Collegium, in quo & Eccleſiaſtici & cælibes & conjugati exceptis bigamis recipiuntur.

Capella B. Barbaræ ex antiquiſſimis opidi putatur.

S. Jacobi in Wayenberch caſtralis eſt. S. Spiritus in longa platea. S. Ewaldi in via Hogardenſi. S. Martini in Avendoren quam Parochiali titulo donandam antiqui cenſent ex decimarum nuncupatione & communione munii Paſtoralis antè producta Urbis pomeria.

Anro 1248. obiit. Agvologus Brabant. vita 38.

Natales ſuos debent Thenis B. Beatrix prima Abbatiſſa in Nazareth cum patre.

Joanna Duciſſa Brabantiæ.

Educatus edoctuſque hìc Adrianus VI. Papa.

Edmundus à Thenis Poëta non incelebris.

Ab Urbe ad Suburbanum gradum facio, cujus ager frugum fructuumque ferax, lapidum fodinis vineiſque nobilis, paſcuorum ubertate, fluviorum commoditate. Et quâcumque pedem portâ effers, intra primum ferè ab Urbe lapidem habes aliquid quod te moveat Dei & pietatis.

Danebroeck.

Portâ Lovanienſi conſpicis rudera dejecti per has turbas Monaſterii Danebrocani, ubi Virgines bonis natæ leproſorum curam habent, & extitiſſe conſtat hoc Cœnobium an. 1306. Religioſæ nunc Urbem habitant cis D. Barbaræ.

Portâ Diſtenſi eremus eſſe ſolet & Anachoreta unus ſtipe collatitiâ victitans.

Portâ Lintrenſi Abbatia eſt Ciſtercienſis Inſtituti, quæ civi Thenenſi accepta fert ſua initia.

Portâ Hakendovienſi Sacellum eſt leproſorum, & tres tumbæ, ubi tres Virgines ſepultas fama tenet.

Fundatum hoc ab Alpaide Pipini pellice. Fundatum anno 1144. à Joanne de Hoxen Leod. aſſenſu G. de Verneborch Scholaſtici Colonienſis.

Portâ Geldonienſi & *Hogardienſi* duo ſunt Canonicorum Collegia, Hogardienſe & Hoxemienſe, quæ, quia Leodicenſem patriam tangunt, hìc prætereo.

Grypda. Porta Hakendovienſis.

Portâ Hakendovienſi Grympda eſt pagus hoc nomine celebris quod ibi vexillum bellicum Thenenſe, clavem D. Petri præferens quieſcat, gaudentque incolæ jure Suburbani, & Hogardienſes *Leodinæ*, Sittardienſes *Namurcææ* ditionis obnoxios habet.

Sequuntur Præfecturæ Urbeſque quæ ſub Thenis.

PRÆFECTURA

Cumptichensis.

HÆc nomen habet ab illuſtri olim pago, unde nobilis per Haſbaniam familia nomen & originem habet. Cujus Eccleſia Abbatiæ Indenſi incorporata, & Hoſpitale primi nominis ad ægros & peregrinos excipiendos eſſe ſolet.

Indenſes etiam Dominii partem habent.

Anno 1561.

Dominium ſummum cedente tantiſper Rege Joannes Lieminganus obtinuit, ſicut & vicinæ *Willebringæ*, ubi jus ſacrum ab Archimandrita Vlierbacenſi dependet.

Willenbringen.

Huic Præfecturæ ſubcenſentur *Bouterſemia* cum vicis ſuis *Velpa ſupera* & *Butſela* eundem Dominum agnoſcentibus, quarum hanc quoad ſummam juſtitiam Joannes Wittemius, illam Robertus à Bergis à Rege obtinuerunt & utriuſque hæres Baro Bouterſemius modò.

Boutersheym. Valteri domum ſonat. Opvelp. Butsel. Anno 1561. Anno 1561.

Bouterſemienſes Dynaſtæ fuerunt habiti olim inter 18. Primates Brabantiæ, quos noſtri vocant Barones, itemque habiti inter Equeſtres Toparchas & 8. Pares Brabantiæ.

Ridderlycken Gesellen vulgo

Imprimis autem celebrari cœperunt ex quo Bergarum ad Schaldim dominio potiti ſunt. Ceterum Henricus Bouterſemium vendidit N. Monlojo. Poſt quem lego Dominos Gerardum de Heyden, Joannem de Wittham anno 1422. à quo tempore manſit in ea ſtirpe Bergarum ad Schaldim.

Anno 1203. Sub an. 1306. Anno 1372. Vide ſtemma apud Henninges anno 1265. Henricus Bouterſ. conſanguineus Ducum datus tutor filiis Henrici III. Divæo teſte. 1213. Joannes in Synam.

Arx eſt antiqua & olim inter hujus tractus pulcherrima. Eccleſia eſt Patronatus Domini, & Capellam ſub ſe habet pagi Vertrycenſis (dominium hujus pagi fuit ab anno 1561. penes gentiles de Houthem) Eccleſia.

Vertryck. Sub hoc eſt etiam Steenwegia Heetveldiorum dudum peculium & per alias aliaſque ſtirpes devolutum & Ata Quaecula.

Velpa autem duplex hìc loci eſt, *ſupera* & *infera*, utraque à flumine veteris Brabantiæ termino dicta; illa à Cœnobio Lintrenſi, hæc à Prioratu Bierbecano in ſacris dependens. Alterutra inclytæ & per nuptias Limingamorum patriciis Lovanii aſſcriptæ nomen dedit familiæ.

Ex qua primum Senatorem invenio Valterum anno 1347. Clarumque ſub idem ferè tempus Henricum qui Luduvicum Flandriæ Comitem hoſpitio excipere ſolitus.

Deſiit dominari hæc ſtirps cum an. 1434. Georgius de Velpe vendidit dominium Luduvico Pinocco, & poſſedit idem anno 1502. Zwanus de Cortebach & anno 1504. Leo de Coultereau, denique Anthonius D. Bergarum & hæredes.

Infera dominium ſupremum Thomas Rollema exemptionis viâ acquiſivit anno 1589. Cujus uxore Annâ Spaens defunctâ Joannes Gerbrandtnoordt cœpit poſſidere anno 1595.

Ex Caſſiano collat. 23. cap. ultimo.

Hic obſerva, diebus Dominicis veteres Monachos communicaſſe, quod etiam hodie ubique ferè obſervatur quoad perceptionem ſacræ Synaxeos, in Carthuſiis etiam ubi diebus feriatis ſoli agunt & edunt, quoad communem in refectorio cibi ſumptionem.

In aliis addo Pinoccorum gentem ex occidentali Flandriâ eſſe, Calſteriis Lovanii inſitam. Et invenio primum in Senatu anno 1312. Luduvicum, Henricum Equitem in prælio Baeſwilriano anno 1371. Henricum cum ſuis vindicem acerrimum cædis Patriciorum an. 1331. Luduvicos tres, quorum unus octavum anno 1311. alter quintum, an. 1441. Conſul, tertius per annos 44. Prætor, vir ſui temporis clariſſimus, de quo alibi dixi.

Gentis

Gentis hujus peculia fuerunt *Velpa* & *Horſta*. Monumenta celebria ſunt in Sacello proprio æde D. Petri Lovanii.

Alterum tradidit nomen inclytæ ſtirpi, ex qua Joannem invenio anno 1206.

Sequuntur *Lintriæ* duę, pagi ob id nominati quod incolę hortorum arborumque cultores inſitoreſque periti eſſent quaſi *Abelinters*.

Utriuſque & ſuperioris & inferioris dominium celebre fuit olim; illius ob Abbatiam fœmineam Ciſtercienſis Inſtituti; hujus ob Dominos recenſitos inter 8. Toparchas Equeſtres & Pares Brabantiæ.

Ex vita D. Beatricis M. S. & literis Henrici Ducis anno 1232. Arnoldi Weſemalii anno 1244. & aliorum. Ædificio exuſto ad hortum, Maria Heyenſis anno 1330. fecit. Abbatiam Maria Happaert poſt annum 1570. dormitorium & clauſtrum Maria Lyſkenrodia.

Abbatia Virginibus claro genere natis olim tantùm patens extructa anno 1220. per Bartholomęum *Vleyshouwers* civem Thenenſem, loco, decimis & proventibus ampliſſimis per DD. Weſemaliæ dotata ante annos 50. ædificiis ſplendidis multùm exornata. Virginum numerus nunc eſt tricenario major. Virginum maxima nunc eſt Cat. Sylvia, cujus beneficio vetera diplomata inſpexi & examinavi.

Fuerunt olim claro loco natæ Sutta Waenrodia an. 1359. Catherina Bergenſis an. 1362. Eliſabeth Hermeys anno 1415. Gertrudis Becana anno 1451. Ida Pinnoccia anno 1466. Vandenbergicæ Catharina anno 1483. Eliſabeth an. 1525. Maria Lyſkenrodia an. 1554.

Dominium loci partim fuit penes Algidomontanos, partim penes Berlarios. A Maria autem Berlaria Heverleæ Domina devenit ad Henricum Redingem anno 1448. qui idem Lamberto Wingano vendidit anno 1487. à quo emit Martinus Wilrianus anno 1508. & poſt eum nepos Luduvicus van Tommen ejus potitur, & potiuntur poſteri cognomines.

Invenio an. 1422. Simonem de Overborch D. Oplintriæ.

Anno 1267. invenio Joannem Brine D. Lintriæ, ſed neſcio utrius. Anno 1372. Razonem invenio Rivetium.

Inferioris Lintriæ Dominium ubi defecit vetus Gens, à Riveriis cœpit poſſideri, & eorum hæredes per matrimonium Gentiles de Baillet poſteà, nunc per uxorem nobiles de Hontoy ejus pro parte potiuntur. Eccleſia ſolet olim Capellanos 11. numerare, & pagi jus & Parochiæ ad miliarium facilè extenditur.

Decretum hoc in Agnenſi conventu anno 817.

Dum legis, Abbatem, Præpoſitum vel Decanum, licet non Sacerdotes, benedicere *ſolitos olim*, *obſerva Sacerdotium ad has dignitates olim non fuiſſe neceſſarium.*

Tommæa Gens Bruxellenſis eſt origine: in Senatu Lovanienſi primum celebrem invenio Joannem Equitem IV. Coſ. Peculia & Dominia familiæ præter Lintriam ſunt Linda & Wilſulæ.

ROOSBEECK. DYCBEECK.

Reſtant vici nomine *Paludis Roſarum* & *Angularis:* ille Indenſis, hic Fliderbacenſis Abbatiæ in ſacris ſubditus.

KERKEN. Domum templi ſonat. BINKEN.

Kerkemum Indenſis Abbatiæ, *Bikenum* Equitum Jeroſolimitanorum Eccleſiam habens: illud ob Abbatiam Ciſtercienſem olim fundatam & in Ramciam poſtea tranſlatam; hoc ob Commendatorem ibi reſidere ſolitum notius evadit. In hoc jus juriſdictionemque ſummam Franciſcus Baillet cedente Rege obtinuit an. 1562. & Bailletiæ matri Florentius Hoon in hæc bona ſucceſſit an. 1596.

Anno adhuc floruit Stirps Binkemenſis, cum Renerus & Guilielmus fratres vixerunt.

In illo Indenſes ſuum habent peculium.

SLUYSE. Catharactam ſonat.

Sluyſa Joannem Argenteau Toparcham nuper accepit anno 1561.

BUEDINGE

Budingemium Oyebrugganos Meldariæ Dominos.

MULSTEDE. Mult locum ſonat

Mulſteria....

MELDERT. Milaert fundum liberale ſonat.

Meldaria autem in ſacris Capitulo S. Bartholomæi obnoxia, olim pars fuit Comitatus Turinenſis ab Alpaide Hogardienſibus donati. Denique Durachienſes Dynaſtæ cœperunt poſſidere, & per unicæ hæredis nuptias cum Durachio tranſiit in familiam Oyebrugganam & perſeverat in eadem ab annis ducentis.

Vide de hac Grimbergana.

Molanus ad 29. Octobris.

Meldrecem olim dictum & in inſula ſitum creditur, notum ob S. Hermelindis miracula.

Agrologus Brabant. parte 8. vita 43.

Quæ cum duodennis virginitate Superis conſecratâ à fratribus in Bevetum exagitaretur, Angeli monitu huc juſſa fugere, in ſolitudine vitam cælibem ſanctiſſimo fine coronavit poſt 40. annos à Pipino Duce in tumulum auguſtiorem relata.

Qui idem in confini loco Virginum ſtruxit Collegium, & in monte à vitulis nomen ſortito Presbyteros ad ſacra peragenda ex D. Bavonis Gandenſium evocatos. Neutrum Cœnobium nunc extat Normannorum, ut credo, manibus everſum.

Arx eſt hic loci magna gaudens immunitate. Strips ab hac nomen habet inclyta inſita Patriciis Lovanii, unde Conſulem invenio Libertum anno 1436.

Henacum Petri hujus loci eſt, de quo alibi.

BLANCAERTS VELT.

Hoc tantùm, eſſe in hoc tractu locum, quem Blancardi Campum *vocant*, *unde Stirpem illam Liminganis Lovanii inſitam libens edicerem, quæ anno* 1196. *Reginaldum habuit in expeditione Syriaca, in Senatu primum anno* 1300. *Coſ. Valterum, anno* 1264. *Prætorem Equitem clariſſimum & caput factionis adverſæ Clavariis.*

In ſacris illud ex Aquiſgranenſi collatione noto: cùm pręcipitur ut Monachi pro neceſſitate baculos habeant, quod nunc ex more fit, olim ex pręcepto factum.

LEONIA SIVE LEEWÆ.

SOUTLEEU.

URbis hujus nomen uniformiter Veteres pronuntiarunt, ut manifeſta appareat nominis derivatio à Leone.

Marcus Vaernewyck c. 27. folio 63.

Originem hiſtoriæ noſtrates ad Juliana (& ſibi gratulantur de tanto auctore) tempora referunt, & ob communem huic cum Brabantiæ inſignibus vocem, antiquiorem faciunt provinciæ.

Si cui libet fidem adhibere, per me quidem licet: hoc interim non taciturus ſum, videri à Godefrido Duce ex orientalibus bellis reduce, ſi non fundatam certè reſtitutam.

Poſt annum 1505 Ex Chronico Trudonenſi veteri.

Hoc certum, quo tempore contra Trudonenſes Duci noſtro bellum fuit, arcem Leeuwæ munitam.

Arx

Arx ergo fuit, vel arcis nomine intelligenda civitas.

Ex regiſtris opidi.

Cujus pomeria extenſa in duplum accipio anno 1330.

Exterior autem urbs ante annos 270. adjecta; ſed ea pro bona parte à Trudonenſibus deſtructa.

Ultimum autem urbis incrementum ab annis 50. eſt, exiguum illud & unà tantùm parte.

Munimenta ferè à tumultuante milite hìc ſedem nacta ſunt.

Ita ut nunc urbs exigua quidem ſed elegans ſit, aquis undique cincta & potens retentis obicibus fluvii agros adjacentes inundare. Portas majores habet quatuor, minorem unam, plateas....... pontes lapideos tam Getæ flumini, quam torrenti urbem maximo cum nundinantium Mechliniæ, Dieſtæ, Areſcoti, Sichenis commodo perlabentibus injectos novem habet, Fora rerum venalium tria.

Pręcipua urbis opera ſunt.

Curia vetus extructa poſt annum 1233. Hoſpitium Helencemienſe. ubi multos annos exules à ſuo Monaſterio hęſerunt Religioſi.

Anno 1578.

Fata urbis pręcipua ſunt. A peſte pręter ea quæ in Lovanio dixi, ſenſit grande malum, cum ex 400. qui initio fuerant, vix 18, legitimi conjuges juncti ſupereſſent.

Divæus l. 7. rerum Brabant.

Ab hoſte. Cum eam Epiſcopus Leodiorum expugnatam ſpoliavit anno 1213.

Annales c. 40. Divæus l. 4. rerum Lovan.

Cum Flandriæ Comes occupavit an. 1356. Cum exules Lovanienſes oppreſſerunt anno 1382. ſed ſemper & mox Duci ſuò reſtitutam.

Quoad Rempublicam, ejus facies pęnè eadem cum Thenenſi. Deſignantur quotannis Conſules & Senatores itemque Decani quinque, & Quęſtor, omnes ex Tribubus Patriciis, quas audio fuiſſe olim viginti. Equeſtris certè ordinis familiæ alibi natæ hìc inſitæ ſunt ex Bruxellenſibus Lyffkenrodii, ex tractu Leod. Argentealenſes, Hallenſes, alii.

Ex domeſticis ſunt Gentiles Sabels, Vilters, Wagemans, Kerckhove.

Ex vicinis Toparchis Grazenſes, Boenhovienſes, qui & Huwagen, Dormalienſes, alii.

Anno 1456. Ex diplom. Philippi Ducis, cujus copiam fecit Senatus.

Privilegia Urbi data ſunt maxima. Prima hæc. Cùm Dux permittit Leewenſibus, poſſe poſt Senatûs ſententiam omnes totâ Brabantiâ, (exceptis Urbibus quatuor primariis) habitantes citare de triduo in triduum; & coguntur Prætores aliorum locorum auxilio eſſe & tradere reos.

Amplius, ſi quis fundum elocaverit nec ei fiat ſatis, licitum eſt creditori etiam nullâ ſententiâ prævià animalia debitoris abducere ex agro illo & vendere niſi ſatisfiat.

Ex diplom. Henrici anno 1271. Joannis an. 1342. Eduardi Regis an. regiminis 12.

Immunes ſunt Leewenſes à vectigali granario per omnes 17. Provincias, gaudentes etiam in Anglia immunitatibus ex beneficio Eduardi Regis.

Nobilior civium pars dividitur in 4. contubernia, vilior in certa opificum Collegia.

Cives hoc commendat, quòd nemo umquam his iniquis temporibus nomine hæreſeos vel inſimulatus ſit vel ſuſpectus fuerit.

Solet olim Leewis etiam minoris notæ moneta cudi, & exemplo ſint nummi quos leones appellant.

Cives re lanariâ ſolent occupari & nundinatione frumenti & leguminum: nunc laudi eſt & aliò defertur cereviſia Leewenſis.

Quoad rem ſacram, ſolet unica eſſe Parochia, olim quidem loco ubi Bogardorum Cœnobium nunc eſt, aucto autem Urbis ambitu tranſlata in Ædem D. Leonardi.

Anno 1211.

Ea ex collatitia ſtipe & eleëmoſynis accurrentium ad famam miraculorum interventu iſtius Divi patratorum, aucta & multùm exornata eſt, adeo ut hebdomadatim adhuc 24. ſextaria frumenti in pauperes ex proventibus fabricæ erogentur.

Ex literis fundationis datis apud Hoyum feria 5. poſt Feſtum B. Mariæ Hyemalis.

Erant hìc ſenſim fundatæ Capellæ plures, ex quibus duodecim Canonicorum Collegium autoritate Epiſcopali conſtitutum eſt an. 1338. quibus ſubſerviunt Sacellani quinque. Decanorum primus Robertus de Cortenaken, 8. Joannes de Liſkenrode magno loco nati. 2. Petrus Tilmanni qui feſtum Tutelaris Divi Leonardi tanquam duplex primæ claſſis celebrandum inſtituit, cujus beneficio hæc mihi communicata.

Obiit anno 1415.

Anno 1565.

Spectat ad hanc Eccleſiam domus cum Bibliotheca recipiendis Sacerdotibus Ordinum Mendicantium, & Concionatoribus relicta ab Ægidio van Haughen.

Anno 1232.

Eſt in Urbe Prioratus magni olim nominis Ordinis Vallis Scholarum Pariſiis inchoati, cujus Priorem ad Comitia Brabantiæ venire ſolitum ſcio. Religioſis advocatis Eccleſia Parochialis vetus aſſignata à Canonicis S. Dioniſii Leod.

Ex literis datis 3 Julii.

Eſt & Bogardorum 3. Regulæ D. Franciſci Cœnobium Capituli Zepperenſis membrum fundatum anno 1327.

Eſt & Capella Clericorum noſtræ Dominę, duodecim Eccleſiaſticis totidemque Secularibus conſtans Pręebendatis, fundata anno 1297.

Anno 1327.

Alterius ſexûs eſt ampla Beginarum Curia olim extra Urbem fundata nunc per turbas in Urbem tranſlata.

Eſt & Ordinis Divi Auguſtini Clauſtrum, Cœnobii Lenſienſis traduxerunt è colonia, fundatum anno 1483.

Sunt & pauperum, ſunt & peregrinorum receptacula cum capellis ſuis mediocriter dotata.

Ad ſuburbanum ſi gradum facias, erit etiam ibi quod placeat.

Onse Lieve Vrou op den Ossenberch.

Portâ Trudonopolitanâ in conſpectu Urbis ſtagnum eſt 1000. ferè paſſus ambitu ſuo complectens, & in vicino Sacellum Deiparæ miraculis clarum & ex eleëmoſynis peregrinorum nuper erectum.

Anno 1536.

Portâ

Portâ Vaccarum Leproſarium eſt cum Sacello & Curatoribus utriuſque.

Osmael. Urſi fundum ſonat.

Urbis appendices vici ſunt ſex, ex quibus *Orſmalia* cum Prętorio veteri, *Petrææ* (TEN STEENE) peculium olim Meldriæ Dominorum & proinde Oyenbrugicorum Duraſſi Toparcharum. A Jodoco autem de Oyenbrugge dicto de Coelhem Duraſſi Domino obtinuit Catherina Vilain viâ permutationis cum peculio de Buedingen. Contra quam Joanni Argentealenſi elocatam obtinuit Joannes Herthoge de Oiſterhoudt & ad poſteros cognomines tranſmiſit.

Anno 1473.

Heelen ten Bosch.

Ex Chronico Bethlemitico.

Eccleſia Juris Patronatus eſt, à qua dependet Eccleſia pagi Helenſis & Capella ſilveſtris olim nota ob recluſorium vetus ſanctarum aliquot Virginum receptaculum.

LANDA HASBANIÆ.

Landen. Landen nobis ſonant terras, Hove aulam, Hooft caput. Inde inſignia ei cum Brabantia eadem.

VEtuſtiſſimum hoc Brabantiæ opidum ex eo habetur, quod Pipini primi regia fuerit. *Landam* Veteres, mox *Landenum*, nunc *Landinum* vocarunt, & crederem dictam olim *Landenoviam* (quod nomen in veteri Regiſtro inveni) id eſt palatium terrarum, (ſubaudi Auſtraſiæ) ſive caput terrarum; unde lapſu temporis abſciſſa poſteriore parte effectum ſit LANDEN.

Ob fontium Landæ ſalubritatem addunt, valetudinarium Cæſaris hic fuiſſe.

Annales an. 473. Landonem Ducem volunt urbem ſtruxiſſe.

Urbis initium annales ad Juliana tempora referunt, & Romanorum veſtigium eſſe contendunt pagum vulgo RUMSDORP, id eſt vicum Romanum.

Secundam huc Coloniam Gallorum ductam addunt, & ſupereſſe nomen in pago *Waelhoviæ*.

Tertiam à Pipino cujus palatium monſtrant ubi nunc D. Gertrudis fanum.

Ceterum Urbem ampliſſimam fuiſſe ex conjecturis & nominibus pagorum adjacentium colligunt.

Al ten Hove ſonat omnes Palatini.

Attenhoviam Palatinorum nobilium habitationem fuiſſe. *Raetshoviam*, Curiam ſive Senatum fuiſſe.

Hautemiam militum equitumque locum fuiſſe, juxta quam via eſt hodieque dicta RIDDERSPAT, id eſt trames equitum, & ſic de ceteris.

Quicquid ejus ſit, Urbs poſt Normanorum tempora viluit in anguſtam formam redacta. Portas 3. turres in mœnibus 5. plateas 12. fontes 2. uberrimos habet.

Fata ejus à bellis ſunt.

Ex chronico Gemblacenſi.

Cum vaſtata eſt à Normannis anno 835. iterumque à Godefrido Arduennate an. 1012.

Anno 1188. uſque ad an. 1192. Ex Chronico Brabant.

Iterumque à Namurcenſi Comite & Duce pluries.

Ex M. S. veteri per Cornelium Dyckium ſuppeditato.

Denique, Poſt biduum Pauli tum LANDEN victa fuiſti. Anno 1235.

Ex eodem.

Demum ſuperata totaque incendio fœdata anno 1482.

Nec multo poſt iterum à Saxonum Duce ingens malum ſenſit.

Quoad Rempublicam & Senatum, ea pendet à Duce.

Ex his duo eſſe debent Raetshovienſes.

Prætor Provinciæ Getenſis cum Scabinis ſeptem juri dicendo præeſt.

Vulgo Guldekens.

Ex his etiam duo ſunt Raetshovienſes.

Prætor etiam cum totidem Scabinis aliis cauſas ponderum & menſurarum agitat.

Hoffsche penen dicunt.

Vicequæſtor Dominiorum Ducis in tractu Thenenſi cum aliis pari numero res & controverſias fundorum, bonorumque audiunt.

Privilegia Urbi à Principibus data, à Maxæmiliano Imperatore confirmata ſunt.

Cives ubique à vectigali & thelonio liberos eſſe.

Nuſquam ratione debiti totâ Brabantiâ detineri poſſe, niſi in 7. opidis capitalibus.

Senatui poteſtas facta quaſlibet pœnas mulctaſque infligendi, Potorium vectigal conſtituendi.

Sunt ea tria.

Contuberniis Sagittariorum permiſſum 24. ex pagis Præfecturæ Getenſis aſſumere gaudentes immunitate vectigalium & civitatis jure.

Inde Signa urbis veteri tabula cum inſcriptione: *Pater noſter*.

Quoad rem ſacram, conſtans Scriptorum & hominum opinio eſt *Landam*, primam religionis Chriſtianæ participem fuiſſe.

Anno 619.

Parochialis ejus eſt extra Urbem D. Gertrudi inſcripta à S. Amando dedicata & miraculis interventu S. Virginis clara.

Eſt in Urbe Sacellum Virginis Matris ſed modicè dotatum. Fuit Sororum mendicantium, titulo Jeruſalem Conventus, ſed à piis civibus mediocriter dotatus, cujus bona pronuper Bethanienſi apud Leewenſes Cœnobio aſſcripta intelligo.

PRÆFECTURÆ

Getenſi ſubeſt

Dormael. Siccum prædium ſonat.

Hinc orta gens Lieminganis inſita è qua invenio an. 1144. Gerardum Equitem.

VIcecomitatus olim, nunc etiam Baronatus *Dormaliæ*.

Eſt hæc in limite ultimo Leodicenſi, & arcem habet extructam, ut reor, contra Trudonenſes. Arcis cuſtodiam ſive Caſtri Comitatum olim *Schoonhoviæ* gentis fuiſſe invenio, & denique per Affinem Dorotheam Amelricum *Swerte* obtinuiſſe.

Anno 1442.

Anno 1570.

Dormaliæ tam ſuperæ quam inferæ Dominium à Rege acceperat Georgius van Linden, ſed ſuperæ jus Joanni Drencquartio tranſſcripſit, inferæ retinent filii affines mei.

Anno 1584.

Ezemael.

Ejuſdem cum hac terminationis eſt *Ezemalia*, cujus ad Collationem Præpoſiti Hoyenſis ſpectat Eccleſia.

Wulmersem. Wommersem. Wulmari domus ſonat.

Sunt inſuper ejuſdem terminationis pagi hic plures, *Wolmerſemium* & *Wulmerſemium*, alterum Parci Dominarum, alterum Capituli noſtri Eccleſiam habens. Illud quoad dominium cœpit agnoſcere Franciſcam Charles cedente Rege, & eâ mortuâ Franciſcam *Sgroets* filiam, ad extremum Arnoldum Baerts Doctorem & Conſiliarium Mechliniæ per mortem Annæ *Sgroets* primæ uxoris.

Anno 1561.

Anno 1574.

Anno 1592.

Hakendoever.

Wulmerſemium autem appendix eſt *Hakendoviæ* pagi magni & celebris, cujus Eccleſia

à Fli-

à Fliderbeca dependens traditur manibus non humanis dicata, & eſt annua ad memoriam ſupplicatio & Salvatoris veneratio miraculis clara.

Eliſem. Eliæ domum ſonat. Hinc ſtirps eſt cognomento de Bock, qua Gerardus anno 1373. Anno 1565. Anno 1595.

Eliſhemium in ſacris quidem Abbam Fliderbacenſem, in tribunali cedente Regę Arnoldum à *Moers* agnovit, & denique Petrum Ruyſſchen, qui à ſuperioris vidua Maria Straesbergica emit.

Ophelechem. Nederhelechem.

Et denique duplex *Helechemium* ſuperum & inferum. Hoc Floenenſem, illud ſui Monaſterii Abbatem in ſacris agnoſcens.

Anno 1506.

Hi pagi ante annos 100. ſupremæ juſtitię compotem Dominum acceperunt Segerum Nicolai, ſed temporarium, & reſtitutâ, quam erogaverat in uſum Principis, certâ pecuniæ ſummâ cedere coactum.

ENCOMIUM
Abbatiæ Præmonſtratenſis in Helechem.

Helechem. domum ſanctam ſonat.

SAlve ſancta domus venerabilis ordine toto,
Quem datus à Diva Virgine candor amat.

Domus Domini benè fundata ſuper firmam petram, cujus origo à piis, incrementum à ſanctis eſt, deſinit in beatam æternitatem terminus.

Anno 1133. Verba diplom. dati 5. Nonas Maii Pontificatus anno 5.

Reynerus quippe *Miles, ob peccatorum veniam promerendam, Eccleſiam in honorem S. Dei Genetricis Mariæ in proprio Allodio quod Helencium dicitur conſtruxit, ut juxta D. Auguſtini regulam & formam Religionis Fratrum Floreffienſium omnipotenti Deo inibi ſerviatur*, cónfirmante idipſum Innocentio Papa. Itâ miſſi Floreffia Præmonſtratenſis Regulæ Canonici cum Abbate Ermenrico. Cui ſucceſſor datus eſt Gerardus, & denique Albertus; quorum induſtriâ res Cœnobii famâ aſpirante mirum in modum crevit, & pietas Religioſorum quaquaverſum ſe diffundens Principum favorem abundantem meruit. Inde ſunt Eugenii & Alexandri Pontificum privilegia, inde Godefridi Ducis munificentia & aliorum plurium. Archimandritæ autem qui Alberto ſucceſſerunt Adam, Everardus, Franco, Ægidius, Joannes vitæ innocenter actæ laudem reportarunt, aliàs nomine ſolo noti.

Anno 1144. Anno 1178. Anno 1178. Ex Bullis & diplom. per D. Prælatum mihi exhibitis.

Jacobus de Bomelia, Simon de Motta, Joannes de Scluſa, Joannes de Bergenis, Arnoldus de Bunsbeeck, nomine ſuo inclytum produnt genus & tumulis præſtantiores genere virtutes. Utriuſque æmuli qui mortuis ſurrogati ſunt, Henricus Forve *nulli pietate ſecundus*, Joannes Hollenioul *magnanimus magnus veluti leo, mitis ut agnus*. Jacobus Forve anno 1417. ſuperiori ut ſanguinis ita morum affinitate par. Henricus Montenaken anno 1437. ex milite miles, olim ſeculi poſteà Chriſti, ſemper ſtrenuus. Sigerus Nicolai à Moers anno 1457. Joannes Beudemanno 1500. ambo celebres & Principibus grati. Gulielmus à Molendino anno 1507. qui jus mitræ & infulas primus obtinuit & opere magnificó domum Abbatialem extruxit. Reynerus Paniſgreve anno 1544. qui templum reædificavit & ſedilia tanto artificio, ut neſciam an Brabantia habuerit præſtantiora. Embertus Niveleer anno 1553. Ægidius Bernardi Braes anno 1557. Balthazar Lovens anno 1582. incuriâ Pharmacopolæ qui non óptimè habenti potitionem miſcuerat, intoxicatus. Cui ſurrogatus eſt anno 1588. Joannes Braes Vir eruditione, prudentiâ, pietate eximius, qui iniquis hiſce temporibus cum ruina & ruderibus toties incenſi Monaſterii luctatur, animo tamen ſemper erecto, & nunc quidem 33. optimæ diſciplinæ Religioſos alens, duos in Academia, quatuordecim in Paſtoratibus.

Cœnobium hoc quia in limite Leodino ſitum, frequenter orto bello vaſtatum & primos ferè impetus excipere ſolitum. Nuper autem aliquoties voracibus flammis abſumptum graves ſenſit calamitatum turbines. Semel quidem à Geldris vicina omnia infeſtantibus. Anno 1507.

Iterum per Francos Templum, & denique fortuito igne potior Abbatię pars correpta teſtes reliquit incendii ruinas. Abbatiæ huic ſubeſt Lanquadenſis prope Coloniam Prępoſitura, & plures Viri magni & ſcriptis editis clari hinc prodierunt. Anno 1568. Anno 1583.

Gussenhoven. Goedtsenhoven. Gozilonis & Gozonis curiam ſonat.

Sequuntur pagi ferè cognomines *Gutſenhovia* & *Goedſenhovia*, illa Abbatem S. Laurentii, hæc Decanum S. Dionyſii habet Eccleſię proſpicientem.

Peculium fuit ſtirpis nobilis & extat tumulus Goſwini in Parco: venit autem poſt in Kersbecanam ſtirpem hæreditas, unde Valterus vixit anno 1422. Heſpem videtur Hasbaniæ nomen referre. Anno 1562. Neerhespen. Overhespen.

Hæc ex nobilibus Van Linden, illa gentiles De Switten Dominos habuit habetque. Swittenii autem unà cedente & concedente Rege Dominium utriuſque *Heſpeni* acquiſierunt, ex quibus *Superum* in ſacris habet Presbyterum Ordinis Equitum Melitenſium, *Inferum* eo utitur quem Paſtor Gudſenhoviæ utpote Matris Eccleſiæ Rector conſtituit.

Raucourt. Domum conſilii ſonat.

Raetshovia in ſacris Eccleſiæ, in profanis olim Urbis Landinenſis ſubdita, indeque gaudens adhuc jure Opidi.

Waelhoven. Ex cognomine ſtirpe anno 1312. ſunt Joannes duo Equites, aliique plures poſtea, & Calſteriis ſunt inſiti Lovanii.

Waelhovia peculium ſtirpis cognominis, quod anno 1554. Balduinus de Wavre per & poſt matrem obtinuit.

Hîc dominatos Bollenbornios Lieminganorum fruticem variis conjecturis diſco. Ex quibus anno 1110. Arnoldum in Syriam iviſſe lego. Simonem anno 1211. in Senatu Lovanii primum invenio.

Reſtant *Wangia*, licet in ſacris Eccleſiam habens ſecundariam, tamen dominium & Dominos primæ notæ habuit. Ex quibus aliquot Seneſcalli Brabantiæ fuerunt, ut plures Comitatûs Namurcenſis. Stirps primæva & illuſtris illa cùm defeciſſet, ſucceſſit noviſſimè Liemingana Patricia primaria Lovanienſis, & Dominus Baronis titulo gaudet.

Winda utraque, *Supera* à Capitulo S. Dionyſii, *Infera* à Collegio Audenenſi in ſacris dependens.

Laria

Laria à Trudonenſi Abbatia.

Walsberga celebris ob Santrainii Commendatoris peculium.

Ad extremum pagi qui olim partim Eccleſiæ, partim urbis pars fuerunt, ſunt

Waeſmontium filia Landinenſis Parochiæ.

Landinum inferius in ſacris Abbatiæ Gertrudanæ peculium, olim ut apparet Opidi pars aut Suburbani.

HALENUM.

URbs vetus ſed miſera, & de qua nihil admodum habeo quod memoriam mereatur.

Bella Leodicenſia & Geldrica effecerunt, ut numquam potuerit à malis ſuis reſpirare, aut caput erigere.

Arce inſtructa fuit olim, ſed ſæpius vaſtatâ, & denique per has turbas reſtitutâ.

Clades Urbis nihil neceſſe recenſere: tot fuerunt, quot ſunt bella. Ultima fuit ex qua non ſe recollegit.

Anno 1484.

Prætorium, Curia, Noſocomium, cum Virginali Collegio eſſe ſolent, nunc nihil admodum reliquum eſt.

In Eccleſia Perſonatus eſt & matrix plurium pagorum.

PRÆFECTURÆ *Halenſi ſubcenſentur*

De banck van de Capellen. Atroy. Wevere. Meensel. Zuerbeeck. Hi duo pagi iterum oppignorati Houthemiis. Anno 1506.

CApella cum pagis ſuis. *Atrodia* & *Wevera* Indenſis Abbatiæ ſacrum peculium, ſicut & *Meenſelia*, *Amarum pratum* & *Glabbeca* Helechemienſis Abbæ Eccleſia. Omnes hi pagi ante annos 100. cedente Rege Dominum acceperant ſupremæ juriſdictionis compotem, ſed poſtea reſtitutâ pecuniâ redierunt ad Regem. *Doerna* humilis vicus nunc. *Webbeckemum* tetigi in Dieſta.

Vide Helechemium.

Betſia Parochiam habet à Perſona Leeuwenſi dependentem.

Beets.

Winga Dominum accepit pronuper Paulum Carondelet anno 1561. & peculium fuit ſtirpis Udechemiæ.

Anno 1561. Ex ſtirpe veteri Gildulphus in Curtracenſi cæſus & Valterus anno 1313. D. de Peerſele.

Kersbeca peculium in parte fuit inclytæ ſtirpis de Elderen, ubi gladii jus cedente Rege obtinuit Jodocus Steenwegius anno 1561. à quo Guilielmus Merodius emit anno 1587. ſed propior viſa eſt Barbara Steenwegia quæ Dominium in ſe transtulit anno 1588.

Torrentem cæſorum fonat. Ex hac ſtirpe orta quæ aliquot Gotenhoviæ Dominos protulit.

Cortenacum ſolo nomine mihi innotuit.

Kieſekemium Eccleſiæ & rei ſacræ adminiſtrum habet unum ex Crucigerorum Melitenſium numero; juſtitiæ autem Adrianum vander Noot accepit, & perſeverat in familia, dominium.

Anno 1567.

Pagos aliquot juris Thenenſis quære in Appendice ad Dieſtam.

Supereſt inſuper Thenis Toparchia & Baronatus titulo nonnumquam inſignis de Houthem.

Joannes de Houthem primus Baro declaratus ob merita in Fredericum & Maxæmilianum Imp.

Quæ in familiam Straesborgicam tranſiit Margaretâ Joanni enuptâ. Et nuper emptionis viâ acquiſivit Joannes à Moins.

Anno 1500. Anno 1560.

Huic accenſeri ſolent *Bunsbeca* Abbæ Helechimienſis Eccleſia, & *Stockemium* & denique *Henakum* quod in hoc tractu duplex eſt, alterum Petri quod Joannem Houthemium & denique Anthonium Liminganum Dominum accepit, & in ſacris è Tongerloa Canonicum Paſtorem accipit.

Bunsbeeck. Stockem. Wissenaken. Hic habitaſſe & ortos gentiles vander Linden aſſerit Divæus. Anno 1569.

Alterum Martini ſive Hemelini, à S. Rumoldi Affine, qui febre correptus vitæ innocenter actæ finem facere coactus hìc loci ſepulchrum nactus miraculis teſtatum fecit ſuam ſanctitatem.

Molanus in Martyrologio.

FINIS

Antiquitatum Thenarum & Leoniæ.

ARSCO-

ARSCOTUM DUCATUS
CUM SUIS BARONATIBUS.

Illuſtriſſimo Excellentiſſimoque Heroi
DUCI CROYO ET ARSCOTANO,
S. R. I. Principi, Aurei Velleris Equiti
CAROLO,
Literarum Mæcenati unico.

TRanſlatus in aliam vitam & meliorem J. Lipſius. Ita Deo viſum; &, ſi Chriſtiano liceret, adderem, fata nobis tantam lucem invidiſſe. Mihi imprimis, qui tot annis retro-actis auditor, octennio jam ferè & ſtudiorum comes, & profeſſionis collega. Sed enim; quantum lenta ad viburna cupreſſi, ita ego ad Virum tantum. Cucurri in eodem Hiſtoriarum ſtadio, docui, ſcripſi; ſecutus, licet certus numquam aſſequi vel umbram majeſtatis Lipſianæ. Eſt tamen aliquò prodire tenus, & licet effectum natura & melior naturâ Deus negaverit, conari. Hoc facio & eum quem Maximus Vir & Phœnix Europæ noſtræ Patronum ſibi legit, amavit, expertus eſt; lego, amavi, experiar. Et ducit me ad Illuſtriſſimas Excellentiæ tuæ fores ratio, ſpem facit ſolita quam non ſemel ſenſi humanitas, auget ipſa ſcriptionis materia. Nec enim eſt ut quæram, nec erit ut inveniam Principem cui Literæ, Hiſtoria, Antiquitates magis curæ, magis cordi. Et cui gratam accidiſſe ſcio de Lovanio ſcriptionem, non ingratum fore confido, de Arſcoto & ejus Baronatibus commentarium. Excuſſi locorum plurium Archivia, collegi quæ vides, Princeps Maxime, partim etiam tuo mihi communicata beneficio in ordinem redegi. Hoc reſtat, ut rogem digneris rudi huic Scripto Serenitatis Tuæ benevolentiam tantiſper impartiri, donec Hannoniæ Tuæ Antiquitates percurrens aliquid majus & oculis tuis dignius depromam. Ita te Deus ad Reipublicæ Chriſtianæ & Belgii imprimis noſtri decus & columen diutiſſimè ad præ & conſervet. Quod vovet

Illuſtriſſimæ Excellentiæ Tuæ Devinctus Cliens

J. B. Gramaye.

INter potentes Maxime Principes,
Regale germen, progenies Ducum,
Germaniæque Galliæque
Pannoniæque decus coronæ.
Utramque cujus Heſperiam decor
Pervaſit & jam triplice Galliâ
Illuſtriora dedicavit
Croyacæ monumenta Gentis.
Te Principem Germania & Hannones,
Brabantia atque Gallia te Ducem
(Nolo Toparchæ vel Baronis
Vel Comitis numerare nomen)
Amat, ſalutat, & reveretur, &
Ego inter illos officii memor
(Ex more Perſis uſitato)
Munere cum duplici ſalutem
Veni daturus, munere quo tui
Res Areſcoti inſcripta, ſimul meæ
Inſculpta mentis promptitudo
Obſequii ſtudioſa veſtri.
Tu ſcripta, ſculpta, Maxime Principum,
Sumens clientis de manibus tui,
Fave, ſerenatoque vultu
Fer, refer in numerum tuorum.

ARSCOTI DUCATUS

IN COGNOMINE BRABANTIÆ OPPIDO.

1. In diplom. Affligimii, quæ poſt ſpeciatim dabo.
2. Id dictum ſcriptumque à Juſto Lipſio c. 3. Virginis Sichemenſis.
3. In diplom. Godefridi Virſonii ſic lego.

VIDEO hujus Urbis & loci vocabulum pronunciatum, ſcriptumque [1] Arſchotum, Areſcotum, [2] Arſcotum, nunc [3] Aerſchotum, ſive Aerſchotiam.

Communicata mihi carmina hæc per Henricum Riveren Decanum Arſcotenſem eademque manuſcriptus Curiæ Bruxellenſis recitat.

Arens-scort nobis ſonat Aquilæ iactum ſive confixionem.

Annales noſtri, ut nomen ita originem ad Julium Cæſarem referunt, & vidi veteris Codicis rythmos excerptos (niſi mentitur titulus) ex Archivis apud Vilvordiam, continentes rei geſtæ hiſtoriam: Volantem nimirum hic loci Aquilam ab Octaviano Juvene confixam Cæſare applaudente, & ſtructâ Arce loco nomen & initia dante.

C. 3. Sichemenſis Divæ.

Arens-cot Belgis idem eſt quod antrum Aquilæ.

Clariſſimus Lipſius paulò aliter dictum, ductumque oppidi nomen putat, quaſi Aquilæ ſedem, repoſitorium, quod nimirum exercitu in vicinis agente, Romani hìc Aquilam ſuam conſtituerint. Optimè: niſi in antiquiſſimis diplomatibus viderem per aſpirationem ſcribi Arſchot, & mallem ſi à Romanis petendum vocis initium, id Romanâ voce, & Romanâ originatione fieri, quàm noſtrate Teutonicâ. Ideoque dum de etymo agitur, & moderna Arſcoti inſignia Lilium video præferre, inducor ad Francos, unde omnis Belgii noſtri profluxit nobilitas, reſpicere. Et juvant locorum quorumdam nomenclaturę, è Galliis, ut apparet, profectæ, nominatim Turris excelſæ, & quaquaverſum è mœnibus conſpicuæ, cui ab Aureliano Galliæ Oppido nomen eſt, & Agri Suburbani, cui à Pariſiis, & paludis, cui nomen feciſſe videtur Mectenſe oppidum.

Vulgò den Orleans Thoren.
Vulgò het Paris velt.
Vulgò Mets-gracht.

Ceterum cùm Aert æqualiter Aquilam & Arnoldum ſignificet; Ab Arnoldo Auſgiſi filio, viro illuſtri, & Marchione limitis Antverpiani, hìc loci nato, & fortè nato derivarem: cujus memoriæ datum ut inter veteres Arſcotiæ Dynaſtas tam multi inveniantur Arnoldi, vel Arnulphi.

Locus quando oppidi jure donatus ſit, necdum ſcire potui; fuiſſe tamen & villę nomine appellatum à 400. circiter annis, conſtat ex diplomate D. Gertrudis Lovanienſis.

Et libenter crederem, ſub aut paulò ante tempora Godefridi Virzonii portas pleraſque cum foſſis, & aggere urbem cingente ſtrui cœptas; quo nimirum tempore per Ducis diploma deſcripti ſunt limites libertatis Arſcotanæ.

Anno 1283.

Muros, qui hodieque conſpiciuntur, tantam vetuſtatem non præferre periti talium fatentur. Ego diploma inveni Joannis Haricurtii *Domini de Arſcot in Brabantia* concedentis oppido ſuo certas immunitates ob id potiſſimum, quòd per bella varias calamitates ſuſtinuerint, & urbem cœperint mœnire, rem aggreſſi operoſam, & ſumptuoſam.

Diplo. datum in Feſto S. Nicolai, Anno 1357.

Ulterius per has temporum, & bellorum injurias deformatam urbem reſtituere incipiunt, & fortalitio in editiore urbis parte ad flumen exſtructo, ſubitis incurſibus minùs obnoxiam cives reddiderunt.

Præcipua urbis opera fuerunt, ſed fuerunt tantùm, nunc vix ruinas majeſtatis ſuæ teſtes relinquentia.

Curia (ut volunt) tempore Mariæ (quæ Virzonii filia fuit) extructa circa an. 1321.

Halla textorum temporibus Joannis Harecurtii & cœpta, & perfecta poſt an. 1360.

Prætorium Ducale ab Anthonio Croyo extructum ſub. an. 1470. ubi beneficium profiteri ſolent vaſalli.

Hoſpitium Gertrudanum ab annis 150. pulchriori opere exædificatum.

Poſt an. 1462.

Ex omnibus poſteriores duæ domus dumtaxat ſuperſunt, nec ſuperſunt, ſed poſſeſſorum curâ in ruderibus aliarum incenſarum extructæ ſunt.

Præcipua urbis fata, ſive calamitates ſunt.

Ab Aquis: Cum ſubitò ripas ſuas egreſſus Demera fluvius Arſcotum alluens, magnam & aggeri & domibus cladem intulit. Et iterum cum ſolutâ de repente hybernâ nive, & accedente aliquot dierum pluviâ intumeſcens, pontemque ſuperans magno civibus fuit incommodo.

Anno 1570. 6. Febr. Ex Diario Curiæ Arſcotanæ.
Anno 1472. Ex indiculo Heinſii.

A Tempeſtate: Ventorum quidem, cùm ædes ſuburbanæ plures, cum parte cœnobii Arſcotenſis die natalis Domini disjicerentur. Tonitrui autem, cum inſuper fulmine icta primarii templi turris à ſummo ad ipſa penè fundamenta exuſta eſt.

Anno 1596. Ex ſcripto Cœnobii per Virginum Antiſtitem communicato.
Ex Codice Eccleſiæ. Anno 1572. 29. Octob.

A Peſte: Præter ea quæ in vicinis urbibus dixi nihil addam, niſi quod anno proximè præcedenti graviùs civitatem lues iſta afflixerit.

Anno 1605.

Ab Igne: Cùm die ſacro S. Apoloniæ magna Beginagii pars abſumpta eſt, & nuper ſæpius, fortuito incendio, plures vici domuſque diverſis vicibus exuſtæ ſunt.

Anno 1543. Ex Diario Curiæ.

Ab Hoſte: Etſi non dubitem ſępius captam, aut tentatam urbem præcedentibus ſeculis, maximè cùm damnorum à civibus perpeſſorum frequenter meminerint diplomata; quia tamen nominatim nihil legi, ſufficiat hoc generaliter dixiſſe.

Ante

Anno 1506.

Ante annos centum, cùm & ædificiis & civibus & opibus multùm exornata triumpharet civitas, nato inter Principem noſtrum & Gelros bello, capta, ferroque, & flammâ, & prædis exhauſta, de priſtino ſtatu multum remiſit.

Heuterus in geſtis anni hujus, & alii Belgarum Scriptores.

Anno 1342. Ex Diario Curiæ & actis iſtius anni

Obſeſſa, & tormentis petita à Martino Roſſemio, multùmque in pagis & ſuburbanis ædibus læſa.

Anno 1578. in Januario. Supplementum Surii ad hunc annum.

Denique nuperis turbis, cum ab Ordinum partibus ſtaret, à Joannis Auſtriaci milite obſidio cincta, & in gratiam recepta, & aliquali præſidio contra adverſariorū impetus munita.

In Auguſto. Ex oculatorum teſtium fide hæc accepi, & nominatim ejus qui urbi tum præfuit.

Sed enim eodem anno ab Ordinum milite capta ſpoliataque, & ne Regiis amplius uſui foret, tota quanta erat flammis ſubjecta deſeritur, & longo tempore vix ulli habitata fuit ſolitudo.

Senſim autem (trahit enim qua neſcio natale ſolum dulcedine cunctos) reverſis ad ruinas ſuas civibus, urbs & muniri præſidio, & operе cœpit

Non tamen ita, quin aliquoties hoſti inſidiis ſæpius locum petenti patuerit, præſertim, cùm unius ex complicibus ſuis ob proditionis crimen in crucem acti fortunam indignantes ex Lillœnſi præſidio 40. ſummo mane portas vix apertas invadentes *Joannem Suetrix* Conſ. cum aliis aliquot obtruncarunt, antequam cives in armis eſſent, ad ſua reverſi.

Anno 1587. 3. Novemb.

Anno 1210. Diplom. in ſacris quære.

De urbe dixi, gradum facio ad civitatem quæ cum ſuo toto territorio fuit olim *Allodium Lotharingiæ Ducis*, quod doceo ex diplomate Henrici Ducis id ipſum aſſerentis.

Ducem autem antiquitus ſemper ſummum dominium in oppido habuiſſe planè mihi perſuadeo uſque ad tempora Virzonii, qui id à fratre Duce accepit.

Poſt Ducem, Comites pono Areſcoti, qui tum, quales, & quantæ poteſtatis fuerint, definire non poſſum.

Certus peculium ſuum (peculium puto habuiſſe, non autem dominium ſummum) habuiſſe, & in urbe & in pagis, prout paulo poſt patebit. Comites autem, & hiſtoriæ, & diplomata, & familiæ ſuperſtites nobis oſtendunt: hiſtoriæ quidem noſtræ omnes, quæ Arnulphum nominant *Comitem ampliſſimæ hæreditatis poſſeſſorem* circa Godefridi Barbati tempora; quæ in filios plures diviſa oblitterato quidem nomine Comitis, produxerit tamen Rotchelariæ, & Weſemaliæ Barones, Schoonhoviæ, & Riveriæ dominos.

Ad annum 1147.

Sed ſi fortaſſis diſplicent noſtrates hiſtoriæ, addo exteros. Francorum quidem Chronologum, qui nominat Bodgem Arſcoti Comitem tempore Luduvici pii & Dodechinum qui ſupplementum Marini Schoti ſcripſit, & nominat Comitem *de Areſcot in expeditione ſacra in Hiſpanias profectum auxilio*, cum navibus 200. ferè Anglicis, & Flandricis & juſto militum numero. Sed certiora his ſunt diplomata, & rationes. Prima quidem quod ſupra nominati Barones & Domini inſignia exceptis coloribus eadem ab antiquo prætulerint.

Secunda, quod Schoonhovii, & Riverii ab antiquo ſemper, aut nomen, aut cognomen de Arſcot habuerint.

Anno 1281. Diplom. eſt in Codice Arſcotano.

Tertia, quod in diplom. Joannis Ducis continente ſeparationem Arſcoti, Joannes de Rivera dictus ſcribatur deſcendiſſe ab antiquis Comitibus de Arſcot.

Et ſi hoc quis putaret ex fama dumtaxat profectum, ſaltem fidem adhibebit diplomati Affligimienſi, in quo Godefridus Dux confirmat donationem de Buggenhout cœnobio factam per *Arnulphum Comitem de Arſcot*, eò quod ibi filius ejus Joannes Monachum induiſſet.

Anno 1125. Diplo. mihi communicatum per Gevartium.

Quomodo ergo, dices & quare Comitis titulo abſoleto Domini appellari cœperunt & maluerunt? Cauſa non una reddi poteſt.

Inprimis conſtat evecto ad Ducatum Lotharingiæ Godefrido Barbato, multos ejuſmodi Dynaſtas eſſe deſiiſſe.

Deinde multos Comitatus, aut defectu hæredis, aut jure belli, aut aliter à potentioris tituli Domino occupatos, titulum honoris amiſiſſe.

Ita nimirum, Nivella Bruxellæ, Bruxella Lovanio, Lovanium Lotharingiæ adjectum Comitatûs titulum perdidit.

Vide Hiſtoriam.

Fieri etiam potuit, diviſo in plures filios Comitatûs proventu, cùm opes ſingulorum ad Comitis dignitatem ſufficere non judicarentur, ſingulos abdicato Comitis nomine Domini appellatione contentos fuiſſe, prout in Comitatu [1] Turmenſi, [2] Grezienſi, [3] Durachienſi accidiſſe certus ſum. Nec *Adynaton* eſt Comitem demerito ſuo honoris titulum amiſiſſe, quod [4] Cukano evenit.

1. Patet ex monumentis Hocardiæ.
2. Opinio Molani.
3. Teſtis copioſus huius rei Hembricurtius.
4. Annales noſtri parte 2.

Ad extremum evenire potuit, Comites illos Arſcoti ex genere eorum fuiſſe, qui judiciis præerant, ut virtutis merito Comitivam adepti ſint.

Ab his Comitibus, qualeſcumque tandem illi fuerint, producti inter primi nominis nobiles ſemper habiti ſunt.

De hoc genere vide Dynaſtam.

Ex quibus Godefridus, & Arnulphus; ille Averbodienſis, hic Affligimienſis fundationis fautor, & teſtis.

Anno 1135. Anno 1147.

Arnulphus, & Carolus milites, itemque Arnoldus, Joannes; Illi Tongerloenſis, hi Gertrudanæ Abbatiarum Patroni.

Anno 1205. Anno 1243. Anno 1214. Anno 1264.

Nec omittendi Joannes de Arſcot, dictus à *Pulchra Curia*, & alter Joannes dictus VAN SCHOONHOVE, hic in Villarienſi, ille in Averbodienſi Diplomate.

Anno 1224. Anno 1295.

Itemque Carolus de Arſcot dictus de *Ruver* in Diplomate Arſcotano.

Anno 1347.

Atque hæc quidem ſatis ſunto de Comitibus & prima Areſcoti poſſeſſorum ſtirpe.

Succedit ſecunda Ducalis, id eſt à recta Ducum Brabantiæ ſtirpe procedens.

Henricus enim III. Brabantiæ Dux filio

ſuo minori Godefrido Areſcotum hæreditariæ portionis loco, cum aliis multis pagis aſſignavit, non Comitis, ſed Domini titulo poſſidendum; de quo Diplom. extat Joannis primi Ducis, qui Henrico filius, Godefrido frater fuit.

Datum an. 1273. Diplomatis copia eſt in Archivis data die martis poſt Catharinæ.

Ceterum hic Godefridus Comitis Virzonii (locus eſt in regione Barenſi, & Avaricum Cæſaris quidam eſſe volunt) gener, & denique hæres factus in Francia ferè ætatem egit, cum filio Joanne in Cortracenſi prælio necatus, qui Joannes vivo patre ſe *Dominum Maziriæ, & Mortaniæ & Caſtellanum Cortracenſem* inſcribere ſolebat.

Anno 1302. Mayerus l. 10. Teſtatur diplom. anni 1300. per Ægidium Voecht communicatum.

Sed enim poſt annos aliquot à morte Godefridi Virzonii quidam Jacobus de Geſtella, & facie, & corporis diſpoſitione defuncto perſimilis, Godefridum ſe eſſe publicè cœpit perſuadere, equeſtri baltheo ornatus Bruxellæ, clypeum funebrem, & arma gentilitia in Franciſcanorum æde ſuſpenſa revellere, in Dominiis & Comitatu Virzonio Senatum formare: Donec tandem fraude detectâ Pariſios dilapſus multa tamen morte licet inglorius oppetiit.

Ex M. S. Chronico Leodienſi, quod eſt Averbodii, & hæc refert ex Joannis Hoelen ſcriptis qui oculatus teſtis fuit.

Quoad Godefridi Virzonii poſteros, vereor ut multi errent, nec ego mihi plenè ſatisfacio; dabo interim quæ ex Diplomatum fide conquirere potui.

Hiſtorici noſtri vulgo duas ei filias aſſignant, Joannam Harecurtio, & Mariam Loſſenſi Comiti nuptam, illam Areſcoti, hanc Sichenarum hæredem. Mihi aliquid amplius, & aliud Diplomata ſuggerunt.

Primum quidem *Mariam de Brabantia Comitiſſam Juliacenſem* (quia Comiti nupſerat) *Dominam de Arſcot, & Vierſon* (obſerva cum Vierſonii Comitatus ſit, eam tamen Dominam tantum vocari) ipſo quo pater mortuus eſt anno appellari, & filium Godefridum ibi teſtem citari.

In diplo. quodam Averbodienſi anno 1313.

Obſerva denique, interjecto aliquot annorum tempore, Elizabetham ſororem *Mariæ de Brabantia*, (ſic enim ſe vocat) Comitiſſam Juliacenſem, cum Gerardo Comite & Guilielmo de Bronckhorſt filio tamquam proximam hæredem Mariæ futuram confirmare bona Averbodienſibus Canonicis relicta, quibus utpote veriſſimis præcognitis non video quomodo noſtrorum Hiſtoricorum ſcripta poſſint conciliari.

Diplom. datum an. 1320.

Ad rem Arſcotanam quod attinet certum eſt aut neptim, aut filiam Virzonii Comiti Harecurtio enuptam in ejus familiam tranſtuliſſe Arſcotum, & libens crederem Mariam illam de qua ſupra, ſecundis nuptiis, & mortuo, quem ex priore marito ſuſtulerat, filio, uxorem veniſſe Harecurtio.

Sed cùm diplomata non habeam id probantia, libens cedam, & concedam, ſi quis certiora attulerit.

Harecurtio Comiti nomen facit chronicon Franciæ Normannus, & filium dat Luduvicum de quo poſteà.

Alter ait Gottofredum Harecurtii Comitis filium multas in Brabantia poſſeſſiones habuiſſe, ſed Arſcoti non meminit. Ego inter diplomata, primum invenio Joannem Harecurtium Dominum de *Arſcot in Brabantia*, locum poſſediſſe & ornaſſe.

Troſſardus l. 1.

Anno 1357. In privilegio vectigalium oppidi dato in Feſto S. Nicolai.

Quem mortuum colligo anno 1362. quo & ipſe certum de juſtitia adminiſtranda civibus ſuis dat diploma, & eodem anno Luduvicus de Harecourt aliud dat tamquam Dominus civibus privilegium, qui alibi ſe Harecurtii Comitem, Vice-Comitem Caſtri Heraldi, Dominum de Waelbeke (Divæus vult legendum Beirbeke) & de Arſcot appellat.

In diplom. Venceſlai Ducis dato an. 1377. & alio quodam Averbodienſi.

Ulteriùs invenio Philippum Harecurtium civibus ſuis Arſcotanis dantem privilegia anno 1388.

Ad hęc, conſtat Luduvicum Harecurtium Epiſcopum Rotomagenſem Arſcoti Dominum, inter Brabantiæ Barones citatum anno 1422.

Diploma eſt in Codice Sandilonum Urbis Bruxellenſis.

Hoc mirum, ſequenti mox anno viduam Geldriæ Ducis Renaldi tamquam proximam Luduvici hæredem Joanne IV. Duce inveſtitam.

Ex computibus oppidi ad annum 1423. teſte Divæo.

Quicquid ejus ſit ego ſcio anno 1427. Luduvicum Harecurtium Dominum Arſcoti adhuc vixiſſe, quo mortuo in alias ſtirpes hoc modo tranſiit.

Joannes Harecurtius ex Maria Caroli VI. Aurelianorum Ducis filia alteram Mariam ſuſtulit Antonio Lotharingo Vadanimontis & Guſiæ Comiti enuptam.

Ex quo Matrimonio nata inter alios Margareta, Antonio Croyo Portiano Comiti in dotem attulit Arſcotum ad parentes devolutum.

Ita planè per Illuſtres Brabantię Ducum liberos Regum & Principum affines, traducta Arſcoti Dynaſtia, tandem in illuſtriſſima ex Hungarorum Palatiis Franciæ, ex Francia Belgio inſita Croyorum requieſcit familia.

Antequam progredior, libet tribus verbis lapides aliquot removere, avidum antiquitatis lectorem in Arſcotanæ hiſtoriæ fortè turbaturos, eò quod diplomata & ſcripta invenerim & quivis invenire poterit, ubi legis Robertum de Bellomonte Dominum de *Poency* uxorem habuiſſe *Dominam de Arſcot*.

Id legis in libitinario codice Averbodienſi, ad 4. Kal Oct.

Denique Rogerium de Leſſdalle *Dominum de Arſcot*, & *Peercke* in diplomate per eum & alios aliquot Barones dato.

Anno 1326. Diploma eſt in codice Lovanienſi

Ad extremum, inveniri Ægidium de Juliaco *Dominum de Arſcot* intitulari anno 1272.

Diplomatis hujus me monuit Ægidius Voeght.

Ad primum dico, Dominam vocari, quia Domini de Arſcot filia.

Dico ad ſecundum, errorem eſſe in ſcriptura, eo quod Rogerium iſtum, & poſteros & majores conſtet Dominos fuiſſe non Arſcoti, ſed Orſcoti in Cempinia.

Teſtis Codex feudorum.

Ad tertium, puto Juliacenſes numquam quidem Arſcotum poſſediſſe, ſed occaſione nuptiarum Mariæ, aut alterius, cenſus aliquos in

Arſcoto

Arſcoto obtinuiſſe, quorum ratione Domini de Arſcoto dicti, pro eo quod nunc dicimus Dominus in Arſcot: &, niſi fallor, fuit in territorio Arſcotano Curia quædam nomine Juliacenſis.

Vulgò t'Hoff van Gulick.

Ad Croyacos quod attinet, Arſcoti Dominus ex iis Guilielmus Cæſareæ juventutis formator cum Maria Hamelia inauguratus eſt Baro, & Dominus Arſcoti, ſummo omnium applauſu anno 1504.

Ex diplomate dato 18. Auguſti.

Cujus merito datum ut in Marchionatum eveheretur Arſcoti Baronatus anno 1507. Nec multò poſt Illuſtri Ducatûs titulo inſignitus anno 1533.

Ex diplom. Cæſ. dato 17. Martii.

Philippus primus Dux proclamatus eſt anno 1540. Cui ſucceſſit tertio loco (ſecundus enim ad quem devoluta erat Ducatûs hæreditas ante inaugurationem morte præventus) ejuſdem nominis Dux.

Inauguratus anno 1551.

Ultimò Carolus paternæ, avitæque hæreditatis poſſeſſionem adiit anno 1596.

Quoad Dominos Arſcoti generatim obſerva, illos ſubinde titulum & officium Seneſchalli Brabantiæ obtinuiſſe.

Nominatim Anno 1313.

Et nunc quidem Duces amplam ſub ſe ditionem habere, quæ complectitur Baronatus quatuor, pagos ultra 20. & vaſſalorum ſub ſe habet pluſquam quatuor millia.

Proxima à Duce dignitas eſt Satrapæ, ſive *Droſſardi*, quem, & nomine, & officio in uſu fuiſſe ante annos 200. ſcio, cùm citetur Philippus VANDER ELST in diplomate Ducali eo titulo.

Dato anno 1400.

Et cùm inveniam in diverſis litteris appellari, citarique ante Prætorem & Senatum, quemdam *Seneſchalli* nomine, putavi illud idem eſſe cum noſtro *Droſſardo*.

Eo nunc munere fungitur Laurentius ab *Eynatten* Vir nobilis, & ante eum ſemper obſervo primariæ nobilitatis Viros fuiſſe.

Ejus eſt jus Principis ſui curare, & in criminalibus juſtitiæ rationem habere.

Illud partim verſatur circa Bannos, ſeu Cornedas, teutonicè CUEREN, quas Joannes Dux Arſcoti Domino tranſcripſit anno 1301.

Ex diplom. Ducali hac de re dato.

Juſtitiam adminiſtrat hic, non in oppido tantùm, ſed in territorio.

Poſt hunc Prætor Urbanus eſt, civilium cauſarum promotor, quem olim appellatum *Villicum* non dubito, inveniens *Godardum Villicum de Arſcot* teſtem donationis factæ Tongerloenſibus anno 1209.

Succedit Senatus, cujus eligendi formam Maria de Brabantia præſcripſit.

Ex diplom. dato Feſto Petri & Pauli.

Erat autem Conſul tum dumtaxat unus, quem civitatis Magiſtrum vocabant.

Vulgò STADT-MEESTER.

Creandi alterum Conſulem poteſtatem fecit Joannes Harecurtius.

Anno 1360.

Senatores ſeptem ſunt, & deſignantur à Domino, populo interim 14. viros offerente ex quibus 7. eliguntur.

Atque hoc quidem primum Senatus membrum eſt.

Alterum conſtituunt Decani duo, Jurati quatuor, & Signatores duo, Hallæ pannificum.

Ex diplom. date vigiliâ Purificationis.

Tertium Opifices in 10. plus minus diviſi collegia.

Primum membrum ex profeſſo pupillorum tutelam habet, & recurrente quolibet Veneris die pupillaribus cauſis decidendis vacat.

Alterum à Joanne Harecurtio initia accepit, & à Duce eadem cum Lovanienſibus ferè privilegia.

Solet etiam olim inter primarias Arſcoti dignitates eſſe *Capitaneus*, quo nimirum tempore ſuos ſingula oppida cives ad bella mittebant, cujus generis plures, & claris natos natalibus invenio.

Nobilior civium pars in tria Sagittariorum collegia dividitur, & duo Rhetorum. Horum alteri inſigne eſt *Pampinus*, & ſymbolum *Fomentum amoris*. Alteri inſigne eſt *Tritici flos* ſive *Pollen*, & ſymbolum, *Fomentum animæ*.

Partem vectigalium urbis Schoonhovii & Riverii ſolent habere: ſed [1] Joannes de Schoonhoven & [2] Carolus de Riveria, jus quiſque ſuum urbi tranſcripſit; nuper utrumque urbs Domino. Poteſtatem in fodinas lapidum urbi dedit Philippus Harecurtius. Loca communia Godefridus Virzonius.

1. Ex diplomate dato die Jovis poſt Palmarum.
2. Ex diplomate dato in Feſto S. Luciæ.
Anno 1361.
Anno 1347.
Anno 1388.
Anno 1294.

Libertatem primam Joannes Dux definivit.

Anno 1292.

Ad ſocietatem autem cum reliquis Brabantiæ receptam teſtantur Scabini Lovanienſes.

Anno 1261.
Ex diplo. dato in craſtino Feſti S. Agathæ.

Ad libertatem autem Caſtrenſis operis de Antverpia ſpectare totam villam, teſtantur Scultetus, & Burgenſes univerſi de Antverpia.

Inſignia urbis fuerunt ab antiquo caſtrum vetus ſimplex, cum inſcriptione: Sigillum Villæ de Arſcot, aut Burgenſium de Arſcot.

Anno 1287.

Inſignia Dominorum primæ ſtirpis fuiſſe puto, Lilium iſtud, quod nunc etiam urbs pro ſuo agnoſcit.

Anno 1371. adhuc illis inſignibus uſi ſunt.
Tale diplom. vidi datum an. 1262. in Archivis Gertrudianis.

Et quod inſignibus aquilam ſuperimponant, Annales noſtri ad fabulam de Julio Cæſare quam ſupra tetigi referunt: ego puto ob id eſſe, quod ſupra dixi de libertate Caſtri Antverpienſis.

Hæc Senatum & privilegia urbis tangentia communicata mihi ſunt ex diplomatibus, & Archivis oppidi per GUILIELMUM HOFFSTADT Prætorem, & JOANNEM KERCKHOVEN & JOANNEM SUTRIX Conſſ. Quorum humanitati hæc lector accepta feret.

Pridie Kal. Aprilis anno 1600. cum eo fine cò vocatus veniſſem

Liberum forum die Jovis Antonius Croyus oppido conceſſit.

Anno 1462. 18. Septemb.

Nundinas annuas in Martio, & Octobri, Carolum V. indulſiſſe intelligo.

Cives nunc agriculturâ, & paſcuis; nuper lignariis nundinationibus; olim re textoria multùm valuerunt, ut audiam multa textorum centena ante annos 150. in urbe & ſuburbano, familiæ & fortunarum ſuarum domicilium conſtituiſſe.

Quoad rem ſacram, erat Arſcotum Leodinæ, nunc eſt Mechlinienſis Diœceſis.

Eccleſiam habet Parochialem unicam Virgini Matri inſcriptam.

Cujus icon olim miraculis clara frequenti peregrinorum concurſu viſebatur.

Dux autem Henricus *conſiderans ante tribunal diſtricti judicis omnes ſimul aſtituros, de diſpenſatione Domini bonorum in terris relicta rationem reddituros, & idcirco diem illam diligenti ordinatione oportere prævenire ut diſtricti examinis redargutionem miſericorditer declinare valeamus, Eccleſiam de Arſcot cum aliis multis cœnobio S. Gertrudis in Lovanio aſſignat*, aut veriùs confirmat anno 1231.

Ex diplom. cujus & aliquot ſequentium copiam mihi fecit Reverendus Abbas Gertrudanus,

Ante annos enim aliquot Dux Eccleſiam de Arſcot ſitam in illo allodio Gertrudanis dederat, ut Perſonâ, & clericis ſecularibus ibi tum ſacra peragentibus, mortuis, S. Gertrudis Prælatus, ſive is Abbas ſive Præpoſitus eſſet, liberam haberet ſuos Canonicos introducendi poteſtatem.

Datum anno 1210.

Eccleſia in duplum aucta eſt, adjecto celebri odeio anno 1337.

Ex verſibus ante Theſaurariam inſcriptis.

Cujus Turris olim elegans, & inter reliquas Brabantiæ eminentiſſimas haberi ſolet, probatumque quoad altitudinem exceſſiſſe illam quæ Mechliniæ conſpicitur.

Probatum id anno 1540. Ex veteri Codice Eccleſiæ Arſcotenſis per Decanum mihi communicato.

Quæ vi tempeſtatis ſuperæ abſumpta eſt, & ſubſtituta duobus poſt annis illa quam nunc conſpicimus.

Anno 1572.

Inſtructa eſt Eccleſia inſigni Canonicorum collegio, curâ Antonii Croy & Margaretæ Lotharingiæ conjugum, & dominorum, anno 1462.

Ex Bulla erectionis per Epiſcopũ Leod. data 30. Octob.

Cui ex familia Gertrudana Præpoſitus datur.

Præpoſiti primæ nobilitatis ſemper fuerunt utpote ex Gertrudanis.

In hac Eccleſia ab aliquo tempore cenſetur & eſt Decanatus, complures ſub ſe pagos complectens.

In Capitulo tres dignitates ſunt, & vulgo *tres Domini* vocantur.

Eſt in urbe inſuper *Bogardorum* (laici erant olim textrinis operam dantes) cœnobium, curâ publicâ, & privatorum aliquot eleemoſynis inſtitutum.

Anno 1283.

Cujus Religioſi procurante Domina tertiam divi Franciſci Regulam aſſumpſerunt.

Anno 1323. 1. Maii. Ex indiculo Eccleſiæ.

Alterius ſexus eſt ampla, & celebris Beginarum curia initium ſuum acceptum ferens Henrico & Aleidi Ducibus Brabantiæ, qui Virginibus, jam inde congregatis, horreum ſuum aſſignarunt cum ampla hæreditate, & Abbam Gertrudanum Patronum dederunt.

Anno 1259. Ex diplom. cujus exemplar eſt in Codice Curiæ.

Templum ante has turbas pulchrum fuit, & Virginum numerus ad centenarium acceſſit; nunc Lovanii agunt, militi præſidiario tantiſper cedentes, & paucæ numero.

Eſt & aliud cœnobium titulo *Montis S. Nicolai*, cujus tale initium.

Quædam Gertrudis *Brant* Virgo piiſſima duabus comitata ex Tranſyſulanæ regionis oppido Daventria veniens, locum ad famulandum Deo quærebat. Evenit Nicolaum de Aernhem Eccleſiæ ſacellanum pias virgines videre, hoſpitio excipere, & de propoſitò interrogare, obſervatoque earum zelo domum iis cum exigua hæreditate, ad ſacros uſus convertendam relinquere.

Anno 1445. Ex Chronico Betlimitico l. 3. art. 11.

Illæ itaque opera manuaria exercentes, & numero auctæ, tertiam D. Franciſci Regulam amplexæ ſunt anno 1451. 15. Feb.

Sed denique poſt triennium facultatem faciente Leodino Antiſtite S. Auguſtini Regulam, & Clauſtrum perpetuum ſub Martiniano apud Lovanienſes Priore profeſſę ſunt anno 1454. 15. Januarii.

Ex literis Epiſcopalibus, & Regiſtro Martinianorum,

Templum quod incendio urbis ſuperſuit, auxilio Domini Servienſis conſtructum anno 1506.

Loca inferiùs concamerata, & pulchris columnis fulta, facta, aut ſaltem perfecta ſunt an. 1562.

Ambitus, & aliæ partes Monaſterii ſubveniente Dominâ Bleſenſi extructę ſunt ante annum 1500.

Ex relatu Antiſtitis Virginum & ſcriptis Monaſterii,

Virginum numerus ante has turbas ſeptuagenarium nonnumquam exceſſit.

Eſt ad extremum Arſcoti Noſocomium vetus & mediocriter dotatum.

Ab Urbe ad Suburbia pergo, pluribus olim extructa ædificiis, & variis Sacellis.

Inſuper ſolent urbem coronare 7. Equeſtris Ordinis Heroum Prętoria, ex quibus ſunt *Riveria* à fluvio dicta, ubi ab antiquo ſoleant Domini portorium vectigal exigere, unde in diplomatibus frequenter vocantur ERFFTOLLENAER, id eſt hæreditarius perceptor vectigalis nautici.

Dominium poſt mortem Henrici de Riveren tranſiit in familiam *Diſtanam* per nuptias filiæ, & traditionem: mortuâ autem Eliſâ *Diſtenſi*, ex teſtamento ſucceſſit Luduvicus de *Mailly* Dominus de *Oudeville* & *Stalle*; & denique per uxorem Jodocam de *Mailly* Jacobus de la *Dauwe* cœpit poſſidere & ad filios tranſmittere anno 1522.

Anno 1465. Ex libro Feudorum Ducalium.

Anno 1522.

Pulchra Curia re & nomine ſuccedit, inſigne Palatium, & in urbis conſpectu, cujus in vicino Sacellum vetus nomine WEERDE, quod volunt olim, & Arſcoti, & Pagorum aliquot fuiſſe Parochiam.

Extra portam Aquaticam. Vulgò SCHOONHOVEN. Hoc Sacellum à Judæis habitatum & extructum quidam volunt.

Certè ut de hujus veritate nihil contendam, certus ſum, ſtructuram prę ſe ferre aliquam antiquitatem, conſtantem ex lapide rudi, & impolito. Amplius verò Patronatum hujus Eccleſiæ, Abbatiæ S. Gertrudis conceſſum didici à Godefrido & Arnoldo filiis de *Stade* ex Arſcotanis deſcendentibus.

Anno 1259. Ex diplom. dato in craſtino converſionis S. Pauli.

STADE autem extra Arſcotum etiam Curia eſt, & dominium, quod pronuper Rotſelarii obtinuerunt, denique Gentiles de *Coutreau*.

Ab an. 1481. quo Joannes de Coutreau beneficium profeſſus eſt,

Extra portam *Boonwycanam* ſolet eſſe Sacellum, & in ſacello campana, quâ ſub veſperam, & prandium ſolent avocari è textrinis operarii.

In vicino mons eſt, ubi ante bellum Gelricum fuiſſe volunt cœnobium Minoritarum, & lo-

& locutus ſum diverſis qui teſtantur ſe vidiſſe litteras venditionis aliquot agrorum in ſuburbio, quibus confinia ſcribebantur eſſe prædia Minoritarum Arſcoti, & extant adhuc nomina pontis Monachorum, & paludis Monachorum in vicino, quæ nomina ne quis arbitretur à Regularibus Sylvæ Soniç, qui prædia ſua hìc in vicino habent eſſe, ſciat ita hæc loca vocata fuiſſe, antequam ullum ex ullis hiſce Cœnobiis extructum foret.

Patet ex decimarum, & limitum diverſis libellis, ante 200. annos ſcriptis in Abbatis Gertrudana, & alii.

Cœnobii (ſi quod fuit) ne minimum quidem ſupereſt veſtigium.

Extra portam quæ à cœpis nomen habet Leproſarium eſſe ſolet; ſed exiguum, quod diſco ex veteri quodam regiſtro Cœnobii.

Vulgò SCHALIEN POORTE.

Extra alteram quæ à communi terra (quam oppidanis dedit Virſonius) nomen habet, heremus eſſe ſolet exigua, & ab uno quopiam laïco habitari ſolita.

Vulgò BRAECK POORTE.

Appendices urbis nuncupantur *Flavum Rodium*, & *Hateerbeca*, denique *Balenum cum Sacellis duobus*.

GEELRODE. BALEN OP 'T NIEU GOET.

In territorio Arſcotano inprimis eſt *Rillaria*, quę appendix eſſe ſolet, nunc filia eſt Parochiæ urbanæ, in qua Hoffſtadii Gentiles habent peculium, & Curia eſt *Leefdalienſis*, Capellanorum S. Petri hæreditas.

RILLAERT.

Hìc obſerva, in ſacris nomen & dignitatem Decani Chriſtianitatis *veterem eſſe, & hìc in uſu, quod diſco ex donatione patronatûs de Weert Gertrudanis facta, ut teſtatur Reinerus* Decanus Chriſtianitatis *in Lovanio.*

In profanis colligo *Receptoris redituum* Brabantiæ nomen & dignitatem antiquam, eamque à primæ notæ Nobilibus adminiſtratam, cujus generis invenio Joannem DE HULDEBERGHE, & *Arnoldum Walhemium.*

Anno 1383. Anno 1284.

Succedunt *Longus pagus*, & *Beteghemium*, in ſacris utrumque ab Abbatia Gertrudana dependens; ille ex dono Godefridi & Arnoldi filiorum de Stade; hoc ex venditione Caroli militis de Arſcot.

LANGDORP. BETECOM. Anno 1259. Anno 1243. Ex litteris datis in craſtino converſionis S. Pauli. Ex litteris Ducalibus datis in caſtro prope Lovan.

Quorum complexu continetur Dominium *Pontis* cum Prætorio ſuo, itemque *Lapidis*; illud à Joanne VAN BRUGGEN Equite Joannes SCHOEFF emit, & Carolus *Hincart* nuper mortuâ matre pro una parte obtinet.

TE BRUGGE. TEN STEEN. Anno 1593.

Hoc *Witthemii* pronuper Guilielmo *Stradio* vendiderunt.

Nec omittendum alterum Stadienſe Dominium quod Paulus Oliverius à Joanne Ægidii emerat, nuper Laurentius ab Eynatten duas trientes ſibi cœpit vendicare.

Anno 1484. Anno 1575.

Hìc adſcribo, diverſi olim generis Vicarios in Eccleſiis tam Regularibus, quàm Secularibus fuiſſe, quorum alii quidem Vicarii Eccleſiæ, *id eſt Canonicorum, alii* Vicarii Capellarum, *id eſt Deſervitores, vocabantur.*

Sic nominantur in diplom. Præpoſiti Lovanienſis, dato anno 1200. ubi Capellam S. Gertrudis dant Religioſis.

Denique memineris, pagos ſupra nominatos, ab antiquo & Villicum & Scabinos ſuos habuiſſe, prout alii ferè omnes, quod percurrenti Monaſteriorum diplomata obvium eſt.

Reſtant *Theſtelia* & *Meſſelbroecka* Eccleſia olim una, nunc duæ, in quarum nominibus hunc de Arſcoto tractatum concludam, ſi ex occaſione hunc de Ducibus tractatum adjecero.

DE DUCIBUS.

DUcis Romanum à ducendo nomen, ab exercitu origo, dignitas Tribunitiâ major; cùm huic quatuor, illi ſex milites ante ambulones Romani aſſignent apparitorum loco.

Lampridius in Alexandro.

Clariſſimi titulum cum Legato Præfectiſque Prætorio communem ſemper obtinuiſſe conſtat, credo quia ex Patricio ordine ferè aſſumebatur. Unde tanquam inſolens de Conſtantino ſcribitur, neminem *ſub eo Ducem cum Clariſſimatu provectum eſſe*. Ceterum Duces exercitui præfuiſſe & ſingulis bellis renovatos, loca duo abundè oſtendunt.

Ammianus l. 21.

Ordines diu duxit, inquit in Peſcennino Spartianus, *multiſque ducatibus pervenit, ut exercitus Syriacos juſſu Commodi regeret. Tribuno ſignum petenti*, ait in & de Pertinace Capitolinus, *dedit*, MILITEMUS, *quod quidem in omnibus ducatibus dederat*. Ergò præerant militi, & plures in uno exercitu erant, forte eidem cum Chiliarchis Græcorum. Hujuſmodi Ducum quos militares Lazius appellat, in Francia & Belgio Brabantiaque noſtra habuimus. De veteribus alibi oſtendi. Familiare exemplum hìc addo, Duces Lovanienſium, Bruxellenſium &c. officii militaris nomen ſolitum notæ virtutis hominibus, & nonniſi cum bellandum foret contribui à Duce, urbe, plebe; ſingulorum enim exempla ad manum ſunt.

Opinio Lazii l. 2. c. 9. Reip. Romanæ, ex quo plura hoc capite ſumpſi.

Hoc genus dignitatis cum virtute ſepultum eſt, ex quo accitis mercenariis à militia quodam modo excluſa eſt noſtra nobilitas.

Lazius Metropolitos hos Græcis eſſe vult.

Alterum Ducum genus Provincialium qui militi in urbe, provincia, flumine, limite, orbis parte præerant,* nec titulo, nec proventu, nec tempore eodem. Ita Ducem Moguntiacenſem, Armeniæ, Euphratenſem, Limitis Africani, Orientis legas. Trebellius in Claudio: *Dux totius Illyrici habet in poteſtate ſua Thracas, Mæſos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus.* Et paulò poſt: *Viro illi ſummo* (Ducem intelligit) *tantum a nobis decretum eſt ſalarii, quantum habet Ægypti Præfectus, tantum veſtium quantum Proconſulatui Aſia detulimus, tantum argenti quantum accepit Curator Illyrici.* Vide & ſalarium & veſtes & argentum &c. pro libitu Imperatoris Ducibus decerni. Declinante Romanorum Imperio & diutius & ad vitam collatos & continuatos Ducatus opinio eſt plurimorum, idque primo in locis confinibus Barbaro aut hoſti, ubi nempe magis noxia erat mutatio.

*Alii nempe Duces abſolutè, alii Duces cum additione verbi totius declarati, & hi illis longè majores. Amoti à Ducatu vel elapſo tempore eis præfixo, Exduces vocabantur.

Liber Notitiarum meminit. Lampridius in Diadumeno. Codex Præfecturarum. Vopiſcus in Firmo. Lazium vide ubi ſupra.

Exemplum & primum ponunt quidam Ducem limitis Rhætici. Hęreditarios autem Duces ſub Romanis fuiſſe legi, niſi quod Auguſti frequenter ob parentum bene merita, pater-

Vide Caſſiodorum 6. & 7. Variarum de hoc.

nos

nos filiis honores ſoleant communicare.

Ad Francos venio ſimias hac in parte Romanorum; & eorum exemplo omnia ferè Reipublicæ fundamenta ſuę componentes. Ut autem ratio Ducum ante Pipini noſtri ævum innoteſcat, ex legibus antiquis quas Ribuarias vocant, quædam libet excerpere.

Si quis Dux habens filium contumacem &c. & is hoſtiliter ſurrexerit contra patrem ſuum, dum adhuc pater ejus potens eſt & utilitatem Regi poteſt facere, & exercitum gubernare, equum aſcendere &c. & filius eum vult diſhonorare, aut per raptum poſſidere, non obtineat quod inchoavit. Et ſi pater eum vicerit, aut & ſi apprehendere potuerit, aut eum exiliet è Provincia, aut eum Domino ſuo Regi tranſmittat. Item ſi quis Dux exercitum ordinaverit, & in illo fiſco aliquid furatus fuerit, tres novigeldos ſolvat: & ſi jurare voluerit, ſecundùm qualitatem pecuniæ juret. Item, ſi quis contra Ducem quem Rex conſtituerit in illa Provincia, aut populus ſibi elegerit Ducem &c. Item, ſi quis ſigillum Ducis neglexerit, aut mandatum vel ſignum qualecumque mandaverit, decem ſolidis culpabilis eſto. Item, ſi quis homo gentem exteram in Provinciam invitaverit &c. & ille ex hoc probatus fuit, aut vitam perdat, aut in exilium exeat ubi Dux miſerit. Undè colligitur apud veteres Francos Duces partim à Rege, partim à populo aſſumptos Provincias habuiſſe regendas tuendaſque, juri & juſtitiæ præfuiſſe, exercitum ordinaſſe, interim Regis à nutu pendentes & rationi rerum gerendarum reddendæ obnoxios fuiſſe.

Ceterum cum paulatim & potentia Ducum in Galliis & animi augerentur ſumpto ex ignavia Regum irritamento, eò res progreſſa eſt, ut Regis jugum excutere præſumerent, & feciſſent niſi tempori Carolingorum noſtrorum virtute in ordinem redacti fuiſſent cum vitæ aut bonorum jactura. Qui cum in ſuam diadema Franciæ tranſtuliſſent familiam etiam Duces præfecerunt Provinciis, ſed multùm imminutâ eorum poteſtate temporaneos. Unde lego Duces qui exercitum Guntrani Regis infeliciter duxerant, coactos itineris ſui rationem reddere. Et quoſdam ejectos à *Primatu Ducatus* per Regem.

Gregorius Turonenſis l. 8. c. 30. Item l. 19. c. 12.

Ducatus autem nomen regio accipiebat à Gubernatore; non, ut nunc, Gubernator ſive poſſeſſor à regione.

Ita nimirum Aquitania nunc Ducatus, id eſt ſub Eudone; nunc regnum, id eſt ſub Carolo Magno fuit. Nec omittendum in duplici differentia Duces tum fuiſſe, alios quidem Gubernatores tantùm, alios poſſeſſores etiam, utroſque ſed aliter beneficiarios Regum. Ita Taſſilonem (inquit Theodulphus) in Ducatu Boiariorum collocavit per ſuum beneficium. Pipinus autem Rex tenuit placitum ſuum in compendio cum Francis.

Theodulphum quidem ego non vidi, ſed hæc inter alia exſcripſi recitante Stephano Paſquerio l. 2.

Ibique Taſſilo venit in vaſſalico ſe commendans, ſacramento jurans, multas & innumerabiles reliquias per manus imponens, & fidelitatem Regi Pipino promiſit, & filiis ejus, ſcilicet vaſſum recta mente & firma devotione.

Tempore Luduvici Pii Grimoaldum obſervo Ducem Beneventi quotannis Imperatori pependiſſe 7000. ſcutorum, & Sapone Spoleti Duce mortuo eundem Luduvicum Atalardum Palatii ſui Comitem ſurrogaſſe. Quæ exempla liberi, tributarii, & beneficiarii propriè dicti Ducis. Ceterum cum Regis inepta Imperio ætas contemptui eſſe inciperet ſub Carolo inprimis ſimplice; iterum cornua ſua Duces & alii Dynaſtæ erexerunt; nec multùm abſimili modo quo nuper. Donec ex Duce Franciæ in regnum ſe intrudens Hugo Capetus eorum faſtus novâ arte retudit, nec ullum paſſus, quantum in ſe fuit, ſimili majeſtatis umbrâ rebellionem machinari.

Ex Annonio l. 4.

Et licet bene multi Comites & Principes ſupereſſent mediante contractu Regis beneficiarii, tamen non ceſſarunt ſecuti Capetum Reges donec Ducatus omnes tum belli tum nuptiarum titulo Coronæ reſtituiſſent.

Quod proclive fuit facere potiore nobilium parte ſacris tranſmarinis bellis occupatâ.

Hac incorporatione, ut ſic loquar, mirum quantùm res Francica crevit, nec faciles fuerunt Reges ad communicandum alicui dignitatis tantæ excellentiam.

Interim, ut eſt genus hominum honoris appetens, ſuccurrere volentes inquietæ ambitioni, & virtutem reſque fortiter geſtas ſine ſuo diſpendio remunerari, urbes & loca pretii non maximi à nobilibus poſſeſſa Toparchæ aut Baronis titulo in Ducatus erexerunt, ita ut Ducis titulo & inſignibus fruatur quicumque talis loci poſſeſſor eſt.

Id fieri ceptum poſt an. 1500.

Nunc Brabantiam videamus & in ea ad vivum expreſſam Franciæ imaginem. Duces noſtri ſive Haſbaniæ, ſive Lotharingiæ nunquam titulares, ſemper veri regionis poſſeſſores fuerunt. Nec in eos utpote in confinio Franciæ Germaniæque ſitos cadere potuit frequens illa & varia Francorum dominatio. Et Godefridus noſter ab initio formati Ducatûs exemplo Francorum non conquievit, donec omnes ſuæ ditionis Dynaſtas Sacramento ſibi obligatos teneret. Hinc longum iſtud & difficile bellum cum Bertoldis. Denique gratum acceptum æquumque rati bene de ſe meritos honore proſequi, plura caſtra villaſque Ducis Comitiſque titulo nuper inſignierunt. Poſtremò quod tradunt plærique, Regem non eſſe niſi duodecim Patricios ſubjectos habeat; (reſpectu Francorum Regis excogitatum eſt.) Patricium niſi Duces quatuor; (illud verum fuit aliquando in Francia.) Ducem niſi Comites quatuor; id nec modò nec olim verum fuit generatim, cum legam Griffonem more Ducum duodecim Comitatibus donatum, & hodièque ſint in Francia Duces ſub ſe habentes Comites quindecim & amplius.

Comi-

Comitem niſi Barones quatuor (hoc de Ducibus modernis verum eſſe putant) Baronem niſi Caſtellanos... (id neſcio an alibi, certè hic verum non eſt) Caſtellanum Vaſallos totidem (quod facilè conceſſerim) ſpeciatim alibi declarabimus. Hæc in præſenti ſat ſunto, ut Ducum aliqualem afferant cupidò Lectori notitiam.

ROCHELARIA

Baronatus ſub Arſcoto, olim ſub Lovanio.

ROchelariam ſcribunt ferè omnes noſtrarum rerum Scriptores, cùm tamen, ſi Teutonicæ vocis ratio habenda ſit, Rothelaria dicenda foret. Nomen pagi & Toparcharum in ore & honore fuit jam inde à Godefridi primi tempore, & ſi credendum Hiſtoricis, diſtributis à Duce Godefrido Palatinis dignitatibus, Dapiferi munus Rotſelario attributum.

Anno 1180. In diplom. Lyrano per Gevartium communicato.

Ego quantum diplomata docent invenio ſub initio Ducatus Godefridi noſtri *Arnoldum de Rotſelaer Dapiferum.*

Quæ appellationis formula communis fuit, & per duo amplius ſecula uſurpata.

Anno 1215. Diplom. per eundem mihi tranſmiſſum. In donat. Villar. ſub titulo Fellepiæ. Anno 1362. Anno 1292. In charta Cortebergenſi. Anno 1312.

Primus quem inveni Seneſcalli nomine uſum Arnulphus fuit in diplom. Affligimienſi ſubſcribens titulo *Seneſcalli de Rotſelaer.* Nec tamen deſiit ideo Dapiferi nomen, cum inveniam *Arnoldum Dapiferum de Rotſelaer* & *Gerardum de Rotſelaer militem Dapiferum Brabantiæ.* Primus quem legerim *Droſſardi Brabantiæ* titulo uſum, Gerardus fuit.

Anno 1385. In contractu Joannæ D. cum Ordinibus.

Primus qui ſe ERF-DROSSAERT id eſt hæreditarium Droſſardum vocat, Joannes fuit. Non tamen ita ut veteres appellationes planè omiſerint.

In fœdere cum Flandriæ Comite.

Lego enim anno 1339. Joannem Rotſelarium Seneſcallum Brabantiæ vocari. Liber Feudorum ab annis 200. recitat eos HET DROSSAERTSCHAP, id eſt *Seneſcallatum* Brabantiæ beneficiario titulo accipientes.

Prima Dominorum Stirps putatur argumento inſignium ab Arſcotanis deſcendere, & celeberrimos habuit Dynaſtas.

Anno 1400. Anno 1414.

Pietate quidem conſpicuos Rodolphum & Gerardum ad S. Gertrudem Lovanii religionem amplexos.

Anno 1248. Anno 1362.

Ut taceam Arnoldos tres, Affligimienſis, Villarienſis, Gertrudanæ Abbatiarum Patronos & dotatores.

Anno 1385. Anno 1420. Anno 1425. Anno 1301.

Titulis potentes Joannem *Advocatum* Trajecti, Henricum Roeſti, Joannem Vorſelariæ & Rhetii conſilio & armis nobiles, Guilielmum, Joannem an. 1383. aliosque innumeros.

Duravit hæc ſtirps per aliquot ſecula, & Rotſelariam poſſedit nunquam deficiente, ut reor, maſculo hærede uſque ad annum 1445.

Cum cedente Joanne patre Joanna Comiti Salmenſi in dotem attulit. Sed haud multò poſt Salmenſes Reguli ſuperioris hæredes Michaëli Croyo (qui alioquin uxoris Eliſabethæ titulo Rotſelariis affinis erat) juſto pretio intervenient te vendiderunt, in cujus hodieque poſteris perſeverat. Anno 1515. Liber Feudorũ ⁊ fol. 72.

Libet hic paucis de nomine, dignitate, officio Seneſcalli & Dapiferi diſſerere. Nomen à Francis eſt & interpretatur Turnebus quaſi *Seniorem Caballi*, id eſt Principem Equitum. Quod mihi perſuadere nequeo, obſervans etiam quoſdam ſervilis conditionis homines privatorum dominorum miniſtros hoc nomine vocari. Probat lex Alemannica his verbis: *Si Seneſcallus cujuſpiam ſervus conditione necatus eſt, & Magiſter ejus talis eſt, qui in domo ſua duodecim vaſallos habeat, ſolvet duodecim ſolidos de compoſitione.* Quo loco Seneſcallus non aliud eſt à coquo, prout patet ex eodem titulo 5. Ego magis crederem à SCHALCK voce Germanicâ quę peritum ſive magiſtrum ſonat & *Sinis* quod voce Barbaricâ cibum ſignificat, derivari. Titulo 12. de eo qui Paſtores aut artifices occidit.

Officium fuit primum & præcipuum, menſæ Regalis curam gerere. Unde paſſim Scalco aut Seniſcalco *Dapifer*, *Præpoſitus menſæ*, *Princeps coquorum* vocatur Francis Scriptoribus. Deinde Regium portare vexillum, cujus rei exemplum dat Robertus Abbas. Solet & Regi à Conſiliis eſſe teſte Chronico Montiniacenſi, quod Anſelinum vocat Dapiferum & Conſiliarium Regis. Solet & Palatinorum miniſtrorum curam habere nominante Froſſardo Thomam de Percy qui fuerit longo tempore *Eſcuier de l'hôtel du Roy &c.* quem Franci vocant *Magiſtrum* & *Seneſcallum*; quia, inquit, totus palatii ordo ab eo pendebat.

Exemplum vide apud Faucnetium c. 10. l. 1. Hiſtoriarum l. 4. Voluminis 4. c. 32.

Invenias etiam ubi equum Regi Seneſcallus præſentaverit, & hoſpitium eidem præparaverit. Fauchet id ex ſuis Rythmis probat.

Dignitas Seneſcalli non ſemper eadem fuit. Hiſtorici plerique Ebroinum Seneſcallum vocantes & id nomen cum Palatii magiſtro confundentes, primam regni faciunt dignitatem.

Accedit Tyrius: *Alexius Mega*, inquiens, *Domeſtici dignitate (quem nos majorem Seneſcallum vocamus) fungeretur, officio ab Imperatore ſecundus.* L. 4. c. 5.

Certiùs diplomata, quibus primo loco ferè ſemper Dapifer ſubſcribit.

Exemplum Luduvici Regis certas ſuis Francis nundinationes concedentis, anno 1170. *Aſtantibus in Palatio noſtro* (verba diplomatis ſunt) *quorum nomina ſubſcripta ſunt, & ſigna S. id eſt ſignum Comitis Theobaldi Dapiferi noſtri, S. Mathei Camerarii, S. Guidonis Buticularii, Radulphi Conſtabularii data per manum Hugonis Cancellarii.* Imo verò tanti habita Seneſcalli præſentia, ut, ſi dignitas ea vacaret, expreſſè additum inveniam in litteris *Dapifero nullo.* Exemplum in diplomate Philippi Auguſti, ubi ait: *Præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate, & Regii nominis charactere inferiùs annotato confirmantes. Actum apud Loriacum anno 1200. Regni noſtri 21. Aſtantibus &c. Dapifero nullo &c.* Et ſub finem, *vacante Cancellaria.*

Diploma extat in libro antiquitatum Pariſienſium. Habetur ibidem.

Appa-

Apparet autem ex deductione litis cujuſdam ſub Luduvico Rege, & Henrico II. ejus filio, Seneſcallum eundem fuiſſe cum Majore Palatii. Diſcitur etiam ex Segiberto, Seneſcalli dignitatem beneficiario titulo ab Avinionenſibus Comitibus poſſeſſam, à quibus ad Veromanduorum Regulos devenit. Hæc ſunt quæ de Seneſcalli officio è Francorum ſcriptis petere potui, cum noſtro Seneſcallo ad amuſſim convenientia.

Anno 1150. Refert Fauchetius ex veteri Codice Abbatiæ S. Albani Ad an. 1170.

Centum vidi diplomata ubi & inter primos Rotſelarius Dapifer ſubſcribit. Vexillum etiam Ducale geſtaſſe, exemplo non uno doceri poſſet. Et licet plures invenerim Dapiferos; hunc tamen & hereditarium & perpetuum Ducis Dapiferum vocari invenio; & quantum Codices feudorum meminerunt, accipit tamquam cliens fiduciarius à Duce HET DROSSAERTSCHAP VAN BRABANT, id eſt Præfecturam Brabantiæ. Unde colligo, *Droſſardum* idem eſſe cum *Seneſcallo*, *Seneſcallum* ferè idem cum *Dapifero*. Hoc addam, videri plures in Brabantia Dapiferos fuiſſe olim, cum legentes ab omni antiquitate Rotſelarios eam dignitatem obtinuiſſe, nihilominus inveniamus Toparchas de *Iſca* & *Wanghe*, illum anno 1260. hunc anno 1279. *Dapiferos* in diplomatibus vocari.

Quam rem dum in ſeriam adhibeo cogitationem, ſuſpicor aut diverſis locis diverſos Dapiferos habuiſſe, puta Lovanii Rotſelarium, Bruxellæ Iſcanum, in Hasbania Wangenſem: aut plures quidem officio Dapiferos temporarios fuiſſe, unum autem dignitate & perpetuum & hæreditarium; aut certè Rotſelarium tempore, quo hi Dapiferi inveniuntur, gratiâ Ducis excidiſſe, & ad tempus officio privatum. Sed in conjecturis liberum eſto cuique judicium.

In Rotſelaria pendet ab Averbodio Eccleſia, & quia inde Præmonſtratenſis Inſtituti Canonici aliquot huc ſolent ad curam animarum & rem divinam peragendam ablegari, ideo fama ſubinde tenuit, imò plebeiorum memoriæ annotant, Rotſelariæ Canonicos ſive Canonicatus eſſe.

In locis Rotſelariæ ſolitis ſubcenſeri Gertrudanus Abbas ferè jus ſacrum obtinet. Sunt autem *Werchtra*, ubi Dylia Demeræ miſcetur, & *Haechta*, & denique parvi momenti *Wackerſalia*. Quia autem olim hæc Dominia fuiſſe invenio Clivenſium, opinor per nuptias veniſſe ad gentem Rotſelariam, maximè cùm hodieque ſeparatim horum ratione Duci Dominus beneficium profiteatur.

WERCHTER. HAECHT. WACKERZEEL.

Hic annotare libet, in Cœnobiis ita amantes poſterorum fuiſſe Religioſos Brabantiæ, ut geſta ſuorum non memoriæ tantùm, ſed & ſcriptis mandarent. Ita nimirum in antiquis omnibus Monaſteriis invenire eſt paſſim Chronica à Monachis conſcripta.

Nec Eccleſiaſtici tantùm, ſed & populares curioſi erant rerum memorabilium, quarum ſumma capita ſolebant in libellos conjicere annotatis die & anno, quos proinde diaria appellare ſoleo, & iis multum me adjutum Lector obſervabit.

HEVERLE
Dominium & Baronatus.

EJus nominis cum plures in Brabantia pagos eſſe ſciam, ſollicitè inquiſivi de Etymo, ſed nihil quod placeret reperi. Hoc certum, Heverlam & Heverlas accuſandi caſu, ſed diverſo numero olim ſcriptum, Teutonicè HEVERLE, HEVERLEYS, HEVERLES, & corruptè HEVEREN.

Juriſdictio ejus olim quàm nunc amplior: cujus pars cum agro ſuo nunc urbs, & urbis eſt; illa nimirùm ubi Sancti Quintini fanum eſt, & Beginarum Curia. Crucem quam in ſcutis præferunt domini, crediderim expeditionis ſacræ à Goſwino quondam Heverlenſi domino ſuſceptæ monumentum eſſe, aut certè ejus quod referunt D. Lambertum converſioni infidelium operam daturum hìc loci erecto ſacello rem divinam peregiſſe.

Ex Archivis oppidi ad an. 1558.

Annales noſtri & M. S. omnes eum nominant in expeditione Godefridi III.

Chronicon Leod. vetus id refert, & tradita per manus fides confirmat.

Domini ejus nominantur inter Vaſallos Comitis Lovanienſis, & Comitibus ad Ducalem evectis dignitatem Camerarii (dignitatis id primariæ nomen eſt) Brabantiæ Ducis hæreditarii cenſentur.

Id hiſtoriæ & Divæus referunt; diplomata autem pauca eum titulum dant Heverlenſi.

Dominos primævę ſtirpis, quę à loco nomen habebat, plures nominare poſſem diverſis in diplomatibus teſtes uſque ad annum 1369. poſt quem an emptionis, an affinitatis aut matrimonii titulo neſcio, Dominium in Calſteriam Lovanii nobilem tranſit familiam. Ex qua Joannes ſubſcripſit privilegio Venceſlai Ducis anno 1372. Henricus inſuper Lintriæ ſuperæ Dominus obiit anno 1430.

Extat in Codice privileg. Lovanienſium.

Teſte regiſtro Lintrenſi.

Et tum Razo de Gravio deficientibus liberis Henrici gener in Bona ſucceſſit Maleniæ Dominus *Familiâ in Gallo-Brabantis nobili* oriundus, à quo emit Nicolaus Roulinus Burgundiæ Cancellarius anno 1446. Qui Antonio Croyo Regiâ Hungarorum ſtirpe edito eadem vendidit, in cujus Dominium perſeverat poſteritate nuper Baronatûs titulo inſignitum, dum ad Ducatûs apicem proveheretur Arſcotum, cui Heverlas licet ſubcenſere.

Ex feudorum Codice.

Supradictis Dominis Henricus interveniente certâ pecuniæ ſummâ Lovanienſibus permiſit navigationem Wavrienſem anno 1422. eiſdemque poteſtatem fecit potorium vectigal ſuo in Dominio conſtituendi.

Lego inſuper Carolum Audacem dominium (quod Leodini juris antea fuiſſe quidam tradunt) fiſco addixiſſe. Et cùm Lovanienſes ſæpe conati dominium ad ſe trahere, ob non ſolutos aliquot annorum annui cenſus canones jure id uſurpare ſperarent, lite etiam conceptâ, Dux extincto cenſu Heverlas cum adhærentiis ſuis anno 1468. Appendicem urbis eſſe juſſit,

Anno 1468.

Et civibus quoad onera & plęraque emolumenta parem. Quod etiamnum ſervatur. Croyi autem locum egregiè exornarunt. Ar-

Arcem in ſupercilio Dyliæ ſitu amœnitate, amplitudine nulli ex vicinis facilè ceſſuram Herviæ Dominus Guilielmus inchoavit; perfecit Arſchoti Dux primus; ornavit circumductoque flumine reddidit auguſtiorem præſens Arſchoti Dux quartus.

Quorum hic portentoſo opere perfoſſis montibus latam Lovanio viam deduxit, hortos eximio vultu, & diſpoſitione direxit, omnia denique ex veteribus nova fecit aut refecit.

Sub an. 1517.

Præter Parochialem veterem, Heverlis Cœnobium exſtruxit Cæleſtinorum & dotavit advocatis ex Francia Religioſis Maria Guilielmi Croy uxor, pietatis exemplar unicum.

Sub an. 1560. Ex chronico Gemblacenſi in vita Lamberti Hanckaert.

Quod à priſtini rigoris obſervantia declinans, ut reſtitueretur veteri diſciplinæ commiſſum lego Abbati Gemblacenſi.

Cujuſque iterum injuriâ temporum parum ſollicitè viventis reformationem intelligo Illuſtriſſimo Duci utpote Patrono cordi eſſe.

Poſt an. 1596.

In hac Eccleſia planè plenèque renovata rem toto non Belgio ſed Europâ ſuſpiciendam & admirandam Illuſtriſſimus Dux molitur, Principes Croyos & affines ſingulos marmoreis repræſentans monumentis: ut non immeritò Mauſolæum Croyacum liceat appellare.

Ad commendationem hujus Baronatûs facit loci ſitus inter arvos paſcuoſque agros, inter nemora & fontium ſcaturigines, ad flumen & rivulum, juxta Brabantiæ Metropolin & Muſarum ſedem Lovanium.

Anno 1290. Anno 1372. Anno 1369. Anno 1216. Signat immediatè poſt Ducem. Anno 1158. ejuſdem nominis eſt in diplomate quodam Parcenſi. De his Divæus.

Adde veteres Dominos pace belloque clariſſimos. Pace quidem Henricus & Joannes intimorum Ducis conſiliorum participes; Valterus author conventionis inter Lovanienſes & Coutereellum Prætorem; Goſwinus author & teſtis fundationis in Banco.

Bello autem Goſwinus de quo ſupra in Paleſtina, & eodem tempore Sigerus & Rambaldus Equites.

Denique ex quo in alias ſtirpes tranſiit, ſemper nobiliſſimos, potentiſſimos, celeberrimoſque habuit Toparchas.

Qui ab omni Scriptorum memoria à Duce beneficium acceperunt *Camerarii* dignitatem.

Out-Heveren.

Res ſacra dependet ab Eccleſia *Veteris Heverlea* (ſic enim appellandum diplomata docent, non Hout Heverle id eſt ſilvarum Heverlea, nec *Hault Heverle* id eſt alta Heverlea) qui pagus eſt ad ingreſſum Merendalienſis ſylvæ & quoad temporalia Baronatui annexus, quoad ſacra à Scholaſtico. D. Bartholomæi Leodicenſium dependens.

Meerdael quod nomen aliqui ab equo Bayardi derivant, Meer enim equam, Dal vallem denotat.

Hic antequam progrediar, è ſacris antiquitatibus dabo Apoſtolos Brabantiæ Martinum Tongrorum Antiſtitem qui Hasbanos ad Auſtrum, Lambertum Leodiorum Præſulem qui Taxandros ad orientem religionis noſtræ participes fecit.

Unde ad noſtra uſque tempora totus ille tractus uſque ad Lovanium incluſivè fuit Leodinæ diœceſios. Willebrordus ad Aquilonem Campanos ad ſaniorem mentem revocavit: hinc Silvæ Ducis olim Ultrajectinæ cathedræ obnoxia fuit. Levinus denique ad occidentem Andoverpos & alia Flandriam verſus Brabantiæ loca divini verbi luce perfudit. Hinc iſta pars Cameracenſi cathedræ adhæſit & ſubfuit.

In aliis inquirendum quid *Camerarii* dignitas ſibi velit. Et licèt Romani aliæque gentes ſuos à cubiculis miniſtros habuerint, dignitatem tamen hanc ego non altiùs quàm à Francis petam.

Apud quos jam olim id muneris uſitatum fuiſſe docet *Carreſigilus Cubicularius* apud Turonenſem. Et primi nominis fuiſſe docet Bernardus ille, qui & frater Judithæ Reginæ uxoris Luduvici pii fuit, & unà *cubicularius*. L. 4. c. 21. Teſte Sacetio ex Chronicis Franciæ.

Officium magni Camerarii Franciæ colligit Francus Scriptor, fores cubiculi Regii cuſtodire, theſauro Regio præeſſe, menſam ſupellectile aurea inſtruere, denique (quod notandum) *in menſa Regia geſta virorum fortium & hiſtorias legere.* Vide eumdem l. 1. c. 11. proliſe hæc probantem.

Hæc apud nos in parte fuerunt & moris veſtigia ſuperſunt. Et ſicut in Francia Duces Tancarvillæ, & denique Longevillæ, tandem Guiſiæ quaſi beneficiario titulo poſſident Dignitatem Camerarii; ita & hìc ab omni Scriptorum memoria factum, manſitque penes Heverleæ Toparchas.

Dominio Heverlenſi ſubjiciuntur *Heverlea vetus*, quam licèt aliqui ob confines voces Gallicas & Teutonicas; Hout id eſt lignum, & *hault* id eſt altum, aliter appellent, tamen ex diplomatibus ad unum omnibus conſtat out id eſt veterem dicendam. Cui accedit ratio quòd ante cœptam coli modernam Heverleam hìc capella tantùm, parochia autem in veteri ſemper fuerit. Quæ dependet à Scholaſtico S. Bartholomæi Leodicenſium. *Belandia* olim nobilis familiæ peculium, cujus titulum Heverlenſi ſubjunxiſſe primum obſervo Razonem Gravium.

Oudt Heverle vel ut nunc loquuntur Hout Heverle.

Belanden Vicinum territorium ſonat. Ex codice feudorum Bierbaci.

Sicut & *Waelbeca* quæ neſcio an eadem ſit cum illa, quam olim inſigni inſtructam arce invenio. Et diplomata vidi Baronum Arſcoti data in caſtro Waelbecano, & ubi titulum Waelbecæ Arſcoto præponerent. Waelbeeck Torrentem Walonum ſonat.

Beneficio autem Heverlenſis Toparchæ poſſidentur hujus Præfecturæ pagi

Beerſemum *Buekena* *Aſſent.*	*Quoad temporalia eoſdem diu cum Lintriæ Dominos habentia,*	Appendix Campenhouti. Cœnobii Bankenſis.....	*Quoad Sacra.*	Domum montis ſonat ſive utii. A fagis dicta videtur.

Heverlenſis Toparcha ad extremum Dominus eſt *Eygenhoviæ* & *Berthemi*, credo tanquam Advocatus Abbatiæ Corbeienſis, cujus hi pagi fuerunt peculia. Eyghenhoven. Berthem.

Illa quidem vel nomine, quod Allodium ſive villam propriam ſonat, antiquitatem prodente, olim Senatum ſuum & Tribunal habuit privilegiatum. Hoc idem ſignificat quod Equi domum à fabuloſo Bayardi Equo, quem quatuor Haymonis filios geſtantem pro inſigni pagus habet,

& aiunt in vicina Meerdalia, quæ & ipſa quaſi equi vallis dicta videtur, ſylva præſepis monſtrari veſtigia.

Henningea folio 120. Monarchiæ 4. regni 3. & 4.

Hoc conſtat, ſylvam hanc veteris Arduennæ partem fuiſſe; Haymonem illum Arduennæ Principem quatuor filiorum parentem fuiſſe.

Anno 808. Meierus ad hunc annum.

Quorum major natu (etſi pictura Berthemenſis minorem faciat) Adelardus peculium hìc loci ſuum Abbatiæ Corbeienſi donavit.

Anno 1562.

Quæ non ita pridem initâ permutatione bonorum & hæc & alia per Belgium alienavit.

Berthemum & Curiam, ubi olim Corbeiâ miſſi Religioſi agere ſolent, cum Patronatu loci nunc poſſidet J. B. Ferdimondus Berthi ex Lucebergenſi Brabantiæ Conſiliarius affinis meus.

BIERBECA
Baronatus ſub Arſcoto.

M. S. D. Baſſ.

PRæterquam quod inſignia mutatis (qui mos veterum eſſe ſolet) coloribus eadem cum Lovanio habeat, conformiter tradunt hiſtoriæ. Primos Bierbacenſes Dominos à Comitibus Lovaniæ deſcendere & nominatim à Raginerio fratre Lamberti Balderici & Henrici Comitum. Defecit tandem prima illa à Toparchia nomen habens, & ſubinde à Lovanio cognomen ſumens, ſtirps. Et Joannes Dux inter alia Bierbecam Godefrido fratri portionis hæreditariæ loco aſſignavit, manſitque per aliquot ſecula penes Godefridi poſteros Arſcoto conjuncta.

Anno 1273. Ex diplomate dato Martis poſt Catharinæ.

Ad extremum in illuſtrem Croyorum familiam tranſiit & hodieque permanet.

Primorum etſi ſeriem connectere nequeam, nomina tamen dabo.

[1] Raginerius Montenſis vitâ functus anno 1015.

[2] Henricus de Bierbeeck vixit anno 1096.

[3] Joannes & Henricus vixerunt anno 1125. *& fortè is eſt qui obiit anno 1144. in Grimbergano.*

[4] Henricus teſtis ſubſcribit anno 1173.

[5] Walterus laudatur à Duce anno 1217. *& videndum an idem ſit Monachus factus in Hermerode, cujus vitam vide in M. S. Rubeæ vallis.*

[6] Theodoricus inter teſtes refertur anno 1261.

[7] Thomas nominatur & ſubſcribit an. 1269.

Reliqua quare in Arſcoto.

1. M. S. hiſtoriæ noſtratis qui eſt in Archivis Ordinum per D. de Baſſegnies mihi communicatus.
2. Citatur in diplo. Idæ Bolonienſis, quod eſt in Archivis Affligimienſium.
3. Subſcripſerunt fundationi Vlierbacenſi.
4. In diplo. Godefridi III. cujus copia eſt apud Petrum de Thymo.
5. In diplo. Henrici pro Lovanienſibus dato.
6. Ab Henrico III. Duce in privilegio quodam Gemblacenſi.
7. In diplo. Leonii de Aa per Gevartium mihi communicato.

Quoad rem ſacram dependet Eccleſia & animarum cura à Prioratu Benedictinorum ibidem fundato *per Arnulphum militem de Geſt.* Qui ſacræ expeditioni nomen dans Leodii primum, mox Romæ, quæcumque in Birbaco poſſidebat, B. Nicaſio Rhemenſi obtulit, ad uſum Monaſterii ab Abbate S. Nicaſii dependentis conſtruendi.

Anno 1044. Ex literis Epiſcopi Leodienſis, Innocentii Papæ, Nicolai Abbatis deſuper confectis quas vidi & ſervantur in Archivis Theologicæ Facultatis Lovanii.

Quod factum, miſſique è Francis Monachi cum Priore rem divinam facturi.

Qui pro temporum uſu & morum exigentia ſubinde ex Monachis Canonici, & iterum ex Canonicis Monachi facti ſunt.

Et tandem juſtâ ratione motus Paulus IV. Pontifex eundem Prioratum ſub certo onere Facultati Theologicæ Univerſitatis Lovanienſis incorporavit.

Dux etiam Godefridus & Immania uxor, bona in Birbaco Canonicis S. Sepulchri ad uſum Monaſterii tranſcripſerant; ſed cùm locus parum conveniens videretur & ſumptui impares ſe ſentirent, Conrardus Præpoſitus in TENKENDORP pro authoritate ab Ordine ſibi conceſſa eadem Ciſtercienſibus de Villario donavit.

Anno 1204. Ex literis ejus datis Epacta 28. Indict. 8. quæ extant Codicis titulo 1. folio 4. de Feleppa.

Curiæ ſunt ſub Bierbecâ nobiles aliquot non tacendæ. *Wilriana* quidem à Villarienſibus empta anno 1483. ſed vendita nuper Joanni Gevartio J. U. Doctori quæ per has turbas monachorum longo tempore refugium fuit & olim Patriciæ tribus fuit cognomentum.

WILDERE. Anno 1555.

Lathemenſis ſimiliter inclytæ ſtirpis peculium & nomen, à Joanne vendita Jodoco van Cruninghen. *Belandica* cum ſua capella, Parcenſis cœnobii.

Anno 1438.

Beneficia Birbecæ ſunt Dominia Gallicanæ Brabantiæ *Birbacum*, *Wayſium Longi campi* & alia alibi plura.

Eſt & in Bierbecano Agro

V*Allis Ducis* in confinio Merdaliæ ſilvæ Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia. Henrico Duci accepta fert ſua & initia & incrementa. Is enim cum Deo virginale collegium ſe dedicaturum, ſiquidem ullius ex conjuge prolis pater effectus eſſet, promiſiſſet, voti reus hunc locum Abbatis Ciſtercienſis ad manus obtulit cum juſto prædiorum & vectigalium numero, Gregorio IX. Papa, & Capitulo Generali ordinis aſſenſum præbente. Structum itaque & oratorium & conventus paulatim auctus.

Ex Henrici Ducis diplomate, ubi primitiva bona exprimuntur, dato in craſtino Nativitatis Mariæ anno 1235.
Id factum anno 1231.
Ex Bulla data anno 1236. Pontificatus anno 10. 6. Kal. Maii, ubi Cœnobium in ſuam accipit protectionem.

Novum Sacerdotalem chorum Catherina de Goedſenhoeven (obiit an. 1420. regiminis 18.) cum Dormitorii parte, cujus reliquum cum novo porticu Gertrudis ejus ſoror & in dignitate ſuccedens extruxit.

Factum id anno 1245. cum taxatæ fuerunt pro ratione proventuũ perſonæ, quæ taxatio pro temporum qualitate ſæpe mutata.

Reliqua ad ornatum templi & clauſtri Margareta Calabers & Helwigis Greven fecerunt aut refecerunt.

Circa an. 1460.
Electa an. 1472.

Ceterum cum diſciplinæ & clauſtri non ita tenaces Virgines liberiùs agerent, introducta, ut magno cum labore ita maximo cum fructu, reformatio per Abbatem, allaborante Duciſſa Brabantiæ, Capitulo Generali jubente.

Ex M. S. Chronico ubi Cœnobii initia & progreſſus continebantur, per Eliſabetham Uterhellicht Antiſtitam mihi communicato.

Anno 1460. 10. Decemb.

Cujus rei fama & fructus ita latè innotuit ut certatim arctioris ejus vitæ deſiderio ex monaſteriis Brabantiæ, Flandriæ, Arteſiæ, Leodicenſis Tractus, imo Picardiæ adventarent, tum ut harum cætui aggregarentur, tum ut cum his aliquandiu conſueſcentes ſacrum reformationis modum ad ſuas doctæ reportarent. Et amplius 15. cœnobiorum petitioni ſubſcribentes, ex ſuo gremio aliquas emiſerunt quæ diverſis regionibus ſacri moris ſeminarium introducerent.

Nec Ciſtercienſes tantùm hac gaviſi, ſed & Bene-

Benedictinæ, cum Henricum de Bergis Cameracenſem Epiſcopum legam ſummis precibus impetraſſe, ut duæ ex Gilingemienſi ſuæ Diœceſeos monaſterio huc miſſæ, ſanctæ reformationi per tempus aſſuefactæ eandem reverſæ ſuis communicarent.

Anno 1450.

Qui ipſe ſuas viſum veniens inſtantiſſimis precibus deſideravit, particeps ut fieri poſſet meritorum hujus ſodalitii. Conceſſum id à virginibus non gravatè; & Antiſtes viciſſim de theſauris Eccleſiæ illuſtres eis indulſit indulgentias. Cœnobium eſt etiam hodie inſigniter formatum, & quamvis commune omnibus belli hujus civilis malum ſenſerit, tamen Lovanium profugæ Virgines nihil de veteris diſciplinæ rigore remiſerunt.

Hic obſerva, morem in Brabantia & Canonicis & Benedictinis & aliis Ordinibus familiarem fuiſſe, juxta proventus monaſterii æſtimandi perſonarum numerum. Ita nimirùm factum Antverpiæ à Canonicis, cùm ſuas opes auctas obſervarent; ita Bruxellis ab Epiſcopo, pro redituum copia numerum Clericorum augente; ita Gemblaci factum à proprio Abbate; Vlierbecæ, ab Affligimienſi utpote ſuperiore. Ejus quoque exemplum tum alibi tum hìc habes, ubi auctoritate Capituli generalis quater pro temporum exigentia mutatus eſt perſonarum numerus. Et ampliùs exempla dare poſſem in omni genere Clericorum Monachorumque, ubi primævæ fundationes numerum expreſſerunt aſſumendorum ad religionem.

Spectant ad Bierbecæ Toparchiam pagi

Hamma	In diplomate Arſcotano.	*Ham*	In ſacris dependent à	Bitbacenſi Prioratu.
Milla		*Mellin*		Turinenſi Eccleſia.
S Georgii				
Weerda.		*werde.*		Capitulo S. Pauli Leodii.

Hammæ adjacet ſupradicta Abbatia, *Milla* continet *Hazebergam* & *Weys* Curias Schoranorum inclytæ apud Lovanienſes ſtirpis nunc poſſeſſionem.

FINIS

Antiquitatum Arſcoti.

SICHENÆ

Urbs & Dominium Brabantiæ quod proprium Dominium habet Beneficio Ducis.

1. Sic leges in Joannis Ducis donatione Godefrido fratri ſuo facta an. 1283.
2. Sic legis in vetuſtiſſimo oppidi privilegio.
3. Sic ſcriptum in computu anni 1306. qui eſt in Archivis S. Petri.
4. Sic effert chronicon Bethlemiticum in fundatione Cœnobii ibidem.
5. Ita Lipſio ſcribitur.
6. Lipſius c. 3. Virginis Aſpricollis.
7. Eccleſiaſtici penultimo & alibi.

NOmen urbis olim ſcriptum video [1] *Sichene*, [2] *Sichenes*, Latinè [3] *Sichenam* [4] *Sicheniam*: quod nunc & vulgò efferunt [5] *Sichemium*.

Rationem nominis alii aliam & aliundè educere conantur.

Eſt qui [6] SIGH-HEYM, id eſt Victoriæ domum ex collatione originum Areſcoti & Dieſtemii, interpretatur.

[7] Eſt qui SIECK-HEYM, id eſt Valetudinarium ſive Ægrorum receptaculum, vult dici, ſignificato nec à Sichen (id Hebræis laborantem & pœnitentem ſonat) Cananæorum in Veteri Teſtamento, abhorrente: nec ab hodierno, cum huc ægri omnes ad Deiparæ confluunt auxilium, ſtatu procul remoto.

Id ipſum Amandus à Zirlcſea & Annales noſtri & nos alibi non abſimile vero eſſe docuimus.

Eſt qui Sichen quaſi SIET-OM, id eſt circumſpice, appellat, eo quòd, cùm omnia aut potiora quæ nunc ultra flumen conſpiciuntur, aquis tegerentur, hìc ob voragines & vortices circumſpiciendum monerent: cui rei facere volunt turrim pervetuſtam ubi hodieque annuli ad illigandum naves conſpiciuntur.

Illam conjecturam D. Godefridus Paſtor loci mihi ſuggeſſit.

Denique eſt qui putat, multa hinc inde loca Brabantiæ ad ſimilitudinem aut memoriam piorum Veteris Teſtamenti locorum, Nazerethi, Jericuntis, Bethaniæ, Thaboris, Bethlemi, &c. nomine dicta videns, eâdem ratione Sichen ad veteris illius morem dictam vel ob paſcuorum utrobique ſimilitudinem, vel ob memoriam punitorum ob peccata Sichenitarum ne illis idem obveniat.

De veteri vide Geneſis cap. 17. de noſtro docet locus qui hodieque 't Wey-velt vocatur.

Poſtremò qui Triſtani Dieſtenſis narratiunculam tuentur, Sichem quaſi SIET-HEM, id eſt vide illum, dictum eſſe arbitrantur. Liberum eſto cuique judicium.

Ante urbem probabile eſt hoc loco ad Agricolarum perfugia Arcem fuiſſe ſive turrim, quæ hodieque conſpicitur, à Deipara (cujus inibi Icon conſpicitur) nomen obtinens, muro altiſſimo pæne inexpugnabilem, & ſæpe caſtro perdito profugis aſylum factum his iniquis temporibus.

Vulgo den MARIEN TOREN.

Sunt tamen qui putent ſerius aliquanto & poſt ipſam urbem extructam hanc turrim.

Craſſities muri eſt 12. pedum.

Ex oculari inſpectione plurium fide dignorum.

Etſi autem Annales nobis perſuadere conentur antiquiſſimam hanc Brabantiæ urbem eſſe; tamen ego ex privilegiorum perlectione firmiter mihi perſuadeo jus municipii non ante Joannis primi ævum habuiſſe.

Parte 2. c. 3. & part. 1. c. 1. Confer ea quæ de republica collegi.

Ipſe enim in ſupra citato diplo. pagum vocat.

Hoc ſcio, mænia demùm effoſſa, portaſque clauſas tempore & permiſſu Reyneri Schoonvorſtii Toparchæ.

Ex literis conſenſus datis 3. Julii quæ in Archivis ſervantur, & actis ſub Coſſ. Amelrico Stomme & Adamo van Loo.

Qui idem & ante eum alii caſtrum in Sichenis habitaſſe leguntur. Ita ut credam fuiſſe quidem alicujus caſtri ante Schoonvorſtiorum principatum Sichenis veſtigia, ſed ea magnifico appara-

Ex literis redituum diverſis aſſignatorum ad compenſationem terræ eis ablatæ

in perfectionem foſſarum caſtri, datis Maii. Anno 1300.

apparatu, ædificiis, turribus, foſſis exornata per hunc Reynerum. Ita ſenſim inſignis oppidi ſpeciem induit Sichenia, ad Boream naturâ loci & trium fluminum, per hiemem cùm prata vicina inundantur inprimis munita, ad Auſtrum & zephyrum prealtis foſſis inſtructa, portis tribus patens, ſuburbana quatuor pulcherrima olim habuit.

Ex Conſtitutione hac de re facta in Maio per Secretarium mihi oſtenſa ex Regiſtro oppidi.

Pulcherrima urbis opera fuerunt olim

Anno 1306. perfecta.

Hallæ tripartitæ ad uſus lanionum, pannificii, & campſorum opus Reyneri ſupradicti, collapſæ.

An. 1536. Feſto S. Annæ. Vulgo DE LATEERNEN TOREN.

Turris quoque inſtar Phari Demeræ impendens duplici cochlea furvo ex lapide egregio opere extructa, cujus reliquiæ adhuc cum voluptate & admiratione viſuntur.

Curia & Domus menſæ S. Spiritûs ab hoſte nuper exuſtæ anno 1599.

Curia Dominorum S. Petri Lovanienſis ſcio quòd fuerit & inſigni opere, ſed ubi ſita, necdum potui intelligere. Fata urbis præcipua ſunt:

A peſte: cùm exhauſta per contagionem urbs triennio deſolata, domorumque oſtia vepres & ſpinæ obſediſſent anno 1499. & 1478.

Refert id Engelbertus Naſſovius in privilegio quodam lanificiis conceſſo quod eſt in Archivis.

Et nunc ob frequentes infectorum in Aſpricollem peregrinationes graviter cum peſte luctatur anno 1604.

A terræ motu: qui ingenti ruina turres caſtri labefactavit anno 1580. in Octav. Paſchæ.

Ab aquis: cùm limites ſuos egreſſus Demera magnam ſuburbanis cladem intulit anno 1482.

Ab igne: qui ab hoſte immiſſus dimidium urbis aſſumpſit anno 1578.

Ex diverſis diariis & oculatorum teſtimonio.

Et iterum, ab hæreticis plurimas, quæ ruinæ ſuperfuerant, ædes anno 1585.

Denique cum malè cuſtoditæ inſignem lateritiam caſtri turrim flammæ ſolò æquarunt an. 1593.

Ad extremum quicquid publicarum, ſacrarum, privatarum ædium has civiles turbas evaſerat, ab hoſte procuratum ſtirpitùs fædavit incendium anno 1599. 29. Octobris.

A tempeſtate: cum horrendo fulmine Eccleſiæ turris à ſummo deorſum rupta maximum paſſa eſt detrimentum anno 1595.

Ab annonæ caritate: bis, quod ſciam, grande malum ſenſit anno 1315. & 1587.

Præter relationem ſeniorum & traditam per manus fidem, id refertur in veteri quodam Prothocollo Eccleſiæ, & diario quod eſt penes eum qui oppidi à ſecretis eſt.

Ab hoſte: Bello Francico (Gelrico bello alii id accidiſſe credunt) cùm relictâ Dieſtâ hoſtis agrum Sichenenſem ferro & flammâ depopularetur, & relictâ cives urbe profugiſſent, inbellis fæminarum turba ad preces converſa, Euſtachii Tutelaris ſui ſtatuam lucernis præeuntibus, proſequente puerorum grege regionatim circumferre, & ecce armatorum turma ingens ab hoſtibus viſa obſtupefactos in fugam vertit, opidum periculo ſubtraxit. Unde mos obtinet, ad victoriæ & miraculi memoriam ejuſdem Divi ſtatuam recurrente ſingulis annis die vicatim à Clero & plebe circumferri.

An. 1578. Feſto Cathedræ S. Petri.

Sub initia harum turbarum expugnata cum arce civitas temerè Regi rebellans, vitio *Joannis de Liere* temerarii nimis *Villici*, & *Judoci Steenwegii*, & *Centurionis* cujuſdam Galli. Qui ipſi ex caſtri turribus ſuſpenſi ignominioſo vitam laqueo finierunt, cæſis ſupra centum civibus.

Feſto S. Bartholomæi.

Eodemque anno Scotorum perfidiâ rem divinam peragens Parœcus apprehenſus, & urbi certiſſima clades impendebat, niſi caſtrenſe præſidium tempori ſuccurriſſet.

An. 1580. pridie Kalend. Maias.

Nec multò poſt ab hæreticis ex WESTERLO venientibus urbs capta, ſpoliata, ſacra ſupellex omnis ablata in prædam & cachinnum ceſſit impiis.

Intra octavam Sacramenti.

Cùmque eodem anno Dieſta ab hoſte capta eſſet, metu conſternati cives alius aliò dilapſi, Sacerdotes in ſpontaneum profecti exilium, Franciſcus *de la Rue* Prætor caſtrum relinquens Lovanii eapropter ad laqueum pœnalem adactus eſt.

Reſtitutâ autem Regi & Religioni Sicheniâ non uno malo graviter afflicta anno 1583.

Anno 1594.

Demum ab Italis ob non ſoluta ſtipendia ſecedentibus capta ingenti damno, quod tamen majus futurum erat, niſi ab Hiſpanis Præfecto D. Luduvico *Velaſquio* victi & tandem compoſiti fuiſſent.

Anno 1599. 17. Octobris.

Ad extremum à milite Hollandico per noctis ſilentium oppreſſa, prædis exhauſta, abactis ſupra 200. pecoribus, incendio tota quanta erat fædata, facta eſt pago quàm urbi ſimilior.

Ex diplom. donationis quod vidi in Arſcoto.

Dixi de urbe, ad civitatem progredior, quæ peculium fuit nobilis olim familiæ à loco dictæ.

Dominium Brabantiæ Ducis beneficio primus quod ſciam, Godefridus Virzonius Joannis I. frater obtinuit anno 1284.

Anno 1302. quo obiit Virſonius.

Cujus filia Arnoldo Comiti Loſſenſi,

Sub annum 1330.

Neptis ex Arnoldo, Gerardi Comiti Juliacenſi nupta, ambę Sichenam in maritorum tranſcripſerunt familiam.

Inſtrumentum venditionis intelligo in Archivis Principis Auriaci eſſe quamquam non viderim.

Infars vocabant in vulgo.

Fuit Reineri monumentum apud Minores Dieſtæ. De Schoonvorſtiis vide Rodium S. Agathæ.

Gerardi filius Guilielmus Reinero Schoonvorſtano vendidit, hac propter. Venceſlao Duci à Carolo IV. Cæſare viarum publicarum circa Germaniam cura demandata erat; cùmque prædones certi itinera omnia infeſta tenentes in caſtrum quoddam ditionis Juliacenſis divertere obſervarent, Dux Comitis in Brabantia tamdiu bona uſurpare decrevit, donec de damno ſatis dediſſet.

Poſt an. 1385.

Quo animadverſo Comes veritus inſuper ne fiſco addicerentur eadem Schoonvorſtio vendidit.

Liber antiquus curiæ feud. fol. 112.

Cujus filius ejuſdem nominis ob controverſiam eidem obvenientem Dieſtenſi Baroni jus & Dominium quod in Sichenas habebat tranſcripſit.

Ex quo tempore Dieſtenſi conjunctum Dominio Sichenienſe manſit, manetque adhuc.

Ex Decreto Gerardi Comitis Juliacenſis dato an. 1320. Sabb. poſt Octavam Paſchæ apud Rode.

Hi Domini ab ultima antiquitate *Caſtellanum Prætoremque* pagis omnibus jus & juſtitiam adminiſtrantem, non tamen niſi præſente Satrapâ

Satrapâ Dieſtenſi, ſeptem denique Senatores ex tribubus olim deſumptos ſolent urbi deſignare annuatim.

Vigilia Joannis Baptiſtæ.

Anno 1320. Ex diplom. anno 1399. dato Cœnobio Averbodienſi.

Senatoribus denique Dominus poteſtatem fecit eligendi duos Conſules, qui STADTSMEESTERS, id eſt, urbis Magiſtros ſe vocabant.

Vulgo HEYLICH GHEEST MEESTERS.

Qui junctim ſex alios eligunt qui bini templi, Xenodochii, Eleëmoſynarum curam habent.

Vulgo CORRMEESTERS.

Tres etiam pro ratione regionum urbis qui pondera & menſuras examinent hebdomadatim.

Præter quos habet Ducis dono Capitulum S. Petri Lovanienſe ſuum Prætorem, & ſeptem Scabinos ſuam juriſdictionem habentes & partem Senatûs conſtituentes.

Anno 1308. Vulgo CUEREN ENDE BRUEKEN. Ex datis Lovanii Feſto Converſ. S. Pauli.

Senatui & Villico mulctas & dedit & definivit Godefridus Virzonius. Lege Lovanienſi & urbs & pagi utuntur & viâ appellationis in civilibus ad Senatum Lovanienſem deveniunt.

Nobilior civium pars in contubernia tria Arcûs duplicis & Rhetorum dividi ſolet.

Anno 1364. Martii data eis Privilegia.

Vilior in opificia, quorum nobiliſſimum olim pannificii, adeò celebris, ut legam eodem tempore in urbe fuiſſe textrinas 350.

Uſitatiſſimum eorum qui naves adverſo flumine Dieſtam tendentes funibus protrahunt.

Anno 1483.

Et ne præſens vaſtitas laudem urbis queat offuſcare, legi in bello Hoyenſi, Sichenas proprio ſumptu 143. ex ſuis civibus Duci auxilio miſiſſe, quorum virtuti urbis expugnatio non immeritò adſcribitur.

Privilegia urbi data ſunt ab Imperatore

Jus nundinationis Francofurdianæ.

Anno 1398. Lucræ Joannæ datæ 26. Auguſt.

A Duce confirmata ſtatuta & conſuetudines oppidi.

Ex datis à Schoonvorſtano 20. Junii anno 1383.

A Dominis datum oppido jusomne tributi & vectigalis tam potorii quàm cibarii tam in quàm extra urbem.

Ex datis per eundem eodem.

Item Dominium fundi ultra flumen, tractus qui inter terram de Teſſenderloe, terram de Herſſel, Arſcot, & Caggevin ſuburbanum Dieſtenſe interjacet.

Datæ à Raenutio Calatitano, Adulpho Conſtantienſi, Baſilio Neapolitano Archiepiſcopis.

Ex teſtamento Joannis de Lapidea via legantis eo fine libram groſſorum fabricæ.

Quoad rem ſacram, unicam habet parochialem Eccleſiam D. Euſtathio inſcriptam, extructam anno 1300. ut colligi poteſt ex Indulgentiis per Hugonem Epiſcopum Leod. confirmatis. Cujus chorus perfectus eſt poſt annum 1387.

Paſtores gregis Dominici obſervo hìc fuiſſe viros inſignes nec vulgariter eruditos.

Nunc Godefridus *van Thuyn-Winckele* vir prudens & adverſa multa per has civiles turbas paſſus egregiam rei Chriſtianæ navat operam, cujus auxilio in his dirigendis multum uſus ſum.

Uſque an. 1578.

Solet hìc ſeptem Capellanorum à diverſis diverſo tempore fundatorum eſſe Collegium, & Horas Canonicas decantare.

Vulgo ONSE L. VROUWE ELSE. Tumulus extat Beginæ. Ex communicatis per loci Antiſtitam.

Eſt & in urbe cœnobium ſub *Alveti Mariani* nomine. Quod ante annos 200. Beginarum Curia fuit, per Helwigem *Coels*, Margaretam *Raes*, Catharinam *Beckevorde* fundata.

Ceterum Joannes Moens Paſtor vir non multo minor centenario induxit ſuas tertiam D. Franciſci regulam amplecti. Quæ iterùm Epiſcopo & Capitulo D. Petri conſentientibus mutatâ vitæ formâ regulam S. Auguſtini profeſſæ ſunt. Cœnobium licèt pauperculum, triginta tamen & ampliùs olim velatas virgines aluiſſe invenio.

An. 1468. 13 Maii. Ex chronico Bethlemitico.

An. 1474. 28. Julii.

Præterea à Schoonvorſtanis inſtitutum excipiendis & ægris & viatoribus egenis deſtinatum Hoſpitale.

Itemque aliud S. Trinitati dedicatum, tribus ſenibus alendis à Servatio *Swittenio* relictum anno 1560.

Ex fundatione per Magiſtros Fabricæ mihi communicata.

Viri clari Sichenis ortum ſuum debent

Ob an. 1528. Sixtus Senenſis eum nominat.

EUſtathius Prior Prædicatorum Lovanii qui confutationem Lutheri ſcripſit, Franciſcus Minorita Mechliniæ qui de ſeptem verbis Domini ſcripſit.

Suburbanum Sichenenſe & parochia olim amplum & quadrifariam illud diviſum ſolet, præter villas majores, complecti familias 140.

Ubi Hoſpitale vetus jam ab aliquot ſeculis authoritate Ducali Cœnobio Parcenſi attributum: unde ſeptem cum uno, qui ſacris operaretur, presbytero fratres mitti ſolent, pro operum miſericordiæ quibus vacant, & donorum S. Spiritûs quæ merentur, numero.

Ubi inſuper cantatiſſimus totâ Europâ Collis de quo juvat ex Viro Clariſſimo Juſto Lipſio caput adſcribere initia ejus & incrementa complectens.

In ejus opidi (Sichemii) *finibus, medio illinc milliari,* COLLIS *exſurgit, leni faſtigio: quem* ACUTUM *vulgo dicunt, non quia in verticem talem aut conum deſinat* (*imò æquabili ferè planicie eſt, & ſatis latâ:*) *ſed quia idiotiſmo ruſtico & metaphorâ, terram ſcabram, aridam, horridam,* Acutam *etiam dicunt: quam Latinè* Aſperam, *verè & pro ingenio loci reddas. Ita enim eſt. Exſuccum, macrum, amarum ibi ſolum, frugum & panè herbæ vacuum, arbuſtis quàm arboribus gaudet. In ejus parte verruca ſive colliculus fuit, & in eo quercus: & in hac* DIVÆ VIRGINIS *adfixa iconcula: quæ culta accolis à tali initio fertur. Aiunt ante annos centum* (*& conſtans ita fama habet*) *fuiſſe paſtorem, qui oves in eo tractu paſceret: atque is repertam, neſcio quo caſu, humi imaginem ſuſtulit, in ſinum condidit, certus eam domum ſecum auferre. Parva enim erat, & privato cultui videbatur opportuna. Sed dum agitat, ecce membra ejus omnia ſtupere, pedes utique non movere, & quaſi frutex aut ſtipes ibi ſtare. Ipſe mirari, & animo quoque ſtupere, nec ad cauſſam adſurgere: herus autem villicus abſens, requirere paſtorem ſuum & gregem: nam horâ jam reditui lapsâ, & ſole remoto nox propinquabat. Itaque infortunii anxius, eò accurrit: & repperit defixum ſtantem, & quæ geſta ſimpliciter narrantem. At ille mentis melior, imaginem ſtatim recipit, & timidâ religione in veteri ſua ſede & quercu reponit.* Eo-

Eoque facto, paſtor velut vinculis liberatur: & venerati uterque Numen domum abeunt, rem denarrant, & viciniam totam religionis implent.

Ab hoc deinde miraculo, in fama jam multa & cultu imago fuit: & auxit, quòd morbis, & præſertim febri, ſollennis ac penè certa ibi medicina. Confluebant undique Sichemio, Dieſthemio, Areſcoto, *locis finitimis, cives, pagani, milites, & ſalutarem illic opem poſcebant, & ferebant. Hoc qui vivunt boni ſenes, aut nuper vixerunt, ex fide teſtati ſunt: & liquet communi ſuffragio, ante hos viginti annos ſic fuiſſe. Itaque locus frequens & celeber, ut dixi. Sed enim evenit, & candidè fatendum eſt, ut dicta imago illa ſive ſtatua perierit; incertum quâ vi, aut caſu, niſi quòd ſuſpicio prædones culpat, in iis luſtris aſſiduos per hæc bella, non ſolùm crebros. Ea amiſſio incidit circa annum* MD. LXXX. *ut aiunt: & conſpici ibi* Diva *deſiit, ſed non coli. Veniebant enim nihilo ſegniùs ad locum loculumque vacuum: & opem ac ſolatium etiam inveniebant. Quis miretur, aut culpet? Perſæ Regis ſui cellam venerati ſunt, quia majeſtas illa inſediſſet, & attactu velut ſacraſſet: cur non liceat piis loca Numini electa, & conſecrata? Nec tamen quercum illam (nemo cenſeat) ob ipſam, ſed in ea ſtatuam, in ſtatua* Divam, *in hac* Deum *venerati ſunt, & adorarunt. Nec in ſtatua ſanè propriè vis aut virtus: quòd res hìc docuit eâ amiſſâ, & mox mutatâ. Nam poſt annos ſeptem, id eſt anno* MD.LXXXVI. *religioſus quidam ſenior & Senator Sichemienſis, conſpectâ affluentium multitudine & ardore, qui inter ſicarios & tela prædonum non abſiſtebant locum hunc petere; ſuffecit imaginem arculæ ligneæ impoſitam, & quercui ibidem affixit. Manſit, donec anno* MDCII. *majore indies concurſu,* Godefridus *Paſtor Sichemienſis, venerationi augendæ, detractam arbore, in Sacello modico, quod è tabulis juxta ſtruxerat, ritè & piè collocavit. Sed enimverò, cum id anguſtum turbis (ita loquendum eſt, & ſine numero jam concurrebant) eſſet: Sacellum è lapide ſecto inchoatum abſolutumque eſt, &* Divæ *dicatum ſacratumque ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo* Matthia Hovio *Mechlinienſi Archiepiſcopo, tanto hominum, è diſſitis etiam locis, conventu, ut id quoque inter Miranda, ſi non Miracula, cenſeri mereatur. Hoc factum anno iſto* M. D. CIV. *Idibus Junii, die qui SS. Trinitati eſt ſacer: & ex eo, ipſa illa* Imaguncula *ibi perſeverat. At quercus paulò ante, conſilio & decreto, à ſtirpe exciſa eſt: idque vel ideò, quòd trunco variè ſciſſo & imminuto, cùm fragmenta & aſſulas quiſque ſibi peteret, caſum jam minabatur. Exciſa itaque, & Sichemium, quod ejus ſuperfuit tranſlatum. Unde quidam, & iconculas ſibi fecère, & piè colunt: alii fruſtulis in potu uſi: & conſtat, quòd cùm morborum medelâ.*

Territorium Sichenenſe.

IN hoc tractu ſunt & Sichenis ſubſunt *Waenrodium* & *Novum Rodium*, utrumque jam inde Schoonhoviæ Gentis peculium, illud Zelemi beneficium. Waenrode. Nieurode.

Tiletum Mariæ ſacri Abbatiæ Gertrudanæ juris, inde dictum quod Icon iſtic Deiparæ fuerit & ſit frequenti peregrinorum concurſu honorata & miraculis clara. Tilet.

Houdertum & *Miskemium* pagi etiam non ultimi nominis & famę. Houdert. Miskum.

Wersbeca & *Molebeca* ſimiliter.

Et ad extremum *Beckevoirt* (ſic enim ſcribit diploma Virzonii) celebris ob veterem inibi Commendariam Equitum Teutonicorum, aut veriùs Præceptoriam Commendariæ Trajectenſi ſubjectam, à quodam *J. de Beckevort milite* ante annos 300. dotatam. Cujus occaſione libet ſubjungere breve de horum & ſimilium Equitum exordio tractatum.

DE ORDINIBUS EQUITUM
ſub Auguſtini Regula militantibus.

QUod alibi de Melitenſibus dixi eorumque fine, exordio, qualitate, nihil attinet hìc repetere. Hìc de iis qui ab antiquo & ſine controverſia Auguſtiniani ſunt. Ex quo genere Ordo S. Jacobi in Hiſpaniis à Canonicis S. Eligii Regulam, ut vias publicas peregrinorum concurſu frequentatas tuerentur, amplexis inchoatus, veſte albâ, cruce rubeâ gladii in morem conformatâ. Eodem ſpectat in Pruſſia Germania celebris ſed ortus in terra ſancta. Cùm Henricus de Walpot curam ſauciorum ad Ptolomaida & peregrinorum habens ex nobilibus plures ad ſimile pietatis obſequium invitavit & Regulam inter Templariorum & Hoſpitaliariorum Statuta mediam præſcripſit, authoritatem faciente Henrico Imperatore & Cœleſtino III. Papâ, qui veſtem & ſcutum album nigrâ cruce inſignitum dedit, poteſtate cum Regibus æquatâ creandi Equites. Vide Geldoniam. Anno 1151.

Hi Fratres ejecti à Saracenis, cùm ab infidelibus & Prutinis Polonia vexaretur, eò vocati ſedem acceperunt, & eis ceſſit quicquid acquiſitum in Pruſſia & Boruſſia: donec XXXIV. Magiſter Ordinis Albertus Marchio Brandeburgenſis à Sigiſmundo Polonorum Rege Dux Boruſſiæ dictus hæreditariam fecit & ſecularem, &, quod dolendum maximè, à Catholica Fide alienam dignitatem. Anno 1217. Anno 1525.

Huc etiam ſpectat Gladiferorum in Livonia Ordo ab Innocentio III. confirmatus. Cujus Fratres valuerunt cum Crucigeris Pruſſiæ, eorum habitu accepto, Magiſtrum tamen ſeparatum habentes; donec Gothardus à Ketter à Sigiſmundo Auguſto obliterato Magiſtri nomine Dux Curlandiæ appellatus eſt. Anno 1204. Anno 1518. Anno 1561.

In omnibus ſupradictis pagis Toparcha Sichenarum dominatur, in pluribus etiam mediam juſtitiam habet & Dominium fundi.

Alii qui à Sichenis pendent pagi in Dieſta habentur.

DIESTA

J. B. GRAMAYE.

DIESTA

Baronatus Duci Brabantiæ Beneficiarius.

PErcurrens veteres Cœnobiorum ſchædas, & in Archivis oppidorum hiſtoriæ & antiquitatum fragmenta conquirens, obſervo DIST [1] *Dieſt* [2] *Dieſtum.* [3] *Dyſtum,* [4] *Dieſtam* ſcribi, & ſemel [5] *Tyſtam ad Temerem fluvium*, quam nunc vulgo *Diſthemium* vocant.

1. Sic habet Arnoldi Diploma datū anno 1200. per D. Voeght mihi ſuggeſtum.
2. Ita ſubſignatū in fundatione Abbatiæ Vlierbacen.
3. In catalogo urbium præfixo manuſcriptis Rubeæ Vallis.
4. Ita paſſim in antiquiſſimis Actorum noſtræ Facultatis libris lego.
5. In Codice Gemblacenſi antiquiſſimo ſic lego ſcript.
6. Annales p. 2. c. 3. & M. S. c. 34.
7. Lipſius c. 3. Virginis Aſpricoll.
8. Occo Scarlenſis & Sifridus Petri clariùs id apud Friſios eſſe docent.

Nomen ingenioſi [6] annalium compilatores à neſcio quo Triſtano derivant, qui, cum potior Campiniæ pars aquis obruta eſſet, arcem montanam incolens portorium vectigal exigere ſoleret. Addunt *betrieſtem* Teutonicam vocem ſiſti aut arreſtari ſignificantem inde eſſe, & ut fabulæ fides ſit, arcis monſtrant fundamenta & reliquias.

Eſt alius [7] qui *Dinſthum* noſtrate [8] linguâ Martem ſonare memor, *Dienſthum* quaſi DIENST-HEYM, id eſt, Martis domum putat appellari.

Extant hodieque pons & foſſæ, & vocantur *antiqua mœnia* extra portam Lovanienſem: ſed an ea fuerit an tantùm concepta fuerit urbis amplitudo, incertum.

Locus autem quando urbis ſpeciem induerit, aut mœnia ſtructa, aut promœria extenſa, necdum præciſè ſcire potui.

Literæ datæ Dominicâ qua cantatur *Eſto mihi*, ſunt in Archivis.
Per Penſionarum mihi tranſmiſſæ.
Ex diplomate id petitum Ægidius Voecht mihi ſuggeſſit.

Non Ignarus tamen primam ſuper libertate Diſtenſi chartam ab Henrico Duce conceſſam anno 1228. permiſſumque, ut forum lapidibus ſterneretur anno 1355. Etiam ſi intelligam anno 1289. fori lignorum & an. 1296. platearum ferè quæ nunc ſunt, omnium fieri mentionem.

Hoc ſcio: urbem, prout nunc eſt, ambitu mœnium cingi quantus ſpacio horæ obiri poteſt; majoribus portis quatuor, totidem minoribus, quà in prata iter eſt, patere; Turres in muris oſtentare complures ultra triginta. Quarum una major aliquot paſſuum milia conſpicua vigili perpetuo locus eſt, unde ſereno cœlo Antverpiam conſpici aiunt. Alia item vera Martis officina pulveris tormentarii mola.

Vulgo KAKENBORCHT.

Vias regias habere ultra 30. Fora rerum venalium 8. Pontes lapideos flumini inſtratos 7. ligneos duos, notum.

Præcipua urbis ædificia ſunt & opera.

Curia vetuſtatem aliquam præ ſe ferens extructa anno....

Ex literis conſenſus an. 1346. dati. Nunc loco Hallæ ludus literarius eſt.

Nemus Principis ſub & à Naſſoviis, ut puto, inſtructum. Halla major, ut loquuntur, ſub Henrico cœpta Principe, Lovanienſi non cedens.

Curia ſive Palatium Riviriorum à 350. annis ibi celebris. Templum primarium, cujus ſtructura pluribus fuit & eſt admirationi, quod bis circa fornices obiri poteſt.

Fata & adverſitates urbi obvenerunt hæc inprimis.

Ab igne: cùm forte tertia ſuburbani pars exuſta fuit. Sub annum 1362.

Ab aquis: anniverſarium pene, cùm prata quaquaverſus innudant, patitur malum.

A tempeſtate: cùm turres in mœnibus duas fulmen disjecit.

A peſte,
Ab annona,
Ab hoſte, } eandem ferè cum vicino Lovanio aleam ſubiit. Tempore Gerardi Toparchæ.

Cùm Dux Juliaci factione quorundam occupato oppido plures Dominium ejus detrectantes necavit. An. 1495. 8. Oct. Ex Georgii Munteri rapſodiis.

Sub initia haram turbarum à rebellibus Regi & Religioni capta, ſed paulò poſt hoſte fugâ dilapſo deſerta. An. 1572. 1. Septembris.

Ex Archivis oppidi & Actis annorum aliquot, & oculatorum teſtium fide hæc mihi tranſmiſſa ſunt à J. van Goedenhuyſen urbis Penſionario viro prudenti & humano.

Donec iterum proditione Strepini Gubernatoris Principi Auraico in prædam ceſſit anno 1580. coacta ſalutem & bona 60. florenorum millibus redimere, quod Duci potius quàm Domino adhæſiſſet. Demùm biennio elapſo per Alexandrum Farneſium recuperata & non parum munita anno 1583.

Ita ut deinceps ab hoſte quidem tuta, ſed alteratorum, ut vocant, militum ob tardata ſtipendia ſecedentium importunitate multùm oppreſſa fuerit.

Nominatim cùm legio Hiſpanica hìc ſtationem ſuam nacta eſſet. Anno 1590. in Decembri,

Ceterum ne quis in civibus hac propter aut virtutem aut diligentiam deſideret, noverit & ſæpius & majore animo ſolùm Dieſtam quàm ulla Brabantiæ pars, eorum conatibus obviam iviſſe.

Nominatim ante annos 12. cùm Itali, & anno præcedenti cùm pars cohortis Tſchorenbergianæ abſente in Arteſia Duce ſuo, cauſata debitum non numerari ſtipendium, intempeſtâ nocte forum & curiam occupans & lymphata per urbem diſcurrens rebellionis claſſicum caneret, cives tripartito agmine & templum majus & portas duas munientes præſens totius Brabantiæ periculum ſuâ audaciâ averterunt. Anno 1604. & anno 1593.

De urbe dixi, gradum facio ad civitatem.

Cujus caput Baro ſive Princeps,

Qui an ut nunc, ita & ſemper fuerit Ducum Beneficiarius, cùm Curiæ Feudalis libri trecentos abhinc annos non excedant, aſſerere non poſſem.

I Hoc

Hoc certus, *Arnoldum Dei gratiâ Principem de Dieſt Eccleſiaſticæ Religioni devotum* ſe ſcripſiſſe anno 1200.

Alios in diplomatibus citatos non Baronis, ſed Domini vocabulo, aut utroque omiſſo, Dieſtæ cognomine ubilibet obſervabis, niſi quòd annis abhinc 200. Baronum prætulerint appellationem.

Horum primævam ſtirpem ſunt qui ob inſignium affinitatem ex Lotharingia ſuperiore aut Lutzeburgo educant.

Nonnemo ad Barbaros reſpicit, eò quòd legerit hodieque Tartaros ſeipſos *Dinſt* vocare & Biſſäi populi circa Contum olim nominati inveniantur.

Alii ex Germania, ubi *Dietz* Comitatus; alii ex Gallia, ubi Decentium apud canalem qui *Diez* interpretatur, repetunt primorum Principum origines: omnes ingenioſâ magis quàm certâ aut etiam verâ originatione.

Rem itaque in medio relinquentes dicamus primam, quæ quidem noſtrate hiſtoriâ innotuit, Dieſtenſium familiam à loco nomen habentem, auctam diverſis titulis continuâ ſerie perſeveraſſe.

[1]Donec per nuptias in Haynsbergicam anno 1436.

[2]Et denique in Naſſoviam anno 1457.

[3]Tandemque in Juliacenſem Comitum Illuſtres transfertur familias anno 1473.

Ceterum [4] Guilielmus Juliæ Dux metuens ne ob immeritam aliquot civium cædem, & frequentes alioquin cum Duce Brabantino controverſias fiſco addiceretur Dominium, idem permutationis viâ cum Mille, Gangel, Vuecht, Engelberto Comiti Naſſovio [5] tranſſcripſit in cujus hodieque manet poſteris.

[6]Non omittendum interim annales noſtros tradere, magnâ pecuniæ vi Naſſovium emiſſe Dieſtam, quod neſcio an probare quis poſſet, videns in libris curiæ ſcribi (By overgeven van den Hertoch van Gulick.)

[7]Inſuper hic annota, quo tempore in Heinſbergica Dieſtum fuit familia, ſolere ejus titulum primogenitos Ducum ſuperſtite patre uſurpare.

[8]Et denique me plura vidiſſe diplomata, in quibus Dieſtenſis Baro inter teſtes primo loco inter Barones ſubſcribit.

Titulus quem ab Antverpia Dieſtenſes Dynaſtæ habent, diverſimodè uſurpatus invenitur.

[9]Si diplomatum ſequamur fidem, in iis Gerardus ſe ſcribere obſervabitur *Caſtellanum de Antverpia* anno 1326.

[10]Primus Thomas loco Caſtellani *Burggravium* (quod Caſtri Comitem) ſe appellavit.

Nunc vulgo *Vice-Comitem* appellamus.

[11]Facit inſuper ad Domini & Dominii majeſtatem, quod jus omne telonii & vectigalium Dominus habeat.

[12] Et quòd Senatus de cauſis beneficiariis ejuſdem nullatenus cognoſcat.

Amplius quòd Lotharingiæ Dux Gerardum Dominum *conſanguineum ſuum* vocet.

Ex diplomate mihi ſuggeſtum per D. Ægidium Voecht Can. Averbodienſem ſerium noſtræ antiquitatis ſcrutatorem.

Waſſeburgenſis & ex eo Neoterici aliquot.

Marius Niger id tradit apud Stephanum de Urbibus.

Vide Gregorium Turonenſem l. 4. & Ortelii Theſaurum litera D.

1 Sic annotat liber Curiæ Feud.

2 Ex Actis opidi ad diem 1. Septemb.

3 Lib. Curiæ Feudalis fol. 2.

4 Hic, mortuâ credo uxore homagiû Duci feciſſe invenitur anno 1480. per Bertramum de Pletenberch legatum.

5 Ex Actis urbis & Annalibus noſtris ad hunc annum. Alii permutationem cum Heinſberga factam contendunt: non recte cum an. 1473. in diplomate mihi per Ægidium Voecht oſtenſo ſe vocet Heinsbergæ inter alia Dominum, & Dieſtæ.

6 Lib. Curiæ notat an. 1499. & Codex Dieſtenſis oppidi 1497. malè ut opinor. Heuterus in Auſtriacis ſuis & ante eum Divæus p. 1.

7 Id ex proximè ſuperiori vide 2. diplomate ubi cum Gerardo Duce patre Guilielmus filius ita ſubſignat 20. Junii.

8 Nominatim an. 1326 in diplom. Ducali quod eſt in Archivis Lovan.

9 Hiſtorici omnes hæc videntur confundere: malè ut aliàs docebo.

10 Anno 1419. Ab hoc l. Curiæ Feudalis incipit & Burggravium vocat.

11 Ex diplom. Ducis dato an. 1289. per Droſſardum ex Archivis Principis oſtenſum.

12 Ex diplom. Ducis dato an. 1307. Nivellæ

Libet hic paucis Baronum Dieſtæ ſeriem recenſere, & geſta velut digito tangere.

Primus quem invenio [1] Arnoldus ſive [2] Arnulphus ex tutoribus Godefridi III. Ducis glorioſam pro patria mortem oppetiit in prœlio Grimbergano, & præter [3] Gerardum Helwigem & Hillegondem, filium reliquit [4] Arnoldum [5] Clementiæ maritum.

[6] Nepotem ejuſdem nominis, qui ſororem habuit [7] Philippam Roberto Henſdæ Regulo enuptam, uxorem [8] Aleydem, & ex ea filios Everardum [9] Præpoſitum Daventrienſem, & [10] Arnoldum [11] filiâ Burggravii Antverpienſis (ut puto) in uxorem ductâ nobilem. Ex quo matrimonio [12] quintus in ordine Arnoldus Eliſabethæ de Brithania maritus prodiit. Obiit hic anno 1271. Illa anno 1317. ad Minores cùm marito ſepulta.

Arnoldo quinto plures fuerunt liberi, ex quibus majori quidem Dominium indiviſum; aliis verò portiones [13] hæreditariæ, loco cenſus annui, aſſignabantur. Holentis nupta Domino Lumenſi in Hasbania, [14] Arnoldus de Weſemale dictus eſt & alter Arnoldus per uxorem Rumenſis Dominus unicam dumtaxat filiam reliquit hæredem: Atqui hi quidem minores natu, maximus autem Gerardus [15] Comitum Loſſenſis & Flandriæ ſucceſſivè gener improlis obiit: Secundò genitus [16] Joannes Cameraci Canonicus & Trajecti Epiſcopus fuit: Tertius Thomas fratribus ſuperſtes, ac proinde hæres duarum maritus, ex N. de [17] Boxtel Domini Wemdebergenſis filia unicam Eliſabetham ſuſtulit: ex Joanna Domini Geſterlenſis filia Henricum, Arnoldum, Joannam & alios.

[18]Henrico ex Elizabetha Hornana filiæ Maria & Elza, hæc Joanni Schoonhovio, illa Rotſelario nupta: filii Joannes, Guilielmus Argentinæ Epiſcopus, bis conatus ſed fruſtra Dominium occupare.

Itemque Thomas, qui [19] Sichenas acquiſivit ex Catherina de Vivariis pater factus [20] Joannis; qui licet ante patrem obierit, hæredem tamen reliquit, quæ avo ſuccederet Joannam, Joanni Heinsbergico elocatam, ex quo ejuſdem nominis Joannam reliquit hæredem utriuſque parentis.

Quæ Joanni Naſſovio ampliſſimam dotem tulit.

[21]Succeſſit Eliſabeth de Naſſoic, Guilielmo Ducis Juliæ filio in matrimonium data. Qui Dux ſopitâ, quæ ei cum Joanna Naſſovia Joanni Bavaro nupta erat, contentione, transſcripſit Engilberto Naſſovio, ut dixi, hæc Dominia.

Qui inauguratus eſt 22. Septemb. an. 1499. Henricus ejus nepos anno 1504. Auguſti 24. Claudia de Chalon ſecunda ejus uxor an. 1516. 11. Junii, Renatus Aurantii Princeps ejus filius anno 1539. & anno 1544. ejus teſtamento uxor Anna de Loreyne uſufructuaria fit, mortua anno 1568. cum Guilielmus ex patruo

Anno 1302.

1. Citatur in diplomate Gemblacenſi dato anno 1130.

2. Aliis Henricus vocatur, & fortè ejus uxor aut filia eſt Oda Averbodii ſepulta anno 1142.

3. Omnes hos nominat Arnoldus II. in Donatione Tongerloenſibus facta anno 1163.

4. Vixit adhuc an. 1200.

5. An fortè hæc Veſemalienſis ſepulta Averbodii.

6. Hæc petita ex Archivis oppidi & citatur an. 1213.

7. Factum anno 1202.

8. Ob. an. 1230. ſepulta Averbodii

9. Id ab Heutero traditum qui Archiva Daventriæ pervidit.

10. Ob. an. 1258.

11. In Privilegiis Beginaſii an. 1253. citatur.

12. Ex monumentis Cœnobii Minorum.

13. Ex diviſione hæreditatis quam inſpiciendam dedit Graphiarius. Weſemalius obiit an. 1322. Rumenſis anno 1359.

14 Hunc ſicut & Thomam Hiſtorici faciunt Gerardi filios, quem tamen Archiva aiunt improlem obiiſſe. Anno 1334.

15 Prior Maria an. 1325. Poſterior Joanna poſt mortem mariti Domino de Cuyck nupſit, eam alii Mariam vocant

16 Ob. an. 1340.

17 Ob. an. 1345. Inde maritus in privilegio Dieſtenſi an. 1349. vocat ſe Dominum Wldeburgenſem, & D. Boxtelenſis ideo liberorum tutor & affinis vocatur.

18 Ob. an. 1385. Ex codice Curiæ Feudalis.

19 Ob. an. 1432. Ex hiſtoria noſtrate & noſtra in Sichenis. Huic uxores dant diverſi diverſas, Mariam de Perweys, Eliſabeth Schoonvorſt, Joannam Hornanam: omnes parum ex fide.

20 Ob. an. 1430.

21 Ex codice ubi dies notari quibus juramentum Dieſtæ præſtiterunt.

Renati

Renati nepos ſucceſſit,& ſupervenientibus turbis civilibus Philippus Secundus Hiſpaniarum Monarcha Dieſtam cum ſuis fiſco addixit, reſtitutam demum Guilielmi ſuperioris filio ex Hiſpaniis reduci.

Poſt Ducem Brabantiæ Protectorem, & Baronem Dominum Dieſtæ, Senatus eſt à cujus ſententia, non Lovanium ut in aliis ſecundariis urbibus, ſed immediatè ad Conſilium Brabantiæ appellatur.

Ad quam (quod notandum) in Loſſenſi Comitatu à Scabinorum Loſſenſis juris ſententia mediatè ſaltem recurritur.

Solent antiquitus in Dieſta eſſe Domini fundi, cujus generis Walterus de Rode nominatur & Joannes de Halen *Judex ex parte Domini fundi*. Id Dominium neſcio an non ad Tongerloënſem Abbam tranſlatum ſit, qui hodieque & curiam & Prætorem ſuum cum Scabinis hic habet.

Anno 1258.

Eſt Dieſtæ judicum S. Collegium, qui conferre, judicare, arbitrari & æſtimare ſolent omnia lanificum, & pannos concernentia, ita tamen, ut ab eorum ſententia ad Senatum appelletur. His Prætorem unum Dominus Dieſtæ proprium dedit quem ideo *monitorem* vocant, quod niſi eo monito alicui litem non liceret intentare. Nunc etiam Lanificio ceſſante Magiſtratus interim manet, & exoticos pannos antequam vænum proſtituantur, ſolet notare plumbeto.

Baronis ſive Toparchæ Dieſtenſis vicarius eſt quem *Droſſardum* vocant, apud quem in caſtro urbano beneficia profiteri mos obtinuit. Qui & judiciis præeſt, & quà territorium Sichemenſe ſe extendit, non niſi eo præſente & teſte extremo quiſpiam ſupplicio afficitur.

Qui mos (uti ex diverſorum relatu intelligo) invaluit, quòd minùs rectè examinatum, nec planè nocentem, reum Prætor Sichemenſis capitis aliquando damnaverit.

De hac Senatûs forma decretum eſt anno 1289.

Præter Droſſardum Prætor eſt, & Conſules duo, cum ſeptem Scabinis, à Principe conſtituti. Decemviros, qui à conſiliis urbi ſunt, & appellantur, plebs elegit, olim in 22. opificia diviſa.

Nobilior civium pars in tria Sagittariorum collegia dividitur, præter quæ ſunt ſacræ civium ſocietates quatuor.

Unum cui Lychnis coronaria nomen, inſtitutum anno 1302.

Ab his Dieſtenſes vulgo FAXEMAERS, iſt eſt Ludiones dicti.

Edita Antverpiæ anno 1546.

Poëtarum Collegia duo, totâ Brabantiâ celeberrima, & frequenter in ſolemni omnium Brabanticarum urbium concurſu palmam adepta, quorum opus eſt (ut unum è multis arripiam) *Homuli tragædia* à Chriſtiano Iſchyrio verſa Graphicè Chriſtiani hominis vitam depingens.

Ferrariâ fabrili arte cives olim excelluiſſe, vetus S. Eligii Capella indicat. Cultrarios etiam celebres ante annos 200. Dieſtæ fuiſſe ex eo colligo, quòd in veteribus inventariis cultellos Dieſtenſes nominatos inveniam.

Dyeſtenſes olim non exiguo præeminentiæ argumento monetæ cudendæ jus habuiſſe docet frequens mentio *floreni cenſualis Dyeſtenſis*, itemque *libræ groſſorum Dyeſtenſium*. Menſuras proprias, nec ejuſdem cum ulla urbe capacitatis, hodieque habet.

Curia ſacra Leodicenſis, & aliàs ſæpè, & nominatim Dyeſtam tranſlata anno 1393. aliquandiu ibi hæſit. Et iterum, potiorque pars Facultatis Artium Academiæ Lovanienſis, ob graſſantem luem dilapſa Dyeſtam ſe contulit ibique actus ſuos Lilienſe & Falconenſe Pædagogium celebrarunt.

Ex Divæo.

Anno 1458. Ex libris Actorum Facultatis Artium.

Viri Clari Dieſtæ nati.

NIcolaus Tacitus, Segerus Minorita qui caſtigationes novi Teſtamenti & notas in Evangelia edidit.

Anno 1555.

Nicolaus Cleonardus (quem falſo Sixtus Senenſis Mechlinienſem facit, cùm ſoror ejus adhuc ſuperſtes Dieſtæ contrarium teſtetur) linguarum literarumque peritiſſimus, qui Græcam primus in Brabantiam advexit.

Arnoldus Streyters Abbas, qui celeberrima per totam Brabantiam extruxit Tongerloi Templum & Bibliothecam.

Anno 1540.

Arnoldus Sanſius Paſtor Beginaſii, Mathematicus inſignis.

Quoad Rem ſacram habet Dieſta Parochias tres, olim Leodinæ, nunc Mechlinienſis Diœceſis.

Antiquiſſima Baptiſtæ Joannis cujus Paſtor in diplomatibus *Plebanus* vocatur, cùm Sulpitianus tantùm *Inveſtitus* nuncupetur. Et fuit vetus caſtri Eccleſia, quò advectas ex Italia Sanctorum Reliquias Gerardus Baro tranſtulit & Collegium duodecim Canonicorum inſtituit.

Anno 1257. Feſt. Aſſump. Mariæ. Ex communicatis mihi per Joannē de Gronendonck Decanum.

Ubi Joannes Tipotius Vir celebris primò Decanalem dignitatem obiit.

Et poſt eum Joannes Halbier ſigillifer Leodicenſis. Ubi annua poſt natalem Baptiſtæ eſſe ſolet ſupplicatio comitante Senatu & Beginis; coctoribus cereviſiariis, quod notandum, ſacram Baptiſtæ Effigiem ferentibus.

Anno 1550.

Nunc poſt Viſitatæ per Mariam Eliſabethæ feſtum ſolemnis hæc eſt ſupplicatio.

Altera Parochia D. Sulpitii nunc primaria & urbana, commiſſa olim Tongerloenſi Abbæ.

Ad Henrici autem Tongerloenſis Archimandritæ preces Luduvicus Borbonius converſis in uſus 13. Canonicorum totidem Sacellaniis, Præpoſitum inſtituit à Pontifice confirmandum, & munere Paſtorali functurum.

Anno 1457.

Præter quos intelligo ante has turbas ſupra 15. Beneficiatos in hac Eccleſia reſediſſe.

Ceterùm cùm frequentiâ populi impar unius Paſtoris humero onus fieret, diviſa S. Sulpitii Parochia.

Anno 1258.

Et in Sacellum D. Virginis auctum dedicatumque tranſlata curæ pars.

Anno 1255.

Sunt inſuper hìc loci virilis ſexûs Monaſteria hæc.

Ex Gonzaga theatro & communicatis per ipſum Cœnobii Guardianum,

 Franciſ-

Franciſcanum ab Arnoldo V. Toparcha extructum anno 1270. ubi plurium Baronum tumuli & monumenta olim conſpiciebantur; nunc feralis ille regnorum & urbium carnifex Mars monſtrante viam impietate omnia obliteravit; Cœnobium tamen militari eleëmoſynâ aliquantulùm reparatum. Hîc Provinciale Ordinis Capitulum bis conſeſſu ducentorum & amplius Fratrum ornatum fuiſſe lego.

Anno 1292. & 1364.

Et cùm anteà conventuales eſſent, obſervantiam amplexi quarto poſt anno, ut loquuntur, Patribus aliis ſe univerunt.

Anno 1502. Feſto Bartholomæi.

Bogardorum qui tertiam Franciſci Regulam amplexi ſunt Cœnobium fundatum........ Everſum nuper hæreticorum furore.

Anno 1580.

Alexianorum, qui funeribus curandis operam ſuam locant, Monaſterium cœptum publicis, ut credo, ſumptibus.

Alterius ſexûs eſt Beginarum Curia elegans olim ſub Parochia Webbecana & in patrimonio S. Trudonis ab Arnoldo IV. ſtructa dotata & privilegiis ornata an. 1252. ſitu, diſpoſitione, diſciplinâ nulli totius Brabantiæ facilè ceſſura; Quibus Eugenius & Innocentius IV. privilegia dedit Lugduni. In Eccleſia vetus pictura eſt anni 1305.

Ex Privilegio dato an. 1265. craſtino Natalis Baptiſtæ & aliis diplom. per Magiſtros mihi exhibitis.

Et cùm anteà ſparſim & liberè agerent Beginæ, Nicolaus Eſchius, & ſepta & ædificia ferè quæ conſpicimus erigi & diſponi curavit, cujus extant Exercitia, & Margarita Evangelica. E cujus domo Laurentius Surius, Joannes Molanus, Fredericus Lummius tres illuſtres Belgæ prodierunt.

Ob. an. 1578. Vide Præfationem in Taulerum

Prioratus porrò, quem *Vallem B. Mariæ & Eliſabeth* vocant, Arnoldo Ouverlants, & Elizæ Nys conjugibus initia ſua debet, Priori Bethlemitico Ordinis Regularium circa Lovanium jam inde commiſſus. Sub quo piæ Virgines perpetuæ reclusionis legem lubentes acceperunt. In partitione poſtmodum per Leodinum Antiſtitem facta Priori Endoviano commiſſæ ſed parum feliciter, nec quieſcentes nec ſecuræ donec ad prioris Prioris gremium connivente Epiſcopo reverterunt, unde jam vitio temporum exciderunt.

Anno 1419. 2. Decemb.
Ex literis conſenſus Epiſcopi datis anno 1422. 23. Aug. quarum exemplar eſt cum literis Scabinalibus in Chronico Bethlemit. l. 4. art. 2.
Anno 1423. die S. Laurentii.
Anno 1432.
Anno 1460.

Hîc quandam Margaretam Traziniacam fuiſſe & præfuiſſe lego virginem eximiæ ſanctitatis.

Cœnobium *Gryſiarum* olim à Bogardenſi dependens fundatum ante annum 1366. cujus alumnæ utilem & neceſſariam opem infirmis etiam contage laborantibus impendunt. *Vallem S. Annæ* vulgus vocat. Cujus injuriâ temporum pereuntis renovatio facta per Nicolaum Eſchium Paſtorem & quatuor Rectrices Beginaſii. Et ſorores quindecim præeunte crucis vexillo Beginaſium egreſſę ad locum ſibi aſſignatum vitam hodieque agunt exemplarem. Rectores ex eo tempore habuerunt Albertum Gerbrandi, Jacobum à Caſtro Amſtelrodamenſes. Petrum Hinſenium Juliacenſem. Engelbertum Hennephoven Hagienſem. Omnes S. Theol. Licentiatos & inclytæ Averbodienſis Abbatiæ Lectores.

Ex communicatis per Georgium Grietens S. Theol. Baccalaureum Cœnobii Rectorem.

Anno 1550.

Præter hæc numeras Dieſtæ Sacella minora ſex, Collegia ſtudioſorum duo, piorum munificentiâ adornata.

Hoſpitalia partim ægris partim ſenibus & pauperculis alendis aut fovendis deſtinata ſex, præter unum iſtud majus, quod urbis eſt & ſplendidum & mediocriter dotatum.

Cui Conſules oppidi ſolent quatuor Præfectos dare annuatim.

Suburbanum Dieſtenſe ipſa urbe antiquius amplum olim fuit, vicos octo & 900. amplius domos complexum ex actis oppidi conſtat. Proprium habet ab antiquo Senatum, & Prætorem, & ne aliquid contra urbem tentetur ex Senatoriis viris urbis conſtituuntur in Senatu Suburbano.

Vulgo Kakyewin vocatur.

In agro ſuburbano, qui quaquaverſus latè ſe extendit, Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia eſt, *Vallem D. Bernardi* vocant, ab Arnoldo Domino de Dieſt, authoritatem facientibus Gregorio Papa & Henrico Duce, inſtituta anno 1235. & ejuſdem nominis virili Abbatiæ apud Antverpiam ſubjecta. Monaſterium per ſollicitas Virgines egregiè ædificiis & ſupellectili exornatum hoſtium furore in flammas abiit.

Ex Bulla data an. 1238. 6. Kal. Maii Indict. 12.
Ex literis ejus datis apud Bruxellam an. 1255. die SS. Felicitatis & Perpetuæ, mihi per Antiſtitam Virginum; oſtenſis.
Anno 1577. 21. Februar.

Virgines Dieſtam profugæ diu cum paupertate colluctantes nunc Lovanii agunt, aliquandiu eadem mecum domo uſæ.

Ab an. 1601.

Eſt & aliud ejuſdem Inſtituti Abbatiale titulo illuſtri à tenuibus initiis auctum ante annos fere 400. ſed de cujus fundatione licet omnia tentans nec labori nec ſumptui parcens, nihil tamen potui intelligere.

Vulgo Rottem.

ZELEMI COMITATUS

ſive Dominium Dieſtæ appendix.

QUibus Triſtani Dieſtenſis fabula arridet, locum hunc ex Teutonico dictum volunt, quaſi Zeil-om, id eſt circumnaviga.

Nomen & locus in ore ab annis amplius mille, cùm legam D. Trudonis Haſbani matrem Adelam hîc vitam cum morte commutaſſe & miraculis claruiſſe.

Interjecto tempore Dominos habuiſſe qui Comitis titulo uſi ſunt, ex Archivis oppidi Dieſtenſis docetur.

Juris olim fuiſſe parentum S. Trudonis certum eſt.

Quò autem & quomodo devenerit poſteà, certò aſſerere nequeo. Etſi lucem aliquam afferre poſſent diplomata, hæreo interim, gnarus ejuſdem nominis pagum circa Trajectum inveniri, ignarus utri tribuendum.

Dabo tamen pauca quædam, eaque partim diplomatibus, partim conjecturis ſtabilita.

Invenio Henricum militem dictum Berthout Dominum Duffelæ, Gelæ, & Zelemi cum uxore Marchtilde, & Ottonem de Cuyck Dominum de Zelem.

Anno 1292.
Anno 1359.

Illum hujus, hunc Trajectenſis Zelemi Toparcham

parcham fuiſſe arbitror, quòd Bertoudorum huic, Cucanorum alteri proximæ fuerint dominationes.

Anno 1281. extat conventio inter Ducem & Arnoldum Dieſtenſem ſuper Dominio hoc.

Primus certè Dieſtenſium (ſic urbis annales tradunt) qui Zelemum poſſedit Thomas fuit, quo titulo, neſcio.

Suſpicor tamen quòd dotali & beneficio Comitis Loſſenſis.

An autem Dominium continuatâ poſſeſſione penes Thomæ poſteros manſerit, non aſſero.

Hoc ſcio, ab hominum & Scriptorum memoria ſic tradi, & Principem Auraicum nuper eneficiario titulo poſſidendum Zelemum conceſſiſſe Roberto Moens fidelis ſervitii præmiũ.

Quoad rem ſacram, Parochiale jus Abbati Ciſtercienſi ad Schaldim commiſſum eſt.

Ex diplom. dato Indict. 12. Febr. 1. per Priorem mihi tranſmiſſo.

Eſt hìc Ordinis Carthuſienſis Cœnobium à Gerardo Toparcha Dieſtenſi inſtitutum an. 1328. celebre olim *& primi nominis*. Exuſtum an. 1582. ab hæreticis Dieſtam occupantibus.

Unde ad aliorum Ordinum viſitationes, reformationes & fundationes ſæpiſſimè advocatos ſcio Religioſos.

Ita nimirum Heverlenſe Celeſtinorum viſitandum, reformandum Leewenſe Scolarium, fundandum Regularium Lovanii Cœnobium hujus Priori demandatum lego.

Quod ne cui mirum ſit, aliquot Priores annotavi, ex quorum præſtantia liceat alios æſtimare.

De eo Dorlandus l. 8. Coronæ Carthuſianæ.

Everardus. Quâ fuerit pietate, in libellis quos de remediis tentationum, de interna pace, de converſione cordis ad Deum ſcripſit, in ſermonibus denique & epiſtolis abundè declaravit.

Trithemius de Viris Illuſtribus & ſcripto.

Henricus de Piro qui conſiliorum ſuper Inſtitutis libros quotuor, denique ad novitios, de candore virginis, & ſermones per totum annum edidit, & quatuor Cœnobiis cum laude prefuit. Goſwinus illuſtri loco natus, hinc in Scalotenſem Epiſcopum aſſumptus, cùm interim nihil de prioris vitæ rigore remitteret, ne ſic tamen ſibi ſatis faciens abdicato honore in Cœnobio conſenuit.

Boſtius de Viris Illuſtribus Carthuſianis.

Quibus adjungendus æternâ dignus memoriâ Petrus Dorlandus qui & vitæ ſanctitate & ſcriptis editis æternum ſibi, Ordini, & Monaſterio decus peperit. Cathalogum operum hujus Viri vidi & numerus ad centenarium accedit, quædam etiam legi ad rem noſtram facientia. Cujus occaſione, ut arborem cognoſcas unde fructus collegi, Dieſtæ ſubnectam de Ordinis Carthuſiani exordio Collectaneum.

Intra limites Zelemi Dominium eſt de *Loeboſch* olim nobile. Sunt & alia Zelemo beneficiaria, ſed alibi commodiùs referenda.

DE COMITATIBUS

MINORUM GENTIUM.

SIc voco loca & Dominia, quædam tam in Brabantia quàm alibi, in quibus cùm nec arcium nec juriſdictionis, nec ulla antiquæ Majeſtatis appareant veſtigia; tamen ex diplomatibus & ſchedis veteribus apparet, aut locum Comitatûs, aut Dominos titulo uſos Comitis. Tale in tractu Dieſtenſi Zelemum; tale in ditione Weſterloana Cœlemum; tale apud Limburgenſes Eſneu.

Quid de his cenſendum ſit, equidem non definio. Sunt qui putent in ſimilibus nomen Comitis Socium ſignificare, nec eſſe dignitatis vocabulum. Alii opinantur loca ejuſmodi poſſeſſa olim à Comitibus titularibus, id eſt ab aliquo, qui virtutibus aut rei benè geſtæ merito Comitis titulo donatus fuerit, etiamſi Comitatum non habuerit, ſed Dominium dumtaxat exiguum, unde defectu alterius nomen ſumpſerit. Denique alii ſunt, qui ut Duces & Principes ita & Comites in duplici ponunt differentia: alios majorum Gentium, alios minorum, addentes ampliùs Comites minorum Gentium infra Dominos fuiſſe. Et ne in Comitibus id mirum videatur, videntur id hodièque admittere illi, qui hujuſmodi Comitatûs nomine inſignitos poſſident pagos, cùm Comitis titulum Baronis & Domini etiam poſthabeant appellationibus, quod alioquin ridiculum foret.

Ducatûs minorum gentium exemplum eſto Lovanium antequã Godefridus Dux Lotharingiæ declararetur, de quo vide hiſtoriam.

Principatus minor eſt notus apud Nivellas de Rebecques.

APPENDICES

DIESTENSES.

BAronatui Dieſtenſi quamvis & Divæus & noſtri annales certos aliquos pagos ſubjiciant, tamen revera nihil ad Dieſtam ſpectat aut Dieſtenſe territorium præter ampla illa & magnifica olim ſuburbana de quibus ſupra.

Pagi autem quos vulgaris calculus Dieſtæ ſubjicit hi ſunt.

Fuit olim Holedia peculium Arnoldi de Wyere & cœpit Diſtenſium eſſe poſt mortem Catharinæ. Primumque ejus potitus eſt Arnoldus de Dieſt per Catharinam matrem. In libro veteri Curiæ Feudorum folio 88.

HOLEDIA.

Peculium quondam nobiliſſimæ Gentis de Vinariis (quam alibi ſcriptam lego de Wyere, & nonnulli eandem faciunt cum familia de Wyngaerden) quod dotis loco cum uxore Thomæ Dieſtenſi acceſſit, & Thomæ poſteritas id beneficium coram Duce Brabantiæ profeſſa legitur.

Subcenſemur Thenenſi præfecturæ. Uſque ad an. 1456.

LUMPNIS.

Comitatus titulo ante annos 500. inſignis cujus Dominii pars tertia à Dieſtenſi cœpit poſſideri, credo ex quo tempore per Jolentidis Dieſtiæ, quæ ſoror Gerardi Baronis fuit, nuptias contracta cum Lummenſi Toparcha affinitas.

Plura de his in Thenenſibus dabo

Ceterum cùm pagus, quatenus duas trientes ejus poſſidet Comes Marcanus, ſit Loſſenſis juris, tamen ne pro reſiduo quidem triente Dieſtenſi ſed Thenenſi ſubcenſetur territorio.

Ex diplom. Henrici per Penſionarium Dieſtenſem mihi communicato. Anno 1213. Chronicon Trudonenſe lib. 1.

Sicut & *Webbecum* nihil cum Dieſtenſi commune habens, niſi quod à Duce noſtro Arnoldus III. Toparcha obtinuerit in ea Advocati jus & cetera Trudonenſis Abbatiç peculium ut pote à Sanctiſſimo Trudonis patre Webbone (qui

(qui & in Eccleſia pagi tumulatus eſt) profectum.

Ex communicatis per ſupra & ſæpe laudatum Penſionarium.
Anno 1296.

Hîc Sacellum vetus *Clericorum noſtræ Dominæ* à Gerardo Toparcha Dieſtenſi loco opportuno conſtitutum.

Literas incorporationis hujus in Archivo commendariæ Lovanienſis vidi, ſed annus mihi excidit.

Eſt & in urbis conſpectu Sacellum & appendix Commendariæ Santrainenſis, ſed cum aliis urbem undique coronantibus per nuperas turbas everſum.

Sylvam lacus vel maris ſonat.
Subcenſetur præfecturæ Sichenenſi.
Anno 1281. extat conventio inter D. Dieſtenſem & Ducem quoad decimas Villæ de Meerhoudt.

Meerhout in ſacris Abbatiſſæ Lintrenſi conceſſum, quod licet aliqui à vicino lacu derivent; cùm tamen ericeta ibi, quam ſilvæ, ſint potiora, mallem ego dicere aſpiratione omiſsâ Meer-out, id eſt vetus mare.

Alii denique Mierode in donatione Godefridi Virſonii per Joannem Ducem facta nominatum, idem eſſe cum Meerhout, quod mihi non ſit veriſimile, ut qui potius exiſtimem eo loco Nieurode, quæ Arſchotanæ juriſdictionis villa eſt, ſcribendum aut intelligendum.

Hic loci ſeptem olim Dominos ampliſſima poſſediſſe latifundia, quorum alicui ſingula habitatores & poſſeſſiones pagi erant obnoxia, præter traditam per manus fidem docent & magnificæ ædium ruinæ & foſſarum veſtigia & curiæ feudorum hodieque ſuis circumſcriptæ terminis & nominibus diſtinctæ.

Quomodo autem Sichenenſi Dominio hoc acceſſerit, cùm nuſquam, licet variè quęſitum, invenerim, ſuſpicor à Reynero Schoon-vorſtano, qui & Epiſcopi Leodicenſis Engelberti Marcani & denique Juliacenſis Ducis Mariſcallus fuit, acquiſitum aut dotis aut alio titulo. Cum autem Dieſtenſi Sichenenſe Dominium junctum eſſet, fortè commoditatis gratiâ hic & ſequens pagus Dieſtæ adjuncti ſunt; unde error natus & inter utramque urbem controverſia. Hoc ſuſpicor, utpote ſæpius factum, donec aliter conſtabit.

Subjiciendum Diſtæ Zichenis.

Vorst Averbodienſis Abbatiæ Canonicum habet Eccleſiæ præfectum.

Arcis & hìc veteris ſunt veſtigia, & ſæpe inter Brabantiæ nobiles Vorſtiorum occurrit cognomen, ſed an huc referendum neſcio, cùm plures ejus appellationis pagi inveniantur.

ENCOMIUM
Abbatiæ Averbodiensis,
Quæ in Confinio Sichenarum.

Originationes Averbodii tres è fonte Latino, Gallico & Teutonico petitas ſuggeſſit mihi D. Ægidius Voecht loci Canonicus & Paſtor.
* Verd-Bois.

A*Verbo Dei* cœli firmati ſunt & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum, dicebat olim Regius Pſaltes.

*Averbodii *Silvæ* formatæ ſunt, & gratia floris ejus omnis viror eorum, dicat nunc plebeius Encomiaſtes. Mihi certè, ſi redivivus Sampſon, Leoninum illud Ænigma,

De forti egreſſa eſt dulcedo,

objiceret; Pepo ſim, ſi Averbodium aſpiciens hęſitem aut aberrem. Si daretur eos, qui fatalem ſomnum jam per aliquot ſęcula dormierunt, in Microcoſmon tantiſper remeare, & Averbodium vetus nobis in tabula delineare: videre eſſet hinc

----------------Frendentem dentibus aprum:
Inde
--------------Robora ſylvæ
Inſabricata fugæ ſtudio: --------------------
alibi
----------Speluncam vaſto ſubmotam receſſu
Solis inacceſſam radiis, & cæde recenti,
Et ſpoliis pinguem.

Amplius videre eſſet ſubitâ metamorphoſi effractis, obturatis, everſis Latronum ergaſtulis, ſpelæis, conciliabulis, candidos Præmonſtratenſis hortuli flores, in ſylvæ medio plantatos, aſpirante ſacri pneumatis Favonio, piâ quatuor (qui Monaſterium quaquaverſus cingunt) Dominorum munificentiâ irrigatos, odorem edere toti ſuſpiciendum Brabantiæ, fructum edere quinque Epiſcoporum Diœceſes paſcentem, ſpectaculo dubites an jucundo, an utili, an neceſſario magis.

Aerſchotani, Zichenenſis, Gelenſis & Loſſenſis.
Leodienſis, Mechlinienſis, Antwerpienſis, Sylvæducenſis & Ruremundenſis.

Ex Chronico Trudonenſi ubi literæ conſenſus Walerami Ducis & Advocati eorum citantur.

Quod futurum prævidentes Radulphus Trudonopoleos Abbas, & Arnulphi duo, alter Dieſtæ, Aerſchoti alter Baro, jus quod in Everbodium, ſive Everardi fundum habebant, Monaſterio S. Michaëlis, per beatiſſimum Norbertum Antverpiæ nuper inſtituto (cujus filia, & ut ſic dicam, tradux eſt Averbodium) lubentes volentes transſcripſerunt. Unde miſſos Notenum, Hugonem, Ludovicum, * Arnulphum, cum Andrea primo Averbodii Abbate, gratanter excipiens† Arnoldus Loſſenſis Comes in allodii ſui parte * Cœnobium extruxit. Hanc novellam plantationem felicibus incrementis propagari obſervantes cum Pontificibus Principes, certatim ſui affectûs teſtem, & munificentię participem eſſe voluerunt. Ita nimirum Innocentius II. Alexander III. ſuâ, novi Monaſterii fundamenta, munierunt authoritate. Epiſcopi quoque octo Leodiorum (cui in ſacris ſubjacet Monaſterium) diverſa privilegia, immunitates, beneficia, Collegio Averbodienſi contulerunt. Nominatim, ut Abbates, ſimul ac conſecrantur, illuſtris Collegii & Capituli S. Lamberti pars & Canonici vocentur & cenſeantur.

Anno 1130.
* Anno 1133.
Ex literis per eum & Ludovicum filium datis & confirmatione Innocentii Papæ datis anno 1139.
† In diplomate Papæ Arnolphus vocatur ſive Arnulphus III. eo nomine.
Bulla incipit: Authoritate Sedis Apoſtolicæ inducimur.
Alexander anno... Henricus an. 1147 Albertus an. 1199. Alexander anno 1166. Hugo anno 1210. Joannes an. 1233. Robertus an. 1241. & alii.

Comites Loſſenſes non contenti hanc ſanctitatis officinam ſuo in territorio dedicaſſe; Abbam inſuper perpetuum ſibi *familiaque ſua Capellanum* ſive Curatum in omnibus ſpiritualibus, *Conſiliarium* inſuper & Sigilliferum Loſſenſis Reguli ordinarunt.

Ex literis Ludovici Comitis, & Hugonis Epiſcopi datis anno 1212.
Ex literis Arnoldi Comitis hac de re datis anno 1295.

Duces Brabantiæ nihilo ſegniores, cùm Abbatiales domus, & quædam ampliati Cœnobii portio intra ſuæ Juriſdictionis terminos antea extitiſſent, eatenus ſuperiores, inſignibus ornatam privilegiis domum, in ſuam recipere tutelam perpetuam voluerunt, confirmatis aliorum donationibus, & auctis.

Godefridus III. an. 1188. Henricus I. an. 1201. & anno 1218. Joannes II. an. 1292. Johanna Wenceſlao nupta an. 1355. Anthonius anno 1404. & alii.
Advocati Averbodienſes Comes Loſſenſis & Dux Brabantiæ uterque pro parte.
Anno 1134.

Ita ſenſim aſpirante Dei, & piorum, & Principum patrocinio, ex parvis initiis aſſurrexit, inque vicem humilis Sacelli, Templum à Waltero

tero, Rothomagenſi Antiſtite dedicatum Virgini matri, & Prodromo Chriſti anno 1154. Quod auctum, aut certè poſt ruinam denuò extructum ſubſidio eleëmoſynarum aliquot, admodum credo an. 1226.

Ex literis Henrici Epiſcopi magnæ Troiæ & aliorum dantium Indulgentias conferentibus ſubſidiū ad reparationem.

Anno 1493. Vigilia D. Criſpini & Criſpiniani.

Senſit autem & calamitates ſuas Everbodium gravi incendio patrum memoriâ, quoad templum, & majorem Clauſtri partem afflictum, reſtauratumque D. Gerardi Vander Schaeſt de Hogelon incredibilis diſcretionis œconomiæque Abbatis ſollicitâ diligentiâ. Communis Belgarum belli videbatur evaſiſſe furorem: cùm ecce incuriâ Regiorum militum aliquot Erneſti Archiducis harum Provinciarum ſupremi Gubernatoris juſſu iſtic caſtrametantium, ad coërcendam alteratorum militum, qui ſe magno numero in Zichen receperant munierantque proterviam: totum quantum erat vulcano in prædam ceſſit, Religioſorum dubites an doctorum majore diſpendio: abſumpta nimirum cum Abbatia, illuſtri Bibliothecâ. Aberat tum fortè Conventus, ut eorum voce utar, & ſemel expertus Caſimiriani militis rapinas & ferociam, per quinquennium vagus multis in Abbatia Belli Reditus Leodici, aliis in caſtro Hammenſi, nonnullis Tungris, Breæque Eburonum commorantibus: ut omittam eos, quos ardens ſtudium partim Coloniam, Pariſios partim & Duacum impulerat; denique Dieſtæ ipſo recuperatæ Civitatis initió à D. Arnoldo vander Heyden Haſſelenſi Viro de Monaſterio optimè merito, nunc Priore, poſtmodum verò Abbate ſollicitâ curâ eſt recollectus, & ibidem per viginti unum annos exulans, ſupraque quadraginta ſeptem ingenuos Adoleſcentes toto eo tempore ſuſcipiens; quos ſuave, latèque olens, domeſticæ diſciplinæ, indeſeſſique Theologici ſtudii odor virorque attraxerat, tandem ad propria rediit; admodum Reverendo Viro D. Mathiâ Valentini Coerſelio, moderno Abbate, Joſue adinſtar ſuos reducente, præeunteque, & ſeriam ſtupendamque hactenus, ut Religionis conſervationem, ita & ædificiorum omnium reſtaurationem procurante.

Anno 1594. 21. Decembr. ipſo D. Thomæ Apoſtoli.

Anno 1578. ipſo D. Bartholomæo.

Anno 1584.

Anno 1604. ipſo D. Dionyſii.

Sed erit qui deſiderabit Cœnobiarchas & Abbates hujus adeo inclyti loci ſeriatim legere. Leget profectò, & quidem ſine mora.

Abbas primus fuit Andreas.

Stephanus.

Sibertus.

Alexander.

Eggericus.

Godefridus, uſque ad annum 1211. Viri pietate eximiâ, legum & diſciplinæ tenaces, in œconomia etiam boni, & quales novellæ plantationi utiles erant & neceſſarii.

Balduinus.

Robertus.

Joannes de Boſſuto, uſque ad annum 1292. Poſt quem Viri genere nobiles bene multi fuerunt & præfuerunt.

Arnoldus de Weſemale.

Godefridus de Teſtelt.

Joannes de Tieldonc.

Otto de Lovanio.

Joannes de Rotſelaer.

Joannes Quiſtwater qui obiit anno 1309.

Joannes de Lovanio obiit anno 1354.

Reynerus de Aerſchot.

Arnoldus de Venlo, obiit anno 1360.

Henricus de Winczele, obiit anno 1368.

Arnoldus de Tuldel, primus à Sede Apoſtolica confirmatus.

Joannes Multoris.

Daniel Laermans.

Joannes Balduini, Abbatiæ S. Nicolai Furnenſis in Flandria Religioſus S. Th. Doctor, à Duce introductus, obiit anno 1460.

Arnoldus de Valgaet, obiit anno 1483.

Bartholomæus de Valgaet, qui geſtandæ mitræ jus à Pontifice impetravit, obiit anno 1501.

Gerardus vander Schaeſt de Hoegheloen Juris Utriuſque Licentiatus, Vir hic non modò Deum timens, ſed prudens diſcretuſque admodum fuit. Cujus œconomia admirabilis laudatiſſimaque vitæ parcitas cum pari modeſtia conjuncta. Templum exędificavit, Ambitum cum Dormitorio, inſignique Bibliotheca & omnis generis libris reſtituit, Organa compoſuit, Sedilia in odeio ſtatuit quantivis pretii, Libros Cantuales ante exuſtos in pargameno conſcribi curavit. Novam, eamque egregiam domum, à ſuo cognomine nomen ſortitam, à fundamentis extruxit, atque idem ita Adriano VI. Pontifici charus ut eum fratrem compellarct, cui proinde ſucceſſoribuſque ſuis facultatem conceſſit Eccleſias & Cæmeteria reconciliandi, Altaria cum Calicibus conſecrandi. Obiit in ſenectute bona, magno ſui relicto deſiderio anno 1532. poſtquam triginta & uno annis, quaſi oliva pullulans, & cypreſſus in altitudinem ſe extollens, uti alter Simon Oniæ filius, Abbatiam ſuam rexiſſet.

Eccleſiaſtici 50.

Dionyſius vander Schaeſt, cognatæ virtutis æmulator egregius, obiit anno 1541.

Quare magnificam ex alabaſtro tumbam ſibi a poſteris poni meritus eſt.

Paulus Gielmans, qui confratres ſuos mirâ pietate rexiſſe legitur.

Jeronimus Smets obiit anno 1546.

Mathæus Suolders à Rethy, omni laude digniſſimus, ob innatam ſuavem morum gravitatem & adminiſtrandi dexteritatem. Quo factum eſt, lubenter Ampliſſimos Brabantiæ Ordines ejus operâ uti ſolere. Cujus etiam ſumptibus Averbodium ante has belli calamitates, aureâ, argenteâque ſacrâ ſupellectili, & quantivis pretii ciathis, ſacriſque veſtibus excelluit, obiit anno 1565.

Ægidius Heyns, Ihelius, vir zelo diſciplinæque monaſticæ amore exuberans. Cujus curæ omnes in eo erant poſitæ, ut non modò in ſua Abbatia, verùm etiam in cæteris candidi iſtius Præmonſtratenſis Inſtituti Abbatiis, Canonici,

nonici, verè Præmonſtratenſes, hoc eſt, aliis viam Præmonſtrantes, videri poſſent. Unde multum laborem adhibuit ad laudabilis in Academia Lovanienſi Pręmonſtratenſis Collegii erectionem. Obiit anno 1574. vacavit ſedes uſque ad annum 1585. quo electus

Arnoldus vander Heyden Haſſelenſis, patrię Leodienſis, vir ab iiſdem laudibus quibus ejus prædeceſſores æſtimandus. Qui rebus licet arctiſſimis, ſtatim à ſua electione, de nova Congregatione colligenda cogitavit. Pauco illo quo præfuit tempore quatuordecim ingenuos optimèque in pietate emeritos Adoleſcentes ſuſcipiens præter tres venerabilis Abbatiæ Diligemenſis Religioſos, quos à Monaſterio proprio exulantes humaniſſimè multis menſibus aluit. Obiit Dieſtæ anno 1588. ſepultus ante majus Altare in Eccleſia S. Sulpitii. Et poſt triennium, concordi Religioſorum omnium conſenſu iiſque plaudentibus ſuffectus eſt

Anno 1591. ipſo D. Catherinæ.

Mathias Valentini Coerſelius, vir prudens & pius, eaque dignitate digniſſimus triceſimus tertius hujus Monaſterii Archimandrita. Cujus Deus conatum ſecundet longævi & diu valentis.

Ecce tibi Patres patratos Averbodii, quos ſi pagina iſta vivos repræſentaret, relucentem ex fronte modeſtiam, habitantem in vultu religionem, in labris prudentiam, in toto corpore majeſtatem liceret contemplari. Ne miremur talibus capitibus evocatos hinc frequenter, qui aliis darentur Abbatiis moderatores. Ut Davidem qui Abbatiæ Belli Reditus in urbe Leodicenſi, Joannem qui Tongerleto, Amilium qui Diligemio, cum fructu præfuerunt. Ut taceam præpoſitos S. Gerlaci duos & Gempenſis Monaſterii unum, hinc petitos. Paſtores diverſis locis tres qui dum ad gregem ſuum excubant, à Latronibus trucidati, puriſſimum Deo ſpiritum obtulerunt. Viros illuſtres, ſi genus, ſed longè illuſtriores ſi virtutem æſtimes, Balduinum Comitis Loſſani Pincernam, Goſuinum de Horne, Comitis Geldriæ affinem, Gerardum de Simot Dominum de Blaerdonc & Varenrit, hic Religionem profeſſos. Aliquot Dieſtæ & Weſemaliæ Barones hic ſepultos. Abbatiam unam in Monte S. Joannis prope Maſecam, unam illuſtrem nobilium virginum Præpoſituram Nemus Cęſareum, ſive Reyserbosch dictam, apud Rurimundam Geldrię urbem, ſub tractu Hornenſi Averbodium fundaſſe. Scilicet ut quaquaverſus odorem ſuum ſpargere candidus iſte Præmonſtratenſis hortuli flos, omnique in virtutum genere & gradu vires ſuas poſſit explorare. Atque hæc quidem illa *dulcedo* Ordini, Religioni, Brabantiæ inſtillata, & velut dixi, è forti piiſſimorum Comitum anniſu *egreſſa*, è duro ſilvarum receſſu emergens in ſterili ericeto ſagaciſſimarum curâ apum locata.

Adrianus de Bergis Paſtor in Vorſt.

Walterus Schuyttens Paſtor in Suetendael Engelbertus Brets Paſtor in Rummen.

Statim in ipſo ortu, vix nata interiit.

Nemus Cæſareum dicitur vulgo Reyserbosch.

Ex literis Henrici Epiſcopi magnæ Troyæ datis anno 1220.

Quoad præſentem Averbodii ſtatum, locus inter ſilvas deſertus, &, ſi temporum iniquitas non vetaret, quietiſſimus, ob adjacens ſtagnum, prataque non ita procul poſita mirè delectabilis. Religioſi magno numero ſunt & ferè ſexaginta. Viginti ſeptem quaquaverſus animarum curam habent; ſubſunt enim Abbatiæ Paſtoratus viginti ſeptem. Inter quos Weſemalenſis & Venloenſis primas tenent. Aliquot ſemper Lovanii Theologicis operam dant. Scilicet memores Ordinem Præmonſtratenſem Paſtorum olim Seminarium appellatum, verèque eſſe. Et Cœnobiarcham ſuum Ægidium erigendi Præmonſtratenſis Collegii in Lovanienſi Academia Authorem extitiſſe. Utrique rei æquè conantur honori conſultum, & officio ſatisfactum ire. Præter hæc Lectorem domeſticum jam inde ſemper habuerunt. Cujus generis omnes, quoad meminiſſe poſſumus, aut ad Doctoralem Lauream Lovanium, aut ad conſolationem Fidelium in Hollandias profecti ſunt.

Floruit hìc ſuperioribus annis D. Henricus vander Schaeft J. U. L. & trium linguarum peritiſſimus, qui florentibus adhuc annis ereptus eſt.

Ex inſcriptione Sarcophagi ipſius.

Floret etiamnum D. Joannes Miſcum, poëmatibus editis doctrinâque clarus ex Suppriore Paſtor in Hechſtel vitæ exemplaris. Hujus quoque Eccleſiæ Canonicus eſt D. Joannes de Reſimont noto apud Leodios genere natus, Vir eruditus, pius & zeloſus Blericanus apud Venlonam Paſtor, qui in conciliandis Principi militibus, qui tardationem ſtipendiorum cauſati, ad caſtrum Hooghſtratanum primò ſeceſſerant, & inde, fœdere cum Hollandis inito, ab iis Gravienſe oppidum obtinuerant, operam toti Belgio impendit, cujus ſingularis in rebus agendis induſtria, variarumque linguarum peritia, conciliaverat authoritatem apud milites, favorem apud Antiſtites, gratiam apud Principes. A quibus rogatus, ut Provincia ab ulteriore ruina ſervaretur, maximo cum vitæ periculo, rem, quam omnes mirentur, tentavit, & mirabuntur omnes, perfecit, & ſuâ prudentiâ laboreque Hannoniam à flammis, Flandriam à periculo, Brabantiam à metu liberavit. Agit hìc etiam Paſtorem D. Ægidius Voecht, ſtudioſus & prudens (quantùm ſacræ & publicæ occupationes permittunt) Antiquitatum Brabantiæ noſtræ Indagator, cujus beneficio plurima adeptus ſum diplomata.

Ex literis diverſorum utriuſque ordinis hæc referentium etiam ad verbum.

FINIS.

EPITOME
RERUM MEMORABILIUM,
Quæ in Antiquitatibus LOVANIENSIBUS continentur.

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

LOVANIUM BRABANTIÆ METROPOLIS.

LOvanii *priſca nomina, & Etymon.* pag. 1. col. 1. & 2.
Oppidum quando ſtrui cœptum.
Portæ & turres.
Fora rerum venalium, & præcipua urbis opera. ibid. 2.
Patriciæ domus & vicinorum Dynaſtarum hoſpitia. 3. 1.
Calamitates quæ Urbi præcipuæ advenerunt, ab aquis. ibid.
Ab igne.
A tempeſtate.
A peſte.
A bellis & hoſte externo. ibid. & 4. 1. 2. 5. 1.
Ab hoſte Domeſtico & ſeditionibus. 5. 2.
Duces ſive Comites Lovanienſes. ibid. & 6. 1. 2. 7. 1.
Diſtrictus Lovanienſis. 7. 1. 2.
Veterum Comitum Curia. ibid.
Vice-comes & Prætor. ibid.
Prætorum ſeries. ibid. & 8. 1.
Succedunt Prætori Conſules duo. 8. 1.
Ratio Senatus legendi & ejus deſcriptio. 8. 1. & 2.
Septem tribus Patritiæ. ibid. 2. & 9. 1.
Earum Nobilitas, origo & Privilegia. 9. 1. 2. & ſeqq.
Sagittariorum & Poetarum Collegia. 12. 2.
Eorum Ludi & Laus. ibid. & 13. 1.
Leges & Privilegia civium. 13. 1. & 2.
Equitum Majeſtas, Potentia &c. ibid. & 14. 1.
Opificum Collegia. ibid.
De Textrinio & multitudine plebis. ibid.
Sanctitate, virtute & eruditione illuſtres Lovanii nati. ibid. 1. 2.
Idololatria & origo Chriſtianæ Religionis. ibid. & 15. 1.
Eccleſiæ Parochiales.
Collegium Canonicorum in Baſilica D. Petri.
Ejus origo & incrementum.
Præeſt Decanus.
Decanorum & Præpoſitorum illuſtriorum ſeries. ibid. & 16. 1.
Capellarum Vicarii. ibid.
Abbatia D. Gertrudis. ibid. 1. 2.
Ejuſdem Abbates & Præpoſiti. ibid.
Prioratus S. Martini. ibid. & 17. 1.
Viri quos produxit pietate & doctrina illuſtres.
Carthuſia.
Beggardi.
Commendaria Equitum Melitenſium.
Collegium PP. Societatis Jeſu.
Qui ibidem claruerunt.
Eremitæ D. Auguſtini. ibid. & 18. 1.
Qui & ibidem claruerunt. ibid.
Dominicani & qui inter eos Sanctitate & doctrina claruerunt. ibid.
Franciſcani, eorum Martyres, ſanctitate & ſcriptis illuſtres.
Capucini.
Alexiani.
Begginarum Curia major & minor.
Abbatia monialium ſub Caſtro. 19. 1.
Clariſſarum Conventus.
Ordinis Annuntiatarum Virgines.
Auguſtinianarum Prioratus.
Sacella & loca ſacra. 19. 2.

DE UNIVERSITATE.

EReſtio & præcipua Pontificum & Principum Privilegia.* pag. 20. 1. 2.
Privilegiorum Conſervator. ibid.
Rector in quem Dux, Magiſtratus, & Capitulum juriſdictionem ſuam tranſtulerunt. ibid. & 21. 1.
Facultas Artium & ejus deſcriptio.
Pædagogium Lilii, novem ex hujus Collegii Profeſſoribus Epiſcopi. 21. 2.
Eorum encomium. ibid.
Lilii laus. 22. 1.
Gymnaſium Porci.
Ex hujus Collegii Profeſſoribus Pontifex, Cardinalis, Archiepiſcopi plures prodierunt.
Eorum Epigrammata.
Porci laus. 22. 1. & 2.
Gymnaſium Caſtri.
Ex ejus Profeſſoribus Epiſcopi ſex & eorum epigrammata.
Caſtri laus. 23. 1.
Pædagogium Falconis.
Profeſſores quatuor ad Epiſcopatum vocati.
Eorum Epigrammata. 23. 1. & 2.
Encomium 4. *Pœdagogiorum*
Artium Curſus, Diſputationes, Baccalaureatus, Tentamen, Examen, Licentia & Doctoralis Gradus. 24. 1. 2.
Facultas Theologica. 24. 2.
Ejuſdem Facultatis ſtudio propria Collegia, & quatuor Ordinum mendicantium Seminarium, ſed imperfectum. ibid. & 25. 1
Aliorum Ordinum Collegia & Domus.
Curſus Theologicus. 25. 1. & 2.
Facultates Juris Canonici & Civilis.
Collegia huic ſtudio propria.
Stadium Juris Lovanii 26. 1
Viri primæ famæ. ibid.
Doctores Lovanienſes ad Concilium intimum Principis aut Patriæ evocati. ibid.
Facultas Medica. 26. 2
Huic Collegium proprium P. Bruegelii. ibid.
Collegia in Re litteraria. ibid. & 27. 1
Nomen initium & Inſtituta Collegii Standonici, privile-

privilegia, & protectio S Sedis. ibid. 1. & 2.
Ejuſdem laus. ibid.

SUBURBANUM LOVANIENSE.

COEnobium Vlierbacenſe. 28. 1
Encomium Abbatiæ Vlierbacenſis & ejus Abbates. ibid 1. 2. & 29. 1
Collegium Virginale vulgo Terbanck.
Encomium B. Mariæ in Bethleem. 29. 1. 2.
Ejus origo.
Encomium Abbatiæ Parcenſis. 30. 1
Ejus fundamenta & incrementa.
Abbates. ibid. 2. & 31
Varii inter illos virtute illuſtres.
Cænobium & Præpoſiturà Gempenſis.
Sacellum Montis Calvariæ.

PRÆFECTURÆ SUB LOVANIO.

Weſemalia Baronatus, de origine nominis diſquiſitio. 32. 1
Fuit Arſchotani Comitatus appendix.
Familia hujus nominis ſemper fuit inter Primarias Brabantiæ Ducatus.
Ducibus & Primariis familiis juncta.
A quo tempore Mariſcalli hæreditarii. 32. 2

De Mariſcalli dignitate.

Nominis incerta origo. 32. 2. 33. 1
Officium quale ſit in Gallia.
Poſtea mutatum.
Quale in Germania.
Quale Vetus in Brabantia.
Abbatiæ in Parco Dominarum origò. ibid. 2
Cænobii ſanctitatem facta & perſonæ illuſtres commendant.

RODIUM S. AGATHÆ.

Nominis origo. ibid. & 34. 1
Rodii Poſſeſſores.
Equeſtris Ordinis Nobiles tanti erant olim, quanti nunc Comites.
Pagi qui Dominio Rodiano annectuntur. 34. 2
Abbatia Vallis Floridæ.

LIBBECANA JURISDICTIO.

Dominium imum in ſeptem diviſum. 35. 1
Summum apud Principem eſt.
Pagi qui huic præfecturæ ſubcenſentur.

PRÆFECTURA HERENTENSIS.

Pagus Herentenſis à quibus olim poſſeſſus. 35. 2
Pagi qui Præfecturæ Herentenſi ſubſunt. 36. 1

DE PRÆPOSITURIS.

Præpoſitus quis, & quale ejus officium. 36. 1. & 2
Quomodo & quando mutatum.

THENÆ,

Et Brabantia ultra Velpam quæ olim Haſbaniæ Pars.

Thenarum Mons. De urbis & nominis origine. 39. 1.
Conditores.
Turres, fontes, fora. 39. 2.
Præcipua urbis opera.
Nobilium Familiarum & Dynaſtarum Palatia. ibid & 40. 1.
Calamitates urbis ab aquis. 40. 1
A peſte frequenter immunis fuit.
A tempeſtate.
Ab annona rariùs laboravit.
Ab hoſte externo.
Civitatis & Reipublicæ ſtatus. 40. 2
Inſignia.
Thenarum Poſſeſſores.
Prætor ejuſque Jurìſdictio. 41 1
Reipublicæ adminiſtratio.
Urbis Privilegia.
Diviſio Civitatis inter Patricios & plebeios.
Contubernia Baliſtariorum & Rhetorum Collegia.
Opificum Collegia & plebis multitudo ibid
Eccleſia Parochialis & in ea Icones duæ miraculis claræ.
In Eccleſia olim Perſonatus, nunc Curati duo. 42. 1
Item Duodecim Canonicorum Collegium.
Capituli Patronus.
Decani ejuſdem primi nominis.
Nobilioris ſexûs Monaſteria; & qui in illis claruerunt.
Alterius ſexûs Cænobia. 42. 2
Hoſpitale Urbis.
Xenodochium.
Capellæ. ibid. & 43
Clericorum collegium.
Monaſteria & Sacella extra portas.

PRÆFECTURA CUMTICHENSIS.

Nominis origo. 43 2
Pagi qui ſubcenſentur huic præfecturæ.
Eorum Dynaſtæ & poſſeſſores.
Lyntriæ Abbatiæ Encomium & perſonæ illuſtres. 44. 1
Utriuſque Lyntriæ & variorum pagorum qui præfecturæ huic ſubſunt deſcriptio & poſſeſſores. 44. 1. & 2
Blancardi Campus.

LEONIA ſive LEEWÆ.

NOmen Urbis & origo. 44. 2.
Præcipua ejus opera. 45
Fata urbis præcipua.
Reſpublica.
Privilegia.
Res Sacra.
Parochia S. Leonardi & in ea Collegium Canonicorum.
Cænobium Bogardorum.
Capella Clericorum.
Beginaſium.
Hoſpitalia.
Notanda in Suburbano.
Urbis Appendices. 46. 1

LANDA HASBANIÆ.

Nomen Urbis olim varium. 46. 1. & 2
Origo Urbis.
Olim Urbs ampla, ſed fatis deſtructa.
Reſpublica & Senatus.
Privilegia.
Contubernia Sagittariorum.
Res Sacra.

Parochia S. Gertrudis.
Sacellum D. Virginis.
Præfecturæ Getenſi ſubeſt *Dormalia.* 46. 2
Arx Dormaliæ, ejuſque Domini.
Alii ejuſdem Præfecturæ Pagi. 46. & 47. 1
Encomium Abbatiæ Præmonſtratenſis in Helechem.
Ejus Fundator. 47. 1
Abbates. ibid 1. & 2
Ruinæ & vaſtationes.
Viri clari.
Cæteri pagi, & eorum Toparchæ, Præfecturæ Getenſis. ibid. 2. & 48. 1

HALENUM.

Urbs vetus, ſed devaſtata. 48. 1
Ejus Arx.
Prætorium, Curia, Noſocomium olim.
Pagi, qui Præfecturæ Halenſi ſubcenſentur, & eorum Domini. 48. 1. & 2.

ARSCHOTI DUCATUS.

Urbis hujus nomen varium. pag. 50 1
Urbis origo & etymon.
Arſchotum quando jure Opidi donatum.
Portæ & muri. ibid 1 & 2
Munimenta.
Præcipua Urbis opera.
Urbis fata ſive calamitates.
Obſidiones 51 1
Dux olim ejus Dominus,
Deinde Comites, & quid juris in Urbe & pagis habuerint. 51. 1
Origo Rotchelariæ & Weſemaliæ Baronum, item Schoonhoviæ & Riveriæ Dominorum, à Comitibus Arſcotanis ibid 1. & 2
Cur titulo Comitis *obſoleto,* Domini *appellari cœperint & maluerint* 51. 2
Comites aliquot illuſtres primæ Arſcoti poſſeſſorum ſtirpis
De ſecunda, eaque Ducali Arſcoti poſſeſſorum ſtirpe ibid & 52. 1
Godefridus Henrici III. Brabantiæ Ducis filius Arſcoti Dominus
Fraus Jacobi de Geſtella
De Virzonio ejuſque poſteris diſſertatio
Harecurtii Comites de Arſcot 52 2
Quomodo Areſcotum ad Croyos devenerit.
Notanda circa hiſtoriam Arſcotanam
Arſcoti Baronatus quando in Marchionatum, & quando in Ducatum evectus? 53. 1
Arſcoti Domini olim Seneſchalli Brabantiæ
Senatus Urbis, ejuſque membra
Urbis Privilegia & Inſignia, item Inſignia Dominorum 53. 2
Civium negotiatio
Arſcotum olim Leodinæ, nunc Mechlinienſis diœceſis.
Parochia unica Gertrudanis Lovanii à Duce conceſſa cum poteſtate Canonicos inſtituendi. 54. 1
Turris olim altior Mechlinienſi
Præpoſitus ex Gertrudanis Lovanii
Decanatus ruralis
Cœnobium Bogardorum
Beginaſium
Cœnobium Montis S. Nicolai 54. 1 & 2
Noſocomium
Suburbium, & in eo 7. prætoria ibid. & 55 1
Appendices Urbis
Pagi ſub territorio. Eorum Domini
Dignitas Decani Chriſtianitatis
Receptor redituum Brabantiæ dignitas antiqua

DE DUCIBUS

Ducis etymon & dignitas ſub Romanis 55 2
Dignitas hæc ceſſavit cum venit mercenaria militia
Aliud genus Ducum
Duces hereditarii
Franciſimiæ Romanorum, Duces Francorum 56 1
Ducatus temporarii
Dux, alius liber, alius Tributarius, alius Beneficiarius. 56 2
Hugo Capetus Ducatus repreſſit.
Ducatus in Francia Coronæ annexi.
Toparchiæ in Ducatum erigi cœptæ.
Duces in Brabantia nunquam Titulares.
Notandum circa requiſita ad Reges, Patricios, Duces, Comites, Barones

ROCHELARIA

Baronatus ſub Arſcoto, olim ſub Lovanio. 57
Nominis varietas & origo.
Barones Rochelariæ olim Dapiferi, Seneſchalli, Droſſardi Ducis Brabantiæ. 57 1
Prima ſtirps ab Arſcotanis, eorum celebriores recenſentur.
Quid Seneſchallus, quid Dapifer. 57 2 & 58 1
Rotſelariæ Eccleſia Averbodienſi, locorum quæ Rotſelariæ ſubcenſentur, Gertrudano Abbati obnoxiæ.

HEVERLE

Heverlaa, Dominium & Baronatus.
Heverlææ Nomen olim varium. 58 2
Juriſdictio qualis olim & nunc.
Domini Primævæ ſtirpis, & eorum dignitas.
Quando ad Croyos devenerit, & Baronatûs titulo inſignita
Arx à quo inchoata, à quo perfecta. 59 1
Via ſpacioſa & horti.
Parochia. ibid
Cœnobium, & in ejus Eccleſia marmorea Ducum monumenta.
Loci ſitus. ibid
Primævæ ſtirpis valor.
Apoſtoli Brabantiæ. ibid
Quid Camerarii dignitas. 59 2
Heverlæa vetus, Oudt Heverle.
Belandia, Belanden. ibid
Waelbeca, Waelbeeck. ibid
Eyghenhovia, Eyghenhoven.
Berthemum, Berthem ibid
Sylva Meerdalia 60 1

BIERBECA

Baronatus ſub Arſchoto
Comites Lovanienſes Domini Bierbecæ olim, 60 1
Nunc Croyaci
Series primorum Dominorum
Res Sacra Bierbecæ ibid
Curiæ ſub Bierbeca, 60 2
Wilriana

Lathemenſis
Belandica
Eſt & in Bierbecano Agro Vallis Ducis Abbatia Monialium 60 2
Ejus deſcriptio ibid & 61 1
In Cœnobiis juxta proventus numerus perſonarum conſiderandus 61 1 & 2
Pagi ſub Bierbeca 61 2

SICHENÆ

Urbs & dominium Brabantiæ, quod proprium Dominium habet beneficio Ducis.
Nomen Sichenæ olim varium 61 1
Etymon
Arx ante Urbem. Urbs quando mœnita
Urbis opera 62 1
Fata Urbis & calamitates
Sichenæ Domini olim & nunc
Magiſtratus 63 1
Utitur Lege Lovanienſi
Privilegia
Immunitates
Res ſacra
Cœnobium Monialium
Hoſpitale 63 2
Viri clari Sichenis orti
Sacellum D. Virginis Aſpri-collenſis.
Ejus initia & incrementa. 63. 2. 64. 1

TERRITORIUM SICHENENSE

Pagi, qui Territorio Sichenenſi ſubcenſentur, 64 2.
Tileti, Icon B. mariæ miraculis clara.
Commendaria Equitum Teutonicorum Beckevoirt.
De Ordinibus Equitum ſub Auguſtini Regula militantibus
Ordo Sancti Jacobi 64 2
Ordo in Pruſſia
Ordo Gladiferorum

DIESTA

Baroratus Duci Brabantiæ Beneficiarius
Nomen Dieſtæ varium 65 1
Ejus origo
Mœnia quando ſtructa, neſcitur.
Via Regiæ quando lapidibus ſtrata.
Urbis opera
Templum 65 2
Fata Urbis & calamitates
Ejus caput, Baro ſive Princeps ibid & 66 1
Origo varia nominis Dieſt
Stirps primæva
Nunc Naſſovii Domini
Dieſtæ Domini olim Caſtellani, *dein* Burggravii, *nunc* Vice-Comites *Antverpiæ.*
Series Baronum Dieſtenſium. 66. 2. & 67. 1
Tribunal Lanificum
Droſſardus
Magiſtratus
Opificia
Præeminentia Dieſtenſium 67. 2
Viri clari Dieſtæ nati 67. 2
Collegium 12. Canonicorum.
Monaſteria Monachorum 68 1
Beginaſium ibid
Cœnobia Monialium
Hoſpitalia 68 2
Suburbanum ibid
Cœnobium Vallis Divi Bernardi
Cœnobium vulgò Rottem ibid

ZELEMI COMITATUS

Sive Dominium Dieſtæ Appendix
Nominis origo 68 2
Olim Comitatus
Quinam nunc Domini 69 1
Carthuſiani
Eorum Priores aliquot
Dominium de Loeboſch

De Comitatibus minorum Gentium

Quinam eo nomine cenſeantur 69 1
Quid de his Comitatibus cenſendum 69 2

Appendices Dieſtenſes

Pagi quos vulgaris calculus Dieſtæ ſubjicit, reverà tamen ad Dieſtam non ſpectant 69 2

ENCOMIUM

Abbatiæ Averbodienſis, quæ in Confinio Sichenarum
Alluſio ad nomen 70 1
Cœnobii origo 70 2
Calamitates 71 1
Series Abbatum 71 1 & 2 & 72 1 & 2
Præſens Averbodii ſtatus
Quinam Averbodii floruerint.

FINIS.

J. B. GRAMAYE

BRUXELLA

CUM

SUO COMITATU.

REGIÆ URBIS

QUI AD GUBERNACULA SEDETIS

CONSULES,

SENATORES, TRIBUNI,

PATRICII INCLYTI;

BRUXELLAM VOBIS VESTRAM,

LUSTRATAM, ILLUSTRATAM,

LAUDATAM,

UT OPORTUIT, UT DECUIT,

CONSECRAT

J. B. GRAMAYE

ANIMI TESTEM, ET LABORIS INDICEM.

VOS EAM ET EUM,

AD NOMINIS VESTRA AMPLISSIMI

PATROCINIA CONFUGIENTEM

SUSCIPITE, FOVETE, AMATE,

PRO EA QUA SOLETIS OMNES

LITTERARUM ET VIRTUTIS AMANTES

CLEMENTIA PRÆVENIRE.

ITA VOS

MAGNUS DEUS

LONGÆVOS ET FELICES SUPERESSE

JUBEAT

REIPUBLICÆ ET ECCLESIÆ

BONO.

CENSURA
SENATUS BRUXELLENSIS.

SÆpius expetita quidem, ſed nondum à quopiam particularis & accurata Civitatis noſtræ Bruxellenſis eſt conſcripta Hiſtoria. Eam nunc ſummo labore, ſtudio, induſtriâ, variâque lectione collegit *Clariſſimus Vir D. J. B. Gramaye Principum noſtrorum Hiſtoricus.* Qui ut exactior narrationi conſtaret veritas, Capituli, Cœnobiorum, & Civitatis hujus manuſcriptos codices & monumenta ex Archivis ei communicata diligenter examinavit, accuratiſſimèque ex iiſdem annotavit, quæ ad ſingularem & veram Hiſtoriæ noſtræ cógnitionem facere prodeſſeque poſſunt. Cujus rei lubens meritò Senatus Bruxellenſis hoc publicum teſtimonium eidem dedit. Actum 26. Julii. 1606.

Signat. ex mandato Senatûs,

Numannus.

INDEX LOCORUM

In quo prior numerus paginam, poſterior columnam deſignat.

A

AA 34 1
Anderlecht 10 1
Aſſche 36 2

B

Baeſrode 36 2
Berchem 34 1
Blaeſvelt 15 2 36 2
Berchem 18 2 22 1
Bootendael 17 2
Bockerzeel 21 1
Bollenbeeck 16 1 36 1
Brixiſroy 36 1
Bodegem 34 1
Bocholt 27 1
Boetsfort 17 1
Boortmerbeeck 21 2
Bygaerden 33 2
Bruſegem 36 1
Buggenhout 36 2
Buſeghem 18 1

C

Campenhout 19 2
Capellen 31 2
Colen 32 1
Cobbegem 15 2
Crainhem 18 2
Cortenberg 21 2
Grukenborgh 18 1

D

Diegem 31 2
Dielbeeck 34 1
Diligem 14 1
Droetbeeck 11 1
Duysborg 31 2

E

Eelwyt 22 1
Elſe 11 1
Eppegem 36 1
Erps 31 2
Everne 21 2
Eversbergh 21 2
Eyſinghem 18 1

F

Filvorden 26 1

G

GAesbeecK 32 1
Goyck 34 1
Grimbergen 35 1

H

Hamme 16 1
Halsbergen 17 1
Haren 22 1
Heembeeck 15 1
Heymbeeck 32 1
Hemelgem 21 2
Holaert 29 2
Huldeberg 30 2
Huyſinghem 18 1

I

Iſke 29 1
Jette 14 1
Itterbeeck 18 2 34 1
Imbde 15 1
Joos-ten-hoy 11 2

L

Laken 9 1
Leeſel 15 1
Leeſdael 28 1
Leeuwe 33 2
Lennick 34 1
Lieſel 36 2
Lindebeeck 18 2
Lippeloo 15 1 36 2
Loenbeeck 30 2
Lombeeck 18 1 34 1
Londerſeel 36 1

M

Malder 36 2
Machelen 31 1
Maize 36 1
Melsbroeck 19 2
Merbeeck 18 1 21 2
Merchtem 14 1
Molenbeeck 11 1
Mollem 36 1
Mueſegem 15 1

N

Neerockerzeel 21 1
Neeraſſent 22 1
Neerhem 15 1
Nieuroy 36 1

O

Ophem 31 1
Oſſele 16 1 36 1
Op-Bruſſel 16 2
Oſſegem 11 1
Oudergem 16 2
Oudenaken 34 1

P

Pamel 34 1
Pierck 22 1
Poety 19 2
Puers 32 1

Q

Quarebbe 31 2

R

Ransberg 21 2
Ranſem 31 2
Raemſdonck 32 1
Relegem 15 2
Rode 16 1
Roycloſter 16 2
Rumpſt 36 2
Ruysbroeck 36 2

S

Saventhem 31 1
Sterbeeck 21 2
Steenockerzeel 21 1
Steen-Uffel 15 1
Streythem 34 1
Scharenbeeck 11 2
Schoete 11 2

T

Tempſt 36 2
Ternat 18 1
Tieſſelt 36 2

V

Veleſenbeeck 34 1
Vorſt 9 1
Vuren 28 1
Uccle 17 2
Ulricx Capelle 18 2

W

Watermael 16 1
Wambeeck 18 1
Wemmel 15 2
Weſenbeeck 31 1
Willebroeck 36 2
Woluwe S. Stevens 18 2 31 1
Weerde 32 1
Wolverthem 15 1
Wolfhagen 34 1

Z

Zempſt 32 1
Zellick 15 2

INDEX
ANTIQUITATUM GENERALIUM.
IN QUO
Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

A

ABbates quomodo ſe olim vocaverint 15 2
Archivenatores Brabantiæ. 28 2
Ablutio pedum in uſu. 18 1

B

BArones qui & unde dicti. 29 2
Bona Monachorum à Cœnobiis excluſa. 29 2

C

CAppa & Cucullæ Monachorum, quales. 31 2
Canonicorum Ordo & initia. 11 2
Canonici unde dicti. 11 2 15 2
Capellæ Domeſticæ uſitatæ. 18 1
Cancellariæ Inſtitutio. 21 2
Carmelitarum exordium. 20 1
Cortebergæ Concilium quale. 22 1
Conceſtabuli initia. 15 2 in fine.
Crux in turribus unde. 14 1

D

DE Decanatu. 13 1
Domini & Domicelli diſtinctio. 30 2 in fine.
Dominia obligata. 15 1
Domus Ducum beneficia. 17 2

E

ERemitarum S. Auguſtini Ordo. 18 2
Eſcuier unde dictus. 14 1

F

FÆminarum Inſignia qualia. 15 2

G

GAllus in turribus unde. 14 1
Germanis addicti Brabanti. 18 1 in fine.
Gedeylten quid ſonet. 34 1

H

HOſpitalium frequentia. 8 2

I

INſignium apparatus tam fœminarum quàm Virorum. 15 2

L

LUdi populares diverſi. 28 2 29 1

M

MAtricularius quis & unde. 15 1
Monachi manibus Abbatis veſtiti. 30 2

N

NEmoris Zoniæ magnitudo. 17 2

O

OFficialis Ducis quis. 21 2

P

PAſtores Canonicorum Vicarii. 22 1
Pagi qui olim. 31 2
Prælati & Plebani. 22 1
Pupillorum cura quanta. 21 2

R

REligioſorum in ſylva Sogneſiacenſi quantus olim numerus. 17 2

S

SEptem Patriciæ Tribus unde. 22 1

T

TRibuum decora. 22 2 & ſeq.
Tymbri mos in Inſignibus unde? 18 1

V

VIcarius Generalis Epiſcopi. 21 1
Venationis jus Cœnobiis & Oppidis à Ducibus datum. 22 1
Venatores Brabantiæ. 28 2
Viſitationes Eccleſiarum ab Epiſcopis factæ. 28 2

FINIS.

INDEX FA-

INDEX FAMILIARUM

Quarum hìc ſparſim mentio.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam aſſignat.

A

AA *de* pag. 10. col. 1. & 2. p. 23. c. 1. p. 35. c. 1
Aa *vander* 31. 1
Abſcoude 32. 2
Alemans 31. 1
Amſtorff 31. 1
Anthonii 5. 2
Arenberg 27. 2. 33. 1
Aſch 9. 2. 11. 1. 23. 2. 24. 1
Aſcha *de* 15. 1
Aſſonville 27. 2

B

BAeſrode 34. 1
Ballegem 33. 2
Balloeul 21. 2
Barlamont 22. 2
Beer *de* 14. 2
Bellefort 9. 2
Benthem 33. 1
Bergis *à* 5. 2. 11. 1. 22. 2
Berlegem 33. 1
Bernaige 18. 2. 22. 1
Bertout 23. 1. 32. 1. 35. 1
Blioul 35. 2
Bochius 13. 2
Boet 34. 2
Boiſot 18. 1. 27. 1
Bollenbeke 10. 2
Bomalia 6. 2
Bonecroy 6. 2
Bont 5. 2
Boot 31. 1
Borchius 13. 2
Borſel 21. 2. 34. 2
Boſſche *vanden* 28. 2
Bouchaut 3. 2. 9. 2. 31. 1 35. 2
Bouchold 26. 1. 27. 1
Brant 23. 2
Brecht 24. 1. 31. 2
Bredycke 17. 1
Broecke 17. 1
Bruele *van* 7. 2
Bruer 6. 1
Bruxella *de* 10. 2. 31. 1
Buderick 16. 2
Bure 33. 1
Buſco *de* 29. 2
Buſinghem 18. 1
Buſleyden 5. 2
Buyſſegem 35. 2

C

CAlido, Campo *de* 7. 2
Campenhout 35. 2
Carthinius 7. 1
Caſtro *à* 6. 2
Catharinæ 6. 1
Chimay 33. 1
Cleef 28. 1. 33. 1
Cleutinx 21. 2
Clutring 13. 2
Cockelberg 23. 2
Collay 7. 2
Coninck 24. 1
Cortebach 28. 2
Coultereau 15. 2. 36. 2
Coudenberghs 4. 1
Couwenberch 6. 1. 15. 1. 24. 1
Craes 15. 1
Crane 15. 1. 24. 2.
Croy 34. 2
Crukenburg 18. 1
Cruningen 34. 2
Crupelant 15. 1
Culenburg 21. 2
Cuperus 7. 1
Cuſtos 6. 1
Cuyck 22. 2. 23. 1. 31. 1

D

DAmantius 5. 2
Danys 14. 2
Dieſt *de* 6. 1
Didligem 14. 2
Dohyen 33. 1
Dongelberg 26. 1
Drencquart 34. 1
Duffel 24. 1
Duvenvoirde 10. 2
Dynterus 6. 1

E

EE *vander* 36. 1
Eggloy 23. 2
Egmont 11. 1. 32. 1. 34. 2
Embden 22. 2
Emmichoven 24. 1
Ereſt 6. 1
Eſau *d'* 8. 1
Eſſenen 22. 2
Eyken *vander* 14. 1. 21. 2 24. 2
Eynatten 5. 2

F

FAber 21. 2
Fraye *de* 6. 1
Fremellis *de* 3. 1
Fura *de* 6. 1
Furneau 18. 1

G

GAesbeeck 10. 1. & 2. 34. 2
Geldre 28. 1
Geneve *de* 32. 2
Ghyn *de* 18. 1
Gielemans 16. 2
Glimes 21. 2. 23. 2. 32. 1.
Goedenhove 27. 1
Goes *vander* 15. 1
Gottignies 31. 1
Grimberg 11. 1. 22. 2. 23. 2. 28. 1
Groelſt 32. 1
Groot 30. 2

H

HAlletz 29. 1
Halſtboſch 17. 1
Hammans 32. 1
Haſenbroeck 21. 2
Hauchinus 5. 2
Haultkerken 33. 1
Heck 15. 1
Heetvelt 13. 2. 31. 1
Hennin 23. 2
Herent 15. 1
Hinkaert 6. 1. 7. 2. 22. 1. 28. 2
Hoeſden 9. 2
Hoochſtraten 11. 1
Hoots 32. 1
Horne 22. 2. 29. 1. 32. 2 33. 1. & 2. 34. 2
Houthem 30. 2
Hove *van* 35. 2
Huffle 7. 2

I

IMmerſel 36. 1
Iſca 9. 2. 11. 1. 29. 1.
Ittre 18. 1

K

KAmpener 35. 2
Kelen *vander* 26. 1

L

LAlain 11. 1. 14. 1. 34. 2
Landas 15. 2

INDEX FAMILIARUM.

Lanoy 23. 1. 34. 2
Lathen 34. 1
Leefdael 28. 1
Leeuwe 33. 2
Lennike 15. 1
Lettres *de* 34. 1
Liekerken 3. 2. 7. 2. 9. 2. 28. 1
Liemingen 31. 2
Ligni 11. 1
Lilleboom 6. 2
Liſmale 22. 2. 23. 2
Lockingen 19. 2
Locquengien 2. 2
Loe *de* 11. 2
Lombeke 6. 1. 23. 2
Longyn 18. 1
Loots 22. 1
Lovanio *à* 33. 2. 34. 1
Loz 28. 1. 33. 1
Lullin 32. 2
Lupus 15. 1
Lutſenburg 22. 2

M

Mahieu 15. 1
Malfaida 20. 2
Mansfelt 36. 1
Marbais 3. 2. 23. 1
Marca 3. 2. 27. 2. 35. 2
Marche *de la* 6. 1
Marchinez 23. 1
Marie 6. 1
Mechlinia *de* 35. 2
Meerte 23. 2
Meldart 23. 2
Melin 28. 2
Meren *vander* 21. 2. 31. 1
Merode 15. 1. 28. 1. 32. 1
Metzius 5. 2
Mey *de* 10. 2
Micault 18. 1. 36. 1
Middelborch *de* 15. 1
Miræus 5. 2
Mol *de* 32. 1
Molendino *de* 35. 2
Monbeliart 33. 1
Monte *de* 33. 2
Montenaken 21. 2
Montmorency 34. 2
Morienſart 15. 1
Morillon 5. 2
Mours 24. 2. 33. 1

N

Naſſau 28. 1. 35. 1
Nigri 5. 2
Noot *vander* 13. 2. 14. 1. 16. 1. 23. 2
Noye *de la* 21. 1
Numannus 13. 2

O

Offhuys 32. 1
Ophem 31. 1
Ordingen 30. 2
Oſy *de* 23. 2
Oudaert 26. 1. 31. 2
Oyebrugge 15. 2. 35. 2. 36. 1

P

Pamelius 5. 2
Pape 35. 2
Parwe 27. 1
Pede 6. 1. 35. 2
Penin *de* 11. 1
Perſoons 35. 2
Petit cambray 9. 2
Pipenpoy 14. 1. 23. 1. 32. 1
Platea *de* 6. 1. 35. 2
Poddegem 35. 2
Pontanus 7. 1
Prant 36. 2
Prickere 35. 2
Puteo *de* 14. 2. 15. 1
Pyn 22. 1
Pyquet 15. 1.

Q

Quercu *de* 15. 1. 24. 2

R

Rapelborch 6. 1
Rauberge 35. 2
Raveſteyn 6. 2
Regnoberto 19. 2
Rienevelt 7. 2
Rivo *de* 6. 2
Rodoan 33. 1
Rolants 29. 1
Roodenbecks 4. 1. 24. 2
Roſebeca *de* 35. 2
Rota *de* 5. 2
Rotſelaer 22. 2. 29. 1
Rubempré 21. 2. 23. 2
Rubra *de* 6. 1
Ruysbroeck 24. 2. 30. 1. & 2

S

Samme *de la* 9. 1
Sanders 15. 1
Saveneels 34. 1
Saventhem 14. 2
Schoonvo[illegible] 24. 1
Segers 6. 2. 9. 2
Senna *à* 24. 2
Seraernts 31. 2
Sleeuws 4. 1. 22. 2
Slofs 7. 2
Smols 11. 1
Soetkens 8. 2
Solm 29. 2
Soredt 19. 2
Sottengien 14. 2
Spiekart 6. 1
Spira *de* 35. 2
Spout *vanden* 23. 2
Spruyt 32. 2.
Staekenbroeck 17. 1
Steenweghs 4. 1
Steeuwege 23. 2
Steinbroeck 8. 1
Straesborch 30. 2
Strael 6. 1
Sucre *de* 21. 2
Sweerts 4. 1. 24. 2. 31. 1
Sypen *vander* 15. 1

T

Tanclaer 30. 2
Taſſis 11. 1
Tay 13. 2. 15. 2. 24. 1. 34. 1
Tengerle 15. 1
Trazignies 9. 2
Tſerclaes 7. 2. 13. 2. 18. 1. 21. 1. 22. 2. 32. 2
Tſerarnts 23. 1
Tſerhuygs 4. 1. 23. 1
Tſerroelofs 4. 1. 23. 2
Tsherenberg 28. 1
Tumba *de* 6. 1

V


Valkenaer 9. 1
Verreyken 36. 1
Vilain 34. 2
Vilan 23. 2
Vos 35. 2
Vorſt *Vander* 30. 2
Vranx 35. 2
Urſe 36. 1
Vyt *de* 34. 2

W

Waerſegger 34. 1
Walem 24. 1. & 2
Walen 23. 1
Waltero *à* 14. 1
Wange *de* 29. 1
Wavera *de* 22. 1
Wayenberg 35. 2
Weerdt *de* 21. 2
Weſemael 27. 1
Willems 9. 1
Wilre 30. 2
Wittem 16. 1. 17. 1. 28. 1 & 2. 29. 1. 30. 2.
Woude *de* 21. 2

Z

Zwichem 15. 2



BRUXELLA,

QUAM

Dux poſſidet tanquam Comes, regit ut Dux Lotharingiæ.

1. Vita D. Vindiciani.
2. Meierus ad annum 974.
3. Agyologus in vita B. Idæ.
4. Cantipratenſis M. S.
5. Hugo Tullenſis & Chronicon Hannoniæ.
6. Brussel quaſi Brenſel, id eſt Biennii ſedem.
7. Inde Sennæ flumini nomen.
8. Broeck ſonat paludem Belgis.
9. Reynerus Scholarcha in Poëmate de initio Urbis. Vir doctus id mihi privatim ſuggeſſit.
10. Vulgò den Roessenberch
11. Locus in urbe adhuc nomine Ruysbroeck.

Brosellam [1] antiquitus & [2] *Bruſolam* ſcriptam pronunciatamque lego, & denique [3] *Bruſſelam*, [4] *Bruſſeliam*, [5] *Bruxellam*. Nomen & originem à [6] Brenno & [7] Senonibus ducunt Annalium compilatores. Alii à [8] paludibus, quarum magna in vicino copia. Alii à lacu ſive voragine in ſylva Zoniæ. [9] Alii à Ruſſis. Et quia [10] montem haud procul Lovanio norunt à [11] Ruſſis dictum, putant locum hunc nomen accepiſſe by-Rus-sel, id eſt, apud Ruſſorum ſellam ſitus. Alii ob frequentes fontium ſcaturigines & proinde cavitates terræ Brussel, quaſi Ruysel, id eſt, ſedem ſeu locum tumultuantem, vel Ruyshol, id eſt, antrum murmurans, dictum opinantur.

Lucius Tungrenſis meminit. Parte prima. L. 3. Utrumque ante natum Chriſtum.

Loco ubi nunc Urbs, Coloniam Tungrorum Duce Leone Annales noſtri, Anglorum Senatum Annales Hannonum ductum fuiſſe volunt.

Ego ſcio Caſtrum fuiſſe prius, quod licet quidam in frigido monte, alii in Opbruxella ſitum fuiſſe olim contendunt, tamen ego videns nomen hodieque circa D. Gaugerici extare Borchwal, id eſt, Vallis caſtrenſis, puto ibi, id eſt Sennæ inſula, fuiſſe.

Anno 974. Citatur à Meiero datum pro Cœnobio S. Petri Gandenſis.

Et fuiſſe à Cæſaribus frequentatum: quod me docet diploma Ottonis Auguſti datum apud Bruſolam 12. Kal. Februarii, indictione 2. regni 13. Imperii anno 4.

In vita Caroli Ducis.

Et fuiſſe à Comitibus habitatum Hiſtoricis narrantibus. Et datum ei Cuſtodem quem Vice-comitem Latini ſive Caſtri Comitem, noſtrates Burgravium vocant.

Teſtis Feudorum Codex.

Producta autem Veteris Caſtri pomeria, ſtructaque, quæ nunc interiora vocantur, invenio ſub Lamberto II. Comite.

Poſt an. 1040. Ex indiculo veteri ubi id rythmo Teutonico expreſſum.

Patuitque tum opidum portis 8. munitum turribus pluſquam 24.

Noviſſimè extenſo ambitu in duplum, muro & aggere præaltis, foſſis etiam amplioribus cinctum fuit.

Anno 1357. Ex diariis diverſis

Huic operi ſupremam manum impoſitam lego perfectâ turrium ultimâ anno 1379. portarum ultimâ anno 1383. pulchro opere extructâ.

Ex Guicciardino.

Ita ut nunc circuitu ſuo (non autem formâ) æqualis ferè ſit Lovanio, comprehendens, quantum duarum horarum ſpatio obiri poteſt, formâ exactè cordis humani ſpeciem referente.

Numerans Turres in mœnibus (ſi veniant in numerum minores) 74. ex quibus plures vetuſtate & bellò collapſæ: Pontes lapideos ſuperinjectos 12. Vias Regias 160. Fora rerum venalium majora 7. minora 6. Fontes publicos ſplendido opere variis opidi partibus olim 7. nunc 12. & plures. Portas Dorico opere & magnifico extructas 7.

Illa, quam operam perditam vocant, ſtructa an. 1465.

Et ſolent olim propriam unaquæque ambulationem habere, & ducere. Lovanienſis ad aucupium, Algidomontana ad piſcationem, Opbruxellenſis ad venationem, Anderlechtenſis ad agros, Flandrica ad paſcua, Lakenſis ad fontes & vineas, Mechlinienſis ad hortos.

Inde Coelsche poorte dicitur à caulibus non à Colonia.
Tabula veſtigalis viatum huic affixa an. 1420.
Huic affixa anno 1418.
Huic affixa anno 1421.

Dividitur urbs in regiones 40. & ſingulis olim ſolet eſſe & præeſſe Centurio, nunc quaterne unius ſigna ſequuntur.

Præcipua urbis opera ſunt

Curia *eximio opere*, curâ publicâ urbis & *Princi-*

Ex indiculo Fr. Swertii.

Principis ſtrui cœpta anno 1402.

Ex Archivis oppidi per D. Numannum mihi communicatis.

Cujus turris re & nomine præferens Archangelum Michaëlem urbis tutelarem ſtatuâ verſatili æneâ pedum 15. perfectâ anno 1434.

Anno 1361. Alii anno 1367: turrim collapſam tradunt.

Turris D. Nicolai in qua bannalis oppidi campana, collapſa olim, ſed pulchriùs reſtituta & nuper inſigni horologio & præludio Muſicali inſtructa, ingenti impensâ è publico ſuppeditatâ.

Horologium impoſitum anno 1362. reſtauratum nuper anno 1605.

Forum piſcium à Joanne Duce locatum an. 1280. ab Alberto Archiduce in oportuniorem locum tranſlatum eſt.

Anno 1353. Halla nova extructa reperitur. Anno 1517. Domus à panibus nuncupata. Anno 1440. Septem illæ magnificæ forum coronantes ædes extructæ.

Frumentaria domus vetus eſt, de cujus initio nihil reperi. Empta à Duce Macellum & Menſurationibus ſubſerviens domus, pronuper recenti memoriâ extrui cœperunt, veteribus ob ſenium aut deformitatem dejectis. (Anno 1449.)

Ex M. S. hiſtoriæ noſtratis, diario veteri, & lamina ærea ad latus Sacelli. Sub annum 1452 quo lego perfectam aulam ab Urbe, Ab eo Sacellum factum. Sub an. 1450.

Atque hæc quidem civitatis ad uſum ædificia, præter quæ in editiori urbis parte Palatium ſuum Princeps habet, inchoatum à Joanne III. renovatum perfectumque à Philippo Bono, auctum à Carolo Quinto, enovatum denuò à Sereniſſimo Archiduce Alberto.

Anno 1431. Ad latus Palatii nemus eſt & labyrinthus à Burgundis Principibus adornata, à Senatu coemptis aliquot hæreditatibus muro cincta.

Ubi feris, piſcibus, volatilibus aſſervandis, itemque obambulationi, pilæ ludo, epulis ſua ſunt loca deputata.

Viſuntur apud Palatium ruinæ, ubi Vicecomitis ædes fuiſſe quidam contendunt.

Ex diplom. dato an. 1370. ubi ejus mentio.

Erat & olim Monetaria Ducis circa D. Laurentii ſacellum.

Ex veteri Schæda per Gillemannum conſcripta de initio Urbis. Op Canterstien. Maximiliaens steen. 't Southuys. 't Paeyhuys. Serhuychs-steen. Schoenbeeck.

Præter hæc ſolent inter ceteras eminere domus 7. Tribuum Patriciarum. Quarum prima ſita fuit ad lapidem angularem in acclivi Montis Frigidi. Secunda in angulo Vici Montenſis loco qui Saxum Maximiliani dicitur. Tertia, quarta & quinta circa forum, locis quæ nunc Domus Salaria, & alia à decidendis litibus dicta, itemque Hugonis Saxum nominantur. Sexta apud Torrentem Calceariorum loco qui Falcoburgum vocatur. Septima in platea equeſtri. Sunt inſuper Principum Palatia plurima: eminent hæc.

Anno 1459. Arſcotanum, ex adverſo Palatii Principum.

Auriacum in acclivi Collis Palatini.

Clivenſe & Hoochſtratanum haud procul à Palatio ad latus.

Barlamontanum & Arenbergicum Havreum.

Mansfeldicum & Egmondanum ſecus oppidi muros.

Soranum cum aliis aliquot circa planitiem arenaceam.

Anno 1605. Cameracenſe nunc in Collegium Societatis Jeſu verſum.

Ut uno verbo dicam, ſolent Provinciæ Belgarum plures, Abbatiæ ferè omnes, Urbes pleræque ſua Bruxellis habere Palatia ſive hoſpitia.

Solent & familiæ nobiles ædificia habere.

Ad extremum privatæ civium ædes plurimæ ſplendent, & amplitudine, & ſpecie, & commoditate fontium imprimis & hortorum ingenti.

Fontium in privatis ædibus decem ſubinde diverſis locis erumpentem aquam obſervabis.

Hortorum non amœnitas, ſed luxus eſt, & invenies qui flores ſuos ſeptem aut octo florenorum millibus æſtimet, exiguo in hortulo natos.

Cœptus an. 1549. Perfectus anno 1561.

Poſt domos inſignis eſt ad quinque miliaria ſe extendens aquæductus incredibili Antverpiæ nundinantium commodo defoſſus. Cujus inventor & ſuſcitator primarius Joannes de Locquengien urbis Prætor. Ubi quinque locis aqua ad ſervandam profunditatem certis retinaculis continetur, ita ut à primo limine quod eſt Bruxellæ, uſque ad ultimum quod eſt apud Willebroeck, 42. pedum differat altitudine.

Ceterum cum tota aquæ moles ibi ſuſtineatur, ad ſingulas tamen ſtationes pro navigantium commodo immitti vel emitti, augeri vel minui poteſt.

Præcipua urbis fata ſeu calamitates ſunt.

Anno 1529. *A Lue*, quam ſudorem Anglicum vocabant, quæ cum graviter urbem affligeret, Gubernatricis juſſu indicto jejunio & votivâ ſupplicatione ſe remiſit.

Ex Diario Minorum ubi Theodorici de Munſter mentio.

A Peſte: Cùm ad 33. hominum millia abſumerentur anno 1489. Et iterum cum à clade Gemblacenſi abſumpta 27000. anno 1578.

Ex Indiculo M. Frederici Henſeni. Ex Opmerii Diario.

Ab Igne: Qui exortus in Sabulone 2400. domos abſumpſit anno 1326. Et iterum circa Capellam die Veneris ſancto inchoatus textrinas 1500. incendit.

A Bellis: Primùm & plurimùm inteſtinis.

Anno 1306. Cùm plebem in Patricios concitatam eorumque potentiam & opes ſugillantem, bona & domus invadentem Joannes Dux vix armatâ manu minitans in ordinem redegit. Vetitumque decreto Ducis, ne quis deinceps textor (ii tumultûs authores erant) in urbe pernoctaret ſub pœna capitis.

Ex datis Dominica poſt Barnabæ quarum exemplar eſt inter ſanctiones Urbis.

Anno 1340. Iterum cùm per laniones factioſum genus hominum & potens aliquot dierum tumultus excitatus.

Anno 1476. Denique communi quaſi plurium civitatum conſpiratione etiam hic plebs in Senatum conſurrexit, interque primos lapidicidæ.

Anno 1525. hæc lis repullulavit & inde vetitum Cœnobio exercere opera manua ſive mœchanica. Anno 1531.

Ampliùs natâ ſed mox ſopitâ inter urbem & Eccleſiaſticos diſcordiâ anno 1515.

Ulteriùs ob formatam Rempublicam prętер & contra voluntatem *Nationum* quas vocant.

Et ſequenti anno ob leges aliquas frumentarias.

Seditionis in Principem concitatæ etiam exempla licet obſervare, præſertim ſub Joanne III. & Wenceſlao Ducibus.

Omnium verò maximè cum Anthonius Brabantiæ non Dux ſed Tutor Prætorem Bruxellanum Genappæ incarcerandum curaſſet, quod ſe

ſe inconſulto ſententiam aliquam coactus à civibus probaſſet.

Cives hâc re exaſperati Joannem de Fremellis Ducis Conſiliarium ſimiliter mancìparunt. Unde ad iram provocatus Princeps arma in rebelles expedivit. Quorum metu ut primum ſupplices facti & obvii 8. aureorum millibus pacem redimere compulſi ſunt.

[Anno 1404. Exemplar pacificationis habetur in Codice fol. 19.]

Ad extremum cùm fatalis illa vis, quæ paſſim per univerſum Belgium magnam rerum attulit converſionem, Bruxellenſes etiam urgeret, qui jam ante fortiter & egregiè obſtiterant novatoribus & Iconoclaſtis, tandem prævalente præſidiariorum & reproborum numero oppreſſi cum Patriciorum & bonorum gemitu viderunt excuſſo Regis & Religionis jugo nihil non à militari inſolentia intus & foris deſignari.

[Anno 1567.]

[Anno 1580.]

Controverſiæ Bruxellenſibus fuerunt. Cum Lovanio ob præcedentiam ut loquuntur, ſed ſopita interventu Ducis, decretumque Lovanienſes dextrum obtinerent, quoties iter aut bellum Duci eſſet in Flandriam aut Hannones, Bruxellenſes quoties in Leodios aut tranſmoſana.

[Anno 1340. Decretum datum in Auguſto eſt in Codice Lovân. & Bruxellenſi.]

Cum Antverpia & Mechlinia ob nundinas & mercatum nata poſt annos aliquot ſopita eſt.

[Anno 1432.]

Cum Mechlinia etiam communem cum aliis litem fovit Bruxella, in conſeſſu Ordinum utriuſque provinciæ ſopitam, promittentibus ſe cum Brabanto ad arma profecturos Mechlinienſibus non obligandis tamen ad Brabantiæ aut Ducis debita.

[Anno 1330. Literæ concordiæ datæ 12. Maii in Codice ſunt.]

Cum eadem ob novi aquæductus effoſſionem nata controverſia, eò quòd Malinates vectigali ſuo in Heſſene (ubi Zenna in Rupelam influit navigabant Bruxellenſes) præjudicari affirmarent, Caroli V. ſententiâ repreſſi.

Obſeſſa à Flandris Bruxella & Bruxellæ Dux, capienda illa profectò niſi conſulto hìc Franco renunciaſſet amicitiam, Flandro adhæſiſſet.

[Anno 1213. Ex Annalibus.]

Eadem capta ab eodem dotalem Brabantiam contra Venceſlaum repetente. Sed brevi reſtituta ſuo Principi Everardi Tſerclaes operâ, qui noctu ſcalis urbi admotis, cum paucis urbem ingreſſus curiâ occupatâ ad Ducis, quod erexerat, vexillum plurimis accurrentibus Flandros ejecit.

[Anno 1356.]

Ad extremum cùm temporis calamitas, & militaris rabies malis ſuis etiam Bruxellam implicaſſet, & profanatis Divorum aris nihil non deſignaret; Alexander Farneſius captis vicinis locis ita urbem coarctavit, ut de pacis legibus egerit, præſidium urbe exceſſerit, & cum eo cives reprobi totius rebellionis & perduellionis authores.

[Anno 1580.]

[Anno 1585.]

Atque hæc quidem ſat ſunto de urbe, ejus partibus & calamitatibus.

[Vide Naucleum vol. 2. in fine gen. 32.]

Ad Civitatem & Rempublicam gradum facio. Primoque occurrit *Comes Bruxellenſis*, unus haud dubiè ex Comitibus terræ Brachbantenſis & Lotharingiæ inferioris.

[Rogieres hiſt. 40.]

Cujus ditionem antiquam definire haud facilè poſſem, niſi quod illas juris Bruxellani Præfecturas credam aliquod eſſe ejus veſtigium.

[Dux anno 1194.]

[las Præfecturas Bruxellenſes non alienaturum & oppignoraturum]

Comitatui Bruxellano alii ſubjectos, alii annexos fuiſſe volunt Nivigellenſem & Sogneſiacenſem.

Nomen Comitis Bruxellenſis in uſu eſſe deſiit, poſtquam Bruxella Lovanio juncta fuit.

Et quamvis Hiſtoriæ noſtræ Comites omnes ante Barbatum, nunc Bruxellenſes, nunc Lovanienſes vocent; tamen diplomata poſt Gerbergæ nuptias cum Lamberto Lovanienſi nullius Bruxellenſis meminerunt.

Comitis interim Bruxellenſis titulo (an titulo tantùm, an etiam jure & poſſeſſione dubito) filios Ducum ſubinde honoratos lego.

[Hagyologus Brabant. p. 1. vita 48. ait Gertrudem Roberti Flandri filiam enuptam Henrico Comiti Bruxellenſi.]

Proximum à Comite munus eſt Viceccomitis. Quo functos nominare poſſem ab an. 1100. uſque ad annum 1300. quo beneficiario poſſeſſum titulo in Marbacenſi nobiliſſima Namurcenſium aliquamdiu hæſit familia. Inde in Bouchautanam Brabanticæ originis, & mox in Marcanam & Arduennâ illuſtrem domum tranſlatum, inde devolutum ad Liekerkanos.

[Burggravius vulgo olim Caſtellanus dictus.]

[Ex libros Curiæ feudalis.]

Succedit his Prætor Urbanus juſtitiæ adminiſter, de cujus officio decretum extat an. 1292.

[Amannus vulgo. Apud P. de Thymo p. 5. titulo 1. c. 7.]

A quo rogati Senatores tenentur jus dicere & reos judicare.

[Decretum anno 1335.]

Prætores obſervo ſemper primi nominis & nobilitatis Bruxellis fuiſſe.

[Ex reſcriptio Ducis dato Lunæ poſt [illegible]]

Quoad Senatum ejus forma alia nunc, alia olim fuit.

Diplomata vetera nominant Judices, Scabinos, Juratos.

Henricus Dux definivit ſeptem Scabinorum pro Tribuum ratione, & tres juratorum (alii legunt 16.) Senatum annuum legendum octavo ante natalem Joannis Baptiſtæ.

[Diploma datum feria 2. ante Palmarum.]

[Anno 1234. Nunc in uſu eſt dies 11. ante Joannis.]

Sed an hoc obſervatum neſcio, cùm idem decreverit ſervandum Joannes Dux anno 1306. qui inſuper ortâ inter patricios & plebem contentione, electus à partibus arbiter abrogavit genus quoddam magiſtratus, qui *Communitatis Magiſtri* & *Communitas vocabatur*.

[Diplòma datum Dominicà poſt Barnabæ.]

Ut ut ſit, ſeries Senatorum & Faſti auſpicantur ab anno 1336.

De modo autem eligendi & ordine Tribuum non eodem ſemper ſed annuatim diverſo decretum extat.

[Scabinales datæ 8. Nevemb. Anno 1356.]

Interjecto tempore additi Scabinis Conſules duo & Conſiliarii è Plebe ſex quos juratorum in locum arbitror ſucceſſiſſe.

Coss. cùm Scabinis juri juſtitiæque præſunt eorumque ſententias ratas ſe habiturum non ſemel Dux promiſit.

[Nominatim anno 1390. Joannes dato Joannis poſt D. Mathiæ.]

Succedunt his Quæſtores quos nonnunquam quatuor, poſtea duo, iterum quatuor, nunc ſex eſſe obſervo; binos è Patriciis, quaternos è plebe.

[Anno 1419.]

Omnes hos annuatim mutandos, rationique reddendæ obnoxios, nec niſi intra ſexennium ad idem munus aſpirare ſancitum diverſo tempore accepi, etſi nunc aliter obſervari ſciam.

[Decretum anno 1334.]

[Ex Diplom. Ducali & Decreto Scabinali dato Martis ante Petri & Pauli.]

Sequitur Collegium pannificii duobus Decanis,

Id Statutum anno 1306.

canis, Aſſeſſoribus octo mediatim Patricio mediatim plebeio genere conſtans.

Anno 1343. Ex diplom. dato 27. Septemb.

Præter hos inſtituti decem viri ad controverſias ob pugnas & vulnera natas ſopiendas: nunc octo ſunt tantùm.

Frequenter enim legas Commiſſarios ſive Duumviros Reip. componendæ causâ datos ad dies, menſes, annum.

Majus oppidi conſilium conſtat membris tribus. In quorum primò Senatus. Secundo omnes Viri Conſulares, Senatorii, Quæſtorii, & Decanatu pannificum functi, excluſis plebeis. Tertio Decani ſive Præfecti Collegiorum ex opificibus conflatorum.

Conceſſum Id an. 1326. Ex diplom. Ducis dato in die S. Joannis.

Qui poſtremi, judicandi de rebus artis ſuæ habent authoritatem.

Anno 1306. Ex diplom. Ducis dato Dominicâ poſt Barnabæ.

Tamen ob frequentes tumultus vetitum fuiſſe lego ullam opificum fieri congregationem, ullum eos niſi conſentiente Senatu ærarium habere.

Populi pars illuſtrior in ſeptem Stirpes Patricias dividitur.

Sleeuws (Leonem ſonat quem in Scutis circumferunt.)

Sweerts (à gladio aut hoſpite ductum nomen.)

Tserroelofs (Herois Rodolphi poſteros ſignificat.)

Steenweghs (viam lapideam denotat.)

Tserhuyghs (ab Heroë quopiam Hugone dicta & ducta ſtirps.)

Roodenbecks & Coudenberghs (illa à Suburbano, hæc ab Urbano loco dicta.)

Vulgò Gulden. Vulgò Retorycke. Olim 8. erant Gulde & dicebantur, ſed illæ alterius quam hæ generis.

Opulentiores Cives contuberniis, quæ numero quinque ſunt, nomen dare ſolent, aut uni è tribus Rhetorum Collegiis.

Arcûs chalibei majus cœpit ante annum 1381. minus anno 1388. Sagittariorum anno 1422. Sclopetariorum anno 1477. Gladiatorum anno 1480.

Ut autem multitudinis aliqua haberi poſſit ratio, obſervo nuper inſtituto vectigali caminario inventa (non venientibus in numerum caminis pauperum & aliàs ab ejuſmodi onere exemptorum) 20048. caminorum.

Cetera plebs in opificum claſſes 52. dividitur, quę in novem diviſæ ad honores aſcendunt & conſilium.

Ubi libet annotare ludos Bruxellæ celebratos, aut alibi Bruxellenſibus cum præmio reverſis.

Anno 1441.

Haſtiludia 225. nobilium indicta & celebrata.

Anno 1444.

Et quadriennio poſt advocata præcipua Belgii contubernia arcu decertarunt.

Ut taceam ludos annorum 1429. 1493. à Rhetoribus indictos, 1500. à Baliſtariis, itemque 1516.

Anno 1594.

Bruxellenſes Tornaci in 48. Urbium conventu, pulcherrimi introitûs, ut loquuntur, præmium retulerunt. Ludis Mechlinienſibus primâ honorati laureâ redierunt.

Anno 1458. Ex diplom. dato in Junio.

Leges de injuriis & mulctis Henricus Dux urbi dedit.

Joannes III. præcipua dedit privilegia à ſucceſſoribus confirmata. Sanctiones de Matrimoniis & ſucceſſionibus à Senatu ſunt, & leges lanionibus præfixæ. Anno 1229. Anno 1272. Anno 1306. Anno 1327. Anno 1553.

Præcipua urbis Privilegia ſunt.

Datum ab Angliæ Rege ne cives in ſuo regno liceat arreſtare. Anno 1338. Ex diplom. Eduardi R. dato 28. Auguſti.

A Franco datæ immunitates per totum regnum maximæ. Anno 1375. Exemplar eſt apud P. de Thymo p. 5. titulo 4. c. 40.

Ab Hiſpano Rege } cõfirmatę conſuetudines,
Ab Imperatore } jura, privilegia.

A Colonienſibus certæ poſt initum fœdus datæ civibus immunitates. Anno 1270. Fœderis tabula data intra octavas Paſchæ.

A Duce obtinuerunt, ne liceat in civis corpus aut bona niſi convicti manum injicere. Idque non niſi per juratos Prætores (qui 6. olim, nunc ſunt 17.) Satellites, ſi capiendus; non niſi in Vrunte (locus eſt & carcer publicus) ſi vinciendus; non niſi per diem, ſi ultimo damnandus ſupplicio.

Denique ne ob parentis demeritum bonis exuatur filius: & ne quis à creditore, ut loquimur, arreſtatus, ullius authoritate poſſit dimitti, & ſi diffugerit, exulet. Conceſſum anno 1328. Vigiliâ Pentecoſtes.

Joannis primi dono obtinuit Urbs jus portorii & ponderum, & reditus mœnium portarumque. Forum liberum annuatim datum 1487. Societatem iniiſſe Bruxellenſes ſolemnem lego cum Civitatibus Brabantiæ anno 1361. cum aliarum Provinciarum Ordinibus anno 1360. Cum Flandris anno 1339. Comitia Belgii ingenti apparatu celebrata Bruxellæ anno 1487. Anno 1290. Anno 1289. Diploma datum Joannis poſt Mathiæ.

Ordinis Aurei Velleris annis 1435. 1501. 1596. 1605.

Ordinum Brabantiæ ſub Burgundis & Auſtriacis Principibus ſæpius in una Bruxella, quàm in reliquis omnibus opidis.

Stabilem habuit hìc ſedem Conſilium Brabantiæ majus ab anno 1494.

Niſi quod Bruxellâ partium ſtudiis diſtractâ Lovanii hæſerit poſt ſex annos reverſum. Anno 1580.

Inſuper ſuprema Feudorum Curia hìc perſeveravit. Ab an. 1494.

Denique Conſilium Status de ſumma omnium pacis bellique cum Principe agens, hìc ferè manet quando & quia Princeps.

Sicut & Privatum & Financiarum, opum & patrimonii Principum curam habens; & Camera Rationum, quam vocant, ſuprema.

Ad extremum Camera Vectigalium, & Tribunal Venatorium utrumque Principis & per Vicarium ejus adminiſtratum, Quæſtorem & 12. Juratos mediatim Patricios, mediatim plebeos. Tolcamer. 't Gericht van den Horen. 't Woutrecht.

De Bruxella *autem Carmen à me olim exaratum aſcribam.*

Regia Belgiadum, Majeſtatiſque Cathedra,
Fontibus excellens, cincta palude ſuâ.
Virgo patrociniũ, Tutelã Archangelus, omnes
Cui Duces dederunt munera quiſque ſua.
Dis

Dis conceſſit opes, vires Mars, regnaque Juno,
Ornatum Charites munera quiſque ſua.
Læta polo, populoque frequens, fęcunda ſoloq;
Lætè vicinis quæ dominatur agris.
O quam te vocitem Bruxella! id Belgicus orbis
Non capit aut referet, quod capis urbe tuâ.

Quoad rem ſacram. Religionis noſtræ initia hoc loco fundata à SS. Vindiciano, Eligio, Gaugerico crederem, quod illos hìc aut mortuos, aut vixiſſe, aut ab omni antiquitate cultos obſervem.

Habet Bruxella quatuor curæ animarum deſtinatas Eccleſias, etiamſi vulgò ſeptem numerentur: tres enim poſteriores in onere Paſtorali quoad nonnulla communicant, non tamen quoad omnia. Eæ ſunt inſcripta

Nunc Vicariatus eſt ſub Plebano S. Gudelæ. Facta eſt Parochia S. Gaugerici circiter anno 1525.

D. Gaugerico Antiſtiti antiquiſſima illa & Sacellum Ducale olim, quo Carolus Lotharingus D. Gudulæ corpus ex Morſella, ubi negligentiùs & contemptim habebatur, advectum tranſtulit.

Sita eſt in veteribus oppidi mœnibus & antiquitatem ipſa ſtructura præ ſe fert, inſigni civium Sodalitio inſtructa.

Nunc à D. Gudula nomen ſervat. Ex diplomate ejus dato Indict. 15. cujus copiam ex Archivis mihi fecit D.P. Pantinus Decanus vir undequaque magnus. * Ei anno 1222. in Febr. aſſignata à Capitulo penſio certa. †Ex Literis Eugenii Papæ datis Idib. Martii anno 1435. per eundem mihi communicatis.

Michaëli Archangelo & Gudulæ Virgini, à Balderico Comite aucta (anno 1047.) & in Parochialem erecta, à Gerardo Cameracenſi dedicata, delato iſthuc Virginis Gudulæ feretro. Cujus *Plebanum non niſi formatum *Theologiæ*, ut loquimur, Baccalaureum fieri † Pontifex decrevit.

Templum duabus inſigne turribus ad quas 500. gradibus aſcenditur.

Cujus excelſum pario Jaſpide opere Corinthiaco ſplendens nuper piorum eleëmoſynis in templi medio erectum eſt.

Ad latus odei Sacellum conſpicitur ubi tres aſſervantur hoſtiæ à Judæis confixæ, (anno 1396.) purum ſtillantes ſanguinem, quæ hodièque ingenti hominum frequentiâ viſuntur.

Conſpiciuntur hìc etiam duorum Ducum & Archiducis Erneſti ſepulchra, & aliorum nobilium Cenotaphia infinita.

Fuit hìc ante quinquennium Clementis octavi dono publicatum & celebratum Jubilæum tantâ hominum frequentiâ, ut ſtuporem omnibus injecerit.

Anno 1134. aut anno 1210. Litteræ datæ in Decembri, quarũ copia extat apud Petrum de Thymo p. 4. titulo 4. c. 13. Literæ conventionis quoad collationem Paſtoratus inter Capitulum & Abbatem datæ Indict. 13. epact. 4. ſunt p. 4. titulo 1. c. 9. Vide hoc Molebecam.

Virgini Matri, cujus Capella, aucto hominum numero, aucta & in partem curæ animarum aſſumpta eſt, per Zegerum Archidiaconum Brabantiæ, Robertum Abbatem Affligimenſem, Balduinum Scholaſticum Lovanienſem diviſâ Parochiâ.

Catharinæ Virgini, quæ tamen revera tantùm pars aut Vicaria extat Molebecæ, producto urbis pomerio Parochiali jure donata.

Cujus Paſtor dum hæc ſcribo D. Petrus Vinc Archipresbyter eſt, & ruralium Eccleſiarum curam habet: ubi nuper recluſorium contiguum inſtitutum eſt.

His annumerantur vulgo in quibuſdam munii Paſtoralis compotes

S. Jacobi in Caldeberga } Capella { De qua conventum lego cum Capitulo.
D. Nicolai in foro inferiori

Anno 1287. Sic vocatur in Bulla Alexandri Papæ data an 1174 Indict. 7. 8. Idus Apr cujus copia extat apud Petrum de Thymo p. 4. tit. 3. c. 3.

Ulterius vetus Bruxellæ eſt Canonicorum Collegium in primaria æde.

In cujus fundatione non admodum conveniunt ſcriptores & ſcripta.

Ita ſentit Petrus de Thymo p. 3. titulo 2. c. 1.

Præriſque placet Lambertum I. Comitem 12. Clericorum præbendas inſtituiſſe: aliis magis videtur Henricum filium id feciſſe.

Anno 1023. Id manifeſtum ex diplom. eius dato Indict. 6. Epiſcopatus an. 23. Regni Henrici 22. Ex diplom. ſupra citato clare id diſces, quod integrũ hodieque in Archivis ſervatur. Ex diplo. ejus dato in Octobri cujus exemplar vide apud Petrum de Thymo p. 4. c. 17. titulo 4. Ex diplom. dato in Octobri quod vide apud eundẽ c. 20. literas datas in Auguſto, vide c. 36.

Ego ut eos in concordiam reducam, concedo Lambertum primum Eccleſiam S. Michaëli & ſtruxiſſe & Clericos ibi conſtituiſſe. Henricum autem à Lietberto Epiſcopo Eccleſiæ immunitatem impetraſſe. Lambertum verò ſecundum, ſive Baldericum, bona quædam aſſignaſſe anno 1047. & *in* 12. *Clericorum* (ſic Canonici vocantur) uſus diſtribuiſſe, authoritatem facientibus Leone Papâ, Henrico Cæſare, Gerardo Antiſtite. Denique Henricum Ducem noſtrum duas Sacerdotales Præbendas addidiſſe an. 1216. Guilielmum Rhemenſem Archiepiſcopum ob frequentes Canonicorum abſentias partitis eorum bonis Vicarios conſtituiſſe, aſſenſu Henrici Ducis an. 1220. qui Dux aucto multum Capituli peculio 10. novos, ſive minores Canonicos ſuperaddidit anno 1226.

Quod pronuper Principum Archiducum piâ munificentiâ non parum augmentatum eſt anno 1604.

Anni hic aſſcripti ſunt, quibus Canonicatu aut vita defuncti ſunt.

Evecti ſunt ex hoc Collegio ad Epiſcopalem Cathedram

Veſontinam Franciſcus Buſleiden an. 1502.

Mechlinienſem Joannes Hauchinus anno 1579.

Leodinam Maxæmilianus à Bergis anno 1559.

Tornacenſem Maxæmilianus Morillon anno 1579.

Antverpienſem Joannes Miræus anno 1603.

Buſcoducenſem Laurentius Metzius anno 1579.

Ex communicatis mihi per R. Petrum Pantinum Decanum petitis ex Codice mortuario.

Brugenſem Jacobus Pamelius anno 1579.

Gandenſem Petrus Damantius.

Habuit & Antiſtitem Trapezuntinum anno 1353.

Jacobum Anthonii J. U. Doctorem, Vicarium Cameracenſem anno 1503.

Philippum Nigri, Cancellarium Aurei Velleris defunctum an. 1562.

Joannem Eynatten Doctorem, Ultrajectenſem Præpoſitum & Cæſaris Conſiliarium anno 1493.

Joannem Bont Cancellarium Brabantiæ an. 1454.

Paulum de Rota Theſaurarium Cameracenſem anno 1470.

Ut taceam plurimos Ducum Conſiliarios, Sacellanos, Doctores, &c.

Eſt inſuper intra oppidi muros Regularium S. Auguſtini Canonicorum Præpoſitura, ſed abſoluta & à nullo Abbate dependens.

 Quam

Fx literis ejus datis in Julio & confirmatione Henrici alterius data anno 1256. feria 3. Maii, quæ extant in Codice veteri per Præpoſitum mihi oſtenſo.
An. 1228. quo etiam datæ literæ conſenſus Capituli
Anno 1130.
Divæus l. 5.

Quam licet vulgò credatur & ſcribatur Luduvicum Pium inſtituiſſe, tamen ex diplomatibus ſcio *Henricum Ducem Eccleſiam B. Jacobi de Frigido monte contuliſſe Canonicis Regularibus ibidem Deo famulaturis perpetuò poſſidendam.* An autem ante eum Godefridus Dux Cœnobii jecerit fundamenta, præterquam quod tradunt Hiſtorici, ignoro. Hoc certum, partem ſalutiferæ Crucis ab eo huc tranſlatam eſſe Hieroſolymis allatam. Cujus occaſione inſtituta hìc ſacra civium ſocietas anno 1383.

Ex diplom. quæ extant in Codice dicto.
Anno 1456.

Patronatus aliquot Eccleſiarum credo à Duce eſſe, aliàs dotem Cœnobii arbitror per privatos eò diſciplinæ regularis amore confluentes procuratam. Philippus Dux primus Præpoſitum deſignavit *Capellanum ſuum domeſticum.*

Templum lapidibus ſtratum anno 1301. in quo Viri inclyti Emundus Dynterus, Oliverius de la Marche (ob. 1501) ſepulturæ locum nacti ſunt. Cæmeterium muro cinctum anno 1430.

Domus Præpoſiti, uti ex inſcriptione patet, extructa ad annum 1466.

Religioſi olim ſeparatim & ſuo peculio victitabant. *Ordinationes de obſervatione Ordinis* factæ ſunt anno 1303.

Quæ ipſæ ad modum regulamque quam nunc ſervant nihil accedunt.

Præpoſitorum primus Gilbertus ordinatus onno 1225. ſucceſſerunt Henricus non injuriâ *Pii* nomen adeptus anno 1250.

Leonius *Bruer* Vir prudens anno 1286.

Valterus de *Rubra* Rodenſis Canonicus anteà, anno 1291.

Joannes de *Fura* claris ortus natalibus anno 1302.

Joannes *Catharinæ* anno 1307.

Geſelinus *Hinckaert* Patriciâ ſtirpe natus anno 1329.

Joannes *Bruer* anno 1331.

Hermannus .... anno 1336.

Joannes de *Fraye* anno 1341.

Dionyſius *Ereſt* anno 1342.

Joannes de *Pede* Senatorii Ordinis, anno 1376.

Theodorus *Lombeke* Equeſtri familâ oriundus, anno 1397.

Ægidius *Lombeke* ſuperiori affinis an. 1399.

Gerardus de *Platea* Vir ob vitæ integritatem magnæ exiſtimationis anno 1432.

Henricus *Spiekart* Vir egregiè doctus anno 1454.

Ægidius *Strael* Ducum Conſiliarius quique primus à Pontifice jus mitræ & infularum obtinuit anno 1500.

Hermannus de *Tumba* anno 1535.

Ægidius de *Dieſt* anno 1550.

Nicolaus *Marie* anno 1558.

Joannes *Couwenberch* anno 1564.

Judocus *Cuſtos* anno 1572.

Joannes *Rapelborch* anno 1581.

Quo vitâ functo, ordinatus qui modò præeſt D. Joannes *Bonecroy* anno 1586. cujus beneficio hæc pleraque antiquitatem & laudem loci contingentia obtinui & ex veteribus Cœnobii ſcædis compilavi:

Eſt & alia Benedictinorum à S. Sepulchro Cameracenſi dependens Præpoſitura, olim juxta nunc intra muros oppidi.

Verba literarum ſunt per D. Præpoſitũ mihi tranſmiſſarum.

Quam Godefridus Dux fundavit & perſpiciens *hominum ſalutem in eleëmoſynarum largitione conſiſtere; Principibus verò hujus ſeculi utpote qui ampliùs acceperunt à Deo, ut retribuant ei, id ipſum magìs congruere; Allodium ſuum Bruxellæ oppido adjacens & capellam ad honorem Dominici Sepulchri & Genetricis Mariæ extructam Paruino Abbati & Monachis S. Sepulchri in eleëmoſynam dedit.*

Et quidem ex hoc tempore ſolet S. Sepulchri Abbas ex ſuis aliquem & nonnumquam aliquos huc dimittere, quorum unus Præpoſiti nomine ornabatur; olim quidem ad placitum Abbatis revocabilis, nunc poſt confirmationem à Duce botentam non niſi perſpectâ cauſâ amovibilis.

Bogardorum Cœnobium à privatis inchoatum anno 1330. Origo à Pannificum Collegio, qui ſenes ibi ſuos nutricabant.

Anno 1159.
Literæ 8. Octobris datæ extant in M. S. Sanctionum D. Clarii.
Anno 1227.
Literæ conventionis cum Capitulo datæ anno 1244. extant apud P. de Thymo p. 4. titulo 5. c. 6.
Anno 1579.

Quibus à Senatu permiſſum tertiam D. Franciſci regulam aſſumere.

D. Franciſci Regulam profeſſis publico conſenſu & privatarum eleëmoſynis locus aſſignatus ſtructumque Monaſterium.

Religioſi per Botendalenſes reformati, Cœnobio & urbe juſſi exulare per hæreticos, à Farneſio Parmenſi Principe in integrum reſtituti ſunt.

Ubi Alfonſus à Caſtro ſcriptis contra hæreticos clarus defunctus eſt.

Sicut & Servatius Myricanus qui Enchiridion Regulæ S. Franciſci edidit.

Obiit 1559.
Anno 1406.
Extat tamen litera conventionis inter Prædicatores & Capitulum data anno 1310. in P. de Thymo p. 5. titulo 2. c. 37.

Fratribus ad B. Dominici præſcriptum viventibus ab Adolpho Raveſteinio Toparcha Cœnobium ædificatum. Is Adolphus primus Cliviæ Dux natus fuit, cum Anna Philippi Boni filia, uxore in medio chori quod extruxerat, ſepultus. Obiit ille anno 1492. hæc an. 1504. Philippus filius chori lateralis extructor anno 1527. Perfectus Chorus anno 1529. Concameratio Templi anterioris anno 1548. Rectectum per. hæreticos vaſtatum Cœnobium à Dominico Segers, mortuus is anno 1603. Ex hoc Conventu ſunt Joannes à Bomalia Th. eximius, qui ſuper Threnos Hieremiæ ſcripſit. Hieronimus Lilleboom verbi Dei præco exim. obiit an. 1552. Richardus de Rivo, cujus doctiſſima extant in libros ſententiarum ſcripta. In hoc Conventu eſt Capella & Societas Hiſpanorum inſigni pietate fundata anno 1559.

Ubi Daniël Iſcaſcanus ſanctitate claruit, aliique complures.

*Anno 1300. aut circiter.
Anno 1336. extitiſſe patet ex dono cujuſdam domus per Joannem de Cockelberghe iſtis fratribus facto, de quo literas mihi communicavit D. Thomas Gratianus Prior & Provincialis Auguſtinianorum.
† Anno 1406.
Litteræ concordiæ inter eos & Capitulum datæ

Erat ante annos trecentos *Bruxellæ Fratrum tertiæ Regulæ Collegium ſub Miniſtri unius obedientia, à tenuibus initiis duorum puta aut trium ſocietate mediocriter auctum, & tandem Cœnobiis † oppidi aſſociatum.

Quod

penult. Martii Indict. 3. ſunt in Archivis D. Gudulæ.

Quod nuper aſſumentibus habitum iis qui ſupererant fratribus, Eremitis S. Auguſtini Epiſcopali, Senatoriâ, & Capitulari authoritate accedentibus conceſſum eſt.

Anno 1589.

Qui pronuper à Senatu aliquantulum adjuti Humaniorum diſciplinarum Gymnaſium aperuerunt maximo civium applauſu & emolumento.

Extant literæ receptionis eorum à Capitulo datæ an. 1292. in Auguſto apud Petrum de Thymo p. 5. titulo 1. c. 15. & fundatio prima in ambitu ſupra oſtium extat Simone Stoch Generali conſentiente & Innocentio IV. Papa.

Fratribus à Monte Carmelo & nominis & Ordinis ſui rationem petentibus Brabantiæ Dux in urbe locum procuravit uſibus ſacris & monaſticis convenientem. Ubi & Joanna Duciſſa & poſt ipſam Principes alii ſepulturæ locum elegerunt.

Ubi Laurentius Cuperus, qui Mantuani Scripta recognovit, Priorem egit; ſicut & Joannes Carthinius qui Conciones & Commentaria ſacra plura reliquit. Ex Religioſis Roncrum Pontanum Theologum Hiſtoricum habuit.

Poſt an. 1588.

Franciſcanis, qui à Capucio vocantur, rigidiorem vitæ modum amplexis noſtrâ memoriâ extructum Monaſterium eleëmoſynis Hiſpanorum & Italorum potiſſimum.

Ubi ab annis aliquot Novitiatus fuit.

Anno 1174. Literæ datæ Avinione Indict. 7. Pontificatus anno 15. 5. Idus Aprilis extant apud P. de Thymo p. 4. titulo 3. c. 5.

Fuit ab omni hominum & ſcriptorum memoria Hoſpitale S. Nicolai, quod non dubito quin unum ex tribus ſit ab Alexandro Papa citatis & in ſuam protectionem receptis.

Anno 1253. Literæ Scabinales in Novemb. datæ ſunt in M. S. Sanctionum quod D. Clarius mihi cõmunicavit.

Viſumque fuit Senatui, utpote piarum fundationum protectori, ut *præbendam hic habentes* ſint inſtar Religioſorum *ſcapularium & veſtes gryſias ſive brunas geſtantes*.

Anno 1310. Bulla data Avinione Kalen. Auguſti Pontificatûs an. 4. extat apud Petrum de Thymo p. 5. titulo 2. c. 33.

Id in Privilegio Joannis Ducis dato an. 1295. in Januar. refertur.

Qui ab habitu Fratres *Sacci* & aliàs *de pœnitentia Jeſu Chriſti* dicti, cùm ad unum demortui, ordoque extirpatus eſſet, Clemens Papa locum eorũ in hoſpitale & Capellaniam convertit. Hi Saccitæ de Tribubus erant rei familiaris inopiâ preſſi & ætatis ingraveſcentis malo, fuêre primitus quatuor, deinde ſeptem, mox aucto ſecundùm opes numero, anno 1397. 15. Junii quatuordecim. Anno autem 1404. decretum ut præbenda vacatura applicaretur ad ſartatecta Sacelli Magdalenæ quod eis proprium erat.

Anno 1462. Ex M. S. Rubeæ vallis f. 323.

Magiſtratus autem interjecto tempore eorum proventus Carthuſianis in SCHOETE loco ſuburbano fundatis aſſignavit.

Ex Codice per D. Priorem mihi cõmunicato.

Anno 1582.

Quo noviſſimè per hoc civile bellum diruto Monaſterium aliud tutiori loco in urbe ſtruxerunt ſtruuntque.

Anno 1584.

Patres Societatis Jeſu Bruxellam primò advenerunt ex caſtrenſi peculio ſuſtentati, nunc ex publicis & privatorum eleëmoſynis collecto ære, & Collegium & Scholam aperuerunt, maximo juventutis fructu.

Anno 1604.

Fuerunt inſuper Bruxellæ Hieronimiani loco ubi nunc Virgines D. Claræ agunt, ſed de quorum fundatione nihil certi habeo, ſolentque etiam recenti memoriâ inſignem ludum literarium habere & 200. ampliùs diſcipulos erudire.

Ex poſtea communicatis diſco; Domum novæ fundationis ſub vocabulo Annuntiationis Beatæ Mariæ (ſic enim vocabatur) ad opus Fratrum in communi viventium fundatam 1422. 15. Maii, per Philippum de Calido Campo, & Catherinam eis dictam Slofs.

Ex fundatione per Priorem communicata.

Sunt etiam Alexiani ſepulturæ mortuorum operam navantes.

Anno 1362.

A Joanne Collay dotati ſub tutela Eleëmoſynariorum & ipſi ſub tertia D. Franciſci Regula militantes recepti in urbem.

Anno 1340. Teſtamentum prioris datum 10. Octobris. & inſtitutio poſterioris ſunt in Archivis D. Gudulæ & Petro de Thymo p. 5. titulo 4. c. 53.

Scholares autem illi quos *bonos pueros* vocant & eorum Collegium à Petro de Huffle deſtinatum, à Joanne T'ſerclaes Canonico tunc, poſtea Epiſcopo fundatum eſt ex legatis potiſſimum ſupradicti Petri.

Anno 1477.

Virginum Cœnobia in urbe Bruxellenſi ſunt.

Beginarum Curia loci amplitudine & amœnitate totius Brabantiæ facilè prima à tenuibus initiis ante annos 350. inchoata.

Anno 1296. Literæ datæ Jovis ante Pentecoſtem extant in Codice M. S. D. Clarii.

Ex literis Nicolai Epiſcopi conſenſum Capituli approbantis.

Anno 1252. in Octob.

Lego certè, quod arguit eas magno tum numero fuiſſe, virgines Beginaſii vulgò *Vinea* dicti & Curatum & quatuor Magiſtras habuiſſe, & quoad operas ſuas manuales certum cum Decanis opificiorum iniiſſe contractum. Receptæ autem ſunt à Capitulo permiſſumque eis in Molenbeca habitare; datuſque eis protector Abbas S. Bernardi anno 1274. ſtructumque ad uſum infirmarum ædificium à Duce an. 1294.

Nunc trecentarum numerum excedunt virgines, olim millinarium longè exceſſiſſe ſcio.

In diplom. vocitur B. Mariæ in monte Sion vulgo S. Eliſabethæ Cœnobium. Anno 1420. & 1422. Virginibus conceſſo.

Prioratus Regularium Bruxellæ tali initio propagatus eſt.

Ex ſcripto quodam veteri de origine Cœnobii tractante præfixo Codici reditnum per Antiſtitam Virginum mihi communicato.

Loco, cui palus olerum nomen erat, cis B. Laurentii Sacellum recluſæ aliquot Virgines Deo famulabantur, impetrato per Sacerdotem Religioſum Arnoldum van Rienevelt ab Hinckartiis.

28. Junii anno 1432. ædificium inchoatum.

Literæ conſenſus Capituli datæ anno 1437. 1. Auguſti extant in Archivis ejuſdem.

Epiſcopales datæ anno 1434. 17. Auguſti ſunt in Archivis Cœnobii.

Donec Margareta van Bruele ſub tertia D. Franciſci Regula ibidem Deo militans pio religionem propagandi tacta deſiderio inſtitit ut Cellaria hæc in Cœnobium Virginum recluſarum mutarentur, adeoque rem ope & favore ſuo Eliſabetha Portugalenſis Philippi Ducis conjux adjuvabat, Joannes Likerkius Cameraci Antiſtes Regulam S. Auguſtini præſcribebat.

Nunc florentiſſimum, ſi integritatem vitæ ſpectes, habetur Monaſterium ubi ultra 70. Virgines Deo vitam & virginitatem ſuam profeſſæ nunc agunt, in duplum plures futuræ, ſi locus & media paterentur.

Anno 1238. receptæ. Vocatæ Virgines de Cluſa Zoniæ.

Ejuſdem Inſtituti Veſtales in urbe ſunt locum nactæ quem olim Victorinæ *albæ Dominæ ſive ſorores de porta S. Catherinæ* dictæ, obtinebant, quarum hæc origo.

Literæ Epiſcopales concordiæ inter eas & Capitulum quibus permiſſum eas ibi habitare, datæ in Novembri extant apud P. de Thymo p. 4. titulo 5. c. 3.

Anno 1424.

Ex Chronico Bethlemitico l. 4. artic. 2. c. 13.

Ex eodem l. 6. art. 8. c. 14.

Anno 1455. id factum.

Vulgo Jericho vocatur.

Recluſæ 3. in Zonia ad juſtum auctæ numerum ab Epiſcopo obtinuerunt jus regulam S. Auguſtini ſub Prioribus Rubeæ & Viridis Vallium amplectendi. Et denique earum cura Cœnobiarchæ in Throno commiſſa. Cùmque ſupra dictæ Victorinæ ſolutiùs, quam par erat, viverent, facilè impetratum ut hæ illarum in locum ſurrogarentur, qui vulgo dictus *Roſa B. Mariæ in Jericho*. Virginum numerus ante turbas has major eſſe ſolet quinquagenario.

Accedit

Anno 1559.

Accedit his Anglicarum Virginum ſub Regula D. Benedicti nuper inſtitutus privatorum ſumptu & auxilio Principum noſtrorum Conventus.

Vulgo DE ARME CLEREN, Ex informatione per loci Abbatiſſam mihi facta.

Inſuper primam Regulam D. Claræ paupertate & abſtinentiâ ſequentium Abbatia (ſic vulgo vocant) ante annos 100. cœpit loco, ubi anteà longo tempore Tertiariæ Collectæ vixerant, arctius hoc vitæ genus volentes lubentes amplexæ, adjuvante conatus pios Domino d'Eſau. Numerus Virginum eſt 50. major.

Anno 1502.

Vulgo RYCKE CLEREN. Vide Op. Bruxellam.

Aliarum autem quæ regulâ & nomine eiſdem, ſed non rigore, ſecundo à ſuperioribus gradu cenſentur, Collegium ex Opbruxellâ in urbem tranſlatum eſt occupato Hieronymianorum Cœnobio, accedente ad preces Senatûs Pontificiâ auctoritate.

Vulgo S. PEETERS TE SIEKELIENS. Ex Privilegio veteri & diplom. ubi earum ſe advocatum Dux declarat dato anno 1269. per Margaretam de Berthem Antiſtitam mihi communicatis.

Ad hæc Virginale Collegium eſt in urbis parte remotiore D. Petro inſcriptum, à Duce & oppido anno 1213. donatum, ut leprâ infecti cives inibi à Veſtalibus foveantur. Numerus earum nunc 7. nunc 9. fuit, Auguſtini Regulam amplexæ ſunt. Amplius Auguſtini ex præſcripto viventes, quas *Nigras* ſorores vocant, ægris operam ſuam totâ urbe locantes Bruxellæ extitiſſe probantur ab annis 300. & initium à ſex, quæ & Habitum & Regulam poſt aſſumpſerunt, Virginibus habent. Ex præſcripto Papę Alexandri anno 1503. clauſæ.

Vulgo SWERTE SUSTERS. Ex relatu Præfectæ, nec enim diplom. ſuperſunt.

Anno 1506. Ex teſtamento cujus copia extat in Codice Capitulari per D. Pantinum mihi ſuppeditato.

Et denique titulo & exemplo Mariæ Magdalenæ ad meliorem frugem converſæ mulieres ſuum habent Collegium. Cujus initia debentur Marco STEINBROECK Plebano & Canonico D. Gudulæ relinquenti ad uſus pios domum ſuam, accedente ad hoc & oppidi & Capituli voluntate. Ceterum Pœnitentes quæ huc ex magno animæ naufragio evaſerunt, primò certam ad cujus præſcripta viverent, Regulam non habuerunt, auctæ numero certam legem vivendi acceperunt, & denique Inſtitutum S. Auguſtini reformatæ ſuſceperunt.

Anno 1174. Literæ datæ Avenione Pontificatus anno 13. Indict. 7. 5. Idus Apriles. Extant apud P. de Thymo p. 4. titulo 3. c. 5.

Hoſpitalia in urbe tria in ſuam protectionem recipit Alexander Papa anno 1174. ſed quænam illa ſint, definire non poſſem.

Id ſequens diploma refert.

Hoc ſcio, Noſocomium publicum D. Joanni inſcriptum (ubi omnes omnis generis ægri curâ & ære publico per Medicum & Chirurgum peculiares foventur curanturque). *ab Henrico Duce inſtitutum* & dotatum non mediocriter: cujus templum anno 1131. à Pontifice aſtantibus pluribus Epiſcopis dedicatum.

Anno 1211. Literæ datæ in Octobri extant apud P. de Thymo p. 4. titulo 4. c. 14.

Ubi utriuſque ſexûs homines *Fratres* & *Sorores* dicti infirmis ſubſervientes olim, certas à Joanne Cameracenſium Epiſcopo vitæ leges, quas ſequerentur, acceperunt. Regulaque eis confirmata ab Epiſcopo anno 1220. Nunc ſolę Sorores ſed magno numero ægris ſubſerviunt.

Anno 1138. Confirmat Dux hanc donationem, & videre eſt apud P. de Thymo p. 4. titulo 1. c. 10.

Cùm Riſeldis Virgo locum ſuum atrio D. Gudulæ vicinum Alberto Parochiano in pios uſus contuliſſet; is domum *Hoſpitalitatis Beatæ Mariæ & duodecim Apoſtolorum* ibi fundavit.

An. 1255. ubi vocat Hoſpitale D. Gudulæ.

Quibus etiam vivendi Regulam Epiſcopus præſcripſit: ubi magno fervore Religioſa quædam pauperibus & ægris ſubſerviens, peculiari veneratione D. Urſulam & ſacrum ejus Sodalitium proſequebatur. Adeoque defuncta per horas aliquot, ſub Veſperarum tempus revixit, advocatis Sororibus confeſſa ſe Urſulæ & Divarum Virginum interventu à pœnis purgatorii ereptam juſſamque idipſum ſuis denunciare. Quo facto, iterùm ad mortem ſe compoſuit: & equidem puto exinde hujus Divæ venerationem hoc in hoſpitali receptam, cujus hodieque nomen ſervat. Nunc contigua duo ſunt Collegia, quorum in altero Virgines Religioſæ, altero Vetulæ diverſantur.

Literæ in Februario datæ extant in Archivis D. Gudulæ.

Circa an. 1260. Ex Thomæ Cantipratenſis libro Apum qui in eodem hoſpitali plures ſanctas virgines ſe noviſſe teſtatus. Vide etiam annalium noſtrorum partem 1. c. 34.

Sunt inſuper Bruxellæ quatuor excipiendis hoſpitibus & peregrinis deſtinata domicilia, ubi unicuique advenæ, triduum hærere permittitur. Puta

S. Giſleni.
S. Jacobi.
S. Laurentii.
S. Cornelii.

Præter quæ ſcio Bruxellis eſſe ultra triginta domos diverſo tempore à diverſis opulentioribus fundatas in uſus pauperum, aut ſenum, aut ægrorum.

Nec pauciora his (non venientibus in numerum iis quæ ſupradictorum Monaſteriorum alicui anneсtuntur) ſacella ſunt, partim publica, partim Principum, aut Procerum, qui ferè domeſtica ſacra habent.

Addo quindecim diverſis in locis templiſque ſacras civium Societates erectas, ad augendam populi pietatem mirè conducentes.

Inter publica ſive ſitum, ſive amplitudinem, ſive ornatum inſpicias, primum eſt nec omittendum *D. Virginis in Zabulone*, quod civium collegia pro ſuo & proprio habent. Quoad altaria intellige: aliàs Sacellum ſolius eſt Contubernii civium majoris.

Literæ concordiæ Guldarum cum Capitulo ſub Vencеſlao Duce factæ extant apud P. de Thymo p. 5. titulo 4. c. 38.

Huc tranſlata Deiparæ Icon à quadam Beatrice *Soetkens* ex templo Antverpienſi ſublata, ſed monente per ſomnium Mariâ, & monitum duplici miraculo confirmante. Cùm & Sacriſta Antverpianus reſiſtere parans immobilis hæſit, & navis à portu donec tam ſacri pignoris bajula adventaſſet, nullâ arte potuit dimoveri. Ad famam rei itum à Bruxellenſibus obviam, & Dux ipſe humeris exceptam ſtatuam in Zabulonem detulit: ubi miraculis clarum hodieque conſpicitur; & aſſervatur corpus S. Julianæ Nicomedienſis Virginis. Ubi, dum hæc ſcribo, extructo propriis ſumptibus Recluſorio Margareta ſoror mea unica vitam anachoreticam amplectitur, cui Deus bene velit & cœpta ſecundet.

Anno 1584. Ex manuſcripto Rubeæ vallis, quibus audio conſentire acta urbis, quamquam non viderim.

Ingreſſa an. 1606. converſionis Paulinæ Feſto.

Loca ſacris ſimilia ſunt

Schola publica optimo exemplo à Capitulo, coëmpta domo, inſtituta.

Anno 1367. Literæ datæ 20. Julii ſunt in Archivis.

Schola Capellæ non parvâ immunitate gaudens per Eccleſiæ præfectos & Præpoſitum non multò poſt inſtituta.

Præter quas & ſupradictas Societatis Jeſu & Auguſtinianorum in urbe (venientibus in numerum

merum ubi pictura & peregrini idiomatis docetur ſumma) eſſe intelligo ſupra 45. ludos.

Anno 1596.

Nuper etiam Anna ſoror mea, & Maria de la Samme ad D. Catherinæ honorem coëmerunt, adornarunt, & partim fundarunt Collegium puellare, ubi juſto numero 30. & amplius Virgines habitant, aluntur, docentur pietatem, modeſtiam, opera manuaria idque gratis. Earum Deus zelum adjuvet, & vos quibus ampla res domi eſt.

Huc referenda inſignis publico ære ſtructa coërcendis qui in phreneſin inciderunt, honeſto loco natis. De quibus fovendis Decretum extat anni 1461.

Per litteras 11. Decembris datas quibus hujus diſpoſitio Eleëmoſynariis permittitur Heylig Geest-huysen Vulgo. Per Nicolaum IV. approbatæ anno 1048.

Et alia expoſitiis infantibus nutricandis dedicata per Nicolaum *Valkenaer* & Catherinam *Wilhems* anno 1568.

Denique ſolent olim ſeptem in oppido eſſe eleëmoſynarum Diſpenſatoria, quæ *S. Spiritûs* nomine vulgo vocant.

Extra portam Lakenſem.

Ex urbe ad ſuburbanum progredior, & obſervabit mecum Lector, quacumque egredior porta, me Religionem offendere.

Data ei an. 1390. Literas hac de re vide apud P. de Thymo p. 5. titulo 5. c. 16.
Ex M. S. Rubeæ Vallis folio 308.

Inter pagos, qui libertate & jure oppidi gaudent, lakenſis eſt, ubi miraculis innumeris clara eſt Virginis Matris Eccleſia. De cujus initio legi bello Flandrico cæſum nobilem quemdam à ſororibus illic tumulatum, quæ & ipſæ, ut tutiùs orationi vacarent fortunarum ſuarum ſedem eo transferentes ſacellum extruxerunt. Sed cùm famâ miraculorum frequens concurſus hominum eſſet, & de extruenda majori Eccleſia cogitaretur, adeòque chori fundamenta de more ad orientem jacta eſſent, eluſâ ternis vicibus fabrorum operâ & diſſipato opere, Virgo ipſa per noctis ſilentium viſa apparere & filo cælitus dimiſſo formam ſtructuræ præſcripſit, & ſeptemtrionem verſus juſſit opus diſponi, & perfectam ædem humanis manibus vetuit dedicari; ſe enim locum elegiſſe, filum benedixiſſe.

Non plura de hoc loco adſcribam ſperans fore ut ſeparato opere totam & hiſtoriæ & miraculorum ſeriem deſcribam.

Ter Vorst Vulgo.
Data eis libertas an. 1393. de quo vide P. de Thymo p. 5. tit. 5. c. 20.

Eodem jure gaudent Foreſtenſes, in quorum tractu Abbatia eſt Virginum ſub Regula D. Benedicti viventium, de cujus initio variant ſcripta.

Anno 1096. Indictione 4.
Sic Chronicon Affligimenſe refert.

Eſt qui ſcribit Gillebertum militem, filium Balduini Aloſtani, Fulgentio Abbæ Affligimienſi locum tradidiſſe haud procul Aloſto ubi & mater Oda & ſoror ejus Lutgardis & aliæ complures Deo dicatæ vixerint.

M. S. per D. Comitem de Baſſegnies mihi communicatus poſteriorem probat ſententiam & annum ponit 1106.

Ceterum cum ſacræ in Orientem expeditioni nomen dediſſet Gillebertus, nec monaſterio admodum conveniens locus judicaretur, Abbatem in Eccleſiam Foreſtenſem ſibi ab Odone Cameracenſi Epiſcopo donatam virgines tranſtuliſſe anno 1105.

Sic Balduinus Ninovenſis in Chronico.
Anno 1096. ut ſupra.

Alius refert, Fulgentium Abbam in loco qui Merchtem dicitur, virgines congregaſſe, eaſdemque in Foreſtum ſibi à Francone Caſtellano Bruxellenſi donatum tranſtuliſſe, Cluniacenſis reformationis Inſtitutum ſecuturas; eundemque Franconem Berthildem addunt primam Prioriſſam conſtituiſſe.

Olim B. Mariæ ad Lacum nunc B. Mariæ in Foreſto vocatur.

Hoc certum, à [1]Calixto & [2]Eugenio III. Pontificibus migrationem illam ratam habitam.

1. Datæ anno 1119.
2. Datæ an. 1117. communicatæ mihi ex archivis cœnobii per D. Minæum & Balivum loci.

Et cum ex primæva inſtitutione Prioratus eſſet Affligimio ſubjectus, Guido Epiſcopus certâ ratione ductus eundem ſeparavit, binâ per annum viſitatione Abbati relictâ, correctione Epiſcopo reſervata anno 1128.

Anno 1129. creata.
Ex diplom. ipſius per Balivum Foreſti mihi oſtenſo.

Prima Abbatiſſa *Petronilla Segers* Templarii Equeſtris Ordinis Caſtellani Gandenſis filia, Cameraci benedicta.

Anno 1501.

Prima quæ reformationem & arctius vitæ genus cum perpetuo clauſtro invexit, fuit *Margareta Liekerkana.*

M. S. Hiſtoriæ S. Alenæ.
Anno 1240.
Anno 1482.
Ex inſcriptione ad murum feneſtræ medii templi.

Templum Foreſti à B. Amando dedicatum eſt, auctum ex eleëmoſynis peregrinorum ad D. Alenæ reliquias confluentium, exornatum & fornicibus deſuper tectum.

Nuper occupatâ (anno 1582.) per hæreticos Bruxellâ, combuſtum cum toto ferè monaſterio, ſpoliatumque omni ſupellectile, paulatim reſtauratur curâ Adrianæ de *Petit Cambray*, Antiſtitæ fœminæ prudentis, piæ & humanæ, quæ omnium & locorum & diplomatum & antiquitatum mihi dedit inſpectionem.

In templo Crux eſt, & eſt per omnes has turbas intacta. Et confeſſi ſunt Mechliniæ perduelles & impii quidam, ſæpe ſe malleis funibuſque tentaſſe ut dejicerent aut mutilarent, ſed ſemper fruſtra.

Situs ipſe Cœnobii peramænus, hinc Sennæ fluminis allapſu, inde pulchris fontium ſcaturiginibus, alibi nemore, alibi pratis piſciniſque cinctus.

Ex tabula ubi Abbatiſſarum ſeries cum inſignibus eſt expreſſa.

Virgines hìc fuerunt & præfuerunt, Machtildis Aſcana 4. Catharina Bellefortia 7. Joolenta Iſcana 10. Joanna Hoeſdana 11. Maria Traziniaca 14. Catharina Bouchautana 19. omnes illuſtri loco natæ Abbatiſſæ.

Et ne nominibus paginam expleam, omnes ex prima fundatione jubentur eſſe, nec aſſumi, niſi *Nobiles & Militari familiâ natæ.*

Virginum numerus ab antiquo inſtitutus 23. ſed creſcentibus opibus & nominatim ante has turbas duplo plures fuerunt, & nunc tricenarium excedunt.

Inter ſacram ſuppellectilem inveni tapetia vetera duobus ornata inſignibus, altero leones tres, altero crucem erectam præferente. Inveni & manuſcriptum Codicem Bibliorum picturis auroque exornatum quantivis pretii, cum hac inſcriptione:

Omnibus exuta, tua juſſa Sibilla ſecuta,
Ut ſibi ſit lumen, dedit hoc tibi Chriſte volumen.

Addebant Virgines, fuiſſe ante has turbas argentea thuribula, candelabra aliaque Regalis magnificentiæ dona, eaque omnia ex Anglia eſſe tranſmiſſa, ob liberatam ſecùs altare Foreſtanum filii Regis Angliæ animam à morte purgatoriis ſuppliciis addictam.

B Viſitur

Al. Helena. Molanus ante 18. Junii. M.S. Rubeæ vallis p. 1. M.S. Latinus vitæ ejus editus anno 1603. Gallicè & Teutonicè.

Viſitur hic B. Alenæ Martyris tumulus, multis & recentibus clarus miraculis. Erat illa Reguli Dielbecani Ethnici filia, & dum Foreſtum devotionis causâ ſub noctem iret furtivas Deo noſtro preces fuſura, à Satellitibus patris deprehenſa extracto è viventis corpore brachio Martyrum palmam adepta eſt. Brachium ab Angelis in altare repoſitum, corpus inter abſtruſas ſylvas repertum in crypta reconditum, à Godeſcalco Abba Affligimienſi elevatum, iterumque ab Adriano Epiſcopo Roſſenſi viſitatum, noviſſimè per Antiſtitem Mechlinienſem dijudicatum magno honore aſſervatur.

Anno 1193. Anno 1523. Ex litteris Roberti Croyaci Epiſcopi datis 3. Jan. Anno 1602. Ex litteris ejus datis 14. Febr.

Nux Avellana in cæmeterio monſtratur, ab ipſa Virgine plantata, cujus fructus ſæpè laborantibus fuit ſalutaris.

Extra portam quæ nomen ſervat.

Gaudent & jure civium Bruxellæ Anderlechtenſes, etſi in partem ſacri politicique peculii veniat Baro Gaesbecanus.

Ubi vetus & celebre octodecim Canonicorum Collegium ſenſim auctum & numero & opibus.

Cujus initia hactenùs prçciſè ſcire nequeo, certus ante annos ferè ſexcentos & Canonicos & Decanum & Capitulum fuiſſe.

Docet me vita B. Guidonis, quem manuſcriptus Anderlaci & Rubeæ Vallis codex ſe *comitem adjunxiſſe Beato Wenedalpho Decano Anderlechtenſi in pago Brachbantenſi, in peregrinatione Hieroſolimitana*, & ejus in reditu obitûs & miraculorum nuntium attuliſſe *Vicedecano & Canonicis Anderlechtenſibus* unà cum *annulo defuncti*, prout ipſe ante mortem Wenedulphus juſſerat.

Ad 12. Septemb. Ad Martyrologium.

Et licèt Molanus imò & Baronius B. Guidonis mortem rejiciant in annum 1112. tamen manuſcriptus codex & diplomata arguunt, errorem facilè unius ſeculi eſſe.

Codex quidem in annum 1012. & feſtum Natalis Joannis Baptiſtæ rejiciens ejus elevationem.

Diplomata verò donationum conſentientia.

Ad fundationem Eccleſiæ quod attinet, ea fuit ab antiquo exile D. Petri Sacellum, ad uſus Canonicorum ibi ſacris operantium. Ceterum percrebreſcente miraculorum D. Guidonis famâ tranſlatoque in ſublimius feretrum corpore, ex eleëmoſynis peregrinorum Gerardus Epiſcopus Cameracenſis juſſit illuſtrius, prout nunc viſitur, templum exædificari. Quod in Parochiale erectum eſt Joanne Præpoſito, Adamo Decano & Capitulo Cameracenſi Perſonatum cum decimis ad eundem ſpectantibus conferente.

Anno 1195.

Fundatorum Capituli primorum nomina cur ignorentur, cauſam affert codex vetuſtiſſimus his verbis: *Conſumptis per guerras quæ dudum inter Brabantinos & Flandrenſes fuerant rebus Eccleſiæ Beati Petri Anderlecht. Cameracenſis Diæceſis, depoſt anno videlicet* 1180. *Capitulum dictæ Eccleſiæ medio Ducis Lotharingiæ & D. Walteri de Aa ipſius Eccleſiæ principalis Patroni collegerunt bona ex tunc ad ipſam Eccleſiam ſpectantia, &c.*

Ex diplom. munito ſigillis Ducis, Archidiaconi, capituli, & Patroni.

Ceterum longo poſt Honorius III. donationes omnes Capitulo factas ratas habuit, & *Perſonàs* ipſamque *Eccleſiam, in qua Divino* erant *obſequio mancipati, ſua ſub protectione & B. Petri accipit & ſpecialiter Eccleſiam cum pertinentiis ſuis à Capitulo Cameracenſi liberaliter conceſſam, &c.*

Ex Bulla data Pontificatûs ejus anno 6.

Patroni Eccleſiæ & Collatores beneficiorum ſunt Dux Brabantiæ, credo ob donationes ab Henrico Duce anno 1195. & ab ejus filio anno 1228. factas, aut etiam ob diverſa privilegia & immunitates Capitulo conceſſas: inter quas eſt, ne quem teneantur ad reſidentiam, ut vocant, admittere, niſi in ſacris conſtitutum.

Secundus Collator eſt D. Gaesbecanus, utpotè & tamquam Dominus de Walcourt, idque, ut credo, ob donationes à Waltero de Aa an. 1233. & matre ejus Mahilde an. 1175. & Lamberto fratre an. 1195. factas.

Eſt autem Dominium de Aa beneficium partim Gaesbecæ, & ſupradicti omnes ſe ſcribunt Patronos Eccleſiæ.

Tertio loco inter Collatores eſt Oppidum Bruxellenſe; neſcio an quia Anderlechtenſes ſui fori fecit participes, an potius quia ſucceſſit in jus Gentilium *de Bruxella*, quos conſtat è primis & præcipuis Patronis & Fundatoribus fuiſſe. Nominatim Walterus an. 1175. Mahildis Leonii uxor eodem anno, Leonius an. 1215. Extat tamen in Archivis emptio Dominii de Walcourt, ab Ottone de Mey dicto van Bollenbeke cum jure patronatûs trium præbendarum.

Nec omittendi qui etiam hujus Eccleſiæ Patronatu gloriantur in diplomatibus Sottenghemii. Ex quibus Oliverius an. 1207. Henricus & Ægidius an. 1225. & an. 1230. Ceterum in choro ab omni hominum & Scriptorum memoria tanquam Patroni commendantur ſoli Leonius de Bruxella & Walterus de Aa: & libenter crederem in hujus jus Gaesbecanum, in illius Urbem veniſſe.

Collegii dignitas unica eſt Decanatus ad Collationem Principis ſpectans, ea nunc fungitur D. C. Clemens Anglus Vir & doctrinâ & pietate & humanitate eximius, & ſcriptis editus in luce; cujus beneficio hæc ex Collegii Archivis deprompta accepta feret lector.

Op-Brussel. Anno 1295. Ex diplom. dato Dominicâ poſt Invocavit, quod eſt apud P. de Thymo. Et diplom. dato ipſo Luciæ, quod eſt in libro Sanctionum.

Eſt ampliùs privilegiorum Urbanorum particeps *Superior Bruxella* Senatui Urbano olim ſubjecta. Sed cùm alia omnia urbem quaquaversùm cingentia ad ſpatium 100. paſſuum loca ſolerent commune cum oppido vectigal pendere; hujus unius vectigal ſolere Principi cedere diploma vetus oſtendit anno 1295. datum.

Et marmore Sepulchrali & communicatis per loci Antiſtitem.

Hic Guilielmus Duvenvoirde Oſterhouti Toparcha ſecundæ Regulæ D. Franciſci Virginibus Monaſterium ſuo ære ſtruxit & dotavit anno 1343.

Cujus Templum à Matthia Epiſcopo Trapezuntis dedicatum eſt anno 1346.

Virgines funditus everſo earum Cœnobio per has turbas in ùrbe à Senatu obtentum Monaſterium Hieronimianorum habitant.

Huc

Huc etiam referenda Molenbeca ampla & latè ſecundùm Sennæ Fluvii decurſum protenſa Parochia à collatione Capituli dependens.

Ex diplom. Papæ Alexandri citato ſæpius.

Ceterum cùm producto urbis pomærio potior incolarum pars mœnibus clauderetur, permiſſum ut in ſacellum urbanum D. Catharinæ fons transferretur aut veriùs communicaretur Baptiſmalis cum Sacramentis, ita ut Paræcus quidem ad D. Catherinæ reſideat, Vicarium interim ſuum foris habens.

Osseghem. Droetbeeck.

Sunt etiam Appendices Urbanæ Oſſegemium & Droetebeca.

Ter Elst. Extra portam Algido-montanam.

Eſt denique in ſuburbano Bruxellenſi *Elſtenum*, ob celebre ſalutiferæ Crucis memoriâ Sacellum à magna hominum frequentia adiri ſolitum.

Bonsbetam vocat Chronicon Villarienſe.

Cujus in vicino *Pennebeca* & Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia Virginalis, quam vocant *Cameram D. Virginis*.

Erat Bruxellæ ad D.Benedicti Præſcriptum vivens *Giſla* quædam, cùm deſiderio tamen

Chronicon Villarienſe in 46. Abb.

Ciſtercienſe Inſtitutum amplectendi, quod demum ſub Carolo Villarienſi Abbate perfecit,

Ex Diplom. Ducis per Abbatiſſam mihi tranſmiſſo.

& unà locum ab Henrico Duce ad extruendum Cœnobium impetravit anno 1201.

Quod à tenuibus, ut fit, initiis auctum pulcherrimis ædificiis exornatum nuper incendio

Anno 1581. 10. Septemb.

abſumptum eſt, igne per milites regios injecto, eò quod Virginibus jam ante egreſſis hoſti refugium & præſidium perpetuum eſſet.

Ex communicatis mihi per F. Ægidium Tsiggart Confeſſorem.

Virgines autem, quæ centenarium tunc numerum excedebant, in urbem profugæ, per annos plures multùm cum paupertate & iniquitate temporum colluctatæ, induſtriâ Barbaræ *Taſſiæ* Abbatiſſæ ita conſervatæ ſunt, ut ne una quidem è tanto numero ſepararetur.

Anno 1509. 27. Auguſti.

Nunc autem ad ſuum poſtliminio reverſæ Cœnobium ruinas habitant & paulatim reſtituunt & reſtituuntur.

Ob. anno 1475.

Reformatio aut potius ſtrictior illa vivendi regula introducta per Mariam *Smols* Antiſtitam.

Præter quam fuerunt & genere & inprimis virtutibus illuſtres Abbatiſſæ. Eliſabeth Iſcana 11. Maria de *Ligni* obiit anno 1444. Catharina Aſcana anno 1475. Eliſabeth de Bergis anno 1556. 34. Nunc præeſt Joanna de Penin. Præter quas fuit Prioriſſa Anna Lalana, eſt modò Maria Grimbergana Antiſtitis Cameraceni ſoror.

Magdalena Comitis Hoochſtratani filiæ.

Egit monacham hìc nuper Maria Egmondani Comitis filia, agunt nunc Magdalenæ Comitis Hoochſtratani filiæ, aliæque claro loco natæ complures.

Lib. 2. c. 40.

Mortuus eſt hìc Capellanus Godefridus, cujus in morte Angelorum cantus exauditos refert Cantipratenſis.

Vitam ejus I.d'Aſſignies ſcripſit ex M. S. Codice ibi ſervato.

Hujus alumna fuit Aleydis de Scarebeca, Virgo, cujus ſanctitatem à morte Deus miraculis oſtendit.

Molanus 19. Feb. Anno 1600. die Nativitatis D. Joannis.

Hìc ſepulturæ locum nactus eſt D. Bonifacius Lauſanenſis Epiſcopus, cujus reliquiæ à Cambronenſi & Altimontenſi Abbatibus nuper elevatæ ſunt.

Extra portam Lovanienſem.

Succedit ſuburbanum à S. Jodoco & ejus inibi Sacello frequentibus peregrinorum votis peti ſolito nomen ſervans.

Ubi magnificę Principum aliquot & imprimis Arſcotani Ducis ędes viſuntur, fontibus, piſcinis, & omni quod ad voluptatem facere poſſet inſtructæ apparatu.

Extra portam Mechlinienſem.

Succedit *Scarebeca* famoſo olim ornata recluſorio, quod vitio temporis deſolatum, nuper reſtitutum habitatur à Virgine piiſſima.

Scheut. Extra portam Flandricam. Eſt ſub Parochia Anderlechtenſi.

Nec omittenda in ſuburbano Carthuſia in *Schoete* tali initio propagata. Secus viam regiam in confinio trium hæreditatum exigua quędam & amæna erat planities, ubi iter facientes ferè quieſcere ſolebant. Quorum uſibus Petrus de Aſca ſimplex ſed pius agricola & quercum plantavit umbras æſtivo ſole maceratis facturam, & quercui iconculam Deiparæ ligneam tribus denariis coëmptam impoſuit, quieſcentibus ſubinde aliquid pię cogitationis daturam.

Ex M. S. Rubeæ vallis fol. 313.

Anno 1450.

Evenit, die ſacro Pentecoſtes circa arboris cacumen ingentis lucis ſplendorem à pluribus videri, &, ut fit, magnam hominum multitudinem ad famam concurrere, & eleëmoſynas conferre.

Ad 10000. uno die accurriſſe aiunt.

Quibus colligendis cùm Joannes Anghianus Caſtergatenſis Dominus Prætor Bruxellenſis Cives duos deputaſſet, aucto in immenſum ſacro peculio Sacellum curavit erigendum, dictum vulgò D. Virginis de Gratia.

Anno 1464.

Denique cùm locus Monaſterio opportunus videretur, Carthuſianis è publico ſtructum, & conceſſâ à Senatu bona extinctorum nuper ſeptem Fratrum ſacrorum.

Ex Corona Carthuſiana Dorlandi. Teſte Boſtio in Viris claris Ordinis.

Ubi Henricus de Loë ex Fundatore Pædagogii Porcenſis Lovanii factus Prior & Viſitator per octennium, ſanctitate claruit & ſcriptis.

Ob. an. 1481. cum 40. annis in Ordine fuiſſet.

Extat ejus Commentarius in *Ethica Ariſtotelis ad Nicomachum*, habentur M. S. *Sermones* & annotata *in duas Pſalmorum quinquagenas*.

Hinc evocati aliquot ad alia alibi Cœnobia regenda, interque alios Guilielmus Apſellus hinc ad regendum Brugenſe Cœnobium vocatus.

Teſte Boſtio & Dorlando. Ob. an. 1471.

Qui pulchro opere per omnes Rhetorum flores *de D. Virgine* ſcripſit.

Carmine etiam commentatus *ſuper Oratione Dominica*, opus etiam *de Officio Marthæ*, *vitam S. Ægidii*, *& Epiſtolas* eruditionis ſuæ Teſtamenta reliquit.

DE CANONICORUM ORDINE.

Quod ante nos liberiore ſtylo Molanus fecit, id modò, quatenùs Brabantiam noſtram contingit, breviter, additis quæ in rem facient nonnullis, tentabo, Canonicorum antiquitates ob oculos poſiturus.

Verba Guilielmi Epiſcopi Pariſien. de Collatione Beneficiorum. Vide 14. Octob. in vita Donatiani Archid Verdunenſis l. 2. de Antiquit. Bel.

Officii, operis, militiæ Clericalis nomen eſt Canonicus, eò *quod Apoſtolicæ vitæ Canonem ſectetur*, aut *ſub Canonica authoritate in domibus ſacris Chriſto ſerviat*, dictus.

Nomen præciſè, quando inditum, neſcio; probabile eſt, cùm Apoſtolicæ & communis vitæ olim omni Chriſtiano communis fervor tepeſceret, adeoque ex Clericis plurimi eſſent ſibi viventes, qui priſcæ ſanctitatis tenaces cum Epiſcopis vivebant, Canonicos cœpiſſe nuncupari. Qui ad *Clericatum* accedunt, quod nos vocamus *Canonicam* vitam (ait Carolus Magnus) volumus, ut illi *Canonici* ſecundùm *Regulam ſuam* vivant, & Epiſcopus illorum regat vitam, ſicut Abbas Monachorum. Ubi nota, Clerici nomen olim generale omnibus ad Eccleſiæ ſacra munera aſſumptis, propriè Canonicis attribui, utpote peculiariter in ſortem Dei ab Epiſcopo aſſumptis.

Ex fundatione Collegii Antwerpienſis patet, etiã ante 500. annos appellatos fuiſſe in diplomat. Canonicos.

Vide Pamelium in Cyprianum epiſt. 6.

In Conſtitutionibus editis Baſileæ anno 1547.

De hoc vide Hieronymum Epiſtolâ ad Nepotianum.

Exemplum in fundatione Præbendarum Bruxellenſium.

Qui, *quòd unum Patrem Deum agnoſcerent, unum ſpiritum biberent ſanctitatis, de uno ignorantiæ utero ad unam lucem expiraverint veritatis*, olim commune omnibus Chriſtianis *Fratrum* nomen multis ſeculis retinuerunt.

Tertullianus in Apologetico.

Ita *Fratres* [1] *S. Rumoldi*, addito Divi Tutelaris nomine; *Fratres* [2] *Nivelli Cœnobii* expreſſo urbis nomine; [3] *Fratres Conventûs S. Petri in Lovanio* utroque addito; [4] *Fratres in duobus Monaſteriis Salvatoris noſtri & Beatiſſimi Martini*; & iterum [5] *Fratres Eccleſiæ aut Pontificalis Cathedræ S. Martini* aliter ſpecificato officio; & denique *Fratres* [6] abſolutè pro Canonicos leges appellari.

[7] Ne verò quis miretur Canonicalem vitam *Apoſtolorum Ordinem*, & B. Auguſtinum *primum* [8] *Apoſtolici Ordinis reformatorem* appellari, ſciat non aliudè poſſe nec debere peti vitæ hujus (à qua, proh dolor! nimium quantùm declinavimus) initia & exemplum. Ut enim nemini dubium quin communem cum Clero & ampliùs cum aliis Chriſtianis vitam egerint, ita neminem in veterũ ſcriptis verſatum latere poteſt, idem ſtatim poſt Chriſtianos plures obſervaſſe, inprimis autem Epiſcopos, qui juſtum ex Clero numerum habere ſatagebant, quibuſcum & vitam communem & diſciplinam juxta præſcripta Apoſtolorum haberent, quoſque in ſuæ functionis curarumque partem aſſumerent. Teſtis in Africa Auguſtinus, in Galliis Proſper, Romæ & in Anglia Gregorius. Ceterum non uno omnes modo vixerunt, utpote alii ab Epiſcopo, cui ſuberant, ſuſtentati, alii pro ſua qualitate aut neceſſitate * *Sportulas* accipientes, puta panes, pulmentum, partes eleëmoſynarum, &c. Inde *Sportulantes Fratres* Cypriano Ep. 66. vocantur.

1. Vide In Nivellenſibus.
2. Sic S. Gertrudis Canonicos appellari invenies.
3. Sic loquitur Henricus Dux in donatione Geldonienſi anno 1211. noſtro Capitulo facta.
4. Ita lego in donatione de Lake & Iſſa Ultrajecti duobus Capitulis facta ab Ottone I. an. 944.
5. Godebaldus Epiſcopus in donat. villæ de Medenblica ſic Canonicos Cathedralis Eccleſiæ vocat.
6. In fundatione Altaris S. Andreæ anno 1164. ſic noſtri Canonici vocantur.
7. Apud Zozomenum l. 6. c. 31.
8. Pius V. in privilegio Canonicis Lateranenſibus dato.

Philone teſte de vita ſupplicum quem laudat l. 2, c. 14. Euſebius.

In ſermonibus duobus de communi vita Clericorum.

De vita contemplativa c. 2. & 9. uſque ad c. 15.

Ad quæſtiones Auguſtini Anglorum Epiſcopi.

Vide de his Auguſtinum.

* De his Cyprianus epiſt. 34. Concilium Aquiſgran. c. 112. Vide id à Molano probatum in Tractatu de Canonicis.

Hoc etiam obſerva, non indifferenter nec niſi cum dimiſſoriis Epiſcopi & commendatitiis (quas *formatas* vocabant) litteris aliquem in Canonicum ſolere aſſumi, aſſumptos ſub obedientia Epiſcopi *dormitorio, refectorio communibus, victu & veſtitu juxta facultates Epiſcopi* honeſto & eodem omnes uſos, *lectionem matutinam & menſalem* habuiſſe, clauſtro, unde egredi non liceret, concluſos, ut ex Canonibus Conciliorum liquet.

Ex Synodi Moguntinæ Decretis tomo 3. Concil. c. 9. & Treverenſi Concilio c. 23. & Aquiſgranenſi c. 117. quibus adde Decretum Leonis IX. cauſa 12. q. 1. & Alexandri II. diſtinct. 12. cap. Præter hoc,

Et quamvis voto triplici religionis ſolemni inſtar Monachorum ſe non obligarent, tamen paupertatem utpote nihil proprium habentes: caſtitatem, utpote loco mulieribus inacceſſo, & mixtis juniorum ſeniorumque lectulis ſimul cubantes: obedientiam, utpotè ad nutum Epiſcopo aut ejus Vicario parentes ſervarunt. Canones ſive regulam habebant ab Apoſtolis, Conciliis, Pontificibus præſcriptam diverſiſque auctam temporibus, & pro ratione temporum & locorum in unaquaque Diœceſi mutatam formatamque. Hæc in Synodo & aliàs ſæpius legebatur, & quotidie tempore Primæ unum caput regulæ poſt Martyrologium & memoriam defunctorum.

Vide Molanum Poſſidius c. 26. de S. Auguſtino.

Id probatum Molano l. 1. c. 18. ex Hieronymo & aliis.

Vide Conſtitutiones Caroli Magni de quibus ſupra.

Ita factum in Synodo Rhemenſi anno 813. & vide c. 8.

Vide Molanum c. 14. de Martyrologio & Statutum 9. Concilii Moguntini.

Regulam ſi quis tranſgreſſus eſſet, in quotidiano illo Capitulo coram Fratribus ſui erat accuſator & ab Epiſcopo aut Decano caſtigabatur pro ſuo demerito & delicti qualitate. Pœnæ erant *genuflexiones*, vigiliæ, jejunia *quadragena*, id eſt 40. *dierum in pane & aqua pœnitentia*, *diſciplina*, id eſt dorſi ad flagrum excipiendum nudatio, *carcer*, id eſt *locus intra clauſtra*, in quem magni facinoris rei detrudebantur.

In Regula S. Auguſtini.

Burchardus l. 19. c. 5. Cantipratenſis l. 2. Apum c. 39. Synod. Moguntina c. 134.

Habitus veterum Canonicorum quis fuerit, difficilè foret definire. Accuratè probat Baronius, Clericos non atro aut candido ſed violaceo colore amictos. Hoc certum eſt, alio planè veſtitos fuiſſe modo quam erant monachi, citra tamen luxum & ſordes honeſtè. Et quidem in Belgio toga oblonga à bellatoribus quales olim omnes ferè nigrâ vulgo, & nobilitate quæ olim ſemper coloratis aut picturatis utebatur, ſeparat; linea, & qualis olim ab Epiſcopis & ei cooperantibus legitur uſurpata, officii Canonicos ſui jubet meminiſſe qui Senatores Eccleſiæ & opitulatores Pontificię ſollicitudinis ſunt, ſemperque fuerunt. *Almutia* verò quas alii beffas vocant, & ſcio interpretari in teſtamento quodam in Archivis noſtris BONTE MUTSEN, id eſt pellicea pilea, haud dubiè non ab amiciendo dicta aut nota ſunt, ſed ex eo quod humilitatis quâdam ſpecie caput ſuum eis obvelabant. Quo ſpectat illud Concilii Decretum jubentis Canonicos *Eccleſias ingredi Byrreta ſive Almucias tenentes*. Hiemalis verò veſtis quam lacernam nigram cum cuculli one vocat & deſcribit Bayfius, veteris pallii quo Chriſtianos omnes communiter uſos conſtat, veſtigium eſt.

Ad annum 393.

Inde hodieque Antwerpiæ & alibi violaceis biretis utuntur Canonici.

Ex Concilii Aquiſgran. c. 125. certò patet. Ibidem cap. 124. Ex Regula Auguſtini c. 22.

Ita Effraim S. Baſilium ſtolatum & Clerum ejus vidit candidiferum.

Concilium Tridentinum Seſſ. 24 cap. 12.

Radulphi Cotsbout Decani anno 1389. qui duo legavit talia.

Goropius dicta vult quaſi ALDEMUTSEN, id eſt vetera pilea; alii reticula ab ALMOESSE, id eſt eleëmoſyna derivant.

Bayfius de re veſtiaria c. 16.

Vide l. 3. Clem. titulo 10. de Statu Monachorum.

Baſileenſe Seſſ. 21.

Vide Tertullianum de Pallio.

Atque hæc quidem eſt priſca illa Canonicorum & Apoſtolica vita à qua lapſu temporum planè plenèque receſſerunt, Treverenſes quidem ſub Theodorico, Colonienſes ſub Philippo, Leodicenſes ſub Alberone, Trajectenſes ſub Godebaldo, Cameracenſes ſub . . . . . Atque hos utpote capita brevi alia per totam Brabantiam Collegia ſecuta ſe in libertatem vindicarunt.

Trithem. in chron. ad an. 975. chron. Colonienſe ſub annum 1070.

Sub annum 1140.

Et quamvis zelo pietatis ducti tam Antiſtites quàm inferioris ordinis Eccleſiaſtici conati fuerunt noxiam ſæpe licentiam tantiſper coërcere, tamen numquam in Brabantia bellis frequentibus occupata aliquod operæ pretium fecerunt.

Vide c. 20. vitæ S. Wolfangi quæ eſt 31. Octo. & Lamberti le Begghe Leod. ſub Radulpho concionantes quam 1. Fredericus Lumnius fusè deſcripſit anno 1190.

Hoc

Hoc non prætereundum, tempore quo & Nivellenſes, & Bruxellenſes, & Antverpienſes, & quod puto Mechlinienſes Canonici à veteri Inſtituto receſſerant, noſtræ Eccleſiæ Fratres in antiquo perſeveraſſe, quibus *Dux ad communem refectionem decimam Geldonienſem legavit.*

Anno 1210. Ex diplom. Ducis Henrici quod exſcripſit Molanus l. 1. cap. 2.

Ab hac receſſione de communi vita ad privatam neceſſariò ſequitur etiam onerum quæ olim indiſcreta erant & indiviſa, partitio: onera voco quæ vulgo honores putamus, ut ſunt Paſtoris, Theſaurarii, Cantoris, Scholaſtici &c.

DE DECANATU.

Exodi 18.

NOmen & exemplum Decanorum à Moyſe, quamvis temporibus primitivæ Eccleſiæ cum Epiſcopi per ſe vigilarent incognita, poſteriùs tamen innotuerunt tam in [1] heremo quàm in [2] Monachorum & [3] Clericorum Collegiis. Eligebantur autem ſi major eſſet congregatio & neceſſe foret Abbatem partiri onera ſua, & præerant Decaniis ſuis plures in eodem Cœnobio.

1. Caſſianus l. 4. cap. 7.
2. Benedictus Reg c. 21.
3. Auguſtinus l. 1. c. 31. de Moribus Eccleſiæ contra Manich.

In Belgio & Brabantia noſtra quid de Decanis olim fuerit, necdum plenè ſcio, eo quod necdum licuerit Leodina, Trajecti & Cameracenſia Archivia excutere. Ceterum hoc conſtat, ſemper, ex quo Decani hìc eſſe cœperunt, fuiſſe Caput Collegii, Paſtores inferioris Cleri, animarum curam habentes.

Molanus putat Lovanii & alibi ſeniorem Canonicum Decani munere functum ante annum 1100.

Ita definit Lateranenſe Concilii c. 3. & Trident. Seſſ. 24. c. 12.

Qui adeò Capitulum, ut loquimur, indicere, contra Canones aut Regulam peccantes corrigere, nullius tituli aut perſonæ habitâ ratione, ſolet. De quo eſt memorabile exemplum apud Cantipratenſem l. 2. c. 39. de Decano Rhemenſi, qui Henricum regali ortum genere, tum quidem Archidiaconum ſed electum in Catalauno Epiſcopum, eo quod ſine habitu Canonicali funus Alberti Leodiorum Epiſcopi proſequeretur, convocatis Canonicis flagro ſubjecit.

Quod exſcripſit Molanus l. 1. c. 22.

Ubi neſcias quid mirari magis conveniat, an electi humilem patientiam, an Decani zeloſam audaciam. Jam verò quòd in Brabantia Decanum ſacris operantem præire ſolet Virgarius pedum ſive ſceptrum argenteum præferens in ſignum & Dominii quod penes Capitulum eſt, obſervo ſic ſatis antiquum eſſe, niſi quòd ex Clericorum inferioris ordinis aliquem id muneris habuiſſe colligam ex veteri computu.

In Archivis noſtris vocatur Baſtinarius voce ex gallico corrupta.

BRUXELLÆ
Natales ſuos debent.

BEatus Arnulphus Cornibout converſus Villarienſis.

Ob. an. 1228. Vide Genappi im. Vide ſuburbanum Bruxellenſe.

Giſla Fundatrix Abbatiæ Camerenſis.

Joanna in Parco Dominarum, Gudula in Florida Valle ſanctitate celebres, aliæque de quibus Cantipratenſis.

Henricus & Joannes Canonici ſanctitate & ſcriptis noti.

Anthonius Philippi Boni primogenitus anno 1430.

Heuterus l. 4. Meierus.

Margareta Burgunda anno 1479.

Maria Caroli quinti ſoror anno 1505.

Altera Maximiliani conjux.

Guicciardinus. Diarium Opmeeri Trithemio teſte.

Mortui Bruxellæ Catherina Caroli Francorum Regis filia Caroli Audacis uxor.

Heuterus l. 4.

Itemque ex Gubernatoribus Patriæ Erneſtus Auſtriacus Rodolphi II. Imperatoris frater.

Anno 1595. Mercurius Gallo-Belgicus.

Denique Luduvicus Requeſius Commendator.

Appendix Surii. Anno 1576. Ob. an. 1506.

Produxit etiam Bruxella Theologum Ægidium Fabri Carmelitam eruditum. Juriſperitos Hieronimum & Adolphum vander Noot Cancellarios Brabantiæ. Variè doctos, Jacobum Tay Præſidem Trium Linguarum peritiſſimum. P. Numannum qui urbi à ſecretis eſt & varia edidit poëmata. Borchium à ſecretis ſimiliter. Bochium Antverpiæ à ſecretis, feliciſſimum quod ſcriptis prodit Poëtam. Adrianum Ludimagiſtrum cujus plura vidi manuſcripta poëmata. Equites Bello claros Patriciis inſertos per nuptias familiis edidit Bruxella. Ex *Clutringis* Joannem Gallicanæ Brabantiæ Balivum in bello Baliacenſi clarum. Itemque Joannem Toparcham Marchianenſem vitâ functum. Ex *Tſerclaeſiis* Everardum libertatis Bruxellanæ vindicem. Venceſlaum rebus in Pruſſia geſtis clarum. Ex *Heetveldiis* Sigerum in bello Juliacenſi celebrem. Nicolaum, Petrum Equites.

Trithemius. Ex Guicciardino. Anno 1410 In Codice Lovanii Carthuſiæ. Divæus l. 7. Anno 1371. Anno 1351. Anno 1356. Ex monum. in Oodergheem. Vide hiſtoriam noſtram. Anno 1426. Anno 1371. Caſtergarcoſi nominatur.

Denique obſervo ad 300. nominari claris hinc natalibus ortos & in ſacram diverſo tempore profectos militiam.

Ex monumento apud Carmelitas.

Ulterius docet Conſularium & Senatorum index, nunquam ſine Equeſtris ordinis aliquot viris fuiſſe Senatum.

Cives ſunt opulenti & magno numero ad multa nimirum millia.

Et ob frequentem exterorum adventum diverſarum linguarum periti.

FINIS

PRÆFECTURÆ
Sub Bruxella.

PRÆFECTURA
MERCHTEMENSIS.

Merchtem.

MErchtemum inter nobiliora Brabantiæ municipia recenſitum ante annos 400. & ſigillo vetus caſtrum præferente diplomata muniviſſe ſcio.

Nundinas ſuas habet ..... & forum ...... Fuit, & eſt diverſorum nobilium peculium, ſupremæ autem juriſdictionis honorem à Rege obtinuit pronuper Petrus Pipenpoy, à Pipenpoyis autem noviſſimè emit Emanuël de Lalaing Marchio de Renty, nunc opinor ad Principem rediiſſe.

Anno 1561. Ex Codice feudorum.

Anno 1550.

Ceterum Gentiles de *Pipenpoy* antequam jus gladii à Rege obtinerent, curiam inſignem cum Dominio habebant emptam à Vander-Nootiis per Joannem à Waltero, cujus majores ab annis ampliùs 200. poſſediſſe eam obſervantur.

Anno 1542. Liber feudorum fol. 48.

Hic obſerva, morem ornandi ſumma turrium ſacrarum Cruce *&* Gallo *à Gothis eſſe, quibus id inſigne bellicum fuit.*

Denique nomen Gallicum noſtris uſitatum *Eſcuier*, quod *Scutiferum* ſive *Armigerum* ſignificat (erat Armiger proximus à Milite, id eſt Equite, gradus) non à *cuyr*, quod Gallis corium ſonat, quia coriaceis ſcutis uſi fuerint, derivatum; ſed à voce Latino-Gallica *ſcuria*, quæ ſtabulum ſignificabat. Lex Salica teſtis eſt. *Si quis* (inquiens) *ſcudem* (vide unde Belgicum *cudde*, quod gregem ſonat, veniat) *cum porcis ſcuriam cum animalibus aut ſimile incenderit, &c.*

Titulo 18. art. 3.

Jetta, cedente Rege, accepit ſummæ compotem juſtitiæ Dominum Cornelium VANDER EYKEN, à quo Toparchiam emit Joannes de Marſeylle.

Anno 1558.
Anno 1588.

Res ſacra hujus pagi dependet à Præmonſtratenſium Abbatia, cujus hoc eſt Encomium.

Vulgo Diligem.

ENCOMIUM
ABBATIÆ JETTENSIS.

Inſignia Cœnobii Pellicanus aureus.

In calamo eſt carmen, amor eſt mihi cauſa canendi,
  Quo ligat affectum Candidus Ordo meum.
In vultu dolor eſt, amor eſt mihi cauſa dolendi,
  Alba videns nigro tecta colore tegi.
Spes tamen eſt animo ſperandi, amor eſt quoq; cauſa,
  Reſtituenda brevi, quæ cecidêre, videns.

Diligam te DILIGEM & mecum quicunque Præmonſtrati candorem, Auguſtini fœcunditatem, Norberti fructus, ſerius Indagator aliquando æſtimavit. Hic ſcilicet locus eſt ubi Bruxellenſis Comitatus nobilis munificentiæ ſuæ teſtamenta; quò alia quaquaverſus ejuſdem Inſtituti Cœnobia lectiſſimos ſui gregis Paſtores ſubmiſerunt; unde ad aliorum Cœnobiorum gubernacula plures evocati. Teſtes Joannes *de Beer*, Godefridus *Danys* aliique in Præpoſitos Vallis Liliorum aſſumpti, Joannes *de Puteo* ad formandos in Præmonſtrato Tyrones & Novitios accerſitus. Ob. an. 1500.

Teſtis Reginaldus Polus Angliæ decus, & Patrum Purpuratorum Romanæ urbis Lumen, Julii III. Legatus, qui non tam amœnitate, quàm quiete & reverentiâ loci oblectatus hoc Cœnobium & exilii & legationis tempore hoſpitio ſuo dignatus.

Anno 1554. Hinc indulgentiæ Jettenſis Eccleſiæ perpetuò duraturæ per populum impetratæ.

Sanctitatem loci non uno titulo commendatum ire poſſem, cùm & Religioſorum integritas, & glorioſi Martyris Blaſii Reliquiæ per Joannem Ducem ex Anglia huc delatæ & frequentibus claræ miraculis omnibus fecerint commendatiſſimum.

Sed ſuperſedeo pluribus, & quod inſtituti mei eſt, Cœnobii antiquitates percurram.

Fundamenta Monaſterii jecit Inclytus Eques Onulphus Dominus de WOLVERTHEM, ſed Monaſterii Regularium S. Auguſtini, ſub Waltelmo Priore. Qui cum ſuis non multò poſt & Habitum & Reformationem Præmonſtratenſem amplexus eſt, advocatis è Truncinio Religioſis formatis.

Anno 1140. Ex Bulla Eugenii III. data an. 1147. hanc mutationem confirmante.

Fundatores primarii præter ſupradictum fuerunt Henricus Dux, Olivcrius de SOTTENGIEN Eques, Goſwinus de SAVENTHOM, itemque Guilielmus filius Nicolai de DIDLIGEM.

Anno 1127.
Anno 1128. Ab hoc nomen putant Cœnobio inditum.

Templum dedicatum ab Odone Cameracenſi Epiſcopo inſcriptumque Virgini Matri & Evangeliſtæ Joanni. Planè ut omnia & nomen & inſignia & horum Divorum conjunctio amorem referant.

Anno 1112. 10. Kal. Octob.

Eccleſiam Abbatialem tertius Abbas, Sub an. 1172.
Cœnaculum quintus perfecit. Anno 1190.
Dormitorium Abbas decimus. Sub an. 1240.
Odeium exornavit decimus tertius. Anno 1270.
Supellectilem ſacram quantivis pretii vigeſimus octavus Cœnobiarcha reliquit. Anno 1440.
Inſulas trigeſimus quartus Archimandrita impetravit. Anno 1530.
Cœnobium per has temporum injurias flammis prædiſque exhauſtum trigeſimus nonus, qui nunc præeſt, reſtituit.
Hiſtoriam & res geſtas Cœnobii quartus Prælatus congeſſit.
Lectorem S. Theologiæ modernus Lovanio advocatum ſuis Canonicis primus curavit.

Omnium nomina hæc ſunt: Waltelmus obiit anno 1139. Vir pientiſſimus. Hillebrandus, Theodoricus, Henricus è Truncinio evocati. Sigerus, Wennemarus, Egericus, Amelius Aver-

Averbodio, Henricus Lauduno acceršiti. Gervinus, Daniël Ninoviæ, Walterus Grimbergæ profeſſi. Godeſcalcus cujus obitus notatur ad annum 1272. Onulphus Ninoviâ, Ægidius Truncinio miſſi. Henricus hìc, Gerardus in Parco Religioſi. Petrus, Euſtathius, Joannes Craene, Joannes Crupelant mortuus an. 1338. Theodoricus an. 1365. Joannes de Aſcha anno 1377. Nicolaus de Herent anno 1383. Joannes de Middelborch an. 1400. Giſilbertus Lupus an. 1424. Joannes Jacobi huc ex Viridis Vallis Profeſſo amore regularis diſciplinæ delatus. Wilhelmus Craes, Joannes de Quercu, Joannes de Lennike, Rolandus Pyquet, Rolandus Sanders è Truncinio vocatus, Petrus vander Sypen è Grimberga obiitque an. 1512. Cornelius vander Goes è Middelburgenſi Cœnobio accitus obiit an. 1530. Joannes de Tengerle obiit an. 1538. Joannes de Puteo obiit an. 1540. Arnoldus Mahieu obiit an. 1574. Levinus van Couwenberge obiit an. 1603. Martinus Heckius Teſſenderloënſis nunc præeſt, Vir induſtrius & prudens, trubulentis hiſce temporibus inprimis neceſſarius, cujus beneficio hæc ex monumentis & archivis Cœnobii mihi tranſmiſſa ſunt.

Ab hujus Abbatiæ Archimandrita Curatorem animarum accipiunt hujus Præfecturæ pagi *Jetta*, de qua Supera *Heembeca* utraque *Supera* & *Infera*. Ubi S. Landrici Abbatis, cui Gallus appingitur, celebris eſt veneratio, & ejuſdem in vicino fons febricitantibus ſæpe viſus afferre medelam, juxta palatium pronuper à Domino de Morienſart extructum.

OP-HEEMBEECK. NEER-HEEMBEECK. Paludem domeſticam ſonat.

Et denique *Wolverthemium*, quod cum appendicibus ¹ Imbda, ² Neerhemio & ³ Mueſingemio &c. nuper Toparcham cedente Rege acceperat Henricum de Merode.

WOLVERTHEM. Domum luporum ſonat.
1. Ejuſdem nominis in Germania locus eſt.
2. Domum infernam ſonat.
3 Domum muſium ſonat.
Anno 1364.

Hìc infero Matricularium *genus dignitatis Eccleſiaſticæ fuiſſe, & ſub ſe habuiſſe* Cuſtodem *ſive* Foſſarium, *quem Onuphrius* Manſionarium *vocat & matricula ab eo ſervabatur, cui inſcripta omnium parochianorum nomina: de quo latiùs Concilium Agathenſe. Apud nos certè eum morem obtinuiſſe conſtat, & equidem vidi Hogardiæ & alibi veteres indices quibus inſcripta omnium Parochianorum nomina.*

Fuſius hæc apud Molanum c. 36. l. 2.

Adde duo in Brabantia tempora, cùm nobilitas cœpit multis locis gaudere jure gladii; interveniente nimirum certa pecuniæ ſumma Princeps tamdiu ſupremæ juriſdictionis honorem indulgebat ſuis clientibus, donec eandem refudiſſet. Id factum ſub Rege Caſtiliæ & Hiſpaniarum poſt annum 1505. & 1550.

Subcenſentur huic Præfecturæ pagi aliquot, quos partim beneficio Ducis Grimbergani Barones, partim beneficio Grimberganorum alii poſſident. Primi generis ſunt *Oſſalia Petræa*, STEEN-UFFEL.
Lippeleum } LIPPELOO.
Liſalia } Affligimienſis Abbatiæ Eccleſiæ. LIESEL.
Malderia } MALDER.

Veniente in juris & dominii communionem Principe. * Modium ſonat menſuræ frumentariæ genus.

Ubi diverſa à diverſis privatis caſtra, prætoria, ædificia ad voluptatem & opum oſtentationem conſpiciuntur, alibi recenſenda.

Secundi generis eſt *Blaesfeldia* Perſonatus ab antiquo. BLAESVELT. A campo & flare nomen derivatur.

Prantiorum jam diu peculium, de qua alibi magis ampliter,

Hìc obſerva Canonicos nomen ſuum non à proventu ſive Canone annuo habere, ſed à Regula; quia nimirum à Canone annuo Canonicarii non Canonici dicuntur. Inde apud Caſſiodorum nomina Canonicarii Thuſciæ, & Venetiarum. Nec ſanè in Brabantia noſtra Canonici minores *à proventibus tantùm dicuntur, cùm & minores ſint tempore, & inſtitutione, & dignitate, quia aliorum Vicarii, eandem tamen olim cum majoribus legem & diſciplinam ſubeuntes, ideoque Canonici æquali titulo nuncupati.*

Ne quis putet novum eſſe in inſignibus fæminas noſtrates formâ rotundâ, viros formâ ſcutum referente uti, noverit etiam ante annos 400. ejus rei exempla haberi, non quidem ubi rotunda, ſed ubi triangulari forma ſua gentilitia arma aut ferebant, aut imprimebant. Exempla ſunt in Valle Ducis, & Grimbergæ.

Reſtant *Cobbegemium*. COBBEGEM.
Wemmelia Abbatiæ Grimbergenſis. Illud Wemmelia.
cum ampla poteſtate Dominum concedente Principe accepit Jodocum *Oyebruganum*. À Anno 1561.
quo per redemptionem venit Toparchia ad Lamoralem *Landas*, & denique ad Wilhelmum de Coultereau. Anno 1598. Anno 1600.

Hæc ab omni hominum & ſcriptorum memoria fuit penes inclytæ ſtirpis Tayos acquiſitum à Duce peculium virtutis merito in expeditione ſacra exercitæ, auctum nuper ſummâ juriſdictione, inſigni ornatum prætorio. Anno 1559.

Rellegemium (plures ſunt hujus nominis pagi) Wemmeliæ appendix, Joannem *de Coultereau* accepit Dominum habuitque Aſcanos deinceps Toparchas. Anno 1571.

Selleka ſacri profanique juris Gandavenſis, quorum illud quidem ex dono Cameracenſis Epiſcopi obvenit, hoc per Clariſſimum Viglium *Zwichemium* Præpoſitum D. Bavonis à Rege emptum Capitulo relictum eſt. ZELLICK. Anno 1559. Anno 1577.

Hìc obſerva Monachorum olim humilitatem, qui licet Abbatiali dignitate ornati, tamen in diplom. abſolutè ſe Abbates non ſcribebant, nomen iſtud Paternitatis ſibi non arrogantes. Ita inter Præmonſtratenſes ſe ſcribit Heſcebo Dei miſeratione dictum Abbatem de Grimberges. *Inter Benedictinos* Erluinus humilem miniſtrum S. Petri Gemblacenſis. *Inter Ciſtercienſes* Gerardus humilem Abbatem Villarii.

In permutatione quadam anni 1271. In diplom. quodam anno 1009. In diplom. anno 1187.

Libet hìc tantiſper excurrere circa nomen & dignitatem Coneſtabuli, quæ licèt in Brabantia

tia non ſit in uſu apud Principem, eſt tamen in omnibus oppidis notum nomen, & apud Romanos in uſu fuit, cum legamus & Juſtinianum infenſum Beliſario eum *Comitem Stabuli* creaſſe, & conſtitutum in Palatio Græci Imp. unum aliquem *Megalos Coneſtabulos* dictum. Sub Francis eam dignitatem è primis fuiſſe docent Aymonis verba. Lendegiſilus, inquiens, Regalium Præpoſitus equorum, quem vulgò Comiſtabilem vocant, quemque Rex ei præfecerat expeditioni &c. Idemque de Carolo Magno legis, qui Buchardum Coneſtabilem maritimæ expeditioni præfecit. Inter Palatinos & Domeſticos Regis fuiſſe teſtantur diplomata, ubi ſæpiùs ultimo loco, ſemper tamen aliquo inter teſtes ſubſcribit *Conſtabularius*. Interjecto autem tempore eò potentiæ hoc nomen evectum eſt, ut tota juſtitiæ bellicæ ſumma Conneſtabulo committeretur. Nec omittendum, olim præter illum Regalem, de quo hactenùs, plures eo nomine fuiſſe vocatos, ita ut vulgò apud Poëtas aut veteres Chronicos *Conſtabiliatus* pro turma aut cohorte militum ſumeretur. Ad nos quod attinet, nobilior civium pars ſolet in Sagittariorum aliquot Collegia dividi, quæ olim, antequam mercenario milite Dux uteretur, inſtar Prætorianorum, & è cuſtodia Ducis eſſe ſolent. Singula autem habent ſuos Coneſtabulos, hodièque & illos ex præcipuis & primi nominis. Nec dubito, quin hi olim in militia noſtrate quid ſimile Franciæ Coneſtabulis habuerint.

Turonenſis l. 3. cap. 32.

Teſte Cedreno.

Exempla plura vidi apud Fauceti l. 2. cap. 7.

Superſunt Archiëpiſcopi Mechlinienſis utpote Abbatis Affligimienſis Eccleſiæ, *Oſſelia* & *Hamma*, illa Epiſcopi denique *Bevera* & *Bollenbeca*. Hæc Foreſtanæ Abbatiſſæ obnoxiam habens Eccleſiam. In quibus hanc Præfecturam concludo.

OSSELEN. HAMME.

PRÆFECTURA

RODENSIS.

NOmen hæc Præfectura habet à Rodio cis Halſebergam amplo olim & divite Pago.

Quem ſcio inter municipia Brabantiæ ſanctionibus ſubſcripſiſſe non ſemel.

Et turrim vetuſtam inſignium loco habere.

Rodenſes autem illi qui in bello Grimbergano nominantur, hinc eſſe non dubito.

Maria Nancia Wittemia cœpit ſupremæ juriſdictionis titulo frui, & fruuntur hæredes.

Nominatim anno 1372.

Anno 1591.

Præfecturæ Rodenſi ſubcenſentur, quæ ſequuntur loca.

WATERMAEL ab aquis verum ſortitur nomen. Dominum nuper accepit ſupremæ juriſdictionis compotem Petrum VANDER NOOT: cui appendicis loco ſubjungam diverſi ſexûs Monaſteria duo cum ſuis pagis.

Anno 1559.

OUDERGEM (ſenum domum ſonat) ubi Virginum D. Dominici Inſtituta ſequentium. Henricus III. Dux & Adela ejus conjux Cœnobium extruxerunt; ubi nobilium plurium monumenta viſuntur & Virgines genere & ſanctitate illuſtres vixerunt.

Sub annum 126.

RUBEA VALLIS, Regularium S. Auguſtini Prioratus. De quo hæc pauca.

ENCOMIUM

RUBEÆ VALLIS.

ET vitæ & belli color eſt rubeus; & humilis & tutus locus eſt, vallis, ut ex fortuitò impoſita nomenclatura occultum eruamus myſterium. Vivitur hic Chriſto, pugnatur cum antiquo ſerpente; & quanto profundior in Religioſo humilitas, tanto tutior Monaſteriis conſervatio; quo remotior à mundi faſtu, hoc cœlis propinquior. [1] Prçviderat illud æternâ dignus memoria [2] Guilielmus Daniëlis ad Divæ Gudulæ Bruxellenſium ſacellanus, frequenter in Soniæ [3] receſſus ſe conferre ſolitus colloquii & pietatis ergò, nec contentus donec idem cum Inſtructore ſuo Ægidio Oliverii vitæ genus amplexus, adhibito ad uſum miniſterii Laïco Fratre, ſeculo nuntium miſit. Nec multo poſt animo majore felix hæc Anachoretarum trias cœpit & [4] Sacellum ad rem divinam & habitacula novem aliis in vitæ & Religionis ſocietatem recipiendis extruere, ut hierarchiæ adinſtar Angelicæ, æquali cum puriſſimis illis ſpiritibus, ut numero ita & contentione aſſiduam Creatori ſuo Hymnorum & mentium repræſentarent modulationem.

Nomen vulgo inditum ob rubricatos parietes & ad diſtinctionem vicinæ Viridis Vallis.

1 Ex M.S. Rubeæ Vallis fol. 263. ubi initium Cœnobii habetur, & Chronico Bethl. fol. 1. & Chron. Windeſemenſi.

2 Natus erat in Boendaele.

3 Vocabatur recluſorium vulgo BRUGSKEUR CLUSE.

Ex literis Joannæ Duciſſæ quæ locum dictum Benedem de Clabots botre eis dedit, quò Clauſam ante hic in loco dicto 'T CALVSRENZEELE habitatam transferrent.

4 An. 1368. Conſecratum an. 1369. Feſto Decollationis S. Joannis à Jacobo Croacenſi Epiſcopo.

[5] Et denique regularis obſervantiæ amore ducti D. Auguſtini Inſtitutum amplexi, authoritatem faciente Cameraceno Antiſtite, Guilielmum Priorem acceperunt. [6] Juncti Capitulo Viridis Vallis inſtituto per Epiſcopum, [7] uniti Windeſemienſibus non multò poſt, [8] clauſtri perpetui votum amplexi anno poſt fundationem 98.

Ex literis conſenſus Vicarii Roberti Camerac. Epiſcopi, quæ ſicut & ſuperiores in Cœnobio habentur, & Abbatiſſæ de Oudergem in cujus patronatu locus erat.

5 Anno 1373. Januarii 18.

Ex literis Joan. t'Serclaes Archidiaconi Hanoniæ, qui juſſu Epiſcopi ordinem & habitum eis dedit.

6 Anno 1401. Chron. Bethlemiticum art. 6.

7 Anno 1411. Idem articulo 11.

8 Anno 1447. Feſto Innocentum. Idem l. 3. art. 3.

Hæc arbor eſt fœcundis Guilielmi manibus plantata, quam ex fructibus licet cognoſcere & æſtimare, fructibus doctrinæ & ſanctitatis. Doctrinæ quantum ſe dederint, Arnoldus Buderick ex Prothonotario & Bonifacii IX. Papæ Legato Monachus & Joannes Gielemans teſtantur, quorum ille ſacris profaniſque litteris, ſolutâ & vinctâ oratione, æquè inſtructus Odarum de laude Dei libros duodecim, Tractatus in Pſalmum 70. tredecim, aliaque multa ſcripſit opuſcula. Hic viginti & ampliùs ingentia manu deſcripſit volumina, quorum partem ego cum voluptate & admiratione vidi & legi. Sanctitate primos novellæ plantationis colonos ferè omnes claruiſſe obſervo. Prophetico ſpiritu Winandus quidam cocus, & Gielemans de quo ſuprà, claruerunt. In hujus etiam divina peragentis manu viſus puerulus, in capite Joannis cujuſdam qui *Sapientiæ* cognominatus immenſum fulgure lumen ſæpiùs obſervatum.

Ob. an. 1438. Epitaphium ejus adhuc extat.

Joan-

Joannes *Staekenbroeck* ob vitæ innocenter actę opinionem aſſumptus, qui Cœnobium Paradiſi juxta Romers-walam Zelandiæ fundaret formaretque. Arnoldus ſupranominatus ad Elzingemii juxta Aldenardam fundationem promovendum electus. Sed intranea eſſe hæc quis dixerit: addam Antiſtitis magni teſtimonium, Cameracenſem intelligo ſolitum frequenter ſine Comitibus ad audiendum Guilielmi BROECKE Prioris tertii Sacrum adventare, & peractâ re Divinâ, nemine ſalutato Bruxellam redire. Dicebat enim ſe ſanctiſſimi in Brabantia hominum precibus excitari. (Ab an. 1578.)

Monaſterium per has turbas longo tempore deſertum, Religioſi Bruxellam delati rem divinam hactenus in Sabulonis Eccleſia agunt, Priorem nunc habentes Ordini toti præfectum, qui Capitulum generale à 30. & amplius annis prætermiſſum Lovanii celebravit. (Anno 1505.)

Watermaliæ ad & ni fallor, ſubjacet BOETSFORT, ubi Ducale nemus & ſtatio ardearum.

Alſenbergæ pagus ob Deiparæ cultum & frequentia miracula celebris. Cujus templum tradunt D. Eliſabetham Regis Hungariæ filiam permittente Duce, loco ab Angelis deſignato extruxiſſe, & amplius monitas, quarum fundus erat lino viridi conſitus, à cœlo virgines Virgini Matri eundem obtuliſſe optantes ſolùm tantiſper differri dum linum maturuiſſet. Quod præter naturæ ordinem poſtridie factum compererunt & filum ſericum expanſum ea longitudine quæ templi futura erat. (Vulgo HALSBERGEM. Ex Molano & M. S. Rubeæ Vallis fol. 311. — Anno 1230.)

Ulterius Joannem III. à Saracenis captum, addunt liberatum voto concepto ſe chorum templi perfecturum. Quod facere cœpit conſummarunt hæredes. (Sub annum 1350.)

Dominium ſupremum hìc ut in pago Rodenſi Maria Nancia Wittemia à Rege obtinuit. (Anno 1591.)

Adjacet Alsbergæ Prioratus Regularium Canonicorum. Initium Prioratus ſeptem fontium in Zonia. Ecce elongavi fugiens & manſi in ſolicitudine, cecinit David, cogitavit Ægidius de *Bredycke* Presbyter.[1] Qui cum ſeptem Fratribus relicto Bruxellanæ urbis & orbis univerſi contagio novum cœlo ornamentum, mundo intulit lumen; & tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decerſus aquarum fructum dedit in tempore opportuno.[2] Indulto Joannæ Ducis locum habitationi & quieti convenientem circa fontium ſeptem ſcaturigines obtinuerunt, Epiſcopalis[3] Vicarii permiſſu & habitum & Regulam S. Auguſtini ſub Prælato Ægidio profeſſi. Capitulo[4] Viridis Vallis uniti & poſt[5] Windeſemienſi. Et denique[6] Clauſtri profeſſionem fecerunt: ex quibus alia duo Cœnobia Boſci Iſaac & B. Mariæ prope Gandavum quaſi coloniæ quædam religioſæ profluxerunt.

1. Ex M. S. Rubeæ Vallis & Chronico Bethlemetico l. 2. art. 4.
2. In literis locus deſcribitur inter 7. fontes & bona Guilielmi quondam Comitis & Joannis de Dietſtode.
3. Ex literis Thomæ de Biſdomme Præpoſiti Sonegienſis & Vicarii de hac re datis. Anno 1388. in Aprili.
4. Anno 1401.
5. Anno 1411.
6. Anno 1442.

Religioſi Cœnobio per has turbas deformato in vicina arce Berſelia ſe continent.

Adſcribam hìc duo, alterum ex veteri diario, alterum ex M. S. Curiæ Bruxellenſis. In ſacris quidem tempore Cantipratenſis fuiſſe in ſylva Sogneſiacenſi Religioſorum & Anachoretarum ultra mille. Et ne cui id mirum videatur, noverit ante annos amplius centum Religioſos in hoc nemore fuiſſe non pauciores ſexcentis.

In aliis continere ſylvam ſupradictam circa Bruxellas terræ jugera 8257. ex quibus tamen 2752. non ſunt arboribus ordinatis conſita, ſed adhuc inculta. (Ex P. de Thymo.)

UCCLE pagus maximè celebris ob tribunal privilegiatum & leges quibus plurium pagorum diverſi utuntur Magiſtratus. Res ſacra à Foreſtenſi Abbatia pendet.

Poſt nuperas turbas Senatores Ucclenſes ad quos à centum plus minus pagis cauſę volvuntur, in urbe jus dicunt, ſeptem numero Patricii omnes & ad vitam.

BOOTENDALE (Vallem pœnitentiæ nunciorum aut navium ſonat) olim ob recluſoria aliquot, nunc ob Franciſcanorum inſigne Collegium notus pagus, ſub & adjacet ſuperiori. Franciſcani rigidioris diſciplinæ, quos Obſervantes vocant, hìc ſedem fixerunt. (Ex M. S. Rubeæ Vallis. — Anno 1457. Ex Gonzagæ Theatro Ordinis Seraphici.)

Quibus reformationes Monaſteria totius ferè Brabantiæ ſuas acceptas ferunt.

Monaſterium hæreticorum furore everſum funditus, nuper Principis & privatorum aliquot eleëmoſynâ reſtitutum ultimæ reformationis eorum, quos *Recollectos* vocant, accepit Religioſos. (Anno 1579.)

Produxit Viros vitę ſanctimonia celebres, & ſcriptis in lucem editis claros complures.

Eſt & ſub Bootendalia Sacellum Deiparæ & Adriani Martyris. Guilielmus enim Halſt-Boſch D. Gudulæ Canonicus hìc in natali ſolo iconem Virginis Matris capſæ incluſam ſuſpenderat, quo ob nonnulla Virginis interventu patrata miracula confluens multitudo, cum loci fama percrebreſceret, primò lignea demùm lapidea ædes extructa eſt, prout adhuc videre eſt. (Vulgo BOONDALE id eſt vallis fabarum an. 1458. Ex M. S. Rubeæ Vallis ubi fundatio habetur ad longum. — Anno 1466. — Anno 1474.)

Quod Pontifex indies, Principes noſtri ſemel idque die jovis ſacro faciunt, 12. pauperibus cibum ſubminiſtrando, ut veræ pietatis pulchrum exemplum, ita vetus eſt. Walonem enim Epiſcopum Leodienſem refert chronicon vetus ſolere indies in *proprio refectorio Fratrum*, id eſt Canonicorum, 12. pauperibus alimenta providere.

Solere Ducem pluribus in locis tempore belli domus ſtruere, eaſque beneficiario titulo poſſidendas clientibus ſuis permittere; ea lege ut ſemper venienti paterent, diſco ex feudorum codice. (Exemplum vide in Dominio de Oſs ſub Silva-Ducis.)

Sequuntur Bigardenſium peculia, ipſum quidem *Bigardium* tam quoad illuſtrium Dominorum ſtirpem, quam Benedictinam Virginum Abbatiam celeberrimam. (BIGAERDEN. Hotto vicinum ſonat.)

Godefridus enim Dux locum tunc deſertum Vivinæ & Embrinæ ſanctitate claris Virginibus habitandum conceſſerat, & Cœnobium (Anno 1133. M. S. Rubeæ Vallis p. 2. vita 26. Ex diplom. Ducali dato Indict. 11)

pei D. Miræum mihi communicato.

Affligimienſi Abbati ſubjecerat. A quo tamen exemptę Abbatiſſam habere cœperunt poſtmodum.

Hujus etiam loci eſt Dominium Crukenburgenſe poſſeſſum olim à Bigardenſibus, inclytâ juxta Bruxellam ſtirpe, inde per unicę hæredis nuptias devolutum ad Tſerclaſios. Quorum ſucceſſio cùm in Mariam ſolam ex magno liberorum numero ſuperſtitem deveniſſet, illà marito N. de Ghyn Mariæ Hungaricæ Gubernatricis Theſaurario tradita, traditum unà Dominium; ſed brevi per filię horum Mariæ Matrimonium cum Carolo de Furneau, ab ea cœptum poſſideri Familia. Ceterum cùm Rolandus Longyn Eques à Rege ſummæ juriſdictionis honorem obtinuiſſet, interveniente Mariâ de Ghyn ad ſe & ſuos hęredes tituli quoque iſtius honorem perduxit.

Annò 1597. Maria matre mortuâ Joannes profeſſus eſt an. 1557

Anno 1559.

Arx eſt hic vetus opere & ſacello eximiis ab Everardo Tſerclaes exornata. Ubi videre eſt Familiæ iſtius egregia monumenta.

Subjacent Dominio huic pagi quatuor.

Wambeca ubi Perſonatus ab antiquo fuit.

LombecaCatherinæ à Decanatu Halenſi, }
Merbeca ab Affligimienſi Cœnobio, }
Ter Nath à R. Archiëpiſcopo } *Dependens Eccleſia.*

Hiſtoria Tripar. l. 1. c. 9. L. 5. c. 72. Sanctionum ejus.

Hic quæro, an, quod legimus Conſtantinum Magnum in Regalibus *ſuis ſtruxiſſe* tabernaculum, *& Carolum Magnum* Capellam *habuiſſe, & in eam diverſos aſſumpſiſſe, veſtigium ſit antiquitatis ſacellorum domeſticorum in palatiis?*

Deinde unde mos profluxerit tymbrorum, quos vocant in inſignibus. An non à Gothis?

Sequuntur pagi ut ſitu & terminatione ita Dominio planè affines.

Buſinghemium, }
Huyſeghemium, } Cujus Eccleſiæ proſpicit. { Perſona.
Eyſeghemium. } { ....

Quoad Dominium, invenio ante annos 100. Joannem Buſingemium Ducis ratione *Domus*, id eſt Curiæ ſive Arcis ſuæ hic loci beneficiarium.

Anno 1507.

Denique Lupum d'Ittre per ceſſionem Buſegemiorum hujus, & Regis aliorum duorum pagorum adiiſſe poſſeſſionem. A quo Petrus Boiſot Eques emit & ad poſteros cognomines tranſmiſit ſupremæ juriſdictionis auctum honore. Tandem Leonardus Micaultius per matrem ejus potitur.

Anno 1534.

Anno 1557.

Anno 1590.

Concil. Aquenſe c. 141. meminit.

Morem abluendi pedes inferioribus, hoſpitibus, pauperibus in Cœnobiis noſtratibus uſitatum, ut à Chriſti exemplo eſſe nemo dubitat; ita veteribus uſitatum nemo dubitabit legens in hoſpitali per quadrageſimam lavaſſe pauperum pedes.

Ducem Brabantiæ Germaniæ ſemper quàm Franciæ magìs addictum præter alia docet, quòd in comitiis frequens Elector Imperatoris aliquoties fuerit, utpote ex nobilioribus exiſtens Germaniæ.

Reſtant pagi à Torrente dicti *Linkebeca*, & *Itterbeca*: hæc S. Sepulchri, illa Abbatiſſæ de Foreſto Eccleſia, ſicut & *Wolva Petri.*

LINKEBEECK. ITTERBEECK. S. PEETERS WOLUWE.

Fanum autem *Ulrici* ab Archimandrita S. Sepulchri Curatorem animarum accipit, *Berchemium Agathæ* à Grimbergenſi.

S. ULRICX CAPELLE. BERCHEM.

Crayenheymium Perſonatum habet, ſed Paſtoratui incorporatum, & quantum codices meminerunt Gentiles de *Bernaige* Dominos habuit. Ex quibus Joannes ſummæ juriſdictionis honorem à Rege obtinuit. Hoc addam, Toparchas veteres ſemper primi apud Duces nominis fuiſſe & inter Barones diplomatibus ſubſcripſiſſe.

CRAINHEM. Anno 1560.

Sunt & alii aliquot hujus Præfecturæ pagi, ſed de quibus præter nomen hactenùs nihil habeo.

Subjungam hìc ad paſcendum varietate Lectoris animum diſſertatiunculam de initio Ordinis Eremitarum S Auguſtini.

DE ORDINE

Eremitarum Sancti Auguſtini Diſſertatiuncula.

SCriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbes. Et nos dum ornamenta urbium, ſtabilimenta religionis, exempla virtutum indagamus, dicamus oportet cum Pſalte Regio: *Ecce elongavi fugiens & manſi in ſolitudine.* Equidem dum verſicolores in Eccleſiæ horto florum ſpecies radicitus quærere egredior, nunquam niſi peragrata Eremo voti compos efficior. De Eremitis aliàs dixi, nunc de iis qui perfectionis ſuæ ſummam Auguſtino debent agendum. Ille ejuratis, quos tumens perperam ingenium erroribus, cum vitam in melius formare decreviſſet, in ſecretum Caſcati (id ruri nomen manet hodieque) horti angulum fortunarum ſuarum tranſtulit domicilium. Ubi amariſſimè ſecum loquens inter ſingultus & lachrymas, intervulſum capillum percuſſamque frontem & conſertis digitis amplexum genu & quæcumque magnus ſanctuſque dolor elicit, tandem de ſe ſtatuit, unde in perpetuum exultaret.

Petrarcha l. 2 c. 5. tract. 3. de vita ſolitaria fatetur, cui aſſentitur Vincentius, Sabellicus, Æneas Sylvius, Antonius & alii contra eos qui ipſum Auguſtinum Eremitam fuiſſe & Eremitas inſtituiſſe negant.

Denique per omnem vitam quiete & inter cætera Piſani montis otio delectatus monaſtico habitu, non † Religioſum tantùm & *Monachum, ſed & Heremitam & omnium Inſtitutorem ſe profeſſus eſt.

Ceterum cum ad Epiſcopatus apicem veheretur, nec per ſacras occupationes liceret Anachoretam agere, nihilominus eoſdem Fratres nuper ſuos & ſcriptis & exemplo ſemper confirmavit: ita planè ut per totam Italiam Africamque latè ſacri hujus Inſtituti propagarentur

In Piſano monte an. 390. Eremitarum Ordinis initium, approbatus an. 406. ab Innocentio I.

Caliſtus Serm. 6. de ejus converſione id teſtatur.

† Ipſe in manuali antiquos Monachos ſuos Patres vocat quos imitari vult.

* Ipſe l. 3. cap. 4. contra literas Petiliani Donatiſtæ fatetur.

rentur ſodalitia. Sed enim tranſlato in alteram vitam Auguſtino ſuperveniens Wandalorum rabies in ſacros Monachorum cœtus ſacrilego furore armata Sanctiſſimi Antiſtitis Auguſtini ſectatores totâ Africâ profligavit. Quorum pars in vicinas Lybiæ ſolitudines & Æthiopiæ deſerta confugiens, *Inſtitutoris ſui nomen præferens* per multa ſecula ibidem continua ſucceſſione acceptam à majoribus vivendi regulam firmavit. Pars eorum in Angliam, Hiſpaniam, Germaniam, & Belgium evaſit. Potior autem in Italia ad ejuſdem voti Fratres, apud quos Auguſtini recentior erat memoria diverterunt. Vivebant autem hi extra urbes ferè, & vel in *Monaſteriis* vel in *Cœnobiis*, ut Caſſiani utar diſtinctione, id eſt vel ſoli in eremo, vel ſoli in cellis pluribus ad unam congregationem ſpectantibus, cui unus quiſpiam præficitur. Et exemplo ſunt Londinenſe in Anglia, Burgenſe in Hiſpania, Rodenſe in Belgio, Colonienſe in Germania, Narbonenſe in Gallia ſub Auguſtini nomine dicata Monaſteria, illos ante annum 1000. aut circa urbes habitaſſe, & longè Concilium Lateranenſe præceſſiſſe, quod eos vult in ſolido ſtatu permanere.

Sabellicus in Alexandro 6. refert id ex relatu Monach. Æthiopiæ.

An. 1059. An. 1149. } extiu. An. 1042. An. 1163. An. 1220. } cta.

Amplius ab annis 800. aut circiter Virgines collegialiter ſub Auguſtini Regula vixiſſe docet Buchonienſe Cœnobium ab Adelheyde ſorore Hildegardis Carolo Magno deſponſatæ extructum. *Habitum* etiam *Ordinis* habuiſſe (quamquam non ubique loci eundem) & *Votum emiſſe* & à *Priore* gubernatos, ex Innocentii III. manifeſtum evadit epiſtolis.

Ex Odone Abbate id traditur.

Libro 1. & 2. Vixit an. 1198.

In Italia tam uberes Aureliana Arbor fructus edidit, ut nec habitu, nec colore, nec nomine, nec vivendi modo conſentientes, omnes tamen eamdem vitæ Monaſticæ ſpeciem præ ſe ferentes quaquaverſus conſpicerentur. Et ſi, ut fit, Barbarorum, temporum, hominum vitio à priſtini rigoris obſervantia declinaſſent, nunquam deſuerunt qui antiquo decori ordinem reſtituerunt.

Ita Albertinus Veronenſis cum ſociis in Anglia; S. Guilielmus in Galliis & Germania; Joannes Bonus & ſequaces in Italia. Hic ut certiori viâ decus Ordinis procuraretur, Generalis Collegiorum Italiæ declaratus eſt; & poſt eum alii ſucceſſivè id muneris obierunt, ſinguli non exiguum religioni facientes operæ pretium. Denique Innocentius IV. non obſcurè videns Ordinem hunc floreſcere, ex eo potiſſimum quod Franciſci & Dominici ſectatores in medio urbium verbis & exemplis nimium quantum proficerent, ſtatuit quod Succeſſor Alexander confecit, omnes titulo D. Auguſtini Eremitas ſub unius Prioris Generalis obedientia colligere, Cardinalem protectorem dare, eiſdem diverſarum aliarum ſocietatum Religioſos adjungere, omnibus ab Ordinariorum poteſtate exemptis titulum, habitum, Regulam eadem, cum poteſtate ubivis templa ſtruendi, rem divinam peragendi, & mendicantium more in urbibus diverſandi. Generalis conſtitutus Lanfrancus Septalanus Mediolanenſis. Congregationes Eremitarum Auguſtino lucrifactæ ſunt. *Fratrum de pœnitentia Jeſu Chriſti* quos in Brabantia fuiſſe & cæruleis amictos ſcio: S. Guilielmi de quo alibi: Vallis Hirſutæ & Turris palmarum à locis: S. Joannis Boni & Blaſii de Britinis ab auctoribus: S. Trinitatis Centumcellis: Jacobi de Molinio: Benedicti de Monte Fabali: Mariæ de Mirceto & de Cupacono à tutelaribus ordinum & reformationum appellatæ. His acceſſionibus & novo pietatis obſequio quo homines juvabantur tanta brevi ordo ſumpſit incrementa, ut referat Sabellicus tempore Alexandri VI. Papæ monaſteriorum 2000. initiatorum 30000. extitiſſe. Ad Brabantiam quod attinet, ſeriùs quidem huc ſacer ille ordo pervenit, ſed tanto cum fructu, ut nulli mendicantium numero aut progreſſu ceſſerit. Cœnobia quæ nunc ſunt, Colonienſi Provinciæ ſubcenſentur, & ad optimæ diſciplinæ normam ſe componunt ſummis imiſque gratiſſimi Aſcetæ.

Anno 1171.

Anno 1256.

Ex Baptiſta Alouiſiano Ravennate Doctore Theol.

PRÆFECTURA CAMPENHOUTANA.

CAMPENHOUT, pagum, (unde Præfecturæ nomen) nomen habere volunt à pugna inter Malinates & Hunnos commiſſa.

Sylvam belli ſonat.

Præfecturæ ſubcenſentur pagi hi.

Huic præfecturæ ſubcenſentur pagi * *Poetiacum* & † *Melsbroecka* ambo eundem nuper cedente Rege Toparcham nacti Joannem de Lockingen, hęc capituli Bruxellenſis Eccleſia.

POETY. MELSBROECK. * Neſcio an à POTERS quod cives ſignificat, an à POOTEN quod plantare dictum. † Melchioris Paludem ſonat.

Illud ob Vilvordienſe Beginaſium celebre. Quod, ſi non primum, ſaltem è primis eſt totius Brabantiæ ante annos amplius 500. fundatum. Unde Mechlinienſe & Bruxellenſe aliaque nunc maximè nota Beginaſia quaſi ſacræ quædam Coloniæ ductæ profluxerunt. Ubi aliquando 200. eodem tempore Virgines Deo famulatas invenio.

Anno 1564.

Ex regiſtro Viſitationum quod habeo.

Celebris autem hìc loci memoria Deiparæ, ob Iconem ſacram & multis claram miraculis, ideòque *Mariæ Conſolatricis* vocatam, à Sophia (ſoror fuit Matildis Henrico Duci nuptę) Hungarica eò delatam.

ONSE LIEVE VROU TEN TROOSTE. Anno 1267. Lipſius c. :, Virginis Hallenſis.

Ceterum cùm in ſuburbano Leodienſi ad portam S. Leonardi fundatum Ordinis Carmelitarum virginale Cœnobium per bellorum injurias planè exuſtum eſſet, Monialibus dilapſis nec ſumptui ferendo paribus; Religioſus P. Gabriël Regnoberto cum duodecim Virginibus Vilvordiam delatus eſt. Quarum inopiam miſeratus Gabriël *Sorede* Generalis inſtitit, Carolus Dux quo erat ad promovendum Divini cultûs honorem affectu, Beginaſium Vilvordienſe hìc loci ſitum eis aſſignavit. Ita partito æqualiter loco pars Beginis relicta, pars ad uſum Monaſterii præparata eſt. Ubi aucto numero ſex Virgines (ſex etenim aliæ finito bello ad Leodienſe Cœnobium reverſæ erant)

Anno 1458.

Ex communicatis mihi Archivis per Antiſtitam Virginum.

Anno 1468.

optimæ diſciplinæ collegium & ædificiis mediocriter exornatum extruxerunt.

Anno 1578.

Deſtructo autem & funditus everſo per nuperas turbas tam Beginarum quàm harum Monaſterio, utręque in urbem receptæ ſunt.

Anno 1586.

Hâc occaſione libet hîc inſerere parvam de Carmelitarum initio diſſertatiunculam.

DE ORDINE
Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo diſſertatiuncula.

SAcer Ordo hic in agro Domini Divinâ diſpoſitione plantatus, & titulo Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſpecialiter inſignitus [1] *jure aliis omnibus præferendus,* [2] *qui de ejus plenitudine acceperunt.* [3] *Hic aromatum hortus, quem dextera Dei plantavit in Monte, Vatum ſchola, norma diſciplinæ, monaſticæ prænuncia unitatis, ſub lege gratiam, ſub gratia prædicans pietatem. Verè caſtra Dei ſunt hæc, in quibus vita Apoſtolica ipſos longè præceſſit Apoſtolos.* Sed deſino tam meis quàm alienis verbis Panegyrim texere, ne audire cogar, quod neſcio quis Rabula apud Plutarchum, ut facile ita ridiculum eſſe rem per ſe laudatam laudandam ſuſcipere. Tantùm, quatenùs Belgii intereſt, obiter hujus Ordinis exordia attingam.

Verba Joannis XXII. in privilegio Carmelitis dato quod confirmat Canonem 13. l. 6. Decretalium ſimulque explicat.
1. Sententia Caſſanæi in Cathalogo gloriæ mundi argumento 4. conſil. 70.
2. Abbas Vercelenſis id probat explicans Cant. c. 7. ℣. 5. *Caput tuum ut Carmelus.*
3. Verba Trithemii in libro de Laude Ordinis anno 81.

Notus & ſacris & profanis litteris in Syria mons eſt Carmeli nomine; cujus in præcipitio *ſpecus* viſitur Magni *Eliæ, cùm fugeret à facie Jeſabel,* receptaculum, & in vicino *fons circa quem habitabant filii Prophetarum.* Borchardus in peregrinatione terræ ſanctæ 1. part. cap. 8.

Sunt qui tradunt, non à Carmelo Syriæ, ſed à Phœniciæ Monte; nec ab Elia Propheta, ſed ab Elia quodam Ægypto Carmelitas deſcendiſſe, quos refutat abunde in Apologia ſua P. Lucius.

Hic mons ab Elia electus, ubi ſemotos à reliquo vulgo Eremitas colligeret, ab Eliſæo confirmatus, à filiis Prophetarum continuâ habitatione ſtabilitus. Ceterum cùm Anachoretæ hi ante incarnati Verbi tempus expectantes promiſſum Patris ſummâ in auſteritate vixiſſent, Apoſtolos Euangelicę veritatis lucem ſpargentes audierunt, & *Baptizati Prophetarum Eliæ & Eliſæi imitatores, coadjutores facti* Apoſtolorum, *per Samariam & Galilæam fidem Chriſti conſtantiſſimè annuntiarunt, inque Virginis Mariæ honorem in montis declivio fabricantes oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt, ab ea nomen etiam Apoſtolicâ authoritate* retinuerunt.

Vide Jodocum Badium in comment. ſuper 2. l. primæ partis Mantuani.

Vide Hieron. Ep. ad Paulin. de Inſtit. Monachi.

Sigibertus in chronico. Joannes Antiochenus in Speculo c. 12. & 72. quod confirmat Ferdinandus de Caſtillo in hiſtoria Dominicana p. 1. l. 2. c. 65.

Sunt qui non à Deipàra ſed à Maria Ægyptiaca eos deducunt, quos confutat Trithemius.

Deinde plurimorum acceſſione in immenſum aucti numero Carmelitæ *Perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Evangelicæ nuncii fideles & Religionis Chriſtianæ legitimi Confeſſores legitimè effecti ſunt,* ut non immerito Hierapolitanus Abbas:

Vide Sixti IV. diploma, egregiè ſuum ordinem commendans apud Lucium.

Philippus.

O Carmelitarum Religio quàm magna facta es in domo Domini. Nunquid non olim à modico fonte Eliæ principium habuiſti? Et ecce nunc in flumen magnum excreviſti. Olim plantata in heremo, facta es civitas plena populo &c. Cum autem diſperſi per ambitum Carmeli Anachoretæ ad amuſſim Evangelicæ perfectionis regulam ſecuti vixiſſent, evenit Bertholdum à Malfaida nobili Solomonis Hungariæ Regis ſanguine procreatum cum occidentalibus Principibus arma pro recuperandis terræ ſanctæ locis induere, voto concepto, ſiquidem id ceſſiſſet ex ſententia, ſe perpetuò cum Fratribus Carmeli Montis Propheticam vitam amplexurum. Voti compos factus, Monachum (nec putandum aut Benedictum aut Baſilium primos Monachorum parentes, cùm longè antè S. Dionyſius Papâ factus ſit ex patre Monacho Syriæ Carmelita haud dubiè natus) induit, adeoque collectis more occidentalium Monachorum, qui ante ſeparatim habitabant Carmelitis in Archiphilacem ſive Primatem datus eſt ſub annum 1140. ab Aymerico Antiocheno Patriarcha.

Trithemius c. 8. aſſerere videtur, poſt Chriſtum natum Carmelitas in urbibus habitare cœpiſſe, & an. 639 à Barbaris coactos ad heremum rediiſſe, ubi manſerint uſque ad annum 1238.

Anno 267.
Ita tradit Iſidorus junior teſte P. Lucio. Sabellicus l. 5. Venetarum rerum.
Polidorus l. 3. c. 7. de inventione rerum.
Nunc Generalem vocant Priorem.

Nec multò poſt ſanctitate conſpicuus Brocardus Ordinis curam agens, ab Alberto Jeroſolimorum Antiſtite impetravit ſibi & *ceteris Heremitis qui ſub obedientia juxta fontem Eliæ in Monte Carmeli morantur* certam vivendi Regulam præſcribi, quam hodieque omnes ejus Inſtituti ſervant; niſi quod temporum ratio & urbana habitatio effecerit ut Apoſtolicâ authoritate canonis & regulæ auſteritas nonnihil laxaretur.

Diploma datum Acone Idibus Januarii.
Anno 1171.
Id factum anno 1247.
Leander Albertus in l. 3. de Viris Illuſtribus Dominicanis f. 116.

Ceterum cùm à tempore Eliæ per bis mille ducentos & 21. annos (ſi rectè computat Carthuſianus) mellifluum montem incoluiſſent, Acone per Saracenos deſtructâ Monaſterium Deiferæ Mariæ ad quatuor miliaria urbi vicinum crematur, Fratribus trucidatis.

In faſciculo temporum ad annum 1291.

Ordinem Carmeliticum etſi necdum certis vivendi regulis circumſcriptum Pontifices Romanos laudaſſe & approbaſſe cenſendum eſt, cùm Leo IV. Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. largiſſimas de theſauris Eccleſiæ indulgentias contulerint Carmelitarum benefactoribus: Concilium etiam Lateranenſe, cùm *Carmelitarum Ordinem ipſo Concilio priorem in ſolido ſtatu jubet permanere.*

Anno 848.
Anno 867.
Anno 885.
Anno 902.
6. Decretalium cap. 13.
Anno 1216.

Quem cujuſque regulam privilegiis ornatam Alexander, Innocentius, Honorius tertii iſtorum nominum Papæ ſuâ muniverunt authoritate. Quoad veſtem, conſtat pallium quod Carmelitæ geſtant, rotundum & totum à collo ad tibias corpus tegens ad exemplum Elię & Prophetarum eſſe; color ut puri à labe corporis monitor, ita Virginis Matris cultori apprimè conveniens; Cucullio concolor ex heremo ad Monaſteria deſcendit; Toga atri coloris reliquiæ ſunt Saracenicæ perſecutionis. Cùm enim Barbari illi terram ſanctam occupaſſent, eò quòd Satrapas ſolùm ſuos candidis veſtiri vellent, coëgerunt Heremitas veſtem mutare.

Trithemius c. 5.

Et quidem ſcio Fratres in Monte Carmelo cappas virgulatas aſſumpſiſſe, coloris alternatim albi & nigri, quem habitum (priſco pallio reſumpto, ne exoticâ veſte Europæis ludibrio eſſent) ex oriente pulſi reliquerunt: non

Trithemius c. 6.

non ignarus alios per Aſiam & Africam diſperſos & ſubinde in Europa conſpectos Carmelitanæ Religionis atratos fuiſſe.

Supereſt videre, quo modo in Europam ſacer ille Ordo migraverit, & ſuâ fœcunditate Belgium inprimis ornaverit. Tempore primi Saracenorum in Oriente Imperii Carmelitas quoſdam in Europam divertiſſe, unicum S.

Anno 797. Lucius ex Annalibus Senarum.

Nicolai ſacellum in urbe Senenſi, quod à Carmelitis ſtructum perhibent, teſtatur. Secundâ

Anno 1238. Trithemius c. 8.

autem dominatione, cùm tyrannos graves experirentur, coacto in unum totius Ordinis Concilio in monte Carmeli multi de Conſilio Fratrum & Prioris conſenſu in Europam cum Regula & ordinario ſuo profecti, variis locis

Mantuanus l. 9. Faſtorum ad 8. Septemb.

Cœnobia obtinuerunt, & Cyprios primum ſe in agros, inde in Siciliam Italiamque magno cum fructu ſe extenderunt; adeoque cùm Lauretana domus ab Angelis in Italiam delata eſſet, & Carmelitæ ſufficienter docuiſſent ejus ædis curam in Aſia ſibi ſemper propriam fuiſſe,

Turſelinus hiſtoriæ Lauret l. 2. c. 3. & c. 8. Sub. an. 1500.

Cardinalis Robureus in eadem functione eos voluit perſeverare, ſed quâ, lue contagioſâ ſuperveniente, exciderunt, in ſalubriorem locum tranſlati. Ceterum cùm exules è Terra Sancta

Ex Monaſteriorũ fundationibus æſtima, ſtatim poſt adventum in Europam eos in Belgio receptos.

per Europam latè ſpargerentur; ſi ullibi, certè in Belgio & inprimis Brabantiâ humaniter habiti, Principum munificentiâ, populi favore uberes in agro Dominico fructus fecerunt in majoribus Brabantię oppidis (unicum excipio Lovanium) amplâ & Regali magnificentiâ extructa habitantes Monaſteria. Planè ut verè Trithemius inclamet Apoſtolos Judæâ pulſos multitudinem gentium convertiſſe; Carmelitas unius Provinciæ termino excluſos totius Europæ locum ad manſionem recepiſſe. Unius ergo montis deſolatio multarum regionum eſt ædificatio.

Neerockerzeel. Steenockerzeel.

Ockerſalia infera & *Petræa*, illa Abbatiam Antverpienſem, hæc Collegium Metropolitanæ Mechlinienſis in ſacris agnoſcit, & ſupra jus ſacrum, amplum habet hic utraque peculium. Illa ex dono Joannis Brabantiæ Du-

Anno 1290. Ex diplom. quod vidi in Archivis D. Mich.

cis & Judicem & Scabinos in loco ſeptem permittentis. Hæc ex Toparchæ beneficio. Cùm enim Beatiſſimi Antiſtitis Rumoldi corpus ob metum bellorum eo delatum, & humi defoſſum pluribus annis latuiſſet, prodentibus

Ex vita Divi Rumoldi edita. Anno 1479.

miraculis agnitum magnâ & ſolenni pompâ à Cameraceno Antiſtite in urbem relatum eſt.

Eſt in Petræa celebre ob peregrinorum concurſus D. Pharaildis ſacellum, & D. Bernardi ſacra memoria.

Nec omittendum in Ockerſalia infera pulchrum fuiſſe Cœnobii Michaëlitici Prætorium, & Tſerclaſios hic ſupremæ juriſdictionis honorem, Rege cedente, tantiſper obtinere. In

Anno 1562.

Petrea Carolus de la Noye pronuper & Principes Salmonæ ejuſdem hæredes obtinuerunt, à

Anno 1577.

quibus emit Catherina Brandeburgica ſicut & vicinum *Hemelgemium* perſonatu inſigne.

Bockerszeel. Anno 1561.

Huc etiam referenda Bockerſalia in ſacris Bigardenſis Abbatiæ curia quæ Dominum nuper accepit Cornelium vander Eycken, ſed qui mox vendiderit jus ſuum Joanni van Haſenbroeck.

Hic quæro quæ dignitatum vocabula ſint Vicarius Generalis Epiſcopi tam in ſpiritualibus quam temporalibus;

Diplo. anni 1326 talem nominat in Archivis S. Michaelis.

Item *Officialis Ducis in Antverpia*; An iſte cum Vicariis modernis, hic cum Commiſſariis aliquid habeat commune?

Vide exemplum in Antwerpia.

Cognomines pagi ſunt *Everna & Everardi mons*: in ſacris hæc à Magiſtra Hoſpitalis Lovanienſis dependens, illa Capitulo Sogneſiacenſi, & Falcoburgenſium fuit olim peculium; cujus ratione poſtea beneficium profeſſam invenio Margaretam Franconis Cleutinx uxorem, & Dominum denique fuiſſe Joannem de Woude, mox Glymæos, tum Franconem Borſelium matris Glimææ hæredem, tandem Jaſparem Culenbergium Eleonoræ matercteræ ſuccedentem. Ultimo Anthonium Balloeul.

Everr.

Anno 1496.

Anno 1546.

Mons Everardi ſive Evernenſis inclytæ ſtirpis de Montenaken jam inde peculium, à qua devenit ad Illuſtres ex Hungariæ Regibus deſcendentes de *Rubempré* nuptâ Carolo Mariâ. Et quamvis cedente illo

Ab an. 1488.

Anno 1498.

Andreas de Sucre affinis obtinuiſſet, mortuâ tamen Joannâ ejus ſtirpis rediit ad affinem Anthonium de Rubempré Virum primi nominis, & magnâ apud Principes gratiâ, hæreditas.

Anno 1508.

Anno 1461.

Eſt utrobique inſignis arx ad ſilvæ ingreſſum, & Dominus è Palatinis Venatoris Magni Brabantiæ munus obit.

Hic obſerva privilegio & conſuetudine urbis omnis Senatum, hoſpitalium, pauperum, pupillorum curatorem tutoremque eſſe.

Exempla in ſingulis ferè urbibus.

Et amplius *Cancellariam* quam vocant, id eſt Ducatus Concilium ſummum, exemplo francorum hic introductam à Philippo Duce & Comite S. Pauli.

Reſtant à Torrentibus dicti pagi. *Sterbeka* in ſacris Epiſcopo ſoli obnoxia, olim nobilium Dominorum & ſtirpium nutrix. Et quibus Joannes Faber inter primos Parci Dominarum fundatores illic inſigni illatus tumulo. Poſtea dudum eoſdem cum Saventhemio Dominos habuit. Nuper ſupremi juris compotem accepit Philippum vander Meren. Ornatur Arcibus duabus. *Merbeca* & *Bortmerbeca*, hæc nuper Dominum agnoſcens Philippum de Weerdt.

Sterbeeck.

Anno 1296.

Anno 1565.

Merbeeck. Boortmeerbeeck.

A montibus dicuntur *Ransberga* & *Corteberga*, hæc vario nota & omnium ore celebrata titulo: tum quod ibi Prætorium olim Ducale & plurium fuerint palatia; tum quod cantatiſſimum illud totius Brabantiæ Concilium hic celebratum; tum verò maximè ob Benedictinam virginum Abbatiam,

Ransberch. Cortenberch.

Quæ olim ſtructa in colle vicino, & origo ejus à Recluſa ob vitæ integritatem in ſanctis habita.

Ex communicatis mihi per Antiſtitum.

Ex Inſcrip. columnæ quæ tamen nunc delata eſt. habita Templum, cujus reliquiæ ſuperſunt, exſtructum anno 1222.

Anno 1105. Et anno 1129. Odo & Burchardus Epiſcopi Cameracenſes primi videntes virginum pietatem Eccleſias aliquot contulerunt.

Anno 1572. Virgines exuſto nuperis turbis Monaſterio & templo anno 1584. Coloniam profugæ multum cum temporum injuria colluctatæ tandem Lovanium, tandem ad ruinas Monaſterii ſui redierunt, & vivunt vitam religioſam numero ad quinquagenarium accedente.

Anno 1352. *Canonicorum Vicarios eſſe Paſtores, præter ea quæ vulgò nota ſunt, docet fundatio Hougardienſis, ubi hæc verba legis:* Canonici erant Plebani, & Prælatus Inceptor Horarum.

Ex diplom. Joannis Ducis dato Lunæ poſt Aſſumpt. Conſilium, de quo ſuprà, tradidi inſtitutum à Duce, ut ſcilicet Equites quatuor cum duodecim Patriciis ex ſingulis urbibus, convenirent ſingulis tribus ſeptimanis jus dicturi. Eorum poteſtas ampla & ferè abſoluta. Cauſâ inſtitutionis tumultus, qui ob regionem magno ære alieno obſtrictam, & ut putabant, malè gubernatam, exoriebatur. Et ſanè per hoc invecta alia planè Reipublicæ facies, quæ diu perſeveravit & in parte perſeverat adhuc.

Elwyt. Pierck. Reſtant Elwita & Parcus. Eundem nunc Dominum habent; olim penes Gentiles de
Anno 1439. *Wavera* poſſeſſa, & per Catherinæ nuptias cum Joanne de *Bernaige* in illam tranſlata ſtirpem.

Neerassent. Haren. Anno 1559. *Aſca inferior* & *Harenum.* De illa alias, hoc Dominum accepit Rumoldum Loots, à cujus filio emit Anthonius Pyn anno 1569.

Berchem. *Berga* Franciſcum Hinckartium Toparcham nacta anno 1560.

Exempla in Parco, Vilario, Foreſto. *Hìc obſerva liberalitatem Ducum, qui omnibus circa ſylvam ſitis Cœnobiis venationis jus ferè communicarunt.*

Quin imo oppidis idem dederunt, Lova-
An. 1312. datum. nio quidem verſus Thenas & Halenum, ultra
An. 1290. datum. Tyliam, Bruxellis in Sogneſiacenſi ſilva.

DE SEPTEM PATRICIIS *Stirpibus.*

Antequam hunc Comitatum miſſum faciam, libet aliquot ramos ex ſingulis tribubus oppidi Bruxellenſis in exemplum aſſerere. Septem quidem illæ principes, quas alii urbanum rus olim habitaſſe, ego etiam poſſediſſe credo, & Dominas proinde appellarem, ferè vices ſuas habuerunt. Superſunt tamen aliæ aliundè advectæ, & deficientibus antiquis quaſi inſitæ, quæ antiquarum in ſe decus tranſtulerunt. Ego paucas tantùm dabo in exemplum, ut dixi, plures daturus, ſi licuiſſet plenam plurium habere cognitionem. Ideòque nolim, quiſquam ſe velut iniquè præteritum queratur, me velut injurium culpet. Collegi quæ potui ex publicis: ſi quid apud privatos latet, me latet. Nec ordinem in his recenſendis ſervavi, nec ſervare debui, ſingula prout occurrerunt calamo committens.

Eſto itaque Tribus prima *Leonum.*

SLEEWS.

Originem & nominis & ſtirpis boni noſtri annales, à neſcio quo, Tungrorum Rege, Brabantorum Principe, Bruxellarum conditore Leone petunt. Ego Leonem illum gentilitium arbitror aut fortitudinis ſymbolum, aut fortiter geſti memoriam, aut belli tranſmarini ſacri teſtimonium eſſe libenter crederem. Nec tacebo celeberrimum ad ſecundum ab urbe lapidem vicum ejuſdem nominis extare.

Hinc propagati ſuperſunt ab Heroë quopiam Nicolao nominati.

TSERGLAES, ID EST DES HEEREN CLAES GESLACHTE.

Hos ex Bohemia eſſe ſuſtinent nonnulli, & primùm in Friſiis ampla poſſediſſe lati-
fundia, ut ſunt *Beringa*, *Oſterlæa*, *Marienhovia* Ab an. 1062.
per ſecula aliquot à Tſerclaſiis poſſeſſa. Nec hìc tantùm ſed & in Flandria, Namurceſio, Brabantia Gallicante, diverſa obtinuerunt Dominia. Tyliacenſe quidem à ducentis ampliùs annis acquiſitum in ſtirpe perſeverat adhuc. Bigardenſe ante annos tercentum cœpit ab iiſdem poſſideri, Crukenburgenſe tribus & amplis conſtans vicis circa idem tempus.

Per nuptias poſſedit ſubinde hæc Gens *Fle-* Anno 1500.
maliam, *Gentinas*, *Soyam* Joanna, *Balaſtriam* Anno 1480.
& *nemus Irpinium* Joannæ Jacobus Patruus.
Non multò ante Beatrix Joanni Grimbergano Anno 1460.
Aſcæ Domino enupſit, & Arnoldus cum uxore Catherina *Dielbecam* accepit, & Arnoldi patruelis Michaël cum ſua *Ooſtkerkam.* Arnoldi pater Erneſtus dotali titulo *Santvlietam*,
patruus Joannes eodem *Meurenvillam.* Ut ta- Anno 1230.
ceam Deſiderium *Dyrachii* in Anglia Domi- Anno 1130.
num, Waldradum *Crainhemii* olim Toparcham, & nunc quidem *Ockerſaliæ inferæ* Toparchiam Abtincti Horrenſii & Bachtemi.

Primus quem inter Patricios hìc reperi, eſt Everardus ſub annum 1337. Præcipua Familiæ monumenta ſunt Marienhoviæ & Krukenburgi. Præcipuæ quibus olim juncti fuerunt, Familiæ ſunt: cùm Joannes Gertrudem
Angianam, Maria Erneſtum *Cucanum* conju- Anno 1076.
gem habuit. Magdalena Joannem *Bergenſem*,
Anthonius Beatricem *Lutſenburgicam*, Geor- Sub annum 1150.
gius Margaretam *Liſmaliam* duxerunt. Et paulo poſt Guilielmus Corneliam *Hornanam*:
pronuper autem Everardus Beatricem De Eſ- Anno 1200.
ſenen; unde natus Joannes Joannam *Barlamontiam* ſecundis nuptiis M. *Roſſalariæ* ſororem uxorem habuit. Nunc ſupereſt Jacobus Eques Dorotheæ Comitis Embdani filiæ maritus. Habuerunt *Tſerclaſii* Joannem Epiſcopum Camera-

Anno 1200. meracenſem & S. Imperii Principem. Habuerunt Severinum Ultrajecti Canonicum, & plures ante aliquot ſecula Andennis, & alibi in Regalibus Collegiis Canonicas.

Ad hanc radicem etiam ſpectat Gens ab Heroë Arnoldo nuncupata.

TSERARNTS,
ID EST
DES HEEREN AERTS,
SUPPLE
GESLACHTE.

Anno 1116. EX quibus Melchior *Crubecam*, ut *Altenam* & dotalem *Kerbergam* poſſidens. Sororem habuit *Rodii Agatha* & *Glymeæ* Dominam, filium Henricum *Luponiæ* & *Lembecæ*, Anno 1182. nepotes Gildolphum *Goetſenhoviæ* & *S. Marci in Arena*. Philippum *Cleerſtalli*, neptim Gertrudem *Marcæ*, *Edelhoviæ*, *Broeckiæ* Dominam. Anno 1311. Ut taceam, quæ noſtris ſunt viciniora temporibus, Catherinam *Daemſdonckiæ* & *Lintriæ ſuperæ*, Anno 1315. Aleydem *Haiſtæ*, *Rouſtæ*, & *Calkeni*, Corneliam *Villæ Floridæ* & *Goykæ*, Mechtildem *Schoonhoviæ*, *Poliariæ*, *Mœreni*, Joannam Anno 1382. *Gaveræ* & *Bomeliæ*, Amelbergam *Hilverenbecæ*, Mariam *vander Duſſen*, Idam *Fani* Anno 1482. *D. Ulrici* ſimiliter ſuis temporibus Dominas.

Patrum denique memoriâ Henricus Eques Dominus *de Aa* audiit, Adolpha Baronis Haultkerkani uxor Domina de *Stalle* & *Riviriæ*. Planè ut videre ſit pulcherrimas in Brabantia, Flandria & alibi, tam nuptiarum, quam ſuo titulo, Toparchias à Tſerarntiis poſſeſſas.

Quorum peculium, quod ſciam, antiquiſſimum in *Erps*. Primus quem inter Patricios Bruxellæ inveni, fuit anno 1322.

Anno 1116. Pulcherrima ſtirpis monumenta Anderlaci in D. Guidonis Sacello, & Bruxellæ apud Minores. Majores quibus matrimonio olim juncti fuerunt, Gertrudis *Bertoutia* prætacto Melchiori enupta & horum neptis Gertrudis Alardo Cucano elocata. Aliàs ferè ſemper ſui generis, id eſt, Nobilibus & Patritiis matrimonio juncti obſervantur.

Sequitur Gens ab Hugone dicto *Cluetinck* nominata ex Principibus una.

TSERHUYGS
ID EST,
DES HEEREN HUYGS GESLACHTE.

EX quibus invenio Ægidium *Diegemii* Dominum, & Margaretam D. *Heverleæ*, Joannem Anno 1390. D. de *Marchinez* Mariſcallum Ducis Joannæ. *Marbaſiis*, *Waleniis*, *Cucanis* & *Lanoyis* junctos obſervo, & ſunt qui volunt lilia illa gentilitia Arſcotanæ originis indicium eſſe. Ad hanc ſtirpem ſpectant

PIPENPOY

Anno 1301. A potu ductum agnomen. Qui ante annos trecentos Prçturam Bruxellæ geſſerunt, & per longum tempus *Merchemi* Dominium obtinuerunt, & in Choro D. Gudulæ primario inſignia habent. Ab an. 1410.

EGGLOY.

Grimberganis & *Aſcæ* Dominis juncti ante 300. annos Senatorii.

MEERTE.

Vilanis & *Lombecæ*, *Meldariæque* Dominis juncti etiam Patritii ante annos 300. fuerunt.

VANDEN SPOUT.

E quibus pronuper Bernardi duo alter cum uxore Maria Dominum de *Herines*, alter cum Anno 1257. Margareta Liſmaliam obtinuit & hic filias reli- Anno 1410. quit tres Berſeliæ, Bigardiæ, Huldebergæ & Honthemi Toparchis collocatas. Et longè ante ex his Annam Jodoco Liſinalienſi D. *Ameliæ*, Margaretam Martino de Glymes D. Gentina- Anno 1307. rum enuptas, Bernardum Gertrudis Cockelbergicæ D. Pamelienſis, Bernardum Arnoldi de Oſy D. Bouſeval & parvi Rodii.

Pulchrum ante Chorum templi Capellarum habent Sarcophagum. Fuerunt in Patriciis celebres à tempore Gorgonii qui Clementiam Anno 1204. Clivenſem duxit. Et ſub idem tempus habuerunt Wilhelmum & Cornelium ordinis Teu- Anno 1225. tonici Milites. Junctus Margaretæ *Brantiæ* Wilhelmus, Philibertus Clementiæ *Henninæ*, Anno 1235. Jodocus Emerentiæ de *Rubempré*, Anthonius Anno 1339. Beatrici Aſcanæ, Mathias Clementiæ Grimberganæ. Ut quivis facilè obſervet è primis habitos Nobilibus. Anno 1394.

Sequitur Tribus à Rodolpho Heroe & nomen & initia petens.

TSERROELOFS,
ID EST
DES HEEREN ROELOFS GESLACHTE.

E Quibus invenio Ægidium Scabinum, nec amplius quod memoriam mereatur.

Sequitur Tribus viæ lapideæ,

STEENWEGE.

Quæ licet diu interciderit, tamen reliquit affines varios. Imprimis

VANDERNOOT

Nomen adeptos à loco ſuburbano extra portam Lovanienſem, quorum monumenta ſpecioſa ſunt in vitris templi Ruysbrocani, in choro B. Mariæ apud Carmelitas & alibi. Habuerunt in Nobilibus Abbatiis Marga- Ob. an. 1452. retam *Cortenbergæ* Abbatiſſam, in Foreſto Religioſam Aleydem ſub idem tempus. Habuerunt Cancellarios Brabantiæ aliquot, quos alibi recenſui.

Ex iis poſſedit *Oſſendrechtum* Adrianus, Valterus *Ryſtam* & *Steenvorſtam* & dotalem *Wooſtweſaliam*, quibus ejuſdem nominis filius *Moorchoviam* adjunxit, Maximiliana neptis D. *Sa-*

D. *Saventhemii* & *Stertbecæ* enupſit. Ut taceam Idam Domino *Diegemenſi* collocatam, & alios *Kieſegemiæ*, *Riſoriæ* Dominos.

Juncti fuerunt olim *Schoonvoſtanis*, *Aſcanis*, Gentilibus de *Emmichoven*, *Brechtanis*, *Duffelenſibus*, *Walemiis*.

CONINCK, id eſt, *Regii*.

Huc ſpectant, qui in Foreſto plures Abbatiſſas habuerunt, certiſſimo generis Equeſtris indicio.

Sequitur Tribus Algido-montata.

VAN COUWENBERGHE.

Unde profluxerunt complures qui nunc in ore & honore ſunt, ut

TAYE.

Ex tractu, ut opinor, Gaesbecano oriundi & virtutis merito aliquot nacti Dominia quæ in ſtirpe hodieque perſeverant, ut ſunt *Ruyſbrokæ*, *Wemmaliæ* & *Goykæ Eelwytæ*. Primus
Anno 1234. in Senatoriis mihi occurrit Wilhelmus. Monumenta ſtirpis in ſupradictis pagis plurima, virtutis in hiſtoria ſubinde, maximè ob expeditiones aliquot ſacras & ibi fortiter geſtas Chronicon meum Henrici meminit Equitis. Anno 1204.

Huc etiam ſpectant familiæ à *Senna* & *Pede* dicta. Illius antiquiſſimum inter Patricios invenio Joannem, hujus Gerardum in bello Grim- Anno 1340. Anno 1145.
bergenſi.

Sequitur Tribus à Rubea aut Rodenſi palude dicta.

RODEBEKE.

Cujus propago ſunt *Mourſii* & à quercu dicti VAN EYKE. Illi floruerunt inprimis cùm Reynerum OEconomum Ducis, Legatum ad Regem Romanorum & unum ex II. tutori- Anno 1417.
bus Ducis impuberis habuerunt.

Hi Dominis *Ruysbroekanis* & *Walemiis* jun- Anno 1445.
cti: utique ante annos 250. Senatorii Ordinis fuiſſe probantur.

Sequuntur Hoſpites aut Gladiferi.

SWEERTS.

Ex quibus familiæ ſuperſunt *S. Gaugerici*, Anno 1341.
ex qua primum Joannem. *Crane*, ex qua Anno 1298.
Leonium Senatores invenio.

FINIS

VILVOR-

VILVORDIA

Cum Pagis Comitatûs ſive Territorii Bruxellenſis.

QUÆ INSCRIBIT

Illuſtriſſimo Excellentiſſimoque Domino GERARDO HORNANO, Comiti Bauſſigniacenſi, Baroni Boxtelenſi, Toparchæ Iſcano, Domino in Arquennes, &c.

J. B. Gramayus Principum Hiſtoricus.

ECce Tibi libellum, cujus fronti tua inſculpta, foliis Tuorum inſperſa, utrobique animi mei teſtata inſignia, Heros Illuſtriſſime. *Veniam dabis audaciùs fortè occupatas fores pulſanti, & illuſtrem humanitatis tuæ auram venanti. Non aliter licuit, non aliter decuit. Habes hìc Comitatûs illius Antiquitates in quo peculia tua & Tuorum primam cathedram obtinent; Urbis iſtius amplitudinem in qua Tu Brabantiæ Ordinum perpetuus tanto tempore Delegatus ſtabilem Reipublicæ noſtræ regendæ cauſâ ſedem fixiſti. Illa tibi offero & grata futura ſpopondit Illuſtris tui Nominis tot Hiſtoriis, tot ſeculis nota Serenitas, quam virtus tua reddidit auguſtiorem.* HORNANOS *novit omnis Germaniæ, Franciæ & noſtras hiſtoria, & ego audacter in primariis Provinciæ noſtræ repono primos. Vis antiquitatem? Ecce Tibi cùm omnis Germaniæ quammodo cenſeretur nobilitas tempore Henrici I. Jaſparem & Paulum* HORNANOS *in haſtiludio primos ſe ſiſtere, & tempore Henrici IV. Venatoris Cæſarei dignitate exornari: & ego libenter credidiſſem, ex tam auguſto fonte cornua illa veſtra Gentilitia promanaſſe, niſi Francus ſcriptor longè ante recenſeret ſub annum* 848. *inſtructum familiæ veſtræ inſignibus* Ercenbaldum *inter Majores Palatii Francorum. Vis connubia? Ea fuerunt ſemper cum Illuſtriſſimis Belgii. Bis Ducum noſtrorum liberis juncti* HORNANI *exinde poſſederunt Baronatus nobiliſſimos, à Brabantiæ corpore avulſos, ut Filiorum Ducalium eſſent peculia: ut quibus natalium ordo aditum ad Ducatus apicem negaverat, horum latifundiorum tituli eſſent ad colendam Brabantici Nominis majeſtatem. Ut taceam* GUILIELMUM *ductâ Principis Cliviæ (quæ ex Alberti Cæſaris filia procreata erat) filiâ, nobilem, adeòque jus in Cliviæ Comitatum ſuis relinquentem, niſi Marcanorum prævaluiſſet potentia. Unde tamen nec eſt quod fortunam gravem fuiſſe querantur* HORNANI, *nec ipſa Clivia. Affinibus illi ſuis conceſſerunt, hæc nomen non ſtirpem Dominorum mutavit. Non vulgari enim virtutis indicio & gratiæ exemplo* ADOLPHUM & EVERARDUM HORNANOS *ſub annum* 1112. *à Cæſare dono accepiſſe Aldeburgenſem & Altenacenſem Comitatus notum eſt, unde Bergenſibus & Marcanis origo. Habuiſtis alios Monbeliartii, Wirtebergæ, Loſſenſis, Juliæ aliorumque Principum affines generos aut ſoceros, & alia virtutum chariſmata illuſtrem familiam in hominum memoria & ſcriptorum ſervatura. Quibus non reſpondens modò, ſed & par, ſed & ſuperior prudentiæ tuæ exempla variis Legationibus reliquiſti, tum affectum in literas & literatos omnibus exhibes. Cujus mihi locuples teſtis æternæ memoriæ J. Lipſius, pluries mihi profeſſus è paucis & raris Te eſſe, qui ſtudiorum cauſam ſuſcipiunt æſtimantque. Quod & ego non externo tantùm monitore, ſed ipsâ doctus experientiâ audaciùs me inſinuo, petoque affectus tui partem operi huic meo impartiaris,*

Mihique Clienti

ILLUSTRISSIME COMES

TUO J. B. GRAMAYE.

VILVORDIA.

VILVORDEN.

NOMEN hujus oppidi diplomata & ſcripta vetera ad unum omnia per F utrobique ſcribunt & T *Filfortiam* & *Filfortium*. Volunt curioſi quidam, ex Gallico, id eſt, Latino vitiato eſſe dictam *Vilfordiam* quaſi *Villam fortem*.

M. S. L. 1. c. 6. Eo adhuc in an. 1371. ex diplom. oppidi Lovan. duco.

Initium urbi eſſe à Caſtro veteri præterquam quod annales tradunt, vetera urbis perſuadent inſignia, quæ erant *Caſtrum cum duobus utrimque vexillis*.

L. 1. rerum Brabant.

Mœnia & ambitus ille murorum cum foſſis juſtæ altitudinis à Duce Wenceſlao perfectus putatur à Divæo, & aliis.

Meierus. Anno 1575.

Arx munitiſſima parte, quæ Bruxellam reſpicit, ab eodem, ſi non cœpta, quod nonnulli arbitrantur, ſaltem quoquomodo perfecta eſt illo ære, quod ob editas anno 1362. pacis tabulas à Lovanienſibus expreſſerat.

Structa autem potiſſimum ad coërcendos aut continendos aliquatenùs Bruxellenſes, qui motus aliquot concitaverant.

Ita ut hinc Sennæ fluminis curſum objectâ ligneâ mole ſiſtere, & prata agroſque omnes Bruxellam uſque poſſint inundare.

In hac arce Brabantiæ Archiva Nivellis allata aſſervantur.

Habetur denique pro carcere Regio & Principis.

Ejus Caſtellanus ſolet pronuper eſſe ex primaria Nobilium ſtirpe, imò Aurei Velleris Equites hoc munere functos conſtat.

Vilvordia, ut nunc eſt, ambitu eſt mediocri, portas quatuor, turres in mœnibus ultra viginti quinque, plateas plus minùs viginti ſex habens.

Præcipua ejus opera fuerunt Curia ante annos centum & ampliùs, captâ per Bruxellenſes urbe, exuſta, ſtructa tempore Wenceſlai Ducis.

Prætorium cum Dominio *Herlarienſi* in ipſo oppido, quod Joanni naturali Joannis Burgundi filio olim donatum, nunc emptionis titulo, niſi fallor, Dongelbergii acquiſierunt.

Anno 1447. Anno 1508.

Fuit etiam, ſed extra muros, Prætorium *Coninckxloënſe* olim quidem Bocholdiorum, ſed per Daniëlem venditum Cornelio VANDER KELEN, in cujus poſteris hæſit, donec id à Joanne emit Catharina OUDAERT.

Quoad civitatem ea ſolet olim tota ab arbitrio Bruxellenſium pendere.

Ceterum cùm illam à partibus Maximiliani Auſtrii ſtantem, adverſi Bruxellenſes clam ingreſſi oppreſſiſſent, curiâ exuſtâ, & magnâ civibus clade illatâ; Victor Dux ad compenſandam illati damni injuriam, & remunerandam fidelitatem, liberos deinceps à Bruxellenſium imperio eſſe juſſit cives.

Ita ipſe quotannis Dux per Commiſſarium format Senatum 7. Scabinis, quorum primus Conſul vocatur, conſtantem, adhibitis in conſilii & electionis partem Prætore & Caſtellano. Nobilior civium pars in duo Sagittariorum ſub Joanne IV. inſtituta, aut unum Rhetorum Collegia ſe refert.

Vilior in Tribus mechanicas 7. 8. plus minus pro temporum ratione dividitur.

Et olim quidem Lanificio quæſtum facere ſolet inſignem.

Nunc exſiccandis ad ſolem lineis pannis rem faciunt.

Dies nundinationum hebdomadalium incidit in diem Mercurii.

Monetariam officinam diu Vilvordiæ fuiſſe indicant diverſiſſimæ quæ adhuc nomen ſervant pecuniæ in indicibus & hiſtoriis citatæ.

Imò Brabantiæ Ducis Monetariam hìc permanſiſſe ex eo patet, quòd hiſtoriæ referant eam à Duce Lovanium eſſe relatam.

Divæus L. ultimo Rerum Brabant. Anno 1395.

Calamitates urbi advenerunt ab hoſte primum & inprimis.

Cùm Grimbergani eam incendio fœdarunt vi ſemel iterumque captam, ſed paulò poſt Duci reſtitutam.

Vide Grimbergam. Anno 1143.

Denique cùm à Bruxellenſibus Maximilianum admittere recuſantibus.

Ad extremum cùm res totius Brabantiæ ad rebellionem tenderet, occupata à militibus Ordinum arx.

Eam tamen cum urbe miſſus à Gubernatore Mansfeldius recepit.

Anno 1584.

Noviſſimè per hoſtes ſubitò irrumpentes mirum miſerumque in modum ſpoliata.

Quoad rem ſacram. Eccleſia una eſt ex eis, quas Carolus Magnus Aquiſgranenſi Capitulo aſſignavit, fuitque ſemper ſub clientela Canonicorum, donec illi certo interveniente contractu Abbatiæ Ciſtercienſi *Cameræ* jus ſuum transſcripſerunt.

Ex communicatis mihi per D. Cornelium Camerarium Paræcum virum literatum & mihi amicum.

Eſt in ea celebre Sacellanorum Collegium & intelligo ex oculatorum teſtium relatu, uno hìc tempore ſacra peragere ſolitos non pauciores vicenis Sacerdotibus.

Sunt in templo vitreæ inſignes quæ Duces Burgundiæ authores loquuntur, ſemper in Eccleſiam à ſuis ſtructam Majoribus propenſos. Viſuntur & monumenta aliquot Prætorum in templi odeio.

Eas confractas Sereniſſimi Principes repararunt.

Solet etiam hìc Archibresbyter plurium curator pagorum reſidere.

Fuit tempore Venceſlai, ſed à quo fundatum neſcio.

Præter Parochialem eſt inſigne & dives olim hìc Noſocomium, ubi juſto numero Virgines ad præſcripta D. Auguſtini viventes ægris ſubveniunt.

Eſt

Eſt & vetus D. Nicolai Sacellum, in quod Virgines Carmeliticæ, exuſto earum Cœnobio, tranſlatę ſunt, ſtructumque curâ Fr. Henrici Goedenhove Patris & Catherinę Boiſot Prioriſſæ Cœnobium quò tranſlata Virginis Conſolatricis, diligenter & anxiè aſſervata Icon, à frequenti hominum multitudine viſitur.

Beginę etiam parum ex re futurum videntes hoc incerto bellorum eventu foris ædificare, coëmptam domum in formam Curiæ adornarunt.

Sunt etiam in urbe, quæ foris eſſe ſolent, ſeptem Mariæ Virginis dolorum ſtationes in ſacrariis repræſentatæ juſto ab invicem intervallo.

Solent in ſuburbano eſſe leproſaria & laneonum officinæ magno numero.

Nunc omnia perierunt, ut vix ſui veſtigium reliquerint.

BOCHOLDIA.

BARONATUS.

Buschnout. Sylvam fagorum ſonat.

Ex M. S. hiſtoriæ Flandricæ, & hiſtoria Grimbergana.

NOmen loci hujus licèt nonnulli à fagis deducunt, certiùs tamen & rectius illi qui ab origine ipſa arcis petunt nomenclaturam. Cùm enim pretium fidæ operæ atque opis Theoderico Flandrorum Comiti Dux noſter Teneramundam contradidiſſet, oportuno loco in limite ditionis ſuæ arcem ſtruxit, Flandrorum excurſiones intercepturam; & quia præſidium in perpetua, ut ſic dicam, ſpecula, ſtructæ nomen fecit *Boocholt*, id eſt, Arcum tene. Hæc licèt portio ſit Parochiæ Meizenſis, ejuſque Toparcha in Meizenſi pago ſuum habeat Dominium; tamen quia, non Grimbergæ, ſed Ducis beneficio poſſidetur, & Baronatûs titulo inſignitur, huc adſcribenda.

Ejus Toparchas à loco nomen adeptos, virtute ſuâ inter primos Brabantiæ claruiſſe, bella comprobant ſacra inprimis.

Ex Divæo & Annalibus.

Teſtis ſub Godefrido Duce Walterus, ſub Henrico Joannes, ſub altero Henrico Godefridus, qui rebus in Syria geſtis famam ſibi pepererunt. Boucholtanos autem Illuſtres ab omni hominum & Scriptorum memoria fuiſſe, quatuor Comitum teſtimonia nuper aſſeruerunt, probant & monumenta in Dominicanorũ æde Lovanii Tumulus ſplendidus. In Aula Aquiſgranenſi inſignia. Inter alia Comitum & Aſſeclarum Cæſaris: probant & Matrimonia, quæ eis ſemper fuerunt cum Nobiliſſimis Brabantiæ. Exemploque ſint Joanna Weſemalio an. 1445. Clementia Parwetano anno 1489. Baronibus enuptæ. Probant ad extremum diplomata, ubi Bocholtanus ſemper inter, ſubinde ante primarios patriæ Barones ſubſcribit. Quę rationes Principem Sereniſſimum moverunt Bocholdiam Baronatum veterem declarare, & neglectum aut incuriâ ſepultum honoris titulum ei reſtituere. Superſunt adhuc ex veteri Bocholdiorum ſtirpe aliqui. Ceterum Baronatus poſt mortem Margaretæ anno 1476. acceſſit Everardo Marcano. Poſſeſſus à Marcanis aliquamdiu, donec Robertus Arenbergæ Regulus Maxæmiliano Tranſilvano Equiti tranſſcripſit.

In admiſſione Comitis de Manderſcheyt in Canonicum Coloniæ anno 1605. 11. Martii.

Ex teſtimonio hujuſce rei publico dato an. 1603. 26. Septembris per D. Aſſoniallium Baronem mihi exhibito.

Ex geneis noſtratibus.

In diplom. anno 1384. ponitur quartus in ordine Baronum Joannes.

Anno 1536. Ex libro Curiæ feud.

Hodie ab Illuſtri Viro Chriſtophoro Aſſonvillio, Equite Aurato, Altevillæ Domino, olim Regis Philippi nunc Archiducum Statûs, & Concilii Privati Conſiliario primario poſſidetur, & is locus ita cultus, caſtri & villæ ædificia ſic reparata & ornata, ut inter pulcherrimas arces ſive ſitum loci, ſive munitionem, ſive amœnitatem æſtimes, nulli facilè cedat.

Locus inter Flandriæ urbes & Brabantiæ loca medius de utriuſque bonis & fœcunditate participans. Munitur alibi aquis triplicibus, turribus quinque ita ſibi invicem oppoſitis, ut alteram altera muniat, ponte ſublicio mirę longitudinis, muris craſſitie immensâ, cubicula perampla, perlucida, lętos circumquaque campos, lętum nemus proſpicientia. Ut neſciam, quid intus, foris, in propè proculque diſſitis domûs Dominiique partibus poſſit deſiderari. Sacellum in arce eſt D. Gregorio ſacrum, itemque aliud D. Annę inſcriptum, in confinio Dominiorum Meizenſium extructum ſumptu Baronis moderni. Quæ, dum ſummâ cum animi recreatione contuerer, ex tempore hos verſus luſi.

Ut non immerito Flandriæ Comes profugus his ſe potiſſimum ſervarit.

DUm ſe offert oculis procul arx *Bocholdia* purum
Vertice diſtinguens aërâ quintuplici;
Tum ſe offert oculis *majeſtas*, quam Ducis auget
Auctoris nomen famaque nota loci.
Dum ſe offert pedibus propior *Bocholdia*, lętas
Cum pratis ſegetes atque ſacella ferens;
Tum ſe offert animo *pietas* & *copia cornu*;
Nam placet hæc Domino, nam placet illa Deo.
Progredere ulteriùs, viridiaria, paſcua, ſylvas,
Piſcinas, hortos grande videbis opus.
Graminaque arboribus, grege paſcua, ſylva feris fert
Obſita naturę luxuriantis opes.
Nec verò reticendus Olor, nec garrulus Anſer,
Indica nec volucris, nec fluvialis Anas.
Dum pergo æripedum loca balantumque boantumque
Aſpicienſque domum, Villice fide, tuam;
Quæque in quincuncem longè diſponitur arbos,
Et qui perpetuas fons jaculatur aquas.
Progredior, ſupero recubantem fornicæ pōtem
Multiplici atque arcis limina prima peto.
Dicam & mecum omnes, Diana, Napæa, Cereſque,
Naiades, Dryades, Oreades, Satyri
Circum habitant. Arcis *Virtus* cum *Robore* jecit
Fundamenta, loco, Dux Lotharinge, tuo.
Conſtruxit Bellona ſuum comitata Gradivum,
Perfecit Juno, cuncta probante Jove.

Juro, ſi Superis Jupiter convivia cunctis
Inſtruat, haud alium poſſe placere locum.
Juro, ſi cœnas Heroïbus Alma pararet
Juno, non alio velle parare loco.
Juro, ſi genio juvet indulgere Dynaſtas,
Non fore, quæ placeant his magis, ulla loca.

Filfortenſi Præfecturæ ſubcenſentur pagi ſubſequentes.

LEEFDAEL. Domum vitæ ſonat.

In Codice Palat. inſcribunt domum Leefdaliæ in Imbda.

LEvedalia, unde Barones Nobiliſſimi & Familia longè lateque per totam Provinciam clariſſima honoris & originis repetunt fundamenta.

1. Ita ſignat diploma Lovanienſe dat. anno 1317.

2. 3. 4. Ex annalibus oppidi ad an. 1244. 1323. 1346

Nobiliſſimos dico, quia jam inde à & ante Godefridi Barbati ævum celebres, ampliſſimis functi honoribus; ut Seneſcalli Brabantiæ [1] Rogerius, Caſtellani Bruxellenſis [2] Henricus, [3] Rogerius, [4] Joannes.

5. Teſtis eſt fœderis inter Ducem & Flandrum an. 1339.

6. Laudatur in Privilegio Lovan. dato anno 1326.

Primariis potiti Dominiis, ut Boxteliæ [5] Joannes, Oorſcoti & Perci [6] Rogerius, itemque Becæ Taxandrorum Joannes.

Anno 1346. obiit prout ex Libitinario Oorſcotano patet.

Primatibus gaviſi Matrimoniis juncti affinitate Grimberganis, Liekerkanis, Naſſoviis, Loſſenſibus, Cliviæ, Gelriæque Comitibus.

Stirps iſta ſi non deperiit, certè multùm declinavit, præſertim ex quo *Levedaliæ* Toparchia in aliam tranſiit familiam. Quod factum fuit cùm Rogerii ex Agnete Clivenſi proles maſculæ Joannes & Luduvicus improles obiiſſent, & devoluta ad ſororem Agnetem hereditas per ejus cum Joanne Grimbergano Aſchæ Domino nuptias, in mariti tranſiit nomen.

Is obiit an. 1370. ſepultus ad D. Gudulæ Bruxellenſium.

Fol. 39.

Inde quò devenerit non ſatis intelligo, Codices beneficiarii initium ſumunt à Joanne Domino de Pieterſem (anno tamen non expreſſo) cui filios & ordine ſucceſſores aſſcribunt Wilhelmum & Rogerium. Hunc ego reperio inter Brabantiæ Barones recenſeri. Rogerio autem diverſi ſexus proles duas conſtat ſucceſſiſſe Joannem & Beatricem quæ nupta Merodio & Peterſemii & Levedaliæ titulos filiis ſuis communicavit. Tandem vitâ functo Joanne Merodio Margareta Joannis filia Bergarum inſuper ad Schaldim hæres Joanni Wittemio, & Maria Nancia Wittemia Hermanno Tsherenbergio utraque marito ampliſſimam dotem attulit.

In diplom. Joannis 4. pro Abbatia Villarienſi. Anno 1422.

Anno 1445. profeſſum.

Anno 1449.

Anno 1564. profeſſo.

Inſigne Leo ſcandens Furenſibus fuit anno 1371.

Fura municipium ſacris æquè ac profanis titulis nobile, & neſcias utris nobilius.

Caſtrum hic vetus &, ſi fides hiſtoriæ, tempore belli Grimbergani; ſi fides traditioni, à Normannorum ævo. Quod ſumptu & operæ magnifico Margareta Edoardi Regis filia Joannis II. uxor exornans ex arce palacium fecit, inſigni ambulacro, hortis & nemoribus conſpicuum.

Hic frequenter & Principem & cum Principe Conſilium commorari ſolitum, indicant frequentia hic exarata & ſubnotata diplomata.

Hic Burggravium, quem alii Vicecomitem ſive Caſtellanum vocant, ab antiquo fuiſſe notius eſt quam ut verbis ad faciendam fidem opus ſit.

Ceterum ex quo munus hoc Borchgravii ex temporario perpetuum & hæreditarium eſſe cœpit, à primæ nobilitatis hominibus poſſidetur.

Ante annos tercentum inclyta & primi ſubſellii apud Gallo-Brabantos familia Melmiorum, ejus potita. Teſtis pulchro apud Parcenſes noſtros tumulo illatus Arnoldus Joannem nactus heredem. Quo ad mortem vocato Arnoldus vanden Boſſche Eques claro loco natus obtinuit. Et uſque ad Pronepotem Joannem continuâ ſerie perſeveravit penes poſteros cognomines. A Joanne autem Boſſchio Joannes Hinckaert Patricio genere & Equeſtri apud Andoverpos natus interveniente certa pecuniæ ſumma accepit, quod uxoris titulo Joannæ Hinckartiæ haud multo poſt Henricus Witthemius profeſſus eſt. Exciderunt autem eo Witthemii cùm Joannes Cortebachius tanquam Joannæ Hinckartiæ aviæ hæres miſſus eſt in poſſeſſionem, quam Henricus Witthemius dotali titulo recepit.

Anno 1435.

Anno 1468. aut ut alius Codex anno 1473.

De Cortebaciis vide Helmondam.

Anno 1524.

Anno 1568.

Hic obſervo, Furanos Vice-Comites antiquitus cornu & venabulo Illuſtres Archi-venatoris Brabantiæ dignitatem occupaſſe.

Inſuper Inſtitutum à Joanne IV. Duce certamen annuum ad quod legibus & præmio præfixis Bruxellenſes cum Lovanienſibus convenirent.

Quoad rem ſacram celebris hic S. Huberti memoria, quem & Furæ mortuum omnes fatentur, & præter locum & frequentatam ab exteris diem cornu aſſervant ejus.

Anno 735. Placentius & chronicon Leodicenſe ad 3. Novemb.

Unde evenit, ut Duces perpetuò ad eliciendam generoſæ mentis indolem bellis dediti, ſive in hoſtes ſive in feras armati hìc potiſſimum hibernare & æſtivare optaverint, & locum quem in vita carum habuerant, ſepulturâ ſuâ honorare. Ita nimirùm Ducum hìc videre eſt noſtrorum trium Mauſolæa, Uxoris & Liberorum Ducalium plures tumulos: Vexilla & alia plurima Nobilium monumenta.

Eccleſia Abbatiæ Parcenſi commiſſa eſt. Quam antequam miſſam faciam, libet hìc morem nunquam ſatis laudatum annotare & commendare.

Tantam nimirùm gregis ſui & Diœceſeos curam priſcos Antiſtites habuiſſe, ut certis temporibus per ſe, aut per ſuæ Cathedralis Eccleſiæ Primates obirent ſingulas omninò Parochias ubivis ſitas, annotarent patrimonium ſacrum, audirent querelas, media bonis, remedia malis adhiberent. Exempla vultis? Generatim dicam, omnes penè Eccleſiarum aut *Altarium* (ſic enim loquebantur) Donationes Monaſteriis factæ olim, ab Epiſcopo viſitante factæ ſunt. Et eſto exempli loco Odo & Bur-

Anno 1105. & 1129. Burchardus Cameracenſes, quorum ille Grimbergæ circa limitem Taxandricum, hic Cortebergæ prope Lovanium, uterque in finibus ſuæ Diœceſeos Provinciam luſtrans pietatis Monaſticæ fructu obſervato munificentiæ ſuæ teſtamenta reliquerunt. Sicut & S. Hubertus Leodicenſis Furæ cùm Diœceſim obit à febre prævenus diem clauſit. Sed quia vetera hæc nimium videntur, dabo novitia.

Anno 1473. Vidi acta viſitationis per Campiniam à Bernardo Comite Solmenſi, Theodorico de Sanctis Decretorum, & Joanne Rolants Legum Doctoribus factæ, & alterius per Franciſcum Halletz Epiſcopum Calciodorenſem

Anno 1509. perſonaliter factæ. Scilicet exiſtimabant boni Antiſtites, Viris nonniſi integerrimis & præcipuis vindicandum Eccleſiæ peculium committi debere.

Iſca municipium nobile & olim in Brabantiæ Conventu adeſſe ſolitum, & ſigillo diplomata munire, præferente Epiſcopum Sole & Lunâ ſtipatum.

Peculium fuit inclytæ ſtirpis & opum & dignitatis primariæ. Invenio enim *G. de Iſcha Dapiferum Domini Ducis*, & eodem anno *Alfolbnem Dapiferum*.

In diplom. per Averbodienſes mihi communicato. Anno 1260.

Ceterum cùm undeviginti annis poſt, *Franconem* de Wange, & proximo mox anno Gerardum Rotſelarium Brabantiæ Dapiferos videam inſcribi, neceſſariò fatendum aut plures eodem tempore, aut plures diverſis locis, aut unum hæreditarium alios aſſumptitios fuiſſe.

Anno 1369. Extat inſtrumentum in Codice Lovanienſi. Ad Iſcanos redeo. E quibus invenio Henricum pacis inter Ducem & Lovanienſes prudentem Sequeſtrum.

Peculia Iſcæ ſua & Curias, Nobiles Patriciique diverſi olim habuerunt. Ex his nota mihi Rodæa Clariſſimi Juſti Lipſii, qui & huic loco natales debet, nunc hæreditas à majoribus per manus accepta. Ex illis celeberrima Beerſelia ad Witthemios devoluta, qui in flagrante apud Principes noſtros gratia intuitu virtutis & meritorum ſupremæ juriſdictionis titulum à Rege obtinuerunt, & coëmentes minores aliquot Curias latè nunc in Iſca dominantur. Et nunc quidem Honorima Witthemia Iſcæ hæres Hornano nupta in illuſtrem illam transfert ſua dominia familiam. Witthemii autem à naturali Ducum noſtrorum ſemine ſunt, nomen ab arce ultra Moſam adepti, & adepti in Brabantia nobiliſſimas Toparchias, Baronatus, dignitates, nulli familiarum facilè ceſſuri.

Anno 1517. Lipſius l. 2. c. 3. Lovanii. Solent vicinarum urbium ſagittarii Iſcam ad certamen convenire, & exemplo eſt cum præmium (cervum puta vivum) Lovanienſes abſtulerunt.

Solent etiam hebdomadarium itemque annuum forum privilegiis ornatum habere.

Accepi ex relatu viri magni, patrum memoriâ ſeptem Equites primi nominis Iſcæ familiæ & fortunarum ſedem aſſiduè habuiſſe, præter Nobilium juſtam multitudinem.

Quoad rem ſacram, Eccleſiæ decimam Henricus Dux Abbatiæ Vallis-Ducis aſſignavit in partem dotis filiæ ſuæ quæ inibi Monaſticem profeſſa erat.

Præterque Parochialem habet Hoſpitale vetus cum Noſocomio & Beginarum Curia ſive Monaſteriolo, cujus tamen initia hactenus mihi ſcire non contigit.

Ne quis ut profanum æſtimet diploma Principum noſtrorum, quo interdicitur, niſi conſcio Principe, aliquid bonorum immobilium Cœnobio relinquere, ſciat olim generaliter à Monaſteriis excluſa Monachorum bona omnia. Teſte Caſſiano l. 4. c. 4.

Baronis nomen apud Romanos magnis & fortibus attributum Ciceronis epiſtolæ arguunt. Apud noſtrates olim Principibus rei Bellicæ gloriâ illuſtribus conceſſum, poſtea creſcente inani titulorum luxu, inferioris ordinis Nobilitati, ſed Nobilitati tantùm, manſit appellatio. Apud Francos Barones proximi à Rege Nobilitatem ſub ſignis habebant, quorum potentiam Hugo Capetus repreſſit invectis aliis dignitatibus. Cicero ad Atticū. In Rythmis noſtratibus Carolus M. & Pipinus Nobiles Barones vocantur. Iſidorus l. 8. c. 4. à Baros derivat quod gravem ſive fortem ſonat.

Holaria vicus in ſacris à Prioratu dependens, de quo hæc ſequentia. Hoolaert.

ENCOMIUM
Prioratus Canonicorum Regularium VIRIDIS VALLIS.

I Quater & mille, ter C, tunc floruit ille
Qui Viridem Vallem fundavit ad æthera callem.

Ille Ducum affinis, contemptor Palatii, Magnatum hæres, ſed opum repudiator. Faſtidiebat ſcilicet interioris animæ oculus fumoſarum tenebras imaginum non niſi fœcundæ viridiario ſolitudinis recreandus.

Meminerat Joannes de Buſco (ſic vocabatur) & nomini ſuo omen, & prænomini ineſſe exemplum.

Nec longioris moræ patiens inſtar Prodromi Baptiſtæ vox clamantis in deſerto paravit viam Domino, affinibus, palatio, mundo valere juſſis, ſeceſſit in Soniæ ſilvæ penetralia, in apricam & arboribus undique conſitam vallem ſibi à Duce aſſignatam, ſucceſſit tugurio, & pietatis ſemina cum fœnore olim fructum reddituria generavit. Huic enim defuncto repente, alter magnâ ambitione impetravit ſurrogari Arnoldus Dieſtenſis nomine, vitę innocenter actæ merito futurorum præſcius, adeoque ſpiritu præſagiente doctus & clarè profeſſus.

Locum hunc olim habitandum *à Viris Deo devotis, qui vitâ & moribus exemplares Deo fideliter miniſtrabunt in fœcundam ſanctæ Religionis germinationem.* Tertius in Ordine Anachoreta Lambertus emiſſo paupertatis voto omnem vitæ ſolicitudinem in eum, cui cura Verba Prophetiæ ejus ante mortem, cum rationem daret, cur in cella ſua vellet ſepeliri.

eſt de omnibus, rejiciens, magnâ ſanctitatis opinione vixit.

Interim, flacceſcente inter Canonicos ſeculares rigore, uno omnes doceri exemplo volens Deus, tres ex inclyto D. Gudulæ Collegio Bruxellis elegit, per quos reliquorum defectui excogitaretur remedium. Tres, inquam, diverſi gradûs, ejuſdem tamen Ordinis Joannes Gerelmi primi, Franco Algido-Montanus ſecundi Subſellii Canonicus, Joannes Ruysbroeckius Vicarius, primus opibus & prudentiâ, alter eruditione, poſtremus pietate jam inde noti & nobiles.

Alias Guichardini.

Hæc beata Trias licentiorem Canonicorum vitam exoſa cœpit novo zeli genere primo opibus, quas bonus Deus largiebatur in commune collatis vivere, & de ſuperfluo pauperum egeſtati ſubvenire. Et ne ſic quidem genio & affectui ſuo factum ſatis videns, urbe poſthabita in ſolitudinem abſceſſit. Placuit inter omnia Viridis Vallis, quam cedente in aliud oppido vicinius recluſorium Lamberto amplioribus etiam terminis circumſcriptum à Duce impetrarunt. Sacellum extruitur & ab Antiſtite Cameraceno in paræcialem erigitur.

Anno 1344. 13. Martii.

Verùm enimverò cùm Presbyteri ſeculares ſuo placito vitam componentes pluribus ſcandalo eſſent, viſum fuit communibus votis Inſtitutum aliquod à Sancta Sede approbatum amplecti, nec viſum convenientius Auguſtiniano. Adhibitus in conſilium Petrus Antiſtes Cameracenſis, authoritate ſuâ ratum habuit quod animo conceperant Religioſi, & translatâ in præpoſitum (is Fratrum ſuffragio electus eſt Franco) paræciæ curâ, ſub ejus obedientia permiſit omnes Regulam S. Auguſtini profiteri.

Anno 1349. 10. Martii.

Ita auctus & numero & pietate Sacer Cœtus omnium in ſe oculos convertit, & velut fœcunda parens & munifica plures ex ſe filias edidit, plures formavit colonias.

Unde effectum, ut Epiſcopi aſſenſu ex tribus quibus alia poſt acceſſêre, Cœnobiis ſub unius Capitis reverentia inſtitueretur Capitulum. Sed cùm Windeſemienſe apud Batavos Cœnobium, & Capitulum Apoſtolicâ roboratum authoritate ad famam veniret, non contenti Viridis Vallis incolę, niſi ſummum Canonicæ vicæ apicem attigiſſent, ſe Windeſemio univerent. Et denique cum Bethlemitæ circa Lovanium novam perfectionis notam Ordini adjunxiſſent perpetuæ incluſionis votum nec illa ſe privatos hi voluerunt, eandem magno fervoris indicio amplexi.

Anno 1404.
L. 1, anno 11.
Anno 1411. & 1418.
L. H. art. 3.
Anno 1447. 23. Junii.

Videor in hujus Cœnobii deſcriptione ſingularem perfectionis notam obſervare, ad quam ſemper aſpiravit, & frequens in actis ternarius omen mihi offert.

Anno 1504. dum hæc colligo, tria ſecula abierunt, ex quo ſacris uſibus hic locus deputatur. Tres Anachoretæ eundem habitarunt, antequam Cœnobii in formam redigeretur. Tres Præpoſitos tantùm habuit, & tum Prioris titulo contenti eſſe cœperunt.

Triumviri Religionis Monaſterio initium dederunt.

Tres amplexi reformationes ſunt Cœnobitæ ſui nimirùm Capituli, Windeſemienſis, Bethlemitici.

Tria potiſſimum fata ſubierunt, calumniatorum, qui Franconem Præpoſitum apud Ducem proditionis inſimulaverant; flammarum, quæ coctoris cereviſiarii incuriâ totum cum Templo Cœnobium abſumpſerunt, nunquam reædificandum niſi ad preces Pontifex ampliſſimas eis indulgentias conceſſiſſet, quorum operâ & opibus hoc pietatis domicilium integritati reſtitueretur: denique calamitatum, quæ non ſimplices hoc turbulento tempore coëgerunt Religioſos Cœnobium relinquere, & amatæ ſolitudinis delicias poſthabere.

L. 5. art. 9. Anno 1435. ultima Aprilis.

Ceterum, Bruxellâ per Parmenſem recuperatâ, aſſignatum profugis Magdalenæ Sacellum, ubi hactenùs rem Divinam fecerunt ante menſes paucos ad ruinoſas Monaſterii reliquias poſtliminio reverſi. Fuit hìc olim illuſtris manuſcriptorum Bibliotheca, fuerunt Viri pietate & doctrinâ illuſtres. Interque alios, ſcriptis editis, clariſſimus Joannes Ruysbrockius, de quo teſtatur Bernardus Tanclaer Ordinis Dominicanorum, Pariſiis S. Theologiæ Profeſſor, *Se hominem majoris zeli nunquam vidiſſe*; & Joannes Groot cantatiſſimus Ordidinis Aureliani Reformator profeſſus ſe *nec ſanctiorem in vita, nec religioſiorem in ſcriptis unquam meminiſſe.*

Ab Hæreticis diſſipata.

Tali Priore exorſa, ô benedicta Vallis! virorem ſanctorum operum lauri inſtar aſſiduè præfer in ſacro Religionum choro. Nec te concutiant inamœnæ hujus ſeculi hyemes, appropinquat, quod brevem brumam excipiet ver æternum, cui vos & veſtra ſervatur integritas.

Ab hoc Prioratu in ſacris etiam pendet *Huldeberga* nobiliſſimæ nomen & peculium Familiæ, cujus Dominium inter Equeſtres Toparchas, & Pares Brabantiæ olim recenſitum invenio.

HULDEBERCH. Olim fuit Abbatiæ Corbeienſis.

Cùm autem ad unicam Catherinam devolutum eſſet Dominium, per ejus cum Arnoldô ab *Ordingen* nuptias, ab ea cœpit ſtirpe poſſideri.

Huldebergici inter Patricios Lovan. habentur, eorumque primum Henricum invenio in Senatu anno 1362.

Et iterum Catherinâ Ordingeniâ matre defunctâ, Henricus Wittemius, qui Joanni ab Houthem Equiti & Cancellario Brabantiæ vendidit. Denique cùm per matrem Adeliciam Joannes à Straesborch idem obtineret, Anthonius Hauthemius, ut in nomine perſeveraret, ab eo redemit.

Anno 1458.
Anno 1490.
Anno 1542.

Sub Huldeberga aliqui cenſent *Loenbecam* Wilrianæ olim ſtirpis, denique Huldebergicorum, nunc vander Vorſtiorum.

LOENBEECK. Ab an. 1443.

Manibus Abbatis Tyronem Monachum veſtitu Religionis indui, ut nunc ita olim uſitatum.

Teſte Caſſiano l. 4. c. 5.

Obſerva Domini nomen aut Dominæ veteres non obiter uſurpaſſe, niſi aut Matrimonio juncti,

juncti, aut Equites facti. Ita in actis oppidi Lovanienſis legi, Mariam hæredem Belgii Patre defuncto *Domicellam* dumtaxat vocari, & Guilielmum Hollandiæ Comitem antequam Equeſtri Baltheo ornatus eſſet, Domicellum & Armigerum.

Teſte Becano in vita.

Sunt in hoc tractu pagi à Capitulo Cameracenſi in ſacris dependentes *Saventhemium* & *Wolva Stephani*. Illud Cucanos olim, & Bouchoutanos habuit Dominos, denique Henricum vander Meren Equitem titulo emptionis accepit.

Hæc *Stephani* vocatur à Divo Tutelari; cùm altera ſit hic *Wolva Lamberti* Decanum D. Gudulæ in ſacris agnoſcens. Aliàs Philibertum de Bruxella, cedente Rege, Toparcham accepit, & poſt eum Franciſcum vander Aa hæredem & Wilhelmum van Amſtorff Franciſcæ filium.

Anno 1561.
Anno 1574.

A Capitulo autem D. Gudulæ dependent *Machela D. Gertrudis*, Ægidium de Gottignies nuper Dominum nacta, & *Weſenbeça* Gentilium de *Sweerts* olim, nunc *de Boot* Dominium. Sub quo *Ophemium* (ſtirpis inclytæ cognomentum) notum ob Regulæ inibi tertiæ D. Franciſci Bogardorum Cœnobium à Valtero Heetveldio Equite fundatum, inſtinctu Wilhelmi *Alemans* profeſſi Villarienſis docti piique Conventûs hujus primi Formatoris.

Anno 1474.

Cujus occaſione breviter de Bogardorum initio diſputabo, quos veri nominis Religioſos eſſe, nec ex genere eorum qui in Concilio Viennenſi à Clemente Papa damnati ſunt, veri nominis & ſubſtantialia vota emittere, Sedi Apoſtolicæ olim immediatè ſubfuiſſe, à S. Franciſco inſtitutum fuiſſe, privilegiis & gratiis Ordinum mendicantium gaudere, diverſi Pontifices & reſponderunt & decreverunt. Ceterum cùm nomen à Begga Duciſſa Brabantię & ab ea originem ſibi eſſe velint Bogardi; tamen codices eorum initia referunt in annum 1215. cùm opinor primùm tertiam D. Franciſci Regulam aſſumpſerunt, ſub qua probati ſunt à Nicolao IV. Gregorio XI. & aliis Pontificibus.

Ex Bulla Joannis 23. data an. 1319. 7. Martii Avenione.
Ex Bulla Sixti I data anno 1513.
Ex diplom. Joannis Epiſcopi Leod. dato anno 1372.
Ex Bulla Nicolai V. data an. 1449.
Ex Bulla Sixti IV. data anno 1484. Pontificatus anno 13.

Capitulum autem ſive Congregatio Zepperenſis (à Cœnobio circa Trudonopolim nomen hoc inditum) à Nicolao V. formata & Habitus Ordini certus deſignatus, conſtitutuſque Miniſter generalis ad viſitandum.

Anno 1449.
Confœderatio 17. conventuum data anno 1346. 29. Sept.

Cujus juriſdictio ſe extendit in omnes Brabantiæ Conventus utriuſque ſexûs & vicinos aliquot.

Et quamvis contigerit poſtea aliquot ex eis (inter quos Middelburgenſis, Lovanienſis) ob enatas quaſdam diſſenſiones Zepperenſis Capituli obedientiâ fuiſſe abſolutos; tamen non multò poſt viſum fuit expedientius iterùm coadunari, quod factum anno 1529. Religioſis virilis ſexûs olim gryſius erat habitus, ſed in genere gryſei coloris non omnes eandem ſpeciem habebant. Quam deformitatem ſublatam audio non ita pridem, decretumque in Capitulo utì niger ab omnibus ſervatur. Virgines autem tertiæ Regulæ priſtinum gryſeum ſervant, indeque nomen reſervant. Duo addam & Ordinem hunc nuper cum privilegiis ſuis à Clemente VIII. confirmatum & eundem viris magnis abundaſſe. Quod nec tacuit Dionyſius Carthuſianus, qui ejus ſectatores Divinos & Angelicos viros appellat, cujus Regulam multi præclari & illuſtres profeſſi ſint & inpoſterùm profitebuntur, eo quòd utriuſque ſexûs & ſtatus perſonas indifferenter accipiat.

Anno 1516. Per Bullam datam Kal. Martii Pontif. anno 4.
Per Bullam Clementia datam 4. Kal. Maii.
Anno 1602.
Ex Bulla ejus quæ ſicut & omnes ſupra citatæ mihi per Priorem Ophemenſem ſunt communicatæ.

Reſtant pagi *Duysburgum* à Præpoſito Frigidi Montis Bruxellæ parę cum accipiens & aliàs municipali jure gaudens. *Diedegemium* perſonatus celebre cujus Toparchiam à Rege accepit Carolus VAN BRECHT, & poſt eum Carolus OUDAERT nepos poſſedit.

Arcem Germanorum ſonat.
Solet olim cum municipiis ſubſcribere cum ſigillo caſtrum præferente & duo vexilla.
Anno 1561.
Anno 1596.

Erpſium Abbatiæ Cortebergenſis ſacrum peculium à quo nomen habet Patricia Lovanii ſtirps Lieminganis inſita, ex qua Radulphum Equitem invenio anno 1144. Radulphum Scabinum primum, ſub quo *Ranſemium* & *Quaderebba*, ubi Gentilium de SERAERNTS ampla peculia. Hæc Equeſtris nomen Familiæ, cujus monumenta ſunt Lovanii in choris D. Jacobi & Beginaſii. Viri celebres Equeſtris Ordinis.

Anno 1252.

Anglicis & Gallicis bellis etiam Froſſardo nominati. Primus quem in Senatu invenio Henricus anno 1339.

Dum legis veterum Monachorum cucullos in menſura duorum cubitorum conſiſtere, cappas diſſutas præter villoſas habuiſſe, memineris horum in Cœnobiis aliquibus ſupereſſe veſtigia.

In collatione Abbatum anno 817. Aquiſ.

Pagos Romani vocabant certam agri partem ædificiis coloniiſque inſtructam, pręfectum unum, ſacra eadem, fontem etiam, aut puteum communem habentibus. Francorum tempore certa regio aut regionis pars ita dicebatur. Et licet aliqui Pagum eundem cum Comitatu fuiſſe putent, tamen cum infinitos nominent Pagos diplomata in quibus ne unus quidem Comes; plures etiam & diverſis à Pagis titulis in uno eodemque Pago reperiantur, jure inducor ut putem nihil Comitatui cum Pago commune fuiſſe, & ſi quando Pagi nomen Comes induere videatur, magis credo titulum illum honorarium, & opum, virtutis, generis ergò à Rege aut Ducibus conceſſum, quàm quod totius Pagi dominium poſſederint.

Sigonius l. 1 c. 2. de jure Civium Romanorum.
Iſidorus l. 15. cap. 2. Orig.
Idem cap. 3.
Idem cap. 8.
Feſtus è Græco derivat.
Divæus & Molanus.
Exempla pete à Meiero ad ann. 956. 974. & alibi.
Exemplum apud eundem ad annum 878.

JURISDICTIO CAPELLENSIS.

TRactus hic à Pago principe nomen ſervat quem *Capellam Silveſtram* olim & ſemper dictam invenio. Cauſam dum inquiro, reſponſum à nonnullis vetuſtiſſimum anguſtæ Brabantiæ (ſic enim vulgo hæc & his vicina inſcri-

Solet cum municipiis ſubſcribere & S. Cornelium cum Leone in inſigni præferre.

inſcribuntur loca) hìc Sacellum fuiſſe à D. Levino dedicatum.

Hiſtorici noſtrates volunt aut beneficium fuiſſe, aut alioquin ſubfuiſſe Capellam Grimbergæ.

Peculium fuit nobilis olim familiæ ſed diu intermortuæ. Conſtat Joannem Pipenpoyum (notum eſt inter Patricios Bruxellenſes nomen) Joanni Hammans vendidiſſe, nec multo poſt Gabriëlem Offhuys, & denique Joannem Groelſt, Anthonium Hoots, tandem Anthonium de Merode, eodem, id eſt emptionis titulo ad ſe & ſuas hoc dominium traxiſſe familias, quod nunc à Philiberto de Mol poſſidetur & inſigni exornatur prætorio.

Anno 1439. Anno 1455. Anno 1478. Anno 1513. Anno 1559.

Raemdonck.

Rameldonka Odonis Cameraceni Antiſtitis dono in ſacris ad & ſubjecta Cœnobio Grimbergenſi. Summum juſtitiæ honorem nuper, oppignorante Rege, obtinuit Bernardus de Merode, nunc idem Philibertus de Mol obtinet.

Anno 1559.

Heymbeeck.

Vicina eſt Heymbeca Arebergani Principis Dynaſtia, niſi fallor, beneficium Capituli Mechlinienſis.

Zemp. Weerde.

Zempſa & *Weerda*.

Ferrici de Glymes Toparchia, ex quo tempore Rex, interveniente certâ pecuniæ ſummâ, ceſſit & conceſſit.

Puderſe in Eccleſia Affligimienſis, in foro & tribunali locis S. Bernardi Abbatum à juriſdictione dependens. Ubi adeò Religioſorum S. Bernardi à tempore civilium turbarum ordinaria fuit reſidentia. Quorum Abbatia primitus in Vrende prope Lyram fundata, Duce Henrico eleëmoſynas per Ægidium Berthout Abbati Villarienſi factas ad uſum novi Monaſterii approbante.

Anno 1235.

Ceterum cùm minùs conveniens Religioni locus videretur, per ſecundum Abbatem tranſlato in Hemilchem cis Schaldim ſacro Collegio, ibi & opibus & ædificiis ad ſtuporem omnium creſcens, noviſſimè per nefarios quoſdam immiſſo igne tota in cineres abiit. Cœnobitæ jam, antea ad ſacrilegæ clangorem buccinæ attoniti, & ſubinde diſperſi, tandem loco, qui *Coelheym* olim dictus, egregiè exculto juſto numero perſeverant. Encomium Abbatiæ, alibi dabo.

Anno 1245. Anno 1582.

GAESBECA
BARONATUS.

SOlet hæc olim Bruxellæ magis ſubcenſeri quàm ſubeſſe.

Anno 1393. In diplom. Joan. dato ult. Maii ubi promittit ſe 5. Præfecturas non obligaturum.

Deinceps video diminuto Præfecturarum Bruxellenſium numero Gaesbecam in diplomatibus Bruxellani diſtrictus præteriri.

Baronatus dignitatem arguunt inſignia quæ Leonem parum à Brabantico differentem circumferunt.

Primorum Baronum ut genus ita nomina ignorantur, certum tamen è primis Brabantiæ fuiſſe.

In ſecundo ordine reponendi, qui deficiente priore ſtirpe ſucceſſerunt Ducum noſtrorum poſteri.

Et nominatim Henrici primi filiorum Godefridus qui Herſtalli & Gaesbecæ titulos; cognomen à Lovanio habuit, & ad hæredes tranſmiſit. Anno 1230.

Quomodo autem hæc linea Ducalis defecerit, necdum plenè ſcio.

Hoc conſtat, mortuo Henrico Barone ultimo anno 1312. filias ſolas hæredes ſuperfuiſſe. Hiſtorici nominant *Beatricem* quondam Gerardo Hornano nuptam, diplomata nominant Joannam eidem nuptam Perwiſii & Herlarii hæredem, (non exprimunt Gaesbecæ) ita ut planè differant. Dubium interim non eſt Gerardum ſupradictum Gaesbecam poſſeſſam ad hæredes tranſmiſiſſe.

In contractu ante nuptiali cum 3. uxore Gulielmus Gerardi hujus filius tradit filio ſuo Gerardo bona in Heze & Leende ſicut ea poſſederat Beatrix de Lovanio D. Harſtalli & Gaesbecæ cognata ſua. Datū anno 1542. Dominica poſt Remigii.

Et quidem Odam de Hornes, Gisberto de Abſcoude, illuſtri apud Batavos loco nato dotalem attuliſſe. In cujus ſtirpe perſeveravit, donec deficiente maſculâ Abſcoudiorum prole proximi in bona Hornani redierunt, nominatim Philippus Baro Bauſſigniaci & Haultkerckæ Comes. Cujus pronepos Martinus Gaesbecam vendidit Lamorali Egmondano. Vendidit quidem: ſed Egmondani quod venditionis jure cœperant poſſidere dotalitio ſervarunt, Mariâ Martini filiâ, Philippo Egmondano, & Leonorâ Lamorali Egmondani filiâ, Georgio Martini filio junctis.

Ceterum Maria ſupradicta ſecundis nuptiis elocata Gaſpari Marchioni de Lullin, clarâ Genevenſium apud Sabaudos ſtirpe edito hæredem inſtituit Sabinam Georgii & Leonoræ ſupradictorum filiam, quæ cum marito Cleriado de Geneve Barone *de la Baſtie* ſupradicti Marchionis filio Gaesbecam nunc obtinet.

Arx Gaesbecæ olim fuit pulcherrima ſtructa à Joanne Baronum Brabanticæ ſtirpis ſecundo.

Ea ſub Abſcoudiis capta, diruta, & ſolo æquata eſt hâc occaſione: Anno 1387. Annales cap. 2.

Suederus erat Odæ Hornanæ ex Gisberto filius Joannæ Principi noſtræ acceptiſſimus, à qua pagorum aliquot Bruxellanæ juriſdictionis Dominium Senatu reclamante conatur impetrare. Balivus ejus Everardum Tſerclaes Patricium in hoc negotio Gaesbecani capitalem adverſarium in via deprehenſum exſectâ linguâ ſeminecem relinquens ad inauditę crudelitatis facinus vindicandum cives & vicinos concitavit. Divæus lib. 4.

Qui raptim poſt quinque hebdomadarum obſidionem arce Gaesbecanâ potiti, eam ſolo æquant; vitam tamen & bona Baroni facti invidiam à ſe removenti integra ſervantes.

Non multò poſt tamen alio loco arx non minori quàm prior erat ſplendore ædificata eſt per Philippum Hornanum Baronem, ut puto. Quæ pro una parte ante aliquot annos igne abſumpta eſt fortuito. Eam in Icone repræſentari curavit Thomas Spruyt Santflietę D. Gaesbecæ Balivus, qui in radice montis, in quo caſtrum conſpicitur, domum turribus & foſſis

foſſis munitam recenter exædificavit, cui aliud nomen datum eſt, quòd nimium vicina ſit caſtro Gaesbecano. Eodem loco D. de Berlegem Familiâ de Rodoan domum aquis cinctam habet, Rammekenſem dictam.

Eccleſia Gaesbecana dependet à Patrono Barone. Præter quam in caſtro fundati ſunt à Baronibus Sacellani quinque.

Ad laudem Dominorum non parùm facit, quod non niſi è Nobiliſſimis Familiis fuerint.

De Brabantica ſæpè dictum; de Egmundana, & Abſcoudia in Batavicis opportuniùs dicemus: de Hornanis ſic quædam pauca: eò quòd Brabantiæ deberi exiſtimem; legens paſſim in noſtrate hiſtoria Dynaſtas Hornanos antiquitùs Duci noſtro Sacramentum clientelare dixiſſe, & ordinariè Ducum noſtrorum caſtra ſecutos.

Conſideremus itaque tria, quæ laudem merentur in nobilitate, opes, conjugia, dignitates.

Opes non illas quas rude vulgus ſuſcipit, ſed honoratas, Baronatus puta, & Dynaſtias.

Poſſeſſa ab iis Gaesbeca 17. pagorum caput: Parwiſium 4. vicos complectens; illa ad Flandricum & Haginonienſem; hæc ad Namurcæum limitem nobilis Toparchia: Boxtelia in Taxandris: Cantecroya in Atvaticis: Duffela in Malinatibus, Bauſciniacum, & Moncornetum in Galliis nobiles Baronatus. Ut taceam Toparchias nobiles in Batavis Altenacenſem à Guilelmo per Margaretæ unicæ hęredis nuptias acquiſitum, & ad poſteros tranſmiſſum, qui ipſi novâ ſemper acceſſione peculium ſuæ familię propagarunt.

Filius Engelbertus Bruheſam, pronepos Gerardus inter alia Herlariam, abnepos Guilhelmus Gelam primi ordinis Dominia acquiſierunt.

Puttem & Streyn Gerardo nati poſſiderunt iidemque Heze & Geldorp. Nepotes addiderunt alia decem quæ volens prætereo.

Quanti autem aliis hæc ſtirps fuerit, teſtantur nobiliores Galliarum, Hollandiæ, Germaniæque familiæ per conjugii vinculum Hornanis innexæ.

Bis Ducum noſtrorum affines fuiſſe ſupra docui. Ante annos quadringentos Guilhelmus Hornanus Comitis Monbeliartii gener filium reliquit Engelbertum Comitis Benthemenſis item generum.

Cujus pronepos Guilhelmus Loſſenſis Reguli gener, ſocer fuit Verneburgici, Jacobus Frederici Cæſaris beneficio primus Hornæ Comes, Moerſenſis Reguli gener, Neoarſii ſocer nepotes habuit ductis filiabus Comitum Moerſii Arebergæ, Buræ, Cymachi & naturali Sabaudæ Ducis hærede Cypri nobiles.

Et rursùm Guilielmus, de quo dixi, Clyviæ Comitis gener, & per eum Alberti Cæſaris affinis, ſocer Comitis Dohyen, nepotem reliquit Filiæ Haultkerkani Comitis Matrimonio nobilem, pronepotem Ryſerſcheytii generum, proneptem Aſfredani uxorem. Planè, ut cum annis gloria, cum nuptiis dignitas, cum affinitatibus creſcat Hornanæ Gentis amplitudo.

Dignitates Palatinas quid memorem? In Germania Venatoris Cæſarii munus obiiſſe Hornanos certum eſt: in Francia Otto ſupremus maris Præfectus fuit: Joannes apud Philippum Imperii Belgici Conditorem eâdem functus dignitate glorioſam pro Patria mortem, ſed tanto Viro indignam perpeſſus. *Tempore Henric IV.* *Anno 1342.*

Vultis & ſacra? Præpoſitura Sylvæ Imperialis, Commendaria Schalmenſis, aliaque duo Cœnobia Hornanis debent initia ſua, plurima iiſdem ſua accepta ferunt incrementa.

Habuerunt Theodorum Oſnaburgenſem an. 1376. Arnoldum anno 1373. & Joannem anno 1483. Leodiorum Antiſtites, & Theodoricum electum an. 1389. & Arnoldum etiam Trajecti Superioris Epiſcopum anno 1370. Engelbertum Archidiaconum Ultrajecti, anno 1303. Theodoricum ibidem S. Salvatoris Præpoſitum anno 1294. Hermannum Majoris Colonienſis Decanum, pronuper. Et in altero ſexu habuerunt anno 1209. Gelam in Regali Collegio Montibus Canonicam, in Nivellenſi anno 1214. Odam Præpoſitam. Habuerunt Jacobum, qui raro pietatis exemplo ex tanto Comite, ejuratis mundi vanitatibus, fieri amavit humilis Franciſci ſectator, in quo finio.

Juriſdictio Gaesbecana continere ſolet omnes Comitatûs Aloſtani pagos, nunc quindecim duntaxat, de quibus infrà, complectitur, non veniente in numerum Anderlaco; ubi Baro Gaesbecæ etiam triplicis juſtitiæ compos eſt. *Teſte Divæo.* *Vide ſuburbanum Bruxellenſe.*

Eam commodè dividam in tres partes, Diſtrictum puta Leewenſem ſive vetus territorium, Beltanum ſive novum territorium, & Toparchias.

In primo ordine eſt *Leewa* pagus, Dominium, familia ex Brabantiæ antiquiſſimis. Docent hæc urbs ejus nominis ad limitem Hasbanicum antiquiſſima, Familia inter Bruxellenſes primaria, inſignia Brabantiæ eadem. Ampliùs quòd primi Barones Gaesbecæ titulum Leewæ ſoleant Gaesbecano pręponere, & quòd moderni Barones primùm à Leewenſibus recipi & ibi juramentum fidelitatis dare & accipere ſoleant. Denique quòd hic tribunal ſit, ad quod plures pagi appellant. Facit etiam ad loci commendationem Archipresbyteratus huic Eccleſiæ annexus, quæ à Præpoſito Frigidi Montis pendet. *Leeuwa.*

Pagus appendices habet ſeptem, è quibus Cœnobii nobiliſſima Bigardia ob Prioratum ibidem Ordinis Benedictinorum, qui fundatus primo in monte D. Mariæ propè Pepingam per Joannem de Monte Equitem, ſed poſtea Dux ad augmentum, ut opinor, prioris Conventus fatetur ſe conceſſiſſe cuidam de Ballegem poteſtatem ædificandi domum Monialium. *Anno 1234.*

Quæ tranſlata & mediocriter dotata per Godefridum à Lovanio D. de Leeuwe Henrici II. Ducis fratrem, in locum de *Opbigardir*,

eo quod in priore loco aquæ penuriâ laborarent. Viſitur in Eccleſia tumulus Joannis à Lovanio, qui filius Godefridi fuit. Erant virgines antea Ciſtercienſes, ſed cum ab ordinis Generali non reciperentur, Henrico Epiſcopo authoritatem faciente Benedicti regulam aſſumpſerunt.

Anno 1253.

Leeuwenſe tribunal agnoſcunt pagi hi.

VLESENBEECK. Torrentem lini ſonat.

Vleſenbeca in ſacris Præpoſiti Capellæ:

OUDENAKEN. Veterem aquam ſonat.

Oudenacum S. Sepulchri Cameracenſis:

BERCHEM. Montis domum ſonat.

Berchemium Laurentii Affligimienſis Abbatiæ Eccleſiam habens.

In hoc diſtrictu ſub Leeuwis Domus & dominium de Aa celebratur.

WOLFHAGEN. Sepem Lupi ſonat.

Itemque *Wolfshagia* aquis & alio ornatu ſic ſatis cincta domus.

In profanis invenio Thomam Cantipratenſem qui Leeuwenſis patriâ fuit, vocatum à viro docto *Leontinum*.

HET NIEULANT VAN GAESBEECK

Diſtrictus novi territorii pagos qui Leeuwas appellant hos numerant.

DIELBEECK. Torrentem celerem ſonat.

Dielbecam in ſacris à Capitulo Anderlechtenſi pendentem, notam ob D. Alenæ memoriam, cujus pater Dielbecæ Regulus vocatur.

ITTERBEECK. Torrentem Itterii ſonat.

Itterbecam Præpoſiti Capellæ Eccleſiam.

BODEGEM. Domum Nuncii ſonat,

Bodegemium Perſonatu celebre.

Hos pagos aliqui volunt acquiſitos à Sudero Barone, dono Joannæ Ducis, alii emptionis, alii dotis loco cum Walcourtana quadam aſſignatos volunt; in quorum primo Prætorium eſt Cameracenſis Epiſcopi peculium.

Aliaque TEN BISDOM dicta Dñi de Lettres.

Caſſianus lib. 4. cap. 36.

Obſerva, ut nunc, ita & olim in Cœnobiis Profeſſionem Deo & Angelis factam, antequam novitius 10. diebus præ foribus Cœnobii lachrymans orabat admitti.

Diplom. an. 1260. VOOR ALLE ONSE LANDEN ENDE GEDEYLTEN.

Obſerva item portionis ſive partitionis nomen, quod nos GEDEYLTEN vocamus, proprium fuiſſe dominiis illis, quæ à corpore Ducatus avulſa Ducum liberis data.

Toparchiæ in Gaesbecano tractu ſunt, quarum alias poſſidet Baro, alias Baronis beneficio alii. Prioris generis ſunt *Ligniaca* duo Quintini & Martini. Illud Capituli Nivellenſis, hoc Præpoſiti Frigidimontis habens Eccleſiam. Illud forum hebdomadale cum ſolemni granorum ſtapula, hoc nundinas annuas circa ferias Tutelaris ſui habet. Illud Capellam Eyſeringanam, hoc Pedanam & Sceplakiam ſub ſe habet.

S. MERTENS ende S. QUINTENS LENNICK.

Illud domus notatu dignas habet, alteram Theſaurarii Drencquartii, alteram Martini Saveneels dicti Waerſegger Patricii Lovanienſis peculium; hoc alias aliquot minoris notæ.

TEN HAM.
TEN BROECK.

Accedit his *Streythemium* Abbatis Ninovienſis & *Lombeka Mariæ* Capituli Nivellenſis ſacrum peculium; in illo conſpicitur vallata, ornataque domus Lathenyorum.

STREYTHEM. Domum pugnæ ſonat.
ONS LIEVE VROUWE VAN LOMBEECK.

Alterius generis ſunt *Goyka* & *Pamelia*; illa perſonatu inſignis, hæc ab Archimandrita Ninovenſi pendentem habens Eccleſiam. Illam Gentiles de Taye longo tempore poſſederunt. Quorum Henricus primus ratione uxoris Catherinæ van Baeſrode Beneficium profeſſus eſt. Pameliam verò Montmorencii nunc poſſident. Anno 1410.

GOYKE.
PAMEL.

Hâc occaſione tribus verbis de Gente Montmorencia dicam, cujus decora proſequi majoris operæ & chartæ foret, ut quæ per omnes Galliarum angulos diſperſa, omnium hiſtoriarum paginis commendata, omnium ſeculorum geſtis communicata. Origo Genti à Galliæ Baronibus, illis dico, qui poſt imminutam ab Hugone Capeto nobilitatis potentiam veteres titulos retinuerunt. Comitis dignitate noti ante quatuor ſecula, Ducis nomine nuper celebrari cœperunt.

Anno 1200. Mathæus Pontievii Comes fuit.

Nec ulla ex dignitatibus primæ notæ palatii Regalis, quam non frequenter aliqui hujus ſtirpis obierint.

Matthæus anno 1224. Coneſtabilis, & alter ejuſdem nominis anno 1295. Admiralius, Jacobus anno 1347. Camerarius, Carolus haud multò poſt Mariſchallus Regni Franciæ; quæ dignitates nunc partim in Montmorenciâ familia conquieſcunt, partim ſæpius noſtrâ & patrum memoria conquieverunt. Ut hæc prætere am; ſufficiat noviſſe Gentem hanc affinitate & amicitiâ junctam ab aliquot ſeculis cum primis totius Belgii Principibus. Et argumento eſt Laurentia Balduini Honnoniæ Comitis filia Bochardo Montmorencio ſub annum 1137. elocata. Et argumento ſunt Hannoniæ, Arteſiæ, Flandriæ, Brabantiæ noſtræ ſtirpes per connubii leges his junctæ. Teſtes Croyi, Lalani, Egmondani, Lanoii, Hornani.

Teſtes qui in auguſtiſſimum Aurei Velleris Ordinem cooptati.

Teſtes qui hodieque ad ſummas curas patriæ & Palatii delecti, in fragrante apud Principes gratia, apud populum veneratione.

Hæc ante duo ſecula quemdam Everardum Boet invenitur Toparcham habuiſſe, à quo emptionis titulo Nicolaus de Vyt acquiſivit. Anno autem 1439. dotali titulo Joannes Vilain. Anno 1454. eodem Joannes Cruningen cœpit poſſidere. Cruningii autem Florentio Borſelio transſcripſerunt anno 1501.

Devenit inde ad Croyos perque nuptias Croyacæ Nicolaus illuſtriſſimâ Montmorentiorum ſtirpe editus, ærarii Principum nunc Præfectus poſſidet ſupremæ compos juriſdictionis, cum Barone Gaesbecano indiviſim.

Non omittendum hîc, Crukenburgenſe dominium cum tribus pagis, itemque Saventhemium, Sterbekam, & alios ad tribunal Gaesbecanum viâ appellationis recurrere, manifeſto argumento, quòd aliquando à Gaesbecanis poſſeſſa fuerint.

Deinde eam ſoli Gaesbecani fœcunditatem eſſe, ut meritò penu Curiæ Bruxellenſis vocetur; eam incolarum copiam, ut hoc exulcerato tempore ad tria armatorum millia producere ex tempore poſſit. Quorum virtutem & Principes experti ſæpiùs & patria. Ambitum habet juſtum, & complectitur ad quinque paſſuum millium nulla alterius Domini interveniente juriſdictione.

GRIMBERGA BARONATUS.

HUic loco verum nomen fecit fœcunditas ſoli; quod enim modò Grimbergam dicimus, olim *Greinbergam*, id eſt granorum ſive ſegetis montem dicebant.

Domini primæ ſtirpis argumento inſignium putantur à Lovaniæ Comitibus aut Lotharingiæ Ducibus deſcendere. Nomen eis Bertoldi fuit notum à pluribus ſeculis, cùm ſub annum 804. nominetur ſtrenuus *Bertoldus domicellus de Greinberges habitans & reſidens in Troya ſive Xantis, Præfectus ibidem Caroli Magni*, maritus Iringardis, quæ ſoror Archiæ Coloniensis erat *nobilis Domina*. Defecit hoc ſtemma in Gerardo, qui duas filias hæredes reliquit, alteram Comiti Vianenſi junctam, in cujus bona Naſſovii ſucceſſerunt, alteram Leonio de Aa, cujus poſteri Bergenſibus juncti in illam ſtirpem transtulerunt portionem hæreditatis ſuæ. Seriem hanc & geſta Dominorum Grimbergenſium alibi commodiùs dabo & fuſiùs. Hìc tantùm, maximè ad decus horum facere, quòd tam amplis donati privilegiis, tam ſplendidis ornati titulis inter Brabantiæ primos eluceſcant. In diplomate anni 1109. Valterus Berthout *Nobilis Princeps*, in diplomate anni 1201. *Nobiliſſimus Grimbergenſium Princeps*, an. 1214. Gerardus *Dei patientiâ dictus de Grimberges Princeps inclytus*, & an. 1292. Godefridus à Duce *Nepos*, & anno 1384. Gallico Idiomate Joannes *Syre de Grimberges*.

Anno 1258.

Vide Mechliniam

In ipſo Grimbergano pago præter arcem Baronis plura ſunt caſtella. E primis hæc ſunt, *Poddegemium*, Craynhemenſis Toparchæ, *Sceplakia*, olim Immerſeliorum, Linth-Wingiorum nunc Tommenum Buſlidianorum hæreditas.

Viſitur & locus areis Grimberganæ veteris cum ſua vicinia gaudens propriâ libertate, ubi Sacellum Salvatoris celebre.

Eccleſia pagi ab Abbatia Præmonſtratenſi dependet, & reperitur diviſio Parochię à Cœnobio quoad officii Divini celebrationem facta anno 1280.

ENCOMIUM
ABBATIÆ GRIMBERGENSIS.

MOns cereris flavet, candet Grimberga, Solumque
Fœcundũ, cœlumne notet ſine nube ſecundum?
Non malè: ſed melius, decus aurum nobilitatis,
Præmonſtratenſis candor decus Ordinis eſſet.
Aurum foſſilibus primũ q; coloribus album eſt:
Ordo tuus Grimberga, tui Grimberga Barones
Ante alios interq; tenent loca prima Brabantos.

Cœnobium illud tuum in Regiæ urbis Bruxellanæ conſpectu, Abbas tuus in medio Familiæ ſuæ, Paſtores circumquaque gregi Dominico paſcendo operam navantes intuetur, voluptate dubites an fructu uberiore.

Hæc illa eſt ipſius Norberti Colonia, Præmonſtrati felix filia, S. Nicolai Furnenſis Abbatiæ fœcunda parens.

Hic locus quem Regulares Canonici colere, Monachi habitare cœperant, ſed ſucceſſu parum fortunato.

Deus nimirum in partibus erat, qui locum nobiliſſimum nonniſi à nobiliſſimo ordine poſſideri cum fructu poſſe prænoverat. Aliis temporum iniquitas, aliis res anguſta domi obſtaculo erat; Præmonſtratenſes à Norberto & Auguſtino docti utraque hæc præ Divini cultûs amore floccifaciebant. Primus qui veræ pietatis ſemina & religionis fundamenta hìc jecit, Heribertus (anno 1132. dedicatâ per Lietardum Epiſcopum Eccleſiâ) cui ſucceſſerunt anno 1153. Theodoricus, anno 1170. Eghbertus, anno 1179. Simon, anno 1196. Heſcelo, anno 1222. Guilielmus, anno 1229. Franco, anno 1245. Valterus de Roſebeca, anno 1259. Goſwinus, anno 1270. Valterus de Marca, anno 1303. Anſelmus, anno 1314. Joannes de Poddegem, anno 1320. Gerardus de Iſca, anno 1337. Valterus de Marca, anno 1354. Godefridus Vos, anno 1371. Joannes van Hove, anno 1392. Joannes de Buyſſegem, anno 1393. Ægidius Pape, anno 1396. Balduinus Prickere, anno 1403. Ægidius de Bouehout, anno 1416. Cornelius de Kampener, anno 1446. Joannes Vranx, anno 1465. Joannes de Mechlinia, anno 1476. Joannes de Molendino, anno 1477. Marcus de Platea, anno 1489. Arnoldus Perſoons, anno 1507. Petrus de Wayenberch, anno 1540. Franciſcus de Blioul, anno 1543. Nicolaus de Spira, anno 1568. Gerardus à Campenhout, anno 1577. Anthonius de Oyenbrugge, anno 1594. Philippus à Rauberge.

Ex his pietatis titulo multùm primi commendantur, œconomiæ laudibus Abbas 10. ambitus partem cum Abbatiali domo veteri, 21. chorum, granariam domum, portamque anteriorem, 22. Inſignia Abbatialia primus promulgavit, 25. reformationem invexit, 27. mitram impetravit, 28. primus ex nominatione Principis inauguratus eſt, ſub 29. omnia vitio temporum & bellorum collapſa, 32. qui nunc præeſt refecit, cui Deus vitam longam det. Hæc capita fuerunt tam celebris Cœnobii unde evocati frequenter, qui aliis Cœnobiis darentur Rectores, puta Diligemio, Furnenſi, Inſulæ B. Mariæ & alibi, de quibus hoc tantùm dicam, *Felicem Religioſis Grimbergam, felices Religioſos Grimbergæ.*

Ditionem Grimberganam commodè divi-

dam in peculia duorum Dominorum, beneficia eorundem, & appendices.

Peculia Auraici Principis ratione Baronatus ſui ſunt Vici ſequentes:

MEIZE.

Manſio (inde enim ei nomen) tam ſacris quam profanis titulis celebratus pagus.

Eccleſia ejus per Odonem Epiſcopum Abbatiæ Grimberganæ donata *cum appendiciis* (verba literarum ſunt) *Strombeca* & *Grimberga* quæ nunc ſunt Parochiæ ſeparatæ. Ceterum Sacella *Ophemii*, & utriuſque *Rodii* hodieque ab Eccleſia dependent, *Ophemium* quidem ſicut & pars *Mollemii* & *Bollenbeca*, aliàs ſubcenſentur *Bruſegemio* etiam hujus loci pago. *Rodium* autem *Brixii* celebre eſt ob vetus ibi ſagittariorum contubernium, *Novum Rodium* ob Præpoſituram Virginum Inſtituti Præmonſtratenſis ibi fundatam ante annum 1177. cum Alardus *Epiſcopus Sororibus in Novo Sarto altare de Ruysbroka aſſignavit.*

OPHEM. BRUSEGEM. BRIXISBOT. NIEUBOT.

Cœnobii reliquiæ adhuc ſuperſunt, bona Grimberganis acceſſerunt.

Plures hujus pagi ſunt Toparchæ, plura Prætoria: Præcipua caſtrum Bocholtiæ de quo alibi, & alia Prætoria duo Dominorum Luduvici Verreycken Audientiarii, &, Vander Ee Pretoris Bruxellani.

Hic quæro, an non à pago hoc nomen & initia repetant privilegiati illi, Petermannorum inſtar, quos *Manſionarios Grimbergenſes* vocant, qui niſi coram Grimbergano Domino in criminalibus conveniri nequeunt, ei ſoli obnoxii, quorumque jura certa & inviolata, ubivis intra Brabantiam. Inter alia hoc proprium in hæreditatibus, ut peculium familiæ maneat penes diutius viventem.

MEISENIERS. Dux anno 1297. confirmat Privigium eorum.

Reſtant pagi *Eppegemium* ubi arx *Indevelda* peculium Micaultiorum, & *Impla* Oyebrugganorum. Cui ſubcenſentur pars *Eelwyta* ubi Prætorium Principis Mansfeldicæ vulgo TEN STEENE; *Beygemium* ubi *Obberganum* Domini Fontinenſis, & *Dorna* aliquando Immerſeliorum peculia. *Oſſelia* & *Londerſulia* ſub qua pars *Raemeldoncka* cenſetur & Houthemium arx, complectiturque locum *Caſtri* nomine dictum & aliud *Aſgrechtum* Urſeniorum peculium.

EPPEGEM. EELWYT. BEYGEM. OSSELEN. LONDERSEEL.

Atque hi quidem pagi à Principe Auraico dependentes ſolo.

A Bergenſibus pro altera parte Baronatum poſſidentibus dependent *Temſica*, *Teſſalia*, & portio *Buggenhouti* (altera enim pars, quæ Bipontini Ducis arx & peculium, ab Auraico dependet) cui accenſentur partes *Maldera*, *Liſalia*, *Lippeloi*, & vici *à S. Amando* ob id dicti quod alteram medietatem Abbas S. Amandi poſſideat, de quo diploma vidi cujus initium: *Robertus Comitis Flandriæ primogenitus*, *Atrebatenſis Advocatus*, *Bethuniæ & Teneramundæ Dominus*, *& Frater N. Dei permiſſione Abbas S. Amandi in Pabula*, *& Leonius de A. miles ſalutem & noſcere veritatem. Quæ geruntur in temppre ne labantur cum fuga temporis*, *ſolent ſcripturarum memoria commendari &c. Datum anno* 1266. *in Octobri.* Quo diplomate dant ambo in villa de Baſerode ad ſe ſpectante legem perpetuò daturam.

TEMPST. TIELSTELT. BUGGENHOUT. MALDER. LIPPELO. LISEL. BAESRODEM.

Beneficia Baronum Grimbergæ ſunt plurima, quorum alia ab utroque ſimul, alia ab altero dependent. Primaria Auraici ſunt *Blaeſveldia* Prantiorum Dominium, & *Rumpſta* pagi non ultimæ notæ.

BLAESVELT. RUMPST.

Bergenſis beneficia ſunt *Ruysbroecka* & *Willebroca* pagi à paludibus dicti.

RUYSBROECK. WILLEBROECK.

Atque hęc ſatis de Grimberganis, reliqua in Mechlinia dabimus.

ASCANUM
DOMINIUM.

HAbetur hoc inter nobiliora Brabantiæ Dominia, & complectitur pagos ſeptem, & Leonem ſcandentem in inſigni circumferre ſolet. Forum hebdomadarium die Martis hìc eſt, ſicut Noſſegemii, nundinæ annuæ Martis poſt Paſcha.

Emortuâ veteri Dominorum ſtirpe ſucceſſerunt Grimbergano, pronuper Gentiles de Coultreau acquiſierunt. Solentque Domini Labarum Ducalem aſſervare & circumferre.

Sub hujus Dominii diſtrictu cenſetur Ducalis Affligimii Abbatia Benedictina inchoata à ſex militibus prædicatione Wetherici Monachi converſis, auctoritatem & auxilium præbente Adelâ Comitiſsâ & interjectis aliquot annis Godefrido Duce. Hujus Abbatię, quam ego libenter principem Brabantiæ vocarem, decora & encomium ſecundis curis dabo, cùm ejus Archiva non uno loco diſperſa inſpicere non licuerit hactenus.

ANNO 1083.

FINIS

J. B. GRAMAYE

GALLO-BRABANTIÆ ANTIQUITATES.

INDEX FAMILIARUM

Quarum mentio in Antiquitatibus Gallo-Brabantiæ.

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

A

d'Arquennes. *pag.* 8. 1.
d'Anguien. 8. 2. & 31. 1. & 35. 1
d'Argenton. 17. 1
d'Argenteau. 21. 1. & 23. 1. & 35. 1. & 43. 2.
d'Aishove. 31. 1
d'Aleyn. 31. 1
d'Aymeries. 22. 2
d'Aſpremont. 27. 1
d'Albe. 45. 1
d'Aſprimont. 16. 2

B

Baillet. 9. 1
Bayus. 22. 2
Bare *del* 27. 2. & 28. 2
Bailliencourt. 8. 2
Barndburg *de* 34. 2
Bauſſigny. 30. 1
Barre *de* 34 1
Berſel. 8. 1
Berghe *vanden* 9. 1
Beſuts. 13. 2. & 21. 2
Bergen *de* 30. 2. & 32. 2. & 36. 2
Berchen *de* 34. 1
Bertrach. 46. 2
Bellefort. 47. 1
Bertholt. 47. 2
Bierkeeck. 16. 2
Blaton *de* 20. 2
Blois. 34. 1
Bourgeois. 6. 2
Boler. 9. 1
Boiſot. 13. 2. & 21. 2
Boſſunes *de* 28. 2
Borbon. 33. 2
Borchoven. 35. 2
Bomal. 42. 2
Bouſſies *de* 21. 2
Briſeteſte *de* 35. 2
Brant. 22. 1
Brabançon. 22. 2
Brandenburgh. 36. 2
Bronio *de* 28. 2
Bruxellâ *de* 19. 1
Buſco *de* 22. 2
Buſco-ducis *de* 22. 2
Burgundia. 47. 2
Buſerette. 7. 1. & 37. 2

C

Caverel. 28. 2
Carniers *de* 28. 2
Campernoille *de* 20. 2
Cambré. 38. 1
Carondelet *de* 35. 2
Caſtris *de* 28. 2
Chauſtre *de* 35. 2
Cheſne *de* 13. 2. & 21. 2
Cleve *de* 24. 1
Cortebec *de* 16. 2
Corvibout. 18. 1
Corſwarem. 23. 1 & 45. 1
Coultreau *de* 48. 2
Croy. 32. 2. & 46. 2. & 36. 2
Crehen *de* 45. 1
Culenburgh. 13. 1

D

Dabor. 44. 1
Davre *de* 26. 1. & 27. 2. & 28. 2. & 33. 2. 36. 2. & 37. 1. & 43. 2. & 46. 2. & 48. 2
Divion. 16. 2
Dion *de* 36. 1
Donghelbert. 16. 2. & 22. 2. & 23. 1
Dommartim. 13. 1. & 31. 1
Drenquaert. 9. 1
Duffel. 22. 2
Duras *de* 39. 2

E

Ercain. 16. 2

F

Fabri. 45. 1
Feriet. 28. 2
Floreff *de* 28. 2

G

Gages *de* 20. 2
Gavre *de* 22. 1. & 31. 1
Gasbeeck *de* 36. 2
Geldonia *de* 23. 1. & 39. 2. & 40. 1
Gemblours *de* 27. 1
Geneffe *de* 13. 2
Geſt *de* 17. 1
Gloceſter. 44. 2
Glimeloth. 7. 2
Glymes *de* 9. 1. & 10. 2. & 16. 2. & 21. 1. & 27. 2. & 31. 1. & 33. 1. & 2. & 34. 1. & 38. 1. & 39. 2 & 40. 1. & 2
Grambais. 9. 1
Grez *de* 9. 1
Grave *van* 16. 2. & 23. 1. & 33. 2
Grimberghen. 48. 2

H

Hancaert. 28. 2
Hamal *de* 22. 1
Haye *de la* 21. 1
Hautain *de* 20. 1
Hareton *de* 30. 2
d'Hawans 36. 2
d'Hanut 44. 1
Hennin *de* 6. 1
Hembricourt 14. 1. & 31. 1
Heſdain *de* 20. 1
Herlar 48. 2
*Ts*Herenbergh 24. 1
Hinkaert 37. 1. & 38. 2
Hircain 41. 2
Hoen 43. 2
Honsbroek *de* 6. 1
Hun *de* 8. 2
Huldenberghe 37. 1
Horne *de* 24. 1

I

Iandraigne *de* 47. 2
Iauche *de* 23. 1. & 42. 2. & 48. 1. 2. & 47. 2
Iſca *ab* 17. 2
d'Ittre 8. 2. & 28. 2
Juppleux *de* 35. 1

L

Laleus *de* 8. 6
Labourlotte *de* 13. 2
Lalain *de* 14. 1. & 33. 2
Lerine 33. 1
Leſte *de* 37. 1
Ligny *de* 21. 1. & 35. 1
Liroux *de* 28. 2

Limi-

INDEX FAMILIARUM.

Limilette *de* 13. 1
Loon *de* 48. 1
Loſs *de* 31. 1
Lovanio *de* 17. 1
Lopugne *de* 13. 2. & 22. 1

M

MArbais 13. 1. & 21. 2. & 22. 2.
Malcto *de* 17. 1
Malre *de* 17. 1
Maleve *de* 17. 1. & 43. 2
Marque *de la* 31. 1. & 35. 1. & 36. 1.
Malaiſe *de* 23. 1
Melolyre *de* 17. 1
Mesbroeck *de* 17. 1
Merode *de* 24. 1. & 43. 2. & 46. 2.
Melin *de* 21. 1
Meeuwe *de* 23. 1
Mirabelle *de* 24. 1
Mieulx 31. 2
Montigny *de* 35. 1
Mongaliart 37. 1. & 2
Mombeeck 44. 2. & 45. 1
Monte *de* 28. 2
Moriazarth *de* 17. 1
Mol *de* 13. 2
Montenaken *de* 13. 1. & 16. 2. & 23. 1. & 46. 2.
Moſchus. 7. 2
Montfort *de* 21. 2
Mont S. Vibert *de* 17. 1
Mollenbais *de* 20. 2. & 43. 2

N

NAſſauw 35. 2. & 46. 2
Namurco *de* 17. 1
Nivella *de* 7. 1. & 2
Nivigellatus 22. 1
Noyelle *de* 21. 2

O

OFfhuys 22. 2
Overyſſche 13. 2
d'Ognies 7. 1. & 2. & 28. 2.
d'Orley 8. 2. & 35. 1
d'Ooghe 8. 2
d'Opprebais 17. 1. & 22. 2. & 33. 2
d'Orbais 34. 1. & 2. & 35. 2
Ophain *de* 38. 1

P

PApin 28. 2
Parwé 30. 2. & 14. 1
Pertherbu 7. 1
Petri 7. 2
Plancelot *de* 17. 2
Podio *de* 41. 2
Phallaix vel Faller *de* 47. 1
Polhain *de* 47. 2
Pondelours *de* 22. 6

Q

QUercu *de* 9. 1

R

RAnſt *Van* 13. 1. & 20. 1
Recourt *de* 36. 1
Rimerſwal *de* 38. 1
Rifflaert 8. 2
Roels 4. 2
Rode *de* 20. 1
Rotſelaer *de* 24. 1
Roſiers *de* 28. 2
Rochefort *de* 31. 1
Rubenpré *de* 8. 2. & 13. 1. & 21. 2. & 35. 1. & 46. 2.
Rupemont *de* 28. 2

S

SAlms 34. 2
Seraing *de* 31. 1. & 44. 2
Schoonvorſt. 46. 2
Seyve *de* 16. 2
Seſſées 33. 2
t'Serclaes. 14. 1. & 36. 2
Sombreff 13. 1. & 16. 2. & 17. 1. & 20. 2. & 34. 1. & 35. 1. & 2. & 36. 1. & 2. & 38. 1. & 43. 2. & 44. 2
Solre *de* 14. 1
Solbronecq *de* 28. 2
Sombeck 28. 2
Spontin 21. 2. & 32. 2
Stalle *de* 34. 1
Steenkerken 8. 2
Stradius 23. 1

T

TErmonde 33. 1
Tellinas *de* 51. 2
Thy *de* 14. 1
Thylli *de* 20. 1. & 33. 2
Tinture *de* 7. 2
Trazegnies *de* 7. 1. & 2. & 9. 1. & 22. 1. & 37. 1
Tour *de la* 21. 2
Trudonois *de* 23. 1

V

VAlhain *de* 27. 1. & 2. & 30. 2. & 31. 1. & 33. 2. & 34. 1. & 2
Velhette 6. 2
Verneburgh 13. 1. & 35. 2. & 36. 2
Vertain 8. 1. & 2
Vitriacus 22. 1
Vianen 24. 1
Vianden *de* 35. 2
Vivario *de* 28. 2
d'Urſel 35. 2

W

WAha 33. 1
Waillet 46. 2
Waſſaert 22. 2
Walhainio *de* 28. 2
Warfeſé *de* 14. 1
Wayes *de* 13. 2
Walloncapelle *à* 6. 2
Walcourt *de* 22. 1. & 2
Weſſen 37. 1
Weſemael *de* 17. 1. & 47. 2
Willot 6. 2
Wittem 8. 2. & 24. 1. & 36. 2. & 38. 2. & 46. 2
Widoe *de* 48. 2
Woude *de* 21. 1

Z

ZOete *de* 20. 1

FINIS.

J. B.

J. B. GRAMAYE.

GALLO-BRABANTIA

ILLUSTRISSIMO REVERENDISSIMOQUE

DOMINO,

FRANCISCO BUISSERET

NAMURCENSIUM ET GALLO-BRABANTIÆ

EPISCOPO,

DOMINO MEO SALUTEM DICO.

GEMMAM *hanc Brabantiæ noſtræ, Diœceſeos tuæ, quantùm ingenii mei & temporum ratio paſſa eſt, exquiſivi, inter patriæ noſtræ decora non ultimo loco reponendam; purgavi ignorantiæ tenebris hactenus fœdatam; expolivi, liberiore vultu, liberaliore fronte omnium oculos ſubituram. A pedibus, id eſt, fundamento omnium tam in ſacris quàm profanis memorabilium auſpicatus, quomodo rectiùs, quomodo certiùs, quàm in caput deſinam, cujus induſtriâ tota inferior moles gubernatur? Atqui Tu caput es,* Antiſtes Maxime, *tua iſthæc filia, tuarum curarum pars non infima. Quam ego præ reliqua Brabantia felicem undiquè ſemper exiſtimavi. Si Religionem inſpicio & rem ſacram, nuſquam tot Abbatiæ, tot Cœnobia, tot Sacella ruralia, tot celebrium Divorum memoriæ; nuſquam minùs virulentum ſemen ſuum hæreſis evomuit, minùs incolæ infecti ſunt aut fuerunt. Si Nobilitatem, fateor quidem eam multùm nunc de priſtino ornatu remiſiſſe; ſunt tamen & plures, cæteris paribus, quàm ullibi. Si ſoli clementiam, ſciunt omnes quanto hæc ditio aliis beatior ſit. Fuſiùs hæc & his plura in opere hoc toto digeſſi; nec opus fucum orationis accedere, ubi nativa & omnibus obvia patet dignitas. Ad Te quod attinet,* Præſul Inclyte, *præter id quod Gallo-Brabantia, inprimiſque Nivella, tuis nuper auſpiciis mirum in modum honorata, ſuo quaſi jure ad tui Nominis confugit patrocinium; privatim etiam ego cur id facere debuerim rationes habeo. Collegii iſtius Rector, quod inter alia vel maximè fautorem Te agnoſcit; Academiæ iſtius pars, in qua annos plures juventuti formandæ Te conſecraſti, & unde Cameracum, tanquam in coloniam miſſus, cunctas propemodum dignitatum functiones obiviſti, in Epiſcopali nunc Infulâ conquieſcens; ornante interim excelſam Amplitudinis tuæ Cathedram humanitate nunquam ſatis laudatâ. Quâ præveniente ſpero, imò confido futurum, ut hoc clientelaris obſequii teſtamentum quod profiteor publico hoc Scripto, benigniorem in partem interpreteris. Erit Deus qui Te,* Illuſtriſſime Reverendiſſimeque Domine, *ad Eccleſiæ ſuæ clavum ſedere diu jubebit. Erit qui id unum orat vovetque*

Cliens tuus

J. B. GRAMAYE.

CENSURA URBIUM

Quarum hoc opere Antiquitates digeſſi, imprimiſque

OPPIDI NIVELLENSIS.

CLariſſimum Virum J. B. Gramaye indefeſſo labore Gallo-Brabantiam noſtram peragraſſe, & quæ ad eam illuſtrandam facere poſſent collegiſſe, ſcimus & gaudemus: Et quidem quoad Oppidum Nivellenſe teſtamur & noſtra & Capituli Archiva pervidiſſe, & ſummâ prudentiâ, ordineque optimo ex eis collecta diſpoſuiſſe. Quo nomine eidem S. P. Q. Nivellenſis gratus & memor futurus omnium nomine publicum honorem & teſtimonium defert. Actum Nivellis 20. Martii anni 1606.

CENSURA

ABBATIS GEMBLACENSIS

Luduvici Sombechi.

FElix Gemblacum, felix Cœnobium, cui poſt tot ruinas & vaſtitates contigit eſſe redivivum operâ Illuſtris Clariſſimique Viri J. B. Gramaye, qui inauditâ diligentiâ ex ruderibus & ultima temporum fuligine eruit, quicquid ad laudem & admirationem loci facere poſſet.

Quod teſtor, qui ei Archiva lubens volens communicavi, & unà hoc de Gemblaco Scriptum omni honore proſequor & omnibus commendo. Datum Gemblaci in noſtro Cœnobio 3. Kal. Februarii anno 1606.

CENSURA

OPPIDI HANUTENSIS.

HIſtoriam Clariſſimi Viri Domini ac Magiſtri Joannis Gramaye Juriſconſulti & Profeſſoris in Academia Lovanienſi, eſſe vitæ noſtræ & Patrum noſtrorum Oppidi Hanutenſis ejuſque Territorii verè Magiſtram, fatetur S. P. Q. H. quem Clariſſimus Dominus ſciat ſe ſemper habere devinctiſſimum & obligatum ad antidota. In cujus rei teſtimonium hanc præſentem Cenſuram ſigillo noſtro & nomine Nobilis & Generoſi Viri Joannis a Mombeeck J. U. L. & Conſulis vigilantiſſimi curavimus muniri hac... Aprilis anno 1606.

CENSURA

Vice-Comitis Geldonienſis Caroli de Glymes, *& Paſtoris Divi Medardi.*

LUcubrationes Doctiſſimi Viri J. B. Gramaye J. U. Licentiati optimè de Republica meriti & Clariſſimi, de Antiquitate noſtri Oppidi Geldonienſis retroactis temporibus hìc & alibi repertas omnibus ritè perlectis grati amplectimur, & ut ulteriori teſtimonio fulciamur, præſentes unà cum Generoſo & Nobili Vicecomite ſignavimus hac 10. Aprilis 1606.

NIVELLA.

NIVELLA.

Cui Brabantiæ Dux, partim tanquam Advocatus, partim tanquam Comes præeſt.

LOCUM hunc [1] *confinem ubi Lotharingii junguntur Francigenis* [2] *in Brachbanto* ſitum olim [3] Nivigellam, [4] Nivigelam, [5] Nivialum, denique [6] Nivelliam, [7] Niviellam, & Nivellam [8] unitatis numero, & Nivellas [9] multitudinis numero accuſandi caſu video appellari.

Galli ab antiquo NIVELLES, Germani NIVELE, Belgæ NIVELL ab antiquo & nunc dixerunt.
1. Sic deſcribitur in Bulla Clementis II. poſt citanda.
2. In diplomate Henrici I. ſic deſcribitur.
3. Id nominis loco dat M. S. Divæ Gertrudis vita paſſim.
4. Unico l. ſcribit Ottonis Auguſti diploma poſt afferendum.
5. Zuentebaldi diplom. ſic urbem indigetat videndum poſtea.
6. In Privilegio Frederici Imper. Gemblacenſibus dato ita legi.
7. Supra tactum Henrici I. diploma ſic habet.
8. Sic nunc vulgo loquuntur.
9. Sigibertus & Moringus in vita S. Viberti.
10. Chronicon Villarienſe c. 2.

Nomen unde deductum ſit, nec legi uſquam, nec facilè conjecturâ aſſequar.

Locum olim ſylveſtrem fuiſſe unica glorioſæ Gertrudis vita abundè docet.

Nec olim tantùm, ſed & venientibus ad famam Lovaniæ Comitibus anno 950.

Et amplius iiſdem Ducatûs Lotharingici [10] titulum adeptis, Nivellam uſque ingentes ſylvæ erant anno 1147.

Planè ut crederem Romanos Francis Barbarorum metu junctos, & junctim in ſylvarum interiora, relictis urbibus, dilapſos Nivigellenſe caſtrum ſubitos hoſtium impetus facilè propulſaturum extruxiſſe ſub annum 500. & nominaſſe NIEU, id eſt novum, SELLE id eſt ſedem, aut AL aut GEHEEL id eſt totum; niſi Henrici Imperatoris diploma traderet, *locum propriis Divæ Gertrudis manibus excultum*.

Ex diplo. dato an. 1040. Epiſcoporum 9. ſigillis munito.

Cujus partem eſſe firmiter mihi perſuadeo, locum turri ædis primariæ ſubjectum, ubi hodieque dat & recipit primum in inauguratione fidelitatis juramentum Abbatiſſa: monumentorum, ſtructuræ, & cubiculi vicini, de quo poſt, ductus argumento.

Caſtro ſubjecta erat *Villa* ſive *Burgus* ab omni antiquitate jus *telonii*, *mercatûs*, *monetæ* habens.

Patet ex diplom. Henrici Imp. dato an. 1041. Regni ejus an. 13. ubi hæc ſpecificantur ſingula.

Quando primò mœnibus cincta fuerit, definire necdum poſſum. Ligneis ante Normanorum in Gallias adventum cinctam fuiſſe, ſunt qui putent. Lapideis, authoritatem faciente Duce & Cæſare, munitam & foſſis inſtructam credo.

Poſt annum C. 800.
Divæus l. 2. de Antiquitatibus Belgii id credit.
Ante annum 1220.

Et ampliùs, longè majore quàm nunc conſpicitur ambitu urbem, aut ſuburbana ſaltem (cùm veſtigia mœnium nuſquam appareant) ſe extendiſſe; quippe undecim, ut poſt dicam, Parochias comprehendentem, quarum aliquot nunc extra urbem viſuntur.

Anno 1231.
Ex literis Joannis Epiſcopi Leodienſis hac de re datis in Maio.

Nolim autem aſſerere mœnia, quæ nunc conſpiciuntur, ita vetera eſſe, ſed bellorum injuriis vaſtata putarem à 200. duntaxat annis reſtituta: cùm legam ex portis aliquot & nominatim Salicenſem poſt annum 1417. exſtructam.

Ex libro actorum urbis in geſtis anni 1417.

Ita ut nunc urbs portis ſex patens, vias publicas quinquaginta & ampliùs numerans, præter alios rivulos Thienam amnem ex cognomini pago lapſum excipiens, vicorum, domuumque nitore, hortorum amœnitate nulli vicinarum urbium facilè cedat.

Ædes operaque publica, quæ notari mereantur, pauca ſunt, imminutâ multùm per hos bellorum turbines urbis majeſtate.

Quoad civitatem & jus regimenque urbis, fateor quædam controverſa eſſe, quæ nec meum decidere, nec fortaſſis penitùs rimari. Dicam ergò tantùm, quæ ex veterum hiſtoriarum & diplomatum fide didici, nec harum nec illarum, niſi quà veritas cogit, partium.

Primo itaque loco *Comites* pono, non quòd ullos hoc titulo ſolo uſos noverim; ſed quod lego *Comitatum Nivigellenſem* nominari in dote Gerbergæ utriuſque, & ejus quæ Carolo Duci Mater fuit, & ejus quæ Lamberto Comiti Lovanienſi enupſit.

Anno 996.
Vide hiſtoriæ noſtræ c. 7.
Anno 1015.
Vide hiſtoriæ c. 9.

Hinc eſt, quod nonnulli tradunt hunc à Bruxellenſi dependiſſe, quia nimirùm Carolus, quem dixi, Bruxellam nativitate, habitatione & Regiâ ſuâ ornaſſe, & Nivellæ tacito calculo prætuliſſe dignoſcitur.

Rogieres id docet ex Francorum Annalibus.

Æmelius autem inter Marchionatus Antwerpiani urbes hanc numerat, & eum ſecutus Bertius & Guicciardinus.

Unde manifeſtum, Comitatum D. Gertrudi, quæ *Domina* tantùm *Nivellarum* vocatur, non contraditum permanſiſſe penes Lovanienſes, & devolutum ad eorum hæredes Brabantiæ Duces: quorum fuit *defendere potiùs, quàm poſſidere Nivellam.*

In M. S. Hiſtoria vitæ ejus.

Ex diplo. Ottonis & Henrici Imp. poſt citando.

An autem, ſicut *Comes* ita & *Vice-comes* Nivellenſis fuerit, vellem poſſe liquidò probare. Quamquam ego non ambigam *Præfectum* hìc olim Ducalem fuiſſe, qui limitaneæ arcis, ut ſuprà docui, aut arce in Monaſterium converſâ, *limitis Francici* curam ageret.

Aliqui putant, Gentiles à Nivella dictos fuiſſe Vice-Comites, aut ibi ſaltem natos.

Poſt Comitem tempore & titulo priorem Domina eſt jure & poſſeſſione aliàs major conſtituenda.

An autem D. Gertrudis inter alia Nivellam hæreditariæ portionis loco nacta Dominium ad ſucceſſuras ſibi Abbatiſſas tranſmiſerit, & rursùs an utile, an directum, ut J. C. loquuntur, meritiſſimò dubito.

Hoc ſcio, Henricum primum Cæſarem *Burgi jus* Abbatiſſæ donaſſe an. 1041. confirmante id ipſum Clemente II. Romanæ urbis Antiſtite.

* Ex diplomate hac de re dato an. Regni ejus 13.

* Ex Bulla data 12. Kal. Junii Pontificatus an. 9. Anno 1239.

Invenio deinceps donationem urbis Nivellenſis Henrico Lotharingiæ Duci factam, à Conrardo Imperatore revocatam, profitente non licere dependentes ab Imperio tractus alienare.

* Ex diplomate hac de re dato Indictione 12.

* A Philippo Auguſto in datis anno 1204. Confluentiæ 2. Idus Novembris Indictione 8.

Ita jus in urbem ſummum manſit manetque nulli obnoxium penes ſecularis Collegii Abbatiſſam.

* Ex Clementis II. datis Indict. 2. Urbani datis Id. Junii Pontif. an. 1. & aliorum pluriū.

Quam & cujus bona juraque Romani Pontifices immediatè ſuam in tutelam ſuſceperunt.

* Ex Imp. Henrici datis Idib. Junii Indict. 3.

Sicut & Imperatores expreſsè liberam eſſe voluerunt *Imperii Principem* omnique Principum gaudentem prærogativâ. Adeòque Regalia ab ipſis ſolent Cæſaribus de more accipere.

* Ex Sigiſmundi Imp. datis an. 1418 6 Febr. ubi id refert.

* Literarum exempla 4. in Codice reperi ante Venceſlai Ducis tempora.

Niſi quòd frequentia exempla habeam, ab Auguſtis id demandatum Lotharingiæ ſive Brabantiæ Duci ob itinerum difficultates & ſexûs teneritudinem.

* Nominatim ex Odonis Epiſcopi reſcripto dato anno 1227.

Quia autem *Brabantiæ Duci* (verba diplomatis ſunt) *non ſubeſt Nivella, ideò ſi diris Eccleſiaſticis illa involvatur, hanc non teneri* plurium Pontificum reſponſa declararunt.

* Ex Henrici Imp. Decreto dato 3. Idus Junii anno Regni 3.

Eadem-propter ſi quando Duci bellum aut belli metus erat, eidem Nivellenſes non implicabantur, nec Duci niſi permittente Abbatiſſâ licebat campanæ æris ſonitu cives armare, aut militem conſcribere, aut tributa imponere.

*Ex libello in forma ſupplicis oblato Abbatiſſæ à Joanna Duce an. 1397. Aug. 22.

*Ex diplo. Joannis Ducis an. 1272. ubi fatetur ſe tributa aſſenſu Dominæ impoſuiſſe.

Ceterum cùm Patronatus ſui jus Cæſar in Ducem nuper transfuderit, exinde & Regalia ab eo & confirmationem obtineri mos obtinet.

Cùm autem Dominam ab omni tributo & exactione liberam 3. Pontificum, 5. Imperatorum, Ducum fere omnium fecerint privilegia, ob hæc & alia tuendę Abbatiſſæ & Collegio Henricorum Cæſarum primi & ſecundi indulto permiſſum, quem vellet *Advocatum* eligendi.

* Nominatim ex Benedicti I data 6. Kal. Febr. Pontif. an. 7.

* Nominatim ex Caroli V. data Bruxellæ an. 1549 27 Novembris.

* Id Clemens II. Papa teſtatur & confirmat in datis Indict. 2.

Electum ſcio, etſi temporis incertus, Ducem Lotharingiæ ſive Brabantiæ qui nunc *terrarum Eccleſiæ*, nunc *Eccleſiæ Nivellenſis* ſcribere ſe ſolet olim, hodieque in juramento ſolenni, quod ad Aram Gertrudis Virginis præſtat, appellat *Advocatum.*

* Ex diplomate Henrici Ducis an. 1225. dato ubi ſic ſe vocat.

* Ex Formula juramenti Gallicâ linguâ in ſacro quodam Codice deſcripti.

Proximo poſt Advocatum gradu *Villicus* eſt ab antiquo per Dominam conſtitui ſolitus. Judex & Executor juris juſtitiæque triplicis, imò *Banni Imperiales* Collegio olim donati; qui inſuper in pagos, paucis exceptis, omnes ditionis Nivellanæ aliquid juris habet.

Vulgo Maieur.

* Fatetur id Henricus Dux literis an. 1225. datis.

* Per Ottonem Auguſtum anno 980. Indict. 7. dati.

Eo, dum hæc ſcribimus, ſummo omnium applauſu fungitur officio Paulus Roelſius Vir humanus & peritus rerum noſtrarum, cujus ex Muſæo aliquot manuſcriptorum habui uſum & inſpectionem quos hoc † ſigno ab aliis ſecernam.

Hic cùm *Scabinis*, ita Senatores vocant, primum civitatis aut veriùs Senatûs tripartiti membrum conſtituit.

Scabinos olim quatuor fuiſſe lego, ex totidem Tribubus Patriciis, id eſt nobiliori civium parte lectos à Domina, ut credo, nec Duci aliquatenus obligatos, nec ulli Domino.

Ex Regiſtro oppidi antiquo ad annum 1200.

Fatetur id Dux in datis an. 1324. Decembris 5.

Ceterum cùm hic Magiſtratus perpetuus & ad vitam eſſet, ob ſeditiones abrogatus, & conſtitutum ſeptem Scabinorum à Domina Collegium, quod hodieque perſeverat.

Anno 1296.

Fatetur ſuo conſenſu id factum Dux Joannes ſecundus feria Lunæ ante Feſtum Laurentii.

Alterum Curiæ membrum faciunt *Quæſtores* & *jurati*, utrique à Duce creati ad vectigalia potiſſimùm regenda; illi ad manus *Ballivi Brabantiæ & Deputatorum*, hi ad *Commiſſariorum* fidelitatis juramentum deponentes.

Hujuſce rei exempla centum invenio in actorum libris, ſed nulla ante an. 1300.

Quæſtores incerto numero fuerunt olim 4. mox 3. veniente olim in numerum *Penſionario* & *Clerico.*

Vulgo Rentiers.

Ex Regiſtris oppidi 300. abhinc annis.

Hos *Burgi-Magiſtros* appellatos video ex eo, quòd claves oppidi ſub horum ſint cuſtodia.

In diplom. Venceſlai de vectigalibus.

Jurati etiam numero non eodem extiterunt olim decem, nunc octo, ſæpè plures, rarò pauciores.

Hi duo junctim Jurati & Quæſtores, quidquid vectigalia, tributa, exactiones aut jus Principis tangit, ſolent & poſſunt curare, ordinare, elocare ad 40. pedum in urbe, 100. extra ſpatium, reluctantes coërcere, punire &c. idque diverſorum Principum ex lege. Adeòque exempla ſunt mulctatorum per hos qui executoribus eorum reluctabantur.

Venceſlaus anno 1370.
Joanna anno 1385.
Joannes anno 1418.

Philippus anno 1438.

Venceſlaus an. 1366.

In actis an. 1531. & 1540.

Damnati ad Peregrinationem S. Jacobi.

Quod ſi his cum Domina oriatur aliquid controverſum, in Brabantiæ Conſilio volunt decidi debere.

Ex ſententia lata an. 1510.

Jurati autem duo cum uno Quæſtore, Pacificatores, ut eorum voce utar, ſunt & vocantur.

Cete-

Anno 1260. cum omnes Brabantiæ urbes & municipia diploma Ducis ſubſcripſerunt, ſola Nivella deeſt.

Ceterum invenio ſigillum antiquitus urbi nullum fuiſſe, adeoque, in negotiis urbium Brabantię rariùs Nivellenſes ſubſcripſiſſe; aut ſi ſubſcripſerint Abbatem Gemblaci aut alium rogaſſe, qui defectum ſigilli Nivellenſis ſuo ſuppleret.

In conventione inter Ducem & Luduvicum Flandrum anno 1339: quæ eſt in diplomatum Bruxellenſium libro.

* Ex litera pacificationis data in diviſionis Apoſtol. Feſto.

* Ampliùs cùm per tumultum communitas junctis contra Dominam capitibus ſigillum ſibi proprium aſſumpſiſſet, interdicto Leodienſi & Ducis authoritate, juſſa ſigillum obliterare.

Ex Decreto Curiæ & Ducis hac de re edito.

Anno 1534.

Et noviſſimè cùm ſcutum urbis (Pedum Abbatiale præferens) inſignibus Brabantiæ ornaſſent, Ducali ſententiâ coërciti ſunt: quod retinuerunt aliquatenùs mutatum quæſtores cum epigraphe tali: *Sigillum Receptorum & Juratorum Ducis Brabantiæ ad cauſam.*

Nominatim anno 1510.

Nec omittendum quod obſervo, præter hunc rei Principis intendentem Magiſtratum, Procuratorem Generalem viarum publicarum & refectionis earum curam habuiſſe.

Ex literis datis anno 1454. ſuper hac re.

Magnum etiam Brabantiæ Balivum ſtatis diebus, ut nundinis, citari ſolitum ad providendum tuendumque jus Ducis.

Ex actis annoiſ & ex oppoſito citatorum, & literis Jucundi adventus ſingulorum.

Inſuper ſolere Duces in Nivellenſi Curia juramentum prętare, & præſtitiſſe Burgundici ſanguinis Duces Anthonium an. 1406. Joannem an. 1418. Philippum an. 1427. Carolum an. 1478. Philippum. an. 1486.

Ex actis an. 1427 cum diplom. Brabantiæ (vulgo Chartres) hic viſitata.

Ulteriùs ſolere Brabantiæ Archiva, antequam Vilvordiam transferrentur, hìc cuſtodiri.

Ex regiſtris veteribus oppidi.

Et Nivellam inter ſecundi ordinis urbes loco, tertio in Ordinum conſilio advocari, & præſto eſſe.

Tertium in Senatu ordinem faciunt Decani ſexdecim annales ex plebe & ſingulis opificum collegiis bini, quos eligit plebs & Decani defuncti, confirmant reliqua duo membra.

Magiſtratui ſubjicitur civitas ſive cives, quorum pars opulentior in tribus juratis Sagittariorum contuberniis uni nomen dat, aut etiam duobus Poëtarum Collegiis, quæ jam prope interierunt.

Vilior in certa opificum collegia, ex quibus octo dumtaxat ſunt quibus additus eſt ad Senatum. In omnes juridicè citatos non niſi poſt triduum agere licet.

† Ex Ducis privilegio dato anno 1385. circa S. Michaelis.

Anno 1416.

Qui nundinas annuatim liberas, & Hallam, ut vocant, à Principe obtinuerunt.

Ex vita D. Gertrudis ibidem manuſcripta.

Fata ſive adverſitates præcipuæ obvenerunt Nivellis ab igne: cùm fortuito incendio *Clauſtrum* cum *Burgi* parte abſumeretur, viſa à quibuſdam glorioſa Gertrudis peplo ſuo flammarum impetus avertere.

Anno 1580. Ex oculatorum teſtimonio.

Et noviſſimè bellis civilibus combuſto undique ſuburbio.

Ex veteri pictura hujus rei in Sacello M. Magdalenæ. P. de Thymo parte 5. c. 6. cives ob non adminiſtratam juſtitiam Duci conqueſtos & Ducē remedium adhibuiſſe.

A Peſte. Cùm tantum ſerperet contages, ut mortuis efferendis vivi non ſufficerent an. 1336.

A Bellis inteſtinis quidem ſæpiùs, civitate Dominarum & Capituli Imperium gravatim ferente, nominatim anno 1263.

Ex bellis illuſtribus quæ in Hiſtoriis vide.

Vicinorum Hannoniæ quater, Flandriæ ter, Namurci ſemel ſenſerunt Nivellæ injurias notabiles.

Captaque adeò Nivella à Flandro Brabantiam ſibi vendicante, ſed mox Duci reſtituta.

Anno 1356. Divæus l. 5. rerum Lovan.

Iterumque à Saxonum Duce tumultuantes Brabantos ulturo.

Anno 1489. Idem l. 8. rerum Lovan.

Noviſſimè in communi Belgarum naufragio à Bruxellenſibus Regi & Religioni rebellibus circumventa, ſacris profanatis, ſuburbiis vaſtatis, tandem advenienti Joanni Auſtriaco victas manus dedit Regi ſuo conciliata an. 1588.

Anno 1580. Ex diario patvo Orivallenſi & relatu diverſorum.

17. Septembris.

Eodemque anno à Caſimiri milite iterum ſpoliata & profanata & exhauſta multum de priſtino remiſit ſplendore; ut ex relatu diverſorum intellexerim, ultra duo ædium millia in ſuburbano everſa.

Rei ſacræ & Religionis apud Nivellas initium non altiùs quàm ab Antiſtite Amando & Itta Pipini primi conjuge.

Meierus ad annum 650.

Illius conſilio hæc *Nivigellenſem Cellam* ſive Cœnobium exſtruxit, exſtructoque Gertrudem filiam præfecit.

Ceterum ubi Monaſterium illud vetus fuerit, & cujuſmodi in eo Religioſę, æque controverſum eſt.

Sunt qui primitus extructum putent Abbatiam loco qui adhuc nomen retinet in pago vicino & ſubjecto Nivellis.

Vulgo Monstreul.

Alii ex cubiculo D. Gertrudis quod in æde urbis primaria viſitur ſolenni peregrinorum concurſu aliter conjiciunt.

Quoad Religioſarum qualitatem hoc diſco ex diplomatibus, utriuſque ſexus ab antiquo fuiſſe Collegiū, dictos *Fratres & Sorores Nivelli Cœnobii*, & alibi *Beginas* ſolas *de Nivella* tamquam prius & potius Capituli membrum nominari.

* In diplo. Caroli M. confirmantia eorum bona 7. Idus Julii Indict. 10. an. Regni 13. Imperii 2. In Bulla Urbani Papæ data Idibus, ubi eas in ſuam recipit protectionem.

Nec mirum videri debet, cùm Beginæ nomen olim auguſtum, & Nobilibus medium illud vitę genus inter Cœnobiticam & ſecularem profeſſis proprium fuiſſe docere poſſim.

Quod interjecto tempore, velut obliteratum, Leodii à quodam cui *le Begge* cognomen fuit, reſumptum fuit, inſtituto ad hoc non Collegio, ut olim vocabatur, ſed Curiâ Beginarum.

Addam hoc, etiamſi D. Gertudis votum caſtitatis emiſiſſe legatur, non videri tamen id univerſale omnibus Canonicabus (utar hoc ad diſtinctionem vocabulo) fuiſſe, cùm in vetuſtis diplomatibus appelletur ſemper *Abbatiſſa ſecularis Collegii Nivellenſis & Princeps Imperii*.

In diplom. Henrici Regis Rom. dato 3. Idus Junii Indict. 3. ubi ipſam in ſuam recipit protectionem.

Certus interim & Abbatiſſam cum ſuo Collegio & bona & vitam & habitationem communem habuiſſe. Cujus rei veſtigia in litteris & memoria ſuperſunt, nomina & loca dormitori, cęnaculi, clauſtri, ambitus, &c. & regulæ ex diverſis collecta quam eas habuiſſe teſtatur Molanus.

† Ex concordia inter Capitulum & Abbatiſſam, quâ harum refectio Abbatiſſæ tribuitur anno 1437.

Et quod in actis D. Gertrudis lego, profugiſſe ex Clauſtro incendii graſſantis metu & periculo Virgines.

Quibus Carolus M., Henrici tres, Ottones duo Auguſti, bona, immunitates, privigelia, dede-

* In confirmatoria Carol. V. data an. 1549. Novemb.

27. hi & horum dona recenſentur. Data Kal. Julii Pontif. an. 1. data an. 966.

dederunt, auxerunt, confirmarunt: accedente permiſſu Clementis II. Leonis, Urbani, Innocentii, Gregorii Pontificum.

Eſto itaque hic primus Collegii hujus Virginalis ſtatus: quod juriſdictionem ſuam temporalem & tribunal Abbatiſſæ in totum transſcripſit: adeòque *rogatus Lotharius Imperator bona congregationis, Abbatiſſæ & Præpoſiti Capellani ſui perpetui à Clericorum* (ſic tum dicti qui antè Fratres) *& Sanctimonialium bonis ſeparavit.*

Anno 1136. *Diplomatis verba dati Aquiſgrani Indict. 14.

Anno 1251. Anno 1237.

Quod magis ſpeciatim factum & exinde ſervatum, Abbatiſſæ & Præpoſito ſuâ legitimâ, ut ſic dicam, aſſignatâ. Abbatiſſa, dum hæc ſcribo, Margareta de Hennin. Præpoſita Catharina de Honsbroeck, quarum beneficio & codicis antiqui & diplomatum inſpectionem habui, quę hoc (*) ſigno ſeparabo ab aliis, quæ ex Archivo oppidi per Penſionarium mihi ſunt communicata, quæque (†) ſic prænotabo.

Interjecto tempore ex *Fratribus* & *Clericis* factum Canonicorum Collegium, à Virginali non niſi ſexu diviſum & choro.

* Ex Bulla data Pontificatûs an. 1. Indict. 2. Anno 1332. 22. Junii. * Data 1330. 26. Auguſti intra octavam Aſſumptionis.

Invenio inſtitutionem presbyteralium præbendarum factam à Capitulo, Benedicti Pontificis accedente conſenſu. Cùm biennio antè Decani per Adulphum Epiſcopum Leodicenſem inveniatur confirmatio.

Ita ut nunc univerſim promiſcui ſexûs in Eccleſia Nivellenſi ſint præbendæ ſeptuaginta duæ.

Anno 1229.

Quarum poſſeſſoribus Abbas Ciſtercienſis totius Ordinis ſui merita communicavit.

Ad laudem hujus Collegii facit, quod nullum totâ Gallo-Brabantiâ Cœnobium ſit, quod non inter Fundatores ſuos Abbatiſſam Nivellenſem debeat numerare: ut taceam & Thenis, & in Leodienſi patria exempla ejuſmodi infinita.

Parochiam ſive curæ animarum deſtinatam Eccleſiam unicam ab antiquo Nivella habuit Virgini Matri inſcriptam.

Ex verſiculo qui extat in veteri codice in ſacriſtia patet quod in ſexcenteno quinquageno duodeno fiunt Nivellæ, Gertrudis clauſtra puellæ. * In diplom. Ottonis dato an. 997. Indict. 15. anno 3. Zuendebalti Regis pro his dato.

Et hinc eſt, quod in diplomate Caroli Magni & alibi leges Cœnobium conditum in honorem S. Mariæ, ubi glorioſæ *Gertrudis corpus requieſcit*, quamquam aliàs illud ipſum *Cœnobium Sancto Petro dicatum* ſcribatur, aliàs Gertrudi.

Thomas Cantipratenſis æqualis horum temporum l. 2. Apum. c. 50. & 53. * Ex Joannis Epiſcopi, Joannis Abbatis Floreffienſis, & Hugonis Scholaſtici S. Pauli diviſorum Parochiæ literis. * Ex literis Epiſcopi anno 1229. datis. * Ex diplom. dato an. 1291. ubi agitur de reditibus ad fabricam ſpectantibus.

Ceterùm cùm loci & ſanctitatis famâ in infinitum creſceret incolarum multitudo; ita ut alibi legam in *Beginaſio Nivellenſi fuiſſe Virginum duo millia*; neceſſe fuit, partito animarum onere, plures inſtitui Parochias; inſtitutæ undecim anno 1231.

Gotaliæ) Nunc in ſuburbano conſpiciuntur,
S. Cyri) ſed dirutæ per has turbas.

Thienes, extra urbem adhuc perſeverat.

Apoſtolorum	Joannis, Andreę, Jacobi	In urbe nunc ſunt, & ſolæ ſunt Parochiæ ab anno .....
Martyrum	Mauritii, Georgii	
Antiſtitis	Nicolai	

S. Sepulchri nunc Parochia eſſe deſiit.

Ulteriùs publicâ & privatorum aliquot munificentiâ Franciſcanis Fratribus Templum & Cœnobium extructum anno 1248.

Ex Fr. Gonzagæ Theatro Seraphici Ordinis.

Qui, procurante D. Margaretâ Gubernatrice, reformati *Obſervantiæ*, quam vocant, Regulam aſſumpſerunt anno 1524.

Ex communicatis mihi per loci Guardianum & Actis Concilii Provincialis Leodii eo anno celebrati.

Et iterum, collapſo aliquantiſper temporum licentiâ fervore, nuper reſumpto ſpiritu *Recollectarum* Inſtituta ſecuti ſunt anno 1598. in quo etiamnum triginta & ampliùs Fratres perſeverant.

Innotuit Conventus iſte potiſſimùm inter alios Provinciæ Flandriæ ob ſtudium Theologicum illic doceri ſolitum.

Denique ob Alumnos ſuos P. Franciſcum qui per quindecim annos à ſacris concionibus fuit Carolo V. Author perfecti egregio opere Templi.

De eo Vellotius & Athena orthodox. l. 141. Anno 1540.

Et Petrum qui Reginarum duarum Franciæ & Hungariæ Leonoræ & Mariæ Confeſſor extitit.

An. 1573. ob. Idem ibid. l. 105.

Et Franciſcum à *Walloncapelle*, qui, parato D. Joanne Auſtriaco, inſignem urbis cladem ſuâ avertit prudentiâ. Et Henricum *Willot* qui evectus ad Epiſcopalem Cathedram Namurci.

Cujus Diœceſeos nunc eſt Nivella, olim Leodienſi ſubdita Epiſcopo.

* Ex Decreto per Dominam dato feria 6. poſt Epipha.

Inſuper fuit olim promiſcui ſexûs collegium ſervientium in Xenodochio pauperibus, qui certo olim numero ad ſenarium viri, ad quaternarium fœminæ ſunt reductæ.

Anno 1296.

Hoc Xenodochium Nivellenſe propriè vocatur D. Nicolao ſacrum, ubi hodieque à Martinalibus uſque ad Bacchanalia idque à quinta matutina ad nonam uſque ſerotinam luculentus ad uſum quorumcumque pauperum focus extruitur; pro quo omne Hoſpitalis peculium obligatum invenio.

* In diplom. Caroli M. ubi ei bona & decimæ aſſignantur. Vulgo Lxi Bazard. Anno 1452. Ex ſententia & literis hac de re datis 5. Martii.

Prætereà in tractu S. Cyri Beginæ olim, nunc pauperculæ, coëmptam in urbe domum habitant, inſtitutæ cùm Dux eis permittit acquirere proventus ad ſummam uſque 100. librarum Lovanii.

Ex diplom. dato Veneris poſt Magdalenæ. Anno 1262. Vocatur Hoſpitale S. Spiritûs, ut puto, in diplo 1289.

Similes ſed quæ olim pauperes cognominatę ſunt in *Gothalia* per Beatricem *Velhette* primùm dotatæ. Eſt & aliud receptaculum pauperum & Beginarum S. Sepulchri.

* Ex diplom. dato an. 1300. Octavâ Petri & Pauli. Aliàs Hoſpitale de Gontiſal anno 1297. vocatur.

Invenio & auctoritate Gregorii Papæ confirmata bona *Hoſpitalis Frigidi Montis* in Nivella.

* Datum 4. Nonas Martii Pontif. anno 12.

Amplius in uſu & ore eſt urbis Hoſpitale cui ſecundum Senatûs membrum præeſt, de quo litteras & conſtitutiones inveni.

Vulgo Charitatem an. 1277. vocant. * Ex Inſtrumento Abbatiſſæ dato in Maio.

Locus autem ubi exiguum Hoſpitale Betphages titulo olim erat, Virginibus tertiam D. Franciſci profeſſis Regulam Bruſleto advenientibus à Senatu permiſſus eſt, templumque Joannes *Bourgeois* Chorepiſcopus Leodienſis dedicavit Virgini Matri & Sodalitio Urſulano, Martyrique Chriſtophoro.

Anno 1480. † Ex Actis Curiæ ad hunc annum. Anno 1505. 7. Julii. Ex Tabula Indulgentiarum ad lævam chori affixa.

Integritatis nomine Virgines optimè ſolent audire, adeoque per has Geldonienſe Cœnobium fundatum eſt,

Præter

Præter hæc primæ notæ templa, ſunt variis Divis inſcripta Nivellis Sacella quatuor, Cryptæ tres, inter quæ Sacellum Curiæ dedicatum 19. Martii anno 1455. Magdalenæ anno 1240.

Ex Actis Concilii Diœceſani impreſſis apud Rivium an. 1504. & eis quæ ipſe coram inſpexi.

Eſt poſtremò Nivellis auſpiciò Franciſci Buſcretti Namurcæi Antiſtitis, ope Cleri erectum loco per loci Magiſtratum eo fine donato Diœceſanum virtutis & bonarum artium Seminarium, brevì, ut ſpero perficiendum eo ſplendore; ut neſciam an Lovanium aut Brabantia ſimile habeat. Cui, dum hæc ſcribo, moderator datus eſt Franciſcus Lantkartius Sacræ Theologiæ Licentiatus, amicus noſter, cujus humanitate & curâ huic de Nivella tractationi multum acceſſit momenti.

Deus Antiſtitem pium longævum eſſe jubeat, quod ego & mecum boni omnes orant obſecrantque.

Anno 1501.

Et ne exiſtimes mœnibus concluſam cum pietate religionem, quâcumque pedem portâ efferſ, offendes quod te tui & Dei & virtutis jubeat meminiſſe.

Illud cum peculio Novæ Plateæ an. 1174. donatum eſt eis.
Id per Epiſcopum Cameræ. De Berges volunt inſtitutum, etſi certas non viderim literas.
Renovatæ anno 1596.
Ante 200. annos fundatum.

Portâ Namurcenſi: Præcurſoris Dominici & Ordinis Melitenſis Sacellum nuper eleganti opere à Commendatore Sanctrainio reſtitutum. Itemque 7. Virginis Matris Dolorum pientiſſimæ ſtationes, cum ſacrariis ſuis certo intervallo, & æde ſacra, ubi honeſtiſſimorum civium ſacra ſocietas.

Et denique Virginis Matris *de Robbiet* Hoſpitale ſimili civium ornatum ſodalitio.

Portâ Salicenſi: Fanum Apoſtolorum Principis à civibus qui Apoſtolorum limina viſerunt ſtructum olim, nuper reſtitutum, unde Paſcalibus feriis Sacrum Chriſma peti ſolet, non vano antiquitatis argumento.

M. S. Vitæ ejus.

Portâ Montenſi: Leproſarium cum ſuo templo, ubi Maria Ogniacenſis ægris fertur ſubſerviiſſe.

Sic dictam aiunt ab incendio de quo ſupra.

Portâ Calidæ Plateæ: Gulielmitarum Prioratus tale habens exordium.

Ex Chronico Beverenſi.
Anno 1270.
Ex literis Joannis Prioris Provinciæ datis in Novembri.
Anno 1276.
Ex literis Marci Generalis datis in Maio.

Cùm Burgenſis quidam in urbe domum extruendo Cœnobio reliquiſſet, opponente ſe Dominâ & Capitulo, alium ex dono D. de Traſegnies extra portas locum obtinuerunt, ubi certis intervenientibus pactis permiſſum, ut extrueretur Monaſterium, ubi Capitulum Generale Ordinis habitum.

Anno 1580.
Anno 1598.
Ex communicatis mihi per loci Priorem.

Quod furore hæreticorum funditus everſum eleemoſynis Nobilium aliquot, curâ Nicolai *Pertherbu* Prioris reſtauratum eſt.

Eſt in Dominio Novæ Plateæ quæ ſubeſt Domino d'Arquennes Comiti de Baucignies.

Porta S. Annæ à Divæ iſtius Sacello nomen retinet, ubi clara miraculis ingenti veneratione colitur, lectiſſimorum ad hoc civium Confraternitate inſtituta.

Portâ Bruxellenſi: Sogneſiacenſis ſylva Monaſteriorum fœcunda propagatrix, de qua alibi fuſiùs.

Nivellæ nati illuſtres ſanctitate, virtute, doctrinâ.

Molanus ex Cantiprat. l. 2.
Annales noſtri c. 35. ex eodem.
Iidem c. 39. ex eodem.

Joannes de Nivella Doctor Theologiæ qui relicto Decanatu Ogniaci Monachum induit. Obiit anno 1213.

Maria quæ vulgo Ogniacenſis, hìc nata. Ob. an. 1213.

Ida Nivellenſis Ramayæ Monialis: omnes ſanctitate & miraculis clari. Joannes Tinturius variè doctus, Muſicus etiam & pictor eximius. Trithemius de viris illuſtribus. Ex M. S. Carthuſiæ Lovanienſis.

Jacobus Petri Ludimagiſter Bruxellæ, Poëmatibus aliquot editis notus. Franciſcus Moſchus Poëta, Juriſconſultus, Hiſtoricus inſignis, Armenteriæ Curio, & Siclinii Canonicus. Anno 1414.

Diedela Virgo celebris, quæ nocte natalis Domini Chriſtum ſpecie infantis apparentem ſinu excepit, cumque planè ſe gaviſuram negaret niſi lætitiæ particeps Monachus Villarienſis (quem in ſpiritu noverat ſanctum & pium) efficeretur, ſubitò Villarium delata Monacho ſacra peragenti ſe cum puero præbuit videndam, iterumque clauſtro ſuo reſtituta ſubitò in pace obdormivit. *Glimeloth* etiam Begina non omittenda, quæ Goberto Comiti author fuit converſionis. Chronicon Villarienſe.

COMITATUS
NIVELLENSIS.

SUnt in territorio hoc patrimonia ſacra Equitum Jeroſolymitanorum *Thienes.* Ubi Cœnobium olim loco quo nunc eſt Prætorium Vallipontenſe. VALIENPONT.

Vidi donationem Ottonis *De Traſegnies* qui nemus quoddam aſſignat *Fratribus de Valianpont juxta Nivellam*, aliaſque plures ubi fratres Hoſpitalarii hoc vocantur nomine. Anno 1220.

Monſtrolium Abbatiſſæ Nivellenſis, nomen neſcio an non à Monaſterio formatum. Quippe loci quem vulgo credunt veteris Abbatiæ fuiſſe, eo quod hodieque Villicus domum Abbatialem incolens Abbas vocetur, & loca monſtrentur & veſtigia Palatii veteris ubi & natum Pipinum, & D. Gertrudem diverſatam à quibuſdam credatur & legatur. MONSTREUIL.

Hujus Parochiæ pars eſſe ſolet *Prætorium Burgivallenſe*, olim Comitatûs S. Pauli appendix, nuper in partem eminentiæ Parochialis receptum. BOURNIVAL. Anno 1602. Ex Archivis Eccleſiæ.

Pulchrum Lezium & Parvum Rodium cis Braniam Capituli peculia ſunt Nivellenſis. BAULEZ. PETIT REUX.

Ita tamen quòd illud ex donatione cum medii, hoc ex emptione cum ſummi dominii juriſdictione & Advocati titulo poſſideat. Anno 1180. Ab. an. 1323.

Pons Cellæ inter alios Dominos pro triente agnoſcit Abbam Parcenſem. *Soweria* ex toto Abbam Bonæ Spei, utpotè Gemblacenſis olim Cœnobii peculium, ſed alienatum. PONT A CELLE. SOWERIZ.

Hic tribus verbis diſquiram, quid ſentiendum de Canonicarum ſecularium initio. Eſt qui putet eas antiquitus omnes Religioſas fuiſſe, paucis nobilium collegiis nuper inſtitutis exceptis. Id Nivellenſes difficulter patientur ſibi perſuaderi, aliæque ſimiles. Sed nec ego planè poſſim credere, cum in omnibus Joannes Niderus de Varietate Religionum.

Ponti-

Pontificum diplomatibus ubi Abbatiſſæ ſit mentio, ſemper adjiciatur nomen ſecularis *haud dubiè ſignificans aliud quid à monaſtico. Et Sigibertus* Clericales Moniales *vocat Nivellenſes, quibus à Paſchali II. certa vitæ forma præſcripta ſit ſine voto Religionis, in vita tamen communi. An ergo ejuſmodi vita à Sancta Sede unquam fuerit approbata, merito dubites. Diploma unum Nivellenſe hanc habet clauſulam Sanctam Sedem nec ad nec improbare. Ceterum S. Meynulphus à Carolomanno nuper Rege in Canonicum & Archidiaconum Paderbornenſem aſſumptus in ſuo patrimonio Budiſenſi* Congregationem Secularium Canonicarum *inſtituiſſe legitur, additurque: quarum Ordo in Concilio Provinciali apud Aquiſgranum recens erat inſtitutus. A quo non multùm recedit aliorum opinio qui ſub Luduvico Pio volunt id genus Virginum inſtitutum, id eſt approbatum, antiquitus eſſe.*

Ad annum 820.

Gobelinus ad 5. Octobris.

Hac occaſione, cùm legis fundationem Budiſenſem *ſuo annulo obſignaſſe* Regem, ritum annota veterem & non negligendum.

In Gobelino ubi ſupra.

Sub Abbatis bonæ ſpei apud Hannones patrocinio ſunt Eccleſiæ pagorum *Gozii* ſuper Pietonem (fluvii nomen eſt) & *Familiarici*. Quorum illud Angianorum fuit de peculio, hoc ſuos à loco nomen ſumentes Toparchas habuit. A Familiariacenſibus Joannes Vertainii Toparcha emit. Quo vitâ functo Joannes de Hun & Jacobus Itterius hæredes Dominium transtulerunt in Jacobum de Laleus. His adjiciam *Parvum Rodium* cis Nivellam, olim inclytæ Familiæ *d'Arquennes* peculium, unde ad Wittemios Berſeliæ Toparchas, & denique Iſabella Berſelia Philippo d'Orley marito dotem attulit, ille Franciſcæ Filiæ, hæc Annæ Rubepratenſi ceſſit.

Gout sur le Pieton. Famillereux.

Anno 1502.

Petit Reux. Anno 1508.

Anno 1515.

Anno 1533.

Anno 1584.

Hìc aſcribo: ut Decanos Rurales olim Archipresbyteri *nomine vocatos conſtat, ita eorum in Brabantia nomen & munus notum fuiſſe ſcio.*

Ext. l. 1. Decretal. tit. 25.

Ex vita B. Walteri Onhanienſis in M. S. Rubeæ Vallis.

Libet hìc adſcribere antiqui diplomatis verba: *Rothildum liberæ conditionis ſe D. Petro tradidiſſe pro uno denario cenſus capitis &c. qui nullum placetum, nullum precarium debentes, nullum adventum habituri, tantùm cuſtodi de cenſu reſponſuri:* & ſi ducere quis poſterorum ejus volet uxorem id fiet conſenſu Eccleſiæ &c.

Diploma eſt in Aicurienſi Eccleſ. datum an. 1108. ab Abbate S. Laurentii Berengario.

Sunt his locis plura juris Brabantici Angianorum Dominia hìc obiter inſerenda, in Angia Hanoniæ fuſiùs examinanda.

Ejus generis ſunt *Rebekia*, *Hanewirium*, *Roncierium*. Primum à ..... ſecundum ab Abbatiſſa Nivellenſi, tertium ab Abbate Cambronenſi Paſtorem accipiens. Primum *Principatûs* titulo ornant Indiculi veteres, ſecundum Dominium inter Nivellenſes & Baronem Angianum longo tempore fuit controverſum, tertium ſacra D. Virginis Icone olim ornatum fuit.

Rebecque, Hanewieres, Roncquieres.

Primum habuiſſe een Gasthuys van Nonnen, id eſt Xenodochium Virginum, in veteribus curiæ regiſtris ſcribitur. Secundum nomen eſſe ab Hannonum clade, volunt hiſtorici. Huc ſpectat etiam *Thubiſia*, ubi Angiani ſolent ſummam, mediam Nivellenſes habere dominationem. *Seneſſia* Abbæ quidem Bonæ Spei in ſacris obnoxia, ſed aliàs Angianorum olim Toparchia: niſi quod in *Tyberii Campo* Vertanii ſoleant dominari, & in *Buſſereto* alii aliquot domicelli. *Baſſa Itria* alibi Angianos, alibi Gentiles à loco dictos cum ampla juriſdictione agnoſcit. Defecit porrò Itteriorum ſtirps cùm Joanna de *Balliencourt* Annæ *d'Itre*, Martinus *Riſſlaert* Joannæ *Baliencurtiæ* Matri quiſque ſuæ quoad hoc Dominium ſucceſſit. In quorum alia pulchra, tum *Facuenſe Caſtrum*, cujus poſſeſſio per nuptias Catherinæ Steenkerkanæ tranſiit in ipſammet Familiam Angianam, manſitque, donec id Engelbertus filiæ ſuæ naturali Margaretæ Paulo d'Ooghe deſponſatæ in dotem dedit: nunc poſſident hæredes & nomini induerunt.

Thubise.

Seneffe.

Tyberchamps. Buisseret. Itre.

Anno 1535.

Anno 1582. Liber Feudorum fol. 10.

Facuwez.

Idem fol. 30.

Anno 1510.

Cetera, quę hìc deſiderare poſſes, ampliter dabo in Angianis.

Hìc tantum inſeram, Scholaſticum (quæ in aliquibus Capitulis dignitas eſt, aliquibus non) quem ſcholarium & ſcholarum *non ſcholæ* Magiſtrum *Decretales & Diplomata vocant, in uſu hìc fuiſſe tam in Capitulis, quam Cœnobiis. Primum doceo ex Concilio ubi dicitur de* Fratre qui ſcholæ præeſt. *Alterum ex conſtitutione qua vetatur* ſcholam in Monaſterio eſſe niſi eorum qui oblati ſunt.

Probatum à Molano l. 2. c. 10. de Canonicis.

Aquiſgranenſi cap. 1. 5.

Aquiſgranenſi an. 817. 6. Idus Julii.

Ut maledictionem contravenientibus, ita præmium ſervantibus præcepta in diplomatibus addi ſolere docet Aicurienſe diploma, cujus verba ſunt: Quod ſi præſens teſtimonium ſolvere vel infirmare quis tentaverit, & manum ſuam ſuper eos (intelligit Miniſtros mancipatos Eccleſiæ) levaverit, humerus eorum à junctura ſua cadat, & brachium cum ſuis oſſibus confringatur; qui autem ſteterint ut eos ab injuſto ſervitio defendant, verè liberi ſint & veritas liberet eos.

Berengarius Abbas an. 1108. in teſtimonio pro Rothildo.

Reſtant

[Arquennes.] Reſtant *Arcania* plures pro parte Toparchas habens, in ſacris Cœnobiarcham S. Foliani agnoſcens aut ab eo miſſum. [Grambais.] *Grambaſium* inclytæ nomen & peculium familiæ alibi declarandæ. In cujus confinio [Orival.] *Aurea Vallis* eſt Ordinis SS. Trinitatis de redemptione captivorum, Divæ Barbaræ dicatum Cœnobium. [Ex literis orig. per F. Chriſtophorum Lambertum Miniſtrum mihi communicatis.] Quod primò Otto *Trazegnies* & Godefridus Caſtellanus Bruxellenſis fratres ſylvâ, cui nunc à Cœnobio nomen eſt, donatâ dotarunt.

[Ex ipſis Diplom. & Kalendario, ubi menſtrua præcipiuntur fieri pro Ducibus facta.] Joannes & Philippus Anthonio nati Duces magnis ornarunt privilegiis, quæ ſecuti Duces partim auxerunt, partim confirmarunt. Habendi etiam ex Fundatorum numero Grambaſii. [Anno 1448. Ex Diario defunctorum.] Ex quibus Petrus de Quercu in odeii medio tumulatus conſpicitur. Nec omittendum, [Anno 1430. Literæ datæ 16. Febr. in Caſtro Lovanienſi.] Cœnobio per Ducem Philippum poteſtatem factam juſtitiæ mediæ, & conſtituendi loco vicino Senatum. Denique & hoc inter alia, [Anno 1578. 13. Sept. & die S. Lamberti.] ſenſiſſe gravem belli civilis tempeſtatem, uno bis anno à Joannis Auſtriaci milite & Caſimirianis ſpoliatum, vaſtatumque, nunc ſenſim [Ab an. 1586.] reparari cœptum.

Hic adſcribo: ſicut Regula Romanæ Eccleſiæ ait, nomina dantium decimas in Altari ſolere poni: ita noſtrates Religioſi olim in Diario Chorali *ad ſingulos, prout mortui ſunt, dies nomina adſcibere ſolent. Exemplo ſunt omnium ferè Cœnobiorum codices.*

Quàm ſanctè extremam voluntatem ſuam voluerint ſervatam veteres, verba quantivis ponderis teſtamento ſubnecti ſolita docent. Exemplum in teſtamento Radulphi Fundatoris Aicuriani. Si quis inquit, contra hoc Decretum fecerit, non remittatur ei peccatum, nec in hoc ſeculo, nec in futuro; ſed condemnetur cum diabolo & angelis ejus in die judicii.

PRÆFECTURA GRESIENSIS.

[Grez Gallis, Teutonibus Grave.] GReizium illuſtre municipium, amplum, potens, nobile.

Olim Comitatûs titulo inſigne, quod [Sub Godefrido 3. Duce.] docet *Garnerius Comes de Grez*, in expeditione ſacra celebratus.

Olim nundinas ſuas, leges & tribunal proprium, & quindecim in circuitu prætoria ab Equitibus habitata habebat.

Toparchæ ex prima ſemper nobilitate fuerunt, omnibus ferè bellis nominati; Dominia in ſuam ſtirpem ampliſſima transtulerunt, interque alia Lintrenſe.

Et ex quo per filias Greiſium cœpit in alias [Vide Lintras in Thenenſibus.] ſtirpes transferri, eoſdem ſemper cum Lintria Dominos habuit.

Complectitur *Franciſia*, quam vocant, [Nodebais] *Nodebaſium*.

[Chapelle S. Laurent.] Præfectura *Fanum Laurentii* Haſterienſis Abbatiæ peculium.

[Bossuyt.] *Boſſutum*, niſi quod Schoonvorſtani & eorum heredes aliquid juris alibi poſſident, fuit ſemper Dominorum Greiſii, ſupremæ juriſdi- [Anno 1565.] ctionis honore auctum ſub Franciſco *Baillet*.

A quo eodem anno id Martinus *vanden Berghe* [Anno 1590.] emit, venditum denique J. Drencquaert.

[Bouler le Surtrain, & Bouler le Soustrain. Bierges.] *Bolerium* utrumque ſuperum & inferum, illud Gentiles de *Glymes*, hoc de *Boler* agnovit.

Ultimò *Allodium de Bierges* etiam ante annos 100. adhuc penes Greiſii Toparchas fuit.

Atque hæc quidem Comitatûs olim, nunc Præfecturæ Greſienſis membra ſunt.

Concludam Ritibus duobus; Sacro quidem: Quod obſervem Cantorem *dignitatis Eccleſiaſticæ nomen in omnibus fere noſtris tam Regularibus quam Secularibus Capitulis olim fuiſſe.*

Initium eorum, ut puto, ab Hilario Papa, qui conſtituit in Urbe Miniſteriales Clericos qui circumirent conſtitutas ſtationes miniſtrando ſacris & pſallendo. [Teste in ejus vita Bibliothecario.]

Meminit autem cantûs & cantorum in vita B. Gregorii Diaconus. [Lib. 2. cap. 6.]

Onufrius autem planiſſimè: In ſchola cantorum, ait, communibus ſumptibus vivebant habebántque magnæ exiſtimationis & dignitatis Præfectum qui Primicerius *aut* Prior ſcholæ cantorum *vocabatur.*

Quid ſi hic idem cum noſtro Cantore? Ut ut eſt, diſtinctum ab hoc nomen & officium Præcentoris *fuiſſe, diploma Lugdunenſe à Molano citatum, ubi poſt Decanum & Archidiaconum ſignat Cantor & Præcentor, oſtendit.*

Libet hîc addere quædam pauca originem, & munus Magni Brabantiæ Balivi explicatura. *Bailivi* nomen & origo à Gallis eſt. Nomen quidem pro Tutore, *Baillie* autem veteri Gallico idiomate patrocinium ſignificare fatentur Franci. Officium longo tempore in uſu fuit, licet alia ſub nomenclatura, [Paſquetius l. 2. cap. 3.] *Miſſorum* puta. Cùm enim Comites ſuis ſinguli locis juri dicundo in Galliis præeſ-

ſent, mos obtinuit ſtatis temporibus aliquem mitti à Rege in vitam & acta illorum ſeriò inveſtigaturum, & populi querelas auditurum &c. Clariſſimè id traditum ab Annonio & Turonenſi. Lib. 4. cap. 15.

Hi olim *Miſſi* appellati ſive *Legati*, poſtmodum Balivi, cùm nimirum evectis ad ſtatum eminentiorem Comitibus in onus ſucceſſerunt in Galliis Præpoſiti, hìc *Majores* ſive *Prætores*. Interjecto demum tempore cœperunt ex temporariis & diverſæ juriſdictionis & non eorumdem limitum Balivis, ſtabiles quidam & niſi demerito ſuo amoveri eos intereſſet, perpetui eſſe: iiſque unus ſingulis in Regionibus præerat, quem alibi, puta in Normannia Seneſcallum, alibi Archi-Balivum vocarunt. Hæc omnia Franci Scriptores ex ſuis probant manuſcriptis hiſtoriis, & nos in noſtra Gallo-Brabantia ad oculum videmus. Prevosts Maieurs.

Habent ſinguli ſæpè pagi ſuum Prætorem. Prætores ſinguli ſubcenſentur uni Præfecturæ ſive *Majori* ut loquuntur. *Majores* ſive *Prætores* illi *Prætorum* ſubſunt Magno Brabantiæ Balivo.

Qui nomine Principis ubique ferè (excipio nobiliora & primæ notæ Dominia) ſupremæ adminiſter & director eſt juſtitiæ, ſolet judiciis præeſſe, ſubſidiorum Principis & onerum rationem habere, ſi quid interſit Principem ſcire, id ei aut Senatui Palatino denunciare.

Quæ omnia ſolent veteres *Miſſi*, & denique *Saneſcallus* Normanniæ, & denique *Balivi Franciæ*.

Hoc addam, vel dignitatem hanc in hoc Brabantiæ tractu & non alibi notam indicio eſſe poſſe diverſitatis, quæ neceſſariò facienda eſt Hiſtorico inter Brabantiæ & Lotharingiæ Ducatum.

Ceterum Magni Brabantiæ Balivi longo tempore dignitas hæſit penes Glymæos.

Et eſt, ut erat olim, ob locorum diſtantiam & muneris amplitudinem ambulatoria.

Non quòd exiſtimem, M. Balivum certum Prætorium aut ſedem non habuiſſe, gnarus ſub Venceſlao Genappiæ egiſſe & Caſtellanum inſuper egiſſe.

Nec multo poſt Hannuti habitaſſe & urbi unà præfuiſſe.

Denique ſub Philippo Rege Caſtiliæ Nivellis conſediſſe, nunc Geldoniæ.

Imo omnibus in opidis Hoſpitium ſuum olim habuiſſe.

Ad extremum lego in Indiculis veteribus, tempore apparatûs bellici M. Balivo commiſſum *le ſon de la cloche*, id eſt ſonum campanæ ad vocandos ſub ſigna cives & turbam agreſtem, quos M. Balivi erat adducere, & ſæpe in exercitu ductare. In quo finio.

FINIS.

GENAP.

J. B. GRAMAYE
GENAPPIA.

ADMODUM REVERENDO IN CHRISTO
PATRI AC DOMINO
D. ROBERTO HENRYONIO
SACRI VILLARIENSIS CÆNOBII
ARCHIMANDRITÆ DIGNISSIMO
ET
Ordinis Ciſtercienſis in hac Provincia Vicario Generali ;
Domino ſuo.

HISTORICI *Fœtus mei natalis eſt hodiè: luſtricus erit, ſi Tu*, AMPLISSIME PRÆSUL, *illum ſuſceperis, & nomen ei de tuo feceris; ſi vilitatem ejus* Villarienſis *majeſtas compenſet, robur à* ROBERTO, *patrocinium ab* ABBATIS *ſentiens dignitate contra laſcivos æmulorum dentes. Te autem voluit, Te debuit unum interpellare Codex iſte; monente, quæ virtutum tuarum inſigne decus eſt, tuâ humanitate; movente Scripti materiâ, in qua* VILLARIUM *tuum primam facit paginam; quod ego tanquam exemplar priſcæ integritatis omnibus Cœnobiis propoſui, aliis explicavi. Omnibus dico & verè dico. Abſit enim & aberit ab adulta hiſtoriarum luce adulationis fucatæ nebula. Alia enim Monaſteria aut Martem fatalem regnorum urbiumque carnificem, aut hæreſim exitialem Religionis peſtem graves experta: alia Scriptores rerum ſuarum non habentia vix ullam priſcæ pietatis memoriam retinuerunt.* VILLARE *Scriptores habuit quibus ſit vivax virtus, experſque ſepulchri. Ex quibus ego velut florilegium concinnavi, hujus loci deſiderium & amorem toti Brabantiæ concitaturus. Et felicem me, felicem meam Gallo-Brabantiam, cui talis Mœcenas obvenerit. Soleo ego ut in homine perfecto unitam corpori animam, ita in* PRÆLATO *junctam pietati prudentiam æſtimare. Anima in cordis penetrali latens per ſenſuum feneſtras vim ſuam ejaculatur. Pietas in ſecreto religioſi pectoris abdita, per actuum exercitia ſuam teſtatur præſentiam. Corpus animæ obſequens omnibus ſui partibus proſpicit, ſuccurrit, medetur. Prudentia finem vitæ Aſceticæ ob oculos habens, ſemper ſibi, ſuiſque providet, ſubvenit, reformat. Talem Te clientes norunt, Monachi experiuntur, Cœnobium ipſum vel tacente me loquitur. Qui templum ingreditur, qui Religioſos pari cum cœleſtibus hierarchiis contentione ſacra peragentes audit, qui tam domi, quàm in Palæſtra forenſi (Virginum Cœnobia intelligo) ſupra ætatis modum diverſantes videt, illud pleno ore fatebitur. Talem Te* VILLARIUM *tuum, Ordo tuus, Brabantia tua (tua meritò vocem ad quorum ſedes gubernacula,* ABBAS, VICARIUS GENERALIS, *Ordinum primi ordinis membrum) fatentur: illud à ruina per has temporum clades impendentem præſervatum, reſtauratumque: Hic ad formanda tot Virginum Cœnobia Te adſcribens: Hæc ad graves Reipublicæ curas non ſemel Te deligens, ſemper reſervans. Quibus ego ſupernumerarius precator accedens, & Te,* AMPLISSIME ANTISTES, *ut hoc chartaceum ſyntagma eâ fronte digneris ſuſcipere, quâ literatos & literarum amantes omnes ſoles prævenire; & Deum rogo, jubeat* VILLARII *columen, Ciſtertii ornamentum, Brabantiæ noſtræ decus diu ſupereſſe viventem valentemque.*

Lovanii prid. Kalendas anni 1606.

GENAPPIA.

Hinc eſt quod ſigillum ejus Caſtrum vetus, & altera parte Leo fuerit, prout ex diplo. anni 1371. didici.

LOcus veteri & munitâ inſtructus arce non uno titulo innotuit, quem uſque ad tempora Venceſlai *Genepiæ* dictum ſcio.

Ex diplom. diverſis ad pagos miſſis cum inſcrip.

Quam antiquitùs Lothariam dictam, & Lotharingiæ inferiori nomen communicaſſe Annales tradunt.

Vide Jac. Aug. Thuanum Hiſtoriarum parte 1. lib. 8.

Addit vulgus, Regiam Ducum fuiſſe & Mauſolæa aliquot monſtrari per has turbas obliterata.

Id Lud. Guicciardinus tradit.

Hoc traditur, Curiam judiciariam ſupremam in arce fuiſſe. Ubi Cæſarem, Regem, Duces, Cancellarium Brabantiæ inter Romanæ ditionis (ſic non malè Gallo-Brabantiam vocant) Proceres pro tribunali ſediſſe exemplis doceri poſſet.

Id probavi in Geldonia.

Vidi ego ſententias per Joannem III. Venceſlaum, Henricum Duces linguâ Gallicâ, contra morem reliquæ Brabantiæ quæ Latinâ utebatur, pronunciatas, teſtibus iſtius tractûs Nobilibus.

Vidi leges antiquas, ubi pœnæ, mulctæ, earumque modus ad quævis facinora præſcribebantur, quas hodièque in criminalibus plures pagi ſervant.

Nomen huic *Curiæ* faciunt Scriptores *la Chambre de Lothier*, id eſt Lotharienſe Prætorium; & volunt definitivâ ſententiâ pronunciari, & decidi controverſias.

Curiam certè *Allodialem* (ſic olim appellatam ex ſententiis & actis publicis didici) ſive Feudalem, ad quam omnis ferè Gallo-Brabantiæ recurrit Nobilitas, hìc ab antiquo fuiſſe conſtat; quam tamen nuper judicatum eſt ſupremæ Feudorum apud Brabantos Curiæ ſubeſſe, & reformabilem eſſe.

Arcem Genappæ ob aëris clementiam Dux noſter Luduvico Delphino Franciæ per quinquennium inhabitandam conceſſit.

Eandem ob munitionem loci Judæis qui exitiali bello à fanaticis quibuſdam petebantur, indulſit.

Anno 1156.

Eccleſiam de Genappa Ida Bolonienſis Comitiſſa novo Monaſterio *de Haffligem Trajecti donavit* præſentibus reliquiis Divæ Gertrudis eo fine eò allatis. *Quod notandum in ritu ſacro. Et invenies aliàs ſæpè præſente D. Lamberti, Servatii, Gudulæ aut aliorum indigetum Divorum feretro à Principibus fœdus initum, vota concepta, donationes publicas.*

Ex diplomate ejus dato Indictone 4. quod eſt in Archivis Affligimii.

Quoad ritus profanos hìc opportunè quæram, quid *Ducis Lotharingiæ* titulus noſtris Principibus in uſu ſibi velit. Regnum Auſtraſiæ à Lothario nomen induiſſe, & primò Reges, poſteà Duces habuiſſe, in confeſſo eſt, & comprehendiſſe Brachbantum ex Annonio evadit manifeſtum. An autem Brabantia, ſive Brachbantum, poſteà ſeparata fuerit à corpore Lotharingico, univerſim probare nequeo, cùm Comites Lovanienſes utpote rectâ & maſculinâ lineâ à veteribus Francorum Regibus & Clodione Crinito deſcendentes ſemper non in Lotharingiam tantùm, ſed & in Franciam jus aliquod prætendere potuerint vigore Legis Salicæ. De Gallo-Brabantia certus ſum ſemper Lotharingiæ partem fuiſſe, & doceo diplomate Clementis II. qui vixit anno 1044. & in privilegio quodam Nivellam dicit ſitam *loco ubi Lotharingii junguntur Francigenis.* Unde certum fit, tractum hunc è Lotharingia fuiſſe. Et cùm Henricus Imperator Godefrido Duci noſtro Lotharingiam Limburgenſi ablatam aſſignaſſet, abſolutè id fecit nullâ additâ reſtrictione. Dux autem, cùm reliquas Lotharingiæ partes à Comitibus Ducibuſque diverſis poſſeſſas recuperandi exigua ſpes affulgeret, hoc tractu contentus, ſemper tamen ſe non *Lotharingiæ Inferioris*, ut malè ſcribunt Hiſtorici, ſed *Lotharingiæ* ſimpliciter Ducem appellavit. Dices, Lotharingiam idem eſſe cum Brabantia. Contrarium docent *Henricus Comes Lovanienſis* (qui Dux Lotharingiæ non fuit) qui *ſe terræ Brachbantenſis Comitem* appellat. Et certiùs ipſe Godefridus in diplomate donationis factæ Equitibus Jeroſolimitanis vocat ſe Ducem *Lotharingiæ, & Comitem Brabantiæ*; quod poſterius idem apparet eſſe cum *Comite Lovanienſi*, quo titulo idem ipſe alibi utitur. Unde liquet, Brabantiæ titulum aliud quid fuiſſe quam Lotharingiæ. Et quod Hiſtorici tradunt, Henricum Ducem Lotharingiæ titulum cum Brabantiæ titulo mutaſſe eò quòd ille Ducibus ſuperioris ad Moſellam Provinciæ proprius videretur, puto erroneum eſſe, & factum puto inprimis ſine auctore, & ob

Vide diploma in Nivella.

In fundatione Affligimienſi data anno 1086.

Anno 1140.

Vide originale in Archivis Santzainiæ.

ob cauſam hìc non dicendam, adeoque ipſorum Scriptorum Francorum teſtimoniis decorem Lotrichii & Lotharingiæ nomen ante aliquot ſecula magis propriè hæſiſſe penes noſtros Duces, quàm penes Duces Superioris Lotharingiæ ſeu verius Loraniæ.

VIEUX GENAPPE.

Veteris Genappæ Parochia, latè quaquaverſum patet, portio cenſetur nomine *Franciſia* & gaudet immunitate non contemnenda.

PROMELLES.

Promelia Præpoſitum Nivellenſem in parte, *Genoperelia* Ranſtios olim Dominos agnoſcere ſolet.

PRÆFECTURÆ

Genappenſi ſubcenſentur Baronatus duo

SOMBREFFE. RIVEZ.

SOmbreffia & *Ravizia*. Illa Abbati Bonæ Spei, hæc Abbatiſſæ Aquirienſi in ſacris obnoxia.

Illa cum Marbaſiis eodem, hæc ſcuto mediatim rubri & candidi coloris, pro inſigni utitur.

Illa Coloniæ Agrippinæ, hæc vicinæ Nivellæ legem in judiciis ſequitur. Utriuſque Toparcha triplicis (ut vocant) juſtitiæ adminiſter eſt, & nomen Baronis neſcio an ante 100. annos uſurpavit.

Uterque immunitate & privilegiis gaudens ampliſſimis.

Sombreffiæ Dominos (qui in codicibus & literis ſolum loci cognomen aſſumunt,) veteres intelligo ex Marbaſiis (illuſtri apud Namurcenſes ſtirpe) eſſe & ampla poſſediſſe latifundia. Duravit autem non interrupta ſerie hæc familia, donec Margareta Jacobi Sombreffienſis filia cedente fratre Comiti Verneburgico Roberto in dotem attulit. Et Verneburgici hæredes Iſabellæ Culeburgicæ, Hoochſtratanę Comiti vendiderunt.

Anno 1447. Codex feudorum Brabantiæ. f. 43.
Anno 1543.
Codex feudorum fol. 21.

Raviæ Domini ab annis 300. ejuſdem ſtirpis ſibi invicem ſucceſſerunt, donec Maria Everardo nata in uxorem obvenit Godefrido Montenacenſi (Illuſtre eſt in limite Haſbanico cognomen Gentis è Francia & quidem Comitibus de Dommartim productæ.) A Montenacenſibus ad Rubrepratenſes (ex Regibus Hungariæ deſcendere ſcribuntur) devoluta tandem dominia provenerunt.

Sombreffiæ Prætorium amplitudine & ſpecie nulli facilè ceſſurum, niſi ante decennium fortuito igne abſumptum muros tantùm majeſtatis ſuæ teſtes reliquiſſet.

Pagi pars potior Comitatûs Namurcenſis eſt.

Habet ſub ſe Baro Beneficiarios Dominos plus minùs viginti, ſuis locis annotandos.

Ravia ſimiliter ſuum habet Prætorium & beneficia magno numero.

Hic obſerva Brabantos, interque eos maximè, qui Gallicanam habitant, ſemel ereptos à jugo Francorum, alieniſſimos ſemper à Francis fuiſſe, in Germanos & Ariſtocratiam ipſorum propenſiores. Hinc illud quod obſervas aliquos pagos Colonienſi jure & legibus, plurimos Leodicenſibus uſos ſemper: ad quas Genappenſes conſtitutiones proximè accedunt.

In ſacris, lauda priſcam pietatem, quod in Religioſas familias ita munifici erant, ut ſicubi novi Cœnobii fundamenta jacerentur, vix opus eſſet ſolicitos eſſe de ſumptu perficiendi, nedum dotandi. Mos ille vetus eſt & in Ægypto quidem *Diaconiæ præpoſitus* recipiebat oblationes. Apud nos tam in Cœnobiis quàm aliis templis invenio officii nomen *Collectorem ſacrarum largitionum*. In Villari id muneris *Præpoſito hoſpitalis* demandabatur, quia ſcilicet ex *eleëmoſynis ſua pauperibus portio aſſignabatur.*

Teſte Caſſiano collat. 2. cap. 1.
Probat id Molanus l. 6. c. 5.
Id ſtatutum anno 817. in conteſſu Abbatum Aquiſgranenſi.

WAYS & LOUPOIGNE.
Ex Viſitatione Concilii Florenſis.

Confines ſunt hinc inde Genappæ *Wayſium* & *Luponia*. Illud à Villarienſi & Aquirienſi, hæc ab Aquirienſi & Affligimienſi Curatorem animarum accipiens.

Et Nobiles ab utroque ſtirpes originem ſuam agnoſcunt.

Anno 1140. Extat & vidi in Archivis Santtaimiæ.
Anno 1180. Ex diplomate Donationis in Codice de Tyl. per R. D. mihi communicato.

Exemplum hujus *Henricus de Lupun* inter teſtes à Godefrido Duce laudatus & quidem primo loco, & quidem ante Aſcanum, Dongelbergenſem, Bierbacenſem, & Crainhemienſem, quos notum eſt ex primaria nobilitate fuiſſe & Ducum affines. Ut taceam *Balduinum militem de Lopugne* inter primos naſcentis Villarii patronos & dotatores, & alios plures.

Ceterum longo tempore hęc ſtirps intermortua, quos habuerit hæredes, me latet.

Folio 61.
Anno 1446. profeſſo.
Anno 1526.
Anno 1585.
Anno 1594.

Codex feudorum à *Philippo de Cheſne* Domino Equite auſpicatur, cujus nepte Joannâ poſt fratris obitum hærede defunctâ, *Rolandus de Mol* ſucceſſit. Rolandi iterum neptis filiam *Joannam Tranſilanam* ſibi juſſit ſurrogari. Joanna ſibi maritum *Franciſcum de Geneſſe*. Qui Claudio de Labourlotte Chiliarchæ ſtrenuiſſimo idem transſcripſit. Nunc poſſidet adhuc vidua, ornatum Prætorio ſatis inſigni recenter multùm exornato.

Alterum Gemblaci & alterum Villarii annotavi.

Wayſium autem inter Gemblaci & Villarii benefactores habet *Raſonem militem Wayz* an 1078. & *Goſwinum de Wayes* anno 1203. Nec plura de hac ſtirpe obſervavi. Peculium autem diviſum duos agnovit Dominos, unumquemque pro ſua parte, neutrum tamen ſupremæ juriſdictionis participem. Quam Petrus Boiſot Eques à Rege impetravit. Et ab ejus hærede Philippus Beſuts redemit.

Anno 1558.
Anno 1557.

Conſtitutio Aquenſis ſæpe citata hoc mandat.

Tribus hic verbis ritus duos de more meo apponam: Monachos in his partibus veteres Feſtis tantùm ſolennibus bis refici *ſolere*.

Excerpſit eam ex Divæo Lipſius V. C. in Lovanio l. 2. cap. 7.

Legem à Ducibus ante aliquot ſecula latam: *Ne caupona neve taberna poſt veſpertini æris ſignum pateret*. Utrumque memoriâ dignum licet illud in parte hoc in toto exoletum.

Pagi tres ſunt ferè cognomines *Thyacum*, *Thylium*, & *Thyliacum*, quæ olim ſcripta invenio *Thyes*, *Tillz* & *Thellier*; in quibus Eccleſiaſtes parœcus conſtituitur præſentantibus.

Gentilium *de Thy* ſtirps (ſed neſcio an illa antiqua) duravit ad noſtra uſque tempora. Ex qua Carolus ſupremæ juriſdictionis acceſſione Dominium reddidit illuſtrius.

Anno 1560. Codex feudorum Ducis Arſchotani.

Tilium (unde flumini nomen qui cis Wavriam rectà Lovaniū fertur, inde Mechliniam tortuoſo fluxu delatus apud Rupelmondam multis auctior rivulis intumeſcens in ſchaldim ſe exonerat.) Parwetanorum olim peculium liberum nec ulli beneficiariam clientelam ſolvens. Quod *Godefridus miles Dominus de Perwe Ducis nepos* Abbatiæ Villarienſi donavit.

Anno 1232. Ex literis ejus datis in Februario.

Tyliacum etiam antiquæ ſtirpis cognomen, ſed diu intermortuæ Dominium in plura diviſum membra, & Valhainius, & Melinius Toparchæ, & Nivellenſis, & Villarienſis Abbatiæ ſua habent cum juribus peculia.

Potior autem pars cum Prætorio & arce ornatiſſimâ ante annos amplius 300. fuit penes *Warfezaa*, ſtirpem olim totius Hasbaniæ ampliſſimam & à qua Hembricurtius totius ſuæ accipit exordium. *Robertus* porro de *Warfeze Gerardo Marbaſio* tranſcripſit. Ab illo *Joannes de Limilette*, (nota eſt hoc tractu familia & locus) & denique *Samſon de Lalain* (inclytum & Comitatus titulo illuſtre apud Hannones nomen eſt) obtinuit. Qui Joanni Tſerclaes patriciâ imprimiſque nobili apud Bruxellam ſtirpe edito, Dominium *altum & baſſum* tradidit.

Anno 1389. Per literas tranſportus datas 29. Octob. per D. Tyliacenſem mihi oſtenſas.

Anno 1448. Per literas 25. Junii datas ab eodem mihi communicatas.

Joannes autem, cùm antea nulli obnoxium eſſet, à Duce id primus beneficiario poſſidendum titulo accepit. Qualiter etiamnum poſſidet *Jacobus Tſerclaes* Eques Cæſari à conſiliis belli, rebus contra Turcam fortiter geſtis, & conjuge Comitis Friſiæ filia inclytus, Vir & prudentiâ & humanitate eximius, cujus favore & beneficio pluries me profeciſſe libens fateor.

Anno 1459.

Hic obſervandum adſcribam: veteribus hoc tractu Cœnobiis has officiorum potius quàm dignitatum voces fuiſſe. Abbas, Præpoſitus, Senior Decanorum (*plures enim pro Religioſorum numero erant Decani*) Cellarius, Portarius, &c.

Cùm Curiæ Allodialis nomen & res olim in hoc tractu fuerit, nec ullibi totâ Brabantiâ tot Allodia quam hìc, fidem facientibus omnium Cœnobiorum diplomatibus; libet hìc de voce initioque Allodiorum inquirere. Nomen haud dubiè à *Leudes*, quod idem eſt cum aſſecla, procedit. Unde Turonenſis in fœdere Guntchramni Aurelianorū & Childeberti Metenſium Regis. *Similiter*, ait, *convenit ut nullus alterius Leudes nec ſollicitet, nec venientes recipiat*. Et Annonius: *Fuit Gotranus in bonitate præcipuus, Leudis ſuis benevolus, gentibus externis pacatus*. Et alio flexu Turonenſis. *D. ut credo alicujus ex Leudibus noſtris ſit filius*. De nomine dixi, res hæc fuit. Primitus cùm à Francis more Romano certæ terræ militibus & alioquin bene meritis in feudum darentur ad vitam poſſidendæ tantùm, quædam etiam ad hæredes traſmittendæ, quæ Allodia dicta, quaſi bona familiis propria permittebantur. An ergo Allodiales illi Sacramentum clientelare præſtabant? Planè ita. Et docet uno loco Turonenſis. *Leudes illi*, inquiens, *qui Domno Gontrano poſt tranſitum Domni Clotarii Sacramenta præſtiterunt, ſi poſteà convincuntur ſe in parte alia tradidiſſe, de locis ubi manere videntur convenit eos removeri*. Exemplum propius dabo. Cœnobium de Lerines fundatū, ſtructū in Allodio, tamen Dux locū per diploma ſuum liberat à clientela ſibi debita. Viden & Leudes & Allodia Principi obligata? Quædam ſaltem. Quid ergo, inquies, cùm lapſu temporis feuda ad hæredes tranſmitti cœperunt, nullane inter ea & Allodium fuit deſtinctio? Imo verò maxima. Cùm enim feuda fere cenſum Domino penderent, Allodia nihil admodum; imo ſæpè ne beneficium quidem profitebantur, interim ad militiam ſi neceſſitas eſſet [2] obligati. Allodia denique pro libitu diviſa, [3] ſi plures eſſent filii, & ſæpè pluribus diverſarum partium poſſeſſoribus [4] totius Dominii titulus communicatus, quod in feudis non ita frequentatum. Horum omnium exempla ſuppetit ſola Gallo-Brabantia.

Gregorius Hiſtoriæ lib. 9.

Annonius lib. 3. cap. 8.

Gregorius.

Lib. 9.

Vide in Gembiaco.

1. Exemplum in Tylienſi.
2. Patet ex præfecturis non alio ſine diſtinctis.
3. Exemplum in Tyliacenſi, & omnibus fere pagis.
4. Exemplum in Opperbaiſo cujus titulum a eodem tempore geſſerunt.

In diſtrictu hoc pro prima & bona ſui parte ſitum eſt VILLARE Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia, cujus hoc eſt Encomium.

ENCO-

ENCOMIUM

Abbatiæ Villarienſis.

——— Quem tegit omnis
Lucus, & obſcuris cingunt convallibus umbræ,
Aureus & foliis & lento vimine ramus.

VIllare eſt Brabantiæ noſtrę decus, Religionis officina, integritatis ſeminarium, Claræ Vallis in Belgio primogenita, Ciſtercienſis Inſtituti his locis parens, Benedicti Ordinis Felix Colonia. De qua veriùs, quod nonnemo de Carthagine ſcriptum reliquit, tacere ſatius foret, quàm pauca loqui. Si juvat breviter loci initia & incrementum, parcè ſanctitatem & laudes velut digito deſignanti aurem accommodare:

Ibimus in lucos, ubi pinguem dives opacat
Ramus humum ———

Ramus fœcundis Bernardi manibus Brabantiæ inſitus, irrigatuſque. Ille Laurentium quemdam 12. Fratrum, ſervatoris adinſtar, comitatu inſtructum in Brabantiæ ſolitudines ablegaverat. Qui in Boveria (locum vidi & antiquitatem & ſanctitatem exoſculatus in eo) ad aquę leve caput ſacræ ſuis & divinis uſibus domum rudi operâ extruxerant. Sed enim ipſe Bernardus huc peregrinatus, & loco oportuniore delectatus, relinquens priorem ſedem in interiora ſylvæ progreſſus Villare (id loci ab antiquo nomen) fontium ſcaturiginibus & fluminis Tyliæ allapſu peropportunum delegit.

Ad fontem Godiach.

Molanus in Martyrologio ad diem 20. Auguſti.

Oratorium lapideum ante annos aliquot demolitum ejus opus fuiſſe per manus tradita fama credit. Ædificia officinaſque alias ex ſtramineis lapidea feciſſe Carolum Abbam lego. Chorum Fratrum cum nova porta Jacobo Cœnobiarchæ adſcribunt.

Sub annum 1197.

Poſt annum 1210.

Aulam ſuperiorem & ſub ea ægrorum receptacula, ſtructuramque novi clauſtri (utar vocabulis loco notis) ante refectorium, Roberti opus eſſe fatentur. Jacobumque addunt anteriorem portam muro cinxiſſe. Quæ omnia vitio temporum collapſa, Dionyſius ad Abbatialem evectus apicem reſtituit, & alter ejuſdem nominis ſucceſſor Abbatiali domo ornavit. Robertus modernus Abbas Templo Cœnobioque toto plurimum auctis, reſtitutis, exornatis reddidit auguſtiora.

Circa annum 1287.

Anno 1302.

Circiter annum 1540.

Omnium Prælatorum ſeries hæc eſt.

Laurentius ipſius Bernardi calculo probatus electuſque anno 1147.

Sicut & *Gyraldus* an. 1148. qui loco [1] à Florinenſibus accepto ſecundam Bernardi auſpiciis deduxit Coloniam [2] Eugenio Papâ authoritatem addente.

Eraſtrardus an. 1151. à ſanctiſſimo Bernardo viſitatus.

Odelinus an. 1154. Antiſtiti [3] Leodino & Godefrido Duci acceptiſſimus.

1. Ex literis Waſſelini Abbæ Florinenſis.

2. Bulla Eugenii III. data an. 1147. Indict. 10. 3. Nonas Maii.

3. Ex diplo. Henrici Epiſc. & Godefridi III Ducis bona Villario confirmantium.

Ulricus Alemannus [4] *Vir plenus dierum & famâ ſuave-olentis* an. 1160.

Gerardus homo miræ abſtinentiæ an. 1185.

Guilielmus an. 1191. [5] multùm à Cæſario commendatus.

[6] *Carolus* an. 1197. Vir dubites nobilior an humilior, prudentior an ſanctior.

Conrardus an. 1209. [7] *Vir nobiliſſimus* ſanctiſſimuſque, Ordinis Eccleſiæque totius Lumen.

4. Elogium Joannis Epiſc. Cameracenſis de eo.

5. Verba Chronici de eo.

6. Vitam ejus Jo. d'Aſſignies Rel. Cambronenſis deſcripſit.

7. Verba Cantipratenſis l. 1. c. 9.

Valterus à Trajecto plurium in diœceſi Leodina Cœnobiorum Plantator an. 1214.

Wilhelmus de Bruxella an. 1221. *qui in pauperes largus ut pius extitit.*

Verba ejuſdem l. 2. cap. 25.

Nicolaus anno 1236. homo *devotus & Vir ſenſatus.*

Teſtimonium publicum de eo in vita expreſſum.

Arnulphus de Lovanio an. 1240. quem Dux in Procerum ſuorum conſeſſu ſanctitatis merito honorare & *chariſſimum Patrem* compellare ſolebat.

Chronicon loci & nos alia poſt exempla fidem facturi dabimus.

Valterus à Geldonia an. 1250.

Nicolaus de Harunt anno 1258.

Joannes Sengery anno 1259.

Bernardus de monte S. Viberti anno 1264.

Amelricus anno 1268. brevis ævi Paſtores.

Arnulphus de Gheſtele anno 1271. Vir per omnia ſummus, qui ſupremam Templo operam impoſuit, crucem puta inauratam & Sanctorum Reliquiis decoratam, quadringentorum & ampliùs Deo famulantium Rector, tantæ Vir moderationis ut numquam niſi publicâ causâ in publico & extra Cœnobii ſepta conſpiceretur.

Honorificam ejus mentionem facit Chronicon Gemblacenſe.

Jacobus de Somalia an. 1276. Præco verbi Dei eximius.

Robertus de Boquery an. 1283. ut genere (erat Ottiniacenſis Toparchæ filius) ita moribus nulli facilè ceſſurus.

Nicolaus de Geſt Ducis affinis anno 1303.

Raduardus de Mechlinia anno 1308.

Jacobus de Plancenot anno 1310.

Joannes de Malre anno 1315. Theologus & mirè facundus.

Jacobus de Plancenot an. 1317. ſecundò.

Gerardus de Moſtier an. 1329. homo manſuetus & humilis.

Henricus de Faux anno 1330.

Deſiderius de Brigode anno 1330.

Joannes de Bruxella S. Theologiæ Doctor an. 1333. qui *libros, grana, nemus Monachis diviſit amœnus.*

Ex Epitaph. ejus in Sacello ſub litera D. propè Sacrarium.

Joannes de Steenberge anno 1334.

Albericus à Genappia Miles nuper ſtrenuus, qui obiit anno 1347.

Ex Epitaphio ejus in Capitulo.

Joannes de Franea anno 1349.

Nicolaus de Brigode anno 1358. moribus ornatus præclaris, natu generoſus.

Ex Epitaphio ejus ibidem.

Martinus de Hoyo oriundus *Sacroſanctæ* Theologiæ Baccalaureus anno 1380.

Joannes de Hole anno 1383.

Otto anno 1393. Vir reſtituendæ Cœnobii œconomiæ aptiſſimus.

Ex Epitaphio ante Altare S. Pauli.

Ægidius de Lovanio anno 1424.

Gerar-

Epitaph. ejus in Capitulo. *Gerardus de Lovanio* anno 1433. magnificus exornator Templi & Cœnobii.

Monumentum ejus ibidem. *Valterus de Aſca* anno 1446. cujus opus pulchra reſonant in Templo organa.

Monumentum ejus ibidem. *Franco Calaber* anno 1460. *Magnus*, *ſubtilis*, *doctus*, *nitidus*, *facundus*, *moribus*, *exemplo*, *vitâ*, *dogmate*, *verbo*. Obiit anno 1484.

Joannes de Campernoille anno 1486.

Joannes Regnaldus de Maleto anno 1503.

Dionyſius à Zeverdonc anno 1524. qui auream primus induens mitram, cuncta innovavit, mutavit ſtatim vetera novis, illegitima legitimis. Epitaphium in Chori medio.

Epitap. ejus in Sacello laterali. *Dionyſius à Spina* anno 1545.

Epitap. in introitu Chori. *Mathias Hortebeeck* anno 1556.

Franciſcus Vleyshouwers anno 1570. cui an. 1587. vitâ functo ſucceſſit *Robertus Henrion* & monumentum poſuit in templi medio cum tali Epigraphe:

Hac jacet Antiſtes Franciſcus clauſus in urna,
Quæ modò cælatis eſt decorata notis.
Præſulis hoc opus eſt Roberti, vivida ponit
Prædiceſſori qui monumenta ſuo.

Quinies, prout colligere potui, temporum calamitati cedentes Monaſterium deſerere compulſi ſunt Villarienſes. A ſeculis aliquot ſemel quidem cùm exactionibus tutorum impuberis Ducis impares, & iterum cùm lues contagioſa Monaſterium inquinaſſet, alius aliò dilapſi non multo poſt ad ſua redierunt. Anno 1311. Anno 1317.

Noviſſimè noſtrâ & patrum memoriâ Roſſemio Brabantiam pervagante, Bruxellam, & Francis omnia infeſta tenentibus juxta Lovanium ſe receperunt. Denique nuperis turbis per annos ferè ſedecim exules ingentia damna paſſi ſunt. Anno 1542. Anno 1554.

Vidiſtis & exordium & progreſſum & fata: vultis & Laconicam panegyrim? Cujus olim tanta ſanctitas, tanta ſanctitatis opinio, ut Duces tres, Comites duo, Barones quinque, Equites Nobileſque innumeri, ſi quando à turba forenſi ſecedendum ad ſanctiores curas, hìc aſyli; ſi ex hac in alteram vitam migrandum, hic quietis & ſepulturæ locum delegerint. Currentes in odorem ſuavitatis ejus ex diverſis etiam procul diſſitis aliorum Ordinum Monaſteriis huc delati, portum ſe ſalutis & perfectionis faſtigium attigiſſe opinabantur.

Exemplo ſint quintus decimus & 44. Abbates: hic ex Capitulo Lyrenſi, ille ex Sancti Joannis Valencenenſis huc tranſlati. Godefridus ex Monaſterio S. Panthaleonis in Colonia ſacriſta piiſſimus Villarii ita magnas de cœlo ſenſit conſolationes, ut niſi à fide dignis in ſcripta relatum eſſet, fidei periculum adirent. Aſpexit Virginem Matrem odeium pſallente conventu obeuntem, Chriſtum ipſum ſenſit & cogentem ut invito pedes ablueret. Plura non dicam. Stupenda ſunt hæc & meritò cum quadam interioris hominis erectione ſcribenda, legenda. Confugerunt etiam ad aſylum Villarienſe ex Gemblaco Nicolaus, ex Affligimio Godefridus de Cortebec, aliique plures; omnes ſanctitate conſpicui. Cæſarius lib. 1. Dialog. cap. 115.

Quid referam Equeſtris Ordinis & primæ Nobilitatis Heroës, qui vitæ in melius mutandæ locum non alibi quàm in Villario delegerunt. Ex Comitibus de Seyve octavus & nonus Abbates, hic filius, ille frater Comitis, Gobertus Aſperi-Montis Comes, tres ob vitæ ſanctitatem meritò in Divos referendi, ex Birbacenſibus Henricus, Dongelbertiis Gulielmus, Sombreffiis Oliverius, Ercanienſibus Franco, Graviis Gerardus, Glymæis Jacobus, Divionenſibus Ægidius. Vicecomites duo Montiniacenſis & Cortracenſis. Omnes Equeſtris Ordinis & à militia clari, à genere clariſſimi.

Addam Authores magnos. Vaticinium Bernardi ſanctiſſimi, *In hac valle multæ animæ ſalvabuntur*. Teſtimonium Cantipratani Prædicatoris. Qui cum Abbatem *Religioſiſſimum* appellavit, *Videmus*, inquit, *in Villari ſanctos multos & pleroſque qui ſpiritu Prophetico & miraculis claruerunt*. Vox Henrici Ducis. Qui volentibus ad Eccleſiam eum deducere ſacra viſurum: *Sufficit*, inquit, *oſſa fratrum contemplari*, *qui in monte ſepulti ſunt: ibi enim latent reliquiæ multùm mihi charæ*. Quid? quod idem Dux tunicam quotannis unam ex panno Villarienſi conficere ſolitus erat, quâ intrepidus ad quævis vitæ diſcrimina progrederetur. Nec immeritò: reconditos enim ſciebat hìc inæſtimabiles theſauros non aliunde petitos, ſed in Brabantia natos ornatoſque. Certè 12. diverſi ordinis ſanctorum corpora in unum locum retro primariam aram depoſita accepi. Unde in Sacellum proprium transferenda nuper curavit divini cultus promotor eximius Robertus Abbas. Tumulus ex nigro marmore lucido & fabre polito ad margines concavato triplici ſtructurâ ſeu ſerie. Ad caput exiſtunt tres columnæ ex Jaſpide, ſuperpoſitis capitellis marmoreis, clauſo ſacelli latere per 8. clathros ex orichalcho, addita in media quadrata ex marmore columna, cujus ſuperficies intrinſecus roſis & floſculis egregiè ſculptis deaurata conſpicitur. Libro 2. cap. 28. Anno 1270. Verba F. Moſchi in vita B. Arnulphia.

Opus mehercle perquam artificioſum & magnificum & decumano ſumptu; ſupernè pro titulo legitur: *Laudate Dominum in Sanctis ejus. Pſal.* 150. Pro coronide inſignia memorati Abbæ ex flammis & ſtellis conſtantia, ſuperaddito ſymbolo: *Utrumque æternum.*

Ante altare Sacelli in ipſo pavimento, opere teſſulato, pulchrè variegato quadripartita viſitur hiſtoria filii prodigi. Sed pergo ad alia. Ex Abbatibus 3. ſanctimoniâ vitæ eximios, miraculis claruiſſe invenio. 8. 9. 10. 11. & 13. Ex quibus ſecundus ad Portuenſem Cathedram evectus & Patrum Purpuratorum adſcitus Collegium parùm à Pontificatu ſummo abfuit, & morti vicinus in hæc verba erupit.

Utinam

Utinam uſque in hanc horam in Villari ſub diſciplina vixiſſem regulari, & cùm coquinæ hebdomadariis ſcutellas abluiſſem. Ex Monachis his Joannes de Maleto Epiſcopus Megarenſis audiit. Arnulphus de Lovanio, & Nicolaus de Geſt intimorum Ducis conſiliorum participes. Joannes de Malre totius Ordinis Romæ cum laude egit negotium.

Henricus de Mesbroeck à Duce ad Anglum Regem miſſus, Matrimonium inter utriuſque liberos conciliaturus.

Aſſumpti ex Villarienſibus qui Clarevallem gubernarent, duo; qui Ciſtercium, unus. Ad Abbatialem in Grandiprato dignitatem hinc vocati ſeptem; ad locum S. Bernardi tres; in Vallem Dei duo; in Vallem S. Lamberti unus: ſcilicet piæ Matris officio functa Villarienſis domus alumnis ſuis & filiabus, aſſidua proſpiciens alimenta. Nec ignari etiam Principes vigentis hìc diſciplinæ, hinc potiſſimùm aſſumendos judicabant, qui collapſum alibi ſtatum reformarent, prout Franconi in Valle Ducis, Dionyſio in Binderis commiſſum conſtat. Ita Beginaſia Lovanienſe, Thenenſe, & Aicurienſe Abbati diverſis vicibus concredita.

Tantuſque Virginalium Cœnobiorum numerus, ut oneri impares vix magnâ prece impetraverint ab Epiſcopis abſolutionem. Ita uno tempore ab octo in ſola Leodicenſi patria Cœnobiorum onere liberatus eſt ab Epiſcopo decimus Archimandrita.

Ut autem magìs ampliter conſtet de Nobilium in Villare & Cleri populique affectu; ſubjiciam nomina eorum, qui Sacella quaquaversùs Templum coronantia dotarunt ibidem ferè ſepulti.

Primi Fundator eſt Gertrudis de Moriazarth, ſecundi Rixa de Sombreffe, tertii Clementia de Malevia, quarti Hermannus Canonicus Cracovienſis, quinti Hugo de Melolyre, ſexti Joannes de Solre, ſeptimi Thomas de Namurco, octavi Maria de Monte S. Viberti, noni Gobertus de Argenton eodem ferè omnes tempore.

Arnoldus & Clementia de Weſemael, itemque Guilielmus de Oprebaſio neceſſaria ad rem Divinam ſuppeditarunt.

Anno 1231. Populi & Cleri animum docet, cùm prima in Grandipratum duceretur Colonia, 12. Fratribus eò tendentibus, Clerus cum populo Namurcenſi proceſſionatim obviam factus: & ex
Anno 1238. altera parte ſecundam ducturis prope Lyram Dux Brabantiæ cum ingenti multitudine occurrens, crucem deferens non vulgaris reverentiæ & pietatis exemplum poſteris commendavit.

Exempla dedi & teſtimonia ex ſacerrimo Virtutum Virorumque fonte originem petentia. Virtutum dico, ut ne unam in toto earum choro reperias, cujus non illuſtria toti mundo Villarium ſufficit documenta. Virorum dico, nec ullius ordinis, dignitatis, conditionis homines in aliqua religioſa familia queas dare, qui non vitæ ſuę normam velut in ſpeculo poſſent contemplari. Majoris operę & operis foret ſingula percenſere: dabo quædam ſumma capita (ex quibus velut ungue Leonem quivis æſtimet) triplicium quaſi acie in hoc religionis campo conſtituta, Prælatorum (quo nomine Abbates & Priores complectar) Nonnorum (ſic Religioſos ſacris initiatos aut deſtinatos vocant) & Converſorum, id eſt Fratrum coadjutorum. *Fuga honoris in honore eſt?* Prodeat Carolus Abbas: ille de electione ſua factus certior, latebras quæſivit, profeſſus *ſe ad flendum peccata ſua Monachum induiſſe:* nec unquam, niſi Generalis Capituli mandato, perſuaderi ſibi paſſus fuiſſet, ut infulas aſſumeret. Ut taceam Joannem de Plancelot, qui bis electus, bis Abbas, bis inſtantiſſimis precibus à Clarevallenſi Abbate obtinuit exonerari, & alios ſex qui idem humilitatis causâ fecerunt.

Conſtitutio Aquenſis ſæpè à me citata præcipit, ut Monachi Nonni vocentur.

Prodeat Magnus ille Pachomius in tantùm honoratas functiones exoſus, ut ſummis precibus orare ſoleret, ut intitularetur ad culinæ ſordida munia obeunda, quæ tamen ad ſe utpote Hypodiaconum minùs ſpectabant.

Prodeat tertiò Hermannus ille converſus Divinarum conſolationum Interpres maximus, qui, cùm ſublimes perſonas plures Chriſto lucrifeciſſet, omnibus pietatis merito ſuſpiciendus, ſolebat verbo, geſtu, ſigno ſalutantes, aut aliquod reverentię ſignum exhibentes ſurdâ aure præterire. *Monachum in veſtitu ſibi complacere dedecet?* Walterus Abbas X. cùm fortè de Veſtiario (vide quàm in commune tum vivebant) cucullam aſſumpſiſſet, quam appoſitè corpori ejus convenire quidam amicus dicebat, mox exutam in flumen demerſit, madentemque & omnis nitoris expertem reſumens, & ſibi ſuperbiæ & aliis ſcandali præſcidit occaſionem. Succedat in ſecundo Ordine Daniël ab Iſca ex claro Equite ſimplex Monachus, qui oblatas ab amicis quantivis pretii veſtes repudians, aliis illas Fratribus impartiens, ipſe rudi & tritâ oblectabatur. Tertii ordinis Hermannus eſto. Qui corpore prorſum incultus animo animæque excolendis intendebat, certus futile eſſe quicquid moli carneæ fulciendæ impendatur. *Caſtitatis & continentiæ virtus in Religioſo, velut gemma in annulo relucet?* Ea quantum Guilielmo. XI. Abbæ placuerit, celebri poſt mortem Deus miraculo patefecit. Cùm enim defuncti corpus ex more Ordinis ablueretur, tanta circa partes genitales claritas omnibus circumſtantibus apparuit, ut Solis ſplendorem adultâ luce faciliùs quis pertuliſſet, quàm ſacri corporis fulgorem oculos carnales reverberantem. Nec in præfato loco aliquod membri veſtigium, ſed ſola planities clara, plana, munda, oculos intuentium nimiâ claritate perſtringens. Res ſtupenda, plurium oculatorum teſtium fide probata. Accedat ad eundem Monacho-

rum Lumen Abundus, quicum familiariſſimè B. Virgo diverſata non ſemel ad manuum imò oris oſculum admiſit, viſibiliter oranti apparens, idque ſolius merito continentiæ. Ex Converſis Henricus de Bruxella & alii aliquot Deiparę & undecim millium Virginum conſolationes in vita & agone mortis experti ob ſanctæ Virginitatis communem eis obſervantiam. *Munificentiam in pauperes laudamus in Cœnobiis?* Tanta ea ſubinde fuit hìc loci, ut 2000. panes ſingulis hebdomadibus in pauperes erogarentur. Sed exempla dabo. Guilielmus Abbas XI. miræ largitatis fuit, & cùm fortè uterum gerens paupercula extraneo quodam appetitu ferretur in eſum carnis bovillæ, & diſtinctim bovis pulcherrimi quem in curia de Hex Villarienſes habebant: re ad Abbatem delatâ, præcepit is animal mactari, ſalutem hominis præferendam inquiens beſtiæ. Paret lanio, mactat, dividit, excoriat bovem, mittit gravidæ partem, quâ guſtatâ, ſubitò reſpirat à morbo paupercula. Poſtridie Frater ille, qui bovem immolaverat, ex præcepto Abbæ in agrum prodiens, offendit illum ipſum aratro implicatum. Recurrit ad villam, nec bovem, nec pellem, nec carnes, nec ſanguinem quidem ſparſum reperit, ſtupendo Divinæ Majeſtatis judicio remuneratâ boni Abbatis liberalitate. In altera acie inclytus ſe ſiſtat Gobertus Comes. Qui cùm ad negotia foras miſſus eſſet, & impetratam ad uſus pauperum portionem erogaſſet, ſeminudum offendit veſtimenta orantem. Quid agat ambiguus? luctante cum piæ miſerationis affectu obedientiæ præſcripto, quo vetitum veſtes ſuas non ſuas alienare. Impatiens tamen languebat fraternæ egeſtatis aſpectu vulneratus animus, & cum ſuccurrere nequit, compati ſaltem tentat: exutiſque pro bona parte veſtibus & domi repoſitis (erat autem hyems intenſiſſima) ſeminudus egrediebatur, mirantibus reſpondens: Non ferre oculos ſuos membra Dei ſui Crucifixi tot defectus ſuſtinere, & quia opitulator eſſe nequeat, decere ut compatiendo ſuo ſubſerviat Creatori. Agmen claudat B. Arnulphus, qui, impetratâ licentiâ panes quadraginta duos egenis diſtribuendi, eâ causâ à Fratribus reprehenſus tanquam tranſgreſſor Ordinis, maluit Monaſterio excluſus publicâ affici ignominiâ, quàm licentiam ſuam aliis indicare, veritus ne ſi proderet, minùs facilem deinceps in conſentiendo Abbam eſſet habiturus. *Laboris indefeſſi* exempla ſint Walteri duo, alter XIV. alter XL. Abbates: ille in Valteri-Brania, hic in Parco Dominarum, dum viſitationi intendunt, vitâ functi. Ad quos Gobertus accedat pro Gemblacenſi Cœnobio, quod alibi dixi, incommoda infinita paſſus. Et denique Daniël ab Iſca aſſiduè Grangias, id eſt Villas viſere ſolitus, aquâ interim & communi cum Fratribus eſcâ ſemper oblectatus.

Anno 1222. id factum.

Jejunii Doctores ſint Jacobus XX. & alii aliquot Cœnobiarchæ, qui licèt eâ opum eſſent affluentiâ ut poſſent, eâ dignitate ut licitè & ſine ſcandalo poſſent, nunquam tamen niſi eiſdem cum reliquo Conventu dormitorio, cœnaculo, exercitiis & abſtinentiâ utebantur. Adjungatur Abbati Monachus Arnoldus jejuniis ita maceratus, ut cibi inſolentiâ infrigidatus ſtomachus nihil admodùm nutrimenti admitteret. Quo in ſtatu, cùm vix à mortuo differret, Maria Magdalena ſub noctem viſa languentem manu demulcere ventriculum, & poſtridie ſanitati integræ ſubitò reſtitutus apparuit. Nicolaus è Converſis ovium Paſtor annos plures tranſegit, unicâ câque modicâ contentus refectione. *Solitudinem & ſilentium & ſimilia monaſticæ perfectionis chariſmata* commendabunt Gregorius Prior, qui vix unquam ex ſuis ullum paſſus eſt foris divagari, ob rationem à Godefrido de Cortebeke verè dictam roganti: Cur amicos (erat enim affinitatibus in ſeculo potens) rariùs viſeret? Quia nimirùm, inquit, vereor, ut tanta cum puritate revertar, quanta exivi. Quid dicam de *Everardo* Agricola? Qui ita conſtanter ſilentium obſervare ſolitus, ut nemini niſi fortè de itinere percunctanti verbum reſponderet. Cujus rei periculum facturus eques fortè tranſiens cum parerga ſibi roganti reſponſum non iri indignaretur, alapam miſero impegit. Sed cùm ne ſic quidem vocem eliceret, & ampliùs Frater cædendam alteram maxillam offerret, & aſcenſuro equum opem ferret, obſtupefactus miles, & veniâ petitâ de ſalute ſua propiùs cœpit cogitare. *De pœnitentia quid dicam?* Elogium Abbatis illius, cui erant delitiæ in cilicio, teſtimonio ſit. Conſuetudo Reineri fratris B. Pachomii, qui & ſe baptizare in lachrymis ſolebat & dorſum flagro admovere, ita ut, cùm corpus defuncti ablueretur, ne digito quidem locus fuiſſet vibicibus vacuus. Inprimis verò *B. Arnulphus Corvibout* quotidiè (Feſtis exceptis) ſolitus in ſuam carnem ſævire virgis, ruſco, urticis, cingi-zonâ ex ſetis equorum nodis interpolatâ.

Nec umquam ob frigus deſidiæ omittebat, quin terram corporis ſui araret vomere diſciplinæ, ne cum pigris mendicare in venturi æſtate judicii cogeretur. Alter ejuſdem Ordinis Petrus carnem flagellis laniatam pellibus hircinis tegere, inter vepres & urticas volutari, humi cubare ſolebat. Et, quod mirum, ut aſſidua paſſionis Dominicæ menti obveniret cogitatio, ferrum candens in latus intruſit, & ne vulnus occluderetur funem immiſerat ex equorum ſetis contextum. *Vultis glorioſos aliquot in vita?* Conrardi IX. Abbæ digiti immaculatum ſoliti agnum contrectare, per noctem candelarum inſtar lucebant, & infiniti hujus rei teſtes fuerunt. Quid de illo referam qui an. 1240. Rei Divinæ vacare viſus, & cùm à confeſſione Sacrum auſpicaretur, viſum totum corpus diaphanum,

&

& Angeli duo conſecranti aſſiſtere. Ulricus item alter cujus celebrantis caput globus igneus occupare viſus.

Addamne conſolationes Divinas? Nunquid non Guilielmum in Ordine Abbatem decimum ſuper receptione Arnulphi adoleſcentis hæſitaturum confirmavit D. Virgo, foris prædicens, ut columen Ordinis & Villarii idem efficeretur: quod evenit. Nunquid non Leproſus ille ob morbi impatientiam ſeipſum præcipitem dare præſumens à Virgine Matre in lectulum repoſitus & confortatus eſt? Nunquid non Henricus ille ſpurius ex phantaſmate conſpiciens ſibi natalium obſcæritatem obfore ad ſalutem, eruditus eſt monſtrante Deo & per viſum repræſentante ingentem hominum multitudinem, quam addebat ex legitimis & reprobis conſtare, uno Henrico Dempto? Majora dicam & ſtupenda.

Cùm Abbatem ſupra-dictum ſacra peracturum miniſter rogaſſet, dignaretur ei ſacram ſynaxin impartiri, & blandis verbis id Abbas negaſſet, eò quòd juxta præſcriptum Ordinis Dominicâ proximè præcedenti Corpus Dominicum ſumpſiſſet, ecce tibi divisâ, ut fit, in partes tres Sacrâ Hoſtiâ, pars tertia ſubitò deſiit apparere vi Divinâ ad paſcendum pii adoleſcentis deſiderium per Angelos ſubminiſtrata. Magìs mirandum de Sacriſtis duobus, quorum alter poſt abſolutas preces horarias à pluribus viſus cum Servatore noſtro obambulare. Et ſpecies Chriſti, qualis apparebat in imagine ad vivum delineata, & viæ candido lapide diſtinctæ utriuſque pedibus calcatæ conſpiciuntur. Alter Godefridus nomine familiares ſibi Chriſtum Divoſque habens, in quotidiano mentis exceſſu mirabilia Dei contemplabatur, &, (procul ô procul eſte profani) viſibili ſpecie eâ quâ ultimum cum diſcipulis Paſcha ſumens & ſe ad profundæ humilitatis obſequium accingens, lintheo cinctus & pelvi oneratus occurrit, & evenit Godefrido quod olim Petro. Lavit invito Deus pedes, interminans ſe cum eo partem non habiturum niſi patiatur. Abundus alter eò felicitatis devenit, ut ſubinde raptus ſurſum gaudiorum in partem cœleſtium admitteretur. Raviſius quondam miles æger aliquando vidiſſe ſe teſtatus Supremi Judicis tribunal; cùmque expaveſceret, vires ſuppeditaſſe Virginem Matrem. *Propheticæ ſpiritu clari fuerunt*, Valterus X. Abbas: cui non futura tantùm, ſed ſecretiſſima cordium humanorum abſcondita Deus patefecit. Henricus de Bruxella alterque piſtor officio: ille ex Deiparæ & 11000. Virginum, hic ex ipſius Chriſti relatu de mortis hora redditus certior, & fidem utrique fecit reſpondens eventus. Hanc loci & inhabitantium ſanctitatem qui præſciet, non mirabitur plures cum exultatione & tripudio advenientem mortis horam exſpectaſſe. Cæſarius Prior cum verbis illis: *Cantabo cum cantantibus, pſallam Deo meo quamdiu fuero*, animam efflavit. Ulricus Colonienſis optat Abbatis ſui moribundus præſentiam, ut congaudere poſſit in patriam proficiſcenti. Franco itemque Reynerus Pachomii frater cantando pſalmodiam cygnæâ voce & more redemptionem ex carcere mortis hujus ad ultimum halitum expectabant.

Deficit calamus & conſcia imbecillitatis ſuæ mens portum clamat, ne longiùs provecta in profundum Divinæ Majeſtatis abyſſum demergatur. Date veniam poſteri, majus volumen, feliciùs admiranda illa requirunt ingenium. Hoc ſufficiat, ut per umbram dignitatis ſuæ ſplendorem agnoſcat in Villario Brabantia. Et ne de fide quis mea dubitet, noverit ex Cæſarii Dialogis, Thomæ Cantipratenſis libro apum, libro cui titulus Univerſale Bonum, Chronico vetuſtiſſimo per Joannem Sacriſtam Virum Sanctum, de cujus fide nefas putem dubitare, hæc omnia hauſiſſe, plura reliquiſſe.

Ceterùm quia juvat præſentem Cœnobii ſtatum cognoſcere, cum tribus verbis dabo. Ambitus murorum, qui locum ferè cingunt, maximus eſt. Offerunt ſe ad primum ingreſſum plures officinæ cum ſuis operariis, granaria, horrea aliaque publicis uſibus deſtinata. Inter alia ſpectabile opus columnis fultum, & vetuſtatem referens coctioni cereviſiariæ deputatum, quod aiunt miraculosè exigui temporis ſpacio extructum, cæmentariis aliquot incognitis, & poſtea nuſquam viſis in operarum partem ſponte venientibus. Ulteriùs progreſſis offert ſe Templum altitudine, quantam non arbitror eſſe ullius in Brabantia Cœnobii, fornicibus pulchro ordine & opere tectum, ſerie columnarum hinc inde duplici, longitudine pedum ferè quadringentorum. Templum ingreſſis ad lævam varia & Epitaphiis & picturis & Indulgentiis ornata Sacella. Primum in Ordine continet ſpecioſa monumenta tria à Roberto Abbate præſenti conſtituta. In Sacello littera C. Abbatis XXX. tumulus cum inſcriptione cujus finis eſt:

Sex videlicet hebdomadarum ut olim intelleximus.

90. plurium pedum.

Unum in quo recondita jacent beatorum N.N. oſſa. alia duo Parentibus ſuis &c.

Fac benè quod ſuper eſt, erimus quandoque quod hic eſt.

In odeii medio & ad lævam tumuli duorum Ducum, ſed nullæ in ſaxis litteræ, funeralia tantùm aliquot carmine & inſcriptiones nudæ. Unius diſtichon poſtremum eſt:

Ergò precor, dic, dum mea vis monumenta tueri,
Chriſtus dignetur Ducis Henrici miſereri.

Ad lævam fons eſt perennis duobus ſtillans orificiis, receptaculo & tecturâ nigro marmore adornatus curâ Roberti Abbatis. Ex oppoſito gradus ſunt & iter ad dormitorium vetus & priſcam ipſo in aditu referens ſanctitatem. Juxta deſcenditur ad ambitum (ſic vocant locum concameratum, unâ parte aëri per magnas vitreas expoſitum, alterâ Cœnobii ædificiis, ornatum Bibliothecâ, refectorio, culina, penu) ubi conſpicuus D. Goberti tumulus, quem non niſi inclinato capite Fratres tranſeunt; & alter Comitis Lovanienſis.

 Nume-

Cum ratione Generalis Vicariatus, rum ratione proprii Monaſterii.

Numerus Religioſorum nunc ſexagenario major eſt. Commiſſa ſunt curæ Abbatis omnia ferè Brabantiæ Virginum Monaſteria, & non pauciores viginti Religioſis occupantur foris in dirigendis variorum Cœnobiorum ſacris.

Villers le Vil. Holeer.

Villarta & *Sarta* aliquot ſunt hic loci. *Villarienſis Villa* appendix Marbaſii. *Holerium* ſub ſe habet, liberum & immunem ab omni onere & exactione locum, niſi quòd proficiſcente in expeditionem oppido Gandenſi (ut mirum, ita notandum) duos teneatur è ſuis incolis viros ſubmittere. Dominium nunc eſt Toparchæ Heſdainienſis.

Ex relatu incolarum & Toparchæ Tyliacenſis.

Villers. Perwin.

Villare parvum (ſic vocat Chronicon Villarienſe) aut *Parwetanum*, nunc eoſdem, niſi fallor, cum Melinio Toparchas habens ante annos ducentos Valhainios, qui & ſylvæ vicinæ Dominium Villario donaverunt.

Anno 1423. Ex diplom. Henrici Valhainii D. de Vaux & Viller.

Sart St. Gillam Sart Dam-Aveline.

Sartum Domini Guilielmi & Dominæ Avelinæ appendices tantùm in ſacris; illud ab Heroë Tyliacenſi nominatum, hoc ab Heroïna Houtanienſi, adeòque quantùm codices meminerunt ab Houtanii campeſtris Domino poſſeſſum.

Houtain le Mont & le Val.

Houtanium porrò hìc loci duplex, *montanum* & *campeſtre*, utrumque quà ſacræ gubernationis præſentatio, & temporalis ſe extendit juriſdictio, à Dominis ſuis pendens.

Qui fuerunt ante annos ter centum ex inclyta *Ranſtiorum* familia.

Eorumque hæreditas, cùm ad unicam Joannam devoluta eſſet, per ejus nuptias ad N.... *de Zoete* & natos inde filios devenit.

Chronicon Leodicenſe cap. 43.

Hìc quæro, quid titulus Abbatis (quem ſecularem aliqui vocant) in Collegio Canonicorum Mechliniæ olim uſitatus ſibi voluerit? An umbratilis tantùm, qualiter deſtructo à pyratis Buchorenſi Cœnobio manſit Abbatis nomen penes eum qui locum cum proventibus tenebat? An verò veſtigium eſt, fuiſſe olim illo loco Monachos? Neutro modo, ut arbitror. Et docet me Pariſienſe Concilium (monens Abbates Canonicorum attendere debere ad quid Abbates vocentur &c.) *etiam Canonicos quoſdam ſub Abbate fuiſſe. Quid autem muneris aut oneris Abbati demandatum erat? Dicam quæ ad nos ſpectant, & ex noſtris petita ſunt. Nominat vetus Chronicon duodecim in Diœceſi Leodina Abbates ſeculares omnes Præſides Eccleſiarum peculiariter* D. Virgini ſacrarum. *Addit Rigarium Antiſtitem multas Eccleſias reædificaſſe, inque eis Canonicos inſtituiſſe, & ex eis uni* hoſpitalitatem commiſiſſe, *quem* Abbatem nominavit. *Quæ notanda, utpote dignitatem hanc aliquatenus oſtenſura. Manet certè penes Abbates ſeculares, qui adhuc ex duodecim ſupradictis reſtant, beneficiorum & præbendarum Eccleſiæ diſpoſitio.*

Teſtis Bernardus in vita Malachiæ.

Simile exemplum quære in Monſtiolio Nivellenſis Præfecturæ pago.

Obſerva fatalem, ſi dicere liceret, familiarum Nobilium eſſe periodum annos trecentos. Et docet Hembricurtius ex 800. totâ Hasbaniâ nobiliſſimis ſtirpibus, quæ ante tria ſecula fuerant, & floruerant, ſuo tempore 80. non ſuperfuiſſe.

Coulture St. Germain. Maranſart. Sauvagemont.

Succedit *Cultura S. Germani* cum vicis *Sarto Mariano* & *Monte Ferarum*, quà ſacrum quà temporale jus patet, Abbatiæ Aquirienſis peculium.

Aioux.

Illa quidem primo in Auiria Principatûs & Diœceſeos Leodinæ pago fundata an. 1210. ſed emergentibus cum Comite Namurcęo bellis (an. 1210.) in Gallicanam Brabantiam propè Nivellas in pago * Allodienſi primò, mox huc tranſlatæ, confluente juſto Virginum numero accedente nobilium vicinorum aliquot munificentiâ.

Ex ſchædis & monumentis Cœnobii quæ incendiũ reliqua fecit, per Philippum Lembor. qui 11. annis Cœnobio Confeſſor fuit, communicatis.

Subjicitur Cœnobium Alnenſi Prælato. Religionis vitio temporum collapſæ reparationem acceptam ferunt Catherinæ de *Campernoille* Abbatiſſæ. Templi & ſacræ ſuppellectilis ſplendorem Annæ de *Bernaige*. Anno 1502. Præfuit an. 1505.

Ædificii & Cœnobii totius per hæc bella ad nihilum propè redacti reſtaurationem Luduvicæ de *Blaton* quam Deus diu jubeat ſupereſſe. Præfuit ab anno 1591.

Hoſpitium Abbatiale fortuito igne abſumptum. Anno 1519.

Virgines audito belli noſtri civilis claſſico, in diverſa dilapſæ per annos 12. vacuum reliquerunt Monaſterium, converſum in ſpeluncam latronum. Eas dum Nivellenſe præſidium inſequitur, confugientes ad dormitorium, nec ſe dedere volentes, ignis domui admovetur. Quo unicum quod antiquam teſtari poterat majeſtatem, opus in cineres abiit. Anno 1579.

Hìc & Monacham egit, & vixit, & ſepulta miraculis claruit *B. Lutgardis*, cujus vitam Cantipratenſis tribus libris eleganter conſcripſit. Obiit anno 1246. Cujus viſitur cum honore tumulus; cujus familiarem *Sybillam de Gages* etiam vitæ ſanctimoniâ claram tenet Aquiria.

Molanus ad 16. Junii. Chronicon Dominicanorum in vita Jordanis. M. S. Rubeæ vallis parte 2. Cantipratenſis l. 2. c. 30. & l. 3. c. 19.

Quæ eadem Abbatiæ virginalis de Marquetta meritò cenſeatur parens, cui Bertham de Mollenbais primam ſuppeditavit Abbatiſſam. Ex diario obituum Anno 1226.

Ubi religionem profeſſa Anna Comitis Rodii filia ex Croyaciis, Margareta ex Sombreffiis, aliæque plures natalium ſplendore illuſtres. Anno 1563. Anno 1540.

Locus nunc ædificiis ſic ſatis ſplendidus ad fauces ſylvæ & viæ quæ Waveram ducit, *juſto Veſtalium numero inſtructus*.

Baysiee. Lanne. Fraine.

Succedunt pagi *Bayſium* Capituli, *Lanna* Præpoſiti Nivellenſis peculium, *Franeſia* Abbatiæ Affligimienſis peculium. Prius ab Aquirienſi Cœnobio Paręcum accipiens, altera ſupremæ

premæ juriſdictionis honore aucta per Joannem Barlamontium Præpoſitum.

Poſtrema Leodienſi lege utitur & fruitur.

Anno 1188. Diploma eſt in Archivis Satrainii ſicut & confirmatio Epiſcopi data 10. Kal. Junii.

Hic quero: Qui ſint illi Monachi S. Mariæ, *qui in donatione Godefridi Ducis Equitibus Hieroſolimitanis facta nominantur. Dantur enim eis* manſi ad Laniæ flumen verſus terram monachorum S. Mariæ*: an Villarienſes, an Wavrienſes? cùm utrobique celebris Deiparæ memoria: & utrique circa Lanam flumen ſua habeant prædia juncta prædiis Hieroſolimitanorum.*

Obſervo, antea tamen annotatum ex & à Gallo Scriptore, nomen *Vallet* (nomen nunc vile & calonibus proprium ferè) olim idem fuiſſe quod nunc Ephebus, cum hiſtoricus Franciæ vocet Auguſti filium *le Vallet de Conſtantinopole.*

Melin. Ligny.

Celeberrima in hoc tractu ſunt Dominia *Melini* & *Ligniaci*. Utrumque nobilis & latè per Haſbaniam diſperſæ cognomentum familiæ, utrumque veteri inſtructum arce & prætorio, utrumque clientelis & beneficiis potens.

Anno 1221. Anno 1180. Codex feudorum fol. 41.

Illud inter dotatores naſcentis Villarii Arnoldum, Fautores florentis Gemblaci Joannem, Advocatos Rameienſis & Lerinenſis Cœnobiorum aliquot. Mortuo autem Francone Melinio vigore literarum Scabinalium Oppidi Bruxellenſis Henricus de Woude Dominium ſibi ceperat arrogare; ſed mox Glymæi prævaluerunt, in quorum ſtirpe 200. amplius annis hæſit.

Codex feudorum Birbacenſium. * Alfonso. Anno 1514. Anno 1567.

Hoc *Tongrinás Queningaſque* ſibi annexas habens, quomodo ſe antiquitus habuerit, dicere non poſſem, certus Alvarum * *Fons* primum in publicis codicibus reperiri, qui beneficium profeſſus ſit. Cujus poſteri nomen loci induerunt, & quidem longo poſt intervallo, Caroli de *Ligny* hæres Franciſcus *de la Haye* ſucceſſit. Denique dotali titulo cum Franciſca *de la Haye* uxore Joannes *d'Argenteau* in ſuam Dominia tranſtulit Familiam.

Ex Chonico Villarienſi id patet.

Quod Præfectos Monialium nunc Patres *vocemus, imò verò quod Sacerdotes olim omnes curam aliquam ſacram habentes Brabanti vulgò Patres vocare ſoleant, ab antiquo eſt: & præter id quod ex Auguſtino & Hieronimo diſcimus, Chriſtianis antiquitus, ex Sidonio & Fortunato in Galliis paſſim morem fuiſſe quoſdam Presbyteros Epiſcopos, omnes Patres, Primarios eorum* Papas, *id eſt, Patres magnos, ſive Patres Patrum vocare: ita familiare hujus in Trajectenſi Eccleſia exemplum de Gregorio, qui poſt S. Bonifacium Epiſcopus fuit.* Teſte Hucbaldo.

Cum frequentur in donationibus antiquis occurrat mentio *Francorum hominum*; addo ex archivis Vallarii nomen loci *Novile Francorum hominum*, in Gallo-Brabantia & quidem hoc tractu ſitum. Ex diplom. anno 1223. ubi bona loci confirmantur

Bousval. Waufranchies Glabbais.

Reſtant *Vallis Bouſia* & *Francorum*, itemque *Glabbiacum*: hoc Abbatiæ *Affligimienſis* in ſacris Eccleſia. Illa....

Glabisoul.

Hoc plures minoris notæ Domicellos habet; quà *Glabbiolum* ſe extendit nuper cedente Rege ſupremæ compotem juriſdictionis accepit Petrum Boiſot Equitem, ab eoque aut ſaltem hæredibus Philippus Beſuts emit. Anno 1558. Anno 1597.

Vallis Bouſia Spontinos longo tempore habuit Dominos, niſi quà Bordeala pars Parochiæ proprios habuit Toparchas, cujus titulum à Rege Philippus *de Cheſne* Eques nuper acceperat. Anno 1550.

Altera Monfortium aliquando habuit Dominum, ſed neſcio quem nunc habeat. Anno 1513.

Verſiculum Gloria Patri *&c. Pſalmis ſubnecti ſolitum ex Caſſiano diſco, quem* Glorificationem *vocabant, prout etiam vocare ſolent noſtrates Monachi, uti ex chronico Villarienſi diſco.* L. 2. c. 8. de Inſtit. Mona.

Solent in donationibus antiquis qualitatem & donantis & doni exprimere ſemper, eò quod ſervis poteſtas dandi non eſſet: idque vocibus *Liber* aut *Ingenuus.*

Huc adſcribenda *Traziniacum* & *Goſcelia*: illud à Floreffienſi, hæc à Lætienſi Abbatia Paſtorem accipiens.

Goſcelia municipium controverſi quidem juris cum Namurcenſi Regulo; interim Ducis, ut reperio, noſtri beneficium & quidem antiquitus à ſtirpe Marbaſia poſſeſſum invenio: unde (mortuâ nimirùm Mariâ Leonii filiâ) Godefridus *de la Tour* cœpit poſſidere; ſed mox cedere Petro de *Bouſſies* cognomento *Vertaing*, ex quo tempore hęſit Dominium penes Vertanię Toparchas, & denique ad Rubepratenſes devenit, & nominatim Joannem. Et perſeverat in poſteris, niſi quod nuper dotali titulo Dominus de *Noyelle* ex Nobilitate Artheſiana Dominus de Bourſe, eo cœpit gaudere. De municipio cetera inquire in Namurcenſibus: hìc tantùm, *Libertiniacum* dominium aut beneficium hujus ſemper fuiſſe, Noſocomio inſtructum. *Traziniacum* licèt Hannonii ſuum faciant, conſtat tamen veteres ejus Toparchas Ducum affines fuiſſe, & beneficiarios, tam domi quàm in Syria geſtis rebus

Ante an. 1442. Quo Joannes filius ejus profeſſus eſt beneficium. Anno 1545.

rebus illuſtres. Liber feudorum auſpicatur ab Ottonibus duobus, quorum priorem vixiſſe ſub annum 1300. poſterioris ex Arnaldo filio neptem Annam Arnoldo de *Hamal* nuptam in mariti Traziniacum familiam tranſtuliſſe æquè certum eſt.

Poſtremò hic inſerenda *Aiſa* in extremis Brabantiæ limitibus ditiuncula pagis aliquot conſtans, peculium olim illuſtris Familiæ de *Luponia*, ex quâ Balduinus cum Odâ conjuge & fautor & dotator primus extitit Cœnobii Oigniacenſis. Ceterum interjecto tempore, Brabantiæ Dux filio ſuo naturali, (cui & poſteris cognomentum *Brant* fuit) Dominium hoc tradidit beneficiario titulo poſſidendum. Nunc A. de Gavre Filius Comitis de *Beaurieu* obtinet cum amplâ poſſeſſione.

Locus eſt arce & prætorio veteri inſtructus & in ſacris ferè ab illuſtri Regularium Canonicorum Monaſterio dependens, cui nomen Oigniacum.

Oignies.

Id fundamenta ſua debet Ægidio à Wallecuria presbytero, incrementa Joanni Nivigellati Theol. Doctori, & Jacobo Vitriaco qui hinc ad Epiſcopatum Aconenſem, & inde ad Tuſculanum, & Patrum purpuratorum evectus eſt collegium. Monaſterio naſcenti Toparcha quem ſupra nominavi immunitatem, dotemque auxit, villæ Rodienſis decimas, agrum Curtoriolum & patronatum Molugnicenſem &c. dans.

Anno 1142.

Ex ſacrario D. Nicolai Templum factum Hugo à Petra-ponte Epiſcopus eidem dedicavit.

Ægidius & Baldowinus Barbançonius primi duo Cœnobiarchę ad vitam fuerunt: exinde uſque ad 14. fuerunt Prælati duodennales.

Beginaſium ex oppoſito Monaſterii Petrus Albanenſis Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ Legatus, dirutâ cujuſlibet morientis domo, juſſit ut convelleretur.

Xenodocheium Alardus à *Pondelours* 6. Antiſtes conſtruxit, Joannes à *Walcmia* 8. quæſtoratum & Nundinas, Jaſpar *Offhuys* 25. collapſum vitio temporum religioſæ vitæ ſtatum reparavit; Cœnobium Henrici Francorum Regis ab exercitu devaſtatum Joannes *Wafflaert* 27. reſtituit, & ſecuti eum Priores perfecerunt.

Præcipuæ Monachis calamitates obvenerunt à Comite Namurcenſi ob controverſiam ſuper Allodiis Tamiſienſibus; & iterum ab eodem illatas Flcruco injurias per Toparcham Aiſanum ulturo.

Viri generis ſplendore clari hìc egerunt Joannes duo d'Aymeries 17. & 18. Cœnobiarchæ, ille ab ipſo Gregorio Papa XI. confirmatus, Joannes Duffel 26. Joannes à Marbaſio 24. Bavo ex Antiſtite 7. ad Abbatiam novi caſtri evectus. Celebris hìc frequenti peregrinorum concurſu Mariæ tumulus cujus vitam Vitriacus egregiè deſcripſit, In ſylva vicina fons eſt, cujus aqua febricitantibus ſæpè viſa eſt eſſe ſalutaris.

Vulgò Oigniacenſis.

DISTRICTUS, SIVE PRÆFECTURA AINCURTENSIS.

Ayncourt. M. S. vitæ S. Raginulphæ, qui eſt in S. Jacobo Lovanii.

A *Donis-curia* ab Adone Geldonienſi Comite nomen haud dubiè ſervat.

Quem eundem eſſe volunt cum Radulpho *Viro Nobili & potenti* patre S. Raginulphæ. Hic cùm nullam ex Giſla uxore prolem reliquam haberet, defunctâ (quæ virginitatis ſervandæ, & vitam ſanctiorem amplectendi gratiâ relictis parentibus in ſecreta ſylvarum profugerat, ubi Deus vitæ ejus ſanctitatem poſt mortem miraculis confirmavit) Raginulphâ, Eccleſiam ſuo in allodio ſtruxit, quæcumque in vicino poſſidebat ad aram S. Lamberti Leodicenſium obtulit, idque in uſum duodecim Canonicorum.

Anno 1039. Ex diplom. Reynardi Epiſcopi dato Indict. 3. pridie Kal. Decemb. an. Regni Conradi 14. in urbe Leigia, id eſt Legia pro quo Molanus Luigia ſcribit.

Juſto interim tempore elapſo & needum executioni mandatâ piorum voluntate conjugum, Antiſtes Leodiorum conſcientiæ urgenti ſatisfacere viſus relictam hæreditatem partitus eſt; ita ut altera ejus pars Abbatiæ S. Laurentii aſſignaretur, altera Cononicorum Collegio, quod ipſum à Patrono Abbate dependeret. Vixerunt hìc Canonici olim regulariter, & denique factâ partitione cenſus ſinguli ſuos habere cœperunt anno 1205.

Anno 1179. Ex diplom. Henrici Epiſcopi Leodienſis.

Statuta autem quæ hodieque in uſu ſunt capitulariter inſtituta ſunt anno 1335.

Ex præfatione eis præfixâ.

Quæ Capitulumque totum Eugenius Papa confirmavit anno 1444.

Nicolaus Lovanium in S. Jacobi Parochialem Eccleſiam tranſtulit anno 1454.

Libertatem ampliſſimam Obertus Epiſcopus primus dedit anno 1142.

Reynardus Henricum Comitem Lovanienſem dedit Advocatum anno 1036.

Ex bullis hæc de re datis per Theſaurarium Capituli, ut alia omnia, mihi oſtenſis.

Capitulum magno loco natos olim plures habuit. Ex Opperbaſiis Danielem Decanum, Theſaurarium Franconem Dongelbertium. Doctrinâ celebres habuit Jacobum Bayum S. Theologiæ Doctorem eximium nuper, Simonem de Buſco olim Canonicum, cujus vidi Speculum virtutis.

Anno 1396. Anno 1302.

Fuit hìc olim celebre Beginaſium Abbæ Villarienſi commiſſum, fuit & Noſocomium inſigne & Sacella in circuitu aliquot

Gaviſa

Anno 1417. Gaviſa fuit olim Aincuria jure municipii, unde lego in teſtamento D. de Dongelbert *Heſchevins del francke vil de Aioncourt.*

Hìc obſerva, Hebdomadarios *perpetuos id eſt ad vitam fuiſſe, & inter dignitates fuiſſe in Capitulis olim. Unde legis teſtamentum* Petri de Buſco-Ducis Presbyteri Hebdomadarii Eccleſiæ Aicurienſis. (Anno 1414.)

Anno 1115. Ex literis Alberonis Epiſcopi hanc donationem ratam habentis.

Walterus de Trudonois homo liber dat liberâ donatione per manum Godefridi Ducis (nota: etſi liber, tamen quia vaſallus opus erat Patroni auctoritate) *ad altare S. Petri in Ayuncurth partem prædii &c.* quod annotandum, utpote phraſi & more antiquo.

Sunt in hoc tractu Dominia primæ notæ *Malevia* & *Dongelberga,* utraque veteri Prætorio inſignis. Illa Abbate Villarienſi præſentante Curatorem animarum accipit. Et celebres habuit Toparchas, maximè ex quo in Graviam & Jacenſem familias nuptiarum titulo tranſiit. Razo autem Gravius & Ægidius Jacenſis Arnoldo *de Corſwarem* ex Baronibus Hasbaniæ tranſſcripſerunt. Cujus filius aut nepos Gulielmo *Stradio* vendidit, & Stradiorum è gente Luduvicus à Rege ſupremę juriſdictionis titulum acquiſivit. (Ex libro Feudorum. — Anno 1448. — Anno 1498. — Anno 1560.)

Dongelbert. Dono Everardi de Curhovio anno 1178. approbante Rodulpho Eccleſiæ Leodien. Miniſtro, ſic ſe vocat Epiſcopus.

Dongelberga, Equitum Hieroſolimitanorum Eccleſia, illuſtris & latè per Brabantiam diſperſæ cognomentum familiæ. Cæterum cum in fundatione Capituli Aicurienſis legam à Radulpho inter alia *Eccleſiam in Comitatu de Dongelbert,* ſuſpicari quis poſſet fuiſſe Comitatûs titulo illuſtrem. Hoc certum, arcem hìc veterem conſpici, & Joannem *de Meewe* naturalem Ducis Brabantiæ Dongelbergam Toparchæ titulo poſſediſſe, quam adeò poſteri tanquam proprium omiſſo nomini *de Meewe* ſubſtituerunt. Mortuis pronepotibus ſupradicti Joannis anno 1470. Joannes de Malaiſe utpote proximior ſucceſſit, & denique Franciſcâ Malayſiâ aviâ defunctâ Joannes de Argenteau ſibi & familiæ poſteriſque ſuis Dominium acquiſivit.

Facit ad decus familiæ Dongelbergæ, quòd in donatione anni 1140. facta Equit. Hieroſolim. Wilhelmus de Dongelberghe teſtis præponatur Bierbacenſi & aliis Baronibus. — Anno 1572.

Sainte Marie. — Pieterbais.

Reſtant *Fanum Mariæ* in ſacris Villario obnoxium. *Petribaſium* Eccleſiæ de *Latuto* filiaque, ideo à Paræco Latutenſi dependens. Illud Graviorum, hoc Montenacenſium peculium.

Rouxmiroir.

Rodium ſpeculi in ſacris Capitulo Aicurienſi obnoxium, quod lego aliàs proprio Prætori & diſtincto ab Aincurtenſibus ſubfuiſſe. Peculium olim familiæ quæ à Geldonia nomen ſortitur. Cui ſubjungenda *Gottechemium,* ubi Decimas Wilhelmus de Dongelberch Capitulo Aincurtenſi aſſignavit. (Gottechien. Anno 1126.)

Thorenbais S. Tron. Thorenbais le Begin.

Thorenbaſium duplex: alterum à S. Joanne, alterum à Beginis nomen obtinens.

Hujus Dominium Villarienſis Abbatia obtinet, ſed veteris Beginaſii reliquiæ, ſunt anus aliquot ex proventibus conventûs portionem capientes.

Glattiniacum. Ex indiculo per Penſionarium Lovanienſem mihi communicato.

Glattiniacum quod olim proprium habuiſſe & diſtinctum ab Aincurtenſi Prætorem invenio.

Opperbaſium & *Turbaſiolum* hujus præfecturæ partes quære in Valhainio.

Abominationem literis Papalibus annectunt hanc ferè: Qui his contravenerit ſciat ſe iram omnipotentis Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli incurſurum. *Olim autem & aliter nec ſemper eodem modo dici ſolere docent noſtra diplomata. Nivellenſe Leonis IX. ſic:* Qui &c. infirmare præſumpſerit, pro benedictione hæreditariè intolerabilem poſſideat gehennæ ardorem, & æternaliter pereat cum Abiron & Dathan, deglutiat eum Beelzebuth & Leviathan, ut ſit in perpetuum damnatus cum Anania & ſaphira & cum ipſis traditoribus Domini Pilato & Juda nequiſſimo. Fiat, fiat, fiat. Datum 6. Kal. Auguſti per manus Petri Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii &c.

Cum legis Walterum in donatione prædii Velmich in Comitatu Hoyenſi, *eleemoſynæ ſua advocatiam juſtitiæ Eccleſiaſticæ omnino relinquere liberam; ſed ſi pro elata & contumaci præſumptione comprimenda ſecularis quoque poteſtas fuerit adhibenda, erit legitimus Aicuriæ Advocatus interpellandus:* Obſerva & eleemoſynis ſeu bonis privatim datis eligi ſolere advocatum.

Parweis [illegible], olim Peruwelz.

Parwiſium nobiliſſimum totius Brabantiæ Gallicantis municipium hujus loci eſt. Si antiquitatem æſtimes, Perviciacum Antonini eſſe putatur. Si juriſdictionem, eâ gaviſi ſunt triplici omnes ab omni ævo Toparchæ. Si amplitudinem, complectitur *Roſaria* duo (nomina pagorum ſunt) à Divis Maria & Simphoriano nominata: illud à Walciodorenſi, hoc à Capitulo Evangeliſtæ Joannis Paſtorem accipiens. Si ſitum, is eſt in Brabantiæ & Namurci finibus, loco Germanis Leodiiſque mercatoribus opportuno. Si privilegia, pręter nundinas annuas & ſeptimanales aliaque oppidi jura, poteſt Dominus malefactores ſuos, ſuâ ſententiâ toto Brabantiæ Ducatu excludere. Si incolarum numerum, fuit is ante has turbas ingens, ita ut ultra duo ædium millia intelligam his trinis vicibus, quibus cladem ſenſit ingentem hæc ditio, exuſta everſaque. Si Dominos, ii fuerunt ex illuſtribus, ſi qui ſint toto Ducatu. Prima ſtrips fuit Ducalis. Godefridus enim III. Lotharingiæ Dux cognomini (Rosieres.)

mini filio Parwetum cum aliis pluribus tranſcripſit; cujus poſteri Villarii, Argentonæ, Rameyæ Cœnobiorum dotatores eximii fuerunt.
Anno 1257. Signat literas fœderis inter Flandrum & Brabantum. Superioris abnepos Gerardus vixit, & ferè eodem tempore Oda Comitiſſa Vianenſis Domina de Perwes inſcribitur. Et interjecto fere ſe-
Anno 1265. Anno 1359. culo Simon de Mirabele D. de Perwes. Sed enim nolo fucum facere & perſuadere aut mihi aut Lectori hos noſtri Parwiſii Dominos fuiſſe, cum alium ejuſdem nominis pagum in Campinia noſcam. Hoc certum Eliſabetham Theo-
Anno 1290. dorici Cliviæ filiam Baroni Parweſiano enuptam filium poſt ſe hæredem reliquiſſe. Denique Ermengardem de Cleve ratione Parwiſii bene-
Signat an. 1355. diploma Joannis Ducis. ficium profeſſam, & paulò poſt Theodoricum Hornanum, qui ipſe in Comitatum Clivenſem aliquod jus arrogavit. Unde manifeſtum per Clivenſes in Hornanam ſtirpem veniſſe Parwiſium, in qua perſeveravit, donec Iſabella
Anno 1414. Joanni Rotſclario Baroni dotale attulit: denique cum Rotſclarii hæredes defeciſſent, Joan-
Anno 1424. nes de Merode ab Aleyde ſorore Iſabellæ deſcendens ſucceſſit, & à Merodiis ad Wittemios, ab his ad Tsherenbergicos itum, ut aliàs dixi.
Vide Valhainium. Res Sacra hìc loci commiſſa eſt Helechemenſi Abbæ.

De Ordinibus mixti coloris Benedictinis, imprimiſque Ciſtercienſi.

ORdini huic nomen eſt à Ciſtercio Cabi-
lonenſis Diœceſis Burgundiæ loco: ini- Anno 1098.
tium à Roberto Moliſnenſi, aut quod alii tra-
dunt Roberto Anglo, incrementum à Beatiſſi- Anno 1113. aut ut alii 1120.
mo Bernardo Claræwallenſi Abba. Quo loco hìc Ordo habendus, dicent Jacobus Arragoniæ
Rex, Henricus Caroli Craſſi Imp. frater, Ob. anno 1177.
Ferdinandus Arragoniæ Regis filius hujus ha- Anno 1278. ob.
bitum & regulam aſſumentes. Dicent Pontifices quatuor, Cardinales ſedecim, Epiſcopi plures hinc aſſumpti. Dicent omnes totius Europæ Provinciæ, in quibus ante annos 100. ad quatuor monaſteriorum millia hujus Inſtituti fuiſſe, ex veteri Rameyæ tabula didici. Loquuntur infinita huic præ aliis Ordinibus conceſſa à Pontificibus, Principibuſque privilegia. Ordinis totius quatuor ſunt quaſi metropoles, id eſt Monaſteria quatuor, unde in diverſas partes ductæ immediatè dependent coloniæ. Omnium caput eſt Abbas Ciſtercienſis, qui & Vicarios ſuos in Provinciis conſtituit in Capitulo Generali quod ſingulis trienniis ſolet celebrari.

FINIS.

GEMBLA-

J. B. GRAMAYE
GEMBLACUM.

VENERABILI IN CHRISTO
PATRI
D. LUDUVICO SOMBECHO
IMPERIALIS MONASTERII GEMBLACENSIS
ABBATI,

Eoque nomine Comiti Darnuenſi, Baroni Gemblacenſi, & Brabanticæ Nobilitatis Primati ſalus & gratiæ.

UBi Philoſophi regnant, aut Reges Philoſophantur, beatam dixit Plato Rempublicam. Ego Monaſterium in quo literati aut diſcentes. Tu ille es qui quicquid à Religioſæ vitæ exercitiis otii nanciſceris, id totum ſtudio ſoles conſecrare. Aurea illa, ubi olim omnium ſcientiarum arcana excudebantur, eſt Bibliotheca tuis auſpiciis per annos plures recta, ornata & ad uſus publicos communicata. Viri Illuſtres Molanus, Eraſmus, Heuterus tuo beneficio hinc hauſerunt quo ſitibundam paſcerent poſteritatem. Et ego ſi non Doctorum ſaltem doctrinam amantium pars quantulacumque & tuis & Cœnobii tui ſcriptis factus doctior, publicè beneficium profiteor. Erunt poſteri, ſi quos fama laboris noſtri attigerit, qui cum frequenti gratiarum actione mentem ſuam teſtabuntur. Erit tempus, quo lucubrationibus tuis piis, doctis, elegantibus fruentur, doctrinam exoſculabuntur, laborem mirabuntur. Erit cùm dicent, quod nos modo: Det Deus Virum Eccleſiæ, Reipublicæ, eruditioni longævum eſſe. Quod vovet iterum iterumque

R. P. T.

Devotus gratuſque

J. B. GRAMAYE.

Lovanio Kal. primis anni 6. ſupra ſeſquimilleſ. centeſ.

GEMBLACUM.

1. In omnibus ad unum antiquis diplomatibus.
2. Diplomata data poſt an. 1200. hoc nomine utuntur.
3. Novitium nomen, & neſcio an ante 150. annos auditum.

LOCUM iſtum antiquitus [1] *Gemmelaus*, mox [2] *Gemblaus* aut *Gemblays*; denique per euphoniam [3] *Gemblours* dictum conſtat, quod poſtremum hodie invaluit.

Ex diverſis voluminibus & chartis ad me Gemblaco miſſis per loci Prælatum cujus beneficio plura mihi communicata quæ hoc (†) ſigno annotabo.

Ut VLIERBEECK, CORBEECK, BIERBEECK, quæ licet alii à BEECK (ſic Flandri torrentem vocant) derivent, conſtat tamen mihi, à Gallis per AYS ſcripta fuiſſe.

Nominis originem certam & quæ ſolidè placeret hactenus non reperi, certus interim frequentia urbium pagorumque vocabula vulgò fingi aut efferri latinâ ſi non voce ſaltem terminatione in *acum*, quæ, collatâ veterum chartarum fide cum præſenti appellatione, Teutonicè per EECK, Gallicè per *aus*, *ays* vel *us* efferuntur. Ex quorum genere Gemmelacum; de quo nihil admodum quod dem habeo, niſi me reſpexiſſe interdum ad Germanicum HAUS quod domum ſonat, & cogitaſſe de Gemmelio milite, cujus nomen in geneis veterum Ducum reperi.

Annales noſtri & Hannonum. Ante Chriſti natalem.

Poſt an. 500.

Locum Romanorum temporibus notum & arce inſtructum fuiſſe ſunt qui tradunt, ſunt qui credunt, quos tradere & credere mallem à Francis munitum, adeoque iis rerum potientibus nomen inter horridas ſilvas inveniſſe.

† Ex diplomate Ottonis Auguſti & Henrici Ducis.

Hoc conſtat, † Lotharici Regni partem & fortè Comitatui Darnuenſi ſub aut accenſitum fuiſſe.

Ex diplomate Cæſareo quo antiqua Monaſterii bona continentur dato Leodii 12. Kalen. Oct. Imp. an. 11. Sub annum 946.

ARCEM autem ſive VILLAM (utrumque legis) vetera in BASILICAM mutavit D. Guibertus & poteſtatem faciente Ottone Auguſto IN FORMAM CASTELLI (ſic verba ſonant) munivit, ut tuti à Barbaris & prædonibus habitarent Religioſi.

Anno 1153. Ex literis Frederici Imp. datis Treviris an. 1153. & Conradi Regis Rom. & Pontificum Innocentii an. 1137. Eugenii an. 1145.

Arnulphus Abbas Imperatorum Ducumque Pontificumque favore & privilegiis auctior urbem munivit, mœnivit muro foſſaque altitudine non contemnendis.

Joannes Abbas 100. ſiliginis modios civibus dedit onus ſternendi plateas in ſe ſuſcepturis anno 1414.

Ex Chronico & Geſtis Abbatum authoribus Joanne de Paſture & Luduvico Sombecho Abbate.

Opera urbis vix ulla memoratu digna. Turrim Gemblacenſis horarii Otto de Davre, & portam majorem anno 1470. Braxatorium urbis unicum Papinius ſtruxit anno 1530.

Fata urbis & adverſitates pręcipuæ ſunt hæ:

An. 950. aut circiter. Sigibertus in vita Guiberti. Morinḡus in eadē. Chronicon Lobienſe in Erluini vita.

Heribrandus Bratuſpantium Comes D. Guiberti ſororius jus aliquod in Comitatum Gemmelacenſem ſibi arrogans armatâque manu occupans naſcentis Monaſterii exordia turbabat, ſed accurenti ad famam Guiberto ceſſit tantiſper hominis motus reverentiâ.

Vitæ & geſta Abbatum loci cap. 5. An 960. aut circiter. Annales Hannoniæ p. 2.

Quæ eadem Hunnorum laxatis per Arnulphi Imperatoris mortem audaciæ habenis Belgium fœdâ populatione vaſtantium à Gemmelaco impuras manus avertit.

Anno 963. Iidem qui ſupra & inſuper

M. S. Agyologi Brabantinorum parte 1. vita 46. in Rubeæ Vallis Bibliotheca.

Chronicon Leodienſe. Molanus ad 23. Maii.

Poſt mortem verò Guiberti Heribrandus, quem dixi, hactenus & ſenis & affinis ſui reveritus ſanctitatem, modò nec Cæſaris authoritatem, nec Pontificis diras formidans, oppidum & quæcumque in eo, ſui juris facit, attractis in conſilii & armorum ſocietatem Namurcenſi Comite & Florinenſi Toparchâ, & aliis etiam aliquâ ſanguinis communione Guibertum tangentibus. Nec ad pacis leges devenire potuerunt, licet tot fracti malis Gemblacenſes, niſi † Ottone Auguſtino annitente, Duce procurante, idque cum dimidia ferè bonorum jactura.

† Per litteras ejus datas anno 964. quas vidi.

Circa an. 1100. Joannes Paſture in vita & geſtis Abbatum.

Domicilium autem Abbatiale bello & igne inſuper conſumptum Lietardus Abbas reſtituit.

Anno 1130. Scriptores omnes rerum ab Abbatibus geſtarum, & auctarium Sigiberti ab oculato horum teſte ſcript.

Poſteà diſſidentibus inter ſe ob noni & novi Abbatis electionem Godefrido Lovanienſi & cognomine Namurci Comitibus, per hunc & ejus complices municipium Gemblacenſe flammis abſumptum eſt, bibliothecâ & templo Abbatiæ per miraculum illæſis.

Anno 1181. Ex ſupra citatis & epiſtola Guiberti Monachi eruditi ad Gertrudē Virg. & Meieri l. 6. an. 1186.

Interjectoque aliquot annorum intervallo, nato aliapropter inter Brabantenſem & Namurcæum bello, obſeſſum ab hoc Gemblacum, unaque parte ſuppoſitos ignes vento juvante totum in cineres quodammodo abiit.

Anno 1185. Ex Divæo & noſtris Annalibus & Bulla Luciana ad Epiſc. Leodienſem.

Iterum ab eodem Hannonum auxiliis adjuto ex improviſo occupatum prædiſque, ut nihil reliquum manſerit, exhauſtum eſt. Unde Namurci ditio Lucii Papæ ſuppoſita interdicto, donec Religioſos in integrum reſtituiſſet.

Sub an. 1200. Ex ipſiuſmet epiſtolis de reſignatione ſua.

Urbs & Cœnobium hoc modo deformata per Guibertum Abbatem ferè reſtaurata ſunt.

Anno 1489. Ex Collectaneis D. Luduvici Sombechi & hiſtoria noſtrate.

Bello Belgarum inteſtino incenſæ à præſidiariis omnes ſuburbanæ domus, ne hoſti commodæ eſſent: obſeſſum ab hoſte Gemblacum ipsâ Palmarum, ſed poſt triduum receſſum ab urbe, ferroque & flammâ in vicinos agros graſſatum.

Anno 1548. Ex iiſdem & oculatorum teſtium fide.

Belli Francici tempore & Gemblacum & Argentona ab hoſte incendio abſumpta fuiſſent, niſi Prior loci vadem ſe pro 1700. Carolinis præbuiſſet: qui tamen vetante Gubernatrice ſoluti non ſunt.

Anno 1563.

A rebellibus Regi, Auraico Duce, ſpoliatum, & pretioſâ ſupellectili orbatum.

Anno 1568.

Non multò poſt incendio fortuito pro bona ſui parte deformatum ipſo feſto undecim Virginum millibus ſacro.

Anno 1578. Ex diverſorum relatu inprimiſque D. Prælati & Prioris.

Cùmque profugi ad mille quingentos ex pugna qua Ordinum exercitus cum Joanne Auſtriaco congreſſus ſuccubuerat, Gemblacum divertiſſent, jamque res ad obſidionem vergeret, Lambertus Abbas per literas primò tum per ſe factum purgans, & ſe & urbem & profugos ſervavit à damno & indignatione Principis.

Nec multò poſt tum Auraici tum contagioſæ

gioſæ

gioſæ luis metu diſperſi Religioſi, alius aliò exulatum profecti, paulatim unus poſt alium redierunt.

1. Patet ex eo quod Imp. D. Guibertum citaverit, quia ſe inconſulto Gemblacum alienaſſet.
2. Sic vocat in vita Guibertum Sombechus ex archivis Cœnobii.
3. Sic noſtri Annales vulgò.
4. Moringus in in vita Guiberti.

Quoad civitatem: Ejus Dominium [1] beneficio Imperatorum, aut Franciæ Lotharingiæque Regum penes [2] Comites, aut ut alii [3] Barones fuit ex nobiliſſima [4] Auſtraſiæ Ducum ſtirpe procreatos.

Ex quibus fuit inclytus Rothingus, aliàs Rodingus.

Cui ex Giſla hæres fuit Litoldus, aliàs Lyctoldus anno 910.

Ex teſtamento ejus aut potius donatione inter vivos.

Litoldi ex Osburga filius Guibertus & Gemblacum & ab eo dependentia Monaſterio ſuo ibidem tranſſcripſit.

Ex literis Ottonis Imp. datis anno 947. & Frederici datis an. 1221.

Ex quo tempore non poſſeſſionem tantùm ſed & Dominium abſolutum nulli obligatum, cum immunitate à tributis & cudendæ monetæ aliiſque privilegiis Abbates Erluini à Guiberto conſtituti ſucceſſores acquiſierunt.

Ex ordinis ſervati in epulo ſolemni Bruxellenſi poſt inauguratum Ducẽ memoriali.

Qui etiamnum Comitum honore inſignes primum in Ordinum Brabantiæ conſeſſu Cathedram obtinent.

Ex diplomate ejus ſupra citato & Frederici dato anno 1153.

Quibus ab Ottone permiſſum *Cancellarium ex ſuis* ſibi adſciſcere, & *Advocatum* quem vellent aſſumere.

Anno 925. Subſignant chartã Donationis prædii d'Otp. an. 944.

Electos dein video Aletranum qui Archigrammatei, *Goderannum Virum inclytum* qui Patroni munus obirent.

Subſcripſit præſtationis chartam de villa So beia. Anno 944.

Huic ſucceſſiſſe videtur Ausfridus D. Guiberti conſanguineus, niſi quis dicere malit plures eodem tempore, quod licebat, Advocatos electos.

Ex Divæi l. 1. Rerum Lov. & Sigberto ipſiuſque Ottonis diplom. de quo ſupra. An. 947. Demum ejus nomen reperio, cum longè ante conſtitutus ſit.

Ceterum, credo ut tutorem haberent magìs potentem & adverſariis formidandum, Abbatis & Fratrum rogatu Otto Imperator declaravit Lambertum Lovanii Comitem & Succeſſores ejus Gemblaci Advocatos.

Ex lite in Curia mota contra D. Valhaini & ſententia Philippi Ducis data 17. Aug. 1451.

Quorum erat Religioſos tueri, & nihil *præter gallinam unam, denarium unum, ſextarium avenæ unum ſingularum domuum ratione* quotannis recipiendum in urbe aut territorio juris habere.

Anno 1257. Ex Chronico Villarienſi in vita S. Goberti & ſcripto D. Sombechi ex veteribus Schædis

Peccatum contra prius aliquoties; nominatim, cum Aleydis Henrici III. conjux authoritate in Gemblacum ſuâ abuteretur, Gobertus ex Comite Aſperi Montis Villarienſis Monachus equum raptim conſcendens excuſſuſque fortè & graviter læſus, ita cruentatus coram Duce apparuit; rogatuſque Authorem cùm in ipſam D. Petri Gemblacenſis oppugnatricem retorqueret culpam, Ducem ab iniquitate, Monachos à moleſtia liberavit.

Ante an. 1203. Ex literis Philippi Ducis & proceſſu ſupra citato.

Jus hoc, aut veriùs proventus Patronatûs Gemblacenſis hæredes Comitum Lovanienſium Brabantiæ Duces, in vicinos Valhayni Regulos tranſtulerunt, certo pretio interveniente, qui in publicis ſcriptis tantùm *Subadvocati* dicuntur.

Anno 1217. Ex literis Henrici Ducis dat. Gemblaci menſe Sept.

Ex quibus Wilhelmus, cùm plus urbi quàm tueri debebat, importunus eſſet, Ducali præſentiâ & authoritate repreſſus eſt.

Anno 1281. Ex literis Ducalibus roboratis 20. Nobilium ſigillo.

Iterùm Wilhelmi hæredes præter fas & morem multa à territorio exigentes, plura minantes Joannes Dux coërcuit.

Anno 1348. Ex Edicto Joannis Ducis dato in Julio.

Sed paulò poſt ad antiquum rediens Valhaini Toparcha, cùm Gemblacenſes ſub ſignis ſuis vellet ad bellum proficiſci, ſententiâ Principis iterum cedere juſſus eſt.

Anno 1413. Ex vita Joan. de Walhaino Abbatis apud Paſture & Sombechum, itemque ex Actis in Curia

Interjecto tempore, Abbas contra eoſdem longam ſed indeciſam litem ſuſcepit ob captivos quoſdam in *Bandeſet* per Officiales Gemblacenſes, quos ipſos præter ordinem, donec res per curiam decideretur, coactus eſt Abbas miſſos facere, Duce Gemblacenſis terræ confiſcationem interminante.

Anno 1451. Per acta & conſultationes & ſententiam Philippi Ducis datam 17. Auguſti.

Nec multò poſt, eo quòd G. de Glymes Valhaini Dominus à quodam ſubdito Gemblacenſis Prælati rogatus, cogere vellet Prætorem ad exequendum jus, lis in Concilio provinciali mota & definita pro Gemblacenſibus.

Id refertur & confirmatur in literis Venceſlai & Joannæ Ducum dat. an. 1393.

Poſt Advocatum proxima imò ſumma oppidi dignitas Villicus & Scabini, per quos Prælati judicio conſtitutos & ab eodem pendentes urbs ab antiquo gubernata.

Cives olim & majore numero & per opificum collegia aliquot diſperſi.

Ex literis ejus & juramenti præſtiti formulâ.

Ex quorum parte nobiliori Otto de Davre arcus oblongi lignei inſtituit ſocietatem.

Anno 1470. Ex literis & lecibus contubernii quarum copias habui.

Arcûs ærei, quem pedalem vocant, contubernium Joannes Del Bare anno 1400.

Anno 1548.

Catapultariorum autem collegium à Papinio Abbate exordium habet.

Solent & poliendis ingeniis poëtarum habere conventicula, quæ, ut alia multa, temporum vitio evanuerunt.

Ad rem Sacram pergo, cujus incrementum ſi non initia accepta ferat neceſſe eſt Guiberto ſuo Gemblacum.

Ejus opus eſt Eccleſia Parochialis, quæ in urbe unica eſt. Olim Monachis ad Sacra peragenda frequentata.

Ex Bulla Indulgentiarum Durandi Epiſc. data 3. Id. Auguſt.

Donec ab Olberto Abbate altera in vicino extructa eſt anno 1020.

Qui idem Oratoria Doctoris gentium, Archangelorum Coryphæi, Joannis Evangeliſtæ erexit.

Ex Indice Feſtorũ loci & Schædis annexis Chronico Joan. de Paſture.

Cryptam Virgini Matri inſcriptam Tietmarus anno 1080.

Sacellum S. Martini Guibertus an. 1200.

Ex Auctario Sigiberti.

Ceterùm Parochialis ſemel cum reliqua urbe flammis abſumpta eſt anno 1130.

Anno 1462. Ex literis Pii II. Papæ & Luduvici Borbonii Epiſc.

Pontificis auctoritate Monaſterio annexa per unum ex Fratribus adminiſtranda.

Denique viſum conſultius animarum curæ ſtabilem & ſecularem Parœcum aſſumi, quod hodieque ſervatur.

Annectitur ab antiquo Parochiali curæ Archi-Preſbyteratus 62. olim Paſtores & quidem ipſius oppidi Namurcenſis quatuor ſuæ juriſdictionis habens, quorum nunc vix medium ſervat.

Anno 1512. die S. Bernardi. Ex Regiſtro Eccleſiæ.

Collapſa fortè & ſibi & ſacris reſtituta.

 Abba-

* Ex literis conſenſûs Gedeonis Epiſc. Caſterienſis Suffraganei Leod. datis Dominicâ Aſcenſionis. Anno 1533.

Abbatialis autem Eccleſia in parte, quæ Presbyterium complectitur, profanata, cùm forte teſtudo lapidea corruiſſet, nemine, quod miraculi inſtar eſt, læſo omnibus in odeio præſentibus.

Anno 946.

* Sacris reſtituta per Anthonium Abbatem.

Ex Bulla Innocentii Papæ ubi idipſum permittitur & plura continentur privilegia.

Abbates porrò qui huic Collegio præſunt jam inde à prima ſui inſtitutione infulis & mitrâ uſi; niſi quòd Lambertus Abbas baculum eburneum, quo olim utebantur, in pedum mutaſſe argenteum perhibeatur.

Anno 1350.

Decret. l. 5. titulo 33. de Privilegiis capitulo 12. & Bullis Innocentiorum duorum & Eugenii datis.

Immediatè Sedi Apoſtolicæ † ſubjecti; ideoque quamvis olim Leodicenſis nunc Namurcenſis Diœceſis ſit Gemblacum, tamen viſitationem Epiſcopi numquam paſſi ſunt Religioſi.

Anno 1213. Ex Chronico Leodienſi & Bulla Urbani Papæ data 15 Kal. Martii Pontificatus an. 8. & altera Gregorii II.

Adeoque cùm Joannes ab Erkel Epiſcopus eò quòd Gemblacenſes viſitaturum ipſum in urbem admittere recuſaſſent, armatâ manu eos invadere putaret, res per ſententias Principum & Pontificis Decretum ſopita eſt.

Hoc contigit tempore Lamberti Abbatis Liroux.

Anno 1477. Ex diplom. Papali ad Joannem Carniera Abbatem Gemblacenſem.

Amplius ut eſſet qui in ſpiritualibus Monaſterii negotium ageret, Pontifex S. Petri Lovanienſium Decanum Conſervatorem declaravit privilegiorum loci, adjungens D. Gudulæ Bruxellenſis Decanum & S. Jacobi Leodicenſium Abbam.

Ex lit. Lamberti Abbatis datis an. 1349. craſtino Circumciſionis.

Societatem cum 29. & amplius Eccleſiis jam olim Gemblacenſis inivit, inchoatam à S. Viberto & Erluino & ſubinde ampliatam.

Ex vita ejus & literis ultro citroque miſſis.

Anno 1236.

Quod autem dixi ſolum Pontificem Gemblacenſes agnoſcere, poſtea mutatum eſt; cùm Joannes de Bronio, ſpe obtinendi ab eo auxilii, ſe & ſuos Epiſcopo Leodienſi & ejus viſitationi permiſerit.

Anno 1503. Ex literis conſenſus Philippi Regis datis an. 1505. Martii, Sylvæducis.

Et poſteà majoris boni intuitu Arnoldus Abbas Capitulo Bruſfeldienſi in Saxonia & eorum viſitationi ſuum Monaſterum ſubjecerit.

ABBATES

Utrâque poteſtate illuſtres hoc ordine ſibi invicem ſucceſſerunt.

E*Rluinus* Abbas inſuper & reformator Lobienſis, obiit anno 986. regiminis 63.

Heriwardus frater ejus, obiit anno 989.

Erluinus ſuperiorum affinis, obiit anno 1012.

Olbertus Ledernenſis neſcias an doctrinæ an ſanctitatis merito illuſtrior, D. Jacobi Leodicenſium & Fundator & primus Abbas, obiit anno 1048.

Miſach ſuperiori ut ſanguine junctus, ita laborum comes, obiit anno 1071.

Tietmarus dubites an nobilior an prudentior, obiit anno 1093.

Lietardus cujus operâ clarum miraculis D. Guiberti corpus è terra in ſublimius feretrum elevatum, obiit anno 1115.

Anſelmus vario ſcientiarum genere inſtructus, obiit anno 1138.

Arnulphus ex S. Nicaſii Rhemenſium Monacho advocatus, obiit anno 1155.

Petrus, obiit anno 1156.

Odo Duci noſtro charus, obiit anno 1159.

Joannes titulo, ut volunt, non optimo dignitatem adeptus, plurium teſtis calamitatum, obiit anno 1198.

Guibertus ante Florinenſis Abbas, doctrinâ, ſanctitate & ſcriptis clarus, obiit anno 1208.

Wilhelmus Concilio Lateranenſi interfuit, obiit anno 1229.

Henricus Vir ſummè induſtrius, obiit anno 1233.

Arnulphus, *Wilhelmus*, *Godefridus* brevis ævi Abbates.

Joannes ex Affligimienſi Abba huc tranſlatus, obiit anno 1240.

Joannes de Bronio Vir prudens & inclytus, obiit anno 1259.

Radulphus ex Haſbanica Nobilitate, obiit anno 1268.

Arnulphus de Caſtris protector Monaſterii eximius, obiit anno 1300.

Godefridus, obiit anno 1323.

Arnoldus de Roſiers, obiit anno 1346.

Lambertus de Liroux, obiit anno 1379.

Nicolaus de Rupemont, obiit anno 1399.

Joannes del Bare, obiit anno 1421. omnes claro ſtemmate nati.

Joannes de Walhaino illuſtri Comitum Baronumque ſemine oriundus, obiit anno 1440.

Luduvicus de Oignies, anteà S. Urſmari Abbas, Vir undequaque magnus & reformandæ Religioni aptiſſimus, obiit anno 1457.

Otto de Davre Toparchæ Mirlemontani filius clarâ Vicecomitum ſtirpe natus, obiit anno 1477.

Joannes de Carniers, obiit anno 1495.

Joannes d'Itre, obiit anno 1500. Poſt quem electi ſucceſſivè

Otto de Vivario & *Anthonius de Boſſunes* uterque ante inaugurationem vitâ functi. Ita ut aſſumptus

Arnoldus de Solbronecq Athenſis anteà Jardineti Abbas, qui collabentem aliquatenus Monaſterii ſtatum egregiè reformavit, obiit anno 1511.

Matthæus à Floreſſia, obiit anno 1517.

Antonius Papinius litteratus admodum nec minùs pius, obiit anno 1541. ultimus eorum qui libero Collegii ſuffragio aſſumpti. Poſt quem Cæſareâ præſentatione

Arnoldus de Monte, obiit anno 1549

Bernardus Feriet, obiit anno 1557.

Lambertus Hancaert Athenſis vir apprimè eruditus & Sacræ Theologiæ valdè ſtudioſus & amans, & qui ſarcophagum Divi Guiberti affabrè fieri fecit, obiit anno 1578.

Joannes Caverel ex Monacho S. Vedaſti, ob. anno 1588.

Luduvicus Sombechus non vulgaris eruditionis & humanitatis Vir, cujus beneficio pleraque hujus loci antiquitatem tangentia mihi communicata ſunt, libri, ſcædæ, diplomata ex quibus ſuperiora compilavi.

ENCO-

ENCOMIUM

Abbatiæ Gemblacenſis.

GEmmam iſtam in Brabantiæ noſtræ angulo, annulo dicere debebam, latentem in horum temporum fimo Gallis noſtris minùs fortaſsè ac par eſt æſtimatam libet ad bilancis examen revocare; & collatis quæ admirationi eſſe ſolent dotibus; veram cum poſteris & præſentibus pretii rationem inire.

Locus is eſt quem Exuperii Mariique Martyrum, Magloni Antiſtitis, Guiberti Fundatoris, unius item ex Parthenio Regalis Urſulæ Sodalitio, unius ex illuſtri Gereonis Collegio corpora reddunt omnibus ſuſpiciendum.

Is eſt quem *SS. Fortunati*, *Nocolai*, *Martini* & aliorum reliquiæ commendant. Is eſt quem hoſpitio ſuo & hoſpitii prçmio caſulâ inclytus honoravit Bernardus. Quem exilii tranquillioris ſedem Epiſcopus unus, Prælati plures; vitæ quietioris portum Abbates tres poſitis infulis, Præpoſiti totidem, Canonici Eccleſiarum Cathedralium diverſi eligerunt. Cujus immediatè olim Pontificibus Romanis ſubjecti curam Romanorum Reges, Protectionem Brabantiæ Duces, Tutelam nobiliſſimi Belgarum Principes ſuſcipere poſſe inter gloriæ ſuæ inſignia tituloſque referebant. Hæc Brabantiæ prima adyta, ubi Religio illa ſecretior & ſanctior quam monaſticam vòcamus primum ſibi Princepſque delegit habitaculum. Unde tanquam ex virtutum integritatiſque omnis diverſorio ſingulis pæne ſeculis evocati qui aliorum quaquaverſus Monaſteriorum declinantem ſtatum ſuò conformarent.

Ita Erluinus ex Palatino Cæſaris Canonicus, ex familiari D. Guiberto naſcentis Monaſterii conſtitutus Gubernator, à Raginerio Montenſi Comite, ut Lobienſis Cœnobii res componeret & diſciplinam evocatus, primùm Præpoſiti mox Abbatis titulo & poteſtate: illa in functione invidiam, convitia, cruciatus diverſos, ad extremum oculis privari à diſcolis (quos generis ſplendor ſupra Religioſæ vitæ modum elatos & freni impatientes in præceps agegat) ſuſtinuit, repulſuſque ad ſuos ſenio & morbo gravis animam nihil inferior Martyre efflavit. Ita Olbertus ab Antiſtite Leodino multis precibus adductus Abbatiæ S. Jacobi in inſula primus extitit Fundator formatorque. Ita Guiberti curâ Florinenſes, Joannis induſtriâ Affligimienſes ad meliorem frugem revocati ſunt, aut certè in bona conſervati.

Ita Mathæo S. Andreæ propè Brugas, Anthonio Trudonopolitanum, Lamberto noſtrâ memoriâ Heverlenſe Monaſterium per aliquot ex ſuis in ordinem redigendum Principes aut Antiſtites commiſerunt. Numerat hic locus ex Abbatibus quatuor, qui binis eodem tempore Abbatiis præfecti onus cum admiratione dubites an fructu majore expleverint: Papinium Clarevalenſis, Wilhelmum Laterâſis Synodorum teſtes: Arnulphum ipſius Papæ Innocentii manibus Romæ inauguratum. Ut taceam Guiberto fundatori à Carolo ſimplice (teſtatur Richardus Archidiaconus Virdunenſis l. 3. Antiquitatum Belgii) Leodicenſem Epiſcopatum, majori gloriâ dubites an oblatum an contemptum.

De ſacris dixi, addo quaſi ſacra. Vetus ſacrarium Muſarum, eruditionis ſcrinium, Belgicæ antiquitatis fontem Gemblacum meritò appellari. Cujus alumnis acceptum ferimus, quod popularium Sanctorum res geſtas tenemus, Comitum antiquorum facta imò & nomina habeamus, ſacros codices fide optimâ exaratos videamus.

Erat ſcilicet ab annis ſexcentis exſtructa Gemblaci Bibliotheca, erant qui ſcriberent, erant qui dictarent. Quoad res ſacras infinita ſunt volumina, quoad mixtos unus inſtar omnium Sigibertus, cui unius ſæculi vitam ſuam debet Belgica. Poëtas etiam non ignobiles fuiſſe docent varia hinc inde monumenta, quæ & ego & mecum alii cum voluptate percurrerunt.

Oratores, non qui in pulpitis tonare aut vulgi aures demulcere ſoleant, ſed Regum animis, Provinciarum cauſis agendis aptiſſimi. Quales Arnulphus diſertiſſimâ apud Philippum Pulchrum Regem Franciæ pro Comite Flandriæ uſus oratione, & Lambertus operoſâ apud Hiſpanum Regem pro Nobilitate Brabantorum functus legatione. Jam quod Gemblacenſium mores, diſciplinam, ſcientiam haberent probata, frequenter ad diverſa Cœnobia, diverſoſque Magnates erudiendos Monachi hinc evocati. Teſtis Olbertus poſtea Abbas qui Vormatienſis, Miſach qui Leodienſis Epiſcoporum extiterunt inſtructores. Anſelmus in Altevillarenſi & Latiniaco, Vibertus in Florinenſi Abbatiis Tyronum facti moderatores.

Si libet & alia perſpicere: Abbates Comitum titulo Brabantiæ primi immunitate gaudent duorum Cæſarum, trium Regum, Ducum quinque privilegiis & authoritate roboratâ: Monachi olim claris natalibus bene multi: Prælati per 200. ferè annos nulli niſi illuſtri loco nati, Principibus chari, Ordinibus accepti. Opes olim planè Regiæ nunc temporum vitio ne umbram antiqui ſplendoris referentes. Locus olim ſolitarius & ſecretiori vitæ opportunus, nunc haud inelegans, quem nec apricum nemus, nec paſcua læta, nec fœcundus ager deſtituat. Numerus Monachorum ſubinde major centenario fuit, ex quibus gregi Dominico præclaram navant operam aſſiduè tredecim. Addam viri magni elogium ante has civiles turbas enunciatum. Ait ille: *Vis cum moribus optimis pietatem imbibere? Gemblacum vade. Vis erudita commercia & ſacram ſupellectilem tractare? Gemblacum vade.* In quo finio.

COMITATUS GEMBLACENSIS.

QUod hujus Comitatus partes in triplum plures faciam, quàm nunc ſit Gemblacenſis terræ, ne quis arbitretur me ſine authore facere, noverit me nomina ſingulorum ex M.S. Codice habere, cujus mihi copiam fecit Illuſtriſſimus Comes Bauſſigniacenſis; noverit etiam ante me P. Divæum hanc Comitatûs Gemblaceni amplitudinem probaſſe. Et certè, ut meam opinionem dicam, licet exiſtimem ſcriptores illos potuiſſe in errorem trahi ex eo, quod videntes Montis Vibertini Dominium penes Gemblacenſes eſſe, crediderint omnes qui præfecturæ dicti Montis ſubcenſentur pagos eòdem ſpectare; tamen negare nolim magnam eorum partem è B. Guiberti patrimonio eſſe, certus pluſquam dimidia bonorum parte per importunitatem affinium D. Guiberti Gemblacenſes olim excidiſſe. Primo loco hìc adſcribam quæ & fuerunt & adhuc cenſentur partes Dominii Gemblacenſis. Quæ ſunt:

VAUL VICENET. LIBERCHAMP & LIBEROULX.

Vallis Vicennis, *Liberti-Campus*, & *Liberolium*.

Prætorem Paræcumque * Urbanos habent.

MANYS. *Ex Regiſtro viſitationum per D. Decanum Gemblacenſem mihi communicato. ERNAIGE. COURTYS. SAULVENIERS.

Maniacum duplex, in ſacris alterum Lezii, alterum oppidi appendix, ſuos Prætorem & Scabinos habent.

Ernagia, *Curtile* ſive *Curtiacum* & *Savanella* licet appendices curæ Urbanæ, ſeparatos tamen Paſtores habent.

Ex relatu diverſorum utriuſque ordinis.

Quorum Poſterior immunitate à tributis & contributionibus gaudet. Cujus privilegii dum cauſam curiosè indago, intellexi Venceſlao Duci in Brabantiam primò venienti ab incolis itum obviam cum tympanis & apparatu ſpecioſo, Ducemque remuneraturum hoc eis indulſiſſe.

Simili & ob ſimilem cauſam gaudet *Lonzea* beneficio, in ſacris Gemblacenſis Eccleſiæ filia, ubi Argentona Ciſtercienſis Inſtituti fœminea Abbatia tali initio propagata.

Anno 1229. Ex literis Fundat. in Maio datis per Prælatum Gemblacenſem mihi tranſmiſſis.

Gulielmus de Harcton & Ida conjuges advocatis è Grandi Valle virginibus Cœnobium Inſtituti Ciſtercienſis fundarunt, aſſignatis ei quæcumque in Argenton poſſidebant agro, villâ, cenſibus, authoritatem faciente Parwetano Toparchâ.

Anno 1232. Ex diplom. dato feria 3. poſt Dionyſii.

Ubi numerus virginum juſtus olim fuit, & diſciplinæ regularis obſervantia maxima. Adeoque hoc Cœnobium per duos Confeſſores Villarienſes directum & exempla & initium dedit ſaluberrimæ reformationi per omnia loca invectæ.

Anno 1410.

Per has turbas incendio abſumptum, profectis in exilium Veſtalibus. Quæ licet plurimùm cum paupertate luctantes, nihil tamen de veteris obſervantiæ diſciplina remiſerunt.

Hìc obſerva: Virgines olim in Brabantia plures vel ſolas, vel parvo numero in privatis domibus vixiſſe ex præſcripto aut Auguſtini aut † Benedicti, nulli aut ſubjectas aut obligatas.*

Anno 1510.

*Exempla in Cœnobio Nigratum Lovanii & Bruxellæ.

† Exemplum fit Giſla de qua in fundatione Cameræ propè Bruxellam.

In profanis nota liberalitatem Principum noſtrorum in privilegiis concedendis, & in ea Brabantiæ noſtræ genium lauda, quæ cives ſemper tales habuit qui nihil non obſequii ſuis Ducibus præſtarent, Duces tales qui etiam cum patrimonii ſui imminutione noſſent gratuitam ſubditorum benevolentiam occupare & proſequi.

MONS S. VIBERTI.

MOns prope *Villam Pelerius*, à B. Guiberto nomen ſervat ex eo quod Divi illius corpus ad preces Ducis eo allatum pluribus claruerit miraculis. Ceterùm Dux montem cum appendiciis ſuis Gemblaco adjunxit ejus lege privilegioque deinceps gaviſurum. Joannes autem Dux totius loci Dominium Abbatiæ tranſſcripſit.

Anno 1116. Ex diplom. Godefridi & Joannis Ducũ per D. Gemblacenſem mihi tranſmiſſis.

Anno 1307.

Ubi nunc templum eſt, vetus Ducum Curia fuit, & ſpectantur hodieque in vicino palatiorum rudera manifeſto indicio loci olim celebratiſſimi.

Præfecturæ Montanæ ſubcenſentur Valhainium cum pagis ſuis.

VALHAINIUM.

Vallem Hainæ ſive Hannonum ſonat aut domum Walonum.

LOci hujus jam inde à quingentis annis noti etymon non à wallis ſive walonibus (quo nomine exteros & peregrinos deſignari tam noſtrates quàm aliarum † gentium fatentur Hiſtorici) repeterem, quod ante me alios feciſſe video; ſed potius ab Hainis ſive Hannonibus viciniș. Et perſuadet vetus nominis ſcriptura * per V ſimplex, & alia in hoc tractu ejuſdem terminationis loca. Meminiſtis quot & quanta Hannones ante & circa Principatum Godefridi Ducis bella hìc geſſerint, per Nivellæ ſanguinem & Gemblaci cineres. Quid ſi tunc hæc nomen ſuum loca invenerunt? Si tamen magis arridet Gallicam illam terminationem in *Hain* eandem eſſe cum Germanico, HEYM, non diſplicet.

† Buchenius in Schotica hiſtoria.

*In diplomatibus fere omnibus antiquis Gemblaci. Ut OPHAIN, OHAIN &c.

Caſtrum Valhainii vetus eſt duplici cinctum foſſâ, à Marchione Berghenſi magnifico opere cœptum reparari.

Ita loci genio munitum, ita fidei Deo Ducique datæ & debitæ tenaces habens incolas, ut

exiguo

exiguo adjuti præſidiariorum Namurcenſium numero, his iniquis temporibus & Bruxellenſium & alias rebellium manus evaſerint, conatum eluſerint.

Peculium fuit olim Illuſtris, ſi quæ apud Gallo-Brabantos fuit, familiæ: undè ferè ſemper obſervo aliquos Ducum lateri adhæſiſſe, & bellis tam ſacris quam profanis inſignem navaſſe operam.

Ex Hembricurtio & Gemblaci diplom. Primum ejus generis invenio Jacobum ante annos fere quingentos ampliſſimam in hoc tractu hæreditatem ad filios tranſmittere. Quorum alter Corbaci, alter Bolerii, tertius & natu grandior & ejuſdem cum patre nominis Valhaini Dynaſta factus eſt, ſocero Ottone de Dommartin Warfeſææ Toparcha dives plurium exſtitit pater liberorum * Guilhelmi, & †Arnoldi & aliorum. Alterutrius filius fuit Arnoldus Gener Guilhelmi Hembricurtii. Cui hęres filia*Joanni Loſſenſi Arnoldi Comitis ex fratre nepoti Dynaſtæ Agimontio nupta dotale attulit Valhaynium, relinquens cognominem marito filium avitæ patriæque hæreditatis poſſeſſorem, & ductâ Baronis d'Aishove & Herines unicâ hærede ex ſtemmate Gaverorum * nobilem. Hujus Joannis breve ſtemma ſubjungam, ut ex eo pateat qualiter Valhainii Dominium in alias ſtirpes devenerit.

*De eo vide Gemblacenſia.
†Citatur à Joanne primo an. 1289.
*Citatur in charta Cottebergenſi an. 1312.
*Laudatur à Venceſlao Duce an. 1372.

Joanni II. Loſſenſi Dynaſtæ Agimontio hæredes fuerunt

Iſabella quæ Joanni Rochefortio dotem attulit Agimontium, Aishoviam, Herines, æqualiter in filios diviſam.

Engelbertum an. 1409. per ceſſionem Joannis de Namur. & mortuo eo Mariam anno 1420. beneficium profeſſam, Liber Feudorum tradit.

Joannem Rochefortii & Agimontii D. ex felicitate D. d'Oupey & Herſtal patrem — Theodorum. — Razonem.

Joannis qui gener fuit Hugonis D. d'Aleyn Seneſcalli Luceburgenſis.

Maria altera Joannis filia Theodorico Toparchæ de Seraing elocata Valhainium obtinuit duarum mater filiarum,

Joannæ quæ Gerardo Anghiano D. d'Havrez & de Bievene dotem attulit Serainium & Warfeſæam.

Mariæ, quæ Engelbertum Marcanum Lovervallæ Dominum maritum habuit, & Valhainium cum & poſt maritum poſſedit.

POſt mortem Engelberti Marcani Joanna ex impari conjuge Joannis Brabantiæ Ducis neptis nupta Joanni à Glymes inter alia Valhainium dotale attulit, ſi hiſtoriis & Heutero fides eſt.

Folio 50. in Gallo-Brab.

Ceterum Feudalis Codex decreto opidi Bruxellenſis tradit Antonium de Glymes ſecundogenitum Joannæ id obtinuiſſe.

Anno 1434.

Hoc conſtat, ex eo tempore penes Glymæos & hæredes Bergarum ad Schaldim Dominos Valhainium perſeveraſſe, & ferè ſecundo-geniti peculium.

Nuper Comitatûs titulo inſignitum cùm in Marchionatum Bergæ eveherentur. Cui ſeptemdecim vario titulo jam ante acquiſiti pagi ſubjiciuntur.

Hoc pulchrum videtur, Dominos hos triplicis ſemper juſtitiæ participes, Regalis Abbatiæ Gemblacenſis & Cœnobii Ferinenſis Advocatos à Ducibus electos.

Dominium hoc in ſtirpibus Comitum ſemper ferè in filiorum naturalium Brabantiæ Ducis diverſis ſtirpibus ter conquieviſſe, à duobus poſſeſſum Epiſcopis, à pluribus* Marchionibus, tandem in amplum & divitem deſiiſſe Comitatum.

*Vide ſtemma Berghenſe apud Heuterum.

Quoad rem ſacram, ea tota à patrono Comite dependet utpote ejus fundata auctaque beneficio.

Eſt præter Parochialem Caſtrale & re & nomine Sacellum titulo ſancti ſepulchri, credo ob memoriam ſacræ expeditionis à Dominis ſuſceptæ.

Sunt & alia Sacella ſeptem. Ex quibus eſt ad orientem vetus titulo & miraculis Deiparæ ante annos 100. frequentatum, ſacro ſub Virginis tutela ornatum ſodalitio, in quod prope proculque diſſiti ſua ſolent dare nomina; quod licet ad ſtuporem omnium nuperos Iconoclaſtarum evaſerit furores, vetuſtatis tamen vitio caſui vicinum, nuper ex liqueo in lapideum operâ G. Mieulx Decani Gemblacenſis & piorum eleëmoſinâ transformatum eſt.

Vulgo ad tres filias, an. 1454 dedicationis fuit anniverſarium.
Ex Regiſtro viſitationum & communicatis mihi per D. Decanum Gemblacenſem, virum eruditum & pium.
Anno 1604.

Ex altera pagi parte ad ſylvam quæ verum à Cuniculis nomen induit, ad honorem & exemplum Otrodromi Baptiſtæ Sacellum eſt, & Heremita unus, cui hebdomadariam ſtipem ab antiquo largiuntur vicini Valhainienſes.

Hic mecum ad rem ſacram obſerva, Toparchas aut alioquin poſſeſſores alicujus loci, Eccleſias *ſive* Altaria (*ſic enim loquebantur pro eo, quod nunc Paræcias aut Sacella dicimus*) *in eo ſita ſui juris habuiſſe & pro libitu Cœnobiis tranſſcripſiſſe. Et ſi quando aut Sedis Apoſtolicæ aut Epiſcopi accedebat conſenſus, id magis fiebat, ut ſecuri & à ſeculari poteſtate liberi eſſent Religioſi, quàm quod neceſſitas urgeret.*

In profanis ſubjiciam de veterum Comitum ratione quædam pauca. Nomen Romanum & * naſcente Imperio obiter notum, & dignitas *Comitatus Cæſaris* ſub Adriano Auguſto in ore fuit. Sub Conſtantino autem & deinceps ita increbuerat hæc appellatio, ut cuivis generi

Suetonius in Galbam meminit.

In Codice & Digeſtis horum obvia mentio.

neri officiorum applicaretur. Ita Comites ſacrarum & privatarum largitionum, Palatii, Stabuli, Provinciæ, Orientis, &c. Franci porrò in Gallias progreſſi an ejuſmodi Comites undique invenerint & ſervaverint non auſim affirmare. De Comitibus regni & ſtabuli certum eſt & alibi docui. De Comitibus regionum urbiumque leges Caroli M. & Luduvici Pii liquent, ubi juris juſtitiæque omnis ratio à Comitibus exigitur. Et ſanè nominat Chronicon S. Dionyſii in Francia conſtitutos à Carolo Magno Comites ad juſtitiam exequendam plurimos. Comites autem illi ordinariè Ducibus ſuberant, aliàs à *Miſſis*, id eſt Commiſſariis Regiis viſitabantur, ſicubi partes ſuas minùs exequerentur. De his alibi dicam. De Ducibus unus Gregorii locus ſufficit: qui ait Ennodium Turonum & Pictonum Ducem à Childeberto Rege amotum dignitate ad inſtantiam Comitum ſuorum &c. Et percurrenti hiſtoriam Francorum facile eſt obſervare Comites hos nec hæreditarios nec locorum poſſeſſores fuiſſe. Quoad poſterius, id longo tempore in Anglia perſeveravit, à Guilielmo Conquæſtore invectum. Quoad prius, id volunt Franci ſub annum 880. mutari cœpiſſe. Ut ad Brabantiæ Comites deſcendam, fuerunt illi olim plurimi & diverſis nominibus, potentiâ, titulo. Ceterum Godefrido ad Lotharingiæ Ducatum evecto interciderunt omnes, donec pronuper à Cæſare evecti aliquot Toparchæ Comitis dignitatem obtinuerunt.

Apud Fauchetium l. 2. c. 4.

Turonenſis l. 9. c. 7.

COMITATUS
VALHAINENSIS.

Gallis WAVRE Teutonibus WAVEREN.

WAvera (ſic enim ſcriptum olim) celeberrimum totius Brabantiæ Gallicantis municipium, de cujus nomine libenter aliquid definientes audirem, cùm alibi ejuſdem nomenclaturæ pagos ſit invenire, qui cùm à Deipara aut Diva Catherina cognomentum ad diſtinctionem aſſumant, hanc invenio Monachorum Waveram ſubinde nuncupatam.

In Regiſtro veteri Commendatiæ Chantrainenſis.

Jure oppidi donata jam inde à Godefridi Virzonii ævo, ſed munificentiâ Principum Joannis Ducis, Philippi Regis Caſtiliæ, & Coroli V. Cæſaris ita nobilitata, ut quoad privilegia nobiliſſimis Brabantorum urbibus vix ſit ceſſura.

Nundinas liberas annuatim habet poſtridie Matthæi & Aſſumptionis, hebdomadatim diebus Mercurii & Sabbathi.

Prætorem habet & Senatum proprium; habere ſolet Tribus ſuas Patricias, regiones municipii nunc tres, nunc quatuor, nunc plures.

Caſtro ornari ſolet diruto nuper per Marchionem Berghenſem, credo ut vicinum ornaret Valhainium.

Vias lapidibus ſtratas habet plures, pontes flumini ſuperinjectos aliquot.

Domuum ante annos centum, id eſt bello Geldrico, intelligo fuiſſe ultra duo millia.

Senſit autem pluries Martem fatalem illum regnorum urbiumque carnificem, incendio fœdè vaſtata, nominatim bello Geldrico. Anno 1505.

Denique ferro flammâque vaſtata à Gallis anno 1542. ſpoliata ſub initia harum turbarum iterum iterumque anno 1578. anno 1586. anno 1594. & ultimò anno 1604. à milite qui dilatæ ſtipendiorum ſolutionis causâ ſeceſſerat.

Eccleſiam de Wavera Godefridus Dux Abbatiæ Affligimienſi donavit. Anno 1138.

Ubi intelligo Sacellanos aliquando undecim eodem tempore habitantes Rem Divinam peregiſſe, & audio hodieque aliquot hominum millia intereſſe.

Præter Parochialem autem authoritate Julii Papæ Prioratui incorporatam & Archiepiſcopatui Mechlinienſi, jam ſecundò flammis omnino deformatam, ſunt Waveræ ægrorum & pauperum receptacula plura.

Inter alia unum excipiendis hoſpitio Sacerdotibus iter facientibus deputatum cum Sacello Caſtrali à Spontinis, ut audio, dotatum.

Subjectus Wavriæ Prioratus Ordinis S. Benedicti Affligimio ſubjectus, quia in loco Eccleſiaſtici juris Affligimienſium fundatus, idque ratione Iconis cœlitus delapſæ & miraculis clariſſimæ, & vocis à magna hominum turba exauditæ. *Hanc Vallem inhabitabo quoniam elegi eam.* Tum enim ædes ſacris & Religioſorum uſibus ſtrui cœpta. Quam temporum vitio collapſam Carolus Croyacus Epiſcopus reſtituit & alia eximio opere ſuperaddidit ædificia.

De hoc Prioratu pauca dico, quod ſperem opere proprio aliquando hoc tractare.

Viſitur in templo Tumulus ex nigro marmore Godefridi Ducis filii. Prior autem in loco vicino Senatum & tribunal ſuum habet.

Obſerva: Sicut Religioſi ſuos Prælatos Reverendos *nunc & olim* Domnos *abſolutè vocabant*,

Ita Ducem in veteribus computibus *Dominum* nullo adjecto ſcribebant.

Sarta in hoc tractu plura ſunt. Duo hìc inprimis annectam, alterum à vicino Valhaino alterum à Liberto heroë nomen habens illud conſtituente Abbate Villarienſi Paſtorem accipiens.

SART-LEZ WALHAIN & LIBERSART. Ex Viſitatione Concilii Gemblacenſis.

Utrumque lege Leodicenſi Jus & Juſtitiam exercens, & domicellos aliquot ſubalternos agnoſcens.

Hic adſcribo: Uti apud veteres Ægypti

Caſſianus coll. 2. c. 5.

gypti Monachos mos obtinuit pro mortuis *oblationes* fieri, *ita Duces, Nobiles, Ingenui, ſi quando Cœnobiis aliqua donarent, id faciebant* pro animæ ſuæ & parentum ſuorum ſalute aut refrigerio; *phraſi piâ & priſcam pietatem referente.*

Exemplum vide in Bierbaco.

Ne cui novum videatur, aut literas, aut libros à ſigno crucis auſpicari, noveritis veterum Principum & Pontificum diplomata omnia ferè crucis ſignum præferentia, addito ferè verbo: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen.* Ego Godefridus Dux. &c.

Diplom. an. 1116. datum pro Gemblacenſibus ſigno tali præfixo. ✠

Turinum Sulci in ſacris olim Gemblacenſis, nunc Helechemenſis Abbæ cura.

Tourinne les Ourdons.

Nomen cùm alibi & ſæpius his locis extet, neſcio an non ad † Turonos Germaniæ, aut * Turinos Galliæ poſſemus referre, certi frequentes ex utraque gente colonias in Belgio ſupereſſe.

† Nominantur à Ptolomeo.
* Sic Marcellinus vocat qui Cæſari Turonenſes nunc Tourrois dicuntur.

Peculium fuit Glymææ dudum ſtirpis quæ & ſummę juriſdictionis compos eſt. Alibi tamen Domicelli minores ſuum habent, interque alios Miniſter Cœnobii Sanctiſſimę Trinitatis hìc loco qui *Lerinez* dicitur fundati per Ægidium de Lerine Equitem Ducis affinem anno 1215.

Ex litteris Ducalibus ubi immunitatem dat loco & gratiam facit beneficii.
Itemque Papali & Epiſcopali bulla per H. de Vos Miniſtrum mihi tranſmiſſa.

Qui bellis ſacris per ſeptennium vacans, fortè in manus Saracenorum devenit, & opibus Fratrum *Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis de redemptione captivorum* ereptus è ſervitute, aſſenſu Petronillæ de Waha * conjugis, auctoritatem faciente Duce, ſuo in *Allodio* Cœnobium extruxit.

* Obiit an. 1248. 9. Kal. Octob.

Extructoque Leodinum Antiſtitem in ſacris, in aliis Walhainium, Parwetanum & Orbaſium Dynaſtas dedit Protectores, filiumque Guilielmum Miniſtrum præfecit: obiit anno 1260. feſto Aſſumptæ Virginis.

Ex Epitaphiis Petronillæ & Guilielmi, Ægidius enim iterum in terram ſanctam profectus ibi periit.

Interjecto tempore Cœnobio cladibus bellorum attrito Henricus Termundus prę́fuit: * *Per quem quæ ruerat, ſtat reparata domus;* obiit anno 1561.

* Verba Epitaphii ejus in chori medio.

Nota hìc pietatem Brabantinorum, & hoc inprimis, quòd præcipuorum qui in Eccleſia celebrantur, Ordinum exordia in Brabantia plantata ſint, vel ab ipſis Ordinum Inſtitutoribus, vel certè paulò poſt Ordinis inſtitutionem. Id percurrenti ſingulos obvium erit. In Ordine autem SS. Trinitatis mirum ante confirmatum à Sancta Sede Ordinis Inſtitutum, hìc fuiſſe fundatum Cœnobium, & in Gallo-Brabantia una & parvula duo ejuſdem Inſtituti extare Collegia.

In aliis: Ex monumento Lerinenſi, ubi legis *Monſieur & Seigneur Gillis &c.* collige ante annos 400. utraque hæc nomina in uſu fuiſſe, & unum altero majus, aut ſaltem ab altero diſtinctum fuiſſe; cùm alioquin nugatorium foret eidem perſonæ utrumque attribuere.

Thorenbaſium & Opperbaſium (paludem turrium & paludem ſuperam ſonant) illud ab Archimandrita Bonæ Spei apud Hannones, hoc à Capitulo S. Petri Aincurienſis Parœcum accipit. Ab illo eſt * Torbaſioli nomen & dominium olim à Razone Gravio anno 1372. poſſeſſum & Balduino filio tranſſcriptum, denique ad Valhainios reductum.

Thorembais, Saint Tron & Opprebais, & hoc quidem vulgo Aincurienſi Præfecturæ adſcribitur.
* Tourbisoul.

Ab illo veteris & inclytæ ſtirpis cognomen latè hoc tractu potentis & notæ.

Et quamvis titulo Domini Operbaſienſis diverſos & diverſarum familiarum nobiles inveniam inſignitos, ut Samſonis de *Lalain*, Joannis de *Tylli* poſteà, & G. de *Davre* & aliorum: tamen Curiæ Feudalis Codex folio 128. exorditur & nominat tantùm Joannem *d'Opperbais* cedentem Roberto de *Seſſees* Dominium. Ceterum & illo & aliis aliiſque cedentibus intra exigui temporis ſpacium, tandem Anthonius Borbonius eo potitus Joanni Glymæo Valhaini Domino vendidit, in cujus hodieque poſteris perſeverat veteri ornatum arce.

Anno 1448.
Anno 1460.
Anno 1486.

Hìc accipe, Monachos olim primo id eſt probationis anno non ſolere ad Monaſterium admitti; ſed foris ſubſervire hoſpitibus, nec niſi poſt elapſum annum tonderi aut habitum mutare; quæ omnia partim nunc ſervantur. In Villario & alibi ſolent Novitii Religioſi non in dormitorio, ſed loco inferiùs ſeparato, Converſi circa hoſpitale exerceri. Ubique ferè licet habitum religionis Novitii induant, tamen eum non niſi profeſſi plenum & integrum.

Ex Conſtitutione Aquenſi an. 819. per Abbates facta.

Commiſſarius nomen eſt ad diverſa modò officia applicari ſolitum, quo loco olim *Miſſi* vocabantur nomine & ſignificato convenientibus perſonæ. Erant enim a Principe ablegati ad inſpiciendas curandaſve res, qui ob id aliis * *Legati*, itemque *Fideles* † *& Creditarii à latere* vocantur. De eis eſt conſtitutio talis: Ut in domibus Eccleſiarum, neque Miſſus, neque Comes vel Judex publicus quaſi pro conſuetudine placitum teneant, ſed in publicis locis domos conſtituant &c. Ex quo pars officii Miſſorum patet. Scilicet judiciis præerant, ſi quid minus be-

Chronicon Franciæ vocat eos Messagiers, id eſt nuncios.
* Annonio l. 3. c. 100.
† Eidem l. 4. c. 10.
Decret. c. 1. titulo de Immunitate Eccleſiæ.
Ex legibus Caroli & Luduvici patet.

nè à Comitibus factum aut judicatum, emendabant, aut Regi aut Parlamento denunciabant. Hoc officium olim *Miſſaticum* dictum & quoad rem modo exolevit: ſucceſſerunt autem (ſicut Præpoſiti in Francia, apud nos Prætores ruſticani Comitibus) in parte Miſſis Balivi & Miſſorum Primo Balivus quem ob id Magnum vocamus.

Apud Annonium l. 4 c. 15. exemplum vide.

PREVOST.

Corbacum & *Birbaçum*: illud in ſacris Nivellenſis Eccleſiæ ſubditum; hoc *Hevillerii* appendix & cum eo Helechimenſis Abbatiæ alumnum Evangeliſtam agnoſcens.

BIERBAIS & CORBAIS. Brevem paludem & proximam paludem ſonat.

Illud Valhainiorum ante annos 400. peculium ſaltem pro parte, (pro una enim portione legi Bloſios gentiles poſſediſſe.) Hoc, quantùm Codex feudorum cognominis in Brabantia Baronatûs meminit, ſemper penes Valhainii Toparchas fuit, veteri inſtructum arce; unde plærorumque opinio fuit Bibractum Cæſaris eſſe.

Hemricurtius citatunum ex Jacobi Valhainii libetis anonymum Corbacl Dominum. Anno 1518.

Hic obſerva: Monachis antiquitus indictum, ut in Natalitiis & Paſcalibus tantùm veſcerentur volatilibus. Ut æſtimemus aliquo ex fundamento eſſe, quòd noſtri Brabanti in Pentecoſtes & Aſcenſionis feriis etiam veſcantur Volatilibus.

In Conſtitutione Aquenſi an. 817.

Aliàs obſerva ex Epitaphiis paſſim & Rythmis hiſtoriæ noſtratis veteribus, in eo Poëtas noſtros tam Latinos quam Vernaculos conveniſſe, ut verſus, quos Leoninos vocant Grammatici, ſcriberent & non alios.

Reſtant *Vilrutum* & *Fanum S. Pauli*, hoc à cognomine apud Leodienſes Canonicorum Collegio & nomen & Paſtorem & jus in parte accipiens, cætera Valhainiorum, & ingenuorum de BRANDBURG ab antiquo peculium: illud præſentante Santrainii Commendatore gaudet Paſtore crucifero Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani.

VILROUX & S. POL. Rubram Villam ſonat.

In foro plures numerans Domicellos.

E quibus gentiles à loco nomen ſortiti fuerunt adhuc anno 1518. Orbaſius Toparcha, Salmenſis Comes, aliique aliquot ſuas cum Senatu curias ſolent habere.

Atque hæc quidem ſunt Comitatûs Valhainenſis loca. Alia quæ deſiderare poſſes, omiſſa hìc, quære Velpam in Thenenſibus, Glymeam in Geldonia.

Beaury & *Suſry* appendices ſunt Curiæ S. Stephani, Novum ſartum Coreti majoris, *Haize* Nigellæ S. Martini in ſequentibus.

Partes reliquæ Comitatûs veteris Gemblacenſis

SIVE

PRÆFECTURÆ MONTANÆ.

A Divis nomen mutuant *Fanum Gaugerici* & *Lamberti* & *Curia Stephani*.

SAINT GERY. S. LAMBERT. COUR S. ESTIENNE.

Prius fuit olim aut appendix aut beneficium Toparchæ Sombreffienſis, niſi quod alicubi Abbatia Villarienſis & Domini Orbaſienſes ſuam habent portionem. Olim fuit Valhainiorum. Alterum ſacrum patrimonium & Patronatus eſt Abbatiæ de *Salſines*.

Ex Codice Feudali DD. Sombreffiæ. Anno 1250. Ægidius. Donominantur Hemricurtio. Ex Viſitat. Gemblacenſi.

Ultima, ubi in præſentationis Paſtoralis communionem cum Domino Temporali venit Abbas Gemblaſenſis.

Ex eadem.

Quia autem longè lateque hujus ſe pagi extendit ambitus, plures etiam ſunt Domicelli.

Locus *Belli* & *Superi Rivi* Glymæos & eorum poſteros Valhaini hæredes Dominos majoris juſtitiæ compotes agnoſcit. Alibi ſunt & villæ & prætorea à gentibus de Barre, Berchen, Stalle, poſſeſſa & tranſmiſſa.

BEAURY & SUSRY. Anno 1518.

Morem ſacrum cum Molano hìc annotabo creandi quotannis inter pueros Epiſcopum qui in choro & benedicit & poſtremum, id eſt honoratiorem, in proceſſione locum obtinet. Morem tuetur Bernardi ſententia. Feſtinavi, *ait*, hodie, & noſipſi præter conſuetudinem ceterarum facturi proceſſionem, &c. *Ceterùm Synodus* 8. Aulas graciæ damnat, ubi *certis diebus quidam Epiſcopalibus induebantur ad oblectationem, ſimiliter Concilium Baſilienſe. Et Joannes Gerſon de* 8. *Epiphaniæ, quam ſtultorum vocat feſtum, ob id tractatum ſcripſit.*

Sermone 2. de Purificat. Seſſ. 24. ubi pulchrè depingit morem illum.

Paulò planius Durandi verba hunc morem exponunt. Qui feſto Prothomartyris Stephani Diaconos, Joannis Presbyteros, Innocentium pueros, octava Epiphaniæ vulgum ſolere benedictiones facere docet & reprehendit. Noſtra autem conſuetudo, etſi quædam, non tamen omnia habet cum illis communia: & fit vel piè facti alicujus memoriâ ab Athanaſio, Nicolao, aut aliis Epiſcopis

L. 7. Rationalis c. 42.

copis; vel ad innocentis ætatulæ diei iſtius occaſione dignitatem oſtendendam.

In profanis quæro: An quod paſſim omnia Diaria & Indiculi imò Annales annotant, primò ſaltatores in Brabantiam veniſſe, & iterum tempore interjecto apparuiſſe, intelligendum ſit de eis qui ad cantum & numeros certâ ratione pedes dirigunt, an de iis Lymphaticis quorum meminit Chronicon Trudonenſe.

Anno 1004. Anno 1373.

MONTES hìc ſunt *Albus*, *Niger*, *Calvus*, Lezii, Monaſterii ad Tyliam, Principis beneficium: Priores undequaque ab arbitrio Domini pendent, qui nunc idem eſt cum Ligniacenſi: fuit anteâ inclytæ ſtirpis de *Jupleux:* fuit antiquitus Valhainiorum.

BLANMONT NORMONT SCAILLEMONT. Teſte Hemricurtio.

Poſterior quantùm Codices meminerunt ex Montigniaca ſtirpe Dominos habuit, ſibi invicem ſuccedentes. Donec Otto Marcanus id à Michaële Montiniaco obtentum Engelberto Angiano vendidit. In cujus poſteris hæſit uſque ad mortem Luduvici Equitis. Tunc enim Franciſca *d'Argenteau* cum Bernardo *d'Orley* Equite beneficium profeſſa. Quod idem mortuâ Franciſcâ *d'Orley* fecit hæres Anna *de Rubenpré*.

Codex Feudorum fol. 11. Sub an. 1400. Anno 1487. Anno 1560.

Hìc obſerva ex Baronio, Monachos olim omnes pullis ſive nigris uſos veſtibus, quod idem hìc obſervatum.

Tomo 2. fol. 205. Id probat.

Et amplius antiquitus in diplomatibus Duces pronomine *Ego* ſuam perſonam expreſſiſſe.

Joannem primum primò vidi uſum numero multitudinis *Nos*, licet Henrici ante eum in Teutonico *Wy* ſubinde dicant.

Sunt in hoc *Nigella* aliquot, primariæ duæ à Tutelaribus Divis Martino & Vincentio nomen ſortitæ, & illa quidem in Sacris Abbæ Gemblacenſi, hæc Abbatiſſæ de Salſines obnoxia.

NIEL SAINT MARTIN NIEL L'ABBESSE. Nominis rationem pete in Nivella.

In foro illa partim Valhainios, quoad Dominium puta Haizenſe, partim * Sombreffios, partim Gemblacenſem Abbam agnoſcit agnovitque ab omni patrum avorumque memoria.

* Codex Feudorum fol. 45.

Hæc alibi Priorem Gerardo-Sartenſem, alibi Dominos habet, quâ nimirum patet Nigella petroſa.

NIEL LA PIERREUSE.

Hoc inſeram: Quia niger color teſſera quædam eſt Chriſtianæ Philoſophiæ, *Duces & heroës noſtrates qui vulgò & ſemper coloratis utebantur, cum ſecederent ad ſanctiores curas, nigras induebant.*

Id prob. Baronius tom. 2. ad annum 256. Exemplum in pictura Ducis Villarii.

Labrum in Galliis Regium, in Brabantia Ducale, quo in gravioribus bellis uſi Principes, aliquid ſimile ſacro fuiſſe ex eo patet, quod illud in Abbatia * S. Dionyſii, hoc in † Affligimienſi aſſervatum legam: & illud nonniſi ab ipſo olim Rege ſacra exomologeſi expiato & ſynaxi munito transferri ſolitum.

* Probat id Fauchet l. 2. de Militia Franco. †Ex M S. Zeli Stadienſis, quem habeo.

Sunt etiam *Conrodia* ſive *Coreta* duo, unum à Caſtro veteri, alterum ab amplitudine nominis ſortitur appellationem.

CONROY LE GRAND, CONROY LE CHASTEAU.

Illud Abbates Gemblaci, Villarii, Floreffiæ, Abbatiſſam Monaſterii ad Sabim & Paſtorem Velrutenſem Eccleſiæ Patronos habet: hoc Capitulum Apoſtolorum Principis Leodicenſium.

Et ab eodem Senatum accipit hoc, illud à Comitibus de Vianden & Naſſavia ſtirpe ab annis 200. & ampliùs poſſidetur triplicis juriſdictionis viâ.

Codex Feud. f. 31

Huic ſubcenſetur utrumque *Sartum novum* & *vetus:* hoc Sombreffiæ, illud Valhainii Toparcharum poſſeſſio fuit.

Eodem referenda *Caſtrum Dominæ Alernæ* Abbatiæ Gemblacenſi ad & ſubjectum.

CHAUSTRE ALERNE.

Caſtrum Globi ejuſdem peculium, niſi quà Sombreffienſes ſolent in partem venire.

CHAUSTRE LE BOULE.

Caſtrum item unde familiæ nobili nomen & origo eſt, cujus reliquiæ ante annos 100. adhuc alibi ſuperfuerunt.

LE CHAUSTRE.

Hìc in memoriam reducendum: dum alibi in Brabantia Canonicos pileis violaceis, alibi choraules epomide aut togâ vides violaceâ, reliquias eſſe veteris Sacerdotum ſecularium amictûs, qui erat violaceus.

Probat Baronius tom. 4. ad an. 353.

Et iterum: Vocabulum *Damoiſel* (ut nunc,) fœminis aut virginibus non attributum olim, ſed adoleſcentibus Magnatum filiis.

Ex Fauchet l. 1. de Orig. armorum.

Limalia & *Limaliola*. Illâ utriuſque juriſdictionis participes habet Capitulum Cameracenſe & Toparcham loci, qui multo tempore idem fuit cum Orbaſienſi.

LIMALE & LIMALETTE. Anno 1518.

Hæc à Monaſterii ad Tyliam Paſtore Paſtorem accipit. Dominos habuit ſemper quibus Limaliola cognomen, agnomen *Briſefeſte*. Quibus poſt longi temporis ſpatium Ægidius *de Borchoven* mortuâ matre, cui hæc dos erat, ſucceſſit & eodem anno Dominium Urſeliis nobili & Equeſtri apud Antverpianos familiâ oriundis vendidit.

Anno 1500.

Monaſterium autem *ad Tyliam* pagus eſt & Dominium beneficiarium Toparchæ Tiliacenſi, à Sombreffiis poſſeſſum olim, quod vendens Sombreffiam Verneburgicus Comes Annæ naturali ſuæ reliquit nuptæ Paulo de Carondelet.

MOUSTY SUR THY. Anno 1544.

Anno 1573. rondelet: Qui acceſſione ſupremi juris gladii à Rege acquiſitâ dominium reddidit auguſtius.

Legem hîc inſero antiquiſſimam in Brabantia ab Henrico primo latam: Templo ædibuſque ſacris honos eſto, & ne quis pilam, neve trochum in area aut circum illa ludito. (Lipſius l. 2. c. 7. Lovanii meminit.)

(Ex obſervatis Fauchetii.) Nomen *Paige*, quod nos gallizantes Ephebis Principum & nobilium attribuimus, olim vile erat ei proprium & qui Domino aut Magnati cuipiam à pedibus erat.

(Dion le Mont & Dion le Val, Grand Lez & Petit Lez. In majore Divlono Gemblacenſis, in minore Alnenſis Abbates Paſtorem conſtituunt.) Reſtant utrumque *Divionum* montanum & campeſtre, & utrumque *Lezium* majus & minus. Priora Abbam Gemblacenſem & ſtirpem quæ à loco nomen habet, agnoſcunt. Poſteriora à Canonico Floreffienſi in ſacris paſci regique ſolita; & majus quidem à Sombreffiis olim, nunc à Marcano Comite: minus autem à Valhainiis olim & gentilibus de Recourt ſolet poſſideri.

[1] Quod legimus ſtatutum, ut Monachorum capita poſt profeſſionem [2] triduo cappâ velentur, & ſilentium [3] imperetur, apud nos partim olim ſolet, partim nunc ſervatur.

1 In Conſtit. Aquenſi anno 817.
2 In Carthuſiis ſolet ſervari.
3 Apud Annunciatas tacent diebus 10.

Ne quis noctu perſonatus, neve mutatâ veſte obambularet, optima veterum Ducum lex fuit.

(Ottignies & Melery.) Sequuntur *Ottiniacum* & *Melioriacum Berga* & *Genetina*. Priorum Eccleſia à Dominis pendet qui ſunt hujus quidem Abbas Gemblacenſis (à quo nuper Villarienſes emerunt;) illius ab omni hominum & ſcriptorum memoria Sombreffiæ Domini.

Poſteriores Affligimienſis illa, Bonę Spei hæc Abbatiæ Collegium in Eccleſia agnoſcit. Hæc tum alios plures tum in primis Daurianę ſtirpis Dominos habuit, & per Mariæ nuptias cum Joanne *Tserclaes* in mariti & natorum tranſiit nomen hæreditas.

Horum neptis Franciſco d'Hawans elocata in eam familiam tranſtulerat, ſed mox venditum Annæ Brandeburgicæ Dominium.

Illa Sombreffiorum peculium pro parte: quod Conrardus Verneburgicus Euſtathio Croyo anno 1536. Croyus Anthonio Marchioni Bergarum tranſſcripſit anno 1538.

Legunt in Conventu nocturno 12. Pſalmos & lectiones teſtamenti, ait de Monachis Ægypti Caſſianus. Unde diſco Matutinarum precum noſtrarum veterem uſum. (L. 2. Inſtit. c. 6.)

Gradus Judæorum Bruxellæ, Mons Judæorum Antverpiæ, Vicus Judæorum Mechliniæ, plateæ & loca à Judæis dicta in omnibus ferè urbibus docent quantus eorum hîc olim numerus fuerit. Unde ergo ita extincta hæc natio? Arma in eos etiam invito Duce ſemel ſuſcepit vulgus, & bis perſecuti ſunt eos ad extremum uſque juncti animis & votis populares. Cauſam puto nefaria & ſacrilega quædam in noſtram Religionem tentata. (Anno 1171. & anno 1347.)

Atque hæ quidem ſunt potiores Præfecturæ Montanæ partes, quas omnes Comitatui Gemblacenſi adjungit is quem in initio laudavi manuſcriptus, fides penes auctorem eſto, penes lectorem arbitrium.

PRÆFECTURA HULPENSIS.

(Ter Hulpen.) HUlpenum & amplæ juriſdictionis & primæ famæ hîc loci municipium, ab Henrico Duce, niſi fallor, oppidi jure donatum. Certè ante annos ter-centum inter oppida ſolitum ad comitia vocari & chartis ſubſcribere.

Forum habet ſingulis Martis diebus.

Sunt in hoc tractu plures molæ, ubi ex pannis ad nihil utilibus charta conficitur.

(Wauti-brain, Braine Lalleu.) Sunt his locis *Brania* aliquot, una *Comitis* (puta Hannoniæ) altera *Caſtri* (id hodieque ibi viſitur) tertia *Walteri* (ab heroë ejus olim poſſeſſore,) quarta *Allodii* (de hac voce ſupra dixi) nomen referunt: poſteriores duæ huc referendæ.

Ceterum has appellationes volunt à † Brenno Gallorum * Duce, omnibus Romanam Hiſtoriam vel obiter adeuntibus notiſſimo eſſe: non improbabiliter; cùm inſuper Senonum in Senna flumine veſtigia videamus & plures * Brennos in Hiſtoriis ſit invenire, & facilè fuerit ab uno eorum hæc nomina eſſe.

† Annales noſtri & Hannonum.
* Polidorus l. 1. eum Anglum facit ſed Gallorum Ducem.
* Vide Juſtinum l. 24. & noſtram Galaciam.

Ad rem noſtram quod facit; *Walteriana* in ſacris *Perſonatum* habet, aliàs Capituli Nivellenſis & Baroniis Gaesbecani peculium eſſe ſolet. In quem autem Gaesbecani ſuam transtulerint curiam nondum intellexi. (Anno 1518.)

Allodialis ad fauces Sylvæ Sogneſiacenſis fertili agro conſtituta Eccleſiæ Cameracenſis clientela in ſacris, in foro Wittemiorum (inclyta ex naturali Ducum ſemine originem, & ſpecioſo ultra Moſam caſtro nomen refert familia) Toparchia jam inde ab Henrici Wittemii tempore, qui id à Principe obtinuit, ſupremæ juriſdictionis titulo honoratum & pluribus auctum privilegiis. (Anno 1482. Codex Feudorum fol. 69.)

Walte-

Walteriana ab Equite illuſtri nomen habet, qui in fundo ſuo ante annos 500. pluſminus, Ciſtercienſis Inſtituti fœmineam extruxit Abbatiam, celebrem illam & Cantipratenſis tempore *Sanctarum Altricem Virginum & integræ pietatis hoſpitium.* Cœnobium ante annos 28. flammis abſumptum partim Catherinæ *de Leſte* repari cœptum, partim Joannæ *Weſſen* Abbatiſſarum induſtriâ reſtauratur.

Ex communicatis mihi per loci Prælatam ex Archivis Monaſterii.

Allodialis inter prima Brabantiæ Gallicantis loca recenſeri ſolita, oppidi jure donata à Joanne Duce, nundinas ſuas habens ſingulis ſeptimanis incidentes in diem Martis.

Galliçè DAMP.

Tumulus Lintris & in Parco talis eſt.

Hic obſervo; ſicut Dompnus *Abbatem, aut ſeniorem olim,* Nonnus *aliàs Monachum ſignificabat, ita* Dompnas & Monnas *genere fœmineo uſurpatas, quod tumuli aliquot & diaria defunctorum ubique teſtantur.*

Et quæro: Unde mos fluxerit, quod in Nundinis Gemblaci (quæ in feſtum DD. Huberti & Magdalenæ incidunt) apparitores Namurcenſes ſolerent ad portas oppidi excubare, auxilio futuri ſicubi tumultus oriretur? An fortè ob injurias Monaſterio recens extructo illatas ad hoc ſervitutis genus damnati ſunt? An priſcæ juriſdictionis aliquod eſt veſtigium?

OPHAIN. OHAIN.

Sunt cognatæ terminationis *Ophanium* & *Ooſthanium*, quaſi dicas Superum & Orientale Haynium, utrumque à Collegio Metropolitanæ Cameracenſis Parœcum accipiens, utrumque Ucclenſi lege jus juſtitiamque procurans.

Hoc quantum Codices meminerunt Patritiæ Antverpienſis Hinckartiorum familiæ peculium fuit: illud olim Trazeniacenſium, denique Huldebergicorum, ultimò per unicæ hæredis nuptias cum J. de Davre in illam tranſiit familiam & etiamnum perſeverat, plena totius juriſdictionis ſupremæ auctum poteſtate per Hectorem de Davre.

Anno 1460. — Anno 1560.

In cujus Dominii fundo ſita eſt Ordinis Ciſtercienſis Abbatia virilis, cujus Encomium ſequitur.

ENCOMIUM
ABBATIÆ NIZELLENSIS.

Anno 1502. & 1577. combuſta Nizella.

Nomine, dote, ſitu ſacræ Nizella Nivellæ,
Proxima, tolle caput bis redivina tuum.
Jam bis pauperie, bis flammis obruta, ſurges
Sub Mongaliarti tuta patrocinio.
Secula nunc abiere duo, cum exile Sacellum
Ædes Chriſtiparæ ſacra Nizella foret.
Ædes, exiguoque propinqua Colonia fructu,
Unius appendix una Monaſterii.

Nizella villa Abbatiæ Molinenſis anno 1405. in Abbatiam erigi cœpta.

Quod Namurcæi vulgata voce Molinas
Dicunt Moſani littoris in nemore.
Hinc paucos numero ſolet ablegare quotannis
Providus è Monachis Cænobiarcha ſuis.
Qui rem divinam peragant, parvoque potentes
Paupertatis onus, Relligionis opus
Nizellæ tolerant. Illi dum juſſa faceſſunt,
Fœcundum ornant Omnipotentis agrum.
Et placet in tenera vires tentare inventa,
Et pietate rudem & moribus & ſtudio
Formare, & monſtrare viam quà detur in altum
Surgere. Fit fructus, conſiliumque juvat.
Et multi (multorum etenim fœcunda nutrix eſt
Nobilium hæc regio) queis opulenta domi
Res erat, officii memores, gratique ſtudebant
Munificâ affectum prodere poſſe manu.
Primus in his ſuperæ poſſeſſor nobilis Haynæ
Augendis numero fratribus auxit opes.
Denique *Roſoriam* Princeps Nivellica villam
Adjiciens fructus obſequiique memor.
Impetrat Abbatis titulos: Ita nempe duorum
Aucta opibus tollit mite Nizella caput.
Mantua ſed miſeræ nimium vicina Cremonæ,
Immeritò ſortem & fata aliena tulit.
Dum Gallos equites Hallenſis turma gradatim
Inſequitur, profugos ſola Nizella capit
Sola Nizella capit, capiturq; & deniq; flammis
Subjicitur vitio non rea facta ſuo.
Nec ſat erat ſemel in flammas abiiſſe; ſuumque
Poſt annos aliquot vix reparaſſe decus.
Ni furor hic etiam ſcelerum monumenta ſuorũ
Civilis belli conſtituiſſet. Ad hæc
Plures incultam, bellis gliſcentibus, annos
Buyſerette domum reſtituiſſe paras.
Sed bellũ & comes armorũ prohibebat egeſtas
Sperati metam tangere conſilii.
Donec Evangelii facundus Præco, jubente
Principe, lapſuram ſuſcipit Abbatiam.
Cui reparare, ornare & ſacris uſibus aptum
Reddere ſola locum ſolicitudo manet.
Amplius hoc agitur, quæ Nobilium fuit olim,
Ordinis ut fiat totius una ſchola.
Quiſquis es, ante annos aliquot vidiſſe Niſellã
Qui memor es, propera, grande videbis opus.
Hortos Alcinoi cum Dædaleo Labyrintho
Aſpicies, & ſi vixeris aſpicies
Nil quod Niſellæ referatque oleatque ruinas,
Voce *Niſella* olim, re *nova ſella* modò eſt.

Nizella Nobilium adoleſcentum ſchola.

D. de Ophain primus Cœnobii Fũdator, 3. de Huldeberge.

Abbatiſſa Nivellenſis altera Fundatrix quæ ex Priõtatu fecit Abbatiam.

Anno 1577. à præſidiariis Hallenſibus incenſa.

Anno 1502. fortuito incendio exuſta & ex eleëmoſynis oppidatim collatis reparata Carolo V. permittente.

Hugo Buyſeret an. 1589. Oratorium Nizellienſe reparat

Bernardus Mongaliartius Principum Evangeliſtes an. 1602. hic Abbas fit.

Nizella Seminario Ciſtercienſi deſtinatur.

Hic obſerva, propriè noſtrates carmen Chronicon vocare Incarnationem, *quia nimirum annum numerat & auſpicatur ab Incarnato Dei Verbo. Et cùm ſolerent olim in Diœceſi Leodina annos Chriſtianos in Paſchate inchoare, invenio denique ſtatutum ut eoſdem inciperent à die natali Servatoris noſtri ſupputare.*

Anno 1324. Ex Chronico Leodien. & Indiculo Opmerii.

Quæro, an fidem mereatur quod omnes uno ore annales noſtri & ſcriptores tradunt, *Joannem de Temporibus* Equitem

tem Carolo Magno militaſſe & 361 annos vixiſſe, mortuumque anno 1134.

Ooſtkerke Geneval.

Anno 1519.

Anno 1532.

Sequitur *Fanum Auſtrale* & *Vallis Juniperi*, pagi duo undique ab arbitrio Dominorum gubernati. Hæc peculium Sombreffiorum olim fuit, illud Glymææ ſtirpis Joannæ dos, quæ in Rimerſwalios ex ſe natos tranſmiſit.

Chapelle S. Lambert. Anno 1566.

Quibus accedit *Fanum Lamberti* etiam à Sombreffiis poſſeſſum nuper, ubi ſupremæ juriſdictionis Andreas *Cambré* titulum cedente Rege acquiſivit.

Hic obſerva, ut minori negotio jus ſacrum adminiſtraretur, ſolere in Brabantia Epiſcopos ſuum habere Officialem, Cameracenſis ferè Bruxellæ, Leodinus Lovanii. Et quia privilegia Brabantiæ vetant quempiam extra patriam ad judicium trahi, hodieque Mechlinienſis Antiſtes in pago juris Brabantici circa Mechliniam, Namurcenſis Præſul Gemblaci ſuum cenſetur habere Tribunal.

Anno 1419. In Indiculo veteri ex Archivis Antverpiæ petito.

Quod legitur alibi, *Ægyptiacos primò in Brabantia viſos*, an intelligendum de fanaticis illis & veridicis, ut aiunt, qui ſubinde conſpiciuntur?

Witterſies.

Reſtant *Witterſiacum* in ſacris Miniſtrum Aureæ Vallis, in foro eoſdem dudum cum Ophanio Toparchas habens.

L'Hermite. Le Loz. Planchenoir.

Heremus Hincartiorum ab antiquo peculium, *Allodium* Collegii Nivellenſis, *Plancenotta* Capitulo Cameracenſi in ſacris obnoxia, aliàs à Wittemiis poſſeſſa.

Hic nota, Leodienſibus ita ſemper probatam fuiſſe Brabantorum pietatem, ut nuſquam ſæpius & citius confugerent, ſi quando moles aliqua ſuæ impenderet Eccleſiæ. Canonici Leodicenſes aliquoties Lovanii reſederunt: Cœnobia Virginum quatuor leges relictâ Leodicenſi ditione in Brabantia quietis locum elegiſſe, & permanere adhuc.

Obſerva generalia quædam quaſi fata plurium regionum & urbium eodem tempore.

Anno 1309. & poſt annum 1474

Bis in pleriſque alicujus momenti oppidis plebs quaſi collatis capitibus in Senatum conſurrexit. In Belgio, Francia, Anglia & alibi plures poſt Cortracenſium pugnam audaculi interfectorum ibi Principum & Nobilium perſonam aſſumere & vulgo illudere præſumpſerunt. Atque hæc quidem hoc loco ſufficiant.

FINIS.

Antiquitatum Tractûs Gemblacenſis.

GELDO-

J. B. GRAMAYE.

GELDONIA.

Jodoigne Gallicè, Geldenaken Teutonicè.

Jodoigne idem eſt quod me dedo.

LOci hujus & nominis rationem annalium noſtrorum ridiculi compilatores à Romanis petere audent.

Addunt alii fucum fabulæ, appellationem ex eo manere quod venienti in Belgium Julio ſe dedentes incolæ, meruerint immunitatem, & amplius Romanorum appellari & eſſe colonia.

Hoc certum, ab omni hominum & ſcriptorum memoria tractum cujus Geldonia caput, & linguâ uti è Latino corruptâ, & *Romain pays* id eſt, ditio Romana nuncupari.

Quid? quod hodièque qui Geldonicè loquuntur, Romanè loqui vulgo dicantur.

Parte 2. vita 42. Agyologi Brabantinorum.

Manuſcriptus Rubeæ Vallis, vocat *Geldoniam locum Haſbaniæ ad villam Brunbaſium.*

Inde eſt urbis inſigne Leo cum 2. turribus, vel ut olim caſtrum.

Arx ab antiquo fuit eminenti illa urbis ſita loco, lætos circumquaque campos latè proſpectans, à Godefrido III., ut opinor, Duce ædificiis aucta & exornata.

Id etiam notatum à Lud. Guicciardino.

Ubi propter cœli ſolique clementiam filios Ducales educi educarique ſolitos tradunt; addo ego, impuberes annos exigere.

Cingunt undique muri prælti, unâ etiam parte ingentes foſſæ. In aditu Turris munitiſſima & ſub turri porta. Quà tranſeuntibus offert ſe amœna planities ædificiis ad uſum Principis & Palatinorum egregiè inſtructa.

Ruinas vidi: Tota enim moles incredibili omnium vicinorum, qui theſauros & privilegia ſua eò detulerant, incommodo per Auraicarum partium milites ſuccenſa in cineres abiit anno 1578.

Loco, ubi nunc urbs eſt, conſtanter omnes quos adii & audivi putant nemus fuiſſe Palatio ſubjectum, argumento foſſarum & antri unius reperti.

Urbem autem longè majori ambitu cinctam veſtigia foſſarum ultra fanum Medardi videntur perſuadere & Parochiæ duæ Urbanæ.

Et ne quis credat, id rationis parum eſſe, noverit alteram iſtarum D. Lamberti domos quaſdam habere ſuæ juriſdictionis in altera & remotiori parte ſuburbani; ita ut inter illas & Eccleſiam urbs moderna interjecta ſit.

Cæterùm urbis quæ nunc conſpiciuntur, mœnia, etſi neſciam quo tempore extructa ſint, ſtructura tamen arguit trecentorum annorum ætatem tuliſſe, & libenter crederem, eodem, quo caſtrum reſtauratum tempore, id eſt, ſub Godefrido III.

Urbis opera fuerunt ante nuperam cladem, Curia, Hallæ, Prætorium, Palatium Vice-Comitum, &c.

Portæ tres, Viæ publicæ octodecim, Contubernia civium olim tria.

Fata urbi & calamitates præcipuæ advenerunt.

Sub anno 1155. Chonicon Leodienſe.

Cùm eam Godefridus Dux noſter ſui juris fecit. Et uno verbo quoties cum Leodiis aut Namurco Ducibus noſtris res fuit, ſenſit vicinum malum Geldonia.

Divæus l. 8. Rerum Brabant.

Noviſſimè oppreſſa à Saxonum Duce anno 1489.

Et per has turbas ſemel quidem tota à milite Auriacenſi propemodum incendio fœdata anno 1578.

Pauloque poſt à Bredano præſidio occupata anno 1588.

Et nuper bis à milite ſolutionis dilatæ causâ ſecedente & tumultuante ſpoliata annis 1602. & 1604.

Vixit ſub an. 659. M.S. Rubeæ Vallis pag. 1. vita 42. Agyologi Brab.

Ad civitatem quod attinet: Comitem Geldoniæ olim fuiſſe certum eſt, ſi vera eſt D. Raginulphæ hiſtoria, cujus parens Ado Comes Geldinienſis vocatur.

Vixit ſub annum 700.

Ex cujus poſteris an fuerit Alpais Pipini pellex, neſcio, certus eam hiſtoricis Comitiſſam appellari, & Geldoniam poſſediſſe. Et cùm potiorem patrimonii ſui partem Eccleſiæ tranſſcriberet, *Geldoniam* etiam *donaſſe à Duce Brabantiæ tanquam Hogardienſis Collegii Advocato poſſidendam.* Hæc ex archivis Hogardiæ.

Ex litteris fundationis per Waltherum Scharens Apoſt. Notarium anno 1102. teſtibus Eccleſiæ Capellanis tranſſcriptis per D. Melderatenſem mihi datis.

Id Chronicon M. S. per D. Comitem Bauſigniacenſem mihi utendo datum. & Leodicenſe tradunt.

Cæterùm cùm indubitatum ſit Geldoniam poſt receſſum Normannorum & ſub initia reducti Ducatus Lotharingiæ ad Comites Lovaniæ, penes Comites Duratenſes fuiſſe, ſuſpicor eos tanquam *ſubadvocatos Hogardiæ* id juris habuiſſe. Et cùm inter Ægidium Comitem Duraſſi & Ducem noſtrum ob leves cauſas nata controverſia in bellum erumperet, Dux armorum jure occupavit, &, quod credo, per leges pacis dictas retinuit.

Hemricurtius ait à Gilberto Comite ultimo Duraſſi venditam Geldoniam, tempore Alexandri Epiſcopi Leod.

Tunc temporis autem Allodium fuiſſe non feudum, ex chronici verbis videor colligere. Ubi traditur Ægidius Comes Duraſſi, Clermonti Dominus &c. *Fratribus Cononi & Petro Feuda ſua tranſſcripſiſſe, Geldoniam ſibi ſervaſſe.*

Sub annum 1260.

Proxima & affinis Comiti dignitas *Vice-Comitis* quam ante 300. annos in uſu fuiſſe comperio.

Immunitate gaudet ampliſſimâ, & de more priſco primam è pratis Ducalibus fœni quadrigam ſibi aufert.

Id muneris nunc eſt penes Glymæos: ex quibus Jacobus Vir à militia clarus, nec minus in litteris verſatus; cujus humanitate uſus & beneficio, loca Geldoniæ perluſtravi.

Guber-

Gubernator urbis à Senatu per Ducem conſtituto in ſingulos annos. Juſtitiæ adminiſter eſt Balivus.

Utuntur conſuetudine Lovanienſi, & Lovanium appellant.

Gaudent privilegiis non paucis; ita ut olim magno numero vicini Nobiles in civium album ſua nomina referri magnâ ambitione optarent.

Hebdomadarium diebus Saturni forum, annuum ter, lunæ poſt octavas Paſchæ, & natalem Martyris Dionyſii; itemque feriis D. Lamberti. Quo tempore libertatis ſymbolum *ſtella lignea ex fune* per medium forum deducto ſuſpenditur.

Godefridus ſub Henrico I. in bello ſacro clarus.

Nec tacendum nobilem olim cognomento à *Geldonia* ſtirpem inter Brabantiæ Proceres recenſitam.

Ut autem ex ungue Leonem æſtimes, ſufficit unum quod legis, Geldoniam Joanni Duci ſuppeditaſſe cives 300. manente adhuc juſto ad tutamen arcis præſidio.

Quoad rem ſacram: intra mœnia, ut nunc ſunt, ſolum Virginis Matris Sacellum eſt à civium contuberniis extructum, & nuper ſacro Roſarii Sodalitio per Namurcęum Antiſtitem honoratum.

Anno 1605.

Eſt & Noſocomium per Principis commiſſarios hactenus adminiſtrari ſolitum.

Ex monumentis & relatu Virginis primatiæ.

Et Virginum tertiæ Regulæ D. Franciſci Collegium, quibus Nivellâ advocatis ſumptu inclyti Viri Jacobi de Glymes & conjugis domus adornata & Sacellum Antiſtitis Nicolai ad ſacros uſus permiſſum. Numerus earum aliquando à vigeſimo parum abfuit, nunc pauciores ſunt.

Sub an. 1516.

Haud procul à portis in edito colle vetus D. Medardi fanum eſt, Parochiale totius oppidi.

Illud, ut fama tenet, extrui cœptum loco qui hodieque veteris cæmeterii appellationem ſervat, ſed tranſlatis miraculo in collem hunc lapidibus & cæmentario apparatu, hìc perfectum.

Anno 1175.

Ex diplomate originali ubi hæc Dux confirmat, quod eſt in Archivis de Chantrain Lovanii.

Anno 1180.

Guilielmus autem *quondam Comes Durathienſis ſtatuit in* hac *Eccleſia Fratres Hieroſolimitanos dans eis præbendam Eccleſiæ, & Comitiſſa Erlendis decimam de Hupain adjecit, auxerunt ſecuti Comites Ægidius & Giſbertus.*

Olim certè plures hujus Ordinis Equites, Sacerdotes, coadjutores hìc reſediſſe conſtat.

Cæterum Paræcus & Eccleſia immediatè olim ſubeſſe ſolet *Præceptori domuum in Brabantia & Hasbanio*, cujus generis Gerardum invenio. Nunc Commendator Santrainius præeſt. Quem obſervo ante annos 200. ſemper ferè ex intimo Ducum conſilio fuiſſe.

Anno 1252.

Æquali ferè ab urbe ſpacio D. Lamberti templum à Canonicis S. Pauli Leodicenſium dependens & ſuburbanum totum ferè ſui juris habens quoad Sacramentorum perceptionem.

Ad hoc & hujus Rectorem ſpectat Cura Beginaſii veteris, ubi tamen ab hominum memoria vetulę dumtaxat aliquot foventur.

Ante annos 150.

Nec procul hinc leproſarium dives & opulentum à Glymæis dotatum,

Solet etiam avorum memoriâ hìc eſſe Recluſorium unius qui ſtipe collatâ vitam ſuſtinebat: nunc omnia interierunt.

Suburbanum Geldonienſe amplum olim, & ædificiis, quod rudera oſtendunt, undique cinctum, alibi ad 500. ab urbe paſſus.

Appendices Urbanæ plures, & inter alias *Hupania*, de qua ſupra.

Hupain & Molenbisoul.

Molenbaſiolum caſtro veteri conſpicuum.

Geſtum Marianum, de quo poſtea.

Sciendum etiam ante erectionem novorum Epiſcopatuum Geldoniæ Decanatum fuiſſe, plures ſub ſe pagorum Eccleſias habentem.

Comitatûs olim, nunc Præfecturæ Geldonienſis membra ſunt.

Jodoigne la Souveraine.

GEldonia ſuperior, fortè à ſitu. Hinc enim Geta fluvius in urbem delabitur. Et dubitavi aliquando an non à Getæ aquis Geldenacum ſortiatur appellationem: cum Aquas germanicæ AKEN efferri doceat Aquenſis urbs, & cætera non longè à mente recedant & etymo. Non diſſimulandum tamen in veteribus regiſtris appellari hanc quidem *Jodoigne la ſouveraine*: urbem verò *Jodoigne le marché ville & franchiſe*, id eſt Geldonia fori aut municipium. Illius res ſacra à Collegio D. Petri Leod. pendet, profana etiam, niſi quà Glymenſes ſuos habent terminos.

In charta addita Reliquiis in ara majori S. Gertrudis Lovanii repertis.

In Donatione Ægidii Duratenſis facta Equitibus Jeroſol. an. 1180.

Hìc diſce, Matricularium ſive Sacriſtam inter prima Eccleſiæ munia fuiſſe. Vidi enim ubi G. *Cuſtos poſt Prælatum Prioremque, &* Godefridus campanator *inter primos teſtes ſolenni diplomati ſubſcribit.*

Anno 1140. Godefridus Dux Loth. & Comes Brabantiæ in Donatione facta Jeroſolimit. ſic loquitur & alibi ſæpe.

Ritum & Phraſin antiquam ſubijciam. *In præſentia Baronum, nobilium, liberorum, & meliorum hominum* donationes factas, qui & nomina & ſigna rogati appendebant.

Glymeo.

Glymeæ inclitæ & illuſtris apud noſtrates Familiæ cognomen, origo, & peculium.

Cujus vetuſtatem arguit diploma Aicurienſe ubi ante annos 500. & amplius ejus memoria.

Perſeverat Dominium, licet aliquoties & longo tempore in alias ſtirpes tranſlatum, in veteri nomine. Cæterum licet latè per Brabantiam nomen illud & amplis titulis vagetur, non tamen exiſtimandum omnes primævæ ſtirpis poſteros; cum certum ſit, Ducem Joannem uni ex naturalibus ſuis, (neſcio qualiter acquiſitum) Dominium de Glymes aſſignaſſe, quod nomini induerunt.

Hìc

Anno 1178. In confirmatione decimæ de Dongelbert facta Hieroſolimitanis fratribus.

Hìc notanda Epiſcoporum olim humanitas, qui ſe Eccleſiæ Miniſtros appellant. Ut Radulphus *Epiſcopus ſe ſcribens* Eccleſiæ Leodienſis Miniſtrum.

Ne quis putet, quia in veteribus ſchædis *Milites* vocari videt Nobiles equeſtri baltheo cinctos, ideo Equitis appellationem omninò novam: Ecce unum exemplum, ubi Henricus Dux confirmat donationem *Goſwini Equitis de Wavra.*

Eſt uti ſuperiores litteræ in archivis Santrainii Lovanii. Anno 1203.

DE ORDINIBUS

Equitum ſacris, & maximè Melitenſi.

DIverſiſſimis nomine, habitu, initio plures in Eccleſia Equitum ſocietates invenimus in hoc ferè convenientes, quòd nonniſi claro loco natos adſciſcant. Finis omnium aut loca Chriſtianis debita Barbaris eripere, aut eadem erepta tueri, aut denique Chriſti, Sanctorumque reliquiis exornatas regiones viſitaturis auxilio eſſe. Ita exorti ad tutelam ſacri Hieroſolimorum Templi milites exinde nomen adepti. Quibus ad immenſas opes evectis, & uno omnes tempore internecione deletis, variis hinc inde ſocietatibus natis, ex horum patrimonio proſpectum. In Brabantia noſtra etiam amplas poſſeſſiones habuiſſe, & loca hodieque nomen retinentia, & diplomata teſtantur. Et ſicut in Galliis & apud nos in locum & opes ferè Templariorum ſucceſſerunt Melitenſes, ita in regno Valentiæ Ordo Monteſiæ, & in Luſitania Ordo Jeſu Chriſti ſub idem ferè tempus exorti. Et ibidem cum Ebora ab Alphonſo occupata militibus & Ordini Ciſtercienſi contributa eſſet, illi Magiſtrum ſibi eligentes, & caſtro Aviſio donati, inde nomen reſervant, cruce uſi rubeâ, cui albus denique habitus acceſſit, & formula Ordinis conſtituta, ad extremum Calatranenſibus uniti. Calatranenſes autem à loco dicti, qui Templariis datus, cùm validè à Mauris oppugnaretur, ab aliis pro derelicto habitus, per duos Ciſtercienſes Monachos defenſus eſt.

Anno 1317.

Anno 1147.

Anno 1181.

Anno 1215.

Anno 1490.

Anno 1164.

Illi autem ad præſcripta Regulæ viventes Alexandrum III. probatorem habuerunt, & nuper impetrarunt ut unâ vice matrimonio jungerentur. Ex his profluxerunt Alcantarenſes à loco Mauris erepto nuncupati, olim quidem cucullione & rubeâ ornati faſciâ, Benedicti III. permiſſu viridem crucem aſſumpſerunt.

Anno 1540.

Anno 1214.

De Equitibus S. Jacobi & Teutonicis utpote ad Auguſtini Regulam ſpectantibus alibi dicam. Hi certè omnes etſi nunc eandem ſervent, aut magis ſervent quàm Benedictinam; tamen olim certum eſt Benedicti Sectatores fuiſſe.

De Templariis perſuadere videtur Epiſtola Bernardi ad Milites Templi; de Melitenſibus Tyrius l. 18. c. 5. & diplomata, quæ convincunt Canenſes Benedictinos eorum eſſe Fundatores. Ut ut ſit, fateor eos nunc merè Auguſtinianos eſſe, & de eorum initio hæc habeo ſcribenda.

Xenodocheii (ſic enim vocant) ſauciis in bello, ægris, peregrinis, pauperibus fovendis Hieroſolimis extructi, exemplum à Joanne Hircano, nomen à loco ubi S. Joannis Baptiſtæ parens ſacrorum causâ Templum aſcenſurus moram traxiſſe perhibetur, initium à Giraldo, qui loca Chriſti calcata pedibus, & ſanguine conſperſa viſens, novo fervoris genere ædem ad peregrinorum uſus extruxit, attractiſque in conſilii ſocietatem nobilibus aliquot, Inſtituti ſui probatorem & Patronum invenit Lucium II. Papam. Ceterùm Conſtitutiones, ſive mavis Regulas appellare, primæ quæ extant, à Raymundo de Podio (is primus Ordinis formati Miniſter fuit) ſunt, qui ſe in initio vocat *Servum pauperum Chriſti & hoſpitalis Hieruſalem Cuſtodem:* & addit: *de conſilio Capituli Fratrum* ſe ibi digeſtas ſanctiones conſtituiſſe. Ordo autem tanta brevi ſumpſit incrementa, ut Princeps in Europa non fuerit unus, quin authoritate ſuâ eum exemerit, dotaverit, defenderit. Ego certè codicem habeo ſtatutorum & præfixa 88. Pontificum privilegia. Cœnobia Ordinis rariora ſunt, bona in omnibus ferè Provinciis. Quòd nihil mirum ei videbitur, qui ſciet Innocentii Papæ & aliorum munitos diplomate olim omnia Chriſtianis habitata loca obiviſſe, & pro *Confratriis ſuis*, ſic ſodalitatis Bulla vocat, eleëmoſynas undique corraſiſſe. Vetant autem ſtatuta quemquam niſi *Gentil-hominibus* natum recipi; recipiebantur etiam fœminæ, quod mirum. Dividebantur olim in linguas octo, id eſt Provincias.

Omnibus præeſt *Magiſter Magnus* olim Rhodi poſt expulſionem è terra ſanctâ, nunc Melitæ poſt captam Rhodon reſidens. Qui cum ſuo conſilio *Priores* & *Pajulivos* quaquaverſum conſtituit. *Priores* in ſuo tractu *Præceptores*, Conſilii membra ſunt majoris. *Magnus Præceptor*, *Mareſcallus*, cui omnes milites armorum parent, *Hoſpitalarius*, *Admiratus* qui claſſi præeſt, *Draperius*, *Turcupulerius*, qui Bailivi conventuales dicuntur, ad quos accedit *Cancellarius*.

A primo pendet rei ſacræ diſpoſitio, à ſecundo *Confanarius*, id eſt, Vexillifer major, à tertio *Infirmarius*, à quarto negotiatores veſtimentorum inprimis, à quinto viſitatio Inſulæ Rhodi nunc Melitæ pendet.

Atque hæc quidem Ordinis totâ Europâ pulcherrimi, qui in Brabantia multùm auctus eſt & dilatatus: & bona cum privilegiis Templariorum per Duces noſtros eis aſſignata, quos in tutelam *ab avo patreque ſuſceptos* Godefridus Dux libertate omni donavit.

PRÆFECTURÆ GESTANÆ.

HAs optimo jure licet & oportet Comitatui Geldonienſi ſubjicere, cùm manifeſtè pateat ex archivis & diplomate fundationis Hogardienſis, Alpaidem Pipini pellicem *Geldoniam cum tribus Geſtis* Duci noſtro tranſcripſiſſe, ut Collegii Hogardenſis eſſet *fidelis Advocatus*.

Tria Geſta intelligo Divorum Joannis, Mariæ, Remigii. *Geeſt* autem ſpiritum noſtrate linguâ ſonat, & credo, cùm primitus Evangelii lumen hæc regio acciperet, à Sacellis certorum Divorum quos ſibi Chriſtiano more adſciſcebant tutelares, nomina hæſiſſe.

S. Marigeest. *Geſtum Marianum* urbanæ nunc Præfecturæ membrum, in ſacris capitulo Hogardenſi obnoxium.

S. Jeangeest. *Geſtum Joannis* nunc Præfectura ſeparata complectens ſequentes Villas, omnes ſolius fere Principis Dominia.

S. Remygeest. Imprimis *Joannis* & *Remigii Geſta* Aquirienſi & Laurentianæ apud Leodios Abbatiæ Paſtoratus, illud in foro Jacenſis Baronatus in parte ſolet eſſe appendix, hoc merè Principis *Domanium*, ſicut & *Herbaſium & Petraniolum*. (Herbais, Petranioul.)

Hìc annoto, Brabantos ab antiquo Virginis Matris & Apoſtolorum Principis cultores eximios fuiſſe. Doceo prius ex eo, quod Urbem vix ullam mihi dabis in qua non ſpeciale aliquod Chriſtiparæ titulo ſacellum ſit extructum, pagos totâ Brabantiâ vix decem ex ordine percurres, quin unus Tutelarem illam habeat. Taceo ſocietates civium tam ſacras, id eſt, augendo ſacrificio Divino erectas Mariano titulo, quàm profanas Baliſtariorum qui ferè ubique ab ea nominari delectantur. Taceo ſpecioſas & pias ſupplicationes ingenti apparatu adornatas, Lovanii ſeptem dolorum *ſeptennalem*, Recollectionis feſtorum D. Virginis *annuam*, Capellenſem *Bruxellæ*, Aſſumptionis *Antverpiæ*, Conſolationis *Vilvordiæ*, *& ſic in aliis & omnibus ferè oppidis. Poſterius doceo, quod vetuſtiſſima Templa & Cœnobia ſub honore S. Petri extructa occurrant. Exempla ſint Lovanienſe, & Aicurienſe templa, Gemblacenſe & Affligimienſe Monaſteria. Ut omittam celebre* Petermannorum *nomen & Privilegia, Urbis Lovanienſis vetus inſigne, quod S. Petrum ſedentem in Pontificali ſolet præferre, & Gemblacenſis quod duas, more Pontificum Rom. claves ſolet circumferre, omnia affectus & honoris in Divum iſtum indicia.*

Deindè in diplomate anni 1371. omnium Brabantiæ oppidorum & municipiorum roborato ſigillis video pluſquam tertiam eorum partem in ſcutis caſtrum præferre, interque alia ipſum Lovanium. (Communicatum mihi ipſum originale ex archivis Lovanii per D. Boon.)

Gest a Geronpont. *Geſtum ad pontem Geronis* nunc Præfectura ſeparata ſub qua pagi ſequentes.

Geſtum & *Fuzium*, utrumque Principis, illud in ſacris à .... hoc ab Abba Villarienſi dependens.

Illud municipali jure ab antiquo gaviſum, hoc Comitatûs, ut aiunt, titulo olim inſigne.

Ubi caverna ſubterranea, ad mille, ut volunt, paſſus protendens oſtenditur, caverna alibi intercolumniis & fornicibus fulta, rivulo etiam alibi præterlabente. Quam ſine noxa ingredi datur, & agricolæ frequenter cum armentis, & ruſtica ſuppellectile, eò confugiunt.

Deum multa Brabantiæ loca delegiſſe, miracula patrata confirmant. Et ſanè deſignarem ultra 40. ſolius Deiparæ beneficiis illuſtrata.

Quibus adde Templum Floridæ Vallis, Parci Dominarum, Geldonienſe, Waverenſe, & alia locis cœlitus deſignatis conſtituta.

Et Duces & Epiſcopos & Nobiles olim in diplomatibus nominis ſui literam primam ſolùm ſcribere ſolere quivis obſervabit, & exemplum quære in fundatione Capituli Antverpienſis.

Ramelies. *Ramilia* cui in ſacris proſpicit Abbas Villarienſis.

In aliis partim Princeps, partim Jacheæ Baro ſolet ſummi, imi, medii juris compos eſſe.

Hedinge. Ejuſdem Baronis & Domicelli Bomalienſis peculium eſſe ſolet vicina *Hedinia*.

Pietatem Brabantinorum ex eo etiam æſtimare licet, quod legimus tranſlato Trajectum D. Gertrudis corpore, & in montem peregrinorum D. Guiberti feretro, tantam hominum multitudinem ad ea occurriſſe, ut viæ capaces non eſſent: quibus adde exemplum Ducis quod retuli in Villario. (Ex m. ſ. utriuſque vita Nivellis & Gemblaci.)

Obſervo in confirmationibus Cœnobiorum phraſin uſitatam, *ut quicquid in Allodio, feudo, hæreditate, pignore* poſſident, Dux in ſuam protectionem accipiat.

PRÆ-

J. B. GRAMAYE.

PRÆFECTURA ORPIENSIS.

ORPIUM locus ab antiquo & non uno titulo notus.

Anno 698. 17. Septemb.

Quia nimirum Alpais Pipini pellex ob ſanctiſſimi Antiſtitis Lamberti cædem malè ſibi conſcia & adeo gravi mœrore confecta in monaſterium hìc extructum ſe concluſit, & protervæ libidinis triumphum perpetui clauſtri aſperitate penſavit. Tumulum ejus & inſcriptionem *Alpaidis Comitiſſæ, conthoralis Pipini Ducis* ante has turbas fuiſſe accepi in Eccleſia majori, ſed nunc ne veſtigium quidem eſt.

Præter Alpaidem celebris eſt Orpii memoria S. Adiliæ, quam † D. Bavonis ſororem ſuſpicor; licet m. ſ. codices patre Adelrico Duce, avo Lintherico Majore domus Franciæ natam tradunt. Ut ut eſt, Sanctimonialibus hìc præfuit & hoſpitalitati; & cum ob difficilem montis (in cujus præcipitio ſitum erat Cœnobium) aſcenſum rariores adventarent peregrini, mutato ipſa domicilio in valle ædem D. Martino (alii tradunt, Joanni) dedicans miſericordiæ operibus totum vitæ ſpacium impendit, poſt mortem miraculis clara.

† Vide Molanum ad 25. Maii.

Manuſcriptus Rubeæ Vallis parte 2. vita 3.

Nec hujus nec ſuperioris Monaſterii ulla extant veſtigia, celebris tantum S. Adiliæ fons, cujus aqua epota multis opem tulit cum morbo luctantibus.

Ut *Orpium* majus, ita *Nodebaſium*, *Mareſium*: † *Pelania*, *Libertiniacum* villæ in hoc tractu alium à Principe Dominum non habent: *Orpium* autem *minus* Sombreffiorum eſſe ſolet peculium, nunc puto Maleviæ Dominos hìc præeſſe. * *Linſania* verò & *Linſemalia* & ſuo & familiarum ſuarum nomine illuſtres Toparchiæ. Illa quantum codices meminerunt à Merodiis poſſeſſa: Hæc ante annos fere 400. ex inclyta Molembaſiorum ſtirpe Toparchas habuit, & quidem Arnoldum qui unà cum filio caſtrum quod hodieque vetus ibi conſpicitur extruxit. Pronuper in affines *de Davre* tranſlatum Dominium perſeveravit donec Hermannus Hoen cum Maria uxore dotale obtinuit. Tandemque Joannes d'Argenteau poſt matrem Evam ejus ratione beneficium Principi profeſſus eſt, & manet ſupremæ juriſdictionis titulo honoratum.

NODEBAY. MAREZ. PELAINES, LIBERTINGES.

† Collatio Abbæ Helechemenſis.

* Collatio Paſtoratus Capituli S. Bartholomæi Leodii.

Linſain.

Linſmeaulx.

Ex Hembricurtio.

Ex codice feudorum Ducis Brabantiæ & Arſcotani.

Warnerus de Davre anno 1440. mortua matre profeſſus eſt.

Anno 1516.

Anno 1589.

Anno 1505.

Hic obſerva, conſilium Epiſcopi ordinarium fuiſſe Archidiaconos, ex diplom. Aicurienſi: ubi Obertus Epiſcopus ſedens in portis ſuæ Eccleſiæ, id eſt, in conſeſſu ſuo generali Archidiaconorum, dat libertatem &c.

Anno 1113.

Et amplius conſilium & cuſtodiam Ducis fuiſſe ex nobilibus patriæ, qui mos uſque ad Principum Burgundiæ tempora duravit.

HANUTUM

Urbs Gallo-Brabantiæ.

LOCUM hunc Hasbaniæ olim, mox Lotharingiæ, nunc Gallo-Brabantiæ in Namurcæi, & Loſſenſis Comitatuum, & Leodinæ Diœceſeos confinio, *Dabor* antiquitus dictum, & annales, & indiculi veteres, & tradita per manus fides conſtanter affirmant. Addentes & rei & nominis veſtigia, menſuræ nimirum vulgaris & ab hominum memoria oppido uſurpatæ genus *Daboris* nomine, monetam etiam argenteam peculiarem Comitis non uno loco repertam, cum inſcriptione *Moneta villæ Hanutenſis*, & equitis armati effigie ſignoq; B.R.

Comitatum Dabor fuiſſe, chronicon Leodienſe & Hannoniæ teſtantur, & Guicciardinus.

Diverſis locutus ſum, qui eam vidiſſe ſe aſſerunt, quod mihi hactenus licet multum ſollicito non contigit.

Nomen porrò modernum ex eo natum volunt, quòd in extremis Brabantiæ finibus expoſitum tribus Brabantini nominis infenſiſſimis hoſtibus primos ferè impetus excipere ſolitum, frequenter ab incolis deſereretur.

Hanutum quaſi terram nudam interpretantur, re quam etymo veriore. Ego ſcio, HAN-WT idem Teutonibus eſſe, quod apage aut hinc recede.

Caſtrum antiquitus fuit, & fuit ante urbem, illud triplici inſignitum turri, ut ſpendidum ita potens ad quoſvis ſubitos impetus. Ruinæ extantes teſtantur.

Mœnia oppidi prima ſub Henrico primo Duce arbitror extructa.

Diruta autem frequentibus bellis ſub Venceſlao & Joanne III. Ducibus reſtituta. Nunc aggeres ſoli reſtant, muri demoliti ſunt.

Ex indiculo memorabilium per D. Carondelet Præpoſitum Leodienſem communicato loquor.

Ex privilegiis poſtea laudandis evadit manifeſtum.

Ante an. 1200.

Sub an. 1490.

Non omittendum tamen, licet non probem, quod nonnulli aſtruunt, urbem olim quadruplo ampliorem fuiſſe, ita ut pagus & Cœnobiū Bertracenſe mœnibus concluderetur.

Nunc certè exiguis limitibus murorum ejus, & foſſarum ductus circumſcribitur. Portis tribus patens ſplendidè olim extructis. Quæ ſunt: *Curulis*, quod merces Brabantiæ in & evehherentur: *Tumbaria*, à colle ſuburbano cognomine, Namurcum verſus, ubi fortè tropæum aliquod vetus.

Vulgo la porte de Chevaulx.

Vulgo la porte de Tombeu.

Vulgo la porte de Hove.

Hortenſis ſive *Hoyenſis*, ab oppido quò ducit, quæ ſola ex tribus, cladibus ſupereſt.

Ex ruinis & relatu diverſorum, qui id ab ocularis teſtibus didiciſſe retulerunt.
Anno 1503. nocte Natalis Dominici.
Anno 1560.

Opera urbis fuerunt olim, ſed fuerunt, eximia. Nominatim Arx, de qua ſupra, in editiori urbis parte, & Prætorium in meditullio, Curia denique Sombreffienſis, & D. Lamberti, omnia nupero incendio ante annos 100. abſumpta. Repertæ autem non vano antiquitatis documento in ruderibus caſtri claves deauratæ quatuor, & nummi de quibus ſupra.

Dixi de Urbe, ſequitur Civitas,

Cujus Dominium penes Comitem olim fuit.

Et audio Comitis Daborenſis poſteros aliquot in Herkenrodia tumulatos.

Ceterum (an deficiente eorum ſtirpe, an belli, an affinitatis jure, incertum) firmiter mihi perſuadeo Hanutum olim à Namurci Comite poſſeſſum. Argumento eſt, quòd bellis graviſſimis quæ inter Namurcenſes & Ducem noſtrum pluribus annis durarunt, cùm legamus & Gemblacum & Viberti Montem, & ipſam imò Nivellam ferro flammâque pæne exciſas, nulla tamen Hanuti aut læſi aut oppreſſi extet mentio, quæ utpote finitima Namurcenſi primos impetus debebat excipere. Quando ergo, dices, Dux Lotharingiæ & Brabantiæ juriſdictionem, quam in urbem pagoſque omnem ſummam habet, tam in criminalibus, quàm in civilibus, & quo titulo obtinuit? Niſi monumenta vetera partim cum Hanutenſi, partim cum Geldonienſi caſtro ubi aſſervabantur, interiiſſent, certiora darem. Nunc ex conjecturis hæc ſubjiciam.

Anno 1188.

Henrico I. Duce loca quædam Namurcenſi cum Thenis Hasbaniæ oppignorata pro 500. auri, eodemque anno per leges pacis Werdæ Cæſaris à Cæſare dictas ferè Duci attributa & noſtri & vicinarum gentium annales fatentur.

Inter loca illa nominantur ab Hiſtoricis Thenæ (quod hodieque Brabantici juris eſt) & Lernutum: pro quo aliqui Ternutum legunt imò ſcribunt, & ego libenter Hanutum legerem, niſi *Lernutum* Pagum haud procul *Parweto* extare ſcirem, qui nunc Comitatûs Namurcenſis eſt portio.

Quod de Comite ſupra dixi probat Vice-Comitis dignitas olim Hanuti uſitata, cujus unicum invenio Gemblaci exemplum, ubi laudatur *Godo Caſtellanus Hanutenſis*, Renerus † Vice-Comes, & Arnoldus Hanutenſis Eques.

† In diplomate dato anno 1315. ſub Henrico primo.

Ceterum quæ fuerit Hanutenſis Reipublicæ vetus forma, ignoro; certus eam quæ nunc eſt à Joanna Duciſſa inſtitutam.

Anno 1402.

Quæ & poteſtatem fecit eligendi pridie Natalis J. Baptiſtæ Senatum annuatim mutandum. Conſtituit Prætorem qui in civilibus urbi præeſt; ſupremum enim & hìc & in territorio toto gladii uſum Magno Gallo-Brabantiæ Balivo reſervavit.

Le Bailly.

Inſignia Urbi dedit caſtrum tribus inſigne turribus, cum inſcriptione *Le ſeel des Eſchevins de Hannut*, aut confirmavit veriùs, cum longè antè oppidi Hanutenſis inſignia viderim caſtrum vetus.

Balivi dignitatem obtinet Gulielmus, Conſulis Joannes Mombeeckii fratres: ille poſt honoratam armis generoſæ indolem adoleſcentiæ, hic poſt decurſum Lovanii utriuſque juris ſtadium, uterque & familiæ honos & urbis columen, quorum beneficio ſtatum & privilegia urbis tangentia conſecutus ſum.

Ad Senatum urbanum pagi ſubjecti controverſias ſuas viâ appellationis deferunt, qui ut lege Lovanienſi ubique utuntur, ita Lovanium appellant.

Ex nomenclatura pagorum per Toparcham Tyliacẽſem communicata ex Archivis Genappiæ.

Excipio Prætorium Sombreffienſe quod & legem & tribunal Sombreffiæ ſequitur & ſuum habet Senatum. Sub eo autem tota ferè Hanutanæ urbis poſſeſſio ſive Dominium latet. Quod beneficiario titulo à Sombreffiæ Baronibus acceptum poſſident Mombeekani, loco & ſtirpe prope Haſſeletum noti ortique; poſſederunt antea, niſi fallor, nobiles de Serain.

Ex Codice feudali Baronis Sombreffiæ per Balivum mihi tradito.

Præſtantior & lectior civium pars numero triginta ſex coöptatur à Balivo in collegium Sagittariorum, eoque titulo à tributis & molario vectigali eximuntur. Auxit poſteà Dux hoc beneficium, permiſitque Prætori alios ſex ex territorio aſſumere eâdem gaviſuros immunitate.

Ex litteris Joannæ Ducis datis 1402.
Anno 1518.
Ex diplomate dato 18. Junii.

Privilegia urbi intuitu calamitatum diverſis vicibus paſſarum, hæc dedit præcipua Dux.

Ab onere Telonii, Winagii, & † Menſuræ eos totâ Brabantiâ eximens.

Ne ullibi niſi coram ſuo Senatu conveniri, bona arreſtari, &c.

Et ſi quis alterum aut læſiſſet, aut occidiſſet extra patriam, tutò Hanuti agere & ſine ullo vitæ aut fortunarum periculo conceſſit.

Prima anno 1402. à Joanna Duciſſa data, anno 1414. ab Anthonio. an. 1418. à Joanne, an. 1434. à Philippo. an. 1518. à Carolo V. & nuper, à Ducibus noſtris partim confirmata partim aucta.
† Vulgo la Louce.

Forum hebdomadarium frequens, recurrente quolibet Saturni die, nundinas annales circa D. Jacobi idem indulſit.

Cives olim re frumentariâ quæſtum facere ſolebant ingentem.

Et ut florentem oppidi ſtatum aliquatenùs liceat colligere, invenio in bello, quod contra Gloceſtrum Ducem noſter geſſit, ad Nivellam in armis fuiſſe Hanutenſium quingentos ſexaginta viros, & ex territorio pari numero.

Calamitates urbis vix opus recenſere, toties enim quoties cum Namurcenſi aut Leodiis bellum fuit, malo ſemper obnoxia fuit.

Inprimis autem, cùm Regis Bohemi auxilio omnes in Brabantiam vicini Principes conſpirâſſent, Hanutum ab eis planè exuſtum eſt.

Anno 1336.
Annales noſtri c. 41.

Bello Leodienſi arx Hanuti & capta, & ſolo æquata anno 1213. & urbs reparata, & in parvi oppiduli formam redacta an. 1230.

Divæus l. 7. Brabanticarum.
Ex Chron. Leod.

Bello Geldrico occupatum, cum arce & portis duabus pænè totum in cineres abiit, itá ut deinceps nihil priſtini decoris aut virium remanſerit, & cogatur hactenùs potentiorum ſequi volens nolens fortunam.

Anno 1505.
Ex inſcript. lapidis in templo Villarienſi vicino.

Eccleſia in urbe unica eſt eaque appendix Bertrayenſis, niſi quòd Havetius Antiſtes Namurci

Anno 1570.

murci primus (ut indecens ita minùs commodum videns in urbe, Parochiâ carêre) proſpexit, & abſolutam Baptiſterio & Chriſmate aliiſque Parochiarum juribus donavit Eccleſiam.

Cujus rei in oppidis inſolitæ cogitatio me ſubinde invitat credere, urbem ſeriùs & fortè à temporibus Joannæ Ducis extructam, idque occaſione arcis ibi veteris & opportunæ.

Anno 1604. & 1605.

Templum per has turbas planè vaſtatum, & alia in vicino ſacra, operâ & curâ Joannis Mombeekii & Joannis Fabri Conſulum egregiè & gnaviter reſtituuntur.

Anno 1558.

Suburbana Hanuti ampliſſima olim fuerunt, ampla ſunt hodièque, ager fœcundus & lætus pulcherrimis arborum fructiferarum cujuſvis generis ornatu umbratilis, & dolet militum, quibus aſſiduè patet tractus Hanutenſis, importunitate nuper tantum damni illatum. Alioquin ob harum, itemque domorum copiam nulli ſe urbs præbet eminus aſpiciendam. Inter has ſunt pleræque ſacris, pleræque nobilium, aliæ agricolarum uſibus.

Ex Viſitatione per Epiſcopi Leod. Vicarium facta an. 1480.

Primi generis Xenodocheium fidum olim tam ægris quàm peregrinis receptaculum, ubi utriuſque ſexus religioſos operibus miſericordiæ vacaſſe accipio.

Vocantur D. de la Tour.

Ab anno 1546.

Anno 1567.

Anno 1578.

Secundi generis eſt *Turris* re & nomine inclytæ ſtirpis de *Crehen*, Dominium denique prætorium olim Corſwaremiæ, nunc per nuptias, Mombecanæ peculium familię, primum Ducis Albani in Brabantia hoſpitium, nuper fortuito igne abſumptum, ſed magnâ impenſâ reſtitutum.

COMITATUS
SIVE
PRÆFECTURA HANUTENSIS.

IN omnibus hoc tractu pagis Princeps ſupremæ juriſdictionis honorem ſuo Balivo transſcribit. Jus dicitur ex lege Lovanienſi. Pagi autem hi ſunt.

Advocatus hujus eſt D. de Querre.

Per litteras utriuſque datas 17. Auguſti per Prioriſſam mihi communicatas.

Anno 1351.

Anno 1372.

Lenſium utrumque D. Servatii apud Trajectenſes peculium, unde alterum retinet nomen, alterum ad diſtinctionem nunc Divi Tutelaris Remigii, nunc Beginarum nomen induit. Quia nimirum vetus ibi & celebre Beginaſium quod à tenuibus initiis ante annos 400. ibi coaluit. Ceterùm cùm ſecurius videretur Virginibus ad Regulæ alicujus præſcriptum vitam ſuam componere, Engelberto Marcano Epiſcopo, & Rogerio Archidiacono Hasbaniæ authoritatem facientibus, tertiam D. Franciſci cum gryſea veſte profeſſæ ſunt. Sed non multò poſt Joannes Epiſcopus & habitu & Regulâ mutatis permiſit Auguſtini canones ſequi, quod hodieque obſervant, Priorem ſuum ad ſacra peragenda agnoſcentes, & titulum *B. Magdalenæ de Bethania*. Cœnobium nunc viget & diſciplinâ & numero Religioſarum.

Anno 137:.

Hunc morem annotat Caſſianus l. 2. c. 17. in Ægypto fuiſſe.

Chronicon Villarienſe par. 3. vita penultima.

Hìc cùm legam in conſtitutione Cœnobii ab Epiſcopo aſſignatam Virginibus campanam 20. librarum, *obſerva uſum campanarum ſerius ad Brabantiæ Monaſteria veniſſe. Quomodo ergo, inquies, horarias preces obſervabant? Alibi per diem ex ſolis, per noctem ex ſtellarum curſu, & unus per ordinem & vices* pervigil *Fratres convocabat, & excitabat. In Villarienſi Cœnobio ante annos* 200. *plus minus mos erat, in tabula ſignum dare ſi Fratres convocandi erant.*

Anno 1264.

1 In diplomate per Voechtium ... mihi communicato.

Anno 899.

2 In diplom. quodam Virdunenſi apud Rogerium.

3 Exempla ... vide in Nivella.

Quoad alia mecum laudabis, Lector, Principes noſtros de ſanctitate majorum ſuorum magis quam de aliis honorum titulis gloriatos. Ita ſe vocat [1] *Sophia B. Eliſabeth filiam* &c. *quondam Duxiſſam Brabantiæ.* [2] Arnulphus *nepotem Anſberti Ducis & ſancti, alii Duces* [3] *Affines & poſteros D. Gertrudis &c.*

BOISLENS.

Lenſium Silveſtre eoſdem cum ſuperioribus Dominos agnoſcit Canonicos D. Servatii Trajectenſis; curâ incorporatâ Monaſterio Crucis Lenſii.

Caſſianus coll. ... 10. c. 10. ab eo ſe ait excitatum.

Hìc, dum Canonici nomen repeto, occurrit dicendum id nominis etiam in uſu fuiſſe apud Monachos & Anachoretas. Ita legis in heremo nominari Canonicum Synaxeos, *in Ordine Benedictinorum* Canonicum celſæ menſæ, oblationum, *credo pro Ordinatore aut Promotore talium rerum.*

Oratione de Kal. Januar.

Dum feſtam frondem apud Virgilium l. 4. ornatas fores apud Senecam Epiſt. 78. laureis adumbratos poſtes apud Tertullianum legimus, non eſt quod morem Brabanticum, quo limina frondibus ornare in ſupplicationum aut alioquin lætis diebus ſolent, ut nuper inventum admiremur. Maximè cùm ex Evangelio pateat à Judæis, ex Chryſoſtomo à Chriſtianis id ſubinde factum.

LIGNEY & MOCHERON.

Ligniacum & *Mocheronia* Dominos, excepto Principe, nullos habent.

Teſtis Caſſianus Collatione 11. c. 3.

Miratus aliquando, cur in veteribus picturis ſemper Monachos baculo innixos, aut codicem manu tenentes inveniam. Quoad prius aliquouſque mihi ſatisfit, dum lego veterum Monachorum proprium geſtamen fuiſſe baculum *&* peram. *Poſterioris rationes cùm plures ſint, una ex Brabantia ſufficiat, ubi cùm Principes, Nobilitas, & le-*

ctior civium pars armis, iiſque ſolis vacaret, Eruditio, *teſte proverbio*, apud Monachos recondita erat.

Denique reminiſci convenit linguam noſtratem, ut pleraque alia, ita maximè propriè beneficii nomen exprimere, quod vocat EEN LEEN, quod verbotenùs ſonat aliquid mutuò aut commodatò acceptum. Et donationes feudorum exprimebant ſimiliter hoc modo: WY LEENEN WATER OFT WINDT OM EENEN MOLEN TE KEEREN, &c. id eſt, commodatò damus aquam aut ventum ad molæ uſum, &c.

CRAS-AVERNAS & AVERNAS LE BALDUIN.

Avernaſium utrumque *Craſſi* & *Balduini* hæreditas Abbatiæ S. Laurentii apud Leodios, quæ utrobique & Prætorem, & Senatum juri dicundo deſignat.

Ut frequens, ita non negligendum: in Brabantia ſæpè Milites & Nobiles, qui licentiorem in ſeculo vitam egerant, ad meliorem frugem converſos Monaſteriis ſe incluſiſſe. Et gloria eſt Affliginio, à latronibus exordium repetere, & Villario, ſeptem unâ die Milites *nobiliſſimos* converſi *cucullâ induiſſe.*

Regula Serapionis & Macharii per H. Cuyckium edita.

Et lex Monaſterii vetus eſt, Clericum vulneratum, *id eſt peccantem*, recipiendum, ut in Cœnobio humilitatis medicinâ ſanetur.

Gentiles & *Scutarii* (hoc è profano ritu habe) nomina, quæ nunc & hactenùs noſtram nobilitatem diſtinguunt, à Francis ſunt, nec Romanis ignoti. Ita Ammianus de Salvio & Lupicino: *Scutarius unus, alter è ſchola Gentilium:* & alibi nominat Scudilonem Scutariorum Rectorem. Et legis Scutatos viginti duos, Vandalos trecentos viciſſe. Et Julianum Senas aggreſſum confidenter, quòd nec *Scutarios*, nec *Gentiles adeſſe didiciſſet*. Quæ ſingula notanda.

L. 17. L. 14. Apud Procopium. Ammianus l. 17. Gentil hommes Eſcuyers.

VILLERS LE PEUPLIER.

Villarium populare ab arborum inibi copiâ, peculium Abbatiæ Trudonopolitanæ, in ſacris Capituli S. Pauli Leodicenſis.

Laudamus votum Henrici Ducis, & quòd filiam vix natam Cœnobio Vallis-Ducis incluſit ibi Deo famulaturam.

Addam ego, antiquitùs non frequens tantùm, ſed & perpetuum fuiſſe, pueros in Monaſteriis offerre: Extat conſtitutio, ut parentes id facientes in Altari petitionem pro puero coram Laïcis teſtibus faciant, quam tempore intelligibili ipſe puer confirmet. *Scilicet intereſſe putabant à teneris aſſueſcere.*

In collatione Abbatum anno 817. Aquis facta ſub Luduvico Rege l. 2. armorum.

Bipennes, quas Secures Romanas Junius vocat, à Germanis & ſeriùs in Gallias veniſſe opinio eſt. Cùm Luduvicus XI. legatur primus curâſſe in oppidis ſuis nova ferramenta belli dicta Halbardæ, &c.

Claudius Fauchet id probat ex diario Angarienſi.

Halbarde. Anno 1475.

Putæum Merodiæ gentis peculium & Bertracenſium.

PUTCEY. Puteum ſonat gallis & in regiſt. Puceum vocatur.

Hìc mihi neſcio, an dolendum, an gratulandum ſit Brabantiæ, cujus latifundia nobiliſſimæ Germanorum Gallorumque Familiæ velut inſitæ tenent. Exemplo ſint Naſſovii & Merodii è Germanis, Croyi, Rubepratenſes ex Hungaris, Schoenvorſtani, Wittemii è Limburgo, Davriani & Montenacenſes è Francis, omnes illuſtri loco oriundi, hìc fortunarum & honoris generis ſui domicilium ſtatuerunt.

In ſacris hoc habe vetus, pro ratione precum Officiique Divini multiplicari prævios campanarum ſonitus. Lego enim decretum, ut ad ſextam, tertiam, nonam horas duo tantùm ſigna pulſentur.

Collatione ſupra citata.

Bertriacum, tam in ſacris quàm politicis à Prioratu dependens, qui ante annos trecentos hìc fundatus eſt, appendix Abbatiæ Cluniacenſis in Francia Ordinis D. Benedicti, authoritate Pontificiâ nuper Epiſcopatui Namurcenſi incorporatus.

BERTREES. Anno 1561.

Ea fuit Religioſorum pietas, ut Abbatia non ſit in Brabantia, cui non proprium fuerit olim hoſpitale agris & peregrinis fovendis. Quod tanti majores fecerunt, ut Tyrones & Candidati Religionis non alibi, quàm in Hoſpitali exercerentur, ibi Ordinis & ſui periculum facientes.

Mercenarius in Brabantia miles ante Burgundorum Principum tempora non fuit, Carolus Dux primus eum traditur invexiſſe, tempore ferè eodem quo in Franciam Luduvicus Rex.

Halerium utrumque, majus quidem Decani Majoris Leodienſis, & Abbatiſſæ Lintrenſis, minus familiæ nobilis *Waillet* peculium.

Anniverſariam in precibus benefactorum ſuorum memoriam Eccleſiaſticos habere antiquum eſt, & vidi Calendaria ante quadringentos ferè annos inchoata. Et quòd Religioſi Abbatum ſuorum anniverſaria celebrent, & diem obitûs annotent, ex conſtitutione antiqua eſt.

Gemblaci & Fliercecæ. Anno 817.

Uti apud Romanos Tribus ruſticæ urbanis honeſtiores cenſebantur, ita apud noſtrates primaria nobilitas extra urbes in agris ſua habebant palatia. Scilicet militari animo opportunius, generoſo honeſtius occupari in ſylvis, quàm deſidere in oppido.

Id probat Sigonius & Lazius.

Crahenia D. Lamberti allodium & patriæ Leo-

CRENAIKE.

Leodienſis pagus, hìc inſerendus; eo quòd Balivus Hanutenſis aliquid in reos juris habet, quos *magno* loci *Advocato* vinctos tradit, ab eoque mox recipit plectendos.

Olim Phallaix, poſteà Fallais, nunc Fallez.

Huc adſcribendum *Phallaſium*, Ducis noſtri beneficium, in finibus Eburonum.

Ubi arx & palatium cui ſimile non habet tota Gallo-Brabantia, ſive ſitum, ſive ſpeciem, ſive potentiam æſtimes. Cingunt juſtæ latitudinis & capacitatis aquâ plenæ foſſæ unâ parte tres, alterâ duæ; aquam autem ſufficit Mahania fluvius qui in cognomine pago ditionis Namurcenſis exortus, admiſſiſque aliquot rivulis intumeſcens caſtrum alluit & ſeſquimilliario abhinc in ſuburbano Hoyenſi in Moſam ſe exonerat. Vallant muri in ambitu craſſitie & altitudine ingenti, & in eis turres aliquot ſplendido opere munitæ. Quarum una monetariam continet officinam; jus enim ſignandæ pecuniæ ab antiquo habuit Phalaſius Toparcha. Prætorium ingens & magnificum, de quo hoc dictum ſufficiat, vel ibi ſolum relucere Burgundicæ Majeſtatis veſtigium.

Inter Ays & Neufvil 3. milliaribus à Namurco.

Gaudet autem Phalaſium aſyli jure, & Dominus confugientes ad ſui nominis patrocinium tam Brabantos, quàm Leodicenſes reos à vi tuetur.

Ex communicatis mihi per ipſummet Baronem.

Idem immunitate gaudet ampliſſimâ, nec, etiam ex quo tempore cliens fiduciarius Brabanti Ducis eſt, tamen ad belli onera aut ſubſidia in rem Brabanticam præſtanda obligatur, ne urgetur quidem.

Toparchæ, quos Leodicenſe chronicon *Barones* vocat, veteres unde orti fuerint, non ſat ſcio.

Anno 1164. Diploma donationis Gemblaci. Teſtis eſt in diplomate Villarii. Anno 1180.

Invenio in diplomatibus *Odonem de Falas* militem, itemque *Gerthardum de Phallaix*.

Et ſunt qui putent hanc primævam ſtirpem è Limburgi Ducibus eſſe, alii ex Arduennæ Principibus, quod magis credo.

Deficiente autem illâ ſtirpe devenit hæreditas ad Bellefortenſes (notus eſt in ſupercilio Moſæ locus, & celebris † in Namurceſio familia) ampliſſima. Ex quibus Richardus ob interfectum ex ſuis furem quemdam contra datam fidem à Condruſiorum Prætore, Condruſios auxilio fratrum ultus & fœdâ populatione omnia Cynacum uſque pervagatus, viciſſim à Leodinæ Diœceſeos * Interrege obſidetur, profectus ad auxilia cogenda Namurcum in itinere à Condruſiis obtruncatur.

† Hemricurtius in cenſu nobilitatis Haſbanicæ.

Anno 1274.

Chronicon Leodienſe in bibliotheca Wameſiana in vita 42. Epiſcopi.

Majus Chronicon Leod. vol. 9. ad an. 1375. per D. Crupetenſem mihi ſubminiſtratum

*Mamburnum vocant.

Annales Hannoniæ ad eundem annum.

Filius Rigaldus imparem ſe ſentiens tanto hoſti Joannis Brabantiæ Ducis beneficiarium ſe profeſſus auxiliariam manum impetrat, & ſolvendæ obſidioni, & vindicandis injuriis. Vario demum Marte pugnatum, donec Franci Regis interventu res ad pacem devenit, quâ *definitum, ut Phalaſius ditiones ſuas à Leodino Antiſtite beneficiarias acciperet.

Collectanea quædam huc ſpectantia ex ipſo fallaſio mihi miſſa.

Codex dictæ Leodicenſis per D. Carondeletum Præpoſ. Leodicenſem ſuppeditatus.

*Anno 1285. in Septemb.

Quod factum, licet, ut fit, levibus ex cauſis natæ ſubinde controverſiæ nonnunquam in bellum eruperint. Citò natum citò ſopitum: ita tamen ut clientelam hanc Brabantiæ Dux ad ſe iterum retraxerit.

Annales noſtri c. 35. Chronicon Trudonopolitanſi meminit etiam.

Quod ex eo evadit manifeſtum, quod mortuo Joanne Fallaſio cùm ſtirpem ex ſe maſculam non ſuſtuliſſet, Joannes Weſemalius ratione uxoris unicæ hæredis Dominium conſecutus, tHOOCH GHERICHT VAN FALEYS, id eſt, ſummam juſtitiam Falaſienſem à Duce accepit. Ubi licet annus non addatur, ego tamen ſcio Joannem illum * vixiſſe & cognominem filium habuiſſe † hæredem.

Verba vetuſti Codicis Feudorum Brabantiæ f. 17.

* Anno 1385. Teſtis eſt in fœdere inter Ducem Joannem & Brabantiam inito.

† Anno 1420. Laudatur in confœderatione Lovanienſi eo anno facta.

Intelligo demum à Weſemaliis devolutum ad Comitem Buchanienſem, ab eoque ad Wolfardum de Polhain. Qui id Maximiliano Imperatori transſcripſit, de quorum familiis, quia obiter hìc & non diu hæſerunt, nihil addo: de Weſemalia aliàs dixi. Imperator autem, quem dixi, Balduino Burgundo Philippi Ducis ex impari conjuge filio, operæ diverſis bellis navatæ præmium contulit, in cujus etiamnum hæret poſteritate.

Liber Feudorum nominat his omiſſis Joannem de Gavre an. 1480.

Anno 1502.

Meminit m. ſ. vitæ Philippi Boni per Conſiliarium Berthii mihi ſuppeditatus.

Vir illuſtris Hermannus à Burgundia, dum hæc ſcribo, præeſt, cujus beneficio nonnulla huc ſpectantia cognovi, ei tu lector gratiam habe, ego felicitatem apprecor & vitam longam.

Habet Falaſium jus municipale, forum hebdomadarium diebus jovis frequens, & annale quod jam in uſu eſſe deſiit.

Gaudent autem incolæ omnes immunitate omni quarumvis exactionum, tributorum, onerum & ſubſidiorum, non tantùm in pago, ſed etiam quòcumque libuerit merces convehere aut nundinari per Brabantiam aut Leodinam Diœceſim.

PRÆFECTURA JANDRANIENSIS.

Jandranium quod vulgus ſciolorum *Jandracum* vocat, & annectit vocationi fabellam. Fuiſſe nimirum his locis tyrannum aut certè prædonem egregium ob efferos mores Draconis nomine celebratum, qui adeò ſerpentis iſtius effigiem ſcuto & oſtio ſuis inſcriptam præferebat, & denique animo & vitâ in melius mutatis munificus in vicinum palatio Cænobium, inſuper fanum Apoſtolorum Principi ſuo ære, ſuo in prædio conſtituit.

Ex relatu ſeniorum, ex traditione & codice vetere iſthic mihi oſtenſo, veſtigiiſque Palatii, &c.

Etiamſi inveniam Nobiles quoſdam cognomine de *Jandraigne* in annalibus noſtris, tamen quantum Archiva curiæ referunt, Dominium pagi penes Principem manſit (& lege Lovanienſi utitur,) niſi quà vicinus Jacheæ Baro Senatum conſtituit & tribunal medii juris. Paſtorem dat Abbas Helechemenſis.

Monachos indifferenter omnes ab eſu carnium abſtinuiſſe, præterquam quod ſingulorum diſpenſationes poſtea conceſſæ doceant, etiam vetus aſtruit conſtitutio, quâ prohibetur etiam pueris oblatis, niſi infirmentur, carnes apponi.

Collatione Abbatum Aquis facta ſub Ludovico Pio. Anno 817.

Draconem ob ſanguinei coloris communionem crudelitatis ſymbolum eſſe, præter id quod ſupra ex fama retuli, notiſſimum eſt ex hiſtoria. Bertoldo cognomen *Barbæ Draconis* inditum ob feritatem

Vide Mechliniam & Grimbergam de hoc.

tatem

tatem & aſperos mores. Ubi amplius ſolere apud noſtros & Francos ſimilia Viris magnis indi cognomina. Ita ut ex Regibus Francorum & noſtris Ducibus nullus careat cognomento.

Jandraignoul Marilles & Aymines.

Jandraniolum, *Marilia*, & *Amynium* Principis ſunt, in ſacris Abbam Helechemenſem, Abbatiſſam Rameënſem, Capitulum Foſſenſe patronos habentia.

Eſt in conſtitutione ſupradicta. Teſtis Caſſianus l. 2. c. 18.

Nota: ſtatutum hic obſervatum de non flectendo genua hebdomade Pentecoſtes &c. ex more priſco eſſe, cùm Monachi nunquam ſabbatho aut Dominicis flecterent, nec nos quidem Dominicis preces *horis annexas genuflexi legimus.*

Nota ampliùs: Sigilla Ducum ante annos quadringentos non nuda, ut nunc, arma gentilitia, ſed Equitis armati ornatique effigiem prætuliſſe.

Idem quod Moelenbeeck teutonicum, id eſt palus molarum.

Mollebaſium S. Petri etiam Principem undequaque agnoſcit, niſi quà Dominus Linſemalienſis ſolet ſuum cum juriſdictione offerre peculium.

Eccleſiæ Abbas Helechemenſis providet.

L. 2. c. 11. de vita mona.

Dum veterum Monachorum orandi modum Caſſianus explicat, ait: Plauſu ſenioris qui manu ſedem ſuam pulſat jubentur Monachi ſurgere à meditatione *& cantum proſequi. Idipſum videmus in Cœnobiis aliquot fieri, dum* Pater noſter *ſecretè dicitur in choro ante cantum.*

Ne quis fallatur dum in veteribus indicibus nomen *Vil* legit pręponi alicui loco, noverit illo nomine non ſemper municipium aut oppidum ſignificari, ſed etiam & ſæpius Villam, id eſt, portionem alicujus pagi domibus aliquot comprehenſam.

GIACHEA
BARONATUS.

Gallis Jauche Teutonibus Ghete vocatur.

TOparchiæ huic à cognomine fluvio inditum nomen.

Diploma eſt donationis Genappienſis Affligino factæ. Anno 1096. Maierus ad annum 1252.

Toparchas inter Brabantiæ & Primates Haſbaniæ fuiſſe, & quidem non ultimi nominis, arguit Idæ Bolonienſis diploma, ubi inter teſtes & quidem nobiles & quidem primos recenſetur *Godſchalcus de Ghiace*.

Bellis illuſtres fuiſſe docet Gerardus Jaceanus ſub Godefrido Barbato, & alter ejuſdem nominis. Conſilio Gerardus & Robertus tempore Joannis I. Ado ſub Godefrido III. an. 1156.

Ceterum, ut eſt obſcura omnis antiquitas, & inprimis noſtra, an in una ſtirpe permanſerint uſque ad annum 1312. definire nequeo, cùm de more Brabantico nomini Chriſtiano ſolum Dominii ſubjungant cognomen.

Anno 1372. Ex diplomate Lovanienſi cujus meminit Divæus.

Primus, cujus hactenùs familiam diſcernere potui, Joannes de *Loon* D. de *Agimont*, & Walem (fortè Valhain) Baro Jacheæ.

Libri curiæ feudalis paulò poſt incipiunt ab Ægidio Ægidii Jacenſis quondam Domini de Hierge filio, anno tamen non addito quem tamen facilè eſt colligere, cùm legamus teſtem laudari *Ægidium de Jauche*.

Anno 1421. In Privilegio Urbi Thenenſi dato. Itemque Lovanienſi.

Denique perſeveravit & defecit hìc loci ſtemma hoc modo:

Anno 1457. Profeſſus eſt beneficium.

Jacobo de Jache Ægidius (ita patet ex curiæ feudorum codice) pater fuit, aut (ut Genearum Collectores) Jacobus alter, mater Dympna Grimbergenſis, frater Razo ad D. Lamberti Leodiorum Canonicus, ſoror Joanna *Wilhelmo* Domino *de Widoe* nupta, uxor Margareta Herlaria, proles Anna, & Joannes, qui Baronatum vendere inſtituit; ſed intervenientibus liberis Joannæ.

Anno 1505.

Quorum Margareta Joanni de Coultreau, altera Godefrido de Davre Domino de Liſmael. Illa cum filio Michaële beneficium profeſſa ſtirpem hanc in jus & poſſeſſionem Dominii tranſtulit.

Anno 1517.

Prætorium Jacheæ fuit olim inſigne & mediocriter munitum, per hæc bella devaſtatum.

Labitur hìc fluvius ejuſdem nominis, qui juſto hinc ſpacio oritur, & Hogardiam Thenaſque ſecans, Leewam dividit, & ulteriùs in Demeram ſe effundit.

Jacheæ tam quoad ſitum, quàm nomen affines pagi *Mons Jachea* & *Jachiola*. Ille ſuum agnoſcens Toparcham.

Ex regiſtro veteri, Libello diplomatum, Diario defunctorum, & aliis per D. Virginum Antiſtitam mihi communicatis. Pagus eſt ſeſquimiliarià Lovanio.

Huc referenda Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia fœminea. Illa quidem primitus in KERKUM loco ab Abbate S. Cornelii Indenſis (ſic arbitror, quia ei etiam nunc cenſum pendit) accepto fundata, ubi veteris Cœnobii & murorum veſtigia conſpiciuntur. Sed cùm aucto Virginum numero, & aquæ defectu locus ineptus judicaretur, loco per Helwidem Abbatiſſam Nivellenſem, & Gerardum Toparcham donato, clauſtrum cum Eccleſia extruxerunt.

An. 1215. obiit. An. 1216. obiit.

Virgines, cùm antea more aliarum liberiùs & ferè ſeorſim viverent, rigidiorem diſciplinæ modum amplexę ſunt.

Anno 1501.

Cœnobium hoc nulli totâ Brabantiâ facilè ceſſurum; ſive amplitudinem ſpectes, ſive ſitum, ſive quid aliud commendabile. Locus in ſylvæ ſecreto ſacris uſibus convenienti. Ædificia ab annis 100 amplitudine & ſpecie eximia adornari cœpta, porticibus, officinis, fontibus eleganter inſtructa. Numerus Virginum excedit hoc exulcerato tempore ſexagenarium.

Sanctimoniales vitæ ſanctitate & miraculis claræ fuerunt Ida Nivellenſis, & altera Ida Leewenſis, inſuper Beatrix illa Nazarethi prope Lyram Fundatrix.

Molanus ad 12. Decembris, qui ait ob ignorantiam linguæ Teutonicæ eam occaſionem dediſſe transferendi Cœnobii.

Tumulo illati hìc Barones aliquot, & extant ſaxa ſepulchralia & Tumulus unus, ſed literę ob vetuſtatem & epigraphe periit.

FINIS.

J. B. GRAMAYE
ANTVERPIÆ ANTIQUITATES,
ET
OPIDORUM, MUNICIPIORUM, PAGORUM, DOMINIORUM QUÆ SUB EA.

MAGNIS PRINCIPIBUS

ALBERTO ET ISABELLÆ

VETERRIMORUM

UTELONIS, HUGBALTI, ASOPERTI &c.

SANCTISSIMORUM

AUSBERTI, BEGGÆ, PIPINI &c.

POTENTISSIMORUM

CAROLI, LUDUVICI, GODEFRIDI &c.

MARCHIONUM SACRI IMPERII

NEPOTIBUS,

ET

UT NOBILITATIS, FORTUNÆ, MAJESTATIS,

ITA VIRTUTUM, PIETATIS, FAMÆ

EORUMDEM HEREDIBUS

IN VITA LONGA PERPES SANITAS.

ET TIBI

OCELLE URBIUM, GEMMA ORBIS

ANTVERPIA,

TALIUM SUB MARCHIONUM TUTELA

EX VOTO PERPETĘ LONGA FELICITAS.

FIAT FIAT.

* 2 AMPLIS-

AMPLISSIMI, NOBILISSIMI,

PRUDENTISSIMI

REIPUBLICÆ ANTVERPIANÆ

MODERATORES,

CONSULES, SENATORES,

JURATI.

BIENNIUM *abiit, ex quo ut munus, ita animus fuit Brabantiam pede luſtratam, manu illuſtrare: feci utrumque, ſed non ſine metu, non ſine virium diffidentia, quæ licet Brabanticæ antiquitati eruendæ pares, Antverpianæ tamen Majeſtati depingendæ ſunt inferiores. Eam enim quod in corona pactili Limniſcus, quantum in annuli principalis palo Smaragdus, hoc & tantum in Ducatu, in Belgica imò, lucere nôrunt, qui orbem Chriſtianum alicubi nôrunt: adeo ut non parum oculos perſtrinxerit Urbis ſplendor, terruerit rerum amplitas, tenuerit interim deſperantem*

Quòd immemores non ſinit eſſe ſui,

Natalis ſoli amor, erexerit amplius clariſſimi veſtri conceſſûs nulli unquam aut ingenio aut conatui denegatus favor. Cujus velut alarum remigio elevatus, quod ad tenebras damnaveram, volumen, produxi, illud non præſentis opidi dignitatem, quam fœlicioribus ingeniis laudandam relinquo, ſed veteris ſtatum & antiquitatis rudeta exhibiturum, rudi & veternum olente ſtylo. Non ſunt illa quidem Majeſtati veſtræ conformia, ſed nec urbis, ſed nec populi, ſed nec votis aut deſiderio meo: ſufficit ſi talia ſunt quæ docere poſſint, non ignavum me ſi alibi ignarum antiquitatis Patriæ inveſtigatorem fuiſſe. Et ſi quid minus aptè apertèque innotuerit, communi id noſtræ Belgicæ fato adſcribendum, ſcribendumque nonnunquam uti jaculandum antequam ſcopum attingamus, & verò ut peritiores provocemus. Ita habete Magnifici Viri, & hunc antiquitatis faſciculum ſerenâ fronte accipite

De manu Civis & Clientis veſtri

J. B. GRAMAYE.

INDEX FA-

INDEX FAMILIARUM

Quarum mentio in Antiquitatibus Antverpienſium.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam notat.

A

AMelius 14. 1
Arenberg 38. 2
Argenton 39. 1
Arſcot *de* 39. 1 & 2
Aſca *de* 39. 1
Aſch 29. 1

B

BAck 31. 1 & 2
Baeck 33. 2
Baerlaer 31. 2
Balvart 39. 2
Bau *de* 29. 1
Beckevoirt 31. 2
Berchem 42. 1
Bergis *de* 14.2.16.2.29.1.36.1
Berlaer 39. 1
Berlo 29. 1
Berthold 33.2. 35. 1 & 2. 36.2
Berthout 29. 1
Bieſt *Vander* 18. 2
Blyleven 39. 2
Bochold 30. 2
Boot 35. 1
Borſel 37. 2 38. 2
Boſſu 28. 2
Brant 35. 1
Brecht 35. 1
Breda *de* 39. 2
Buggenhout 39. 1
Buren 37. 2

C

CAldris *de* 31. 2
Clarus 16. 1
Cleves 35. 1
Cleys 41. 2
Clocmans 40. 2
Cluſa *de* 42. 1
Comptich 31. 2
Cops 39. 2
Corſwarem 32. 1
Cortenbach 29. 1 38. 2. 42. 1
Cortes 33. 2
Coultreau 35. 1
Crabbeels 32. 1
Crait 39. 2
Crayenhem 30. 1. 35. 1
Culeburg 37. 2

D

DAle *van* 31. 1
Diedegem 35. 1
Diepenbeek 39. 2
Donc *de* 39. 2
Douza 28. 2
Dreyman 39. 2
Dunganus 44. 1

E

EEckeren *van* 35. 1
Einchove 22. 1
Elſt *van* 35. 1
Erp *van* 34. 1
Everardi 42. 2

F

FEyts 15. 1
Fierkens 15. 1
Fugger 10. 2

G

GEvart 41. 2
Gielis 17. 2
Giſtellos 36. 1
Glimes 42. 1
Goey 34. 1
Gorcum *de* 39. 2
Graſen *van* 32. 2
Grave *de* 31. 1
Gravia *de* 31. 2
Grimbergen 31. 2
Grobbendonck 39. 1
Groſſe *de* 39. 2
Gyerle *de* 30. 1 41. 2

H

HAeren 31. 2
Hallar 31. 1
Halle *de* 32. 1
Halmale 22. 1
Hemricurt 36. 2
Henichoven 39. 1
Heyden *vander* 18. 2
Heyms 35. 2
Hilderniſſe 31. 2
Hoboken *de* 39. 1
Hollander *de* 17. 2
Honsbroeck 30. 2
Horne 35. 1 36. 2 39. 1
Houtappel 35. 1
Houterle 38. 2

I

IAcobi 16. 1 35. 2
Iagere *de* 17. 1
Immerſeel 29. 1 35. 1 38. 2
Iſca *de* 30. 1

K

KAnapius 42. 2
Kemminagie 32. 2
Kerman 29. 1
Kinſcot 32. 1 41. 2
Kuyck 37. 1 & 2. 38. 2. 42. 1

L

LAlain 37. 2
Lanius 34. 1
Leefdael 39. 1
Leemputte 38. 1
Loemel 43. 2
Lonæus 42. 1
Luceburg 37. 2
Lummen 43. 2
Luna *de* 31. 1
Lyre *de* 22. 1

M

MAlhyſen 43. 2
Malſchot 42. 1
Marbeſio *de* 39. 1
Maſtain 35. 1
Mazius 35. 1
Meltbruck 39. 2
Mera *de* 15. 1
Meren *vander* 29. 1 39. 2
Merode 35. 1. & 2. 36. 1. & 2
Metius 32. 1
Migelberge 22. 1
Miræus 14. 2. 33. 2. 41. 1
Moreaux 18. 2
Mortere *de* 39. 2
Munnincx 32. 2
Mutzaert 32. 1 42. 2

N

NAſſau 39. 1
Nievenhuyſen 44. 2
Nigrius 14. 2
Nile *de* 39. 2
Niſpen 29. 1
Noot *vander* 29. 1

O

OOrshagen 42. 1
Opdorp 39. 1
Oudaert 35. 1
Oudergem 39. 1

P

PErrenot 28. 2 29. 1 30. 2
Perweys *de* 39. 1
Polanus 31. 1
Pontaillier 28. 2
Potz 15. 2
Puderſe 39. 1
Pulle 39. 2

R

RAnſt 28. 2
Rechtergem 14. 1
Reysberge 31. 1
Robyns 34. 1
Roeſt 31. 2
Ruysbroeck 39. 2
Ryt 35. 1

S

SAffenborch 40. 2
Santfliet 39. 2
Schetz 28. 2 35. 1
Schoenbeken *van* 18. 2
Schoonhoven 28. 2
Schrubeck 8. 2
Scott 28. 2 30. 2
Sgroeten 32. 1
Sgroets 31. 1
Smeyers 35. 2
Sombeeck 29. 1
Sonnius 14. 2 32. 1
Stalpaerts 32. 1

Ste-

INDEX FAMILIARUM.

Stecop 43. 1
Steenberch 39. 2
Sterck 31. 1
Stets 42. 1
Steyvort 30. 1
Stouts 43. 2
Stralen 28. 2 35. 1
Streyters 31. 1 32. 1
Suyderman 16. 1 18. 1
Swaven 43. 2

T

Taye 39. 1
Torrentius 14. 2
Toulen 42. 2
Turnout 39. 2

V

Valckeniſſe 39. 1
Varitz 35. 1
Veltacker 32. 1
Verhoeven 43. 2
Vervooren 31. 2.
Vorſſelaer 39. 1
Vrieſel 36. 2

W

Walem 39. 1. & 2
Wauwere *vanden* 34. 1
Werthuſa *de* 43. 1
Werve *vande* 29. 1
Weſalius 35. 1
Weſele *de* 39. 2
Weſemael 36. 2
Weſterhove 31. 1 32. 1
Weſterlaken 43. 2
Wiele 22. 1
Wilmaer 22. 1
Winckele *vanden* 17. 2
Winegem 39. 1
Wingaerde *de* 38. 2. 39. 1
Winkens 41. 2
Witthem 17. 2
Wynegem 28. 2
Wytfliet 43. 1

Z

Zichenis *de* 31. 1 & 2

CENSURA ANTVERPIENSIS.

Vidit & laudavit Senatus Urbis Antwerpienſis Hiſtoriam & Antiquitates Antwerpiæ ex Archivis tam Curiæ quam Cœnobiorum collectas à Clariſſimo Viro J. B. Gramaye, cui idcirco libens hoc publicum dedit teſtimonium 10. Aprilis 1607.

De mandato Senatûs. Kieboom.

CENSURA OPPIDI LYRANI.

Antiquitates & Deſcriptionem, Rempublicam, & quicquid rarum in hac Urbe Lyrana, eleganti contextu deſcripſit R. & I. L. Belgii Hiſtoricus J. B. Gramaye, qui & digeſtos in ordinem labores ſuos Senatui hujus Urbis communicavit, quorum veritati & Authoris diligentiæ teſtimonium publicum hoc juſſit idem ſigillo Urbis & manu Secretarii firmari hâc 20. Junii anno 1607. Et ſubſcriptum

Ex mandato prædicto Senatûs. Courtoys.

CENSURA HERENTALDENSIS.

Gratus & delectans eſt labor egregii Hiſtoriographi J. B. Gramaye J. C. Profeſſoris Academici quo Civitatem & Rempublicam Herentaldenſem tam quoad priſtini decoris, quam quoad præſentium calamitatum & ruinarum faciem vivaci veraci ſtylo & narratione depinxit pro tanto quantum ſcripturalis inſtructio quorundam qui nos præceſſerunt & verbalis adhuc viventium ſuggerere potuit. In cujus ſignum hoc publicum teſtimonium munivimus ſigillo & manu Secretarii 3. Septembris Anni 1607.

CENSURA TURNOUTANA.

Municipium Turnhoutanum quondam aſſiduitate & cultu Principum nobile, ſed cum tot annorum belli pene inter rudera ſua collapſum, ſtylo Doctiſſimi Viri Johannis Gramaye rurſus cœpit attollere caput magnâ ſpe fore, ut ejuſdem commendatione Principes noſtri Archiduces illud tanquam Patrimonium ſuum poſtliminio agnoſcant ſuâque rurſus præſentiâ augeant, ornent, atque antiquo ſplendore redonent: quod faxit Deus, ut hoc beneficio & auctoribus ſuis Principibus æternas gratias debeamus & ipſius quoque Topographi operç ſemper memores ſimus quod nomine totius Municipii ſpondeo. Wertenus.

Ut atteſtor tanquam Secretarius. G. Proost.

CENSURA ARENDONCANA.

Minutum deſcriptionis hujus municipii cum Privilegiis ejuſdem à Clariſſimo J. B. Gramaye accepimus & legimus, & quantum nobis conſtat veritati conſentire fatemur, in quorum fidem has ſigillo Municipali firmavimus 9. Januarii 1610.

S. Vivarius.

CENSURA WELDENSIS.

Diligens ſtudium & indefeſſum laborem Doctiſſimi Clariſſimique Domini J. B. Gramaye J. U. Licentiati, optimè de hac noſtra Patria meriti & de antiquitatibus noſtri Municipii elapſis temporibus tam in Archivis Vilvordiæ quam in aliis locis repertis iiſque omnibus accuratè perlectis ſumma cum benevolentia complectimur & in hoc inſatiabili negotio nos Doctiſſimo Domino omni officiorum genere quamplurimum devinctos fatemur & (una cum ſubſignatura Doctiſſimi noſtri Paſtoris Zeberti Dungæi, J. U. L.) commune ſigillum hujus Municipii his duximus ſupprimendum Weldæ 9. Januarii. 1610.

Et ſignatum ita eſt
Z. Dungæus & Lemnius Secret.

ANTVER-

INDEX RERUM.

nicis Antverpienſibus donata.
49 *Ejus Toparchia à* Naſſoviis *venit ad* Grobbendoncanos
50 Hoboken heyde. Hemeshem, *ejus Eccleſia Abbatiæ S. Bernardi donata.*
51 *Priſca rudera Abbatiæ S. Bernardi à calamitate reliqua*
52 *Ejus Abbatiæ Benefactores ex Nobilitate Belgica recenſentur*
53 *Series Abbatum in margine.*
54 *Villa Abbatiæ in* Puderſe *in Cœnobii formam pro tempore coaptata.*

CAPUT XII.

1 Turnhoutum *primarium Municipium Brabantiæ.*
2 *Unde nomen.*
3 *Inter ſex francas Warandias Brabantiæ cenſitum*
4 Out Turnhout, *unde tot locorum nomina in* Broeck, Dyck, Donck, Voort, Brug *deſinentia*
5 Turnhouti *priſcum nomen* Sylva Thoroldi, *& Abbatiæ Bavonicæ Gandavi peculium.*
6 *Flandri contendunt hoc de ſuo* Thoralto *intelligendum. Refutantur.*
7 Turnhoutum *locus venationis. Arx ejus & Caſtellanus.*
8 *Oppidi inſignia & ſigillum.*
9 *Quâ occaſione locus habitari cœperit, poſteà oppidi privilegio honoratus.*
10 *Quinque ejus laciniæ ſeu anguli.*
11 *Curiæ circa vetus Turnhoutum. Earum nomina*
12 Turnhouti *excreſcentiæ & agri communes.*
13 *Plateæ loci ſtratæ, & tributum pro earum conſervatione*
14 *Forum. Nundinæ hebdomadales & annales, earum privilegia.*
15 *Halla pannificum. Ejus Directores, Cenſores, Judices, Signatores, eorum juriſdictio.*
16 *Macellum. Plantaria. Contubernia Sagittariorum & Poëtarum. Et reportata ab iis præmia.*
17 *Caſtrum quando ſtructum, auctum, renovatum.*
18 *Expugnatum & civium fidei commiſſum.*
19 *A Bredanis captum, poſteà recuperatum, ægrè rursùs redactum.*
20 *Poſteà incendio miſerè collapſum.*
21 *Curia & Macellum exuſta.*
22 *Forma renovationis Scabinorum.*
23 *Senatus quæ munia conferat*
24 *Actuarii munus.*
25 *A Scabinis Turnhoutanis Antverpiam appellatur*
26 *Scabinorum Turnhoutanorum poteſtas.*
27 *Municipii calamitas à peſte.*
28 *Xenodochium, munificentiâ & privilegiis Principum auctum*
29 *Menſa S. Spiritus. Ejus Privilegium. Hierocomium.*
30 *Collegium Canonicorum à quo dotatum.*
31 *Templum. Ejus ornamenta. Feneſtræ. Tumuli.*
32 *Begginagium quando fundatum.*
33 *Sacellum S. Theobaldi. Gymnaſium litterarum. Viri celebres qui ex eo prodierunt.*
34 Turnhoutum *fœdus pepigit cum urbibus Brabantiæ.*
35 *Maluit eſſe primum municipiorum quàm ultimum oppidorum.*
36 *Cives ex Privilegio totâ Brabantiâ immunes.*
37 *Alia eorum Privilegia. Quæſtoris Privilegium.*
38 *Prætoris Turnhoutani inter alios Brabantiæ quis ordo.*
39 *Controverſiæ aucupii & venationis Turnhouti deciduntur.*
40 *Municipii & Corſendoncæ calamitates à bello.*
41 Corsendonca *Cœnobium, cujus Diœceſios. Nominis etymon. Quando fundatum.*
42 *Oratorium ejus. Cœnobium Windeſemienſibus unitum.*
43 *Walterus ejus Prior auctor reformationis & aliorum Cœnobiorum fundator*
44 *Corſendoncanorum Viri celebres, & eorum coloniæ.*
45 *Ditioni & Quarterio Turnhoutano quæ loca obnoxia.*

ARENDONCKA

1 *Deductio nominis. Romanorum veſtigia.*
2 *Inſignia & ſigillum Municipii*
3 *Privilegia ipſi conceſſa*
4 *Inter oppida non mœnita conſeſſum habet*
5 *Opificium textorum* (Tyken) *Hallam habuit Antverpiæ.*
6 *Nundinæ hebdomadales & annales.*
7 *Plantaria*
8 *Chartæ incendio deperditæ quomodo renovatæ*
9 *Forma electionis Scabinorum*
10 *Baliſtariorum, Sagittariorum & Poëtarum ibidem contubernia.*
11 *Eccleſia. Communicantium & ædium numerus.*
12 *A peſte & bello totalis municipii calamitas.*
13 *quo pacto reſtitui cœptum.*
14 *Viri celebres municipio orti*
15 *In litteris concordiæ cum Turnhoutanis initæ* Arendonck *pagus dicitur*
16 *Non tamen ideo pagis accenſendum*
17 Arendoncka *olim ſui juris.*

WELDA

1 Ravels, *in ſacris Tongerloënſium eſt. Tribunal à conſortibus ſeparatum.*
2 Poppel, *Scabinagii Weldenſis. In ſacris Tongerloënſium.*

INDEX RERUM.

3 WELDA *Averbodienſium in ſacris, ad quos & decimæ devenerunt*

4 *Templum quare S. Michaëli ſacrum. A quibus ſtructum.*

5 *Privilegia & immunitates Weldenſium.*

6 Welda *Oiſtervicanis ſubſtracta & juncta Turnhoutanis.*

7 *Curia Poppellenſis*

8 *Vicus* Poppel *incendio deformatus.*

9 Weldæ *arces duæ olim, nunc everſæ*

10 *Nundinæ nunc obſoletæ.*

11 *Contubernia. Plantaria. Alia Privilegia. Sagittariorum ſodalitia.*

12 *Sodalitas ſacra. Vetus ejus ritus quidam.*

13 *Xenodochium.*

14 *Sacellum S. Joannis. Sacerdotis ejus Miſſarii & Scabinorum obligatio.*

15 *Memoria* Nievenhuſiorum.

16 *Fundatio Joannis* de Lummen

17 Weldenſium *zelus Religionis*

18 *Ædificia incendio & ſpoliatione collapſa*

19 *Weldenſes longævi*

20 Henricus Dunganus *ſtudiorum fautor*

21 *Alii pagi* Turnhouto *ſubjecti. eorum Toparchæ.*

FINIS

Indicis rerum &c.

EPITOME
RERUM MEMORABILIUM,
Quæ in Antiquitatibus GALLO-BRABANTIÆ continentur.

NIVELLA.

Nivellæ nomen varium. pag. 3
Origo Caſtri Nivigellenſis.
Villa ſive Burgus, habens jus telonii, mercatûs, monetæ.
Quando mœnibus cincta?
Regimen Urbis.
Ejus Comitatus.
Burgi jus Abbatiſſæ habent, nulli obnoxium, & ſunt urbis Dominæ.
Sunt Principes Imperii.
Nivella non ſuberat Brabantiæ Duci.
Domina libera ab omni tributo & exactione eligebat Advocatum.
Dux Brabantiæ in Advocatum electus.
Domina conſtituit Villicum.
Scabini, olim quatuor, dein ſeptem.
Quæſtores & Jurati.
Burgimagiſtri.
Eorum officium.
Sigillum Urbis. Ejus variatio.
Duces in Nivellenſi Curia juramentum præſtitêre.
Archiva Brabantiæ hic cuſtodita antequam Vilvordiam transferrentur.
Decani ſedecim annales.
Contubernia Sagittariorum.
Opificum collegia.
Nundinæ.
Fata Urbis ab igne, & D. Gertrudis miraculum.
A peſte. A Bellis.
Rei Sacræ & Religionis origo.
D. Gertrudis prima Abbatiſſa.
Olim Collegium erat Fratrum & Sororum quas Beginas nominabant.
Abbatiæ immunitates & privilegia.
Separatio Fratrum à Sororibus quoad bona.
Ex Fratribus factum Collegium Canonicorum.
Promiſcui ſexus prabendæ 72.
Abbatiſſæ Fundatrices variorum Cœnobiorum.
Nivellæ Parochia unica olim, poſtea undecim.
Reſtant ſex.
Monaſterium Franciſcanorum clarum ob ſtudium Theologicum.
Nivella Diœceſis Namurcenſis, antea Leodienſis.
XEnodochium.
Hoſpitale S. Spiritus.
Hoſpitale de Gontiſial.
Hoſpitale Frigidis Montis.
Hoſpitale Urbis, vulgò Charitas.
Hoſpitale Betphages *olim, nunc Moniales S. Franciſci.*
Templa, Sacella, Criptæ, minoris notæ.
Seminarium.
Loca Sacra extra Urbem. Extra portam Namurcenſem. *Sacellum S. Joannis Bapt. & Ordinis Melitenſis. Item Stationes 7. dolorum D. Virginis.*
Extra Salicenſem *Sacellum S. Petri.*
Extra Montenſem *Leproſarium cum ſuo templo.*
Extra portam calidæ plateæ *Prioratus Guilielmitarum.*
Extra portam S. Annæ *Sacellum S. Annæ.*
Extra Bruxellenſem *Sylva Sogneſiacenſis plena Monaſteriis.*
Illuſtres ſanctitate, virtute, doctrinâ, Nivellæ nati.

COMITATUS NIVELLENSIS. pag. 7

Thienes, *Patrimonia Equitum Jeroſolymitanorum*
Monſtrolium, Monſtreul.
Pratorium Burgivallenſe, Bournival.
Pulchrum Lezium, Baulez.
Parvum Rodium cis Braniam, Petit Reux.
Pons Cellæ, Pont à Celle.
Souveria, Souverez.
Diſquiſitio de Canonicarum ſæcularium initio.
Gozium ſuper Pietonem, Gouy ſur le Pieton.
Familiaricum, Famillereux.
Parvum Rodium cis Nivellam, Petit Reux.
Rebekia, Rebecque, *olim Principatus, & ibidem Xenodochium.*
Hanewirium, Hanewieres.
Ronckierium, Roncquieres.
Thubiſia, Thubiſe.
Seneſſia, Seneſſe.
Tyberii Campus, Tyberchamps.
Buyſeretum, Buiſſeret.
Baſſa Ittria, Ittre.
Facuenſe Caſtrum, Facuwez.
Arcania, Arquennes.
Grambaſium, Grambais.
Aurea Vallis, Orival *Cœnobium SS. Trinitatis de Redemptione captivorum.*

PRÆFECTURA GRESIENSIS.

Greiſium, Gallis Grez *Teutonibus* Grave, *olim Comitatus Pratoriis & Toparchis clarus.* 9
Nodebaſium, Nodebais.
Fanum Laurentii, Chapelle S. Laurent.
Boſſutum, Boſſuyt.
Bolerium utrumque Bouler le Surtrain & Bouler le Souſtrain.
Allodium de Bierges.
De Cantore, Primicerio, Præcentore, *Notatio.*
De Bailivo, Majore *ſive* Prætore, *Notatio.*

GENAPPIA. pag. 12.

Ejus origo, & Arx.
Curia olim ſuprema in Arce, la Chambre de Lothier, *dein ſubjecta Curiæ Feudali Brabantiæ.*
Salubritas aëris.
Delphinus ob hanc in arce moratus.
Notandum in donatione Eccleſiæ de Genappia.
Gallo-Brabantia Lotharingiæ pars.
Diverſitas inter Brabantiam & Lotharingiam.
Veteris Genappæ Parochia, Vieulx Genappe.
Promelia, Promelles.
Genoperelia.

PRÆFECTURÆ GENAPPENSI

Subcenſentur Sombreſſia, Sombreſſe. pag. 13

Ravizia, Revez.
Eorum Privilegia. Triplex Juſtitia.
Sombreffiæ Prætorium.
Ejus Beneficiarii.
Raviæ Prætorium.
Brabanti, maximè Gallicani, à jugo Francico ſemel erepti, alieniſſimi ſemper à Francis fuerunt.
Munificentia priſcorum in Religioſas Familias.
Confinia Genappæ, Wayſium Ways.
Luponia, Loupoigne, *ejus Prætorium.*
Thyacum, Thyes.
Thylium, Tille.
Thyliacum, Thellier.
Unde Flumini Thyliæ nomen?
Tylii Domini.
Inquiſitio de voce & initio Allodiorum.

ABBATIA VILLARIENSIS.

Villaris laus. fol. 15
Origo à S. Bernardo.
Oratorium, Chorus.
Series Prælatorum.
Villarienſes quinies clauſtrum deſerere coacti.
Cœnobii Sanctitas authoritatibus probata.
Templi nitor.
Qui è Villario aliis Cœnobiis præfecti.
Nomina eorum qui ex Illuſtribus familiis Villarium dotarunt.
Abbatum Humilitas.
Villarii munificentia in Pauperes.
Labor indefeſſus, Jejunium,
Solitudo & ſilentium,
Pœnitentia.
Glorioſi aliquot in vita.
Conſolationes divinæ.
Phophetiæ ſpiritu clari.
Villarii præſens ſtatus deſcribitur.
Numerus Religioſorum.
Villaria *aliquot &* Sarta *prope Villarium.* pag. 20
Villarienſis villa, Viller le vil.
Holerium, Holeer.
Villare parvum aut Parwetanum, Villers Perwin.
Sartum domini Guilielmi, Sart Sr. Gillam.
Sartum dominæ Avelinæ, Sart Dam Aveline.
Houtanium Montanum & Campeſtre, Houtain le Mont & le Val.
De Abbate Sæculari, *Notatio.*
Cultura S. Germani, Coulture St. Germain.
Sartum Marianum, Maranſart.
Mons ferarum, Sauvagemont.
Abbatiæ Aquirienſis deſcriptio.
Pagi. *Bayſium*, Bayſies.
Lanna, Lanne.
Franeſia, Fraſne.
Dominia. *Melinum*, Melin.
Ligniacum, Ligny.
Cur præfecti Monialium vocentur Patres.
Vallis Bouſia, Bouſeval.
Vallis Francorum, Waufranchies.
Glabbiacum, Glabbais.
Glabbiolum, Glabiſoul.
Traziniacum, Trazegnies.
Goſcelia.
Libertiniacum.
Aiſa, ejus Arx & Prætorium.
Cœnobium ibi Oigniacenſe.
Olim ex oppoſito Beginaſium, nunc dirutum.
Xenodochæum.
Cœnobii Calamitates, Viri Clari.

PRÆFECTURA AINCURTENSIS. pag 22

Adonis Curia, Ayncourt, *unde dicta.*
Ibi Capitulum 12. *Canonicorum, nunc Lovanium tranſlatum.*
S. Raginulpha Capituli Patrona.
Beginaſium. Noſocomium.
Aincuria olim Municipium.
Dominia hìc primæ notæ, Maleviæ.
Dongelberga, olim Comitatus.
Fanum Mariæ, Sainte Marie.
Petribaſium, Pieterbais.
Rodium Speculi, Rouxmiroir.
Gottechemium, Gottechien.
Thorenbaſium à S. Joanne, Thorenbais S. Tron.
Thorenbaſium à Beginis, Thorenbais le Begin.
Glattiniacum, Glattegnies.
Opperbaſium, Opperbais.
Turbaſiolum.
Parwiſium, Parweis, *olim* Peruwelx.
Ejus antiquitas, amplitudo, ſitus, privilegia.
Duo pagi ſub eo, Roſarium S. Mariæ, & S. Simphoriani, Roſieres.
Encomium Ordinis Benedictinorum, imprimiſque Ciſtercienſis.

GEMBLACUM.

Gemblaci varium nomen. pag. 26
Gemblacum à quibus munitum.
Lotharici Regni pars fuit.
Arx ſeu Villa, in Baſilicam mutata, & à quo.
Urbs à quo mœnita?
Plateæ quando ſtratæ?
Præcipua Urbis opera.
Fata à bellis, & igne.
Gemblacum à quibus olim poſſeſſum?
Quis Gemblacum cum ab eo dependentibus Monaſterio tranſſcripſerit.
Gemblaci immunitates & privilegia.
Abbatum prærogativæ.
Advocati Gemblacenſes olim ab Abbate electi.
Dein Lovanii Comites Gemblaci Advocatos perpetuos Imperator conſtituit, & quare?
Hi Jus Advocatiæ Valbainii Regulis tranſſcripſerunt.
Varii exceſſus Valbainiorum, circa hanc Advocatiam, repreſſi.
Urbis Villicus & Scabini.
Opificum Collegia.
Rei Sacræ incrementum à Guiberto.
Eccleſia Parochialis.
Parochiali Curæ Archipresbyteratus annexus.
Abbatia immediate Papæ ſubjecta.
Conſervatores Privilegiorum Gemblaci.
Series Abbatum Gemblacenſium. fol. 28
Encomium Abbatiæ Gemblacenſis. fol. 29
A Sanctis, & Sanctorum Reliquiis.
A diſciplina.
A reſtauratione regulæ aliorum Monaſteriorum.

A Scriptoribus, Bibliotheca, Scientia.
Ab Opibus.

COMITATUS GEMBLACENSIS.

Olim major quam nunc. pag. 30
Partes Dominii Gemblacenſis ſunt & olim fuerunt
Vallis Vicennis, Vaul Vicenet.
Liberti-Campus, Liberchamp.
Liberolium, Liberoulx.
Maniacum duplex, Manys.
Ernagia, Ernaige.
Curtile, Courtys.
Savahella, Saulveniers.
Lonzea. Abbatia hic Monialium d'Argenton.

MONS S. VIBERTI. pag. 30

A B. Guiberto nomen habet.
Ubi nunc templum, olim Ducum Curia fuit.
Subcenſetur huic Præfecturæ Valhainium, Valhain. *Ejus Etymon.*
Caſtrum Valhainii. Incolarum fidelitas.
Nunc Comitatus cum triplici juſtitia.
Valhainii Domini Abbatiæ Gemblacenſis & Cœnobii Ferinenſis Advocati.
Res Sacra.
Eccleſia Parochialis.
Sacellum Caſtrale.
Alia Sacella ſeptem.
Eremita.
De Jure olim Toparcharum in Eccleſias ſui territorii, *Notatio.*
De Comitibus & Ducibus *Notatio.*

COMITATUS VALHAINENSIS.

Wavera, Wavre. *Municipium.*
Jure Oppidi donatum, & quando.
Nundinæ liberæ.
Prætor, Senatus, Tribus Patritiæ.
Caſtrum ibidem, nunc dirutum.
Via lapideæ.
Fata à bellis, & igne.
Eccleſia Parochialis.
Sacellum Caſtrale.
Wavera inferior.
Prioratus S. Benedicti.
D. Virgo miraculis clara.
Sarta, Sart lez Walhain & Lieberſart.
De Oblationibus pro mortuis, *Notatio.*
De Crucis ſigno, *Notatio.*
Turinum Sulci, Turinne les Ourdons.
Cœnobium Lerincz.
Quid Monſieur & Seigneur.
Thorenbaſium, Thorembais.
Opperbaſium, Opprebais.
Torbaſiolum, Tourbiſoul.
De Novitiatu priſcorum Monachorum, *Notatio.*
Quid Commiſſarius, Legatus, Balivus?
Corbacum, Corbais.
Bierbacum, Bierbais, *olim arce instructum.*
De Verſibus Leonius, *Notatio.*
Vilrutum, Vilroux.
Fanum S. Pauli, S. Pol.

Partes reliquæ Comitatus veteris Gemblacenſis, ſive Præfecturæ Montanæ. 34

Fanum Gaugerici, Saint Gery.
Fanum S. Lamberti, S. Lambert.
Curia Stephani, Cour S. Eſtienne.
Abbatia de Salzines.
Locus Belli & Superi Rivi, Beaury & Suſry.
De antiquo more ſacro die Innocentium ſervato, *Notatio.*
De Saltatoribus *Notatio.*
Mons Albus, Blanmont.
Mons niger, Normont.
Mons Calvus, Scaillemont.
De antiquo Monachorum more utendi nigris, *Notatio.*
Nigella S. Martini, Niel S. Martin.
Nigella S. Vincentii, Niel l'Abbeſſe.
Nigella Petroſa, Niel la piereuſe.
Heroës nigris utebantur, cum ad ſanctiores curas ſecederent, & quare.
De Labro Regio & Ducali, *Notatio.*
Conrodia duo, Conroy le grand, Conroy le chaſteau.
Sartum novum, Neuf Sart.
Sartum vetus, Vieu Sart.
Caſtrum Dominæ Alernæ, Chauſtre Alerne.
Caſtrum Globi, Chauſtre le Boule.
Caſtrum, le Chauſtre.
Color violaceus olim proprius Canonicorum.
Limalia, Limale.
Monaſterium ad Tyliam, Mouſty ſur Thy.
De nomine Paige, *Notatio.*
Divionum Montanum, Dion le Mont.
Divionum Campeſtre, Dion le Val.
Lezium Majus, Grand Lez.
Lezium Minus, Petit Lez.
Ottiniacum, Ottignies.
Melioriacum, Melery.
Berga, Genetina.
Judæi olim in Brabantia plurimi: quando, & quare extincti?

PRÆFECTURA HULPENSIS. pag. 36

Hulpenum, Ter Hulpen, *celebre Municipium. Olim Oppidi jure donatum, & ad Comitia vocatum.*
Plures hic molæ, ubi charta conficitur.
Braniæ item aliquot: Comitis, Caſtri, Walteri Wauty-Brain, *Allodii* Braine Lalleu.
Braniæ nomen à quo?
Brania Walteriana *perſonatu, & Cœnobio inſignis.*
Allodialis *privilegiis & Oppidi Jure donata.*
De Dompno & Dompna, Nonno & Nonna, *Notatio.*
De Nundinis Gemblacenſibus, *Notatio.*
Ophanium, Ophain.
Ooſthanium, Ohain.
Encomium Abbatiæ Nizellenſis.
De Carmine Chronico, *Notatio.*
De Joanne de Temporibus, *Notatio.*
Fanum Auſtrale, Ooſtkerke.
Vallis Juniperi, Geneval.
Fanum Lamberti, Chapelle S. Lambert.
De Officiali Mechlinienſi & Namurcenſi, *Notatio.*
De Ægyptiis *in Brabantia*, *Notatio.*

GELDO-

Witterſiacum, Witterſies.
Heremus, l'Heremite.
Allodium, Le Loz.
Planceuotta, Plancenoit.
De Brabantorum Pietate *Notatio.*

GELDONIA.

G*Eldonia*, Jodoigne *Gallicè*, Geldenaken *Teutonicè.*
Nominis origo fabuloſè petitur à Romanis.
Quædam Romanæ antiquitatis indicia.
Arx ibi olim, in qua Ducis filii, impuberes annos tranſigebant.
Arcis, ut olim fuit, deſcriptio.
Arx cum privilegiis eò delatis combuſta.
Locus, ubi nunc Urbs, olim nemus fuit.
Urbem ambitu cinctam fuiſſe, variè probatur.
Urbs quando mœnita.
Urbis opera.
Fata & calamitates Urbis præcipuæ.
Penes quos fuerit Urbis Dominium.
Geldoniæ Vicecomites & eorum immunitas.
Urbs à quibus gubernetur. Privilegia, Fora.
Loca ſacra.
Comitum piæ Donationes.
Eccleſia Parochialis, Ejuſque Patroni.
Suburbanum Geldonienſe.
Ejus appendices, Hupania Hupin, *Molenbaſiolum* Molenbiſoul, *Geſtum Marianum.*

Comitatus olim, nunc Præfecturæ Geldonienſis membra.

Geldonia Superior, Jodoigne la Souveraine.
De Matriculario & Cuſtode, *Notatio.*
Glymea, Glymes.
Gentis Glymeæ antiquitas.
De Epiſcoporum olim humanitate, *Notatio.*
De Milite & Equite, *Notatio.*
De Ordinibus Equitum ſacris, maximè Melitenſi.

PRÆFECTURA GESTANA. pag. 42

T*Ria Geſta Comitatui Geldonienſi ſubjecta.*
Geſtum Marianum, S. Marigeeſt.
Geſtum Joannis, S. Jeangeeſt.
Geſtum Remigii, S. Remygeeſt.
Herbaſium, Herbais.
Petraniolum, Petranioul.
Geſtum ad Pontem Geronis, Geſt à Geronpont, *nunc Præfectura ſeparata, ſub qua* Geſtum & Fuzium.
Ramelia, Ramelies.
Hedinia, Hedinge.

PRÆFECTURA ORPIENSIS.

O*Rpium celebre ab habitatione & ſepultura* Alpaidis *pellicis Pipini.*
Item à Miraculis & fonte S. Adiliæ.
Hoc tractu ad Principem pertinent Orpium Majus, *Nodebaſium* Nodebay, *Marezium* Marez, *Pelania* Pelaines, *Libertiniacum* Libertinges.
Orpium minus, Linſania Linſain, *Linſemalia* Linſemaulx, *quos habeant Toparchas.*
De Conſilio Epiſcoporum & Ducum, *Notatio.*

HANUTUM. pag. 43

H*Anutum olim* Dabor *dictum, & quare.*
Hanuti *nomen unde natum?*
Primò Arx fuit, deinde Urbs, olim ampla, nunc anguſtior.
Mœnia quando ſtructa, quando diruta.
Urbis opera, nunc incendio abſumpta.
Penes quos fuerit Dominium Hanuti.
Reſp. Hanutenſis forma, Urbis inſignia, Privilegia.
Urbis calamitates.
Hanuti Suburbana.

COMITATUS ſive PRÆFECTURA HANUTENSIS.

Balivo Principis in omnibus hoc tractu pagis ſuprema eſt juriſdictio.
Pagi. Lenſium *utrumque*, Servatii & Remigii.
Lenſium Silveſtre, Boiſlens.
Ligniacum & Mecheronia, Ligney & Mecheron
Avernaſium Craſſi, Cras-Avernas.
Avernaſium Balduini, Avernas le Balduin.
Villarium Populare, Villers le Peuplier.
Puteum, Putcey.
Bertriacum, Bertrées.
Halerium utrumque.
De Anniverſariorum antiquitate, *Notatio.*
De Nobilium Palatiis extra urbem, *Notatio.*
Crahenia, Crehaing.
Phallaſium, Fallez, *Arce, Palatio, Jure aſyli, & variis privilegiis celebre.*

PRÆFECTURA JANDRANIENSIS. pag. 47

V*Ulgus* Jandracum *vocat: fabuloſè.*
Princeps Jandranii Dominus.
Quid juris hìc competat Baroni Jacheæ?
De eſu carnium Monachorum, *Notatio.*
Draco *Symbolum crudelitatis.*
Jandraniolum, Jandraignoul.
Marilia, Marilles.
Amynium, Aymines.
Mollebaſium S. Petri, Molenbeeck.
De modo orandi veterum Monachorum, *Notatio.*
Varia ſignificatio Vocis Vil.

GIACHEA BARONATUS. pag. 48

Giacheæ nomen à fluvio Ghete, *Gallis* Jauche.
Illuſtres Giacheæ Toparchæ.
Prætorium olim inſigne.
Pagi affines Mons Jacheæ, Jachiola.
Cœnobium ibi Monialium.
Moniales aliquot miraculis claræ.
Tumulus Baronum.

TRAZINIACUM.

Traziniacum, Trazegnies, *Toparchia* libera, & Franca, *nec Hannoniis nec Brabantiæ ſubjecta.*
Ejus antiquitas, Privilegia.
Dominorum Nobilitas, honorum tituli, opes, Dominia, Matrimonia, Virtutes, Palatinæ dignitates breviter deſcripta.

FINIS.

J. B. GRAMAYE.

TRAZINIACUM

Municipium & Baronatus cum appendicibus in limite Brabantico, Hannonico, Leodicenſi ſitus.

Ad Illuſtriſſimum CAROLUM TRAZINIACI BARONEM, *Hannoniæ Parem, Seneſcallum hæreditarium Leodicenſis Principatûs, in Brabantia, Flandria, Namurceſio, ſed & alibi Dynaſtam aut Toparcham*

VOTUM.

REmitto Tibi TRAZINIACUM, Tu mihi debitum remitte,
Quo obligavit aliàs immerentem tua Humanitas.
TRAZINIACUM Gallicantis appendicem eſſe juſſi Brabantiæ,
Quomodo gemma ſolet monili appendere.
TRAZINIACUM lege, libertate, laude eximium
Exiguo circumſcripſi & deſcripſi charactere:
Ita ſolent, qui terras ingentes in mappam projiciunt.
Tui candoris erit quale quale ſuſcipere.
Quâque es nobilitate ſupra ceteros,
Humanitate ſupra æquales,
Virtute inter paucos,
Amoreque in literas,
Hoc Scriptum, hoc chartaceum munus
De manu ejus ſume,
Qui Te poſt dicatam Patriæ & Principi juventutem,
Familiam poſt tot pace belloque parta decora,
Liberos in ſpem Generis adoleſcentes,
Et paterno exemplo virtutem, monitu eruditionem amantes,
Optat, orat, diu feliciter eſſe & ſupereſſe,
Ad Brabantiæ, Hannoniæ, Belgii decus.

Illud voveo etiam atque etiam

Tuus

ILLUSTRISSIME BARO,

devinctus devotus.

J. B. GRAMAYE.

VERBA GUICCIARDINI
IN HANNONIA.

Trazegnies eſt aſſy pres de la chauſſée, qui va à Maeſtrecht, loing de Bins deux lieues, eſt très-beau Chaſteau avec un bon Village, lieu très-noble pour l'ancienneté de la race de ces Seigneurs, leſquels plus de ſix cens ans paſſez y ſont protecteurs, & ſe ſont touſjours tenus en la meſme Seigneurie, dont ſont iſſus perſonnages fort renommez, & plus freſchement le Seigneur Jean de Trazegnie Chevalier, & Doyen de l'Ordre de la Toyſon d'or, lequel eſpouſa pour Charles V. Iſabella de Portugal, à qui ſucceda Charles ſon filz modernement Seigneur dudict lieu, homme de grande qualité & reputation.

J. B. GRAMAYE

TRAZINIACUM.

Quia beneficio Illuſtris Toparchæ Traziniacenſis aditus mihi factus ad Archiva, ad decus Belgii facere putavi, ſingula alibi à me poſita diplomatibus confirmare, augere & ordinare. Traziniacum nec Hannoniis adjudicavi nec Brabantiæ ſubjeci, adjeci tantùm: & ita faciendum docet Magnus Cæſar in diplomate anni 1544. 23. Julii vocans *Toparchiam liberam & francam, ſitam inter limites Brabantiæ, Leodiorum, Hannonum, & Namurci.* Optimè *liberam*, cùm ab exactionibus, *juriſdictione, talliis omnique onerum & gravaminum genere* immunes ſemper fuiſſe, & etiam eſſe ejus incolas, Dux pronuntiaverit anno 1324. in Februario. Hinc eſt, quòd non tantùm municipali jure (nundinas circa D. Lamberti Feſtum, forum hebdomodarium die Veneris habent) ſed & civium libertate, & *franciſiarum* privilegio incolæ gaudeant, quibus & leges & ſanctionum chartam Otto præſcripſit anno 1220. Privilegio autem & juribus hujus loci fruuntur incolæ de Rognon circa Rebeccam Nivellenſis territorii: *cujus libera feuda* Traziniaco annexa per Ducem anno 1307. Martis poſt Lamberti. Fruitur & pagus Capellæ Harlemontanæ, cujus parochia ab Archimandrita Floreffienſi dependet, & Inſtituti Præmonſtratenſis habet Prioratum anno 1289. à Traziniacis fundatum. Quorum nomen deductum nonnulli putant à Gallico Traize-nez, quod Tredecim natos ſonat. Addunt alii, Auſbertum Anzegeſi Ducis noſtri parentem totidem filiorum patrem, inter quos Trazinia Veſtalis ſanctitatis merito in Divos relata. Alii Sadigerum Juſtum Arduennæ Comitem nato ſibi decimo-tertio fratre ad rei memoriam arci hìc ſtructæ nomen reliquiſſe credunt. Vixit ille anno Chriſtiano 560. hic anno 850. Mihi non improbabile fit, locum hunc aut à Normannorum ævo, aut Brunonis Archiducis tempore munitum eſſe. Certè in eo Prætorium amplitudine, ſitu, turri, propugnaculo eximiis, & ſi temporum non invideret iniquitas, inter primi ordinis arces cenſendum, foſſæ, murique altitudine ſpectabili circa, Sacellum ſplendidè dotatum intra, hortus juxta neſcio cui ceſſurus, ſive ſpecies, ſive diſpoſitas in quincuncem arbores, ſive viridaria, ſive ambulacra 400. pedes ampliùs longa vinctis implexiſque ſibi fagis & aliis arboribus altiſſimis umbram perpetuam facientia ſpectes, quem dum admirabundus unà cum R^do^ Patre Nicolao de Tellinas Auguſtiniani Inſtituti, planiſſimè meo, contemplarer, in hos verſus duxi:

Quid video, quid non video? Parnaſſia teſtor
Numina, mens oculis ebria facta ſuis.
Flora, Camœna, Venus, Driades, Nymphæque, Napeæque
Elegêre ſibi, vel peperêre locum.

Ad Dominos quod attinet, à Ducibus & Principibus vicinis varios honorum titulos obtinuerunt, hodièque obtinent. Inter Leodicos quidem *Seneſcalli hæreditarii* dignitate fruuntur. In Brabantia Principes minorum gentium ratione feudorum de Rognon. In Hannonia tertii inter Pares, recenſentur ratione Dominii Sillyenſis. Dux noſter alibi Joannem Traziniacum indigetat *Noble homme, Seigneur, Monſeigneur, &c.* Id eſt, Nobilis vir, Dominus, & Dominus meus, &c. datum anno 1324. Hanno in Cathalogo Nobilium qui Ægidii Traziniacenſis ſigna ſecuti ſunt, in expeditione ſacra primum locum ei aſſignat ante omnes, qui nunc in Comites Principeſque ſublimati ſunt. Et quid precor, deſiderare poſſes? Opes? Amplæ illæ fuerunt ſemper & illuſtres, Athum Hannoniæ ab eis poſſeſſum, ab Ægidio tranſcriptum Comiti Balduino anno 1100. Alter ejuſdem nominis cum uxore Bolerium poſſedit, & poſſedit poſteritas in Hannonia Silliacum, Otrebiam;

biam; in Brabantia Rognonum, Maniacum; in Flandria Algidum montem, Sluſam; in Namurceſio Rocuriam, Epiniacum; in Zelandia Armudam; in Galliis Everdingam, Longamvillam; & alibi alia primæ notæ Dominia. Vultis Matrimonia? Ea ſemper fuerunt cum nobiliſſimis Patriæ. Ægidius quidem Hannoniæ Comitis adfinis fuit anno 1096. & alter ejuſdem nominis ſub annum 1100. Godefridi Ducis, & tertius ejuſdem nominis gener Comitis Oſtrovandiæ, ſororiuſque Comitis Buchanenſis, & alteris nuptiis Gratianæ quæ Soldani Babiloniæ filia fuit, maritus magnifico tumulo, ſed per has turbas diruto, apud Olivas Hannoniæ Monaſterium ſepultus. Carolus Reguli Culemburgici gener. Virtutem vultis? Vix bellum ſacrum fuit in quo non aliquis Traziniacus, vix veterum Traziniacorum aliquis qui non bello famam peperit; unde arbitror umbram illam Leonis eos adduxiſſe in ſcutis præferendam, ut exemplo ſint Ægidius anno 1096. Otto 1187. Sigerus anno 1200. in terram ſanctam profecti, Joannes anno 1144. in prælio Grimbergano, & noſtra memoria Toparchæ tres omnium ferè expeditionum Principis teſtes. Nominatim Carolus, qui nunc ſupereſt, ubi primùm per ætatem licuit, Ducis Parmenſis caſtra propriis impendiis ſectatus eſt, Vir ab humanitate & adfectu in literas & literatos jure commendandus. Vultis & Palatinas dignitates? Ægidius an. 1258. Franciæ Conneſtabilis. Præſens Baro Avum habuit Joannem Aurei Velleris Equitem, imò Decanum, & honorarium Eleonoræ Reginæ Comitem Hannoniæ Gubernatorem, quin & Præfectum generalem, & Caput Belli in Brabantia & vicinis anno 1521. à Cæſare conſtitutum. Vultis & pietatem? Loquuntur Abbatiæ Cambronenſis ab Anſelmo anno 1148. Bellopratenſis ab Aleide anno 1228. Orivallenſe ab Ottone anno 1213. Cœnobium Harlemontanum ab Ægidio anno 1289. Sacella, Hallenſe anno 1340. Athenſe anno 1540. aucta fundataque; ut taceam dotationes ampliſſimas Abbatiis Bonæ-ſpei, anno 1236. Villarienſi, anno 1228. Viconienſi ſub idem tempus factas. Addam alia: Sigerus poſt glorioſam in Syria militiam apud Minoritas Valencenenſes Monachum induit ſub annum 1240. & recenti exemplo habet modernus Toparcha & Baro ſorores tres Mariam in Gilingenſi Cœnobio Religionis vota profeſſam, Annam primò Canonicam in Regali Virginum Divæ Waldetrudis Collegio, dein Regularem in paupercula Athenſis oppidi Cœnobiolo, Magdalenam, quæ raro pietatis exemplo poſt non frequentata, ſed habitata Principum noſtrorum Palatia, ex domeſtica Comite Ser.[ma] Hiſpaniarum Infantis, abjuratis mundi vanitatibus, & ſolitariam Gandavi vitam amplexata eſt, neſcias an majori Principum noſtrorum laude, qui paucorum menſium ſpatio tres è ſuo Comitatu ad Religiones arctiſſimas emiſerunt; an domus Traziniacæ quæ tres eodem ferè tempore religioſas aliis nobilium Familiis exemplo emiſit. Unum addam & concludam: ſub annum 1242. indictum fuiſſe Traziniaci ab Ægidio Toparchá haſtiludium, quod omnes Hannoniæ, Flandriæ, Brabantiæ Principum cœtus & nobilitas honoravit.

FINIS.



ANTVERPIA.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM

De Advaticis, & Ambivaritis Antverpienſium progenitoribus inquirit: de eorum ſedibus varias Scriptorum opiniones affert: eòque Cæſaris, Dionis, Taciti, Ciceronis, Ptolomæi loca profert.

NEMINEM fugit quantum lucis Plinii Tacitique Præfecturæ, Prolomæi & Anthonini itinera, Cæſaris victoriæ, Dionis Hiſtoria attulerit Galliæ & Belgio univerſo: neminem etiam latet quantum iidem campum aperuerint exercendis curioſorum ingeniis, quæ ſicubi populum à Dione dictum, à Tacito non tacitum, ab Anthonino aut ab aliis nominatum, ſed ita nominatum, ut certa ejus ſedes colligi nequeat, inveniunt; rem honoremque ſuæ quilibet patriæ ſomniat; quaſi eximium ſit ſuffocari, ſed ab Hercule; comburi, ſed teſte Alexandro; cædi, ſed à Cæſare; vinci, ſed à Romano. Planè ut aſpicientibus è longinquo ruinæ magnarum molium apparent Urbes, Caſtella, Turres, ita retroflectenti oculos per tot ſeculorum decurſus, æquè mortes ac Martes, tam cædes quàm ſedes obſervantur, tam nomen quàm omen in lucro ponitur. Eadempropter tam *Ambivaritos* quam *Atvaticos* (de quibus nos tantummodo agemus) diverſæ ſibi Urbes, diverſi ſuis Scriptores arrogant. Nos utrorumque ſententiam & ſententiæ fundamentum breviter, antequam ad Antverpiæ deſcriptionem accingamur, diducemus. Ambivaritos Goropius contendit habitaſſe regiunculam Antverpiæ vicinam, quæ nunc Comitatus *Rienſis* nomine cenſetur, ductus, ut apparet, vocis affinitate, etymo nominis reſpondente ad unguem genio loci, ſubindicans, quod alii liberiùs aſſerunt, oppida Brabanticæ ditionis ſupra Antverpiam terminata in *Bergen* veteres *Ambivaritorum* ſedes obtinere. Petrus Divæus & alii paulò latiùs extendentes hoc nomen etiam Buſcumducis & Graviam comprehendunt, ducti conjecturâ ex quarto belli Gallici petitâ: ubi non obſcurè innuit Cæſar Ambivaritos inter Moſam & Schaldim habitaſſe, cum is de Germanis agens: *Cognoverat enim* (inquit) *magnam partem equitatus ab iis aliquot diebus ante prædandi frumentandique cauſa ad Ambivaritos trans Moſam miſſam: hos expectari equites atque ejus rei causâ moram interponi arbitrabatur.* Atque hęc quidem de Ambivaritis. Atvatici authoribus Cæſare & Dione ex Teutonum Cimbrorumque reliquiis erant, qui in Italiam cogitantes ſex hominum millia cum impedimentis ſtatuerunt, quæ poſt longas altercationes tandem habitationis locum ſortita ſunt inter Nervios & Eburones, eoque potentiæ deneverunt ut Eburones ſtipendiarios fecerint, narrante idipſum Ambiorige apud Cæſarem libro quinto, multaque & oppida & caſtella & vicos poſſederint, unumque inter alia Cæſari libro ſecundo *oppidum* omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectuſque habens, Dioni libro 39. caſtellum. Oppidum hoc Goropius in tractu Gaeſbecano invenire videtur, ſitu loci, & dimenſione, nominibus etiam ſic ſatis correſpondentibus. Atvaticos autem totum illum ab Antverpia tractum habitaſſe, qui poſtmodum Cameracenſis Diœceſeos permanſit uſque ad erectionem novorum in Belgio Epiſcopatuum. Divæus paulo aliter Gallicanam Brabantiæ, Hannoniæ, Hasbaniæ, &

Namurci partem antiquis Advaticorum ſedibus reſpondere contendit, ob hoc ut opinor, quod altiſſimas ibi rupes prout à Cæſare nominantur, inveniat, magis quam in tractu Gaesbecano. Et ſanè quamvis extant hodièque in Namurceſio plurima Romanæ originis vocabula, quæ manifeſtè convincunt iſtic frequenter egiſſe; tamen ſcriptos, putarique à Beato Rhenano Atvas apud Ciceronem vocari in Epiſtola ad Atticum, qua voce cum haud dubio populus ſignificetur, is ipſe quæ oppida & qualiter nuncupata coluerit memoriæ proditum non eſt, niſi quod nonnulli in itinerario Anthonini invenientes *Advaticum Tongrorum*, & in Ptolomæi libro ſecundo capite nono Atvacum, opinentur vocis affinitate, hæc Advaticorum oppida; de quibus tamen fuſius diſputabo in meis Tongrenſibus: nec enim hic viſum fuit alia ingerere ad ſpartam quam colere inſtituimus non factura. Ceterum ne quis opinetur, aut Divæum Ambivaritos, aut Goropium primum Advaticos Antverpienſium progenitores dixiſſe, noverit longè ante, Ædigium Virginis ſcriptorem Hiſtoriæ Leodienſis Advaticos collocare circa Antverpiam & Lyram, Joannem autem Monachum Ambivaritos dicere Antverpienſes, dictoſque quaſi Amptuartenſes voce lapſu ævi corrupta. Opinionem de his ut meam Verſu ſubjicio.

Andowerporum vult unus progenitores
Ambivaritos, Advaticos alius.
Et ſibi quiſque placet, quia ſeſquipedalia verba
Credit & antiquam ſe reperiſſe fidem.
Nil opus ampullis, ſuſpectis nil, dubiis nil,
Ambivaritis nil, nil opus Advaticis.
Andwerpum ſtat mole ſua, quodcumque loquaris,
Eſt minus, effingas quidlibet, inferius.

CAPUT II.

Nomen urbis ex diverſarum gentium & ætatum Authoribus ſtabilitur. Caſtrum Andoverp, Andoverpi *Populi*, Andoverpia *Urbs*, Andoverp *Diſtrictus*, *Villa* Anturpia, Antverpha *Civitas*, Andoverpum *Oppidum*, Antwerp *Comitatus*, Anvers *Portus*, *obiterque emendatus ex Werdenenſi Codice Annonius*, *notatum novitium nomen* Antwerpen.

QUi varia legit, legit variè torqueri, ceſpitare, hallucinari circa nominum propriorum radices etiam non vulgariter eruditos, adeoque verum eſſe quod noſtri ævi Phænix dicere ſolebat: in labiis bonorum veterum labes inveniri rariores, quàm in litteris lituras, cùm verba auribus excepta animo fideliter repræſententur, eadem papyro credita, & blattarum, invidorum, ignarorum imperio obnoxia ſæpè adulterentur, concidantur, concidant. Unde fit ut huic litterarum & eruditionis jacturæ docti complures occurrant in expurgando, expugnandoque quæ vitio & incuriâ temporum irrepſerunt, toti, ut emaculatos veterum codices anhelæ donent poſteritati. Hoc exemplo nos quoque origines clariſſimæ urbium edituri primò adhibitis omnium ætatum & gentium Scriptoribus diverſa ejus nomina colligemus, ne diſtincta illa nomenclatura alibi occurrens avidum antiquitatis lectorem poſſit remorari. Vixit S. Willebrordus, Meiero referente, anno 656. qui in ſuo apud Epternacenſes ſervari ſolito teſtamento inter alia nominat *Eccleſiam in Andoverpo Caſtro*, quam Rodingus donaverat. Audœnus qui vitam Divi Eligii ante annos propemodum mille ſcripſit, de eo loquens: *Jugi* (inquit) *conſtantiâ in Andoverpis pugnavit*. Fragmentum Joannis Monachi coætanei D. Amando, miraculo 3. in hæc verba ſcripſit: Et veniens per medios Toxandrorum fines multum fatigatus videt *Andoverpam* & lætatus eſt valde. Eginhartus Caroli Magni Cancellarius alibi meminit *Andoverpi* in maritima regione. Heda laudat diploma Luduvici Pii deſignantis Turninum Villam in diſtrictu de *Andoverp*, ubi clarus miraculorum gloriâ S. Fridigandus quieſcat, datum Aquis in Palatio anno 813. Annonius l. 5. capite 25. diviſionem hæreditatis filiorum Lotharii Regis narrans *Antverpia* non meminit, niſi quod unus codex Werdennenſis Cœnobii legat: *In Brabanto Comitatus quatuor, Antavienſem, Hanionenſem, Lovinienſem*, & potuit facilè pro Antwerpenſem ſcriptum fuiſſe Antavienſem, quæ lectio ſanior videri poſſit: nec enim probabile, repetitum hic Cameracenſem Comitatum (prout alii legunt) cùm ſupra Annonius nominarit Cameracum. Liber miraculorum Sancti Trudonis ante quatuor ſæcula collatus: *In Anturpia*, ait, *villa, fæmina erat &c.* ſed opinor deſcriptorem hujus Codicis loco circumflexi, cujus vis eſt eadem quæ Ver, u ſimplex poſuiſſe: vixit autem deſcriptor ante annos 200. Lambertus Schaffnaburgenſis, paulò poſt de Gotilone Duce ſcribit: Cùm eſſet in vicinia Lotharingæ & Flandriæ, in Civitate quæ dicitur *Antverpha* occiſus eſt. Sigibertus ad annum 837. Normannos refert *Andowerpum* devaſtaſſe. Donatio Henrici I. Cæſaris ad Baldricum Epiſcopum à Goropio libro 1. citata, Waneram ſylvam ſitam ait in *Comitatu Gotilonis* qui *Antwerp* dicebatur anno 1008. Rogerus Anglus ad annum 1204. Rex Richardus venit è Germania ad Portum de *Anvers*, qui eſt in terra Ducis de Luvain. Iſacius qui vixit ſub annum 1120. in Hiſpania ſua libro 3. Et venientes, ait, in virtute magna ad Flandriæ Portum qui *Antorf* dicitur, omnes occiderunt in ore gladii. Diplomata Cœnobii Michaëlitici ab anno 1200. & deinceps nominant *Antverpiam* nunc ſimplici, nunc gemino V. Nec ante annum 1400. ullum vidi, qui ſcripſerit primâ aſpiratâ *Hantverpiam*. Attuli hucuſque ex noſtrate & externa hiſtoriis omniumque retro ſeculorum gentiumque præcipuarum Scriptoribus variè ſcriptam dictamque Antverpiam: ſed ideo attuli ut certius rectiuſque nominis ratio elici, diverſitas agnoſci, ſcriptura poſſit intelligi: ne quis opinetur novitium

tium

tium eſſe, & ſine auctore Gallicum *Anvers*, Italicum *Anverſa*, Anglicum *Anwerp*, Hiſpanicum *Enveres*, Germanicum *Antorff*, Belgicum *Antwerpia*, ſicut & vernaculum *Hantwerpen*. Scripſit de nomine Antverpiæ elegiam Cornelius Graphæus, Epigramma Bochius, ſubjiciam & ego compoſitum à me puero Carmen.

Cum lingua me omnes habeant, habitentque, colantque,
Cur me aliter vocitat Teuto, Britanus, Iber?
Anne quia imbutam me linguâ, moribus atque
Dotibus obſervans Teuto, Britanus, Iber,
Quiſque ſuam reputat, nec diverſo aëre natam
Me putat, aut aliam Teuto, Britanus, Iber?

CAPUT III.

Etymon Atvaticorum, Ambivaritorum, Antverpiæ, *poſt & contra Goropium inveſtigatur: excutitur Gigantis fabula ex Dione & Cæſare: præteritis* Adverſæ, Averſæque *dirivationibus, itemque* Verpi *cultu, vulgata veraque nominis ratio aſſeritur cum ratione & omine.*

ETſi firmo fixoque pede circa prima vocum cunabula ambulare non liceat, libet tamen vel titubando progredi, & curioſorum noſtri ævi opiniones excutere. Ambivaritos derivat Goropius ab *Ampt* id eſt munus, *Vaer* id eſt vehi, *Riien* id eſt canales navigabiles. Etymon ex ingenio promptum, & promptè loci, ubi Ambivaritos ſuos collocat ille, genio reſpondens. Ego tamen cum offerente ſe vocabulo ſimplici extra rem eſſe putem ex jejunis partibus mixtum facere, & malim, dum ejus ſit copia, nominum originem ab hominibus, quam ab humo petere, cogitavi ſubinde an non dicti forent corruptè à Romanis noſtri idiomatis expertibus Ambivariti, quaſi *Ombevarten*, id eſt intrepidi, maximè cùm id nullatenus immutatâ voce ſonet vocabulum, & notum ſit quàm frequenter dialecto Flandricâ & Geldricâ a & o vocales confundantur. Atvaticos ſimiliter Becanus nominat à *Hatvat*, id eſt acceptum tene aut ſerva, monito ad virtutem majorem exercitandam in poſteris convenienti. Sed quid ſi eos tanquam *Aenvattichers*, id eſt apprehenſores, aut *Aenvaſtdyckers*, id eſt aggeris firmatores appellemus? Liberum unicuique quod libitum ſentire. De Antverpiæ Etymo ſic Cornelius Graphæus cecinit:

Projecta fecere manus, rigidique tributum
Antigoni magnum tibi, magna Antverpia, nomen.

Ita uno ore noſtrates hiſtoriæ, ſed parum ſibi, minùs veritati conformiter aſſerentes, quemdam *Druonem Antigonum* portentoſæ molis gygantem adverſam hanc Schaldis ripam tenuiſſe, qui manus (ut alii dextram) hàc iter facientibus loco vectigalis (ut alii portorium pendere recuſantibus) amputaret; ac veniſſe tandem Cæſaris commilitonem Brabonem, qui inito certamine belluam ſuperarit, talionemque reddens dextram reciſam quanta vi poſſet in flumen conjecerit. Hinc extructo per Julium caſtro à manibus projectis nomen hæſiſſe. Hinc manuum urbi inſignia. Hinc gygantis & filiorum ejus amburbalia pegmata reſtare, domum ejus nominari, oſſa ingentia in curiæ pronao ſpectari & coloſſum qui terribili vultu forum reſpicit memoriam ſervare. Ingenioſè hæc omnia & ad morem priſcum. Ne ſcilicet Brabantis integrum ſit Clionem privilegiatam habere, aut gloriari quod exemplo ne Romanis quidem aut Græcis permiſſo, lucem habeant ſine nube, ignem ſine fumo, imaginem ſine fuco, id eſt hiſtoriam ſine fabula. Ego ad hæc, ut nolim Goropio in ſua Gygantomachia militare, aut Divæo aliiſque ſubſcribere noſtrates narratiunculas ita dedignantibus, ut exiſtiment inter eas & anicularum deliramenta nihil intereſſe, hoc popularibus fabulis largior, quod alii veteribus, quas aut explicandæ rerum naturæ, aut firmandæ virtuti, formandis moribus, aut fundamento ex rebus verè geſtis capto concinnatas fatentur. Et quidem in Gygante noſtro Antverpiano eo libentiùs occupabor, quod legam etiam ante quinque ſecula traditam creditamque ejus hiſtoriam. Chronicon Trudonenſe ante annos 500. ſcribi cœptum, refert: In Taxandria villa repertam urnam tempore Radulphi Abbatis plenam manibus areſactis, creditumque illas ibi repoſitas à tempore Druonis Gygantis, qui Antverpiæ transfretantibus manus abſcindebat. Joannes Monachus qui vitas aliquorum Sanctorum in Stabuleto ante annos 300. ſcripſit, in D. Lamberti vita, agens de Tyrannis ait: Qualis etiam impius ille, qui non erubuit à prætereuntibus manuum vectigal petere, ipſius naturæ inimicus. Hemricurtii ante 200. annos florentis exemplar Auriani (in aliis enim hunc tractatum non vidi) verbis à me in latinum verſis ait: Et habet domina Schaldis Antverpia in ſcuto ſuo caſtrum Gygantis & manus à victore Cæſare in flumen projectas. Omitto hìc vetuſtiſſimos hiſtoriæ rythmos in Curia Bruxellenſi & alibi extantes, plenoque ore duellum & geſta noſtri Antigoni buccinantes; è quibus hoc ſolum docere conſtitui, fabulam hanc non eſſe novitiam, nec hujus ævi, ſed nec portentoſam; cum longè majora crudelitatis exempla, Herodotus, Plutarchus, & Poëtæ nobis offerant: & amplius Anſibariæ leges ſtatuant: *Negati Regibus honoris reum naſo, tributi manu, homagii capite truncandum.* Nolim tamen quis putet me ita credulum, ut fabulæ ſæpè dictæ fidem addam, quam ſolum ex fundamentis hiſtoriæ petitam & involucris ad gratiam aurium veſtitam docere opto, præeunte Cæſare. Qui libro 2. Gallici ubi de bello contra Advaticos (hi nomen induiſſe Antverpienſium putantur poſteà) non obſcurè innuit, & robore & ſtaturâ fuiſſe maximâ, *plerumque*, inquiens, *omnibus Gallis præ magnitudine corporum parvitas noſtra contemptui eſt.* Ergo magni Atvatici & forte Dux illorum inter magnos maximus, quem Antigonum poſteritas vocavit, quia Romanorum Antigoniſta, cum Druon appellaretur à fidelitate: *Trouwe* enim

 fidum

ſidum nobis ſonat. Idem Cæſar cùm oppidis caſtellisſque deſertis Advaticos omnia ſua in unum *egregiè munitum oppidum*, aut ut Dio refert, *caſtellum* contuliſſe ſcribit, docet & latè dominatos, & caſtella plura habuiſſe. Quod autem caſtella ad flumen habuerint & vectigal à præternavigantibus petierint, ex Dione licet colligere, qui aſſerit eos *& genere & moribus Cymbros* fuiſſe. Si genere, ergo nonniſi navigio in hanc Belgicæ oram delati; ſi moribus, ergo ad tributa imperandum non rudes ſolum, ſed & crudeles, ut à Plutarcho & aliis depinguntur. Quis porro Brabon ille Antigoni victor? Quis niſi Cæſareanæ cohortis Dux, urbis ſubactæ author, quem Belgæ *Brachont*, id eſt fædifragum ob id vocarunt, quod contra datam obſeſſis fidem cunctos ſub jugum mitteret, illi parum memores ſe rebellione id ſua procuraſſe. Nec manus truncatio aliud, quam libertatis: id enim vinctæ poſt terga manus, mileſque ſub haſtam miſſus & in domini tranſlata potentia flagrum indicat. Atque hæc quidem de noſtrate fabula noſtra eſt ſententia: fabula quam de more meo everrere malui, quam evertere. Sed non ideo toti ſubſcribo narratiunculæ, litem non dirimens quam Goropius contra omnem Gygantum hiſtoriam ſuſcepit, imo verò totam Caſſiani Gygantopeiam Goropianę Gygantomachiæ opponens. Scio interim domum, quam vulgo Gygantęam vocant, affinitate nominis *Rues* quod Gygantem & *Ruſſ* quod Ruthenum ſignificat errorem augente, fuiſſe ab aliquot ſeculis, hodieque eſſe Ruthenorum: nec ambigo pegmata illa Encænialia, itemque coloſſum è veteri fabula reliquias eſſe: nec repugno, quin eſſe poſſint oſſa illa omnibus ſtuporem ſolita injicere Elephantis, qualem Salonino filio miſſum à Galieno conjicit Becanus, allegans ſimilia apud Vilvordiam pronuper reperta. De inſignibus poſteà dicemus. Ad alia pergo: Graphæus urbi Antverpianæ à ſecretis pronuper in quadam de nomine Urbis Elegia

Ille, ait, *quod adverſum Schaldæi fluminis amnem*
Conſiſto, Adverſæ *nomen ineſſe putat.*

Et poſtea:

Hinc ſatius, quinto vocitabor nomine tandem
Adjectæ: *id nomen dii poſuère mihi.*

Sed hic, licet non extra propoſitum, luſus eſt Poëtæ ignoſcendus mage quam in hiſtorico agnoſcendus, cùm futile ſit urbium Gallicarum à Latinis Etymon petere. Cujus generis eſt illud:

Cur Averſa vocer, ſi neſcis, aſpice Jani
Dextram, Mercurii cum pede, certus eris.

Quoad *Verpum*, quo nomine cultum his locis Priapum & nominatam urbem contendunt aliqui, rejicit Becanus, non memor apud Romanos illo cognomento Deum fuiſſe. Sed quid ſi Cimbris, quid ſi Belgis ita vocatus ſit dictione, ſi Etymon inſpicias, ſatis appoſita? Ego nihil definio, & libenter recipio vulgatam originationem à *Werp*, quod projectum ſonat, ut urbi nomen manſerit ab aggeſtu terræ, quo accolæ littoris & flumen anguſtius & alveum ejus reddiderunt profundiorem; manente adhuc nominis veſtigio in ripa juxta arcem veterem, quæ *Werve* nuncupatur. Hæc nominis Antwerpiani vis, nec vanum myſterium. Quid enim Gygas niſi magnum, manus niſi potentem, vectigal niſi divitias, arx niſi robur, Priapus niſi fæcunditatem, projectum niſi imperialem præſagiat? Ut quæ indomito Neptuni brachio compedes injiciens, inter medias fortunæ & adverſitatum procellas nihil de animo, parum de majeſtate, etſi aliquid de potentia remiſerit.

CAPUT IV.

Pauca quædam Anverpiæ cognomina citantur.

A Nomine ad cognomina pergo, non illa quidem omnia, ne Hiſtorici loco videar Encomiaſten agere, ſed nec præcipua; illa duntaxat quę vulgo ſunt, & tractantur à popularibus, cujuſmodi verſiculus ille tabernarius ſic latio donatus habet:

Pulchra Malina placet, opulenta Antwerpa *triumphat*,
Bruxella Auguſta eſt, *Lovaniumque ſapit.*

Quod diſticho nonnihil cultiore Moræus expreſſit.

Mercurium Andoverpa, Jovem Bruſſelia, Phœbum
Lovania, & Venerem pulchra Malina colit.

Ideo enim opulenta quia *Mercurii filia*, & hinc eſt quod Chriſtophorus Stella Hiſpanus vocet, *Totius terrarum orbis forum nundinarium*: tanta enim hìc omnium gentium confluentia, tanta mercium omnigenarum copia, ut orbem quis in urbe contemplari videatur. Boterus Italus *Emporium non orbis tantum Chriſtiani, ſed & Barbarici cantatiſſimum* deſcribit, quod ex omnibus pæne terrarum angulis ad ſe velut centrum ſocietatis humanæ concurrentes recipiat, foveat, conſervet. Gulielmus Britannus verbis ex Anglico tranſlatis ait de Antverpia: eſſe *Gemmam inferioris Germaniæ*, cujus dignitas æſtimari, majeſtas deſcribi, felicitas nequeat niſi cum admiratione cogitari. Sive enim conſideres quod natura loco dedit, ſive quod ars adjecit, ſive quod fama ſuperaddidit, omnia ſupra fidem, & ferè ſupra hominum vota. Thevetus & alii Gallorum Scriptores libenter & liberaliter Antverpiæ cathedram è primis largiuntur in aureo Cyllenii fano. Quę exterorum teſtimonia in rem noſtram attuli probatura nec falsò nec à noſtris Antverpię cognomen inditum. Quod tamen quando cœperit, & quando ædium, opum, civium creverit numerus, poſtea explicabo. Hìc tantùm per compendium nonnulla adjiciam, è diverſorum tam noſtri quàm pręcedentis ęvi ſcriptis carptim petita. Hemricur-

ricurtius Leodicenſis ut dixi, *Dominam Schaldis*, Bertelius Luceburgenſis *Emporii omnibus numeris abſoluti exemplar*, Guiſianus Hanno *ſplendidum in ſpacioſiſſimo oceani brachio opidum*, Heda Batavus *Belgii noſtri Corynthum* cui nec triplex Gallia, nec utraque Heſperia parem habet. Becanus Rheno-Trajectinus *Gemmam* B. Willebrordi manibus è ſterculinio aſſumptam, cœnoque deterſo ſplendentem, Suffridus Friſo *famoſiſſimum toto orbe propolium*, Vrintzius Flander *Dei munus*, naturæ beneficium, fortunæ miraculum, Lipſius Brabantus aliàs *ocellum urbium*, aliàs *pulcherrimum orbis*, *perfectiſſimum Reipublicæ exemplar* nuncupat. Talemque Guicciardinus & Boterus Itali, Scribonius Germanus lib. de nundinis, Belleforeſtus & Thevetus Galli, Buchenanus Scotus, Gomezius Hiſpanus, depingunt noſtram Antwerpiam, ut neſciam quid ad pulcherrimæ urbis majeſtatem manus aut mens videatur poſſe deſiderare. Omitto enim præcipua noſtratium encomia, ne propriæ laudis deſiderio ferri videar. Prætereo illos qui urbem urbium, orbis compendium, Paradiſum voluptatis, Mercurii & Gratiarum fabricam indigetant, & concludo in Epigrammate ſuccincto Poëtæ noſtro ævo clariſſimi, Maximiliani Vrintzii, quod extat in deliciis itinerum Chriſtiani orbis recenter evulgatis à Franciſco Swertzio Viro clariſſimo.

Regia Mercurii, fortis domus, area Martis,
Merce vigens, opibus turgida, cive potens.
Legibus æqua, ſuperba foro, admiranda penate,
Turre ſtupenda ſacra, mole timenda ſua,
Meta hoſti, vindex Liræ, cæſo inclyta Gallo,
Apta ſalo, cælo grata, benigna ſolo.
Orbis miraclum, famæ ſtupor, unica Phœnix,
Vix præſente oculo, vix capienda fide.
Neſcio quam dicam, minor & vox omnis, at ipſa
Se validè Antverpham dicere ſola poteſt.

CAPUT V.

Situs veteris & noſtræ Antwerpiæ docetur, inter Atvatos, Tongros, in limite Armorico, marca Danica, pago Teſſendrico, Renenſi, Friſia maritima, Comitatu, Ducatuque Lotharingiæ in Imperio, dimenſio ejus geometrica variaque ab oceano diſtantia.

QUàm multus in depingenda noſtra Antwerpia Guicciardinus, tam ego parcus paucuſque: & ideo paucus quòd is narratione ſuâ accuratâ curioſorum ſitim videatur reſtrinxiſſe: Ideò parcus quòd inſtituti mei ſit, non tam res ipſas ut nunc ſunt, quàm origines ſingularum prodere. Situm itaque veteris Antverpiæ, ſive veriùs caſtelli, ponamus licet aut cum Divæo inter Ambivaritos, aut cum Goropio inter Advaticos. Debellatis à Cæſare Atvaticis, & obſcurato nonnihil gentis nomine, Tongris attributum Ptolomæi videtur tabula inſinuare, nominans *Atvaticum Tongrorum*. Declinante autem Romanorum in Galliis imperio *Caſtellum* ſive *cuſtodia limitis Armorici* habitum fuit, dictumque, ſi Lazio credimus. Paulò poſt Francis rerum potientibus, marca ſive *limes Danicus* nonnumquam etiam Anglicus dici cœpit, attribuitque Andowerpum caſtrum *pago Teſſendrico* prout docebimus ubi hiſtoriarum curſus ad Utelonem Marchionem deducit. Tempore D. Willebrordi, cùm ſolidato ſchaldis aggere, alibi populus vicatim habitaret, pars hæc pagi Taxandrenſis, proprio cœpit nomine appellari *Renenſis* ſive *Ryenſis*, ab æſtuariis prout derivat Goropius. Et ita Theofridus Abbas Epternacenſis in vita D. Willebrordi deſcribit Andowerpi ſitum *in pago Renenſium*. Eginharti autem hiſtoria quo loco *Schaltemum* nominat (quod noſtrum *Schelde* eſſe putatur vicus ſupra Antverpiam) ſitum in maritima Friſiorum regione, colligere liceret Antwerpiam Caroli magni ævo Friſiæ maritimæ attributam, quæ diviſione hæreditatis nepotum & pronepotum ejuſdem Caroli acceſſit Lotharingiæ. Ita nimirum, quod ante me notavit Goropius, Diploma Henrici Cæſaris anno 1008. datum, nominat Comitatum Gotilonis qui *Antwerf* dicebatur: erat autem Gotelo ſive Gozelo Lotharingiæ Dux. Nec multò poſt ſub an. 1190. ut ſupra dixi, *portum de Anvers* Rogerius ſcribit ſitum in *terra Ducis de Lovin* eodem ſenſu, quo Henricus Brabantiæ Dux in donatione quâdam Eccleſiam S. Michaëlis Antwerpienſis ſcribit in ſuo Ducatu ſitam, quia nimirum Cæſaris beneficio Marchiam Antwerpienſem Brabantiæ Dux poſſidebat. Quamvis autem, ut infrà videbitur, Flandrici juris nonnunquam fuerit Antverpia, & nunc unam in Brabanticarum urbium quadriga rotam conſtituat, tamen nunquam, pura puta, fuit aut Flandria, aut Brabantia, aliquid Cæſareorum inſignium & Imperialis tituli præter alias conſortes obtinens. Atque hæc de ſitu, quem ipſum ſi libet conſiderare ad eorum regulam qui cæleſtium circulorum inclinatione & ſiderum ortu terrarum intervalla metiuntur, novimus Mathematicos peritiores Gemmæ Friſii calculum ferè ſequi, qui Antverpiæ ultra unum & quinquaginta latitudinis gradus, ſcrupulos octo & viginti aſſcripſit, longitudinem autem ſex & viginti temporum partibus, ſex & triginta minutiis primis terminavit. Occupat autem dextram ſchaldis ripam longo mœnium turriumque tractu, ab Oceano ſecundum flumen quindecim circiter paſſuum milibus diſtans. Si terreſtre compendium petas, quinque in quorum ſingula tantum ſpatii in terra complectuntur, quantum ſi expeditus pes, ſtato & ordinario gradu, intra horam unam abſolvat, & laboris ſatis ſit habiturus & non nimium difficultatis. Nec tamen hæc ab Oceano diſtantia eadem ſemper fuit, ſi vera referunt & noſtri & vicinorum Annales; noſtri quidem conſcripti, Druonis iſtius fabuloſi arcem juxta mare collocantes. Trajectenſes autem cùm totam Campaniam noſtram ante D. Servatii ævum pelago tectam aſſerant, non obſcurè innuentes, longè propinquiorem ejus alveo fuiſſe Antverpiam. Ut taceam etiam à viris doctis non vulgariter receptam

opinionem quod Flandros à Zelandis olim mare non ſeparaverit. Quæ omnia fidem facere poſſent ejus quod dixi, aliter olim Antverpiam ab Oceano fuiſſe diſtinctam. Et

Quam propriè Oceano quadret Andoverpia, dicat,
Qui vivit, vidit proxima luſtra decem.
Quique triumphantem declinantemque notavit,
Oceanumque tot hàc ire redire vias.
Creſcunt decreſcunt ambo, Spoliantur, abundant:
Mobilis eſt hic & hæc, hic variatur & hæc:
Et velut Oceanus licet undam ſæpè reſorbens,
Mox revomit tamen & littora nuda legit:
Sic Antwerpa quidem voluiſſe perire putetur,
Non tamen ſatis poſſe perire datum eſt.
Ut premitur & opprimitur, ut creditur, illa
Non cadit, & frontem ſortis utramque capit.
Urbis in exitium ſpirarunt Mulciber & Mars,
Reſtitit atque bonum, ſors bona reſtituit.

CAPUT VI.

Caſtrum fundatur, ejus ſitus inter aquas, & paludes, ſtructura, antiquitas, portus, privilegia, nomen, Borcht Borgers, *&c.*

PRogredior & primum Antwerpienſis Caſtri jacio fundamentum, quod, ſive *Advaticum* Goropii ſive *Aivaca* Antonini, ſive *Catuacum* Divæi dictum fuerit, undique aquis includebatur; hinc ſchaldis, hinc paludes, & ſcaldula, quo nomine parvulus quidem rivus urbem antiquam cingens, vocatus, ait Becanus. Addo ego traductis ex ſchaldi aquis videri poſſe derivatum, aut naturæ, aut hominum artificio, hunc rivulum, pari modo quo apud Cameracenſes *Scaldula* rivulus urbem ſecans, tradux majoris, qui mœnia urbis lambit *Schaldæ*. Omnia igitur longè latèque, quæ circum erant loca ſtagnabant aut cæno & paludibus fœda erant; ita ut nec vectoribus ob aquas & altam uliginem, nec navibus ob vadorum brevitatem acceſſus daretur: inſigne illud quidem ad muniendam arcem citra grandes impenſas adjumentum, ſed commerciis hominum, rebuſque neceſſariis importandis non exiguum impedimentum. Quamobrem utrique acceſſui & navali & terreſtri tum cùm jam altis mœnibus, firmiſque, nec non foſſis latis tuti eſſent, conſulendum eſſe rati ingentes primum ſublicas, magno fiſtucarum pondere, ſtagnantibus paludoſiſque ripis impegerunt, quarum multas vidimus dum fundamentis curiæ jaciendis altè humus effoderetur. Stabant enim hactenus ingentes ſub profunda terra trabes erectæ, quæ diuturno ſeculorum decurſu, vi frigoris, & imbibiti humoris ab atro cœno, cui erant infixæ Ebeni tum colorem, tum duritiem contraxerant: documento, qui in hac regione Ebenum poſſimus imitari, quod illi noverunt, qui vermiculata è lignorum diverſitate opera componunt. Inter has fiſtucas multâ omnis generis materiâ, quæ ad aggeres ducendos muniendoſque, uti ſolemus, ingeſtâ, firmatâque hoc conſecuti ſunt, ut ripam haberent ſolidam & tam altè in flumen projectam, ut naves commodè appellerent, hic *portus* & hoc *Telonium*, cujus aliàs meminimus, quodque amplius Beatus Willebrordus in ſuo teſtamento nominat. Strabo portum ad Pharum majorem deſcribit tam profundum eſſe, ut maxima navis ad ipſos uſque gradus quibus ad mare deſcendebatur ſtationem habere poſſet. Quod igitur Straboni mirabile videbatur ut maxima navis ad ſcalas ſtare poſſet, id Antwerpiæ quotidianum eſt, ubi maximæ holcadum ita ripam contingunt, ut manibus liceat onera in terram deponere, quod nuſquam alibi tanto à mari intervallo eſt videre. Hoc caſtrum eſt ante annos mille celebratum, cujus pomæria licet ſæpiùs extenſa, manet tamen hinc primigenium jus, ita ut extra illud nemo civitate donetur, nemo morti adjudicetur. Cum autem pagi prope proculque diſtiti, aut potius Principes pagorum domini ſua putarent intereſſe arcem tam opportuno ſitam loco contra Barbaros hoſteſque defendi, ad refectionem mœnium foſſarumque plurimi Taxandriæ, Geldriæ, Brabantiæque pagi obligabantur, qui in diplomatibus *ſpectare dicti ad opus caſtrenſe de Antwerpia*, & vidi codicem antiquum ſcriptum anno 1241. in Martio, ubi recenſentur loca, aut potius limites hujus privilegii. Et ſolet, niſi quod incuria temporum, fortè etiam incuria exactorum plures exemerit, à ſingulis pagis tributum hoc fine pendi. Hæc de caſtro antiqua ferè reperio, cujus facies ab annis 100. nonnihil immutata eſt, facta poteſtate Senatoribus, *foſſam Caſtrenſem*, partim replendi, partim muniendi vicina loca permiſſu Cæſaris & Ducis anno 1514. Unum adjiciam, auctâ urbe Antverpienſi caſtro veteri nomen *Borcht* inditum ab occulendo latendoque intra vallum, aut veriùs à credito, quod civium fidei commiſſum foret hoc primæ famæ propugnaculum, qui ob id *Borgers* quaſi *Borchheren* aut *Borchthair*, id eſt domini, aut cohors caſtri nuncupantur, *Borgen* autem credere nobis ſonat, uti *Borch* vadem. Civis à coeundo olim dixêre Latini, à defendendo Flander, uter melius?

CAPUT VII.

Primæ urbis initia deſcribit. Aendyck, Kipdorp, *unde dicta: de tempore hujus Structuræ diſputatum, de ambitu portiſque & munimentis.*

CAſtrum ſtruximus, ſuccedat urbs, quam ante annos mille exordium ſumpſiſſe nolim dubitare. Cùm enim ripa arci adjecta (quam *Werp* ſive ut nunc loquimur, *Werf* dictam diximus eo quod jactâ mole conſtaret) cœpiſſent commorari qui commerciis agitandis victitabant, paulatim creſcente hominum multitudine neceſſe fuit pluſculum loci adjicere. E ſtagnis & paludibus aquas in canales navium capaces corrivarunt, quo humus deſiccata tum hominibus locum habitandi ampliorem, tum pecori paſcua ſuppeditaret lætiora. Hinc factum (verba ſunt Becani) ut quod arci adjectum ad ripam Advaticorum vocaretur

Aent Anatz-werp, ac deinde brevius *Antwerp*. Poſt cùm acceſſio hæc multitudine & numero hominum longè arcem ſuperaret, arcem quidem, ut dixi *Borgt*, totam verò urbem *Antwerp* nominarunt. Porrò ſicut ſublicio opere & navali ingreſſui & habitationi laxiori circa arcem conſuluerunt: ita terreſtri quoque itineri aggerem per paludes eduxerunt, cui ab uſu *Engaendyc* nomen datum, id eſt agger factus ad adeundum, quod deinde per conciſionem in *Aendyc* mutatum eſt, ut gens noſtra, & longè quam ipſi Lacones, brevitatis in loquendo ſtudioſior. Solent enim ad hanc itinerum neceſſitatem aggeres per paludes & fœdas camporum uligines duci, quos Tacitus pontes longos nominavit, definitione additâ anguſtos eos tramites eſſe inter vaſtas paludes, quod genus Lucius Domitius olim in finibus Cheruſcorum exaggeravit. Ad hunc aggerem ad introeundum excundumque per infida pedibus loca congeſtum vicus quidam ſuburbanus enatus eſt: qui quòd extra Schaldulam eſſet, quo tum rivo Antverpia tota cingebatur, Kipdorp eſt appellatus, id eſt pagus ab ovo excluſus, eò quòd primus hic eſſet fœtus Antverpiæ, è ſinu Civitatis velut ex ovo emiſſus. Hucuſque Goropius, qui nec addit tempus quo hæc evenerunt. Et ſanè illa eſt hiſtoriarum noſtrarum & antiquitatis obſcuritas, ut frequenter in ea ne ſuſpicari quidem aut ſuſpicere liceat. Popularis rythmus à me in latinum verſus ſic habet:

Cum Clodio armatam tibi claſſem Belgica mittit,
Occupat Antverpam Endoviamque ruit.

Ridiculum hoc quidem & ſine auctore, ſed quod veriſimile videri poſſet niſi ſubjiceretur.

Et rediens Schaldim ſtatuit munire ſuperbis
Turribus, ingentes circundans undique muros.

Ego ut hanc fabulam fabulæ loco habeam, nolo tamen diffiteri quin ante annum à redempto orbe ſexcenteſimum locus hic extra arcem habitus ſit, & imò ante Normannorum irruptiones foſſa mœnibus per ambitum cinctus, ſed terreis, ſed ligneis Gallorum more. Profligatis autem ab Arnulpho Imperatore Barbaris lapideos ſubſtitui cœptos, ita ut mœnia protenderentur ab arcis muro ad pontem, qui à ſpeculando *Luycbrugge* (non ab aliis *Loocbrugge* ut nunc perperam pronunciant) nuncupatus eſt: inde ſecundùm curiam, ut nunc ſunt res, pertinuiſſe ad domum Aquenſem, & denique per pontem à vicinis paludibus dictum, portamque vaccarum ad Aquæ ductum inde veteris nomen ſervantem. Talem primam urbem fuiſſe & monumenta loquuntur & auctor Speculi Belgici libro quarto capite 64. ex Archivis tradit. Erantque, quod opinor, tres ad urbem aditus ex aggere, pratis ſive paludibus & ripâ, quorum poſterior turrim habebat, nunc carceri publico deſtinatam, dictamque, non à piſtoribus ſed à cocto latere, quo ſuperior ejus pars conſtabat, renovata anno 1304. Quando etiam hæc mœnia extructa non definio: forte ab aliquo Ducum Lotharingiæ, qui Marchiam poſſiderunt; fortè à Gibboſo Duce hìc interfecto, ut author eſt Sigibertus, fortè à Cæſare, quem fatetur vetus Leodicenſe chronicon anno 1104. *Antwerpiam fortiter & conſtanter muniviſſe.*

Atque hæc ſunt urbis fundamina parvula tantæ,
Sic è grano arbos creſcit, crocodilus ab ovo.

CAPUT VIII

Producta ter pomæria deſcribuntur cum portis & ambitu, obiterque notatus mos nominandi portas ab urbe Epiſcopali, & coronandi eaſdem in oppidis limitaneis.

Nimium anguſta erat hæc area auguſto fortunæ templo: nimium exiguus campus, in quo Mercurii, Junonis, Martis, in una vires ſuas experturorum labor concluderetur. Liberati ab inteſtinis, viciniſque bellis tantiſper Brabanti ad pacis ſtudia, & belli ſi uſus foret munimenta ſe comparabant. Videbant Antwerpiani cives Lovanium, Bruxellamque augeri, Herentaldum, Sylvamducis, Bergas mœnibus inſtrui, Bredam etiam & Vilvordiam turribus: ſupplices itaque facti Henrico Duci authoritatem fieri poſtularunt, producendi urbis pomerium. Conſentit Dux haud gravatè obicem futurum ratus vicinæ, unde ſibi timebat, Bataviæ. Diploma exſtat anno 1201. quo etiam manum operi applicantes intra annos quindecim urbis ambitum pulcherrimo opere abſolverunt. Ductum à canali, qui *novus* exinde vocatus per portas quæ à *vaccis* & *vineis*, Divis *Catharina* & *Joanne*, quorum in vicino Saccllæ, locis *Mera* & *Cameraco* nomina ſortiuntur. Ubi nota ſolemne noſtris civitatibus ferè ſemper fuiſſe ex portis viciſque unam quæ proxima ab urbe cathedrali nominare, licet longo ab illa diſtarent intervallo. Ita Mechliniæ itemque Lovanii unam portam à Leodio denominatam, Bruxellis & Antwerpiæ alteram à Cameraco licet obſervare. Hîc urbis circulus capax eſſe poterat civibus, non tamen advenis, ſufficere neceſſitati, non item famæ cui inter prima ſtudendum putabant Mercuriales indigenæ. Majus itaque opus moliuntur, maximè ex quo invitati Ducum privilegiis, & civium humanitate exteri mercatores portum cœperunt frequentare: Angli imprimis & Italiæ Danicæque triremes. Itaque deſcripto ampliori circulo viſum eſt ſuburbanam multitudinem, quæ frequens extra mœnia habitabat, muro concludere, quod factum ſub annum 1304. Duce ipſo unius portæ primum fundamenti lapidem pangente. Receptique in oppidum vici Kipdorpenſis incolæ, in cujus aditu porta eſt deſignata quæ poſtmodum, id eſt an. 1553. novo opere exornata à vicino D. Jacobi templo cœpit appellari. Præter quam circa Præmonſtratenſe D. Michaëlis Monaſterium alia patuit *Cronenburgica* nomen ſortita à diademate Imperiali in ejus olim faſtigio. Ubi obſervandum ex ritu antiquo eſſe portis urbium limitanearum aut por-

portarum turribus, Imperii Romani aut ſigno, aut ſcripto titulum deſignare. Scripti exemplum Noviomagi Geldrorum extat teſtis & Aquileus. Signi Antwerpia, Daventria, Colonia exemplum ſuppeditabunt. Amplius circa fanum D. Georgii porta ſtructa, reſtructa anno 43. ſupra ſeſquimilleſimum ob id Cæſareæ nomen adepta quòd Carolus eam quintus anno 1545. primùm ingreſſus perhibeatur teſte inſcriptione. Eam hìc cum altera pictam in exemplum do. Reſtant portæ ſub idem ferè tempus apertæ, *Ciſternenſis* pronuper loco ſuo mota & nomen & pæne locum quem *Lutea* obtinuerat habens *Bergenſis*, ab urbe quam reſpicit dici ſolita, *Rubeæ* appellationem adepta, quod minio tinctum ejus frontiſpicium. His incrementis pulcherrimæ ſpeciem induit Antwerpia, famâ, Deoque auſpicibus, in eam creſcens magnitudinem, ut urbe licet frequenter habitatâ, ſuburbanum nihilominus aliquot ædium millia complectatur. Hinc itaque melioris fortunæ beneficio obviam ituri, egregium & pænè Regium opus moliuntur, novum à ſeptemtrione oppidum adjicere anno 1543. Et circa eadem tempora, ut planior pleniorque unius corporis facies appareret, veteris oppidi portas amoliti ſunt. Muris etiam alibi dejectis tractus reliquæ civitati conformis appareret. Et ſi annorum quis curioſus foret, dejecta fuit *Vaccarum* anno 19 *D. Catharinæ* an. 20. *D. Joannis* anno 81 *Vinearum* anno 21. *Meræ* denique *porta* 41. præcedentis anno ſæculi. Omitto hìc *Beginarum portam* ſtructo caſtro occluſam. Omitto varios versùs flumen aditus mercatorum commoditati ſubſervientes. Utque hæc urbis incrementa è plano videantur, ecce quam publico ære in æs incidi Senatus curavit Iconem.

In qua quadruplices videas in imagine muros,
Et plateas & fana Deûm, varioſque canales.
Cetera pictoris calamus neglexit, eo quod
Et ſuperent artem atque fidem.

CAPUT IX.

Exterior urbis ornatus deſcribitur, mœnia, muri propugnacula; de Werve, het Bierhoot, Maygat, Xanders-gat, Hoykay, Haut-kay, Engelſche-kay, Meekay.

PLanè ut ambitu nunc ſuo contemplectatur Antwerpia 4812. paſſuum quam ornant extrinſecus muri, & agger conſtipatâ terrâ ceſpitibus latitudine eximiâ prælatis, & aquâ partim ſtagnante, partim ductili plenis cinctus, cujus firmitati dubites an civium oblectamento majori conducunt, arborum æquali intervallo & quintuplici frequenter ſerie digeſtarum continuata plantaria. Cujus munimento decem diverſis locis ſtructa ſerviunt propugnacula, in quibus molas pneumaticas, præter eas quæ in caſtro, numeravi undecim. Docent autem rationes urbis, poſt receſſum Martini Roſſemii anno 1542. ſumptu, ut ſupputat Guicciardinus, milionem excedente curaſſe Senatum ſtructo quod videmus murorum opere latus iſtud oppidi alioquin infirmius egregiè muniendum: propugnacula à tempore Ducis Albani excogitata, arboreta ab annis 25. ordinari cœpta. Molæ etiam, niſi quod earum uſum & ſitum in mœnibus aut aggere ſolemnem fuiſſe didicerim ex Diplomate quodam anno 1256. Atque hæc quidem terreſtri itinere Antwerpiam venientibus oculos perſtringunt. Nec minus eleganter aut commodè proviſum urbis parti, quæ flumen reſpicit; ubi recenti memoria ſub annum 1596. Senatus ſecundum D. Michaëlis ædem inſignem flumini murum objecit, loco quem etiam olim muniviſſe ex diplomatie Ducali patet jubente læſos aliquâ parte Monachos in integrum reſtitui. Datum anno 1299. Januarii decima. Projecta hìc videre eſt plurima, quorum unum primariumque, quod *Wervam* vocant, ab antiquo eſt, ut diximus, ubi moles quædam ingenioſo artificio onera & merces etiam maximi ponderis levi manu è navibus ſublatas in littus reponens; quam aut factam, aut refectam anno 1369. docere videtur indiculus illo anno portorii & vectigalium modos preſcribens. Similemque juxta D. Michaëlis molem anno 1518. repoſitam ex memoriis veteribus didici, præter quas & tertia eſt, ſed de cujus exordio nihildum legere me contigit. Loca exonerandis navibus vectoriis, pontonibus & hippagonibus propria, & parata, aggeribus aut alia mole lapidea ad temperandum fluminis impetum congeſta noſtrates *hoot* vocant quòd velut caput & principium littoris in aqua promineant, hujuſmodi eſt Antwerpiæ, quod ab Anglica cereviſia illuc primum expoſita *Birkody* ſervat cognomen ſi vera refert chronicon rythmo vernaculo extans in Biblioteca Opmerii. Hoc caput ut ſic appellem, voce à latio non aliena, tempore Caroli quinti ſaxo quadrato cinctum eſt trameſque gradatim & leviter declivis à porta in flumen conſtratus, ut quovis marini æſtûs receſſu acceſſuque commodum foret Naucleris onera ſua exponere, & pede non offenſo nec ſordidato urbem introire. Reſtant præter aquæductus de quibus poſtea, duo aquatica itinera navibus in urbem recipiendis à proximo ſeſquiſeculo adornata, authorumque Mariæ & Alexandri nomen referentia. Ad extremum quatuor ſunt eodem fine projecta & detorto à latinis vocabulo *Caias* vocant, quorum illæ à fæno ligniſque vulgò nuncupatæ anno 1497. conſtructæ perhibentur, illa quæ Anglos authores referre videtur, ab annis ferè ducentis eorum negotiationi deſtinata fuit, pronuper renovata. De quarta nihil hactenus reperio. Cetera quæ ad ornatum tam littoris quàm mœnium novæ urbis ſummâ cum admiratione exteri conſpiciunt, imò ſuſpiciunt, intra annos plus minus viginti publico ære & cura acceſſerunt; ſuggerente & ſæpiùs ſuccurrente Gilberti Schrubeckii induſtriâ, qui obiit anno trigeſimo octavo Chriſti 1556. de quo hoc diſtichon legi.

Torrens pulcher erat, tot derivare per urbem
Qui potuit fluvios, tot ſternere claſſibus æquor.

CA-

CAPUT X.

Interior urbs generatim deſcribitur, plateæ, portus, regiones, domus, & diverſa rerum ante facies.

EXteriorem urbis ornatum leviter percurrimus, portas nunc ingredi libet, & ſumma pulchritudinis ejus intrinſecæ capita in theatrum producere. Dividitur in regiones 13. prout Servilius tradit in Geldrogallicis. Pontes lapideos 74. diverſis temporibus extructos, Vias publicas lapidibus ſtratas ſuo ævo numerat Guicciardinus 212. Domos 13600. loco adhuc pro 1501. deſignato. Fora diverſis deputata nundinationibus ampla & opportunis locis octo, loca ampla & ſpacioſa variis deſtinata uſibus intra muros 22. Et cum Becano verè dicat: Tanta urbis elegantia, tanta ſuburbanorum amænitas, tantus vicorum ſplendor, tanta domorum commoditas, & ornatus, tanta ſupellectilis & copia & mundicies, & ædificiorum in iis magnificentia, ut Regum non civium eſſe videantur; in quorum hortis creſcentium varietatem ſi deſcribendam mihi ſumerem, integrum naturalis hiſtoriæ volumen eſſet implendum, cùm nihil ferè uſquam ſit herbarum, quod hìc non ſtudioſè, non à Pharmacopolis modò, ſed ab aliis etiam civibus cultum reperiatur, non exiguo id quidem ſumptu, nec ad aliud, quàm ad oblectamentum è plantarum contemplatione percipiendum. Sed tam inſana propè eſt cognoſcendi genti huic cupido, ut ea in parte omnes alias nationes ſuperare videatur. Hæc ille & nos verè ut res ſunt florentis Antwerpiæ demum ſub Maximiliano & Philippo Principibus ad hoc opulentiæ faſtigium evectæ, cùm in ſcripta retulerit Divæus vidiſſe ſe codicem cenſualem ab annis ducentis referentem duo duntaxat domorum millia, caſis etiam in numerum venientibus Antwerpiæ & in toto tractu Ryenſi qui duodecim pagorum ambitu deſcribebatur, fuiſſe. Liber miraculorum D. Huberti. *In villa*, ait, *Antwerp duo pontes ſunt, lapideus alter, alter ligneus, ex quo delapſa mulier Heluidis nomine, graviter in capite vulnerata in phreneſin incidit &c.* Colligitur autem hoc factum ab annis necdum ducentis. Populares rythmi aliquoties à me laudati diſertis verbis aiunt, anno 1306. cœptum Antwerpiæ lapidibus plateas ſternere. Et ſanè, niſi me fallunt memoriæ veteres, pulcherrimæ quæ civitatem commendant plateæ longè ſerius lapideo pavimento veſtitæ perhibentur. *Kipdorpenſis* quidem anno 1378. *Longanova* anno 1472. *Cæſarea* non multo poſt, *Cameracenſis* & *Alta* ab annis 140. *Ærariorum* & *Coriariorum* à centum annis, *Mera* recenti adhuc memoriâ. Cujuſmodi autem domus? Paucæ lapideæ, argillaceæ verò plurimæ, frontiſpicia veſtiebant vites, quod abrogatum publico Senatus decreto anno 1456. & meritò interjecto tempore ſancitum, ne ulla niſi marmore ſaxo aut ſaltem latere domus extrueretur. Loca vacua ante ducentos annos erant plurima, & ante centum annos regionatim magis quam plateatim urbs habitabatur teſte Carmelitarum Archivo. Foſſæ autem ſive canales ferendis navibus apti & aptati octo in urbem derivantur: maxima centum & amplius navium capax cum duabus in nova urbe circa Caroli quinti tempora effoſſa, reliquas ex foſſis antiquorum mœnium meliores ad uſus cooptaverunt, coaptaruntque, quæ hoc pariunt commodi ut viliſſimo tutiſſimoque compendio ante mercatorum ædes mercimonia exponantur.

Sic facilè, ut nulla poſſit magis illud in orbe,
Sic tuto ut nulla tutius orbe queat.

CAPUT XI.

Deſcribuntur Curiæ, Tribunal, Carcer, Macellum, Valetudinarium, Halla: obſervati ritus curiarum loco eminentiori, forma quadrata, judicia ſub dio.

AD opera urbis præcipua non utique deſcribenda, quod alterius operæ & operis foret, ſed deſignanda pergo, primaſque do illis, quæ cives & rempublicam tangunt. Curia juri dicendo ab antiquo fuit, ad fori majoris angulum, quam marmoreis intercolumniis, quadrato opere à fundamentis renovari curavit Senatus an. 1560. ſed infelici caſu haud multò poſt exuſtam anno 76. idem Senatus ſplendidiori ſchæmate reſtituit, cujus hìc formam Lectori conſpiciendam præbemus. Ex Livio diſces veteris Romæ curiam ſublimiori loco fuiſſe, ad quam gradibus aſcenderetur, ut ſcilicet Patrum authoritas ipſo etiam ſitu extolleretur: idem apud nos olim factum omnes urbium curiæ loquuntur, & ne quis opinetur commoditatis id gratia nuper inventum, ut ſubjectæ cameris caveæ ad pennarios uſus eſſent, docebit vetus Antwerpienſis ſolido in ſolo nullis ſuffoſſo cuniculis ſtructa ubi locus adhuc ſupereſt, ſed & nomen, ædificium autem aliò tranſlatum, ut nunc videmus. Quid? Quod ipſa forma quadrata licet non æquilatera videatur noſtratibus curiis propria fuiſſe, quarum tribunal in quatuor iſtius microcoſmi plagas diſtendebatur, forma Græcorum legiſlatoribus commendata. A Themidis fano ad Aſtreæ ſacrarium tendo 1. Domum triumviralibus, ut ſic dicam, judiciis deputatam, ubi res capitis, evictiones & ſimilia Regiæ juriſdictionis merique Imperii aguntur, eſtque intra veteris caſtri ambitum anno 1539. renovata. Et notandum occurrit, judicia, quod de Germanis narrat Tacitus, hìc ſub dio agi, niſi quod ad avertendum cœli injurias non ita pridem tectum Tribunali impendeat. Scilicet æſtimabant boni veteres in Deorum manu vitas, præſentia mortes eſſe debere, quorum æquitatem ſibi in naturam quodammodo peccantibus volebant ſubvenire. Haud procul hinc carcer publicus eſt ſub annum 1520. à fundamentis reſtauratus. Atque hæc quidem ſunt juris & juſtitiæ loca; ſuccedunt quæ uſibus civium ſacra ſunt. E quo genere eſt olim deſtinata cum officinis domus panum, carnium,

frumenti nundinationibus quam anno 1249. Dux conſtrui permiſit. Ceterum cùm incolarum creſcente numero, tantis impar locus eſſet commerciis, ſenſim diviſo onere, opereque multiplicato ſeparatim hæc ſingula cœperunt vænire. Tabernarum macelli autem jus Dux an. 1290. urbi tranſcripſit. Macellumque elegans anno ſeculari quingenteſimo ſtrui cœptum & triennio perfectum referunt memoriæ veteres. Eodem modo cùm ponderum & menſurarum jus urbi anno 1521. Princeps confirmaſſet, inſignem à fundamentis domum eo fine ſtruxerunt circa Franciſcanos anno ut præfert titulus 1549. Eam hìc infero cum altera quæ ante ſeptennium ſecus urbis muros ædificata recipiendis peſte infectis. Nec tacendum receptaculum illud aquarum admirabile ubi aqua ex foſſis oppidi & rivulo derivata longo tractu per lebetes rotæ inſertos, equo gyrante ſurſum attrahitur in lacum, unde per fiſtulas & canales omnibus (qui ſunt ferè cereviſiarii coctores) illam novæ urbis partem habitantibus largè diſpenſatur. Factum ante annos 60. factumque illo compendio, ut coctores quotquot in media ſparſim urbe habitabant in hunc ejus angulum ſe receperint; Senatu non parum his mediis ſerenitati potioris oppidi & civium providente, nec minùs publicis ærarium emolumentis magnâ vectigalis acceſſione locupletantes. Nec prætereunda Ariadnes aut Minervæ tentoria (Hallam à ſervando vocant, aut inferendo pannos venditioni exponendos, Baſilicam vertit Lipſius) quam anno 1317. à Comite Flandrorum tùm urbis Domino urbs redemit.

IN CURIAM LUSUS.

Curia cur tam culta mihi ſit, quæritis, & cur
Curarum Pario marmore tecta parens?
Eſt qui deformes rugis & pulvere curas
Non niſi canoſum ſyrma decere putat.
Eſt alius duris animo durantibus imò
Marmora qui ſolum dura placere putat.
Ambo malè: Ecquid enim commune volantibus, atq;
Triſtibus æterno perpetuoque lare?
Neſcio an à curis habitantibus ulla Senatum
Oppida voce vocent luxuriante ſuum.
Certè non ego: quæ vinctas victaſque rebellem
In nuda patior vix fore ferre pedem.
Peccas? Tollo reum. Lis eſt? Definio. Plebs eſt
Sollicita? Ipſa metum tollo ſimulque malum.
Nec mihi cura magis nomen dedit anxia quam lux
Luco, vel mundo mundities luteo.
Nec magis à curis dicor quam ſi vocet à ſe
Æripedem claudus, credite, ſeſſor equum.

CAPUT XII.

Burſæ origo & fabrica, Domus nationum, Teutonicæ, Germanicæ, Anglicæ, Hiſpanicæ &c. Item mercatorum & opificum: Ritus conventiculorum notatus & mos vendentium porticibus aut periciclis.

HÆc ferè civium ſunt univerſim, ſunt & alia publicè certas, alia privatim aliquas incolarum familias tangentia eaque in duplici differentia. Primò Porticus quadrata eſt meridianis ſerotiniſque deſtinata conventiculis quam Vives *Janimedium*, Marchantius *forum mercatorum*, Lipſius *Baſilicam*, vulgus *Burſam vocat*, nomine Londini, Brugis & alibi recepto, & indito ab ædibus, ut volunt, hìc loci ſplendidis familiæ *Burſæ*, tres Burſas, ſive marſupia in inſignibus & ſupra ædium fores oſtentantis. Sed neſcio an non verius Fachetius ſcribat nomen Burſæ ſive marſupii ideo his locis manſiſſe, quod in Italiis cambiorum invaleſcente uſu, gratoque nundinantium compendio excogitato, hujuſce rei gratia Venetiis itemque Neapoli indictus communi mercatorum ſuffragio congreſſus nomine *Burſæ communis*, è qua ſi quis ſe ſubduceret fidei periculum adibat, quod hodieque ſervatur. Quicquid ejus ſit, Antwerpianam noſtram anno 1533. cœptam extrui diſco, & 22. Februarii anno 1583. incendio abſumptam, ſed mox curâ Senatus reſtitutam docet epigraphe. Cujus ſplendorem hìc in imagine exhibemus. Tantæ verò celebritatis hoc fuit emporium ut viginti duarum nationum Tribus ſua hìc haberent & habitarent palatia; è quibus eminet *Domus Hanſæ Teutonicæ* quam vulgus *Auſtriacam* nuncupat, quadrato opere æquilatero, inter duos novæ urbis canales extructa ab 175. oppidis communi impenſa, & uſui idque anno 1557. ut lapidibus in areæ medio expreſſum legitur. Ædificii hujus latus unum conſpiciendum hìc præbeo. Fuggeri ſunt primæ notæ ab annis 60. ampliter famam fortunamque adepti, ii hoſpitium cum horto eleganti coëmerunt anno .... Portugalenſibus autem anno .... Heſſis verò opportunum exponendis mercibus ædificium anno .... adornatum, Anglis autem anno 1558. domus, quæ Lyranorum olim fuerat, aſſignata, nunc collegio Societatis Jeſu applicata; atque hæc præcipua nationum, ut vocant, & illuſtriora hoſpitia. Sunt mercium, ſunt opificiorum alia. Ita Aulæopolæ anno 1551. porticum officinis utrimque ſuis inſtructam concinnarunt. Ita vitriarium operæ variis ornatas privilegiis fornaces noſtra memoria deputarunt. Ita ærariis, ita aurifabris ſuas ædes deſtinarunt. Nec novum illud, aut hujus ſeculi, merces in porticibus venum exponere, cùm ejus exemplum ante tria ſecula Lovanii, ante duo Bruxellis, imò etiam Antwerpiæ inveniamus, extructam ſcilicet anno 1460. novam circa D. Virginis porticum ad uſus mercatorum. Eratque, licet deſierit nunc eſſe, ubi nunc torneonum & lignariorum tabernæ viſuntur. Omitto hìc proprias urbibus maximis domus, cujuſmodi *Aquenſis*: Cœnobiis, cujuſmodi *Tongerletenſis*, *Bernardina*, *Averbodienſis*: Prælatis, cujuſmodi *Cameracenſis*, *Tornacenſis*: Familiis, cujuſmodi *Leccana*, *Hobocana*, *Liſtana*, *Lyrana*, &c. Prætereo ſplendidas regali magnificentia privatorum ædes quæ omnibus Antwerpiam videntibus ſtupori eſſe conſueverunt.

BURSÆ

BURSÆ ELOGIUM.

Qui Jani tabulam, Saturni Archiva, libellos
Mercurii uno optat poſſe notare loco:
Ditis opes, fortunæ animos, ludibria famæ
Obtutu qui uno poſſe videre velit:
Neptuni furias, Junonis regna, Jovisque
Alternantis opus qui didiciſſe cupit:
Me videat, Divum omnium opus, nec, credite mirum eſt.
Omnium enim hic hominum eſt quodlibet hoſpitium.
Et quamvis media dumtaxat luce frequenter,
Do, quis ut & mediis luceat in tenebris.

IN DOMUM HANSÆ TEUTONICÆ.

Auſtriacam urbe domum qua non eſt pulchrior aiunt,
Nec toto Auſtriaca eſt pulchrior orbe Domus.
Omen ineſt voci; vivat Germania, vivat.
Et quod in urbe domus, id ſit in orbe caput.

CAPUT XIII

De calamitatibus agitur ab aqua, terra, aëre, igne.

AB AQUA.

Civitate ſtructâ, qui deſtruxerint videndum, eundumque eodem cum natura gradu, ab inanimis ad animata, à ſimplicibus ad mixta, à vicinis ad remota. Quæ itaque annotaverunt memoriæ veteres de inundationibus & periculis damniſque ab aqua, recenſebo numeris Arabicis. Diploma Michaëlitici Cœnobii diſertis verbis refert ita Schaldim excreviſſe ut Lilloenſes agri aggeribus ruptis tegerentur, datum anno 1288. Idemque ibidem anno 1300. eveniſſe tradit Diarium Opmerii: quæ cauſa, cur anno 1340. decretum ſit de exaggerando molibus firmioribus iſto latere; ulterius de inundatione anno 1320. die S. Eliſabethę tale extat chronicon.

Eliſabeth ſævit, mare crevit, Hollandia flevit.

De altera anno 1446 Aprilis 15. extat Teutonicum. De altera anno 1462. tale habet Indiculus Heinſii:

Si Schalda creſcit, ager & rus omne paveſcit.

Aliam anno 1468. & feriis Divæ Urſulæ intempeſtâ nocte ortam tempeſtatem docet rythmus ſequens:

DIE ZEE DIE BROCHT DE LANDEN VERLIES,
ALS ALLE DIE MAECHDEN FEESTE WIES.

Meminit etiam Codex Lummii ad annum 1477. calamitatis quam excedens aggeres ſuos flumen ſuburbano intulit. De illo autem ante 172. pagorum jactura & oppreſſione penſato catacliſmo anno 1532. cujus damna ſenſerunt Antwerpienſes, tale chronicon feci.

Quot clades pecori, vicis, mortalibus atro
Sola parat pelago vis, parit una dies.

Adjiciam hic annos quibus gelu extra morem & modum aſtrictum flumen admirationi fuit, quos ex diverſorum memoriis collegi. Anno 1383. 1401. 1405. 1442. 1447. 1463 aut ut alii volunt, anno 1464. 1466. 1478. 1482. 1491. 1494. 1511. 1517. 1523. 1533. 1551. 1566. 1574. 1608.

A TERRA.

Terræ motus quantum legere memini Antwerpiam afflixit anno 1382. cùm concuſſæ in campis ædes, molæque mole ingenti ſolo proſternerentur, & anno 1395. cùm ne patinæ quidem aut crateres in menſam depoſiti hærerent, tradente codice Opmeriano.

AB AERE.

Ad Aërem ut veniam, quia communis propemodum cum Lovanio (ubi annos notavi) ventorum fuit calamitas, non hic repeto: famem tantùm, & famis aſſeclam peſtem aëris infecti effecta ſubjiciam.

Codex Ortelii annotat anno 1315. tantam fuiſſe caritatem annonæ, ut menſura frumenti 12. florenis væniret. Anno 1363. novem florenis. Anno 1439. modius 23. aureis vix emeretur. Anni denique 1477. & 1522. & 1557. ob ſimiles calamitates celebrantur.

AB IGNE.

Claudat hoc caput Ignis nimium frequenter Antwerpiæ moleſtus, quem anno 1263. argentariorum utrimque vicum, & anno 1263. laniſicum plateam, anno 1397. Kipdorpenſem & novam vias invaſiſſe maxima cum ædium ruina lego. Et amplius in vico ſuperiore annis 1456. & 1443. & 99. multum damni intuliſſe. Ut non omittam illud exortum anno 1541. aut 61. circa Dominicanos, & illa quæ recenti memoria anno 1546. circa novam Burſam, & quadriennio poſt circa Hallam exorta incendia omnes in vicino ædes abſumpſerunt. Subjicienda hic forent incommoda ab hoſte tam domeſtico quàm externo; ſed viſum ea commodius in aliud caput rejicere.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

De Mavortis cultu, æde, nomine: item de VValburgis fano, Priapi nomine ſtatua, templo: Veneris veneratione, & nominis veſtigio: Mercurii etiam: id eſt de Idolis Advaticorum.

UT lucis Evangelicæ ſuavior oculis noſtris radius appareat, libet paucula quædam ſuperſtitionis gentilitiæ & tenebrarum veſtigia præmittere. Annales noſtri Goropio applaudente tradunt, Atvaticos Antwerpienſium progenitores naturæ & ſortis ſuæ gnaros, nec ſe poſſe in otio deliteſcere, nec inter tot bellicoſas gentes quietè dominaturos, Mavorti armorum præſidi fanum tribus ab arce ſtadiis dedicaſſe, eo potiſſimum loco quem Nerviis objectum divinâ ope muniendum putabant. Et amplius Martis nomen ille noſter originum ſcriptor ex Cymbricæ noſtræque linguæ fontibus derivat. Ego ut nihil refutem, cùm tamen nullum Martii nominis veſtigium Antwerpiæ repererim, cœpi aliò oculos flectere. Diploma vidi datum anno 1240. continens donationem cujuſdam prati dicti HET DIENSTVELT factam à *Gerardo milite de werpa* ad uſum Beginarum, & diu multumque indagans didici ſitum ejus haud procul ab arce, ut nunc ſunt res. Hoc arbitror Martis ſupereſſe veſtigium, quem noſtrates *Dinſtum* Cymbrico Saxonicoque exemplo vocarunt, fidem faciente die hebdomadis ſecunda, quam Martis latini, *Dinſtdach* Belgæ vocant, & inditum iſti roboris & fortunæ miniſtro nomen à ſerviendo, quod hodieque retinemus cum militiam non aliter quam *Dynſt*, militare *Dienen* appellamus. Hoc numen limiti tuendo munimen ingens credula finxit antiquitas, & eo amplius tutelarem arcis mœniumque elegit Palladem, cui *Walburgis* nomine (quod vallis & burgis id eſt oppidis, arcibuſque tegendæ protegendæque multitudini aptis præeſſet, dictæ) in ipſo arcis vallo ædem ſtruxerant, nomen, licet aucta ſit renovataque, ſervantem. Amplius quod intelligerent vires civitatis nullas eſſe manſuras, niſi continuata liberorum generatione conſervaretur, Priapum intra mœnia colendum ſanxerunt, dictum vernaculis *Ters* quæ vox retrogrado lecta ordine, proprium Ityphalli exprimit officium, monſtraturque exigua hactenus ſtatua circa D. Walburgis, quæ faſcinum olim, non ita pridem ob verecundiam detractum, prætendebat ſertis ornari ſolitum à ſtulta mulierculatum turba, & conjicit Goropius ad ſiniſtram urbis partem, quo loco viſuntur quædam delubri veteris ruinæ, fuiſſe ejus templum. Norunt ſanè grandiores natu quam ſolemne fuerit Antwerpianis in vulgo mulierculis; novi ego quam familiare ſit in Geldriæ aliquot locis illud *Terſi* nihil minus quam terſum nomen, quoties vel luſus in gyro, pes in paſſu, vel actus errat in opere. Ulterius quia hæc omnia ſine mutui amoris vinculo non conſtabant, Veneri etiam rem ſacram fieri viſum bonum: cui in Urbis conſpectu ædiculam inter arborum umbras conſecrarunt. Non illo loco qui hodieque ab interſignio, vel ab alia non hujus loci cauſa Veneris platea dicitur, ſed vicino Cathedrali, qui olim *Lyſkens-houck*, id eſt amoris ſive Veneris angulus dicebatur. Quod autem ait noſtri ævi Poëta:

Qui procul Oceano fluxum lambente ſuperbas
Aſpicitis turres, mœnia, valla, domos.
Et fortaſſe juvat, quidnam ſit noſcere; dicam
Eſt Antwerpa ſolo nata, natanſque ſalo.
Quænam olim fuerit, ſi forſan ſcire juvabit.
Dicam etiam verbis hoc, mora nulla, tribus.
Palladis hic fanum, Martis fuerat quoque fanum,
Mercuriique ædes juncta duobus erat.
Juncta duobus erat, & erat minor illa duobus,
Sed quæ nunc potior poſteriorque manet.

Hoc inquam Poëtam magis ſapit quam Hiſtoricum Poëtam, qui triumphanti negotiationibus ſuis Antwerpiæ abblandiri voluiſſe videtur. Pro coronide ſubjunxiſſem hic Icones noſtri Terſi & Veneris, ſed oculis caſtioribus vereor injuriam facere, Martem itaque ſolum patiar prodire, cujus exemplar ad me miſſum ex Bibliotheca Utenhoviana cum epigraphe indicante talem, talique forma juxta portæ Croneburgicæ valvas olim pictum fuiſſe.

CAPUT II.

Apoſtolos Antwerpienſium recenſet Eligium, Gaugericum, Vindicianum, Humbertum, Fredegandum, Willebrordum; extirpationem idolatriæ & ſeminaria fidei veræ. Itemque de diœceſi & imagine D. Michaëlis, nova quædam annotata, obiterque explicatus codex vetus.

ABunde hactenus idolis doliſque datum, ad veræ fidei lucem aſpirare moneor, cujus præcurſorem elegit Deus Eligium. Sed juvat paulo altius hæc repetere & ab ovo, ut aiunt. Cameraceno Antiſtiti Antwerpienſes ab antiquo fuerunt ſubjecti, & per Cameracenſem Rhemenſi Metropolitano obnoxii, non ob vicinitatem, cùm Leodicenſi Cathedrali Antwerpia longè ſit vicinior, nec ob eorum qui vulgo horum locorum Apoſtoli habentur ſedem, cum ferè Hiberni aut Angli

Angli fuerint, Eligius factus Tornacenſium, Humbertus & Fredegandus, ille Abilenſis hic Dublini Epiſcopus: nec etiam ob donationem ab aliquo caſtri poſſeſſore factam, cùm Willebrordus Eccleſiæ Antwerpienſis, ut dixi, poſſeſſor dono Rothingi, fuerit Ultrajectenſium Epiſcopus. Becanus cùm Atvaticos ab ultima Schaldis ripa profectos longo tractu per ſylvas inter Eburones & Nervios ad Rhemorum uſque fines imperium extendiſſe variis conjecturis probaſſet, addit nihil mirum videri quod ſuperiores illi Atvatici Romanorum armis coacti neglecto vernaculo linguam ſonare quam victor docuiſſet, Cameracenſibus poſt receptam Chriſtianæ legis doctrinam & denique Rhemenſibus contribuantur, quemadmodum ipſa Antwerpia, licet priſci ſermonis tenax & ſeriùs ad Evangelii lumen perducta, ejuſdem tamen habita eſt Diœceſeos cujus alii ſuperiores fuiſſent. Chriſtiani enim ſumma prudentia, periculoſas in republica mutationes gnari, nihil in Romanorum diſtributione judicarunt immutandum, quod Anacletus ad Epiſcopos Italiæ latiùs declarat. Addam ego etiam aliud quiddam ejuſdem farinæ. Codex vitæ S. Gaugerici ait, eum diœceſeos ſuæ limites obeuntem fidei dogmata ad *Temam* & *Schandam* fluvios propagaſſe. Per *Tennam* ego libenter Teneram intelligerem, & nomine *Scandæ* Scaldim, præeunte m. ſ. vitæ D. Gummari apud Liranos, ubi idem fluvius *Schinda* vocatur verbis à Molano exſcriptis ad 17. Julii. Hinc colligo, ſaltem circa Antwerpiam à D. Gaugerico annuntiatam fidem, quod confirmat Meierus ex Chronico Cameracenſi aſſerens ſucceſſorem in Epiſcopatu D. Vindicianum apud *Broſellam* (nunc Bruxellam) mortuum, dum diœceſin viſitat. Bruxella autem Antwerpiæ vicina. Refertque & adeo præfert D. Gaugerici titulum vetus Bruxellæ Parochialis, & alia in tractu Ryenſi, illæ forſan à D. Vindiciano dedicatæ. Atque hos libenter facerem cum Eligio Atvaticorum ad extrema Schaldis Apoſtolos. Poſt quos D. Humbertus B. Amandi laborum, peregrinationis, & fortè Epiſcopii ſocius huc fortè delatus conſpecto Mavortis delubro videns non facilè poſſe veteris Idololatriæ incolas obliviſci, ſtratagemate Evangeliſtis noſtris admodum familiari, quo perverſi dæmonis cultus in pium uſum tranſirent, venerationis ritum in Michaëlem Archangelum tranſtulit. Hunc bellis præſidere, ſine quibus iſta gens vincere non conſueſſet. Hunc cœleſtis exercitus Archiſtrategum invocari, colique debere. Quem ob id, ut Marti antiquo ſimilior eſſet, tam Antwerpiani quam Bruxellenſes ſpecie armati juvenis draconem prementis non alatum, ut nunc, delineant. Et fuit olim talis in veteri Bruxellenſium curia Icon cum inſcriptione circa caput.

Sancte Michaël Archangele
Qui draconem ſternis ſtipite.

Cetera legi non poterant, & gerebat dextra ſalutiferam crucem. Extat autem adhuc Sacelli Michaëlis intra ſeptum Cœnobii Antwerpienſis documentum & inſcriptos alibi hos verſus laudat Molanus ad 25 Martii.

Inclite qui meritis fulges Humberte coruſcis,
Cujus ad exemplum vitæ & moderamina quondam
Barbara doctrinam nacta eſt Antwerpia Chriſti.

Et quæ ſequuntur. Vixit Humbertus paulò antequam cum D. Foliano ex Scotia profectus B. Fredegandus apud Ambivaritos Evangelium promulgavit, & abrogato Neptuni cultu apud Turninum (*Doorne* modò vocatur) fundamenta jecit ſolidæ religionis, ſubinde in vicum vicinæ excurrens Antwerpiæ, habituſque à nonnullis Antwerpienſium Tutelaris, quod ipſum Monaſterienſes ad Sabin, apud quos tranſlatum Turnino corpus aſſervatur, profitentur. De SS. Eligio & Willebrordo magis certum, cùm Audoenus libro ſecundo capite tertio & octavo diſertis verbis tradit Andoverpos ab eo ſacris noſtræ religionis imbutos, & alibi, eum jugi conſtantiâ cum Andoverpis decertaſſe. Et ſanè pro ſingulari quam is Antiſtes tam Tornaci quàm Noviomagi exhibuit V. Matris cultu libenter crederem hunc pro Venereo Marianum Templum inchoaſſe. Ad extremum D. Willebrordus in eadem vinea necdum ſatis exculta laboraturus, inveteratum animis gentilium profanæ Walburgis cultum extirpare conatus, ſed diu fruſtra, tandem hoc ſolo rem ſe facturum exiſtimabat, ſi nomen falſæ Deæ in S. Virginis nomen tranſtuliſſet; ut quemadmodum ante & perperam Walburgim lapideam orabant & honorabant, ita deinceps rectè & citra religionis veræ noxam Virginem Chriſtianam integritatis merito in Divos tranſlatam venerarentur. Ita periit profanæ Walburgis idololatria, ſed non ita citò mulierum quæ cæteris tenaciores, animis evulſa Priapi obſcæna memoria, cui fæcunditatem & delitias ſuas acceptas referre didicerant. Fana quidem omnia Willebrordi curâ meliores in uſus converſa erant, Eccleſiamque in caſtro Rothingus Vir potens & caſtri poſſeſſor Pio Antiſtiti donaverat (prout ipſe in ſuo teſtatur teſtamento Willebrordus) ſed idoli perſeverabat ſtatua & ſtatuæ ſtati honores, cui malo obviam iturus poſt aliquot ſecula Godefridus Bullonius ex Marchione Antwerpiano Rex Jeroſolimorum, particulam præputii Dominici à circumciſi corpore infantis reſectam huc miſit, cui ſtulta opinionum ſuarum cultrix plebecula neglecto infamis monſtri verpo pares divinis honores impenderet. Hoc factum anno 1024. & interjecto tempore ſplendidi operis in Mariana æde Sacellum circumciſo Servatori dedicatum, ſacraque piorum civium eodem titulo ſocietas. De Antwerpienſium Apoſtolis hæc diſticha ex Moræo noſtro adſcribam.

ELIGIUS.

Subdere me Chriſto atque alios, votum fuit unum;
Hinc voti & Chriſti ſum modò compos ego.

GAUGERICUS.

Enodium natale, Cameracum eſt thronus,
Thronus alter, & natalis alter eſt polus.

VINDICIANUS.

Eligii vivus fuerat veſtigia ſectans,
Et mortem elegit mortuus Eligii.

HUMBERTUS.

Deâi maritimos colere Chriſtum Antverpios,
Apud Maricolas & ſepulchrum ſors dedit.

FREDEGANDUS.

Dormio pone Sabim, ſed me ad Schaldim vigilaſſe,
Antverpum dicet, voci quod præbuit aurem.

CAPUT III.

Cathedralis deſcribuntur initia, Templi ornatus, Cleri incrementa, & imitationes, Diœceſeos amplitudo, Epiſcoporum ordo.

CAthedralis Antwerpienſis decora leviter proſequuturus, nec illa tacebo quæ codices antiqui licet ſine authore nobis reliquerunt. Inſcripta eſt Virgini Matri, cujus Iconculam referunt poſt receſſum Normannorum inter ſuburbani pomœrii arbores repertam, multiſque nobilitatam miraculis, dictamque vulgo *Mariam ad arborem*. Hæc inquam referunt quoad Auguſtiſſimi hujus Templi redivivi initia; de quibus ut nihil controvertam hoc certo & didici & docere poſſum, jam inde ab annis retro quadringentis locum hunc à peregrinis frequentari & cultui Mariano ſolenniter dedicatum fuiſſe. Lego inſuper anno 1418. decretum de circumferenda proceſſionatim ſacra Imagine. Pulchrum autem iſtud ejuſdem honori dicatum ad latus Eccleſiæ Sacellum, poſt reductam nuper urbem mormoreis ſtatuis & intercolumniis adornatum, ſacram habet civium ſocietatem à Nicolao Rechtergemio, prout ante nos Guicciardinus annotavit, inſtitutam. Amplius cùm eximia ſalutiferæ crucis portio per Fredericum Imperatorem Eccleſiæ donata eſſet, anno 1375. triginta partim Laicorum, partim Eccleſiaſticorum inſtituta ſodalitas. Præter quam ſimiles aliæ civium pietatem non vano argumento docentes. Omitto ſingula opificiorum contubernia, quæ proprium in hac Cathredrali Sacellum habent, & ad invidiam ornant marmore, ſtatuis, picturis, & id genus ſacrâ ſupellectile. Ædificium ipſius Templi ſplendidum eſt, nec alterum ſimile in Belgio facilè reperies, quod anno 1533. turri choroque exceptis conflagravit, inſequenti anno pulchriori ſpecie cœptum reſtaurari: unde extat elegans Cornelii Graphæi carmen. Turris, de qua ago, mirâ altitudine, & quam meritò Ortelius Argentinenſi aliiſque confert, & imò præfert, extrui cœpta publico ſumptu anno 1422. directore operis quodam Joanne Amelio Architecto primi nominis, perfecta longe poſt, Anno 1517. inſtructa erat campanis pæne ſexaginta, quarum maxima anno 1440. ſolemni & recepto Chriſtianis ritu expiata eſt. Præambulum autem horarium muſico plurium campanarum concentu horam præveniens anno 1540. adornatum, artificio apud Aloſtanos reperto anno 1481. & quidem per hominem parum ſani cerebri, prout narrat Diarium Ortelii. Chorum ſive odeium elegans, & altaribus ſacelliſque coronatum undique ex ſecto lapide marmoreo & jaſpidino exornari ante decennium vidimus. Nec tacendum quod anno 1521. 18. Julii Cæſare & Danorum rege primum fundamenti lapidem ponentibus cœperint alium ab oriente chorum, ſed hactenus imperfectum. Annotanda hic fuiſſent quantivis pretii monumenta & epitaphia omnibus Eccleſiæ angulis lucentia, ſed quia præcipua vir clariſſimus Franciſcus Suertius ſeparato opuſculo edidit, hic ſuperſedeo & iconem ædis Marianæ inſerens abſolvam hoc caput, ſi quædam pauca de Clero ejus annotavero. Collegium 12. Canonicorum ad honorem cœtus Apoſtolici inſtituiſſe traditur in D. Michaëlis Templo Godefridus Bullonius ſacræ in orientem expeditionis primitias Antwerpiæ colligens ante ann. 1100. & 1092. Vidi ego, & hoc ſolum ſupereſſe puto, reſcriptum Godefridi Ducis Lotharingiæ jubentis Canonicos Antwerpienſes à Bullonio fundatos & à Lymburgenſi Duce oppreſſos in integrum reſtitui. Certiora ſunt quæ ſequuntur, Canonicos hos D. Norberto, ut poſtea dicam, Templum ſuum cum bonorum portione tranſcripſiſſe, ſeque in ædem D. Virginis recepiſſe anno 1124. authoritatem faciente Buchardo Cameracenſium Epiſcopo. Deinde anno 1211. cùm bonorum civium munificentiâ peculium hujus collegiatæ multum augeretur, raro exemplo numerum ipſi ſuum in duplum auxerunt, quod iterum ſed non pari ſucceſſu anno .... tentaverant, uſque ad quadragenarium numerum ſe extendere parati, niſi ſuperveniens neſcio quę calamitas conatus optimos intercepiſſet. Dignitas erat olim Præpoſiti primaria, quo frequentius abſente cùm ſacra res & officii Divini ratio langueſceret, Præpoſito abdicante electus communi ſuffragio *Decanus*, quod hodièque perſeverat. Hæc collegiata in Cathedralem anno 1559. erecta eſt, detractâ partim Leodienſibus partim Cameracenis portione quæ nunc diœceſeos Antwerpianę titulo cenſetur, continetque præter Antwerpiam, Bredam, Herentaldum, Liram, Bergas, oppida primæ notæ, pagos univerſim 180. in quibus perſonatus 12. Collegia Canonicorum 7. Abbatiæ utriuſque ſexus 6. Prioratus ſive Præpoſituræ Monachales & alia non ultimi nominis Cœnobia 42. Hoſpitalia tam ægris quam peregrinis ultra 50. venientibus etiam in numerum, quæ recenter aut incorporata ſunt, aut tranſlata, aut deperdita. Et cenſentur hoc ambitu Marchionatus duo, Comitatus majorum gentium tres, minorum quatuor, Baronatus totidem. Epiſcoporum primus deſignatus erat Philippus Nigrius, ſed qui ante inaugurationem morte præventus locum fecerit Franciſco Sonnio Theologo Lovanienſi inter pullulantes alibi hæreſes glorioſum certamen adorto, ut non immerito malleus hęreticorum vocaretur. Obiit anno 1576. Succeſſorem habuit Lęvinum Torrentium virum litteratum etiam libris editis notum anno 1595. defunctum, poſt quem Gulielmus de Bergis ex Baronibus de Grimbergen ſubſtituitur, ſed haud multo poſt ad Metropolim Cameracenſem evocatus ſucceſſorem invenit Joannem Miræum, virum undequaque maximum, qui ut diu

&

& feliciter imperet, orant mecum omnes boni.

Sol tenebris, Torrens ſitienti erat, atque humili Mons,
Sed Torrens, Sol, Mons hinc abiêre diu.
Quid facies? Quid habebis egens Antverpia? Mira.
Plurima promittit mira Miraus enim.
Et quod Sol fuerat, quod Mons, quod denique Torrens,
unicus hic, nec res mira, Miraus erit.

CAPUT IV.

Depingitur Abbatia Sancti Michaëlis Ordinis Præmonſtratenſis; ejus dotatio, ſtructura, Viri clari aliquot.

AD Abbatiam candidi Ordinis me confero, ab ipſo Ordinis Patriarcha Norberto fundatam. Cùm enim Tanchelinus libidinem ſuam quâdam ſanctitatis opinione tegens & protegens credulam plebem in errores traheret, Canonici, ut dixi, advocato D. Norberto (quem venerabilem Dei præconem & cœleſtem fiſtulam D. Bernardus vocat) Templum ſuum Archangelo Michaëli inſcriptum permiſerunt, cum capellis 3. & 4. præbendis anno 1124. Is comitatus aliquot ſociis, quos Baccalaureos Theologiæ facit Chronicon Bethlemiticum, Tanchelino ſuperato populum eloquentiâ & concionibus ſuis ad viam reduxit, relictiſque apud Antverpiam Fratribus, celeberrimi hujus Cœnobii jecit fundamenta. Cujus dos prima debetur Canonicis, altera Duci, qui anno 1202. & aliàs munificus exſtitit in Religioſos, *quorum odor velut agri pleni & proferentis fructum centuplum* (verba ſunt diplomatis) *ſpirat coram Domino.* Denique Senatus Populuſque Antwerpienſis, inter Fundatores habendus & quidem primos, ut qui jam inde ab anno 1140. frequentes etiam collegialiter eleëmoſynas contulerit. Diplomatum partes alibi inſeram fidem facturas. Ædificium Abbatiæ elegans eſt & ſervit hoſpitio Principum. In Eccleſia viſitur tumulus Iſabellæ uxoris Caroli Ducis anno 1465. vitâ functæ. Turrim Templi anno 1262. concidiſſe fundamentorum vitio, eamdemque anno 1501. & anno 1528. conflagraſſe, ex archivis diſco. Joannes Fierkens anno 1476 defunctus infulas à ſancta Sede obtinuit. Cornelius de Mera poſt annum 1520. in ornando Cœnobio multum laboravit. Sanctitatis hìc merito celebrantur Gemelinus calculo D. Norberti probatus, Arnoldus in Bonam Spem Hannoniæ Cænobium tranſlatus. Nunc præeſt Dionyſius Feyts, cui vita ſit longæva, & proſpera. Abbatum elogia, Abbatiæ decora ad calcem operis adjiciam, Cænobii Iconem hìc inſero.

CAPUT V.

Parochiales deſcribuntur, D. Virginis, Walburgis, Georgii, Jacobi, Andreæ.

AD Parochias ſive animarum curæ deſtinatas Eccleſias ut me comparem, primò occurrit illa ipſa ſuperius deſcripta Virginis Matris, quæ Plebanum habet & aſſiſtentes duos. Legoque antiquitus hoc munere functum ex Canonicis aliquem, qui ob id *Canonicus inveſtitus* vocabatur. Altare autem Officio Curali proprium anno 1491. dedicatum refert codex Opmerii. Fons Baptiſmatis æneus anno 1465. dedicatus eſt teſte Hemſiano codice. Aliæ tres Eccleſiæ anno 1378. in communionem oneris Paſtoralis aſſumptæ perhibentur, è quibus eſt vetuſtiſſima D. Walburgis renovata anno 1259. pronao additò aucta anno 1505. Pulcherrima autem Jacobi Apoſtoli, cujus turris anno 1491. chorus 1327. extructa leguntur, & curioſi annotarunt anno 1498. decretum cantandas hac in Eccleſia horas Canonicas. Reſtat Georgii Martyris, cujus odeium annò 1326. eleganti opere inchoatum. Ad extremum Divi Andreæ Apoſtoli, quamquam ab aliquibus ſcribatur eodem cum aliis anno jus Parochiæ obtinuiſſe, tamen rectiùs opinor poſt receſſum Auguſtinianorum anno 1529. in partem Curæ aſſumptam. Atque hæ quidem Parochiales ſuis ſingulæ dotibus commendandæ, ſuo ornatu, ſuorum pietate. Vides in ſingulis juſto numero ad rem Divinam Sacellanos, alibi ſacras diverſorum Divorum honori ſocietates, alibi non uno titulo ſtata votivaque ſacra, feſta, ſupplicationes, ubique ſplendida epitaphia, altaria, ſacellaque tam proprio quàm aſcititio ornatu ſplendida, præſertim ſi Tutelaris feſtivitas, anniverſaria dedicati loci memoria, aut aliud quiddam occurrit.

Tum gemmis auroque graves conſpexeris aras,
Veſtiri auleis muros, lapidaria lychnis,
Bracteoliſque baſes, atque atria longa corollis,
Floribus inſterni pavimentum atque oſtia ramis.
Et quidquid natura dedit, ars addidit, illud
In Templi videas quaſi conſpiraſſe decorem.

CAPUT VI.

Deſcribit Prioratum S. Salvatòris, Bogardorum & Alexianorum Collegia, & de utrorumque initiis diſputat; itemque de Patribus Societatis.

NObilioris ſexûs Monaſteria habemus Antwerpiæ plurima: è quibus eſt Prioratus Ordinis Ciſtercienſis ſub invocatione S. Salvatoris per *Petrum Potz* mercatorem Virum integerrimæ vitę fundatus, Gregorio Pontifice & Philippo Duce authoritatem facientibus. Variant in anno memoriæ veteres: ego quoad inſtructionem Sacelli vidi litteras Ducis Bruxellæ undecimâ Octobris anno 1340. datas: quoad Cœnobii donationem alias multas anno 1447. datas. Et ſciendum familiam *Pottiam* è Patriciis Antwerpienſibus eſſe ab inſignibus quæ ollam præferunt nominatam. *Bogardorum*, ſive ut ipſi vocant *Beggardorum* (qui Laici olìm & ferè textores erant) Collegium ab anno 1128. & ævo Godefridi Barbati Ducis fuiſſe indicat vetus ibidem tabula. Cùmque

que *Fratres de pœnitentia Jeſu Chriſti* vocarentur, & ex leges viverent, anno 1460. Statuta quædam communis vitæ, & tandem anno 1468. tertiam Divi Franciſci Regulam cum veſte Monachali receperunt, Nicolao V. Pontifice jubente. Templum eorum anno 1477. Julii 13. dedicatum, hæreticorum furore funditus everſum, anno 1591. 25. Martii reſtitutum Lucenſium mercatorum imprimis auxilio. Habet bibliothecam inſignem & produxit Viros aliquot primi nominis ad dignitates Abbatiales & munera Curiæ Romanæ aſſumptos. *Alexiani* qui funeribus curandis operam impendunt, Antwerpiæ ſua debent exordia, ubi poſt annum 1300. collecti probi aliquot piique Laïci à parcimonia vitaque tam modeſtè quàm moderatè inſtituta dicti *Matemanni*, & à funerum obſequiis *Lollardi*. Hi cùm ſparſim habitarent, anno 1342. collecti & tertio poſt anno locum Cœnobio extruendo obtinuerunt dono Henrici Suydermanni, & anno poſt, aut ut alii tertio, duodecim illorum aſſumptâ D. Franciſci Regulâ votum emiſerunt. Exinde à cellulis *Fratres Cellitæ* dicti. Sacellum eorum anno 93. dedicatum: unde in locum quem hodieque occupant, Inſtituto ipſorum opportuniorem anno 1546 commigrarunt. Habuerunt Joannem Clarum & Petrum Jacobi Viros è Patriarchis ſuis illuſtres & ſanctitate nobiles. *Patres Societatis Jeſu* circa initia turbarum huc delati anno 1562. & concionibus vacantes, tandem circa domum Aquenſem illamque quæ Schetſiorum vocabatur, obtinuêre collegium, ſed ipſo dum hæc ſcribimus anno inſignem ædificiis Anglicę nationis vulgo dictam domum decreto Senatus ingreſſi adaptant maximo cum fructu juventuti formandæ operam dantes. Vidi hìc plures vario ſcientiarum genere eruditos, quorum opera omnium manibus teruntur, nec facilè quis dicat quanto eos favore Senatus, fructu ipſi Rempublicam proſequantur.

CAPUT VII.

De Cœnobiis Ordinum mendicantium, Franciſcano, Carmelitico, Dominicano, Auguſtiniano, & Viris ubique claris, & item de Capucinis.

TRia Ordinum mendicantium paria anno 1236. Antwerpiam veniſſe tradit codex Ortelii: quod ſi ita eſt, peregrini illuc aut ierunt aut traſierunt, nec à tam alto initio petenda horum fundamenta, prout ex ſingulorum archivis nunc doctum eo. Anno quippe 1243. Patres Ordinis ſancti Dominici Provincię Germaniæ ſuperioris apud Argentinam congregati, litteriſque Henrici Lotharingiæ Ducis & Senatus Antwerpienſis rogati, miſerunt è ſuis qui Cœnobio Antwerpiæ extruendo prę̨eſſent, quod factum anno 1245. Templumque manibus Alberti Magni dedicatum, ambitu pulcherrimo & officinis choroque inſigni ornatum intra paucos annos poſt annum 1341, ubi Generale celebratum Ordinis Capitulum anno 1401. & 2.; devaſtatum autem bello civili Belgico Cœnobium nonnihil de priſtino decore remiſit. Produxit poſt reformationem anno ſeculari quingenteſimo factam Viros illuſtres Theologos primi nominis *Antonium Wellenium* diſciplinę reductę authorem, *Joannem de Beca* in Legatione Romana ad Alexandrum VI. nomine Maximiliani ſecundi ſuſcepta mortuum, *Petrum Piſcatoris* clarum ſcriptis, ſicut & *Damianum Alegio* profeſſorém Duacenſem. Nec tacendi recentis memorię *Antonius Faber* ab hęreticis ſupplicio affectus, & *Balthaſar Dreſſelius* ab iiſdem, niſi divinâ ope liberatus foret, igni deſtinatus. Poſſem & alios plures nominare, qui in Academiis Lovanienſi & Duacenſi ſumma cum laude Theologiam profeſſi, alios qui ad Provincię gubernacula promoti famam & laudem pepererunt. Carmelitę ſeriùs aliquantulum recepti. Statuerat quidem Maria Belgicarum ditionum hęres Caroli Ducis filia, ad honorem Intemeratę Virginis Fratribus de Monte Carmelo Cœnobium extruere, ſed rebus non ita feliciter cedentibus, voluntas executioni mandata non eſt, donec tandem anno 1443. auſpiciis Philippi tum Archiducis dedicatum Templum, authoritate Innocentii octavi & Henrici de Bergis Cameracenſium Epiſcopi accedente, evocatiſque Mechliniâ Religioſis, *Joannes Cattendikius* Eccleſiam occidentalem cum vicina domo & fundis adornavit, ſucceſſor autem *Ægidius de Merica* ſtructuram chori & ambitûs inchoavit, ubi rem divinam facere cœperunt anno 1501. Alia porrò ſplendidi operis ædificia *Sebaſtianus Crais* anno 28 mortuus extruxit. Sedilia autem pulcherrimæ nationis Arragonicæ mercatores haud multo poſt procurarunt. Produxit hic Conventus quatuor diverſos Epiſcopos, habuit *Joannem Meyerum* Conventus Thenenſis, Virum ita Græcè verſatum, ut non Thenis ſed Athenis enutritum diceres; ita Latinè eruditum ut in Capitulo Placentino anni 75. omnium in ſe ora & oculos converterit. Habuit *Arnoldum Coel* & *Henricum à Fine* milites Hieroſolomitanos alioſque plures Doctores celeberrimos. Templi pars anterior cœpta olim ab *Arnoldo Coel*, ſed collapſa auxilio Senatûs & civium, curâ *Joannis Aſcani* Prioris ſumptuosè perficitur. Quoad Franciſcanos exhibuit mihi R. P. Henricus Sedulius Guardianus & Provincialis vir inſignis doctrinę & prudentię & ſcriptis editis notus Bullam Nicolai Pontificis an. 1441. 2. Martii datam de Cœnobio Inſtituti *Fratrum de obſervantia* fundato ſuper frigidum montem. Notant autem ſchædæ veteres an. 1340. veniſſe ex Flandria Religoſos, an. autem 1448. Cœnobium extructũ. Quod quia ſitum videretur loco ſacris uſibus inconvenientiore, tranſlatum eſt Philippo Bono Burgundionum Duce procurante, qui ob id in diplomate Philippi Archiducis Bruxellæ dato anno 1505. penultimâ Martii *Archifundator* appellatur. Religioſi obſervantes, ut nomine ita re fuerunt ſemper, pulſi, per Farneſium captâ Urbe in integrum reſtituti. Fueruntque ex iis aliquot Evangeliſtæ & Theologi celebres. Eſt in Eccle-

ſia inſigne D. Didaci Sacellum à Joanne Miræo Antiſtite dedicatum, itemque Archiconfraternitas cordigerorum, illud munificentiâ Nationis Hiſpanicæ & inprimis J. B. Forcoſi & Fr. Bernardini Caſſini anno 1574. fundatum. Præter hos ab anno 1586. prout deſignat tabula quædam Eccleſiæ, *Capucini* partim publico, partim privatorum ſumptu & eleemoſynis Monaſterium ædificarunt. Ad extremum fuerunt Eremitæ D. Auguſtini, ſed ex genere eorum qui unionis Saxonicæ dicebantur, nec Provincialis viſitationi, nec mandato erant obnoxii, recepti in urbem anno 1514. in D. Andreæ rem ſacram peregerunt, & quadriennio poſt Cœnobium ſtruere cœperunt; ſed anno 1523. ob quædam nec ferenda nec referenda pulſi, nec reverſi deinceps, niſi quod modò Ampliſſimus urbis Senatus de fructu, quem in erudienda juventute Bruxellis faciunt ejuſdem Regulæ ſed non unionis Auguſtiniani, edoctus incipiat de Cœnobio Gymnaſioque erigendis cogitare. Et

Macte animo Aureli ſoboles genuina, juventam
Formate, aſpirant zephyri, lætiſſima meſſis
Urget agrum, ad currus rota dum bis bina recurrit.

CAPUT VIII

De Beginarum nomine, & initio diſputatum; & denique de fundatione & tranſlatione Antwerpienſium.

ALterius ſexûs Cœnobia in tres claſſes viſum diſtribuere, in liberas, Franciſcani & Auguſtiniani Inſtituti. Prioris generis ſunt *Beginæ*, quarum nomen etiam in Pandectis noſtris notum, etſi quidam inditum velint à lineo capitis velamine Beccam, id eſt recurvum quid & prominens oſtentante, genus earum idem aſſerentes cum illis in Synodo ob hæreſes damnatis; aliiſque originem earum à Lamberto le Begge ante annos quadringentos Leodici Eccleſiaſticorum mores reformante petant; tamen ego, ut prius concedam, addam ampliùs ex diplomatibus me ſcire, & diverſis Pontificum reſcriptis alias eſſe noſtras Belgicas à Germanicis illis damnatis, & ampliùs nomen earum Nivellis & Andennæ etiam duobus ſeculis ante Lambertum le Begge in uſu & ore fuiſſe, à D. Begga Canonicarum ſecularium nobilium Fundatrice inditum, ut volunt noſtri annales. Liberis interim fateor Beginas, quæ tam frequentes noſtram incolunt Brabantiam, ab exemplo Leodicenſium profectas, cùm non legerim ullam earum fundationem ante annum 1002. Videatur Scriptum Auberti Miræi de harum Inſtituto nuper editum. Noſtras Antwerpienſes Anno 1285. Dux in ſuam accepit protectionem; etſi longè ante ſuburbanum habitaverint, loco circa arcem ubi porta nomen ſervat. Ubi Templum *Wilhelmo de Jagere* Conſulari Viro primum ſolemniter ædificii lapidem pangente anno 1468. 7. Martii extrui cœptum; quod anno 1480. aut ut alii 94. incendio deformatum, & denique Roſſemio graſſante anno 1542. transfertur, reſtaurationem ſuam Rectricis cujuſdam *Catherinæ vanden Winckele* vigilantiæ debens. Numerus Virginum nunc centenario major eſt, quibus præfuit non ita pridem Fredericus Lommius vir pietate & doctrinâ non vulgari, cujus ſcriptis non ſemel uſus ſum in hac mea ſcriptione. Habuerunt etiam è majoribus noſtris Parœcum Joannem Ægidium, cujus Epitaphium tale in veteri Beginarum Eccleſia fuit:

Hic ſepultus jacet Reverendus Dominus Joannes Gielis *Paſtor bonus & timens Deum. Qui, quomodo in vita ſua placuit Altiſſimo, poſt mortem repoſitus eſt inter amicos ejus. Ita ſperamus. Ità oramus.*

Et circa caput erat ſcriptum:

Obiit ANNO 1502. 1. *Maii.*

CAPUT IX.

Deſcribuntur Auguſtiniana Cœnobia. Ter Fakens, ter Siecken, ter Nonnen, *& obiter de Nonnæ vocabulo, & Leproſariarum Regula dicitur.*

EX genere Auguſtinianarum ſunt, quæ *Fakenſes* dicuntur, quarum fundationem petii ex chronico Bethlemitico circa Lovanium libro 4. articulo 2. paragrapho 12. & ſic ſe habet: Domum quamdam Magiſtri Falconis (Canonici & Ducalis monetæ præfecti) fiſco addictam, & à Joanne Witthem Barone Bouterſemo anno 1420. redemptam, ſex tertiam D. Franciſci Regulam amplexuræ Virgines obtinuerunt; ſed mutato conſilio ſatiùs judicarunt, clauſtrum & D. Auguſtini leges aſſumere. Factum id probante Epiſcopo, inditumque nomen congregationi *Vallis Beatæ Mariæ*, & 11. *millium Virginum in Falkenborch.* Virgines adverſam in exordio ſuæ fundationis fortunam, nec Senatum Capitulumque ſatis propitios nactæ, diligentiâ ſuâ provectæ ſunt, & juſto numero & bonæ famæ ſunt, & id integritatis & diſciplinæ merito. Hujus etiam loci ſunt leproſorum curam habentes tali propagatæ exordio: *Henricus de Hollander* cruce ſignatus, cùm votum peregrinationis Hieroſolimitanæ non valeret explere, ſervitio infirmorum, leprâ infectorum inprimis, ſe mancipavit, Sacellumque S. Lazari extruxit anno 1235. memoriæ tamen variant in anno, Codex Opmerii 36. Urſelii 32. Bogardorum 37. citat. Fundationem autem unà cum Fundatoris nomine ſuppeditavit mihi diploma Abbatiæ S. Michaelis 24. Novembris anno 1447. datum, per Antiſtitam Virginum mihi exhibitum. Ceterum ægris primò fratres ſubſerviiſſe, poſtea eoſdem cum ſororibus, demùm virgines ſolas leproſis aſſiſtere ex monumentis loci diſco. Quibus velum ac Regulam S. Auguſtini Petrus, Inſtituta peculiaria Henricus Cameracenſes Epiſcopi præſcripſerunt. Cœnobium elegans extra urbem tempore Roſſemii vaſtatum, & virgines à Senatu locum alteri extruendo obtinuerunt circa caſtri planitiem. Ad extremum revocandæ ad

hanc claſſem *Victorinæ* (quas ſpeciali titulo Nonnas vocabulo in Regula D. Benedicti noto vocant) per Margaretam Henrici II. Ducis filiam fundatæ, ad Sacellum D. Willebrordi in ſuburbano. Vidi litteras Officialis Ultrajectini anno 1224. datas rogatu Decani & Scabinorum Antwerpienſium ad Abbatiſſam in Bezelingem Zelandiæ Ordinis D. Victoris, quæ ſuas in hanc Coloniam miſit Religioſas. Diarium Opmerii notat anno 1200. aliud meum anno 1282. ſtructam *Vallem S. Margaretæ*, ſic enim vocatur, deſtructam anno 1542. Virginibus intra muros profugis, & circa Sacellum Nominis Jesu coëmptis ædibus Cœnobium coaptantibus. Atqui

Quot Monachos, Monachas, Mars Martinuſque coëgit,
Ad latebras & ad exilium, triſteſque ruinas!

CAPUT X

Franciſcana percurrit Cœnobia Te Cleren, Ten derden Oirden, Bekeerde Sonders, *obiterque de Hieronimianis & Annunciatis.*

UT præteream Cœnobii fundamenta jacientes Annunciatas, inter Franciſcanas primæ Inſtituti & rigoris merito ſunt pauperculæ per Iſabellam Portugalenſem Philippi Ducis uxorem anno 1454. fundatæ Calixto III. probante. Teſtibus Ducalibus literis eodem anno ad 7. Idus Junii datis. Virgines primas Treveris advocatas & ſummo civitatis applauſu anno 1461. introductas accepi, & quæ cùm eleëmoſynis civium vivant, hæreticorum turbarumque tempore profugæ in Germaniam ſe receperunt, anno 1508. revocatę maximo numero & optimæ diſciplinæ. Cùmque diverſæ ſint titulo D. Franciſci, Regulam quæ *tertia* dicitur nec ad aſperitatem aliarum accedit, ſequentes, quę Tertiarię ob id vocantur, fundatæ ſunt per *Henricum Suydermans* Alemannum virum integerrimæ vitæ anno 1354. quo datas Scabinales litteras primâ Aprilis exhibuit mihi Virginum maxima. Sunt etiam hæ juſto numero, & Confeſſores habuerunt Minoritas ſcriptis claros, quod vide apud Willotium in Athæneo Seraphico. Adjiciam his etſi Regulæ paululùm diverſæ Virgines Converſas, quæ abjurato lubricitatis & incontinentiæ ſtatu ad aſylum Religionis confugerunt, de quibus invenio diploma Joannis Ducis profitentis annò 1312. feriâ tertiâ ante natalem Joannis Baptiſtæ, domum fratris Gerardi in honorem S. Crucis fundatam patratricibus ad meliorem mentem & frugem converſis conceſſiſſe. Traditumque per manus hìc loci antea Hieronimianos Monachos egiſſe, licèt de eis nihil in ſcripta relatum ſit. Sed nec recolunt peculiarem S. Crucis memoriam Virgines quod allegatum diploma videtur dicere, ſolùm uti exemplo ita patrocinio Mariam Magdalenam referentes: itaque

Clara apud Antverpos numerat ter clara Sorores
Primæ, Secundæ, Tertiaque Regulæ.

CAPUT XI

Annotat Hoſpitalia, & Noſocomia. Swarte Suſters, Groot Gaſt-huys, Maskens-huys, Kriechtkens-huys, Vondeling-huys, Dul-huys, *& Sacella plura & Hoſpitalia.*

CLaudo hìc ſacrum agmen Hoſpitalibus Sacelliſque, & præmitto ſorores Auguſtini ferè ad præſcripta viventes, ab amicto nigrarum nomen adeptas, ægris curandis operam locantes, quarum origo cum Brabantica ſit & paulò poſt Beginarum Collegia pluribus locis invecta, Antwerpiæ etiam ſub annum 1404. cœpit applaudente Senatu ſed & juvante Cænobium. Succedat Noſocomium majus de cujus initio cùm nihil certi inter ſchædas loci repererim, conjecturis tamen inducor, ut credam ſub Henrico Duce ſtructum juxta D. Virginis. Unde in locum oportuniorem circa Divi Georgii tranſlatum; Templumque à Guidone Epiſcopo Cameracenſi conſecratum anno 1274. (quamquam alii 86 & alii 38. annotent) didici ex codice vetuſto per Chriſtianum Meuriet Virginum Confeſſorem mihi exhibito. Obſervo autem ex ſcripto Cœnobii Einhamenſis anno 1204. utriuſque ſexus Religioſas morbidis vacaſſe quamquam ſub unius obedientia Prioriſſæ, quod poſterius videor colligere ex diplomate Michaëlitico; ubi Domina Prioriſſa totuſque Conventus ſcribitur, nullâ virorum factâ mentione. Educendis educandiſque puellis inopibus, uſque dum per ætatem & artem ſibi ſufficiant, domum ſuo ære fundavit anno 1562. defunctus Joannes vander Meren teſte inſcriptione superliminari. Adoleſcentibus ſimiliter quibus ad vitam civilem facultas deeſt docendis formandiſque domum coëmit anno 1528. Joanna van Schoenbeken vidua Hugonis de Moreaux. Expoſititiis alendis erecta domus anno 1530. Mente captis & phreneticis aſſervandis anno 1555. prout & eleëmoſynariorum rationes & inſcripſitiones alibi in vitreis conſpicuæ teſtantur. Cùm autem plurima ſint Antwerpiæ titulo & fine diverſis Hieræcia & Sacella, ego quædam dumtaxat velut in exemplum adjiciam. Anno 1505. per Petrum aut ut alibi Joannem vander Bieſt relicta domus ad uſus pauperum; eodemque cœptum, ſeptem *dolorum Virginis Matris* totidem vetulis alendis Hoſpitale, hoc per Michaëlem vander Heyden anno 1540. tranſlatum in eam qua nunc conſpicitur domum. *Sacellum gratiæ* cum ſubſidio fovendis aliquot mercatoribus fortunæ vitio ad inopiam redactis anno 1506 inſtitutum. *Conventus noſtræ Dominæ*, quem vocant, ſenibus nutricandis anno 1342. deſignatus. Simili modo decrepitis, quos à veſte *Cæruleos Fratres* vocant, ad portam Vaccarum locus deſtinatus anno 1378. aut ſecundùm alios 1380. In pulverario vico dicto de Stoff-ſtraete anno 1454. erectum hoſpitale. Excipiendis peregrinis, quorum frequentia inſignis erat, plures Antwerpia domos oſtendit. E quibus

bus *D. Juliani* titulum præferentium anno 1303. inſtitutum lego. Ex Sacellis celebrioribus illud quod vico & titulo Alutariorum innotuit, an. 1419. conſecratum eſt. Illud in vico Cæſareo anno 1505. Alia aliàs. Laboravi certè non parum ut Gerontocomiorum & id genus ædicularum (quæ numerum accedunt quadragenarium) erectiones intelligerem. Sed in re alioquin facili non ita faciles reperi Curatores locorum & pauperum, quod velim excuſet Lector, ſecundis curis ea ipſa expectaturus.

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

Antwerpiam Imperialem eſſe, magis tamen fuiſſe, diverſarum ætatum ſcriptis, Cæſarum reſcriptis probatur: ita tamen ut in Provinciæ & Ducis titulo locum obtineat.

ANtwerpiam noſtram ſtruximus, eamque diviniore ſui parte, id eſt Religione inſtruximus: ſupereſt Rempublicam inſpicere & quæ circa eam ſunt ad rem aut honorem Urbis clariſſimæ breviter enucleare; & quod in facie fronti, in acie Duci, hoc inſcriptione noſtrâ atque adeò Rep. Domino elargiri, ut primas teneat. Dominum dico in primis Cæſarem, qui ab omni Scriptorum memoria ſui juris agnovit Antwerpiam: & quamvis negare nolim Francos rerum potitos eam ſuo & armorum jure nonnunquam poſſediſſe, tantùm libet à potiori potentiorique parte rationis deſumere vocabulum. Unde apud Theofridum *Marca regni*, & in antiquis Diplomatibus *Marca Imperii* ſemper nuncupatur. Niſi quòd unicum inveni apud Trudonenſes reſcriptum quod *Marchiam apud Andoerpam* exprimat anno nongenteſimo nonageſimo ſecundo. Et ne quis ſuſpicari poſſit idipſum Barbati Ducis nunc mutatum, exempla adferam è ſingulis pæne ſeculis quæ Imperatorem doceant jus in hanc urbem ſibi arrogaſſe. In Archivo Cœnobii Michaëlitici extat diploma Frederici Imperatoris, cujus initium tale: *H. Duci & fidelibus ſuis civibus Antverpienſibus ſuam gratiam. Fidelitati veſtræ plurimas & maximas agimus gratias, quod unanimiter pro augendo & conſervando Imperialis coronæ ſolio laboratis, & Marchiam ad honorem noſtrum & Imperii, quod nobis eſt gratiſſimum, defenditis & conſervatis, &c.* Aliud vidi in Codice Privilegiorum urbis, datum anno 1232. quo Cæſar Marchiæ Imperialis titulum ſoli Imperio obnoxium, Schaldim juris Cæſarei eſſe contendit. Ulterius idipſum luce clarius evadit ex reſcripto anni 1309. & alterò anni 1415. quibus Imperatores Henricus & Sigiſmundus Privilegium fori & nundinarum largiuntur. Idem noviſſimè declarat Breviculus in Comitiis Wormatienſibus anno 1495. inter alias Imperii urbes Antverpiam conſtituens. Et quamvis per conſtitutionem Carolinam videatur cum aliis Antverpia Cæſaris poteſtati planè ſubtracta & quodammodo emancipata, tamen ſervat adhuc & bene multa antiqui ſtatûs monumenta & munimenta, ut quæ nec exciderit Privilegiis Imperialium oppidorum, nec renuntiaverit fœderi aut pactis aliarum urbium. Et quamvis ita Brabantiæ unita videatur ut tertiam in Ordinum quadriga rotam conſtituat, tamen peculiarem Duci Brabantiæ honoris titulum elargitur, quod nulli intra fines alterius Provinciæ ſito loco commune eſt.

De quo Epigramma.

Imperialis ego non ultima Marca coronæ,
Auguſtum titulo ſplendidiore ſequor.
Illa ego Lotharici appendix extrema Ducatus,
Nec minor appendix corpore pæne ſuo.
Illa Brabantinas inter famoſior urbes
Tertia, ſed quamvis ordine, prima ſitu.
Ornamenta trium ſic in me transfero, gaudens
Auguſti titulo, proſperitate Ducum.

CAPUT II

Ad Marchiones deſcendit. Et quando quibuſque authoribus cæperit hæc Marchia, & qualiter dicta, diſputat; conciliatis diverſorum ſententiis, additiſque duobus Epitaphiis.

DEbitum Cæſari honorem vindicavimus, urbi vendicavimus, quæ non Imperialis tantùm ſed & Marchia Imperii & quidem ex antiquioribus & majoris momenti: unde mos fuit Cæſaribus non niſi primæ nobilitatis Præfectum huc ablegare, quod limiti ſive Marchiæ præeſſet *Marchionem* nuncupatum. Marchionis verò nomen probante Lazio Libri primi cap. ſecundo, & ſecundi cap. nono de transmigratione gentium, functionis Belgicæ magis quàm honoris fuit, lapſuque ævi in temporariam, & denique indulgentiâ Regum in hæreditariam tranſiit dignitatem. Hæc noſtra de qua agimus *Præfectura limitis Armorici, Danici, Anglicani* à Scriptoribus vocatur Schaffnaburgenſi, Beda, Divæo. Ob id nimirum, quod venientibus è Britannia & Septemtrione objiceretur. Inſtitutam nonnemo putat petitque à Tungris, alii à Romanis, nonnemo ab Imperatoribus Francis, plures à Juſtiniano aut Othone. Ego ut omnes in concordiam reducam, medium quoddam iter ingrediar, nec fabulis, etiam queis vivere alii dederunt, invidebo. Demus itaque Lucio Tungrorum Hiſtorico tertium in ordine Tungrenſem Regulum vallo latus hoc littuſque

Oceani verſus Flandriam muniviſſe, eò quòd authore Ptolomæo & Plinio *Advaticum* videatur Tungrorum Imperio ſubfuiſſe. Demus ob remanentem Germanicæ originis nomenclaturam, tam loco quàm dignitati ab origine Belgarum aut Francos aliquod dediſſe initium. Credamus etiam perſuadente Gygantis Antverpiani fabulâ ſuperiùs in ordinem Hiſtoricæ veritatis à me reductâ, Romanos & Cæſarem hucuſque victoriam & gloriȩ ſuæ alas extendiſſe, Brabonique limitis cuſtodiam credidiſſe. Nec diffiteamur hiſtoriarum fide edocti, quin declinante in Galliis Romanorum Imperio frequenter Dani, aliique Septentrionales Barbari hunc portum invecti Provincias laceraverint. Unde inter primas curas fuerit arcem hanc limitaneam præſidio, præſidium Præfecto committere. Cujus generis fuit Utelo ſub annum 516. victoriâ contra Cochlearici Danorum Regis claſſem potitus præmiumque à Theodoberto Rege Leontii Francorum Ducis filii accepiſſe ſororem, ut vult Goropius libro 7. ut alii filiæ matrimonium & limitis hujus cuſtodiam. Meminerunt hujus Marchionis Henninges & Turonenſis, hoc ſolo diverſi, quòd ille Francum vocet Theodoricum, hic Danum Chochilarchum. Utelonis cœnotaphium tale ex Moræo noſtro exſcripſi.

Terror eram ratis arctoæ Danicique tyranni,
Iſta cui ſedem terra dat arcta ratam.
Quem nec Mars, nec ſors telis Utelona petebat,
Oppreſſit telo Mors violenta ſuo.

Poſt Utelonem, uti ex Aventino recitat Lazius lib. 3. præfuit Marchiæ *Hugobertus* (aliis Hugobrechtus, aliis Hugobaldus vocatur) & ſucceſſorem invenit *Anſbertum* ſive Anſelbertum *Romanæ urbis Senatorem*; quo titulo citatur in reſcripto Suentebaldi Regis dato 899. pro Radbodo Epiſcopo. Stemma apud Henningem & Rogerium reperies & in noſtris Brabanticis. Res autem ſe habuit hoc modo: cùm inter magni Clodovæi nepotes ex ambitione, ut fit, nata diſcordia in bellum eruptura videretur, Carolus Hasbanus Dux, magnificâ apud Juſtinianum Cæſarem legatione functus, ut hero ſuo Theodoberto contra æmulos auxilia compararet, impetravit, ut affini Anſberto ſuarum partium heroi limitis cuſtodia demandaretur. Ita Rogerius hiſtoria 46. & Chronicon Trudonopolitanum, niſi quod loco Juſtiniani Zenonem legat Imperatorem. Anſberti Epitaphium annales Bertinici recitant:

Anſbertus hic jacet qui Superis placet.
Unus erat ex optimis, ſummis gratus & imis.
Regnum cæleſte rapuit peccata qui non habuit.
Exemplum capiant Principes, licet paucorum ſit ſpes.

Manſit deinceps ad hæredes tranſmiſſa dignitas Marchionum, quorum ſeriem & geſta vide Capite tertio Hiſtoriæ noſtræ Brabanticæ.

CAPUT III

Proſequitur Marchionatûs Lotharingiæ uniti, & demum Brabantiæ, & demum Flandriæ poſſeſſores: item de Marchionum titulo, familiis & provincia.

CÆterum cum Anſberti poſteritas ad Franciæ diadema perveniſſet, ſub Pipino, Carolo & Luduvico Regibus nolim dubitare, quin alteri inferioris notȩ hoc muneris demandatum ſit. Sicuti nec de eo quod poſt Lotharii Regis mortem anno 981. aut ut alii 986. Ducatui Lotharingiæ fuerit conjunctum. Recedente autem in Paleſtinam Bullonio, ad Comitem Godefridum Ducem Brabantiȩ, & denique ad Flandriæ, nominatim Philippum Elſatium devenit & hæredes, tandemque Marchiam regioni, quæ poſt Brabantiæ nomen ſumpſit, in perpetuum annexuit Imperator, manſitque adeo penes Duces uſque ad annum 1356. Cum inter Joannis tertii generos Luduvicum Flandrum & Wenceſlaum Bohemum de Ducatu Brabantiæ nata controverſia, convenit, ut Flander Antverpiam obtineret. Obtinuit, & poſt eum Flandriæ Reguli aliquot, donec Anthonio ſuo Philippus Burgundus Ducatum procuraturus Antverpiam à Flandria ſeparatam Brabantiȩ reſtituit. Promiſſum anno 1403. factum 1406. teſtibus Heutero rerum Burgundicarum lib. 4. Meiero, Divæo & aliis. Duo cum dixero, concludam: unum ex Molano: ſolere antiquitus Antverpiæ poſſeſſores propter titulum aut *Marchionis* abſolutè aut *Marchionis Imperii*, aut Marchionis Regni nomine ſcribi, rariùs autem Marchiones Antverpienſes, quo titulo unicum ſolum Trudonopoli diploma vidi. Alterum ex Divæo qui diſputat, quæ Marchionum & quàm latè patens fuerit juriſdictio, adducens nonnullos ejus opinionis, ut putaverint tredecim dumtaxat pagorum ambitu qui hodieque in pago Rienſi habentur circumſcriptam fuiſſe: alios qui Lovanium uſque potentiæ ſuæ alas extendiſſe. Ego nec hoc nec illud ut credam facilis ſum, faciliùs exiſtimaturus aut pro arbitrio Imperatorum Marchionumve potentia limites patuiſſe, aut caſtri vallo & pomærii dumtaxat concluſam: quod manifeſtius, cum infra Ryenſem comitatum à Marchionatu diſtinctum docebo, evadet.

Nam Marcha honor eſt in tuendo limite
Comitiva territorio: clavum tenet
Hæc, illa clavem. Una medium, finem altera.

CAPUT IV

De Paribus Caſtri Antverpienſis, nova quædam ex manuſcripto codice adfert, itemque de Caſtellani dignitate, eminentiâ, & utrique qualiter & quando potiti Dyeſtenſes.

MOs è Galliis tranſlatus invaluit ferè omnibus Belgii locis per Francos olim inceſſis, ut ſic ubi vetera extruxerint caſtella, iiſdem Se-

natum aliquem militarem aſſignarent nomine *parium Caſtri* numero ad exemplum regni ferè duodenario. Hi antiquitus controverſias omnes decidebant, pro tribunali ſedentes, quod oneris interjecto tempore ad *Scabinos* inferioris notæ vicarios tranſlatum nudum honorarii tituli reliquam fecit appellationem. Ejuſmodi *pares* caſtrum Antverpum habuiſſe ex manuſcriptis codicibus reperi Comites quatuor, Barones totidem, & pari numero milites: Comites quidem Arſcoti & Vorſchoti, Zelemi & Remi: Barones autem Brædæ, Bergarum, Gelæ & Lyræ: Milites verò, Turnini, Weſaliæ, Zanthoviæ, & Bochoviæ. Ubi amplius aſſignantur ſingulis Palatinæ, Belgicæ & Urbanæ dignitates. Ita ut Arſchotanus à cubiculis, Vorſchotanus à poculis, Oelemius Palatii, Zelemius caſtri præfectus haberetur Marchioni Antverpiano. Sicuti Mariſchalli, Seneſchalli, Coneſtabuli, & Amirali munus apud eundem obirent Barones quaterni, ſicut milites aggerum, aquationum, annonæ, & delectus præfectura honorabantur. Hæc omnia an ficta nolim diſputare, ſcripta certè exſtitere, & mihi dictorum locorum archiva excutienti nihil aliud occurrit, quàm veteres illorum dominos Comitum, Baronum, Militumque in numero olim habitos ſed non additur quòd talibus apud Antverpum muniis fungerentur. Unicum excipio Zelemenſem, cujus hæreditas cùm dotali titulo ante quatuor ferè ſecula ad vicinos Dieſtæ Barones devoluta eſſet, ſequuti Arnoldum tertium Dynaſtæ *Caſtellani Antverpienſis* titulo in diplomatis uſu reperiuntur teſtibus Averbodii archivis & ex eo tempore degenerans à fama veteri Zelemum ut poſſeſſionem ſui ita titulum Caſtellani videtur Dyeſtenſibus tranſſcripſiſſe, qui in hodiernum uſque diem eo utuntur, & certis eapropter privilegiis fruuntur & emolumentis. Unum hic addam, etſi Lovanium primatu, Bruxella dignitate, alia caſtra ſplendore aut etiam antiquitate certare & præferri velle viderentur, tamen Vicecomiti Antverpiano id honoris citra controverſiam ſemper datum eſt ut alios totius Brabantiæ antecederet.

Cur dixere Pares titulo qui tam varii ſunt?
Hìc etenim Comes eſt, Miles hic, ille Baro
An quia diverſi, tamen id conantur & unum,
Antverpæ & Caſtri multiplicare decus.

CAPUT V

Veteris Senatûs normam inquirit: quod Tribunus, Amannus, Decani, Scabini, tam ingenui, quàm miniſteriales fuerint, itemque de numero eorum diverſo, & eligendi ratione.

VEterem Antverpiæ Rempublicam ex Principum reſcriptis alibi perſeverantibus elicere operæ pretium videatur: & primùm ex Godefridi Ducis & Philippi Comitis Flandriæ reſcriptis patet Scabinorum conſtitutionem fuiſſe ante quatuor ſecula penes Michaëliticos Cœnobitas, quod poſtea immutatum. Suſpicor juris & juſtitiæ Præfectos fuiſſe Tribunum & Amannum, quorum hic nomen retinet, ille Schulteti (criminis aut debiti exactorem ſonat) videtur appellationem induiſſe. Quod dixi, docet Michaëlitici Cœnobii diploma ſcriptum anno 1146. à Duce eleëmoſynam confirmante *Judicum Scabinorum de Antverpia, teſtibus*, Gerungo Tribuno, Aloldo Amanno, Becchone Decano: videnturque tres hæ perſonæ trium in Republica ordinum membra repræſentare, per Præfectos criminalem, civilem, plebeium. Hìc ampliùs diſco Judicum nomine Scabinos appellaſſe, & Scabinorum Judices, quos ex duplici hominum genere conflatos doceat vetuſtiſſimum Marianæ ædis apud Antverpiam diploma præferens à Duce miſſum ante quinque ſecula *Bo. Tribuno & omnibus Antverpienſibus tam majoribus quàm minoribus*, id eſt tam Patriciis quàm plebeis. Manifeſtiùs autem id exprimat donatio Norbertinis facta anno 1140. jubens chartam muniri, & munitam referens ſigillis *ingenuorum & miniſterialium* de Senatu Antverpiæ. Expreſſiſſimè autem omnium confirmatio Allodii Felſaten anno 1147. facta per Ducem & ſubſcribente Senatu nominatim, id eſt quinque nobilibus, & totidem miniſterialibus: planè ut colligere videar ex duobus his Senatum conſtare ſolere, quod interjecto tempore mutatum, effectumque, ut ex lectiori civium parte dumtaxat Scabini eligerentur, numero olim ſæpiùs ſeptenario id eſt familiari Belgis noſtris in ejuſmodi concilio. Sæpiùs autem dico, quòd habeam exempla decem & plurium & paucorum eodem tempore Scabinorum. Imò etiam dignitas, quæ nunc eſt annua, fuit nonnunquam perpetua ad vitam, quod à Flandrorum Comite abrogatum imminuere hâc viâ Senatûs authoritatem & potentiam volente: numerus autem ad certum eumque duodenarium revocatus eſt decimâ quintâ Februarii anno 1340. & de eorum conventibus anno trigeſimo quinto ſupra quadringenteſimum milleſimum extat ſanctio. Ceterum cùm indies augeretur & hominum & negotiorum in urbe numerus, Præfectos etiam multiplicari neceſſe fuit, quod factum, niſi mentitur Codex *Opmerii*, anno 1477. cùm de quindecim Scabinis decretum. Hoc extra dubium eſt fidem facientibus oppidi regiſtris anno 1490. 26. Novembris, numerum denuò auctum uſq; ad ſedecim, & iterum uſq; ad octodecim 1556. quod hodièque ſervatur electionis normâ tali: recurrente Maio Senatus octodecim è Patritiorum numero aſſumit; Præfecti regionum urbis totidem alios adjungunt, & nomina ſingulorum unà cum nominibus Scabinorum finientis anni tranſmittuntur ad Principem, qui ex triginta ſex nominatis octodecim deſignat, & per legatos duos (hi ſunt Cancellarius Brabantiæ cum aliquo è prima dignitate Ducatûs) curat denuntiari eo ipſo juriſdictionis ampliſſimæ compotes efficiens, ut qui cùm alios inferioris ſubſellii Magiſtratus, tum ipſos Conſules, licet electioni ferè Principis ſecundantes, eligant, & ne annalis iſta mutatio ignorantiam præteritorum poſſit invehere, habent perpetuos à Conſiliis duos legum & Juris peri-

periti, Viros Clariſſimos, è quibus recenti memoriâ adſcitos vidimus ad conſilia Principum ſanctiora, & alias notæ grandioris dignitates.

CAPUT VI

Initia Burgimagiſtrorum & Communitatis refert: quid & qualiter circa eos Antverpiæ mutatum; fuiſſe Officialem & Advocatum Ducis antiquitus.

ANte annos plus minus ducentos, urbes Brabantiæ una poſt aliam cœperunt ſibi per tumultum genus quoddam Reipublicæ aut veriùs concilii introducere, quod communitatem vocabant, eratque firmandæ authoritati & opibus congruentiſſimum. Qui præerant, *communitatis Magiſtri* & interjecto tempore *Burgimagiſtri* dicebantur, Conſules Latini nec malè vocant. Hæc res brevi magna ſumens incrementa maximo cum Ducalis Imperii præjudicio graviter habuit Principem, qui tandem reſtincturus latè propagatum incendium, reſtrinxit authoritatem, immutatâ nonnihil plebei regiminis formâ, ſublatâque *communitate*, Conſulibus in ſpeciem relictis. Et quamvis Diaria quædam annotent permiſſum Antverpienſibus anno 1406. Conſules ſibi creare, tamen diploma hâc de re datum inveni quadriennio poſt; interjectoque tempore cùm, neſcio quapropter, exacerbata plebs Senatorios aliquot viros in vincula per tumultum conjeciſſet anno 1486. non verita etiam quoſdam ex iis in equuleum agere, & quæſtionibus ſubjicere, metu majoris mali Princeps legatos Reipublicæ formandæ miſit Jacobum Wiele & Joannem Halmalium, ſtatutique Conſules duo, *forenſis* alter, alter *intraneus*, itemque Scabini quindecim. Ita ad longum Codex Opmerii captorum nomina ſpeciatim recenſens. Electio horum Conſulum tunc penes Senatum erat, qui cùm Patritiis ferè conſtaret, decretum anno 1355. adjicerentur ex Tribubus *Conſiliarii* ſex, poſtea definitum de duodecim Conſiliariis ex opificum numero in Senatum cooptandis anno 1435. Atque hæc ſunt, Conſules dico Scabinos & Conſiliarios, ſumma Reipublicæ capita & moderatores, qui junctim diebus Lunæ conveniunt de ſumma gubernationis urbanæ diſpicientes. Fuiſſe tamen olim & alterius juris in oppido *tribunal Ducis*, cui præerat quem *Officialem* vocabant, unus ferè ex Scabinorum collegio, aſſiſtebat *Advocatus Ducis*, intererant Beneficiarii & Allodiales tantùm, ex diplomatibus Cœnobii Michaëlitici diſco, in uno quidem anno 1196. Gulielmus de Lyre *Officialis Ducis in Antverpia* cum Scabinis Ducis duobus invenitur, in altero anno 1279. Hendricus de Migelberghe Advocatus Ducis cum iiſdem, in alio anno 1280. Wilmaer & Gulielmus Einchove Scabini Antverpienſes & homines Allodiales, in alio denique anno 1155. aſſiſtunt tranſactioni ſeptem *homines Ducis*, id eſt feudatarii Ducis, ſic enim mutatâ veterum ſervitiorum formulâ exprimunt noſtrates beneficiarium. Conſulum faſtos hìc dare conſtitueram, ſed diſtuli in occaſionem meliorem.

CAPUT VII

De tribus Urbium Privilegiis inter quæ Sigillum: hujus forma vetus & Antverpiani origo, obiterque de manibus Caſtro adjectis: & de duplici Sigillo & ſigilli cuſtodia.

LIbertatis urbanæ ſignum & eminentiæ civilis Sigillum eſt, ideòque Principibus vicum aliquem municipali honore dignantibus ſolemne verbum *Keuram*, *Scabinagium* & *Signetum* aſſignandi, id eſt Leges Senatum & Inſignia concedendi, tres oppidorum prærogativas. Etſi enim nunc videamus pagos pleroſque, imò pagorum appendices, imò prætoria villaſque ſingulares, Senatum legemque propriam, ſignum etiam ad muniendum chartas habere; tamen longè aliter ſe res olim habuit, Dominis locorum loco ſubditæ & habitantis plebeculæ ſpondentibus, reſpondentibus, ſignantibus: & hinc quod nullum ullius pagi ſigillum reperias (municipales ſemper excipio hâc parte urbibus pares) quin à Dominorum primogeniis ſtirpibus mutuatum, & è gentis nota in communitatis, *uſurpationis titulo*, ſit mutatum. Quemadmodùm autem Principes equitis formam, Epiſcopi ſpeciem infulati flaminis ſine ullo adjectitio in ceram imprimebant, ita antiquæ urbes caſtri figuram, id eſt quilibet glorię ſuæ initium. Ita Auguſtæ Atrebatum, Morinorum, Nerviorum, in Abbatiis Vedaſtina, Sithivenſi, Martinica. Ita Gandæ, Montium, Inſulæ, in Archivis inſignia conſpicor. Ita denique Lovanii, Bruxellarum, Antverpiæ ſcuta non ſemel vidi (cùm tamen aliter ſignent) ſolitariam biturremque arcem præferentia, nec niſi literariâ Limbi epigraphe diſtincta: ſolitariam dixi, & tali ſitu exemplum in Michaëlitico Cœnobio, Lovanienſi Archivo, & alibi offendes ſigillum Antverpiæ: cui demùm à tribus ſeculis binæ deſuper manus appoſitæ ad memoriam fabulæ gyganteæ, ut volunt Annales, aut duplicis indicio poteſtatis Regiæ puta & Imperialis, aut bipartitæ gubernationis, Nobilium & miniſterialium, ut ſuprà dixi, aut denique monito ad fortitudinem convenienti, ut ſint

Cladem inferre pares & propulſare parati.

Ad extremum cum aliis in urbibus duplicis tam formæ quàm differentiæ ſigilla ſint, inſcripta ferè conformiter, *Sigillum Scabinorum de N.* & *Sigillum Burgenſium N. ad cauſas*, alterius uſu in Judiciis Litteriſque, alterius in gravaminibus aut negotiis univerſitatem oppidi tangentibus ſolemni: Antverpiani in omnibus majeſtatis ſuę memores hoc vocare ſolent *Sigillum Monarchiæ ſuæ*, quia nimirùm Monarchici, id eſt Imperiales habeantur. Romani militaria ſigna, Principes Belgæ annulos ſignatorios, Nobiles ſcuta ſua tamquam rem ſemiſacram in Templis ſolent dedicare: Belgæ his affinia urbium ſigilla pro ſacris habent

habent adhuc, nec temerè ulli olim licitum circa ea tentare quicquam, innovare, mutare, citra expreſſum Principis indultum. Imo ſi quo belli, ignis aut fortunæ vitio periiſſent, aut lapſu ævi detrita hebeſcerent, video imploratam Principis authoritatem ad reſtituendum aut reponendum, prout anno 1469. Antverpiæ impetratum ex actis Scabinalibus diſco. Ecce autem tibi repræſentatam utriuſque ſigilli utramque faciem, quorum majus arcæ incluſum quatuor clavibus partim à plebeis partim à Senatoriis primatibus ſervari ſolitum, minus quotidiano uſui penes Secretarios.

CAPUT VIII.

Urbis peculium trifariam conſiderat, & quando acquiſita tam Urbis quam Suburbani dominia: item de vectigalium initio & incremento notabili, item de Quæſtoribus eorum adminiſtratione & varia electionis forma & quæ circa illam ſunt.

URbis peculium partim in juriſdictione, cenſibus, poſſeſſione, dominicis, partim in vectigalibus & tributis mulctis multiſque ſimilibus ex accidenti conſiſtit. Juriſdictio tam citra quàm circa muros decem vicorum dominatu concluditur non uno tempore acquiſitorum. Cùm enim Marchiones ſoli Arci, ut ſic dicam, antiquitus ſoli imperarent, creſcente populari multitudine Scabinos Vicarios quodammodo ſuos in communionem Dominii aſſumpſerunt. Ita tamen ut quidquid intra vallum eſſet ſibi reſervarent. Aucto deinceps pomærio neceſſe fuit vicos ex ſuburbanis urbanos factos coëmere: quomodo *Buteburgum* (locus erat intra veteres foſſas circa turrim piſtorum anno 1148. à Godefrido Duce Senatui tranſſcriptum, quomodo poſt ſecundam mœnium extenſionem anno 1249. vicos *Opſtal*, & anno 1304. *Craywickam* & *Loeckburgam* coëmerunt: & quia ſupererant nonnulla alibi loca necdum ſuperioribus aſſociata, creſcenti & ſumma petenti oppido ceſſit Princeps anno 1311. quæcumque muris portiſque claudebantur. Unde iterum iterumque ampliatis mœnibus dicti vigore Privilegii *Kipdorpia*, quam primum urbis fœtum primamque coloniam civium vocat Goropius, *Croniburgum*, vicus Jacobæus, Willebrordicus, paluſtris, & alii in Senatus poteſtatem conceſſere. Quâ minimè contentus præcedentis ſeculi anno 42. *Kielam* à Carthuſianis poſſeſſoribus redemit, Turninum, nemus Burgenſe, Imperium Sylveſtre, Wulmari Mottam (*Wilmerdonck*) orientalem agrum (*Ooſterweele*) qui ſunt pagorum in Suburbano nomina, ſibi vendicavit. In ipſa autem urbe officinas, domos, hortos complures proprios habet & habendas aut habitandas ex conducto civibus interveniente certo pretio permittit, aut cenſu perpetuo oneratas quaſi emancipat. Atque hæc prioris generis ſunt emolumenta conficere ſolita annuatim non contemnendam ſummam. Producere vult Guicciardinus talium curioſus, ducenta & quinquaginta millia ſcutatorum reſultantia partim ex potorio cibarioque vectigali, partim in minoris taxæ acceſſoriis. Illud quod accedit ſuprà pretium rei *acciſum* vocant tanti quæſtus ut octuaginta Scutatorum millia è vinis, totidem ducatorum millia è cereviſia poſſe confici, ſupputet Guicciardinus. Inventum vetus eſt, & commune omnibus propemodum, & nominatim rationes publicæ docent an. 1548. excreviſſe hoc ad 228000. Illud 97000. cum tamen exiguum quid in vaſa ſingula penderetur. Unde in codiculo trium retro ſæculorum frequenter incidunt nomina *Accyſmeeſters* & *Rent-meeſters*, id eſt Magiſtrorum Acciſiæ & redituum, ſive ut latiniùs efferam Redemptorum, Quæſtorumque aut mancipum. Invenio autem in reſcriptis anni 1453. privilegio Ducis permiſſum Senatui vectigalia ejuſmodi creare ad uſus publicos, & anno 1241. leges portoriorum latas, annò 1475. & 1495. conceptas circa adminiſtrationem peculii urbani quæſtoriæ dignitati obnoxiam, quâ antiquitus ornari ſolet aliquis è Scabinorum collegio, donec anno 1435. ut murmuri plebeio obviam iretur, decretum eſt deinceps è conſiliariorum plebei ordinis numero aſſumendos. Anno 1372. duo erant numero & eminebant inter & ſubinde ante Scabinos, ſed creatis Conſulibus declinavit nimium quantum hic ſplendor, auctus interim ſupradicto 35. anno numerus in duplum. Poſt quadraginta autem annos abhinc iterum diminuto numero ſed mutato munere & ordine viſum tres ſufficere, præſcriptuſque ſequentis illum noſtrum præcedentis ſeculi anno undeſexageſimo nominum & functionis modus talis: Senatores è Senatoriis Viros tres Decanis Opificum, Decani totidem è ſuis contribulibus Senatui repræſentant & alter ex alterius triade Theſaurarii nomine (Tribunum ærarium bene vertas) deſignat, ad triennium proximum, parique modo tertius ſed *Receptoris* ſive quæſtoris ærarii titulo aſſumitur, eſtque illorum ærario publico & proventibus annuis proſpicere & ſolutiones huic imperare, hujus illorum mandatis ſubeſſe & inſuper pecuniam publicam colligere & diſpenſare. Ad rem autem pecuniariam facit rei monetariæ proprietas ante Neſtoris annos nota Antwerpiæ, ut in reſcriptis Principum ſignarentur vulgo *denarii* cum additione non *monetæ Brabanticæ* aut *Ducalis* ut nunc ſunt, ſed monetæ *Antverpienſis*. Exemplum ſuppeditat codex Michaëliticus in donatione Luduvici Comitis Loſſenſis 1180. facta nominans 12. denarios monetæ Antverpienſis. Imò verò privilegia hujus loci monetariis conceſſa ab anno 1291. in Julio obtinent, quibus non aliud colligo quàm propriam Marchionatus pecuniam fuiſſe & aliam à Brabannica, cùm nunc aurea argenteaque totius Ducatus quodam Jure Antverpiam commigraſſe videatur, æream alibi adhuc cudere permiſſo.

CAPUT IX

De negotiatione exterorum tractat, & quid ſingulæ gentes vænum Antverpiam deferant, quando item præcipuè tota Europa nundinari hìc cœperit, & de ultimo à Bergarum Brugarumque caſu Antverpienſium incremento.

EXterorum negotiationes famam & opes parere in confeſſo eſt, nec ſibi vivens oppidum niſi ſordidè vivere poſſe, ideoque ſcriptores dum Antverpiæ palmam carpere volunt aliunde quam ex hoc trunco carpere nolunt. Italicarum vario mercium genere officinas Antverpienſes inſtruat ut ſunt panni Cymatites, quos Camelottos & Grogreinos vocant, ex ſubtili caprarum pilo in fila deducto contexti, tergora bubalina, fila aurea, argenteaque, Margaritæ, viva exotica, alumen, ſulphur, oleum, aromata, mitridaticum, Rabarbarum, mumia, ſenæ folia, caſſia, turia, &c. Tum verò incredibile percipiunt emolumentum, ita ut putet & ſupputet Guicciardinus, ex ſolis aureæ argenteæ & ſericę materiæ pannis tres ſcutatorum myriades annuatim confici. Francia autem cùm ſal crudum, lintea Britannica, oleum, papyrum, vinaque ſuppeditet, eorum tres dumtaxat ſpecies invehi item tradit pretio 886000. ſcutatorum, Anglicaſque merces, lanam, plumbum, ſtannum, cereviſiam, ęſtimari duodecim coronarum milionibus, non veniente ad calculum Hyberniæ aut Scotiæ pellium quantivis pretii nundinatione. Germania cùm ſeptentrionalibus Provinciis mel, certum frumentum, ſalnitrum, canas, vitra, pelles, argentum vivum, ligna architectonica, arma, vina, inferens pretio annuatim duorum millionum & 6800. coronarum. Hiſpania cum indicas merces, metalla, ſericum, lignum Craiacum, ſalſam parillam, uniones, aromata tranſmittat, poſtrema ſola millionis valore æſtimantur. Obſtupeſcunt exteri cùm hęc mercimonia in tantum aſcendere fuſiùs deducente Guicciardino intelligunt, atque ego eò magìs quòd luſum hunc ſortis & induſtriæ vix ſecularem apud Antverpienſes extitiſſe ſciam. Nec mirum, cùm exinde nuſquam gentium plus honoris exterorum pręſentiæ, libertatis moribus, utilitatis communi vitæ tribuatur. Secularem dico, & doceo: quamvis enim ſciam prima Mercurii claſſica anno 1249. ſonuiſſe, cùm tutum omnibus Chriſtiani Orbis mercatoribus iter & ingreſſum Dux fecit, ſciam primas cum Anglis pactiones Antverpiam concepiſſe anno 1305. primas è Septentrione triremes ternas ejuſdem ſeculi anno 19. in portu conſpectas, ſciam ſub idem tempus Germanorum onerarias appuliſſe, ſciam ſequentis centenarii anno nono cum Hanſæ Teutonicæ urbibus auctum fœdus & trigeſimo ſeptimo Venetos cum Siculis frequentaſſe; Hiſpanos autem anno ſeculari abhinc altero: ſcio, inquam hæc, ſed unà ſcio extitiſſe nihilominùs ęmporium unum è multis, non ut nunc, unum præ multis imò omnibus, quæ nunc eſt qualiſque habere cœpit ævo Cæſaris Caroli, & Brugæ Bergæque declinantium fortunam in ſe tranſtuliſſe. Ut porrò pateat ad oculum opulentiæ incrementum, ſubjiciam in tabella quantùm in præſidio Principibus conſignato reſpectu aliarum Brabantiæ urbium & olim & nunc Antverpia contulerit ſub finem Capituli ſequentis.

CAPUT X.

De Nundinis & merce domeſticâ, æſtimata denique civium multitudo vetus & nova, additumq; de Decanis opificum eorumq; eligendi ratione. Et denique ſubjectus index collati ſubſidii à Brabantica Tretapoli.

DIxi de exterorum negotiatione, ſed quid noſtrates? Quid imò noſtri cives? Æmulatur omnia urbs, & quicquid arte aut manu magiſtra alibi fabricatum conſpicit, conſpicit in ſe. Ita nimirùm cryſtallum Venetam, tapetia Aſiæ, byſſum Italam, telam Britannię, arma Germaniæ, Antverpienſes civitate donarunt felices omnium nationum ſimii facti, ſed non ita pridem facti, cùm officinas vitrorum anno 1541. tapetiorum 1544. & alias circa idem ferè tempus cœpiſſe didicerim. Ut autem tutiora Antverpiæ prope proculque diſſiti annuatim & hebdomadatim haberent, nundinas ab arreſtis liberas conceſsêre Principes, Sigiſmundus quidem Cæſar diplomate 15. Januarii anno 1415. dato binas in Auguſto & poſt ferias Pentecoſtales, Hendricus ante eum anno 1309. Stabulationem ſalis, avenæ, piſcium urbi confirmavit, quod longi cum Mechlinienſibus idem ſibi arrogantibus diſſidii ſeminarium fuit. Ad extremum anno 1298. diebus Saturni celebrem equorum mercatum obtinuiſſe accepi. Et cùm hic in chartis quàm in uſu ſit potior, illa tanto hominum concurſu frequentatur, ut ex una Bruxellenſi civitate ſciam ſubinde duodecim hominum millia adveniſſe. Quod ad Mæchanicos oppidi, ut ex eo populi frequentia aliquouſque poſſit æſtimari, accipiam anni 1564. & 1397. cenſum, unde cujuſque Magiſtrorum numerus liquidò poſſit æſtimari, Magiſtros dico, qui de triplo ſuperantur à miniſtris & ſecundę notę operariis necdum rude donatis. Erant autem piſtores 165. qui ante quindecim dumtaxat erant, Lanii 72. qui ante octo ſolùm erant, Piſcarii univerſim centum & tres qui ante quadraginta erant cum Piſcatoribus. Barbitonſores & Chyrurgi 90. ſed quanto fuerint numero ante, non annotat meus index. Sartores ferè ſexcenti, qui ante quindecim erant, Pictores Sculptoreſque trecenti cùm ante dumtaxat quinque eſſent. Cereviſiarii Coctores ferè ducenti, qui ante ſex dumtaxat erant. E diverſo autem erant anno 1396. Textores ducenti, quorum nunc ad inſignem paucitatem redactus eſt numerus, manet tamen veteris ſtatûs monumentum & quotannis à Senatu creantur duo Decani cum totidem Æſtimatoribus & Scabinis ſep-

ſeptem ad Tribunal Hallæ, excutientes cognoſcenteſque quidquid rem lanariam tangit. Olim omnes mercenarii, nunc ex nobilitate ferè aſſumpti; quomodo bini annuatim è Senatoriis cum tertio per Principem adjuncti appellantur *Ædiles Curules*, annonæ potiſſimùm intendentes & cereviſiæ, frumenti, panum pretia ponduſque definientes, & ante tria ferè ſecula ſed non è Senatoriis electi. De aliis mercimoniorum injuriæ aut fraudi minùs obnoxiorum cenſoribus fruſtrà dicam: habent enim ſuos ſingula opificia, quæ univerſim revocantur ad 27. claſſes & ſingulis duo annales per Senatum præfecti, quos *Decanos* vocant, dantur ex decreto anni 1457. iique quartum civitatis membrum repræſentantes majori interſunt conſilio, & cum aliis de ſumma rerum publicarum diſpiciunt. Electi ſex per unumquodque opificii collegium Senatui hoc fine offerendi. Ex integro autem Decanorum decedentium cœtu ad politiæ adminiſtrationem idem Senatus duodecim coöptat Conſiliarios indifferenter omni ex Tribu. Ita tamen ut nautæ propolæ & hortularii unum ſemper ex conſuetudine habeant, quippe ceteris potentiores. Hæc omnia longè aliter olim habuêre, cùm anno 1355. ſancitum fuerit de ſex plebeis ad Conſilium Senatui adjungendis, & demùm anno 1435. revocatis ad duodenarium. Ampliùs anno 1369. videri quindecim dumtaxat opificum diverſas Tribus extitiſſe: nec enim in laudato ſuperiùs indiculo plurium extat mentio. Nunc reſtat, adjiciam indiculum unde quis facili negotio æſtimare poſſit, quando Antverpia & quantum creverit, eſt autem continens quantum ſingula Brabantiæ oppida in ſubſidium commune Principis aut patriæ contribuerint. Anno nimirùm 1421. cùm Lovanium penderet 29166. & Bruxella tantundem, Sylvaducis autem 7318. Antverpia ſolvebat 9723. Anno autem 1465. cùm Lovanium 2282. Bruxella 4250. Sylvaducis 1830. Antverpia 2184. Anno denique 1474. cùm Lovanium 10361. Bruxella 12480. Sylvaducis 7138. Antverpia 13361. Anno 1537. cùm Lovanium 5693. Bruxella 9954. Sylvaducis 6606. Antverpia 15760. Anno 1540. cùm Lovanium 1879. Bruxella 3258. Sylvaducis 2181. Antverpia 5200: An. 1553. cùm Lovanium 19849. Bruxella 34707. Sylvaducis 23133. Antverpia 54944. Anno 1558. cùm Lovanium 3733. Bruxella 13136. Sylvaducis 1816. Antverpia 40789. Anno 1564. cùm Lovanium 2733. Bruxella 8604. Sylvaducis 1119. Antverpia 29406. Anno 1571. cùm Lovanium 1812. Bruxella 6378. Sylvaducis 839. Antverpia 19804.

CAPUT XI.

De Privilegiis Antverpienſium & legibus, & utrorumque præſtantia: ſubjunctum de Conſiliariis & Secretariis, utrorumque tam munere quam initio.

UT Juſtitiæ clementiæque duabus velut alis Reſpublica in famæ campum evolet, in honoris theatrum evehatur, Sanctiones & Privilegia Principes dedere quibus & præmia bene pœna malè merentibus definitur. Utriuſque generis copiam Dux Antverpiæ fecit cùm anno 1292. leges & delinquentibus mulctas tam æris quam pellis præſcripſit, læſos in integrum reſtitui conſuetudineſque aliquas ratas eſſe juſſit. In quo obſervare eſt nec ullas Brabantiæ aut Flandriæ conſuetudines ad normam Imperialis cameræ propiùs, nec leges tribunitias ullibi ad juris ſcripti codices probiùs, nec mulctas pœnales ad æquitatis trutinam certiùs accedere; & amplius paucas tantum amatas, toties ornatas privilegiis reperiri. Ita nimirum ne temerè & fraudulenter bonis quiſpiam ſuis excidat, vetitum immobiles res niſi coram Senatu, quem ut minùs Scabinorum aliquis cum Secretario repræſentat, diſtrahere; & permiſſum citra authoritatem Principis omnis generis poſſeſſionem etiam feuda ipſa vadari & divendere, literis anni 1404. Ne fidentiùs peccent malevoli, integrum judicibus & dono Ducali anno 1409. criminis reum non urbe tantùm ſed & toto Ducatu excludere. Ne præcipitanter civium aut corpori aut bonis manus injiciantur, cautum anno 1282. citandum prius debitorem, examinandum à judice debitum, & ſi liquidum ſit tum demum mittendos qui annotent & quantum videtur ſufficere interjectâ ſemper legitimi temporis morâ vendant, antequam ad caput debitoris perveniatur. Ne Mercuriales iſti fortunæ nepotuli, ut eſt ſuſpicax & meticuloſum genus hominum mulier, ægriùs ad lautas nuptias perveniant, grandia uxoribus Princeps indulſit Privilegia, quæ cùm in ſuorum debitorum etiam ante ſponſalia contractorum ſocietatem maritum trahunt, ad mariti debita tamen non tenentur. Et imo ſi maritus bonis cedat, creditoribus quibuſcumque anteferuntur, exceptis quæ proprio marte negotiantur & quodammodo emancipatæ cenſentur. Nec imo ſi quæ delinimentis thori inducta particeps onerum fieri optaret & creditoribus ſe aut ſua obligare, niſi pro tribunali & aſſiſtente aſſentienteque curatorum aliquo per Scabinos delegato nihil ſolidum conficitur, ex lege per Sigiſmundum Cæſarem lata. Ne querulum vulgus ſumptuoſâ litium levi de cauſa natarum fabricâ exagitetur, circa annum 1356. deſignari per Scabinos quatuor cœperunt qui ſopiendis ex pugna, litigio aut injuria natis controverſiis præeſſent, eiſque auditis decidunt, ſtatutis hoc fine quibuſdam anno 1439. promulgatis. Ne denique plurium pondere occupationum Scabini pupillorum alias & viduarum tutores legibus conſtituti, minùs privato huic oneri vacent, ab anno 1495. quatuor viri & partim à Senatu deliguntur hebdomadatim jus orphanis orbiſque dicentes. Ceterum cùm Scabini in juris juſtitiæque miniſterio quotidiani ſint, ſemel hebdomadatim cum Tribunis quos *Conſiliarios* vocant, atque Decanis quos numero certo quotannis eligunt, juncti res publicas & Reipub. tractant, ex norma anno 1435. poſita. Et ſubſerviunt utriſque Graphiarii quatuor & totidem Secretarii: hi inſtrumenta contractuum venditionum & ſimilium conficiunt & criminalibus actis ſubnotant, abſentium

ſæpe Penſionariorum vicarii: illi acta Senatus excerpunt & redigunt, civilium cauſarum res ſuæ commiſſas curæ aſſervant libelliſque ſupplicibus intendunt.

CAPUT XII

Cives partitur regionatim, & per Guldas: inſuper deſignata harum ſex Antiquitas & Majeſtas.

CUm non vulgari cives gaudeant prærogativa, ne quis temerè elabatur, ea Lege civem cum uxore citra Conſulis authoritatem foris ſpatio ſex hebdomadum habitantem privant: ne ſcilicet frequenti plurium evagatione ut viris ita viribus urbs deſtituatur. Adeoque totam urbem in regiones 13. partitus ſinguliſque ad biennium (ita tamen ut annuatim medietas renovetur) duos præficit Senatus vicomagiſtros, ut utar eodem quo illi vocabulo, pro ſuis in majori conſilio tertium civitatis membrum conficientes, & ſui tractus homines patrocinio ſuo prævenientes ope imprimis duorum nobilium ſingulis vicis aſſiſtentium & quatuor Capitaneorum omnibus generatim à Senatu aſſignatorum, accedente. Numerus hic regionum urbis quanto olim minor fuerit docui libro primo, & proinde pauciores vicani Centuriones, quorum munus inter alia civibus ducatum præbere, ad arma foras aut excubias domi tendentibus. Ex lectiore autem civium parte ſex conflantur collegia tempore, exercitio, munere diverſis inſtituta & privilegiis ornata. Vetuſtate inter omnes eminet arcu chalybeo exerceri ſolitorum, numero quadragenario olim, poſtea centenario, celebrium jam inde ab ævo Luduvici Maleani, & juramento Conſulibus obſtrictorum poſt obitum Caroli Pugnacis, cùm etiam aucto collegarum numero ejuſdem armaturæ ſecundarium velut ſuperioris tradux ad privilegii communionem aſſumptum eſt & minoris nomine cenſitum. Pari modo quo arcus oblongi cornei ſocietas ejuſdem Malani tempore florens anno 1485. ſimilem ſibi, ut ſic dicam, progenuit fœtum. Quaterna hæc licet duplici dumtaxat differentia, pluries invitatis primarum Belgii urbium collegis ludos palæſtricos & jaculares indixere, pluries indictis alibi interfuere primis donata præmiis. Ita nimirum anno 1344. ſolenni pompa haſtiludium Antverpienſes publicavere accurrentibus Guldarum (ſic enim vocantur ejuſmodi collegia) 25. confratribus. Ita ejuſdem ſæculi anno 13. præſente & una certante, quod glorioſum, Duce alterum celebratum eſt. Ita ſub annum 1507. curatore Philippo Archiduce certantibus tota è nobilitate lectiſſimis viſum eſt. Ita in quadraginta octo urbium certamine apud Neroios anno 1395. Antverpienſes numero millenarium excedente affuere, & non inhonorati redire. Ita anno ſæculari quingenteſimo Bruxellis primas reportantes non dubitavere in ſequentem annum omnes urbium municipiorumque Tribus provocare. Ita anno 1458. primas in palæſtra triginta quatuor oppidorum præripuere. Ut taceam hìc licet ſeriùs ad famam evecta reliqua duo contubernia Sclopetariorum quidem anno 1480. & Gladiatorum decennio poſt, authoritate Principis inſtituta periti̇ſſimis juſto numero talium conſtantia. Omnia autem ut Regem jaculandi dexteritate primum, ita ſuffragiis Decanos duos annuatim nobilemque patronum ad pilum duo poſtrema, alia conſules anni labentis diviſim accipiunt.

CAPUT XIII.

Genium, ingenium, dotes, & virtutes Antverpienſium breviter laudat, & inſuper artium virtutumque exercitia quædam annotat, diverſorum ætatis, ſexûs, & conditionis uſui.

CUm alibi alia ſint in admiratione & ſingulis ferè civitatibus dotes ſint peculiares, hìc omnium eorum quæ toto orbe naſcuntur vel arte fiunt, ſpectaculum & copia offertur. Adeo ut quamdiu pax & bonæ leges viguerunt nuſquam gentium beatior jucundiorque vita potuerit inveniri. Habes hìc honeſtam & ſine noxa ſuavitatem, eum in convictu candorem, in candore hilaritatem, ut ſenectam nemo Brabantorum gravem experiatur. Erga exteros nuſquam gentium major hoſpitalitas, nuſquam frequentior, nuſquam dulcior inter ipſos converſatio. In qua nec leporis nec joci, nec fabularum, nec cantionum, nec chorearum, condimenta deſiderantur. Nec ullius regionis homines libentiùs varias longaſque peregrinationes ſuſcipiunt, idque ſolum ad regionum diverſitatem & hominum mores coram intuendos. Nam lubenter (cum Becano loquor) Italis par ſtudium mercaturæ ejuſque cauſa longinquas etiam peregrinationes concedimus, ſed negamus eos evagari ad liberalem variarum rerum cognitionem, quam privato quodam jure nobis vindicamus, apud quos extra eos qui Mercatores vocantur, nemo ferè ingenuus invenitur qui non tres, quinque, aut plures linguas perdidicerit. Qua in re mirari ſolent exteri tantam enuntiandi dexteritatem, ut in peregrino ſermone non ſolœciſmos, ſed genuinam ſervent & dictionem & pronuntiationem. Huc accedit quod Hanno non ita pridem breviter & verè dixit: Antverpiam ut urbium principem ita amantiſſimam & ſcientiſſimam litterarum: nimirum addens, uti negotiatores aurum gemmaſque lanariis ſaccis aut vinariis vaſis includunt & tranſvehunt itinerum periculis declinandis: ita inter eos plurimi bonarum artium Myſtæ vocabulo mercatorum, hoc ipſo invidiæ immunes, laudis & titulorum ſecuri. Nec mirum, cùm ſolemne ſit civibus cujuſvis etiam fortunæ aut ſortis à teneris ſobolem ſuam aut foras aut domi ad mercatum bonarum artium ablegare tam liberalium quàm ſervilium, ut qui non ignorent permagni referre quâ potiſſimum ratione primum ætatis tyrocinium erudiatur, inſtar lanæ quem primo colorem imbibat in panni carnem pertinaciſſimè tranſmittentis. Unde fit ut variarum artium gymna-

ſia

ſia ferè centum in oppido numerentur formandæ pueritiæ, quorum pars lectior id eſt litterarum & linguarum doctiores collegiatim Scolarchæ Cathedralis Eccleſiæ obnoxii ab annis circiter centum ſexaginta beneficio Romanæ Sedis Indulgentias impetrarunt viſitaturis, feſto Divorum Tutelarium Caſſiani & Ambroſii, quam in ædis maximæ perodio aram habent peculiarem. Rurſus cùm experientia fidem faciat ſementem primæ etiam notæ agris injectam niſi diligenter culturâ paſtinetur in deterius abire & degenerare, pari modo in mollibus animorum arvis uſu venire eo promptius quod mollior & ſequacior ibi materia. Habes inſuper Antverpię juvenum exercitia armorum in hortis Guldarum ferialibus, muſices utriuſque tam vocalis quàm inſtrumentalis, chorearum, ſcriptionis tam ſtylo quàm filo, ænigmatum, picturę, & verbo dicam ſingularum pœne artium. Habes exercitia humaniorum diſciplinarum tam perſonata quàm papyracea in gymnaſio Societatis Jeſu frequentia, ipſo etiam Senatu & Nobilitate juventutis animos parante præſentia, muneribus, authoritate ſuâ. Habes ibidem Theologiæ prælectiones, diſceptatiunculas Academicis non ceſſuras ſi titulo ornarentur. Habes ad noſcendum compendio Orbis pene totius ſtatum hebdomadales internuntios collecta Italiæ communicantes. Habes ad extremum publicâ Senatûs & privatorum munificentiâ adornatam ipſo quo hęc ſcribimus anno Bibliothecam magno paſſu creſcentem ſub Curatore Auberto Miræo Cathedrali Canonico & Scolarcha Viro clariſſimo. Concludam in Elogio Viri noſtro ævo doctiſſimi tradentis cives Antverpianos à puero indole liberali & niſi parentum indulgentia adulteret candidos & artium capaces, in veſte curioſos magis quàm ſplendidos, in ſupellectile elegantes, in menſa lautos & lętos, in amicitiis conciliandis faciles, in publico magnificos, privatim nec tenaces nec prodigos, ſed in hanc partem occaſione aliquâ ſolemni oblatâ procliviores, & in iis eſſe viros Mercuriales, induſtrios, ſolertes; fęminas tenaciores, ſedulas, familiares cum aliquo tamen faſtu: pueros tenellos educatione magis quàm natalibus, ad quidvis tamen formabiles: puellas lepiduſculas, comptulas, donec marito in manum dentur, nec operoſas nec otioſas nimiùm, plurimùm pallidulas & graciles. In quo finiam pro coronide annectens verſum Poëtæ noſtro ævo non infelicis in Antverpiam bifrontem è duplici, prout ſe exhibet Schaldi & terra appropinquantibus, figura pictam.

Dic mihi cur unam diverſa in imagine pictor
Finxit, an audendi quidlibet eſt animus?
An potius, quia ſit Jani tutela bifrontis,
An potius quia ſit duplice magna gradu?
An potius, quia qui parte urbem viderit una,
Deinde alia, haud unam crederet eſſe polim?

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

HActenus antiquitatem & decora Antwerpiæ quatenus mœnibus concluditur perſtrinximus, nunc ad ejus Juriſdictionem & Territorium pari gradu progreſſuri. Et quidem ne tenebras captemus diſtinguam obnoxia Antwerpiæ loca quadrifariam, in ea nimirum quæ ad opus Caſtrenſe dicebantur ſpectare, in ea quæ urbem quaquaverſum ambiunt, in ea quæ Comitatus Reyenſis nomine cenſebantur Marchioni immediatè ſubjecta, & poſtremo in ea quæ Antwerpiam velut tertiam Brabantiæ Metropolim ſequuntur. Primi generis indiculum ſuppeditat codex vetuſtiſſimus ſcriptionis ſuæ annum 1241. præferens aſſervatus in Curia Antwerpienſi, unde colligas inſignem amplitudinem Imperii Antwerpiani, & obligatos fuiſſe Taxandros, Ambivaritos, alioſque plures. Ait enim opus Caſtrenſe ſe extendere unâ parte uſque in *Oſſendrecht*, addens antiquitus etiam Inſulam *Steenbergenſem* huc ſpectaſſe. Ulterius ait pertinuiſſe uſque ad *Dinbrugge* (locus eſt versùs Bredam) indeque in *Turnbouтervoert*, & ulterius in *Molregrave*, & ſic recta verſus *Teſſelt in damere* (*Tiſſelt opden demer* nunc vocant) inde Arſchotum *Werchtras*, *Wiſplaer* & *Ledesberch* in Scaldi, indeque in *Ridurenvliet* in *Deſſide* & *Hucinde*, quæ poſtrema loca needum mihi planè innotuerunt. Addit denique eodem ſpectaſſe *Loebroeck* & *Scheynbroeck*, & *Linnick op de Rure met negen Velt-dorpen*, id eſt noven vicis ruralibus, ex quibus manifeſtum evadit, quanti olim momenti hujuſce Caſtri & fabrica & cuſtodia fuerit, ad cujus refectionem tam latè habitantes voluerint obligari Imperatores. Et ſane mihi Taxandriam obeunti audientique omnes cis Aderam pagos, etiamſi nunc Sylvæducis olim Lovanio obnoxios, tamen ab antiquo jus petere Antwerpiâ, ambigere cœpi an non hoc veteris Imperii remanſerit veſtigium. Sed nunc ad ſecundum membrum & Suburbium Antwerpienſe progredior.

SUBURBANUM.

CAPUT II.

PRæurbium Antwerpienſe quà flumen alluit nullum eſt; qua ſolum, omnibus latè portis extenditur, Sacella, Cœnobia, vicos & arces plurimas, in aliquibus urbanæ libertatis participes numerans. Portâ Cronenburgicâ Beginaſium erat ampliſſimum, Capella Deiparæ & vicus *Kiela*, Kiel. ob Carthuſiam vallis S. Catherinæ ad annum 1320. fundatam authore quodam Urbis Dancardo voti

reo celebris. Cumque anno 1542. tam Beginaſium quam Carthuſia Roſſemiani exercitus impetu periiſſent & Religioſi deſperato reditu aliud Lyræ Cœnobium conſtruerent, Dominium loco tam remoto parum utile Senatui Antwerpiano vendiderunt anno 1544. Porta Georgiana exeuntibus occurrebat illuſtre Hierocomium & Curialis Apoſtoli Willebrordi ad annum 1388. pul- BERCHEM. chro ſchæmate extructa. Et ulterius Berchemium (quaſi montanam domum diceres) proximum eſt, Prætorio eleganti ornatum & Dominio gentis eodem nomine ante quatuor & amplius ſecula in- LUYTHAGEN. ter Equeſtres habitæ, Cœnobio etiam ad Lutgardis dumum inchoato ad annum 1496. evocatis ex Cœnobio Pirenenſi apud Loſſenſes quinque Sororibus cum Præfecta *Maria van Zuerenberch*. BORGERHOUT. Porta Kipdorpenſi civium Nemus pagus eſt re & nomine civium ſuburbanæ delitiæ. Porta Bergenſi DAMBRUGGE. alter pontis aggerum nomen adeptus, nec ille inelegans ędium & ambulationis vicinę commoditate.

COMITATUS RYENSIS.

CAPUT III.

DIxi ſupra, Scholtetum, ſive ut vulgo vocant Marcgravium Terræ Ryenſis Antwerpiæ præſidentem Juſtitiæ etiam in pagis Ryenſis Comitatûs vice Principis rationem habere: de illis itaque proximè agendum erit. Theofridus in vita Willebrordi *Pagum Renenſem*, Chronicon Trudonopolitanum parte 2. l. 10. c. 4. donata quædam allegat in Territorio de Andegverp & mox alia in pago de Rin haud longè à Caſtro Andogverp. Diplomate apud Hedam & Heuterum Auſfridus Ryenſem Comitem ſe indigetat. Ex quibus clarum evadit, Comitatum Ryenſem diſtinctum quid à Marchia fuiſſe & proprios habuiſſe Dynaſtas, etſi poſt Ausfridum videatur Lotharingiæ acceſſiſſe & à Caſtro Marchiaque ſubinde appellatum, prout docet Goropio laudatum diploma nominans Comitatum Gotilonis (is Dux Lotharingiæ erat) qui Andoverp dicitur anno 1006. Nomen Rye ab arundinibus aliqui deducunt, quorum in paluſtri ſolo copia: alii ab equis, quorum olim ad limitis cuſtodiam hìc ſtatio. Utrique à Goropio rejecti. Lazius à Rylando primo Marchione nomen hæſiſſe opinatur, Goropius ab æſtuariis retationibus, & optimè. Pars erat pagi Teſſendrici olim, ab eoque poſtea ſeparatus fuit titulo non tamen ſitu, docente Ottonis reſcripto apud Meyerum, ubi donati citantur Gandenſibus vici Bocholt in Ryenſi, & Edeghem in Teſſendrico Pago ſiti, qui ut nunc res ſunt, ſunt contigui.

TURNINUM OPPIDUM.

CAPUT IV.

DOORNE. INter vicos terræ Ryenſis antiquitatis merito primas tenet Turninum à turribus (ne quis Turnum aut Troianum aliquem ſomniet) dictum. Urbs olim & quidem ante Antwerpiam Fredegandi Epiſcopi prædicatione, miraculis tumuloque ornata, cujus corpus (ingruente Normannorum tyrannide) in Monaſterium ad Sabim tranſlatum, ibidem requieſcit in Canonicarum nobilium Collegio. Urbs autem (tradente codice vitæ & tranſlationis S. Gummari) ob iniquitatem habitantium merita vindictam Dei, abſente Apoſtoli ſui corpore, viribus deſtituta, Normannis per Schindam flumen in Bratuspantium irruentibus, in prædam ceſſit funditus everſa. Ab hac clade reſpirantibus vicinis Turninum etiam revixit caſtro inſtructum, & Abbatiâ Benedictinâ à Ducibus Lotharingiæ fundatâ, ſed an. 1063. Eynhamum tranſlatâ. Collegiata autem 12. Canonicorum & duo item diverſi ſexus Cœnobia in Chronico veteri notata perierunt, dote Canonicis Antwerpiæ fundatis aſſignatâ per Duces, decimâ per Michaëliticos Cœnobitas anno 1318. acquiſitâ, Dominio per Antwerpienſes quod Schoonhoviorum & Straliorum ante fuerat redempto, qui etiam Wiltricæ (Regnum Sylve- WILRICK. ſtre ſonat) Toparchiam anno 1585. ſuam fecerunt & Wilmerdoncum, & Weſalium occiden- WILMERDONCK. tale, quæ cum Turnino & Nemore civico penta- BORGERHOUT. polim quaſi ſeparatam conſtituunt. Sunt autem intra ambitum hujus pentapolis Prætoria aliquot, Turnini quidem mediocre, Wilricæ autem fa- OISTERWEEL. moſum ornatu interiori trabibus auro, pavimentis marmore cedroque veſtitis olim Jaſparis Douzæ, nunc Sivillæ viri potentis & nobilis. Fuerunt alia duo ſplendida alterum Stabroucani Toparchæ, alterum Wilmerdoncæ. Nec procul hinc eſt inclytæ gentis à Winando nuncupatæ WYNEGEM. cognomentum Pagus, Caſtello non ineleganti ornatus, Schetziorum & Boſſutanorum nuper hæreditas.

COMITATUS CANTECROY.

CAPUT V.

CAntecroya Caſtri nomen eſt, hoc eodem tra- CANTECROY. ctu ſub Philippo Burgundione eleganter inædificata, & noviſſimè anno 1570. Comitatûs titulo donata. Fuerat cum pagis aliquot circumjacentibus Ranſtię gentis olim, denique anno 1547. Henrici de Pontaillier Toparchæ de Flagy, à quo & ſororibus redemptam biennio poſt Nicolaus Perrenotus ad poſteros tranſmiſit, nominatim Antonium S.R.E. Cardinalem & Mechliniæ primum Archiepiſcopum, adjunctis aliquot pagorum dominiis ad Comitatûs amplitudinem erigendi viam ſternentem. Res ſacra pagorum acquiſitorum Lobienſis Eccleſiæ erat ante ex dono Luduvici Pii Imperatoris, adcòque Præpoſituram habere ſolet ab Antwerpia vicina denominatam, ſed nunc ſacrum & Dominicale jus Pontificio conſenſu acceſſit Comitibus Cantecroyanis. Pagi autem his ſunt nominibus: *Domus Adonis* Ec- ADEGEM oft EGGEM. BOCHOLT. CONTICH. cleſiam veteri inſignem Perſonatu monſtrans: *Agger Conrardi* Immerſelio Caſtro inſignis Scottiorum aliquando hæreditas: *Fagetum* dono Ottonis

tonis Auguſti, ut ſupra dixi cum Meyero ad Cœnobium Gandenſe devolutum, in tribunali aliàs Sombekios, & anno 1508. Immerſelios agnoſcere [Ter Hove] ſolens: Curia eorundem poſſeſſio antequam [Mortzel.] anno 1566. à Perenottis acquireretur: Mortſela Prætorio olim inſtructa jam pridem deſtructo. [Bornsbeeck.] Hujus etiam Comitatûs laciniæ ſunt, licèt alteri [Rethy.] Præfecturæ ſubjiciantur, *Fonti Torrentum*, *Retiacum*, [Waerlooz.] *Waerlozium*. Præter Berchemum, de quo ſupra, prætoriis duobus ornatum altero Domini, altero [Roy.] familiæ *van Niſſen*, Eſcam & Calmpthoutum ignobiles vicos, marinum quid nomine olentes, [Schilde.] ſuperſunt in tractu Ryenſi Scaldia inſtructa Caſtro, gentilium *vande Werve* nuper Toparchia. [s'Graven Wesel.] Weſalia occidua (ita dicitur ad differentiam alterius poſſeſſoris Comitis nomen indutę, Arceque pul- [West Wesel.] chrâ ornatæ, & Dominio Sombecanorum veteri) olim Bergenſes nacta Dominos & morte Cornelii à Bergis anno 1447. Dignam Aſcanam invenio, deinceps & Jaceæ Baronem dotali titulo anno 1560. *Valterum vander Noot* anno 1596. *Philippum vander Meren* Canonicum Cathedralem, eoque defuncto affinem Carolum Berlo Canonicum etiam Lyranum beneficium profeſſos. Vicus Pe- [Vremde.] regrinum indutus nomen, Abbatiæ apud Cameracenſes Aubertinæ ante quatuor ſecula erat in ſacris obnoxius, aliàs gentilium de Immerſeel, quibus acquiſivit anno 1560. Jacobus hæres Eliſabethæ de Cortenbach. Ante Cortenbachios autem poſſederunt gentiles de Kerman & de Bau. Intra cujus Parcciæ ambitum fundata primitùs ab Ægidio Berthout an. 1235. & Henrico Duce Lotharingiæ Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia virilis titulo Vallis S. Bernardi, unde ſecundus Abbas an. 1245. in Heimiſſem locum Scaldis allapſu oportuniorem tranſtulit Religioſos, ædificatis iſthic interjecto aliquot ſæculorum curriculo tanto ſumptu & elegantiâ officinis, Templo, Cœnobio, ut vix toto Ducatu extiterit ſuperbius Monaſterium, fidem facturis aſpecturo parietinis & ruinis quæ ab incendio Anno 1582. ſuperſunt. Abbatum & Fundatorum nomina alibi dabo, con- [Artselaer.] cludens hunc tractum in vicino Artſelario, & ſpe- [Cleydael.] ctabilis formæ Prætorio Vallis Argillaceæ vocabulo.

HERENTALDUM.

CAPUT VI.

HErentaldi origines inveſtigaturo magnifica omnia, progreſſus & incrementa perquirenti ſplendida occurrunt, ſed (ut ſæpiùs ventis agitatur ingens pinus & feriunt celſos fulmina montes) declinavit majeſtas, imminutus eſt ſplendor fortunâ ſiniſtrorſum volante, Marte dextrorſum volente. Ante annos mille heroum hìc erant ſylveſtres delitiæ, & hinc etiam nomina [Furstelant.] Regionis Ducum, Vallis, Sylvæ, Nemoris, [Herenthal.] Sedis Heroum, hìc loci. Ceterum intra limites [Herenthout.] Caſtri de Antwerpia ſitum erat Herentaldum, [Hersel.] ad ejuſque cenſebatur opus ſpectare, teſtibus ipſorum Antwerpienſium litteris anni 1316. datis, adeòque obnoxia Flandro Antwerpia Marcgravios hìc tribunal ſuum & ſedem fixiſſe, imò Marcgravios Hærentaldenſes ſe inſcripſiſſe notum eſt & exemplis Dominorum Aſcæ, Immerſelii & Ranſtiæ doceri poſſet, quæ in controverſia anno 1531. contra Lyranos producta ſunt, ad probandum Ryenſis Provinciæ urbem primariam Herentaldum eſſe. Videntur autem hoc tractu à Principibus aſſignata patrimonia Regiarum Virginum Gertrudis verſus Taxandriam: ubi Caſtellum erat feſſis venatoribus lætum receptaculum, loci nomina ſervantibus, *Alti Burgi* & *Letimontis*; [Hoechtborchstraet.] nemus etiam cujus umbram hodièque inſignia oppidi præferunt. Et quia ab an- [Bleenberch.] tiquo in honorem Divæ Waldetrudis extructa Eccleſia perſonatu inſignis, hinc eſt quod in veteribus reſcriptis nonniſi caſtri & nemoris D. Waldetrudis Urbs vocabulo innotuerit, ſervantibus hodieque Canonicis nobilibus eodem titulo Montibus in ea aliquale Dominium & Majorem cum 7. Scabinorum collegio: ita tamen ut Advocati nomine Marchio Antwerpienſis ſive Dux Lotharingiæ ſupremi Dominii & juſtitiæ compos ſit. Lotharingiæ enim ſemper, non Brabantiæ portionem hanc urbem eſſe contenderunt cives. Quippe quam civium libertate donârit anno 1209. Henricus Dux Lotharingiæ, mœnibus foſſiſque vallatam, & Lotharingiæ (quod litteræ anni 1221. profitentur) in perpetuum annexam. Murorum ſtructura paulò eſt poſterior, utpote temporibus Joannis I. Ducis perfecta, ampliata & portis elegantibus inciſa poſt annum 1400. ita ut dimenſione per *Matheum van Leemputte* anno 1542. facta, reperiatur mille in circuitu virgas habuiſſe, pontes lapideos quinque, ligneos plures Nethæ urbem ſecanti inſtratos, & vicos 27. Nethæ autem commoditas & nitor uti non parum emolumenti indies, ita nonnunquam non minus incommodi attulit limites ſuos egreſſus: & notantur clade celebres anni 1468. cùm lapides ipſos plateares circa molendinum vis aquæ in profundum raperet, anno 1526. cùm ruptis aggeribus circa portam floridam ſuburbanum inundaret, anno 1532. cùm ſaxa platearum paſſim aquis operirentur, anno 1571. cùm agger molendini diſruptus omnia vicina repleret. Sed hoc ut cito factum cito refectum majore metu mali quàm malo. Veſtiebantur porro vici coronâ pulcherrimarum ædium & ut veſtirentur non vulgaria Duces addiderunt privilegia. Joannes quidem jus tractus ſive inſcriptionis intra tertium ab urbe lapidem, ita ut debitum coram duobus Herentaldi civibus profitens cogatur citatus ſe ſiſtere & juri ſtare: ſi etiam Civium aliquis forte illo tractu apprehendatur poſſit ad judicem ſuum ſive Senatum revocari. Henricus immunitatem à telonio. Joannes Lanificii prærogativam inter 13. opificia oppidi primas tenere ſoliti. Alii forum hebdomadale & nundinas annales addidêre. Formata etiam ab Henrico Senatus ratio nunc conſtans Receptore, Conſulibus duobus circa Calendas Januarii renovatis qui & in creatione ſeptem Scabinorum & Juratorum communitatis cum Delegatis

Principum concurrunt adhibito etiam Curionis ſuffragio aut conſilio. Confirmata à Maximiliano Sagittariorum qui de præferentia ut aiebant pluribus annis cum Lyranis certarunt, contubernia: & ab Antwerpianis probata Rhetorum Collegia ſub idem tempus,ut nihil ad laudem Reipublicæ facturum videretur deſiderari. Nec ædificia tam publica quam ſacra deerant. Curia vetus poſt incendium anni 1512. reſtaurata & turri excelſa ad ſpeculandum utili an. 1534. ornata, præambulo horario grato Campanarum concentu an. 1541. inſtructa. Parochia creſcentibus cleri & oppidi rebus an. 1417.augmentari cœpta choro inſigni ad an.1449. concameratione perfecta & quadriennio poſt ſimili opere Templi alia parte adornata, in qua Petrus Epiſcopus litteris an.1366. 1.Martii Indict. 5.datis Collegium Canonicorum erexit probante Wenceſlao Duce, quod qualiter interciderit necdum ſcire potui, certus perſonatum Eccleſiæ Capitulo Hoochſtratano incorporatum diu poſtea. Monachis D. Franciſci, ut alia proſequar, nomen & Inſtituta ſequentibus atrium & loca ad ſtructuram Cœnobii Senatus aſſignat anno 1452. ſed Cameracenſis Antiſtes ſe inconſulto id tentatum indignatus tantiſper Fratrum conatus remoratur, donec civium affectu victus anno 1474. Templum dicavit. Ubi ſcriptis claruit Thomas Herentaldius Speculi vitæ Chriſtianæ Auctor. Erat ante quatuor ſæcula vicinum mœnibus aucto pomerio incluſum & imminuta urbe denuo excluſum Beginaſium, ſed recenter anno 1597. reſtauratum alio loco tutiore, Templo poſt annos duos perfecto. Hortus concluſus B. Mariæ, Virginum Parthenone eſt, ab Arnoldo Crayenhemio Grobbendonckii Domino & Elizabetha Steyvortia conjugibus fundata anno 1411. Erant Regulares antea Valtero de Gyerle Corſendonckano fundationi coöperante, ſed pòſt Regulam Præmonſtratenſem aſſumpsêre. Idemque Arnoldus triennio poſt in ſuburbano alterius ſexus Canonicorum Regularium evocatis è Corſendonca fratribus fundavit Titulo Throni Mariani, qui anno 1419. fundatore inſpiciente rigidioris vitæ & clauſtri perpetui vota emiſerunt. Erant titulo Sanctorum Petri, Annæ, Magdalenæ, Trinitatis, Goronticomia quatuor, terna viris, unum mulieribus cum ſenio luctantibus deſtinata, quintumque puerorum, qui togati, tonſique inſuper ſacris aſſiſtunt, ſed de quorum fundatione nihil admodum reſcire potui. Hæc partim ſunt, omnia fuerunt per has civilium bellorum furias multum fœdata. Ut enim diſſimulem incendia anno 1338. cum amplius 400. ædes, anno 1427. cum plateæ 4. & potior ædium optimarum pars, anno 1511. cum potiora cis Curiam, anno 1527. cum celebris portio civitatis, anno 1538. cum platearum 6. latera & duæ trientes ædificiorum abſumerentur fortuitò. Cum anno 1566. novatoribus Cives ſe fortiter oppoſuiſſent, anno 1580. ſequenti ab iis oppreſſi ſunt Beginaſio vaſtato, templo majori pulcherrima ſui parte & ruinis à reliqua parte muri objectu diſtinctis, Cœnobiis & imprimis Franciſcano everſis, ſacellis profanatis & quia tantæ calamitati minor murorum ambitus ſufficere videbantur, mœnibus inciſis anguſtiorem (prout nunc videmus) circulum oppidi reddiderunt, poſt annum 1584. demum deſerto quod prædis & flammis exhauſerunt excedentes, quod vel tum reſpirare & ad ſe redire potuiſſet niſi perpetuo militum & præſidii ad cuſtodiendum Brabantiæ limitem neceſſarii hoſpitio afflictum fuiſſet, ut non immeritò noſtri ævi Poëta ad vocis Teutonicæ affinitatem ludens ſcripſerit:

Quòd ſit Herentaldum Vallis Mavortia, certum:
Quòd fuerit Vallis Dominorum aliquando putatis?
Credo tibi: Miles Dominus quòd ſit, mihi crede.

Solent ante turbas quaternis portis totidem reſpondere ſuburbia & ſuis ornata ſacellis. Portam ſuperiorem reſpiciebat hierocomium cum ædicula S. Joannis. Portam vaccarum ſpectabat Sacellum Deiparæ in colle vigilum aliàs Deiparæ ad arenam, & Crucis in colle civico Cappellæ omnes everſę. Celebris eſſe ſolet etiam 5. Februarii memoria Euchariſtiæ anno 1413. miraculo inter ſepes repertæ à quodam Joanne Longeſtein ibi abditæ. Cùm autem Prætor Urbanus ibi ſuperintendat in urbe criminalibus tum etiam præſidet pagis Molno, Balenſi, Deſſelio, & Caſtrenſi de quibus mox agemus. Præfecturæ enim Herenthaldenſis vicos auſpicabor ab eis qui ſunt Dioeceſeos Sylveducenſis & Decanatus Mollenſis ſive Gelenſis. Molla à talpis nomen, à terra eorum nutritia laudem, ejuſque fœcunditate famam in vulgo habens, Peculium ſacrum Corbeienſis Abbatiæ dono Suentebaldi Regis & ejus nonnunquam Præpoſitura fuit: donec à quinquaginta retrò annis Grevenbroucani Bocholdicæ ſtirpis Dynaſtæ & per eos *Hermannus Hoenſbroeck* Hammæ Dominus bonis fruitur & Patronatu Curialis B. Petro ſacræ, cui aſſident Sacella duo, vetus Willebrordi Taxandrorum Apoſtoli, & recentius Appoloniæ à procul advenis viſitari ſolitum. Sodalitia etiam ſacra Matris Annæ & Deiparæ, hoc largiter indulgentiis Pontificis dotatum & frequenter populoſum. Balenum Averbodienſis Abbatiæ Henrici Epiſcopi Leodicenſis dono Curialem habens titulo B. Andreæ & Coſmæ Damianique Martyrum dedicatam, turri inter omnes Campiniæ Proverbium faciente, quo dicunt verbis in verſum Latinum à me coactis:

Deſſelium cum opibus, animo cum Rheta carebit,
Mollaque frumento, Balenum turre, palude
Arendoncka, & ruricolis Commelia, mundi
Machina ſolvetur.

Eſt in Baleno Sacellum Thomæ Cantuarienſi dicatum ab incolis, ſub eodem ſecundaria Deſſelienſis paræcia creſcente incolarum numero ſeparata. Rheta porrò, cujus ibi mentio, vicus eſt, olim populoſus, nunc etiam non contemnendus, à retationibus apertum nomen habens, quas eatenùs pertinuiſſe probat Goropius. Eccleſiam curat Tongerleti Abbas, Dominium à Franciſco Scotto redemptum, Antonius Perenotus ſuæ

Cante-

Cantecroyæ annexuit. Caſterli ad extremum Eccleſiam D. Willebrordo dicatam procurant Cameracenſes, dominium obtinuerunt Gentiles de *Sterck*, & per eos Vandalii.

CASTERLO

TONGERLETUM ABBATIA.

CAPUT VII.

HUc etiam ſpectat Tongerletum, quod manifeſtè Coloniam Tungrorum ſonat, & nonnullis putatur Advaticum Tungrorum eſſe Ptolomæo notatum, fortaſſe quod hìc limes Imperii eorum & Provinciæ, ſicut fuit ante annum 1549. Epiſcopatuum Leodini & Cameracenſis collimitium. Vicus dependet ab illuſtri & auguſtiſſima totius Brabantię Abbatia candidi Ordinis, traduce & ut verbo eorum utar filia Cœnobii Antwerpienſis & verò Paſtorum ſeminario; cùm ſoleat ad animarum curam & gregis Dominici paſcua dimittere paulò minùs quadraginta Sacerdotes, ad Theologiæ Philoſophiæque prælectiones & exercitia quotidiana non pauciores triginta alere, præter eos qui velut emancipati ad Academiam deſtinantur modò quatuor. Regia hæc Religionis à tenuibus initiis cœpit ad annum 1134. opibus Giſelberti & Engelberti privatorum, crevit munificentiâ Godefridi Ducis Lotharingiæ, Arnulphi Brabantini, Berneri de Reysberge, Philippi Polani Principum Virorum. Ex Abbatibus illuſtres habuit *Joannem de Grave* ob impetratas Romæ infulas: *Joannem de Zichenus* ob fundatas Dyeſtæ Canonicales prębendas, quarum poſſeſſores ob id albam è collo aciculam duos treſve digitos latam præferre ſolent: *Walterum de Hallar* ob extructum Abbatiale palatium: *Arnoldum Streyters* ob auctum Templum & Bibliothecam ab Antonio Sgroets inchoata. *Joannem de Weſterhove* ob inſignem in pauperes liberalitatem: *Hubertum Back* ob dotis & ædificiorum ampliationem. Pulcherrimi autem hujus Monaſterii deſcriptionem verbis non meis ſubjiciam ad calcem & Elogia Abbatum ex Moræo noſtro.

ABBATES
Cœnobii Tongerletenſis.

HEnricus mortem mortuus anno 1101.
Vitæ ultimus mihi primus annus ſeculi eſt,
Vitæ ſed idem primus alterius mihi eſt.
Hubertus oppetiit anno 1157.
Huic bis luſtra decem fuêre honoris,
Et ter luſtra decem fuêre vitæ.
Wibertus deſerit vitam anno 1175.
Quorum honori onerique ſurrogatur,
Horum dotibus uſque & uſque par eſt.
Hermannus defungitur anno 1188.
Quæris pedum cur vox finitima ſit pedi?
A me docere: Abbas ſit humilis eſt opus.
Engelramus obiit anno 1210.
Cui nomen omen cui dedit Angelus,
Sic vixit & ſic rexit ut Angelus.
Wernerus vivere deſiit anno 1220.
Feliciter defunctus ille,
Vixit enim ut moriturus ille.
Egericus fatis conceſſit anno 1222.
Annis Cœnobio non ita multis
Præfuit, & multum profuit unus.
Joannes diem obiit anno 1230.
Prudens ille fuit, candidus & fuit:
Abbæ id cura jubet & Monachi color.
Franco inter vivos eſſe deſiit anno 1260.
Dat mihi libertas nomen qua fruar uſque,
Sed ſervitute graviter functus gravi.
Joannes Episcopi ex morbo periit anno 1266.
Epiſcopi cur nuncuper fruſtra rogas,
Epiſcopatu dignior me non fuit.
Petrus naturæ debitum ſolvit anno 12...
Abba placent ſuperis, mihi amor, mihi candida veſtis,
Candida mens placuit, candidus Ordo ſimul.
Joannes de Baerlaer migravit ex vita 1270.
Magnus amicitiis, major virtutibus hic eſt;
Adita obitaque dignitate maximus.
Joannes de Luna ultimum diem clauſit ...
Sors, mors ut raperet, Abbam dedit, ô ter inanis
Res & ſpes hominum dubiæque ſimillima lunæ.
Wilhelmus de Caldris in mortem conceſſit anno 1291.
Ad Præmonſtrati qui bene normam
Vixit, non alibi dignus erat mori.
Reynerus ultimum vitæ annum habuit 129...
Natale Herentaldum fuit puero mihi,
Fatale Herenbergum fuit viro mihi.
Godefridus de Roest vitam reliquit 1300.
Abbas quod fuerim, ſcitis; ſed quis fuerim, non:
Hoc ſufficit, vixi Deo, vixi mihi.
Arnoldus de Grimbergen in alteram vitam vocatur anno 1304.
Grimberga magnum nomen eſt, virtus facit:
Quam ſi removeas, fumus aut fumo eſt minus.
Hubertus Back à miniſtris occiditur 1338.
Ideo novavi vetera, reparavi omnia,
Serva ut perirem nobilis Præſul manu?
Henricus Beckevoirt vitam exuit 13...
Monachus fui & quidem bonus,
Abbas fui & quidem optimus.
Walterus Back obdormivit in Domino 1365.
Collapſum reparare, vetus renovare ſategi,
Servare unus erat integra cuncta labor.
Ægidius de Hildernisse denatus eſt 1577.
Hìc jacet Ægidius primi olim nominis Abbas,
Sic jacet atque cadet quod fuit eſt & erit.
Wilhelmus de Comptich è ſeculo migrat anno 1385.
Dicat poſteritas: dormit Guilielmus, & ultra ne quere, æternum peperit qui nomen agendo.
Joannes de Gravia ſepelitur anno 1399.
Nil prodeſt caput infulis revinctum, &
Romam viſere: mors domi eſt ubique.
Joannes de Zichenis cœlo tranſcribitur 1428.
Mihi Canonico Canonicos curæ fuit
Facere, Dyeſta teſtis eſt.
Theodoricus de Haeren repoſitus eſt ad patres ſuos anno 1447.
Conſilio valuit, valuit prudentiâ & actu;
Quod valuit voluit, quod voluit potuit.
Henricus Vervooren corpus reliquit 1458.

Urna tegit cineres; animus toto extitit orbe,
Exempla vitæ gloriam & famam tenet.

Henricus de Kemminagie viam univerſæ carnis ingreditur anno 1469.

Gratus Principibus, patriæ utilis extitit ille,
Hoc ſequere ſi vis morte victa vivere

Joannes Kinscot inter vivos numerari deſiit anno 1477.

Prima Turnoutum, poſtrema Duffela lucem
Dedit: ad quid hoc? vitæ bonæ mors eſt bona.

Wernerus de Halle oculos morti clauſit anno 1487.

Alibi functus & Mechliniæ defunctus vita;
Tantundem eſt ad ſuperos undique & unum iter.

Petrus de Westerhove reliquit ſui deſiderium anno 1504.

Quæ deceſſori tulerat Mechlinia mortem,
Hæc ſucceſſori fata ſuprema tulit.

Anthonius Sgroeten è vivis, non memoriâ, abiit anno 1529.

Gemma Abbatum, flos Cœnobii,
Et honos Ordinis, & hoc amplius.

Arnoldus Streyters ſublatus è medio 1560.

Virtutum exemplique tenax templa inclyta ſtruxi,
Det mihi propitius ſacra ſuperna Deus.

Joannes de Westerhove febre abreptus eſt anno 1501.

Innumeros pavi, fovique, nec æſtimet ullus,
Fruſtra patrem me nuncupari pauperum.

Jacobus Veltacker electus deceſſit 1583.

Nil fratrum mihi vota, nihil ſuffragia proſunt,
Privato mihi bis mors inopina venit.

Walterus a Corswaremia adminiſtrator expirat anno....

Peculii adminiſter hic monaſtici,
Fidelis abſque quolibet titulo, fuit.

Franciscus Zonnius Epiſcopus abdicat 1568.

Qui Cathedram Sylvæ tenuit cum laude Ducalis,
Huic Tongerletum dos titulusque fuit.

Laurentius Metius Epiſcopus animam efflavit anno....

Præſule Sylvaducis, Prælato Tongerloa
Me directa fuit, utraque recta fuit.

Clemens Crabbeels Epiſcopus animâ corpus deſerente intumulatur anno 1598.

Poſtremus hic Epiſcoporum Abbas fuit,
Epiſcopo laus, Tongerloæ gaudium eſt.

Nicolaus Mutzaert ſucceſſori locum facit anno 1608.

In alterum abiit iſte mundum jam ſenex,
Poſt glorioſæ rupta vitæ ſtamina.

Adrianus Stalpaerts ſupereſt, & ut diu bono Religionis, Ordinis, Cœnobii ſuperſit, orant omnes boni

LYRA.

CAPUT VIII.

Ut prætercam veteris fabulæ deliramenta & Lucii Tungrenſis ſomnia apud *Marcum Varnewyck* lib. 2. cap. 8. paginam facientia & lectoris apud Guiſianum velamine primo, quorum ille Lyro Britannorum Principi exulanti, hìc Lupo Albanorum Duci in Coloniam profecto oppidi hujus acceptam referunt nominis originem, à ſacris auſpicabor. Ante annos admodum mille intra Nethæ ambitum Penenſem pagum Taxandriæ ſeparantis Villa erat Gummari illuſtris laïci & Regum conſanguinei, & nominatim Pipini Regis, quo donante Enochi villam apud Batavos poſſedit & Grimnariam generis quam morum gratiâ clariorem duxit. Et hinc Enchuſiani apud Batavos, quem Dominum agnoverant, ab obitu Sanctorum cathalogo aſſcriptum tutelarem primi invocarunt, ſoliti ad noſtra uſque tempora gregatim quotannis Divi ſui tumulum viſitare & prærogativâ quâdam feretrum in ſupplicatione amburbialium ipſi bajulare. Grimnaria crudeli ingenio mulier & ſuperba, marito totum novennium Pipini in Barbaros caſtra ſecuto ſubditis importuna erat, oblitaque naturę cogebat ſub jugum miſeros & pro jumentis ad vecturas & aratra abutebatur. Monſtrant indigenæ agrum ſuburbanum hujus tyrannidis teſtem; & addunt joculare, cunctas Xantippes in eo portionem jure capitis adipiſci. Monſtrant etiam paluſtrem puteum ubi dimerſa fuerit hæc bona corpore nuſquam reperto. Palatium porrò Gummari erat in vico antiqui poſſeſſoris Embelini nomen habente, ubi Sacellum habebat Prætorio contiguum: ibi fontem ſcipione in terram depreſſo excitaverat levandæ ſiti meſſorum, qui hodièque limpidiſſimus fidem dictis facit, inædificatâ eleganti ædiculâ. Ceterum cum redux è bello vir Dei iter Romanum meditaretur, loco ad Nethę fluminis ripas ex paluſtribus recenter vindicato, indeque Novæ Doucæ vocabulo nacto, Oratorium dedicavit Deiparæ & Apoſtolorum Principi. Cùmque ad ſtructionem neceſſarios aliquot aſſeres inſcio Gummaro perquirens operarius, ruſtici cujuſdam quercum præcidiſſet, hâc propter multùm indignantis, collecta fragmenta Gummarus cingulo jungens, effecit ut recreſcerent. Locus hoc miraculo honoratus frequentatur admodùm, cui anno 1262. Sacellum & ſeculo ſequenti Recluſorium (inde nomen retinet) ſuperſtructum, choro anno 1466. renovato, quod vitio temporis collapſum, repoſitâ illic anno 1605. Icunculâ (ex ligno arboris in qua Aſpricollis reperta eſt) Deiparæ nunc nitidiuſculè reſtauratur, annitente imprimis Richardo *van Graſen* Viro Conſulari & Joanna Munninx conjugibus, ſuccurrente piorum eleëmoſynâ. Arbor ferrea affabrè facta medium Sacelli occupat & locus ubi miraculo prior ſuccreverat, ſaxo notatur, cujus in ambitu hæc inſculpta leguntur.

Embelhem.

Nivesdonc.

De cluyse.

Dit

Dit is de plaetse ter goeder trouwen Daer S. Gummaer dede den boom afhauwen.

Cingulum etiam inter ſacra aſſervant Canonici coreaceum duos digitos latum, & fibula rudi armatum. Ponè Oratorium Divi Petri Anachoreticam Gummarus diu vixit & Rumoldum Mechliniæ agentem ſæpiculè viſit, traditque Scriptor vitæ, itinere inter Lyram Mechliniamque medio, ubi convenire ſolebant, ex rigidis ſcipionibus terræ infixis quercus enatas multa poſt ſecula adhuc ſuperſtites, loco à Sanctorum quercubus *Santeyck*, nunc corruptè *Scadeneyck* appellato. Viſitur in dicto Oratorio ſub ara tumulus Gummari, quò monitu Angelico delatum cadaver per quadraginta annos jacuit, nec ampliùs coruſcante miraculorum gloriâ jacere aut latere paſsâ elevatur in feretrum. Cujus viſitationem invenio factam anno 1344. & 1369. & 1406. Octobris 3. cùm adhuc lintheum involutum exanimi conſepultum illæſum repererunt. Thecâ autem per hæreticos direptâ initio turbarum, oſſa à piis recollecta ſervantur adhuc & clarent miraculis in Collegiata. Tempore vaſtationis Normannicæ pervenit etiam huc armorum furor, & cohors una Malinis veniens ad Monaſterium Ledo (de geſtis Francorum c.5.c.25. Ledi vocant) Fredegerum Sacerdotem ad aram trucidarunt, Templo idola ſua intulerunt, Cœnobio ignem injecerunt, ſed quem pro ſuis pugnans Gummarus averterit, & imò receſſus Barbarorum campanarum hìc loci ſpontaneo ſonitu divinitus eſt deſignatus. Unde in hodiernum diem obtinet, die Jovis ante Adventum Domini (quo die populus gregatim Sacellum hoc viſit) Campanarum æs pulſari lætitiæ & gratitudinis indicio. Municipes etiam Sacellum hoc renovaturi, ad illuſionem gentilium parietibus monſtroſas idolorum effigies inſeruere quæ adhuc alibi apparent. Sed quid? è Villa S. Gummari Niveſdonck antea & nunc Ledo dictam Lyram? Ita planè; nec id à cantionibus avicularum propinquo nemore frequentium, ſed à maris receſſu, quem hoc vocabulo Gothis dictum docet Auguſtinus. Ex Ledo autem facilè potuit lapſu ævi fieri Lido, ſeu *Lidero*, & demùm Lyra: niſi quis malit credere vulgatum illud ad Trajectum Notham antiquitùs celebre diverſorium cum interſignio Lyra urbi ſecundæ originem & loco novum nomen indidiſſe. In ultimo autem hoc Oceani regreſſu & littore reciprocantibus undis obnoxio oppidum erat non ignobile à Ledo *Lederſtadt* dictum, aut à conditore Ducatûs, qui poſt Brabantiæ nomen obtinuit, Domino *Landerſtadt*, & perſeveravit vocabulum & vicus caſtro ornatus, ſed urbis nulla veſtigia per Barbaros everſæ, & vicinis ſuis vicinam Lyram promoventibus. Lyram dico, ubi tempore Gerardi Epiſcopi Cameracenſium Monaſterium erat & Municipium ſive villa ruralis, tradente Chronographo Gerardi Sacellano, poſt Maſlinas. Nec procul hinc eſt Monaſterium Canonicorum, quod ex propriis prædiis vir Dei Gummarus illuſtris laïcus ſtruxit, ibique ſepultus diem reſurrectionis expectat.

Huic Canonicorum Collegio reformato Henricus Dux Decanum & peculia aliquot dedit, exinde in communionem collationum veniens, & poſt annum 1326. ſplendido opere aucta ex adverſo Sacelli ſupradicti Eccleſia Curioni & Canonicis æquè deſerviens, cujus major turris anno 1454. perfecta, anno 1609. fulmine tacta, minor anno 1475. & cruciata, anno 1480. ad ſeptentrionem, ubi quinquennio poſt Epiſcopus Borbonius feneſtram hodièque conſpicuam poſuit. Anno 1212. Lyra jam inde inter Brabantiæ urbes cenſebatur muro concluſas, & libenter crederem Duces Henricum & Joannem primum acquiſito loci dominio à Bertholdis interiorem foſſarum ambitum duxiſſe & cives privilegiis exornaſſe, cùm inveniam ob navatam à civibus bello Leodicenſi ſtrenuam Duci operam anno 1213. immunes à telonio & oneribus totâ Brabantiâ declaratos: Nundinas annales & ſtapulam armentorum anno 1309. conceſſam, aliaque privilegia. Ita ut frequenter advenæ illecti beneficiis hiſce civium confluxerint, & neceſſe fuerit pomærium ejus dilatare, quod factum circa annum 1385. decennio poſt portis ſuperbo opere adjectis, nominatim Liſperanâ, cujus munitio nuper civibus ſaluti fuit ad annum 1416. Perfecta eſt ejuſdem ſæculi anno octavo turris Petrendoncana circa Lovanienſem portam, triennio poſt cataracta major, anno duodecimo portæ Antwerpienſis tectorium, anno decimo ſeptimo macellum, anno quadrageſimo ſeptimo molæ fluviatiles binæ in mœnibus adornatæ ſunt, prout ex rationibus oppidi me docuit *Joannes Courtoys* Licentiatus, & jam quadrageſimum ſextum annum Senatui ab actis & conſiliis, & Reip. utiliſſimus ob rerum cognitionem & cognitioni junctam prudentiam. Hoc porrò circuitu quicquid rerum ſacrarum aut publicarum memorabile eſt aut fuit, breviter ediſſeram. Beginarum inſignis Curia & ex antiquioribus tribus Brabantiæ anno 1289. in ſuburbano erat, demum muris incluſa. Alexiani funeribus curandis operam locantes Antwerpiâ per Senatum vocati habitarunt, primò ubi nunc ædes Dynaſtæ Giſtellani anno 1460. & ſubinde in locum, ubi nunc viſuntur, commigrarunt. Noſocomium D. Eliſabethæ anno 1236. cœpit, deſervientibus utriuſque ſexûs Religioſis: ſed interjecto ducentorum ferè annorum curriculo, virgines quę tum ſolæ erant Regulam amplexæ, noviſſimè anno 1608. curante Joanne Myræo Antwerpienſium Antiſtite ad morem Antwerpienſium reformatæ ſunt. Ejuſdem penè ęvi eſt Xenodocheium D. Jacobi olim à fratribus habitari ſolitum, prout me docuit Bulla Innocentii Papę, eorum bona in protectionem S. Sedis accipientis. *Rabauts gasthuys.* Aliud D. Antonii pari numero vetulas cęlibes excipiens anno 1380. deſtinatum eſt, dotatum quidem tenuiter, ſed vigilantiâ Gulielmi Corteſii Viri Conſularis egregiè reſurgens & reſtauratum. Aliud D. Barbarę ejuſdem Inſtituti mulieribus definito numero patens anno 1473. exordium ſumpſit. Aliud ad paria conjugatorum cùm ætate & egeſtate luctantium excipienda ad honorem D. Annæ fundavit anno 1598. Gummarus Baeck Civis *Het sotte gasthuys.*

hono-

honoratus. Parthenone Virginum tertiæ Regulæ, Senatu permittente, *Henrico van Erp* Minorum Mechliniç Guardiano annitente, *Elizabethâ Robyns* & ſociabus petentibus, anno 1469. inſtituta eſt Syonis titulo. Sunt inſuper ægris ſubſervientes Franciſcanæ vulgò nigræ, ſed quando advenerint incertum; certum tamen ſeculo antiquiores eſſe, & habitare locum ubi anno 1350. ſeptem vetularum erat hoſpitale. Huc etiam referenda elegantis fabricæ Carthuſia, ex ſuburbano Antwerpienſi, ubi anno 1324. ſtructa, 1542. deſtructa fuerat, huc tranſlata, primum fundamenti lapidem ſolenniter pangente *Joanne Goey* Priore Gertrudimontano maximi animi Viro. 12. Martii anno 1544. Cappella per Martinum Calcedonenſem dedicata, altero Sacelló interiori cum ædificiis poſt adjecto. Eodem ſpectat Nazarenum, ex ſuburbano tranſlata Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia virginalis primitùs ad Septentrionalem oppidi plagam fundata ubi locus nomen ſervat veteris Monaſterii, inde ad ripas Nethç in vallem Kyl dictam tranſlatum an. 1236. per Bartholomeum Lanium auſpiciis Ducum & Dominorum Mechliniæ, primâ Virginum Antiſtitâ Beatrice merito integritatis inter beatos relatâ Monaſterium elegans 3. Martii anno .... incendio abſumptum eſt, & Veſtales domum refugii habitant, & inter ſacros theſauros aſſervant linteum ex Burgundia relatum, portionem ejus cui exanime Salvatoris corpus involutum accepimus, litteræ inſcriptæ continent illud divinè allatum. Huc etiam referendæ Regulares Montis Pacis, fundatæ ſub an. 1472. extra muros Bredanos per Engelbertum Naſſovium & Mariam ejus conjugem, quæ vaſtato Cœnobio, circa an. 1572. Bredæ aliquamdiu hæſerunt, & nunc accedente Principum Belgii & Auraici authoritate anno 1610. Lyram ſe contulerunt, *Annâ van den Wamvere* Præfectâ ſtructuræ Cœnobii intendente.

'T CLOOSTER VAN SYON.

Sacra percurri, Publica ſuccedant. Subcenſetur quidem hæc Civitas Antwerpiæ, nec ſolet diverſum ab ejus Sculteto ſive Margraviо Sententiarum criminalium executorem habere; nihilominus ſingulari quadam majeſtate ſancivit Dux anno 1335. in bello Lyrenſes Lovanienſia caſtra ſequi debere ducturos ſub ſignis omnem Santhovianæ Præfecturæ ditionem. Et ſicut annotant memoriæ veteres, anno 1489. Ordinum Brabantiæ Conſilii & totius Nobilitatis celebrem conventum affuiſſe, ita anno 1595. Regales nuptiæ Philippi Archiducis cum Joanna Arragonica hìc potiſſimùm celebratç ſunt, quòd ædium amplitas & platearum nitor maximè placerent, ab incendio anno 1485. cùm ducentis plures domus circa portam Lovanienſem periêre, egregiè reſtitutus. Et quia tam Prætorem perpetuum in civilibus Juſtitiæ adminiſtrum quàm Senatum Dux quotannis renovat circa ferias natalitias D. Joannis, idcirco mos obtinet, eo fine delegatos è conſilio Principum mitti, fingentes quòd olim bini, terni, aut majori numero Equites primarii ſolebant, Scabinale ſeptem virorum oppidi & ſuburbani Collegium, Decarchos item duos cum totidem miniſtris è ſeptem ſenioribus pannificii, omnes præſentantibus Prætore Quæſtoribus & Secretariis, etſi anno 1486. 1503. 1504. & aliis ſubinde poteſtas facta fuerit Juratis opificum Senatores eligere. Opificum autem Tribus ſunt 17. ſicut Sagittariorum Collegia terna Antonii Ducis munita privilegiis, tantam peritiæ famam adepta, ut ſubinde primo inter conſortes præmio omnes ex palæſtris redierint, ipſique anno 1466. omnibus Provinciarum oppidis ludos præparaverint. Rhetorum etiam ſocietates duç anno 1497. Antwerpianis certaminibus palmam 52. cameris præripuêre. Olim in pretio fuêre Gymnaſia etiam linguarum & litterarum: plura erant, & multa Adoleſcentum è remotiſſimis ad hunc ſcientiæ mercatum partibus centena mittebantur, ita ut non mediocriter eruditi ſecundam hanc Brabantiæ Academiam indigetarent: ſed Muſas Gradivus profligavit, & ſuperveniens belli claſſicum virgines quieti aſſuetas terruit: nec facilè fuit clavi & clauſtro Antwerpiç perpetuis firmando præſidiis etiam in jactura totius venuſtatis ad pacis iſta ornamenta redire. Cladis autem Gelricæ captâ urbe anno 1507, acceptæ calamitatis anno 1582. ſpoliatâ intromiſſis Regiarum partium militibus à Chiliarcha eorum Scoto tardiorem ſtipendii ſolutionem indignante, metus anno 1595. cùm urbe potitos hoſtes Alphonſus à Luna Gubernator cum civibus & præſidio Lyſperanç portæ clauſtra tenens & tuens donec Antwerpienſium & Mechlinienſium auxilia advenirent, fugam arripere coëgit. Tempus hæc deſcribunt Chronica.

Clauſtris Scotorum reſeratis arte ſecunda,
Hei dolor! Auguſti ſic Lyra præda ſtetit.
En decimo quarto Octobris, quod fata tulerunt,
Hoſtibus expulſis capta recepta Lyra eſt.

Suburbanum Lyrenſe ante turbas vario ſacellorum ordine ſolet eſſe exornatum, & prætoriis aliquot Nobilium, inter quæ eminebant Arx Anderſtadii & elegans Geſtellæ Prætorium. Subcenſentur etiam oppido vici tres, ſed nulla re memorandâ Nobiles.

PRÆFECTURA
SANTHOVIENSIS.
CAPUT IX.

SANTHOVEN.

SAnthovia vicus eſt celebratus ob Privilegiatum inibi Tribunal, ad quod plurium pagorum recurrunt ſententiæ, cujuſque ſtatuta inaugurandus Princeps juramento ſolet ſtabilire. Cauſas hujus eminentiæ ſæpiùs ſed fruſtrà conatus ſum indagare, nec tamen aliud occurrit quàm fuiſſe antiquitus hìc loci Regium Litteralem Taxandriæ, ubi ventilabatur quicquid agros & aggeres concernebat. Cùm autem Marchia Antwerpienſi & Taxandria Brabantiæ junctis Santhoviani frequenter in comitiis Urbium Brabantiæ & expeditionibus de loco quererentur, anno 1335. diplomate Ducali definitum eſt, illos cum Lyranis non Antwerpienſium ſed Lovanienſium ſigna ſequi debere. Territorii

torii porrò Santhoviani Prætor cum ſuis Senatoribus (quemadmodum etiam Beſſerenſis Curiæ ſimilis judices) nunc in oppido Lyrano jus dicunt, iniquitate temporum jubente. Cęterum in ipſo vico egregia erat olim Curia & ſubcenſebantur uti GROBBENDONCK. nunc loca ſequentia, in primis Grobbendonca Baronatus titulo anno 1602. exornata, prætorioque inſtructa eleganti; cujus dominium ante duo ſæcula poſſidebatur ab illuſtri viro & duorum fundatore Monaſteriorum Arnoldo Crayenhemio. Anno autem 1435. *Arnoldum Brant* video beneficium profiteri, & anno 1509. Philippum Clivium Raveſtenii Dynaſtam celeberrimum, qui adeo Florentiæ ſuæ Andream de Maſtain virum Nobilem maritum nactæ transſcripſit, poſſeſſum donec anno 1545. Eraſmus Schetz vir primi nominis acquiſivit, cujus affines & poſteri Toparchiæ nomen induti pluribus locis in hoc tractu dominantur, PULLE. nominatim Pullę & Ouweni. Poſſident etiam jam OUWEN. OELEGEM. inde ab anno 1559. Toparchiam Oelegemi & BROECHEM Broeckhemi cum eleganti Prætorio Gentiles de Ryt, ubi ante duo ſęcula dominatos video Weſalios, & denique anno 1446. Joannem Diedegemium, & poſt eum Brechtanos. RANST. Ranſtium etiam Prætorio & perſonatu Eccleſię inſigne, video acquiſitum à Nicolao Oudaert, & anno 1591. elapſo, transſcriptum Guilielmo Mazio, & nunc Prętoria monſtrare duorum ex æquo dominii participum, HALLE. Varitiorum & Houtapelliorum. Hallam ſimiliter ab Erardo Coultreau acquiſitam, WOMELGEM. Womelgemium Caſtro Immerſeliorum olim ſpectabile & nunc etiam Prætorium familiæ de Boot video exhibere. Reſtant à ſitu nuncupati pagi WEST-MAEL. Weſtmalia & Oeſtmalia, hæc Cœnobio virginali OISTMAEL exornata. SCHOOTEN Scotenum duplex, alterum Abbatiæ Villarienſis partim Dominium, Prætoriis ornatum duobus, altero *op den Horſt* dicto, altero ad Gentiles *van Eeckeren* ſpectante. VOOR-SCHOOTEN Monſtrat etiam Scotenum anterius, Caſtri olim inſignis rudera, ſicut adjacens Merxemum reliquias Caſtri Gentilium *van Straelen.* Ad extremum ſpectat ad hanc Præ- DUFFEL. fecturam Duffela celeberrimus Merodiæ Gentis Baronatus ſacro profanoque titulo nobilis & municipali gaudens libertate, ubi conſpicuum eſt non contemnendum Prætorium Abbatiæ Tongerletenſis, quæ ratione perſonatus Eccleſiæ ſibi contraditi rem ſacram procurat. Arx inſuper Domini viſitur qui duplici nunc latè patentis Dominii gaudet majeſtate, partim ut Advocatus, partim ut Baro. Advocatiam jam inde ab anno 1360. Renaldum Merodium video poſſidere, Dominium autem Bertholdici ſanguinis Principes olim poſſediſſe, è quibus Catherina Theodorico Hornano enupta ſub annum 1355. hanc dotem attulit. Deſiit autem maſcula Hornæorum ſtirps in Theodorici nepote Joanne anno 1448. cujus filia Aleidis Joanni Merodio uxor facta totius Dynaſtiæ amplitudinem marito attulit. Nunc ejus potitur Oirſchoti Dynaſta & privilegiis unà & vicini Municipii Waelhemenſis, duplici commoditate. Intra ROSEN-DAEL. cujus ambitum celeberrima titulo Vallis Roſarum à Baronibus extructa Abbatia, nunc Mechliniam quodammodo tranſlata eſt, prout aliàs docui.

BARONATUS ET DISTRICTUS GELÆ.

CAPUT X.

HActenus Urbes & Territoria deſcripſimus, aliquatenus nunc aut olim obnoxia Marchiæ Antwerpienſi: nunc capitibus tribus daturi loca illa quæ olim fuere Bertholdorum Mechliniæ dominantium, ut ſunt Baronatus Gelæ, Comitatus Hoochſtrati, Dynaſtia Turnhouti: à Gela itaque incipiam. Baronatus hic eſt ex 18. antiquioribus Brabantiæ, Territorium ex ampliſſimis, GELE. Municipium ex antiquiſſimis. Municipium dico, hoc etenim vocabulo locum dignati jam inde à quatuor ſeculis Henricus Dux, & libertates vitio temporum obliteratas aut oblitas renovavit Cæſar Carolus. Poſt annum ſexcenteſimum adveniente Dympna Regia Virgine obſcænum Patrem fugiente & fugæ præſidium hìc nacta, locus hic excolebatur, ſed raro habitatore, quindecim dumtaxat ædibus ruſticanis & quidem ob Silvarum denſitates ad ſex millia paſſuum diſſitis & circumſeptis: Villæ autem (verba ſunt hiſtoriæ) antiquum nomen *Gela* erat inpoſitum, à flavo colore ut apparet, cujus regiones undecim ut nunc res ſunt, ordine percurram, & quod in ſingulis rarum aut memorabile, annotabo. Regio templi Curialem habet haud inelegantem D. Amando inſcrip- KERCK-HOF. tam, & proximè forum juſtæ amplitudinis ad nundinas hebdomadales diebus Saturni, & annales Sabbato ante Dominicam in Albis, Palmarum, vigiliæ Natalis Dominici & decimo quinto die ſequenti, quas litteris confirmatoriis anni 1559. Philippus Rex ait ab 200. ampliùs annis celebres fuiſſe. Curia etiam in vicino eſt, ubi annales per Baronem circa natalitia Baptiſtæ Scabini creantur, & jus dicunt & Rempublicam adminiſtrant, aſſiſtentibus ex quaque municipii regione duobus juratis, juxta præſcripta & leges à Joanne Merodio anno 1517. latas & authoritate Cęſareâ publicatas. Nec procul hinc Gymnaſium litterarum olim florentiſſimum, unde Viri lectiſſimi prodiêre: hi inprimis etiam hìc nati, A. Heyms laudatiſſimus Averbodii Archimandrita, Joannes Philippi Smeyers Carmelitarum Provincialis eruditus, Joannes Jacobæus Dyeſtæ Præpoſitus, & alii complures. HADSCOT. Hadſcotum celebre eſt Xenodocheio D. Eliſabethæ per Henricum Bertholdum fundato, extantibus litteris Gulielmi Epiſcopi Cameracenſis anno 1286. menſe Auguſto factum probantis. Erant primitus fratres in communi vita, mox ad normam tertiæ Regulæ Franciſcanæ, denique ab quinquaginta quatuor circiter annis ſubſtitutæ Auguſtiniani Inſtituti Virgines evocatæ Mechliniâ. Juxta Eccleſiam viſitur locus, ubi impius pater & naturam impudicitiâ ſepultam calcans, feralem gladium in filiæ cervicem vibravit. Ex adverſo hujus titulo, ſepulturâ, Reliquiis S. Dympnæ clara Eccleſia magnifica & ampla, in qua Joannes Merodius Baro Collegium Vicariale ad peragendum rem divinam fundavit, probante

bante litteris anni 1536. Paulo III. Pontifice, quod authoritatem faciente anno 1562. Maximiliano à Bergis Cameracenſi Epiſcopo Henricus ſucceſſor in Baronatu mutavit in Capitulum Canonicale. Et cùm phrenetici obſeſſi etiam & aliis affecti aut afflicti languoribus ad opem D. Dympnæ recurrentes opem ſæpiſſimè experiantur, eorum hoſpitio & curæ deſervit contiguum Templo Xenodocheium largiter à Joanne prædicto & prædiſceſſoribus dotatum. Ne etiam, domeſtici cum paupertate luctantes ſuffragiis deſtituantur, Joannes Baro ad annum 1497. vitâ functus & hìc ante Deiparæ aram ſepultus, ſeptingentorum annuatim & ultra florenorum eleëmoſynam reliquit erogandam tam Gelæ quàm Weſterloæ. Viſitur in chori medio ſplendidum & artificio nulli in vicinis provinciis ceſſurum monumentum cum tali inſcriptione:

D. O. M. S.

Inclyto Baroni D. Joanni ditionum de Merode, Perwez, Duffel, Leeſdaele, *de* Walem, Gheele *&* Weſterloo *Domino, viro Heroïcis planè virtutibus ac munificâ pietate inſigni, nimirùm qui cùm in ceteros omnes, tum maximè erga ſuos domeſticos & officiarios, inprimis autem erga Chriſti egenos tantâ fuit beneficentiâ, ut hos quidem in cuncta mobilia ſua bona teſtamentariâ diſpoſitione hæredes inſtituerit, illis verò ſingulis juxta cujuſque meritum de vitali penſione benignè providerit, executores ultima ejus voluntatis, perpetuæ illius memoriæ ergò fieri curarunt. Vixit an.* 53. *menſes novem, dies* 14. *deceſſit* 18. *Jan. anno Chriſt. nat.* M. D. L. *Prænobili item Matronæ D. Annæ à Giſtellos ſuaviſſimæ tanti herôis conjugi pari pietatis munere decoratæ. Vixit annos fermè* 30. *obiit* 27. *Martii anno à Chriſto nato* M. D. XXXIII.

Aſſervatur in eadem Eccleſia caput Herberni Sacerdotis Martyris, qui confeſſor & comes Divæ Dympnæ, ab ejus parente decollari juſſus, corpore Sonsbecam tranſlato. Aſſervatur etiam triplici concluſum feretro corpus B. Dympnæ à Metſio Antiſtite nuper viſitatum, reperto ſupra pectus Virginis lapide cum inſcripto nomine. Refert autem hiſtoria, cæſorum Virginis & Presbyteri corpora volatilibus objecta, in ſpecu à vicinis ſepulta, haud multo poſt reperta in ſarcophagis nive candidioribus, & cum illa in regione niſi fuligine nigriores lapides non reperirent, creditum ab Angelis ſepultorum caſtitatem teſtaturis id factum. KINRE-MONT. Capremontium, D. Martino ſacram Ædem oſtendit reſtitutam, quo loco vetus tempore Virginis Dympnę fuerat Eccleſia teſte hiſtoria, ubi lanificum textrinæ magno numero eſſe ſolent & ſolemnis pannorum mercatura teſtibus litteris Bruxellenſium datis anno 1533. WINKE-LUM. Angularia, Gerontocomium, à privatis ante ſeſquiſeculum habuit inchoatum. OOSTERLO Altum Orientale, ſacellum elegans Virginis Luciæ à Domina loci dotatum, Bombardariorum privilegiatam Societatem & caſtellum vetus foſſa duplice auctum ad Netæ ripas, opportunum inſtructione turribus & aularum commoditate, Satrapæ ſeu Quæſtoris nunc, olim Baronis ſedem, ubi beneficia clientes ſua profitentur, & feudales controverſię deciduntur. Dominorum ſtirpes tres tantùm reperio, Bertoldicam è Mechlinienſibus Dominis natam, Hornanam, & Merodæam quæ hodieque rerum potitur. Ita nimirum Catharina Bertholdia, Henrici & Beatricis Weſemaliæ filia, nupta Hornano Perwiſii Domino, Dominium ſecum traxit, cujus abnepote Henrico ſine liberis defuncto, hæres Eliſabetha ſoror Joanni Rotzelario Domino in *Vorſſelaer*, *Rethi* & *Lichtert* (qui pagi exinde Baronibus acceſſerunt) Gelam attulit. Horum denique nepotibus vita functis ſine prole, devoluta eſt hæreditas ad Merodios ex Aleide Hornana Henrici ſupradicti Sorore procreatos. Zamınalia ab arenis nuncupata, quaſi *Zantmail*, ZAMMAEL Curialem D. Laurentii, ſodalitatem armatorum monſtrat, & locum ubi beatum illud ſæpe dictum par cellulam ſtruxit & trimeſtre totum vigiliis & orationibus vacans vitam egit Angelicam. Milonis domicilium etiam Curialem habet, ſed MILLEGEM Deiparæ & Odradæ Virginis noſtratis titulo dedicatam, ab eaque vivente olim frequentatam. Bella BELLE. itidem Curialem Lamberto ſacram, prout præcedentes à Canonicis Gelenſibus dono Dominorum pendens. Alardi domicilium, ædiculam Marianam LAREM. non inelegantem habens etſi non antiquam. Liſalia LISEL. Beginagium, etſi nunc nulla ſuperſint veſtigia, habere ſolens, unde fuit notata Marta Begina de Geel in Libitinario S. Bernardi. Atque his ſi addideris Ravelini Curiam, Eliſæ domum, Poyel & Stelen RAVELS-HOVEN. ELSEN. POYEL. STELEN. nomine mihi ſolo nota loca, reperies Gelenſis municipii amplitudinem 4. paræciis 11. Regionibus in agros latè excurrentem. Adeo ut plura domorum millia numerarentur incendiis quatuor & expilationibus ternis multùm immunita. Ceterùm ſicut à ſententia Scabinorum Municipii ad Beſſeranum tribunal appellatur, ita à ſubalternis pagorum territorii curiis ad Municipale recurritur. Pagos intelligo in ſacris ferè Præmonſtratenſibus obnoxios partim beneficio Baronis Dominium habentes, partim alium à Barone neminem agnoſcentes. Prioris generis eſt Tilianum gentis Vrieſeliæ olim. TILEN. Vicus meridionalis Buſlidianorum, prætorio ornatus, Retiacum denique. Poſterioris ſunt pagi NORDER-WYCK. VEERLE. EYNDT-HOUDT. SOERLE. OEVELO. LICHTERT ECKER-POEL. OELEM. ab armentis & inſitionibus appellationem ſortiti Averbodienſium; Littoria Tongerletenſium, Sorilia, Lucia & Ditis palus de quibus alibi. Ad extremum hìc ſubjiendus eſt Vicus ab Olla habitatrice denominatus, qui etſi nunc ignobilis, antiqui Comitatus titulum habuit, & titulo uſum video Ansfridum Comitem. Cujus dono & hic & alter occidentalis ſplendidiſſima inſtructus Arce, & vicini aliquot acceſſere Cathedrali Ultrajectinæ olim in Emphyteuſim traditi Baronibus WESTER-LO. Gelæ. Inveni diploma Caroli Ducis anno 1474. datum, dantis Megano Comiti ex Hemricurtiis ad incrementum Comitatus Megani, Comitatum de Oelem cum Dominiis *Weſterloo*, *Herſel*, *Hulshoudt*, *Quaebeeck*, *Zoerle*, *Glinde & Berchem*. Sed non videtur donatio hæc effectum ſortita, eò quòd Gelano Baronatui in hunc uſque diem quodammodo adhæreat, & peculiarem Baroni titulum ſubminiſtret Weſterloa, certè adveniente Dympna Virgine vicus erat ruralis, cujus diverſorium proditæ patri Virginis fuit occaſio. Aſ-

ſervat

ſervat Paræcia inſignem crucis Dominicæ portionem à Dominis relictam, monſtrat reliquias Hoſpitalis anno 1377. à Domino fundati, jactat Arcem Taxandriæ munitiſſimam, ſi non exarmata fuiſſet vallo & propugnaculis ſuis & mœnibus, ædificia nunc nuda, ſed quarum ſtructura ſit admirationi, exhibens.

HOOGHSTRATUM
COMITATUS.
CAPUT XI.

ANtiquitate, amplitudine, titulis vix parem habet ex recentioribus Comitatus iſte, quod mecum fatebitur quiſquis farraginem hanc meam ex vaſta Archivorum mole collectam ſeriò æſtimaverit. Arx prima loci ab Hunnis eorumque Duce Gelmelio ſtructa perhibetur, illa per Joannem Cucanum à fundamentis reſtituta, per Anthonium Comitem à fundamentis renovata & regio apparatu, turribus, porticibus, aquis, plantariis perfecta: ut parem perfectam, audacter dicam, Belgium non habuerit. Et vel me tacente rudera fidem facient ab incendio fortuito anni 1581. & vaſtatione anni 1502. per tumultuantes reliqua. Ex diplomate anni 1210. apud Michaëliticos Antwerpiæ, diſco jam tum Hoochſtratum (id enim nomen eminens inter paluſtria ſtratum Vico dedit) *Villæ* jura, *legem* & *Scabinos ſigillumque*, quæ urbium ſunt propria, habuiſſe. Ex diplomate Ducali anno 1213. eandem inter novas urbes cum Herentaldo & Turnouto cenſeri. *Baronatûs* etiam titulo innotuiſſe, ex quo Barones Cucani, Comitum nepotes, Ducum affines & poſteri Dominio potiti titulum natalem & naturalem ſecum traxerunt, unde factum, ut *Joannes de Cuyck Hoochſtratæ* Dynaſta inter & ante complures Barones reperiatur Sanctiones Ducum, & Donationes Principum ſubnotaſſe. Vixit eo nomine ſub annum 1330. Ottonis Cucii frater, inter Palatinos Joannis Ducis, itemque alius anno 1370. Idemque aut tertius eâdem appellatione inter naſcentis Cœnobii Corſendoncani fautores magnifico ibidem tumulo illatus anno 1422. cujus Sarcophagum in ædem maximam Turnouti tranſlatum tali cum inſcriptione legi.

Hier leghet begraven Heer Johan van Kuyc Riddere Heere van Hoechſtraten, die de Borch tot Gelmen heef doen maeken, fond.... den beginſel der Canoſien van Hoechſtraten, die ſtarf int iaer ons Heeren Duſent CCCC. ende XLII. 15 daghe in Junio. Id eſt:

Hic tumulata jacent pia de Cuyc oſſa Joannis
Militis, Hochſtratæ Domini, Burgum benè Gelmen
Qui fundavit, & incepit fundamina Cleri,
Defunctus Junii ter quinta luce.

Burgum Gelmel intellige arcem, cujus nomen etſi velut adventu majoris lucis offuſcatum ſit modò, perſeverat tamen in platea verſus caſtrum tendente, & decima ad pios uſus à Dynaſtis contributa. Per Cleri initia puta Sacellanias quatuor, quarum fundationem à Joanne *Nobili Barone*, ita vocatur à Pontifice, factam anno 1422. ratam habet Sancta Sedes. Hujus Joannis, qui penultimus ſuæ ſtirpis, ævo, platea illa elegans ſpecioſo domorum ordine ſtipata lapidibus ſtrata eſt, animum & occaſionem præbente fori nundinarii celebritate, & litteris Ducalibus. Vocatum invenio DIE POORTE ENDE VRYHEYT VAN HOOCHSTRAET, id eſt, Oppidum & libertas Hoochſtratæ, cujus res & opera publica, ut majori paſſu augmentarentur, vectigal ipſe quoddam viarium advectitiis mercibus imponendum, & pro arbitrio augendum minuendumque Senatui permiſit, conſuetudines etiam ad meliorem æqui & recti normam reformavit, non immeritò primus Majeſtatis Hoochſtratanæ ſtabilitor dicendus. Tranſiit deinde Dominium in familiam Borſelam Comitum Bataviæ propaginem, unde video Franciſcum Oſtervantii Dominum anno 1433. Hooghſtratæ, Ewikii & Dodendalæ titulos uſurpaſſe, cujus imperio Beginaſium, quod jam inde ex privatarum aliquot conventiculis coaluerta, formari cœpit. Vidi litteras Eugenii Pontificis aſſenſum præbentis ad inſtantiam Florentii Curionis Doctoris (rarum hoc illo ævo, & non parum ad laudem faciens) Canonum, & Joannis Cucani, datas anno 1431. Vidi altaris unius anno poſt quarto dedicationem & impetratas indulgentias. Joannes hic ſecundus Cucanus in Codice feudorum legitur Franconi ſive Franciſco Dominium ceſſiſſe, cujus ſoror & hæres Leonora Joanni Burano ex Gelriæ Principibus oriundo & orto Hoochſtratum dotem attulit, & communis & unica filia Eliſabeth Gerardo ſecundo Culeburgi Regulo apportavit uxor marito, licet demum ab obitu aviæ poſſeſſum è Jaſpare filio. Horum temporibus Sacellum & Xenodochium D. Judoci vetus invenio, è cineribus elevatum & pulchriori ſchemate refectum. Parthenonem Virginum Urbaniſtarum excitatam, permittente (litteris anni 1490. 24. Novembris) collectis aliquot intra limites Baronatûs ſui domum cum fundo *Corona* dicto acquirere, Innocentio autem Pontifice authoritatem faciente, eodem anno 4. Kalendas Maii, Virgines ad præſcripta Regulæ Franciſcanæ per Urbanum IV. publicatæ victuras (quas ex Treveri ait veniſſe) Cœnobium ædificare. Quod factum pro modulo ejus ævi & paupertatis, receptæque à Provincia Colonienſi anno 1596. Virgines integritatis merito famam pepercre tantam, ut Boxtellanæ, quæ nunc regidioris vitæ ſunt, non aliunde putaverint Fundatrices ſuas evocandas. Ad illuſtriora venio: Jaſparis Culeburgici filia Iſabella Hoochſtratæ hæres, primis nuptiis Joanni Luceburgico (ſtirps eſt à Ducibus undique ut notiſſima ita clariſſima) ſecundis Anthonio Lalano dotem attulit & hæreditatem, ſub quo dignitatis faſtigium locus hic attigit, quà ſacra, quà publica, quà municipalis res patet. Eccleſia Curialis

rialis Virgini Catherinæ nuncupata exilis videbatur, auxit 1544. turri excelsâ, faſtigio annum 1546. notante, odeio auguſtiore, orcheſtrâ ſplendidiore, ornamentis & veſtibus rei Divinæ ſumptuoſiſſimis. Collegiata etiam octo Canonicorum inſtructa 1523. & partim dotata, adjectis ad augmentum quatuor Cucanis Sacellaniis, impetratiſque à Capitulo Antverpienſi quatuor beneficiis veteribus (quo fit, ut hoc in communionem Collationis præbendarum veniat) probante factum anno 1531. Clemente Papâ. Nec ſegnior Domina Clarani Cœnobii pomeria extendit; ędificia à ſolo renovavit, dotem auxit, Templum majus ſtruxit, altera Fundatrix meritò cenſenda. Sacellum Apolloniæ ad extremum municipii exornavit, Beginaſium muro cinxit, Orphanotrophium & pupillorum duodecim ædem cum Directore Sacelloque anno 1557. fundavit, unde provectus *Hubertus van Leemputte* Canonicus & Parœcus ſimile diverſorium puellis cum egeſtate luctantibus & parentum curâ aut fortunâ deſtitutis adornavit. Platea, quæ municipio nomen fœneravit, lapſu ævi intercidebat, ea ſub annum 1532. publicis impendiis reparata, & Cæſareâ authoritate munitum hebdomale diebus Mercurii forum, compulſis totius territorii incolis, ad merces hìc primæ venditioni exponendas; nundinæ inſuper annales primâ Mercuriali poſt ferias Divæ Tutelaris Catherinę, & primâ Joviali poſt Paſcha libertatibus exornatæ. Ne civibus exercitia pietatis & virtutis & ingenii deeſſent, revocatæ in uſum & litteris Dominorum roboratæ Sagittariorum Gildæ binæ, hortis ad exercitia ſingularum coaptatis, Poëtarum rythmicorum etiam ſocietas Antverpienſium Camerarum teſtimonio renovata; aucta etiam numero & Indulgentiis Epiſcoporum ſodalitia titulis Venerabilis Sacramenti, Deiparæ, Jacobi, Catherinæ olim inchoata. Et ut peculiari quodam opificum genere locus excelleret, Hallam ſtabilivit Comes pannilaniorum, quibus leges, jus ſignaturæ, & Senatum ſeptem virorum largitus eſt, Inſtituto hodièque, licèt lanificium declinarit, perſeverante, & aſſumptis annuatim ſeptem viris cum Decano; & eſt hìc ferè Conſulatu recenter defunctus, illorum duo Sigillatores, quinque Seniores, & utrorumque duo Senatorii. Præter hos autem, ſunt inſuper aliis opificum tribubus ſua capita, è quibus univerſim velut ad conſilium Scabini Juratos eligunt. Scabini dico, quorum ſunt tribunalia duo: domeſticum quidem, unde more urbium Antverpiam appellant, quo omnes pagi Comitatûs in criminalibus recurrunt, & forenſe pagis uno excepto omnibus jus dicens & Santhoviano obnoxium. Et conſtituuntur à Comite (ſicut Conſules bini à defungentibus Senatu) annuatim, quorum conſeſſui ille toties mihi celebrandus Antonius Curiam inſignem extruxit pone Eccleſiam. Nec omittendum, municipes immunitate à telonio toto Ducatu, aliiſque prærogativis gaudere, & produxiſſe Jacobum diſputationibus contra Lutherum habitis notum, & Henricum Houterle Scholarcham & Fundatorem Collegii Theologici in Academia Lovanienſi, Emericum etiam Abbam S. Michaëlis, & Radualdum S. Bernardi.

Ad Comitatum venio ſub annum 1532. à Carolo Imperatore erectum, annexis Mechlinienſi & Bruxellenſi palatiis, coadunatis aliquot in ambitu Toparchiis non uno tempore acquiſitis, quos memoriæ gratiâ verſus hic licèt claudicans exprimit latinitate donatus:

Rana, Radix, Merula, Lignum minus, Alta platea.
Et mare.

Intelligens *Vorſſelariam* Richardi, ubi Eccleſiam dono Epiſcopi Cameracenſis Antverpiani Canonici procurant, Prætorium non contemnendum Comes habet & Tribunal forenſi Hoochſtratano non ſubjectum, & Dominium venditum quidem olim Nicolao *van Elſt* per Henricum Cucanum, ſed per Franconem Borſelium vindicatum & Hoochſtrato reunitum. *Wortelanum* ejuſdem Collegiatæ Antverpienſis dono Nicolai Epiſcopi anni 1155. decimatio. *Mierleum* nemore conſpicuum, *Minderholtum* venationes vel ipſo præferens nomine, & *Meerenum*, poſtrema duo ſacra Tongerletenſium pecculia. In ipſo autem Hoochſtrati municipio admirationi eſſe ſolent exteris tapetia, caſulæ & dalmaticæ à Comitibus, Eccleſiaſticis uſibus relictæ & etiamnum in parte ſuperſtites, Tumuli itidem & monumenta Comitum, Anthonii quidem & Iſabellæ in medio chori marmore pario affabrè & magnificè elevatum, ad latus autem Philippi II. Comitis & aliorum. Spectari etiam ſolet cum voluptate pulcherrimarum ædium hinc inde corona, & ducentis ad caſtrum viæ plantaria bina ſeriatim ordinata, ſed illarum trientem Gertrudimontanorum una, tumultuantium altera impreſſio, incendiumque anni 1604. abſumpſit; horum radicitus extirpatæ arbores incredibili jactura loci genium & Dominum læſerunt. Inter alia oculati teſtes mihi aſſerunt, quercus duas ibi fuiſſe, trunco tam ingenti, ut alterius fiſſi in duo medium quadrigæ tranſitum daret fęno onuſtæ, alterius excavati ſpatium aram D.Anthonio Sacram & Sacerdotem ſacris operantem cum octo auditoribus admitteret. Uti Dominium Comitis, præter ſupradictos pagos, etiam ſe extendit in Merexplaſium, & Brechtum, de quibus alibi, ita tractus ſive quarterium Hoochſtratenſe plures numero vicos complectitur ſuis parentes Dominis. E quibus vicus Altæ Inſulæ, Arenofluenti, Weſaliæ orientalis. Angulariæ & Urſi prædium deſcribentur nobis in peregrinatione Bergenſi: hìc duntaxat nominabuntur, Diverticulum montanum gentis Cortenbacchiæ non ultimi nominis Dominium, Idæ Domicilium perſonatu ſed Canonicis D. Gaugerici apud Cameracenſes incorporato celebre, Immerſeliorum vetus Dynaſtia. Altum Nemus prætorio Comitis Arenbergici notum, & Dominio veteri gentilium de *Wingaerde*, qui ex Germaniis & Palatinatu oriundi creduntur & Baronatum eodem nomine apud Spiram poſſediſſe, unde hodieq; inſignia in templis, & adeo portis Brettenſibus conſpicua ſunt: primuſque horum Sigiſmundus cum Wenceſlao Duce in Brabantiam delatus in Taxandria

[Margin notes: RYCKEVORSEL. — WORTELEN. — MIERLE. — MINDERHOUT. — MEER. — LILLO, — ZANTVLIET. — OISTERWEEL. — EEKEREN. — BERENDRECHT. — KEERBERGEN. — ISTEGHEM — LEENHOUT]

xandria familiæ & fortunarum fixit domicilium, & poſteri Præturis Sylducenſi & Bredana ſæpius functi, Sacelli Venerabilis Sacramenti apud Bredanos Fundatores & Cœnobiorum in ſuburbano dotatores extitêre, ampliter ſub Carolo Cæſare honorem virtuti debitum nacti. Claruerunt armis recenter Joannes & Jacobus, ille locum tenens Chiliarcha Cæſaris, hic Martini Roſſemii, & denique Chiliarcha glorioſam apud Metas mortem mortuus, ut taceam veteres illos Equeſtris Ordins Henricum in Brunſwicenſi & Vormatienſi anno 1209. & alium eodem nomine in Elingenſi anno 1374. Erneſtun in Derinſtatenſi anno 1405. Wolfgangum Heilbrunenſi anno 1408. Haſtiludiis & conflictationibus præſentes Equites utique clariſſimos & Fidei in Religionem Catholicam & Principes inconcuſſæ. Nec togâ minus inclaruerunt, qui recenti memoria nunquam ſatis laudatum nec laudandum habuerunt Eccleſiæ Leodienſis Præpoſitum Winandum, qui nominis virtutum & dignitatis hæredem hodieque habet ſummis imiſque acceptiſſimum. Vidi Antiſtitæ cujuſdam marmoreum apud Salſinenſes epitaphium, ubi ſtemmata & inſignia gentis ad oculum licet intueri. Quæ ideo refero, ut gratuler noſtræ Brabantiæ, quæ plures hujuſmodi ex nobiliſſimis totius Europæ familias diverſis temporibus hoſpitio excepit & fœcundæ matris inſtar cum fœnore remittit. Denique hujus loci eſt Baronatus ante novennium inſtitutus à Principibus Altofategi nomine, cujus Eccleſia per Lietardum Epiſcopum anno 1135 Canonicis Antwerpienſibus eſt attributa, olim inſignis ob ſalutiferæ Crucis memoriam: Toparchia à Principibus Naſſoviis derivata eſt ad Grobbendoncanos, & nunc habet legatione Anglicanâ aliiſque publicis muneribus magnificè functum Baronem, Caſtri veteris inſuper poſſeſſorem. Adjacet pago amœna quæ & proverbio locum fecit Erica re nomine, & alia parte ad Schaldim vergit Domus Haymonis, Dominium ab Henicghoviis ad *Nicolaum van Valckeniſſe* devolutum, Eccleſia Abbatiæ Divi Bernardi ad Schaldim per Fundatores aſſignata. Ubi conſpicua ſunt dictæ illuſtris Abbatiæ Vallis S. Bernardi ex Vrembde olim tranſlatæ, ut dixi, rudera ab incendio & vaſtatione anni 1583. reliqua; Cujus Epiſcopo Antwerpienſi nunc addictæ Fundatores & Prælatos hic ſubjiciam.

Hoboc-ken.

Hemis-hem.

Jac. le Roy in Notitia Marchionatûs S. R. I. f. 381. hæc reprehendit.

Benefactores præter Brabantiæ Duces, nominantur in Libitinario:

Ex Bertholdis, Luduvicus, Ægidius Miles, Joannes Berlaer cum Maria uxore, Walterus junior & alter Joannes.

Ex Bredanis, Arnoldus, Henrici duo, Eliſabeth, Sophia.

Ex vicinis Nobilibus, Anthonius de Puderſe, Joanna & Eva de Opdorp, Helwigis de Hornes, Joannes de Oudergem, Walterus de Argenton, Joannes de Arſcot, Arnoldus de Vorſelaer, Aleydis de Hoboken, Walterus de Iſca, Rogerius de Leefdael, Ida & Oda de Walem, Nicolaus de Winegem, Gizilbertus Taye, Henricus de Aſca, Sabella de Bughenhout, Gerardus de Marbeſio, Walterus de Ruysbroeck, Felicitas de Perweys cum aliis, quorum memoria recolitur.

Abbatum porrò ſeries hæc eſt cum monoſtichis ex Moræo noſtro:

Villario transfert fratres & Religionem.	Laurentius.
Cœnobium transfert, loca Schaldi proxima ſectans.	Goſwinus.
Templi fundamenta jacit, pietate probatus.	Balduinus.
Incepit Clauſtrum, & fratrum ſimul uſibus ædes.	Quartus.
Præfuit hic numero bis centum Relligioſis.	Arnulphus.
Ortu clarus erat, ſed longè clarior actu.	Gulielmus. Diepenbeeck.
Conſul Brabanti Ducis & Confeſſor habetur,	Henricus Meltbruck.
Bertholdorum ortus de ſanguine clarus avito.	Jacobus de Walem.
Qualis erat, ſcio: ſed cujus, ſed neſcio, cujas.	Radualdus.
Reſtituit læſam Vulcani fulmine Villam.	Henricus de Pulle.
Neſcio quis ſit, ſed bene qui latuit, bene vixit.	Undecimus
Stemmate magnus erat, major lare, maximus agro.	Joannes de Steenberch
Quod Monacho deërat, ſupplet virtutibus Abbas.	Henricus de Balvart.
Moribus & vitâ fratres ornavit avitâ.	Goſwinus Dryeman.
Cœnobium muro cingens excluſit agreſtes.	Guilielmus de Mortere
Diſciplinæ auctor gnavus fuit ille reductæ.	Joannes de Weſele.
Clarum nomen id eſt, ſed nomine clarius omen.	Jord. de Arichot.
Sufficit, appelles. Tanti & tantus fuit Abbas.	Joannes de Turnout.
Petra Petruſque fuit, ſtabilivit, multaque junxit.	Petrus de Samfliet.
Et virtus, animuſque illi & nomen fuit idem.	Petrus de Goteum.
Breda cui natalis erat, polus eſt modo præda.	Petrus de Breda.
Templum ornaſſe fuit cura, fuit idem & honori.	Gerardus de Done.
Infula quo capiti donatur Præſule ſplendens.	Martinus Biyleven.
Conſilio præſtans natura & dotibus ille.	Rumoldus de Nile.
Ingenio valuit, doctrinâ & moribus ille.	Gulielmus de Groſſe.
Hic quoque ſe dignum tituloque locoque probavit.	Petrus Cops
Gratus erat Summis, imiſque acceptus erat vir.	Mart. Crais.
Struxit hic illuſtreſque domos & ſplendida tecta.	Jacob. van der Meren.
Quæ dolor heu! rabies hoſtis proſtravit acerbi.	An. 1583.

Denique Abbatiâ hâc everſâ Religioſi Villam in Puderſe ſuam in Cœnobii formam coaptarunt, niſi quod Reverendiſſimus Antwerpiæ Epiſcopus Miræus nunc in reſtaurando veteri loco totus incumbat.

TURNHOUTUM, ARENDONCKA ET WELDA.

CAPUT XII.

MUnicipium hoc omnium totius Brabantiæ primas tenet antiquitate, amplitudine, ſplendore, privilegiis & ornamentis, quæ ſingula doctum eo. Nomen invenit à Silva occidentalem ejus plagam occupante, maxima olim, ſed & nunc ut re ita nomine magna & inter ſex *Francas Warandias* Ducatûs, ut loquebantur olim, cenſita, verſus occaſum dico in medium diem porrecta hodierni Turnhouti. Vetus enim hodierno ad ortum confine paludibus ferè & myricis illâ parte & ſeptentrionali

Groot-hout.

Out Tur-hout.

Schoonbroeck. Broeckſyde. Dycſyde. Medyck. Severſdonck, Dokiſdonck. Schovort Papenbrug.

tentrionali olim concludebatur, unde reliqua perſeverant tot vicorum nomina in *Broeck* quod paludem, *Dyck* quod aggerem, *Donck* quod locum è paluſtribus emergentem, & *voort* & *brug* quod fluentem & pontem ſignificat, manifeſto ſitus & ſtatus priſci argumento.

Ante adventum Normannorum *Silva Thoroldi* vocabatur Abbatiæ Bavonicæ peculium, dono Luduvici Pii, quod licèt Flandri ad Thoraldum ſuum trahant, tamen ego certus ibi nihil unquam Bavonicos illo ævo habuiſſe, & Sacra ejus Villæ ad Abbatiam iſthic ſitam ſpectaſſe, veriſimili conjecturæ ſuffragio videor huc poſſe trahere, & hinc eſſe quòd veteris Turnouti Parœcia recenter Collegiatæ incorporata Bavonem reſervet Tutelarem. Dilapſis autem Barbaris nemus vicinum venationi aptiſſimum à Ducibus frequentari, Vicus arce inſtrui, & Caſtellano cœpit; ſed an illo quo aliam videmus loco fuerit Arx, an alio, incertum. Et hinc ad initium veteris ſilvæ verſus myricam, agger Caſtellano aſſignatus ſervat nomen. Hinc oppidi inſignia, cervum faſcia diviſum velut quodam Dianæ vinculo præferentia, cum inſcriptione *Sigillum Scabinorum oppidi Turnoutenſis*, quod alterum Sigillum ad cauſas clarius monſtrat, venatorem cane & cervo comitatum exhibente. Ita ſenſim & ſparſim habitari cœpit vicinia, invitante ruſticanam incolarum multitudinem Ducis & Palatinorum frequenti commercio, ita ut ante ævum Joannis primi eo nomine Ducis recens oppidorum privilegio per Godefridum III. honorata quinque velut lacinias habuerit & angulos nomen primogenium ſervantes, quorum bini verſus ſilvam & occaſum, alter ad meridiem & Meridiam (*Mierden*) à molendino nuncupatur, quartus ad orientem ab Eleëmoſynario dicitur, quintus inter hunc & Septentrionem à terra ibi firma & ſolida. Tempore Joannis Brabantiæ Ducis anno 1331. limites libertatis dantis, Curias circa vetus Turnoutum hinc inde duas privati inſtruxère, Curias dico ruſticanas à ſitu, frictione ceſpitum, colore laterum, & infantibus diverſam, ut fit, ſortitas appellationem. Unamque ex adverſo à poſſeſſoribus credo nomen retinentem, ita ut his angulis & locis vetuſtatem ſapientibus, de quibus ſuprà in numerum venientibus, regiones ſive excreſcentias, ut nunc vocant, Turnoutum habeat 21. Et reſpondet Amplitudini ſplendor, Antiquitati dignitas. Communes agros verſus Arendoncam habet longè ampliſſimos anno 1331. per Ducem venditos, ſtatutis ſeptem hinc inde definitoribus. Plateas habet lapide perpetuo ſtratas ad quingentos alibi à foro paſſus: quarum conſervationi Tributum quoddam viarium anno 1309. Dux conceſſit. Forum habet regionum in circuitu velut centrum, Parochialem D. Petri mediam amplâ planitie cingens, cujus nundinationes hebdomadarias anno 1338. Joannes Dux, annales medio Maii & ineunte ſeptimanâ poſt Ferias Lucæ anno 1488. Archidux Maxemilianus indulſit privilegio & immunitate ab arreſtis adjecta. Hallam habet pannificum, cui quatuor viros annuatim Senatus præficit ex præſcripto & permiſſu Mariæ Dominæ anno 1373. & vocabantur olim *Miniſtri judiciales*, tribunal Senatui ſubalternum conſcendentes, nunc duo *Decani*, duo *Seniores* appellantur, quorum juriſdictio eſt circa pannos, operas, ſignaturam, & appellant ad Senatum: cui anno 1401. permiſit Dux ſtatuere leges, mulctas delinquentibus infligere. Et quia lapſu ævi textrina hæc variè cœpit multiplicari, litteris anni 1551 permiſit Cæſar *Scolteto* & *Scabinis* pari numero eligere Cenſores & Judices ſignatoreſq; coriaciorum & telarum levidenſium, quarum ita ſolennis fuit olim, nec omnino deſiit, textrina, ut propriam Antwerpiæ officinam habuerit. Macellum habet poſt incendium anno 1436. pulchrius erectum, & non uno loco plantaria, cùm anno ejuſdem ſæculi 18. Dux poteſtatem fecerit unicuique intra fundi ſui limites 60. pedum ſpatio arbores fructiferas aut glandiferas diſponendi. Hortos habet exercitiis Sagittariorum ſubſervientes, quorum contubernia litteris anni 1386. Maria Duciſſa approbavit, ſicut & Cameras Poëtarum. Et videre eſt plura ex ludis & certaminibus reportata præmia, varioſque honores, & cubicula ſingulorum conciliabulis deputata in ſuperiore Ædificii Curialis parte. Habet & Caſtrum elegans, & munitum, à Maria Gelrenſi ædificatum, ab Antonio Duce alterâ concameratione auctum, à Maria Hungariæ Regina uſufructuaria renovatum, turribus quatuor cinctum, *Horto*, *fonte* qui adhuc Reginæ cognominantur ornatum. Quod initio tumultûs Belgici prę-ſidio Gallorum ab Antwerpianis defenſum, à Mansfeldio Comite expugnatur & civium fidei committitur uſque ad annum 86. quo creditum eſt militibus ductu *Philippi Clocmans*. Anno demum 91. proditione ſuum fecerunt Bredani prę-ſidiarii, ſed recuperatum 20. Quintilis ſequentis à Mondragonio, & licet nonnihil exarmatum, cuſtoditum tamen, ita ut anno 94. centum ferè tormentorum ictibus ab hoſte petitum reſtiterit viriliter, nec niſi anno 97. & poſt memorabilem in agro vicino pugnam Comitis Waraſſii & 454. militum cæde & totidem aliorum captivitate æſtimatam in poteſtatem venit, haud multò poſt fortuito ut volunt incendio totum quantum erat everſum, parietinis & alibi fornicibus extantibus. Ex quo tempore jacet in ruinis, & gemitum excitat doloremque oculorum aſpicienti. Pons etiam, & Curia interior in fundamentis ſepulta eſt; fons cujus derivatio in paluſtri & ericetoſo ſolo admirationi erat, obſcepto aditu & ſecreto canalium meatu eſſe deſiit, horti ſqualent, Ardearum ſedes & nemoris aprica ambulatio muris disjectis communis eſt ſed triſtis aſpectu. Curiam habet à Domino de Saffenborch exuſtam, quod litteris anni 1247. Wenceſlaus Dux abſumpta ſimul privilegia renovans fatetur, & ſecundò cum macello Hallaque concrematam, unde Philippus anno 1537. permittit agros communes ſub annuo cenſu aliquos diſtrahere ad ejus refectionem. Hìc ſeptemviri annales jus dicunt & circa Purificatæ Virginis feſtum renovantur, Scabinis abdicaturis ſeptem pari ſecum numero aſſumentibus poſtridie Theophanio-

Stoct. Heyſtyde. Caſterlein.

Winckel ende Stocteynde. Molen eynde. Broots eynde. Hertey nde.

Ooſt hoven. Schuerhoven. Roey.

Lokeren.

Hoecken oft Wegange.

Weghghelt.

Wettige knape.

Dekens. Oudermans.

De Halmeeſters Cuer Meeſters van tycken ende leken.

Koninghinnen Hoef

phaniorum, & cum eis junctim pro tribunali ſedentibus, uſque ad Purificationem, cùm Prætor adminiſter juſtitiæ & Principis Vicarius ex 14. illis duos eligit Scabinos, electi duo reliquos uſque ad ſeptem, remanentibus ſeptem reliquis velut à conſilio, qui jurati communitatis vocantur. Senatus deinceps creat Æediles, Eleëmoſynorios, & Præfectos Xenodochio. Conſul diſpenſator eſt peculii municipalis inſtitutus an. .... Actuarii munus anno 1469. Princeps Senatui ceſſit, qui exinde providet. Quæſtoris regionarii ſubſidiorum Principis annò 1521. munus video definitum. A ſententia autem Scabinorum Antwerpiam appellari uſus obtinuit, quorum alioquin non contemnenda eſt authoritas. Illi enim poteſtate per Cæſarem facta anno 47. vectigal pocularium, id eſt rerum argillà & teſtaceo factarum ſtatuunt. De Xenodochio diſponunt, (prout anno 1440. factum decreta docent) anno 1608. per Joannem Miræum Antiſtitem Antwerpienſem in Noſocomium mutato, & ædificiis aucto, & domiciliis inprimis ad ægros etiam contage laborantes fovendos. Sæpe enim iſti malo fuere obnoxii cives, fidem faciente cantione vulgari quæ memorabilem anno 71. cladem & deſolationem, gramine plateas veſtiente, celebrat: litteris etiam an. 48. & 21. ejuſdem ſæculi præcedentem morbum referentibus. Xenodochium porrò, quod dixi, privatorum opibus inchoatum, munificentiâ Principum emerſit ad inſignem majeſtatem. Ut enim prædia taceam, quæ Maria Dux anno 1388. & aliis intervallis largiebatur, Regale donum eſt & Principe dignum, Joannis Ducis erogantis ad pauperum uſus in perpetuum animalia juventa, intra tertium à municipio lapidem, apes, boves, equos &c. quod privilegium à Ducibus ſubinde confirmatum in uſu eſt. Et permiſit Cæſar anno 1535. tam Proviſoribus hujus loci quàm Eleëmoſynariis ſive *Menſæ S. Spiritus*, ut vocant, *reditus acquirere*, liberos eſſe declarans à mortuæ manus ſervitute & meliore catallo. Hierocomium etiam Senatus curare ſolet dotatum mediocriter, ſed injuriâ temporum deperditis pluribus pæne annihilatum. Habetur etiam hic Collegiata 13. Canonicorum ex Sacellanis partim formata, dotem augente eâdem Mariâ anno 1392. Templi autem odeium altaribus circumdatum anno 1485. ſtructum, & pronai fornices anno ſequentis ſeculi 17. quod inſcriptio clarum facit. Capacitas eſt juſta, turris olim, quàm nunc, excelſior, ornamenta Sacrorum ſplendida, inter quæ eſt tapes acu picta ante ſummum altare propendens ipſius Mariæ manu confecta eleganti & antiquo opere, præferens D. Petrum in Cathedra ſedentem cinctum hincinde Johanne & Maria geniculantibus habens epigraphum hoc: *Sancte Petre peccatorum ſolve vincula poteſtate tibi traditâ:* vitreæ veteres Ducum Burgundiæ & Auſtriæ Principum effigiebus incoctis, Tumuli Nobilium aliquot, Picturæ etiam non inelegantes, plures futuræ, ſi Iconoclaſtarum manus ſibi temperaſſent. Beginaſium inſuper eſt amplum auſpiciis ejuſdem Mariæ toties mihi nominandæ anno ſui ſæculi 72. fundatum, Curione anno 99. munificentiâ ejuſdem dotato, Templo poſtea ſolenniter aucto, ubi tumulus Valteri Winkens primi, quod aiunt, Confeſſoris anno 1433. mortem mortui. Nec tacendum D. Theobaldi Sacellum juris Patronatus, nec Gymnaſium politioris literaturæ olim famoſum; quo factum, ut plures doctrinâ claros Turnoutum habuerit cives, inter alios M. N. Johannem Driedonem Profeſſorem Lovanii S. Theologiæ celeberrimum, Jaſparem Steynen cauſarum Patronum ob relicta Lovanii ſtudiorum ſubſidia popularibus ſuis notum, Robertum anno 1338. Poſtellæ Prælatum, J. Gevartium Officialem Antwerp. Henricum Kinſcot celebrem Bruxellis Juriſconſultum. Promiſſis ſteti, ſi de privilegiis pauca dixero. Fœdus cum primariis Brabantiæ urbibus Turnoutum pepigit urbs ipſa dicta anno 1262. & maluit oblata mœnium ſub Carolo V. concluſione primatum inter municipia, quam inferiores inter opida partes tenere. Cives totâ immunes Brabantiâ declarat Wenceſlaus litteris anno 1327. Cereviſias & ceſpites extra territorium duci niſi ſolutis juribus vetuit anno 1569. Princeps. Alitum volatiliumque genus nuſquam per ſubditos ditionis Turnoutanæ licet primæ venditioni exponere, præterquam hic, ex lege per Joannem Ducem annò 1338. lata. Nec cuipiam niſi nato aut habitanti his gaudere, nec habitare niſi exſolutis juribus permiſſum. Nec Quæſtor hujus loci aut Metropolitanis aut Generali Ducatûs eſt obnoxius, ſed ſui velut juris. Prætor autem poſt Metropoliticos quatuor Ducatûs in conſeſſu eſt Officiatorum tertius. Et cùm à Diana auſpicium olim, nunc ornamentum acceperit locus, in ejus tribunali apud Turnoutanos ſtabili concludo: controverſiæ enim omnes Aucupium tangentes ab antiquo hic deciduntur, & venatoriæ etiam antiquitus ex lege per Anthonium Ducem dicta. Cùm autem belli ſacri à 40. retro annis inteſtina calamitas in tantum municipio huic nocuerit, ut pares ferè annorum numero non cohortes, ſed exercitus ſuſtinere debuerit, cum jactura fortunarum & ædium pro dimidio, tum etiam vicini Cœnobii Canonicorum Regularium direptio, deſertio, deſtructio maximè eſt deploranda. Eſt illud Buſcoducenſis Diœceſeos, intra limites Paræciæ veteris Turnouti, quæ Antverpianæ Diœceſis, in nemore Corſendoncano, à viſis per noctis ſilentium luminibus ſic dicto, fundatum ab illa ipſa Maria Joannis Ducis Brabantiæ filia, Reinaldi Gelriæ Ducis vidua. Oratorium eorum dicatum 12. Maii Divæ Agneti anno 1398. Et Valterus de Gierle Prior primus, & Arnoldus Cleys cum aliis, 16. Junii ad manus Abbæ Averbodienſis vota emiſerunt; paulò poſt, curante Fundatrice, Capitulo Windeſimienſi uniti, & ſequentis ſæculi anno 32. Clauſtrum perpetuum profeſſi, quod chronicon Bethlemiticum l. 3. articulo 3. & l. 1. articulo 5. refert. Valterus ſupradictus uti Huenſis Cœnobii anno 1315. reformationem curavit, ita fundationes Cœnobiorum Endovienſis, Herentalenſis, Antverpienſis, Dieſtenſis, Trudonenſis & Tongrenſis (quo fit ut Corſendoncani apud hos civium

QUICKSTS-TEN ENDE ALLE FENIEWEERD.

CORSENDONC.

F jure

jure gaudeant) mortuus in longa ſenectute anno 1464. Præter hunc autem celebres fuêre Henricus Oorshagen, Petrus Malſchot, Petrus Berchem, Hubertus Dextratius ob curatam ſeriò rem Monaſticam, ſtructa ædificia, diſciplinam obſervatam; Henricus Lonæus ſcriptis clarus, Anthonius de Cluſa, Nicolaus Stets ſanctitatis titulo, Joannes de Cortenbachiis pietate illuſtres. Numerare ſolent quatuor in oppidorum ambitu nobilioris ſexus colonias, Betlemi apud Lovanium, Dumi apud Endoviam, Throni apud Herentaldum, Compaſſionis apud Tongros: duæ etiam ſubjacere his ſolent Virginum Parthenones Zichenenſis & Thenenſis. Sepulturæ hìc locum inter alios nactus eſt Joannes de Cuyck Hoochſtratæ Dynaſta, cujus ſepulchrale marmor in ædem maximam Turnouti tranſlatum eſt. Ditio Turnoutana complectitur municipia duo & vicos decem, Diſtrictus ſive Quarterium inſuper Dynaſtias quinque ſequentes, Rumpſtam Perſonatu inſignem à Scetſiis unà cum Booma acquiſitum nuper Dominium, Stabroucam Glymæorum Dynaſtiam à Marchionibus Bergarum devolutam, Wilmaridoncam & Burgifluentum, de quibus ſupra.

RUMPST. BOOM. STABROUCK. WILMERSDONCK. BORCHVLIET.

ARENDONCKA MUNICIPIUM.

Quid *donck* noſtratibus ſonet aliàs docui, quid *Arent* norunt omnes, Aquilam nempe Romanorum inſigne, & hujus municipii, propter Romanorum aliquando ſtativa ad vaſtam ericeti ſolitudinem. Et amabant profectò tutiores hoſce receſſus, & vulgo inacceſſa itinera, inter tot feras & barbaras gentes: ut nihil mirum eſſe debeat quatuor & pluribus circa myricetum Poſtellenſe & paludem Taxandriæ locis, Romanæ diverſationis veſtigia & numiſmatum reliquias inveniri, prout ſuis locis oſtendi. *Arendonckam* quod attinet, ejus inſignia Aquilam tribus ericiis impendentibus videns, de ratione nunquam ambiget, antiquitate enim excellit, & ſitu circa myricam. Inſcriptio ſigilli autem hæc eſt: *Sigillum Municipii de Arendoncq.* Optimè municipii: illo enim & honore & libertate Godefridus Dux initio aditi Marchionatus locum dignatus eſt ante quatuor ſæcula, & hinc non tantùm apud Turnoutum & Gelam & Herentaldum ditionis Antwerpianæ, ſed etiam apud Lovanium telonii immunitatem ab antiquo habent. Sicut autem Godefrido Duci felicitatis ſuæ exordia ferunt Arendoncani accepta, ita Joanni primo Duci honoris incrementa, qui per Taxandriam Marchiæ obnoxiam immunes eſſe voluit, & communes agros anno 1331. tranſcripſit, & 7. regionibus vicum circumſcripſit, & vetuit cives reos tribunal domeſticum appellantes aliò trahi. Cæterum cum belli Batavici Gelricique injuriæ frequentes ad inopiam municipes redegiſſent, ſemper tamen inter oppida non mœnita conſeſſus Ordinum frequentare & diplomatibus ſubſcribere ſolitos, à Ducibus Burgundiæ ſeriò laboratum ut poſſent reviviſcere. Invecta itaque privilegio Ducali anni 1460. ſolemnis lectiſterniorum & telæ ſolutioris qua plumæ lectorum concluduntur textrina, cum authoritate ſigilli ad notandum peculiaris, & fructu famâque tantâ, ut Antwerpiæ Hallam ſuæ nundinationi propriam haberent, & linificio ejuſmodi nomen darent per excellentiam ſuum. Vidi ſanè frequenter in libellis rationum honorificam mentionem telarum Arendoncanarum: viderunt alii pro foribus Antwerpiæ id ſcriptum ut eo titulo mercatores invitarentur. Nec ſatis hoc, ejuſdem ſæculi anno 82. forum hebdomadale die Jovis & Nundinas annales recurrentes diebus poſt Dominicam primam quinquageſimæ, poſt ferias Antiſtitis Martini, & Calendas Maias Dux indulſit; cum immunitate à meridie diei Martialis uſque ad veſperam Venerei; & quo cultius & elegantius evaderet municipium, anno 1449. permiſſum ad 60. pedes intra fundum plantare arbores inprimis glandiferas: & quia incendio perierant privilegiorum chartæ, ad renovandam libertatis teloniariæ memoriam miſſi Lovanium anno 1597. Herentaldum & aliò 1598. qui teſtimonia retulerunt publica. De Scabinis octo etiam per Prætorem eligi ſolitis hac ratione ut ipſe primos duos adſciſcat, adſciti totidem Collegas ſibi adjungant, & quatuor hi tres reliquos adjiciant: & juratorum totidem per Scabinos annuatim renovandorum conſuetudine extat decretum anni 1464. De Baliſtariorum contubernio S. Georgium venerantium extabat reſcriptum vetus, itemque de Sagittariorum D. Sebaſtiani, ſed perierunt noviſſimè. Nec deerant Poëtarum ſodalitia, nec aliud quicquam quod in municipio poſſit deſiderari. Curialis Deiparę & B. Jobo ſacra per Ducem Henricum Abbæ Floreffienſi commiſſa eleganter erat exornata, & duo communicantium millia ſubinde numeravit. Ædes erant adhuc nuper plures trecentis, & populi pars circa textrinulam non occupata paluſtri ceſpitum nundinationi vacabat. Et præter celebrem 10. Maii peregrinorum ad D. Jobi aram concurſum, indulgentiis honoratam ſodalitatem domeſtica cives pietate fovebant. Cùm ſuperveniens contages & contage pejor belli Belgici tumultus municipium ita preſſit ut tantum non oppreſſerit. Centum ferè ædificia periere, evanuit telarum mercatura, municipes ad paucitatem redacti. Templum profanatum, Archiva violata, villa an. 1584. præcedenti dudum deſerta, ſed non ideo laudibus ſuis deſtituenda. Vires enim reſumit, ædificia reficit, templum reponit, Arcus coraci ſodales anno 1608. à Lovanienſibus renovati, Bombardarii titulo S. Jobi anno 1596. à Rege inſtituti. Datum etiam anno 1573. jus dicere poſſe, etſi è ſeptemviris quatuor dumtaxat præſentes eſſent. Et cum ingenio cives ſint optimo nec à litteris alieno, produxerunt noſtrâ memoriâ Embertum Everardi Doctorem & Profeſſorem Theologiæ Lovanii & Plebanum D. Petri, Marcellum Toulen Conſiliarium Brabantiæ, Arnoldum Mutſaert, The. Franciſcum Kamapium Franciſcanę familiæ Guardianum Herentaldenſem. Unum monebo & movebo lapidem lectoris alibi pedes fortè offenſurum. Cùm Joannes Dux communes agros Turnoutanis & Arendoncanis anno 1331. ut dixi, tranſſcripſiſſet poteſtate facta 7. definitores ad hoc deligendi, tres

HEYSLOMMEN. GENEYNTEN. HERTGANGEN. TYKEN.

cx

ex his,quatuor ex illis;concordiæ leges anno 1408. inter utroſque leguntur initæ, inter dico *Die vryheyt van Turnout ende het dorp van Arendonc*, id eſt municipium Turnouti & pagum Arendoncæ (ita verba ſonant) quæ *communitates recenter ſeparata à receptoria Herentaldenſi proprium* acceperunt quæſtorem. Hoc reſcriptum unicum & neſcio an vitio ſcriptoris in voce pagi hallucinans, ne quem turbet, certos eſſe & ſecuros jubeo lectores, etiam duobus ante ſæculis titulo & jure municipii Arendoncanos uſos, niſi quis fortè redarguat, ideo factum, quod Turnoutum capitale municipium ſit & metropolis ut ſic dicam ditionis unius, cujus Arendonca membrum ſit, ideo pagi ſolùm nomine honorata. Ubi non tacebo antequam ditio hæc Turnoutana adſcitis vicinis tribunalibus ad dotem Mariæ Gelrenſis conflaretur, Arendoncam ſui juris fuiſſe, & imo Præfecturæ Campanienſi aliquando ſubcenſitam, quod litteræ Poſtellenſes me docuerunt anni 1204.

WELDA MUNICIPIUM.

TRiadem vicorum uno hoc miſſu inferre parem unius tribunalis & ſortis. Corvicuria *Ravelshoff* veteribus dicta, nunc acciſa terminatione *Ravels*, in ſacris dono Epiſcopi Tongerletenſium, & eorum cedente nuper Rege in tribunali Dominium, rupto ſocietatis antiquę vinculo anno 1559. jam inde ſeparatum à conſortibus. Popularia moris tenacior Scabinagio Weldenſi hodieque adhærens Servatium & Tongerloenſes in ſacris, & *Welda* ab Averbodienſi Archimandrita Curatorem animarum accipiens, decimas percipiente, quas ſolebat olim Margareta loci Domina & Arnoldus *Stecop* ejus pater & Henricus de Werthuſa filius anno 1260. poſſeſſor ultimus, eorumque majores qui Archangelo Michaëli Eccleſiam dedicaverant, quòd Bruxellâ eſſent oriundi, ubi eundem habent Tutelarem. Weldæ prima libertas à Joanne Duce conceſſa, jam tum definito & Baronum & Municipiorum Brabantiæ ad comitia citandorum numero, quæ cauſa cur non ita reperias hanc inter alia ſignare & ratum habere ſanctiones. Idem Dux anno 1296. Homines ſuos de *Welde*, *Poppels*, *Ravels*, ratione pontis de *Rovart ab omni onere & reparatione aggerum*, *Sculteta de Buſcoducis liberos & quitos eſſe* decrevit. De Buſcoducis dicit: illi ſuberant, & quidem *quarterio*, ut loquuntur, Ooſtervicano. Et demum anno 1479. mandatum Prætori Ooſtervicano deinceps non gravare Weldanos & Poppelenſes (*apparet* tum Ravelſios ſeparatos) collaturos cum Turnoutanis in diſtrictu Antverpienſi. Erant ſanè textrina populari & habitatorum nobilitate celebres olim hi pagi, & eminebant in altero Curia re & nomine alta, natalis & hereditas Doctoris Bartholomæi Wytfliet Medici celeberrimi, ſed incendio deformatus eſt vicus numeralibus hujus verſus licet claudicantis expreſſo:

RAVELS. POPPELS. WELDE. HETHOOGHUYS TOT POPPEL.

Ex fumo Villa Poppel crux cadit in illa,

Quem in veteri miſſario legi: In altero Arces duæ duorum antea fratrum Werici & Gerardi peculia pone Eccleſiam erant conſpicuæ, ubi duplicis aquæ foſſatum ſupereſt, & fundamenta erui viderunt ſeniores, ſed everſæ ſunt cum jactura omnium pene privilegiorum, gliſcentibus apud Brabantos factionibus Houkiorum & Cabellaviorum. Et habuit dono Philippi Ducis forum die Veneris & nundinas binas nunc iniquitate temporum obſoletas. Habuit ab eodem anno 1449. confirmatas communitates olim per Joannem anno 1331. aſſignatas. Habuit ab eodem anno 1350. privilegium plantationis arborum ad 80. pedes circa fundum proprium. Habet ab ejus cognomine Philippo anno 1504. Interdictum, ne liceat municipes ad Prætorem aut Warandiæ magiſtrum Turnoutanum aut Satrapam Brabantiæ evocare, ſi Scabinorum ſuorum judicio ſtare malint. Habet à Maximiliano confirmatas binas Sagittariorum ſodalitates, quibus hoc laudi eſt, quod omnibus etiam turbatiſſimis temporibus Venerabile Sacramentum proceſſionatim nunquam deſeruerint. Celebris inter alias Anthonii, Catherinæ, Barbaræ veneratio: & hoc pulchrum, quod pietati augendæ ſtudentes Curionem de more Præfectum habeant & albis onerati dextram virgis velut ſervitutis indicio Divis ſe repræſentent, fundataque eſt hęc ſodalitas à Domino Gualtero Stouts Paſtore quondam Weldano. Habet Xenodochium peregrinis oportunum Epiſcopali authoritate anno 1490. munitum; præter Eleemoſynarium à Joanne Cornelio ad uſus pauperum Weldenſium ſic ſatis dotatum, & Sacellum D. Joannis hoc Inſtituto commendabile, quod ibi ad rem divinam flamen quovis die juridico ſacris operatur, & ſi deficiat ipſe proventibus beneficii privandus, ſi auditores Scabini abſint, mulctantur, fundatus ipſe à Domino Henrico Swaven Sacellano Domini Joannis de Locmel & Senatu. Habet memoriam Godeſcalci & Bartholomæi Nievenhuſiorum, illius apud Dieſtenſes Præpoſiti, hujus Bruntruti Rectoris Societates virorum doctiſſimorum, ob relicta ſtudioſis ſubſidia. Habet beneficia Joannis de Lummen ex Paſtore hic Archidiaconi Famennæ in Eccleſia Leodicenſi, ſtudioſis conſanguineis & popularibus relicta in Pædagogio Porcenſi, & domo Standonica Lovanii, ibidemque in Beginaſio ad opus decem puellarum. Floruit anno 1529. Ut enim litterarum ſemper cultores & in educendis ad ſtudia filiis prompti, ita pauperum & Religionis ſemper fuêre auxiliarii & defenſores, etiam cum fortunarum & vitæ diſpendio, quod anno 1573. notatum, cum Batholomęus Verhovius Prætor, Joannes Malhyſen ab Eerſel Secretarius hac propter cum 13. aliis oppetiêre. Ædificia habebat plurima, ſed injuria belli ferè medietas concidit, maximè poſt incendium & ſpoliationem anni 1590. per Bergenſes milites curatam. Turris Parochialis fundamenta anno 1529. poni viderunt anno hoc 1609. ſuperſtites, alii 94. alii 104. alii plures ætatis annos numerantes, quod non rarum apud Weldanos ſitus & convictus propitia facilitate longam incolis ſenectutem conciliante. Paræcum hic agit Zebertus *van Weſterlaken* J. U. Licentiatus

tiatus popularis & nutricius magni illius Henrici Dungani Pœnitentiarii Apoſtolici inter alios plures operâ illius evectos eminens, in cujus nomine concludam, licet poſſem nominare Weldenſes ex coætaneis meis 25. poſt feliciter abſoluta ſtudiorum curricula Sacerdotes gregi Dominico curando vacantes aut immortuos. Obnoxios reliquos Turnouto pagos uno verbo ſubjiciam. Cœnobii Michaëlitici apud Antverpienſes ceſſione Canonicorum, conceſſione Epiſcopi Parœcias Marcxplaſium (quaſi Marchiæ locum dicas) Dominium poſt & per Michaëliticos Hoochſtratæ Comitem agnoſcens. Beerſiam & Vorſelariam ab Urſis & Ranis dictos pagos, Reneſſiorum ceſſione Regiâ Toparchias, nominatim Ooſtmaliæ Domini. Abbatiæ Imperialis Thorenſis, fundatricis dono Eccleſiam in Barelia, ſic enim dicebatur olim, quæ nunc *Baerle* ex noto apud nautas *Baren*. Cameracenſis Metropolitanæ Curialem Lillam (Gallis Inſulam ſonat) cum Vechelio & Vlimmerio Grobbendoncanis, & nominatim Hobocano Baroni Hingæ Domino ſubjectam, & denique Geriliam Perſonatu inſignem.

MERCE-PLAS. BEERE, VORSE-LAER. BAERLE, LILLE. VECHEL. VLIMEREN. GHEELE.

FINIS.

ANTIQUITATUM ANTVERPIENSIUM.

APPENDIX AD LIBRI TERTII CAPUT ULTIMUM,

Ubi recenſiti aliquot Viri & Familiæ Illuſtres.

EXempla requiritis iſtius genii & ingenii fidem factura etiam Minervæ, etiam Junoni & aliis Divis locum fuiſſe in Mercuriali Gynecæo? Noſtis Theologi populares noſtros ſcriptis editis claros; è Societate Jeſu Adrianum Adriani, & Martinum Antonium del Rium: Juriſconſulti Philippum Zuerium Anteceſſorem Lovanii, Mathæum Weſenbekium, Balthazarem Ayalam: Philippum Voeſels, & Jacobum Malinæum, ex Senatu Antverpiæ in Summum Brabantiæ cooptatos. Medici Joannem & Thomam Fienos; Ægidium Everardum: Mathematici inſuper Joachimum Fortium, Machaëlem Cognatum: Coſmographi Abrahamum Ortelium, Cornelium de Jode: Hiſtorici Luduvicum Nonnium Medicum, Joannem Clericum, Emanuëlem Demetrium, Cornelium Servilium, Joannem Florianum: Poëtæ Cornelium Graphæum, Cornelium Giſtelium, Melchiorem Barlæum, Annam Binſiam Poætriam, Joannem Bochium: Philologi Joannem Scalcum Ordinis Bogardorum, Abrahamum Gorlæum, Andream Schottum è Societate Theo. Eliam Putſchium, Janum Gruterum, Franciſcum Swertium, J. Woucrium, Petrum Ægidium alioſque ad amuſſim recenſitos in Epitaphiis Brabantiæ Fr. Swertii, ſicut Pictores famigerati accuratè à Guicciardino nominantur, niſi quod adjici interſit, Rubenum & Voſſium ſuperſtites, prioribus non cedentes. Nobiles familias etiam noſſe juvat, ſunt illæ illuſtres & multæ nunc, pauciores olim exteræ, domeſticæ &, ut ſic dicam, Aborigenes paucæ ſuperſunt. Famam habuerunt ante quatuor ſecula ſtirpes plebeiæ quatuor, & Scaceorum Patriciæ 7, illæ à primis aut primariis Caſtri habitatoribus, hæ à præcipuis territorii Caſtro adjacentis poſſeſſoribus procreatæ: illæ ab eventu nomina adeptæ (teſte vetuſto Codice Opmeriano) *de Bacx*, *de Byen*, *de Blox*, *de Meengaerts:* hę ſymbolum gentis uno è fonte deſcendentis, id eſt quadratâ in longum duplici ſerie colorum alternatim albi & nigri, ſcutis inſculpentes, ab authoribus familiarum aut locis Dominii nuncupantur, *Wilmaerts*, *de Bode*, *Spaps*, *van Hoboken*, *Aleyn*, *Volcaerts*, *Impegem*. **Volcarts.** Et invenias, ne quis vulgare aliquid imaginetur, ex Volcartiis anno 1230. Arnoldum Wynegemii, anno 1250. Gulielmum Cantecroyæ Dynaſtas, anno 1270. Valterum & Nicolaum affines Bertholdorum Mechliniæ dominantium, & illum Ducis Brabantiæ Palatinum Prætoremque Antverpiæ, Laurentium pugnâ Woroncanâ, Valterum Chiliarcham Lyranum an. 1312. omnes Equeſtri baltheo ornatos. Ex Wilmariis Joannem an 1289. Ex Bodiis Joannem an. 1277. Ex Spapiis Joannem an. 1261. Ex Hobokiis Petrum an. 1306. Ex Aleyniis Arnoldum an 1230. Ex Impegemiis Petrum eodem anno Senatores Antwerpiæ & Equites: quæ ſolùm in exemplum attuliſſe ſufficiat; & hoc addere, videre ſolis his olim ad munia publica aditum fuiſſe, eò maximè quod inveniantur pæne omnes ante ducentos annos Senatoriæ ſtirpes (de Nobilibus ago non de miniſterialibus) affinitate aut conſanguinitate junctæ alicui harum. Cæterum cum plurimæ ſint ex diverſis regionibus & agris oriundæ ſtirpes, quæ turbatis, ut fit, rebus hìc fortunarum ſedem elegerunt & natalium prærogativâ & virtutis merito ad publica civitatis munia evectos progenuere; ego nè immenſum hoc laudum pelagus & velo meæ orationis impar temere intrem, unum è ſingulis gentibus unius familiæ exemplum afferam, hoc ſolum agens ut doceam hic loci nobilitatem non minus quam alibi vivere, vigere, & regere: Nec ideo velim à quopiam inſimulari. Unum duntaxat nomen è multis, prout occurrit, arripui, nec ordinem ſervavi, nec gradus metior, ſed virtutem æſtimo accedente generis claritate illuſtriorem: & ideo virtute claros licet natalium ſplendore minus fortè nobiles tamen cum nobiliſſimis compono. A remotiſſimis itaque exorſus ab Hiſpanis educo gentiles de *Beſar*, **Besar.** qui hodieque ſuperſtites habent Equeſtris Ordinis Virum Conſularem prudentiæ ſingularis. Ex Italis prodiit ſtirps de Robiano **Robiano.** habens recenter ex Senatorio Antwerpiano aſſumptum Principis Theſaurarium Balthaſarum Equitem, Virum integerrimum Juriſquè & litterarum ut ſcientiſſimum ita amantiſſimum. Roccoxii, **Roccox.** qui noſtrâ memoriâ Nicolaos duos habuerunt Conſulares Viros lectiſſimos, & Reipublicæ utiles, ex Patriciis Germanię provenerunt. Maſii **Mars.** qui nuper habuerunt Jacobum ex Penſionario aſſumptum ad Conſilium Brabantiæ, & nunc habent Carolum Ipren ſem Epiſcopum laudatiſſimum ex Decano, Engelbertum Arcani Conſiliarium ex Penſionario Antwerpienſi, Joannem B. Fiſci Advocatum, Philippum Brabantiæ Ordinum Conſiliarium, Viros undecumque maximos, ex tractu Colonienſi venerunt. Varicii, **Varicx.** qui Marcgravium nunc habent Virum Clariſſimum Henricum, ex Gelrica ſunt Nobilitate. Scheyffii, **Scheyff.** qui Cancellarium Brabantiæ ex Senatore Urbano aſſump-

ſumptum habuerunt legatione Anglicanâ clarum,Angli ſunt origine.

Ayala,

Ayalæ,qui Gregorium ex Senatore hîc Conſiliarium Brabantiæ, & Philippum ex Penſionario Legatum in Galliam & Commiſſarium Ærarii Principum, Viros Clariſſimos, Celtiberi ſunt.

Schetz.

Schetſii, qui habuerunt nuper publicis functos muneribus Jaſparem,Baltaſarem,Melchiorem,& nunc Baronem Weſemaliæ, Deputatum Brabantiæ Ordinum, Hobocæ in Angliam Legatum, Grobbendoncæ Gubernatorem Sylviducenſem, Viros celeberrimos, Guicciardino dicuntur Trajecto oriundi, & habuiſſe Theſaurarium Principis, & plurium Dynaſtiarum compotes fuiſſe.

Sterck.

Sterkii etiam Guicciardino dicuntur Leodico profecti & habuiſſe Godmarum Amannum Urbis & Cenſorem Cæſareum,& Andream militiâ clarum.

Van Stralen.

Straleni Juliaco putantur oriundi, ſciunturque habuiſſe Anthonium Merxemi, & Dambruggæ Dominum, Commiſſarium militarem Ordinum Belgii, & Joannem paternis inſiſtentem virtutibus & honoribus.

Van Dilft
Vander Delft.

Familiæ ferè cognomines alioquin inſignibus diverſæ Dilſtiorum & Delſtiorum Batavicæ ſunt,è quibus Domini de Ghyſſenborch & Nieukerca in territorio Brederodenſi, Joannes ductâ filiâ Dynaſtæ Bergenſis Dominus de Borchvliet & Hogerheiden, & alter eo nomine Conſul anno 1498. & Franciſcus Cæſaris in Angliam Legatus, Eduardus pluries Conſul nuper defunctus & Henricus E. adhuc ſuperſtes.

Halmael.

Halmalii gentilium de Langdris in Hasbania propago civilium turbarum pertæſi ſub annum 1325. ex avito prope Trudonopolim prædio huc ſe contulerunt, nominatim Henricus Eques cum Meldertana uxore. Floruerunt Equites ex his anno 1396. Joannes in bello Friſico, anno 1425 Coſtinus, in haſtiludiis anno 1477 Joannes & Coſtinus fratres, ille ob Legationem ad Maxemilianum Auſtriacum, hic ob geſtas cum laude vicennium pœne integrum dignitates Conſularem aut Senatoriam notiſſimi, Coſtinus anno 1538 florens expeditionum variarum Caroli V. aſſecla & Senatorio Ordini immortuus relictis virtutum hæredibus Coſtino Viro militari Capitaneo apud Noveſium cæſo,& Henrico, qui utrumque Conſulatum jam inde adminiſtravit.

Happaert.

Happartii è ditione Gaesbecana advenerunt, quamquam primitiva origo & nominis & gentis debeatur Honnoniæ, ubi Arx Bieven Happaert, quod cognomentum in haſtiludiis Andennenſibus ſub Henrico Im. inditum Gerelmo Militi de Bieven ſtandardum ferenti, ut vult Chronicon vetus. Habuerunt inter dotatores Abbatiæ Bonæ Spei Joannem, Petrum & Henricum anno 1230 florentes, Henricum Equeſtri Baltheo donatum prælio Worongano per Ducem, Henricum anno 1350 diviſioni Gaesbecanæ ſubſcribentem, Joannem & Gerolinum in haſtiludio anno 1427. Senatorios ante duo ſæcula tam Bruxellis quàm Antverpiæ plures, interque alios Ægidium Senatorem ſex filiorum ſuperſtitum patrem, quorum duo hoc ipſo anno munera publica adminiſtrant.

Van Etten.

Etteni Bredanæ originis ſunt claro ibi loco, & habuerunt patrum memoriâ Henricum Conſulem, habent hodièque Chriſtophorum Cauwerbergi Dominum, & Henricum E. Præfectum Cameræ Rationum, utrumque eruditionis & litterarum amantiſſimum.

Van Ursel.

Urſelii ditionis Grimberganæ ſunt, ubi in vico Londerſalio domus ſtemmatis illorum cognomento de *Screyhen*. Habuerunt illo bello clarum Pincardum van Urſene Eq. anno 1286. comitem & à Conſilio Joannis Ducis in expeditione Arragonica, Joannem anno 1466. Conſulem, Reinerum, Ladiſlaum & alios, & ſupereſt hujus filius Philippus Hallæ Scabinus.

Vande Werve.

Wervii creduntur è Lutzeburgo eſſe, etſi ante tria ſecula Senatores reperiantur hìc fuiſſe, aliàs de Werpa dicti, quæ nominis conformitas cauſa eſt cur autochtonas hos quidam opinantur. Habuerunt Joannem Equitem anno 1218. & alterum eodem nomine anno 1404. Theodoricum Conſularem pronuper, Luduvicum Senatorium recenter, & hodiequè plures in ſpem magnam creſcentes.

Berchem.
Van Ranst.

Berchemii & Ranſtii ejuſdem trunci duo Rami ſunt argumento inſignium crediti à Bertholdis Mechliniæ Dominis deſcendere. Poſſederunt ampla dominia variis locis, produxerunt Equites in præliis Worongano, Baeſwilriano & Gelrenſi claros: ſupereſt Anthonius Senatorii ordinis, & Berchemi cognominis pagi herus Graviæ & ditionis Cucanæ Satrapa, vir prudens & induſtrius.

Van Brecht.

Brechtii nomen à municipio celebri, natales à naturalibus Ducum haud obſcuros repetunt, & habuerunt Diegemii, Verduſſeni & alibi Dominos, Prætores hìc & Silvæducis, Equeſtris ordinis plurimos à ducentis retro annis, habent etiam nunc Philippum Silvæducis Prætorem, Joannem Senatorii ordinis in patria, ſenio & virtute venerabilem.

Van Lyre.
Van Immerseel.

Claudant denique agmen hìc nati & à 400. annis noti Gentiles Lyrani & Immerſelii gens eadem, è quibus ſuperſunt inter alios Dynaſta vici Immerſelii, Aimerictis Gubernator Willemſtadii; claruerunt in pugna Worongana Guilielmus Lyranus miles cum duobus fratribus Armigeris, Arnoldus Coſſ. ante 2. ſecula, Arnoldus Eq. decimum quintum Conſul, Joannes Clariſſimus militiæ Dux junctus matrimonio virgini Manderſceitiæ Comitibus natæ, Joannes Immerſelius Dominus de Boudries ſummi Prætoris munere laudabiliter functus. In quo finio, ſat habens exemplis hiſce ex Hiſpania, Italia, Germania, Colonia, Gelria, Anglia, Celtiberia, Traiecto, Leodico, Juliaco, Batavia, Hasbania, Hannonia, Taxandria, Grimberga, Lutzenburgo, Mechlinia, Brabantia & ipſa Antverpia productis docuiſſe quantum virtutis & nobilitatis confluvium ſit Imperialis noſtra & Ducalis Reſpublica.

INDEX
Rerum quæ Antverpiæ Antiquitatibus diſſeruntur.
LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

1 AMbivaritorum *ſedes juxta Goropium & Divaum.*
2 Atvatici *Teutonum, Cimbrorumque reliquiæ.*
3 *Ubi ſedem fixerint.*
4 *Affinitas vocum* Ambivariti, Atvatici, *variis opinionem injecit de Antverpienſium origine.*

CAPUT II.

1 *In Teſtamento S. Willibrordi, mentio Eccleſiæ in* Andoverpo Caſtro.
2 *Audœnus, citat* in Andoverpis.
3 *Joannes Monachus, & Eginhartus,* Andoverpam, & Andoverpos.
4 *Diploma Ludovici Pii* Andoverp.
5 *Codex Werdennenſis,* Comitatum Antavienſem.
6 *Liber miraculorum S. Trudonis,* Anturpiam.
7 *Lambertus Schaffnaburgenſis,* Antverpham.
8 *Sigibertus,* Andowerpum.
9 *Donatio Henrici I,* Antwerp.
10 *Rogerus Anglus,* Anvers.
11 *Iſacius,* Antorf.
12 *Diplomata Cœnobii Michaëlitici* Antverpiam.
13 *Varia* Antverpiæ *nomina, pro varietate idiomatum.*

CAPUT III.

1 *Etymon vocum* Ambivariti, Atvatici.
2 *Druonis Gigantis, manuum truncatoris fabula.*
3 *A Brabone, Cæſaris commilitone, pœnâ talionis Druo mulctatus.*
4 *Chronicon Trudonenſe illi fabulæ ſuffragatur,*
5 *Et Joannes Monachus,*
6 *Et Hemricurtius, & antiqui rythmi.*
7 *Atvaticorum gens procera teſte Cæſare.*
8 *Latè dominati, & tributi à præternavigantibus exactores.*
9 *Quis Brabon, & ejus nominis etymon.*
10 *Sententia auctoris de domo gigantica, & oſſibus portentoſis.*
11 *Etymon adjecti* Werp.

CAPUT IV.

1 *Chriſtophori Stellæ, encomium Antverpiæ.*
2 *Boſeri,*
3 *Guilielmi Britanni,*
4 *Theveti & aliorum &c.*

CAPUT V.

1 *Antverpia variis populis olim attributa.*
2 *Flandrici quondam juris, nunc Brabantici,*
3 *Mixti tamen cum Imperiali.*
4 *Antverpiæ longitudo & latitudo Aſtronomica*
5 *Ejus ab Oceano diſtantia,*
6 *Non ſemper eadem.*
7 *Flandria & Zelandia olim junctæ.*

CAPUT VI.

1 *Caſtri Antverpienſis veteris ſitus.*
2 *Agger quomodo firmatus.*
3 *Trabes ſub terra inventæ, dum Curiæ fundamenta jacta ſunt.*
4 *S. Willibrordus, in ſuo teſtamento meminit hujus portûs & telonii.*
5 *Caſtrum hoc ante* 1000 *annos celebre.*
6 *Plurimi pagi ad ejus refectionem obligati.*
7 *Et modò tributum hoc fine penditur.*
8 *Facies ejus nunc immutata.*
9 *Unde* Borcht *vocatum ſit.*

CAPUT VII.

1 *Quo tempore urbs cœperit.*
2 *Qui primæ incolæ.*
3 *Unde nomen* Antwerp & Aendyk.
4 *Qui* pontes longi *Tacito, & Lucio Domitio.*
5 *Unde nomen* Kipdorp.
6 *Ante Normannorum irruptiones ſtructa mœnia; ſed terrea & lignea.*
7 *Lapidea quando ædificari cœpta.*
8 *Unde nomen* Loocbrugge.
9 *Porta vaccarum.*
10 *Tres ad urbem ex aggere aditus.*
11 *Turris mœnium, nunc carcer.*
12 *Ejus nomen à latere coctо. Renovata* 1304.
13 *Auctoris opinio de vetuſtate horum mœnium.*

CAPUT VIII.

1 *Impetrant Antverpienſes ab Henrico Duce auctoritatem dilatandi Urbis Pomœria, anno* 1201.
2 *Spatio* 15 *annorum completum opus.*
3 *Canalis novus.*
4 *Unde variarum portarum nomina.*
5 *A proxima urbe Cathedrali, in variis civitatibus nomina portarum.*
6 *Angli, Dani, Itali, ob mercaturam Antverpiam primò confluunt.*
7 *Novorum mœnium ampliorum inſtauratio, anno* 1304.
8 *Kipdorpenſes intra mœnia incluſi, ad portam S. Jacobi.*
9 *Item Monaſterium S. Michaëlis, ad portam Cronenburgicam.*
10 *Mos priſcus Imperii Romani ſigna portis inſculpere.*
11 *Porta S. Georgii, quare dicta Cæſarea.*
12 *Porta Ciſternenſis, ſive Bergenſis.*
13 *Porta rubea.*
14 *Incrementa Antverpiæ.*
15 *Novum Oppidum à ſeptemtrione adjectum anno* 1543.
16 *Plures veteres dejectæ portæ & quando.*

CAPUT IX.

1 *Ambitus urbis moderna.*
2 *Munimenta, & mœnium amœnitas.*
3 *Molæ pneumaticæ plurimæ.*
4 *Poſt receſſum Roſſemii anno* 1542. *magno ſumptu urbs validius munita.*
5 *Propugnacula ab Albani tempore excogitata.*

G 6 *Muni-*

6 Munitiones à parte fluminis.
7 De Werve, ubi moles ad exponendum merces.
8 Duæ ſimiles moles alibi.
9 Moles lapideæ adverſus impetus aquarum Belgis hoot dictæ.
10 Het Bierhoot: ejus operis deſcriptio.
11 Maygat, Xanderſgat (vocum etymon) canales recipiendis in urbem navibus.
12 Hoykay, Hautkay, Engelſe kay, Meekay, unde dicta.
13 Plura alia ſpatio 20. annorum ejuſmodi addita, curâ Gilberti Schrubeckii.

CAPUT X.

1 Urbs in 13. regiones diviſa.
2 Pontes lapidei 74.
3 Guicciardinus ſuo ævo numerat 212. vias ſtratas.
4 Domos 13600. Fora 22.
5 Becani Elogium Antverpiæ.
6 Hortorum & herbarum ſumma ibidem cultura.
7 A quo tempore numerus domorum ſic excreverit.
8 Anno 1306. cœptum eſt plateas ſternere:
9 Etiam ſeriùs præcipuas.
10 Veteres domus argillaceæ; ſed Senatûs decreto deinceps abrogatum.
11 Olim multa loca vacua, nec ipſæ domus plateatim diſtinctæ.
12 Canales plurimi in urbem derivantur.
13 Tempore Caroli V. tres novi effoſſi, maximus 100. navium capax.

CAPUT XI.

1 Curia, ejus ſitus, bis renovata.
2 Ex priſco more ad Curias gradibus aſcenditur, & quare.
3 Noſtratibus curiis propria forma quadrata.
4 Domus Triumviralis judiciis deputata, intra veteris caſtri ambitum, anno 1539. renovata.
5 Judicia ibi ſub dio acta ex priſco Germanorum more, & quare.
6 Carcer publicus ſub annum 1520. reſtauratus.
7 Macellum ad rerum eſualium nundinationes ſtructum 1249.
8 Jus Macelli urbi tranſcriptum.
9 Trienniiſpatio novum ædificatum anno 1500.
10 Jure ponderum & menſurarum urbi tranſcripto an. 1549, domus eo fine ædificata.
11 Domus pro peſte infectis.
12 Aquarum receptaculum pro braxatoribus.
13 Unde circa iſtum locum omnes ſe receperunt.
14 Hallam textorum à Comite Flandriæ Urbs redimit.

CAPUT XII.

1 Burſa, ejus forma, nominis ratio.
2 Anno 1533. ſtrui cœpta. Poſtea incendio conſumpta. Dein reſtaurata.
3 Nationes 22. ſua habuerunt Antverpiæ Palatia.
4 Domus Hanſæ Teutonicæ impenſâ oppidorum Germaniæ quando ſtructa.
5 Fuggerorum domus.
6 Luſitanorum. Heſſorum.
7 Anglorum, quæ antea Lyranorum, nunc Collegium Jeſuitarum.
8 Domus aulæopolarum, porticibus adornata.
9 Domus Vitriariorum. Ærariorum. Aurifabrorum.
10 Merces in porticibus venales exponere moris antiqui eſt, Lovanii, Bruxellis.
11 Antverpiæ hujuſmodi porticus circa Templum D. Virginis ſtructa 1460. quo loco olim ſita.
12 Domus Civitatis Aquenſis.
13 Domus Monaſteriorum Tongerloënſis, Bernardina, Averbodienſis.
14 Domus Prælatorum Cameracenſis, Tornacenſis.
15 Domus Familiarum, Leccana, Hobocana, Liſtana, Lyrana.

CAPUT XIII.

1 Prima Urbis calamitas ab aquarum inundatione, anno 1288.
2 2. anno 1300.
3 3. anno 1320.
4 4. anno 1446.
5 5. anno 1462.
6 6. anno 1468.
7 7. anno 1477.
8 8. anno 1532. cum 172. Pagorum ruina.
9 Anni inclementis gelu, varii adnotati.
10 A terræ motu calamitas cum molarum everſione, anno 1382.
11 Item anno 1395. à violentiori.
12 A vento.
13 Ob caritatem annonæ varii anni atro ſigno notati.
14 Ob ignem itidem.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

1 Atvatici Antverpienſium progenitores fanum Marci tribus ab arce ſtadiis dicarunt. Ita Goropius,
2 Qui Martis nomen à Cymbrica lingua conatur derivare.
3 Auctoris nota ad donationem veterem cujuſdam prati het Dienſtvelt.
4 Inde Dinſtdag, Latinis dies Martis.
5 Culta etiam Pallas ſub nomine Walburgis, ædes priſcum nomen ſervat.
6 Cultus Priapus. Extat modò ejus ſtatua.
7 Vernaculis dictus Ters, illius vocis veſtigia.
8 Goropii de ejus delubro conjectura.
10 Veneris cultus, in loco dicto Liefkenshoeck.
11 Martis ſimulacrum.

INDEX RERUM.

CAPUT II.

1 *Antverpienſes olim Cameracenſi, & Rhemenſi Metropoli ſubjecti.*
2 *Cujus ratio exhibetur, quamvis Leodio eſſet vicinior.*
3 *Primi gentis Apoſtoli Angli aut Hiberni.*
4 *Codex vitæ S. Gangerici refert eum uſque ad* Tennam *&* Schandam *fidem propagaſſe.*
5 Tenna *&* Schanda, *fortè Tenera & Schaldis, qui in vita S. Gummari* Schinda *vocatur.*
6 *S. Gaugericus circa Antverpiam Chriſtum prædicavit: confirmante Meiero.*
7 *Cujus ſucceſſor Vindicianus, apud Bruxellam mortuus.*
8 *Hinc Eccleſia S. Gaugerici Bruxellis, fortè à Vindiciano dedicata.*
9 *Eligius, Gaugericus, Vindicianus, Humbertus, primi Atvaticorum Apoſtoli.*
10 *S. Humbertus uſus ſtratagemate, cultum Martis in Michaëlem Archangelum tranſtulit.*
11 *Ejus icon in veteri curia Bruxellis, cum inſcriptione.*
12 *Inde Sacellum S. Michaëlis in Cœnobio Antverpienſi cum veteri inſcriptione.*
13 *SS. Folianus & Fredegandus, apud ambivaritos Evangelii præcones, cultum Neptuni, apud Turninum (nunc* Doorne*) evertunt.*
14 *S. Fredegandus, Antverpiæ Tutelaris. Corpus ejus Turnino tranſlatum.*
15 *Andoverpi à SS. Eligio & Willibrordo, Religione imbuti.*
16 *Opinio Auctoris: Willibrordum pro fano Veneris, Templum Deiparæ inchoaſſe.*
17 *Walburgi Idolo, Virginem Chriſtianam ejuſdem nominis ſubſtituit.*
18 *Rothingus, Eccleſiam in Caſtro donat Willebrordo; ſed nondum plenè extirpatâ idololatriâ.*
19 *Godefridus Bullonius anno 1024. miſsâ Antverpiam particulâ præputii Chriſti, cultum Priapi in meliorem venerationem convertit.*
20 *Hac occaſione ſtructum Sacellum in Templo Mariano.*

CAPUT III.

1 *Templum Marianum.*
2 *Virginis icon inter arbores reperta.*
3 *Ab annis 400 locus ille Virgini Sacer, & frequentatus.*
4 *Decretum de circumferenda imagine.*
5 *Sacellum Deiparæ in Eccleſia dedicatum.*
6 *Inſtituta Civium confraternitas.*
7 *Item alia ob donatam Eccleſiæ S. Crucis particulam.*
8 *Singula opificia, propria habent in Cathedrali Sacella, & ornatiſſima.*
9 *Ædificium Templi ſplendidum.*
10 *Anno 1533. cum flagraſſet, pulchriùs reſtauratum.*
11 *Turris quando ſtructa.*
12 *Campanarum numerus, & concentus.*
13 *Chori ornatus.*
14 *Alius inchoatus, hactenus imperfectus.*
15 *Epitaphia Templi collegit Swertius.*
16 *Collegium 12. Canonicorum in Templo S. Michaëlis inſtitutum à Godefrido Bullonio.*
17 *Reſcriptum Godefridi, Ducis Lotharingiæ, in favorem ejus Collegii.*
18 *Templum ſuum donarunt Norbertinis, & ad Templum Deiparæ tranſlati.*
19 *Numerum ipſi ſuum raro exemplo auxerunt.*
20 *Primaria dignitas Præpoſiti olim, nunc Decani eſt.*
21 *Eccleſia in Cathedralem erecta, & quando.*
22 *Quæ Oppida, Collegia, Abbatiæ, Monaſteria, &c. Diœceſi ſubjecta.*
23 *Comitatus item 7. Marchionatus. 2. Baronatus. 7.*
24 *Epiſcoporum ſeries.*

CAPUT IV.

1 *Abbatia Præmonſtratenſis à S. Norberto fundata.*
2 *Qui Tanchelinum hæreticum ibi vicit.*
3 *Cœnobium à quibus dotatum.*
4 *Abbatia Principum hoſpitium.*
5 *Tumulus Iſabellæ conjugis Caroli Ducis.*
6 *Turris quando conciderit, exin deflagrarit.*
7 *Primus Abbas infulatus.*
8 *Viri Sanctitate celebres.*

CAPUT V.

1 *Plebanus Cathedralis ex quibus olim aſſumptus.*
2 *Fons Baptiſmalis.*
3 *Aliæ Eccleſiæ in Curam Paſtoralem aſſumtæ & quando.*
4 *Vetuſtiſſima S. Walburgis.*
5 *S. Jacobi.*
6 *S. Georgii.*
7 *S. Andreæ.*
8 *Earum interior, exteriorque ornatus.*

CAPUT VI.

1 *Prioratus S. Salvatoris fundatus per Petrum* Potz, *& quando.*
2 *Familia Potz Patricia.*
3 *Bogardi quando fuerint Antverpiæ.*
4 *Viventes exleges, coacti S. Franciſci Regulam amplecti, & quando.*
5 *Eorum Templum ab hæreticis everſum & reſtitutum.*
6 *Alexianorum inſtitutio quando cœperit Antverpiæ.*
7 *Quomodo primitus vocati.*
8 *Cœnobium extruunt aſſumptâ Regulâ Franciſcanâ & quando.*
9 *In alium urbis locum migrarunt.*
10 *Inter quos Viri Illuſtres & Sancti.*
11 *PP. Societatis quando Antverpiam delati.*
12 *Eorum Collegium circa domum Aquenſem.*
13 *Obtinent à Senatu domum Anglicæ nationis.*

CAPUT VII.

1 *Ordinum mendicantium triâ paria eodem anno Antverpiam veniſſe, putat Ortelius.*
2 *Dominicani ex Germania evocati, quando.*
3 *Templum manibus Alberti Magni dedicatum.*

4 *Capitulum generale ibi celebratum.*

5 *Bello Belgico civili vaſtatum.*

6 *Viri celebres ejus Cœnobii.*

7 *Carmelitæ quando recepti.*

8 *Eorum Templum & ædificia.*

9 *ejus Conventûs Viri celebres.*

10 *Templum collapſum reſtauratum.*

11 *Cœnobium Franciſcanorum fundatum in frigido monte, & quando.*

12 *Dein aliò tranſlatum à Philippo* Archiduce.

13 *Pulſi Franciſcani à Farneſio reſtituti.*

14 *Sacellum S. Didaci.*

15 *Capucini admiſſi.*

16 *Auguſtiniani unionis Saxonicæ recepti in S. Andreæ Templo.*

17 *Eorum Cœnobium quando cœptum.*

18 *Pulſi tandem ob quædam non ferenda, nec amplius Auguſtiniani iſtius unionis reverſi.*

CAPUT VIII.

1 *Begginarum origo, & nominis ratio.*

2 *Diverſæ ab illis quæ ob hæreſim damnatæ.*

3 *Annales noſtri earum originem à S. Begga repetunt.*

4 *Earum Templum ubi primò ſtructum*

5 *Incenſum, dein tranſlatum.*

CAPUT IX.

1 *Cœnobii* Ter Fakens *primordia.*

2 *Auguſtini Regula ibi introducta.*

3 *Origo Cœnobii* Ter Siecken

4 *Diploma fundationis*

5 *Primò Fratrum fuit, dein ſimul & Virginum, nunc Sororum tantùm.*

6 *Auguſtini iis Regula præſcripta.*

7 *Cœnobio vaſtato, aliud circa Caſtri planitiem cœptum.*

8 *Fundatio Nonnarum Victorinarum in ſuburbano.*

9 *Deſtructo Monaſterio, intra muros receptæ.*

CAPUT X.

1 *Monaſterium* Te Cleren *quando fundatum.*

2 *Virgines Treveris advocatæ.*

3 *Turbarum tempore profugæ, dein revocatæ.*

4 *Fundatio Monaſterii Tertiariarum, à quo & quando.*

5 *Fundatio Monaſterii Converſarum,*

6 *Quod antè fuerat Hieronymianorum.*

CAPUT XI.

1 *Sorores nigræ, undè ſic dictæ. Earum munus.*

2 *Antverpiæ quando admiſſæ.*

3 *De initio majoris Noſocomii authoris conjectura.*

4 *circa D. Georgii nunc tranſlatum.*

5 *Templum quando conſecratum.*

6 *Religioſi utriuſque ſexûs olim ibi miniſtrarunt.*

7 Het Meyskens Huys *à quo & quando fundatum.*

8 *Item* het Knegtiens Huys.

9 *Item* het Dulhuys.

10 *Fundatio Hoſpitalis 7. dolorum vetulis alendis.*

11 *Fundatio Sacelli gratiæ,*

12 *Conventûs noſtræ Dominæ,*

13 *Fratrum cæruleorum ad portam vaccarum,*

14 *Hoſpitalis S. Juliani excipiendis peregrinis,*

15 *Sacelli in vico Alutariorum.*

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

1 *Antverpia juris Cæſarei, quamvis à Gallis quandoque poſſeſſa.*

2 *Hinc Marca Regni & Imperii dicta,*

3 *Quod ex variis Diplomatibus probatur.*

4 *Cui non obſtat Conſtitutio Carolina.*

CAPUT II.

1 *Antverpia Marchia Imperii.*

2 *Primæ nobilitatis præfecti huc ablegati.*

3 *Quare Marchiones vocati.*

4 *Præfectura in hæreditariam tranſiit dignitatem*

5 *Qualiter à veteribus nominata.*

6 *Auctoris ſententia diſſidentes concilians.*

7 *Utelo Marchiæ Præfectus. Ejus cænotaphium.*

8 *Succedit Hugobertus.*

9 *Hugoberto Anſbertus.*

10 *Quâ occaſione id factum.*

11 *Anſberti Epitaphium.*

CAPUT III.

1 *Marchia Antverpiæ Lotharingiæ conjuncta.*

2 *Dein Flandriæ.*

3 *Dein Brabantiæ.*

4 *Quâ ratione id factum.*

5 *Antverpiæ poſſeſſores Marchiones Imperii dicti.*

6 *Divæi & aliorum opinio refellitur.*

CAPUT IV.

1 *Mos priſcus Francorum conſtituendi* Pares Caſtri.

2 *Illuſtres perſonæ Caſtri Antverpienſis Pares.*

3 *Per Parem Zelemenſem titulus Caſtellani Dieſtenſibus tranſcriptus.*

4 *Præeminentia Vicecomitis Antverpiani.*

CAPUT V.

1 *Ad Michaëliticos Cœnobitas ſpectavit olim Scabinorum conſtitutio.*

2 *Juſtitiæ præfecti* Tribunus & Amannus.

3 *Scabini electi Patricii & Plebeii.*

4 *Quod ex antiquis Diplomatibus probatur.*

5 *Scabini dein ex lectiori tantum civium parte aſſumpti, numero ſæpè ſeptenario.*

6 *Quæ dignitas nonnunquam ad vitam collata.*

7 *Poſteà numerus duodecim fixus eſt.*

8 *Paulatim demum auctus uſque ad* 18.

9 *Forma electionis moderna.*

10 *Juriſperiti duo Antverpiæ ſemper à conſiliis.*

CAPUT VI.

1 *Burgimagiſtrorum in Brabantia Origo.*

2 *Hæc forma regiminis à Principibus immutata graviter id ferentibus.*

3 *Permiſſum Antverpienſibus Conſules ſibi creare.*

4 *Propter ortum tumultum, Princeps Legatos mittit qui Conſules & Scabinos ſtatuerent.*
5 *Senatui adjuncti Conſiliarii 6, deinde 12, ex opificum numero.*
6 *Ducis Tribunal ſpeciale, è quibus perſonis conſtaret.*

CAPUT VII.

1 *Libertatis urbanæ privilegium, ſigillum.*
2 *Quod modò à pagis & villis uſurpatum.*
3 *Veterum ſigillorum forma.*
4 *Cur manus truncatæ in ſigillo Antverpiæ.*
5 *Sigillum in urbibus duplex.*
6 *Sigilla ut ſacra cuſtodita.*

CAPUT VIII.

1 *Urbis Antverpiæ peculium & juriſdictio.*
2 *Olim ad Marchiones ſpectabat, quidquid intra vallum erat.*
3 *Plures vici ſuburbani per ampliationem mœnium urbani facti, & coëmpti.*
4 *Senatui conceſſum quidquid muris portiſque claudebatur.*
5 *Alia item loca extra urbem in Senatûs poteſtatem venerunt.*
6 *Emolumentorum, vectigalium &* acciſi *computus Guicciardini.*
7 *Eorum computus ex rationibus publicis.*
8 *Permiſſum Senatui vectigalia creare.*
9 *Receptores olim ex Scabinorum Collegio.*
10 *Poſteà aſſumpti ex plebeiis.*
11 *Numerus ad tres reductus.*
12 *Ex quibus modò aſſumantur.*
13 *Monetæ cudendæ jus antiquum Antverpienſium*

CAPUT IX.

1 *Merces Italicæ Antverpiæ diſtrahuntur & quæ.*
2 *Gallicæ*
3 *Anglicæ*
4 *Hibernicæ & Scotæ*
5 *Germanicæ*
6 *Hiſpanicæ*
7 *Earum computus ex Guicciardino.*
8 *Quo tempore mercaturæ Antverpiæ cœperint initia.*
9 *Brugarum & Bergarum fortuna eò tranſlata.*

CAPUT X.

1 *Antverpienſes, quidquid alibi fabricatur, imitantur.*
2 *Nundinæ liberæ ab areſtis conceſſæ & quando.*
3 *Stabulatio ſalis origo diſſidii cum Mechlinia.*
4 *Equorum mercatus.*
5 *Mechanicorum operariorum cenſus.*
6 *Piſtorum. Lanionum. Piſcariorum.*
7 *Chirurgorum. Sartorum. Pictorum. Sculptorum.*
8 *Braxatorum. Textorum.*
9 *Decani Lanificum olim mercenarii, nunc paſſim Nobiles.*
10 *Intendentes annonæ.*
11 *Opificiorum ſingulorum cenſores.*
12 *Forma electionis & eorum authoritas.*
13 *Ex decedentibus Decanis 12. Conſiliarii eliguntur*
14 *Hæc omnia variis temporibus ſæpè immutata.*
15 *Quantum in ſubſidium Patriæ Antverpia contribuerit, reſpectu aliarum Brabantiæ urbium.*

CAPUT XI.

1 *Privilegia & leges Antverpienſium proximè ad jus ſcriptum & æquitatem accedunt.*
2 *Bona immobilia tantùm coram Senatu diſtrahere licitum.*
3 *Sed non requiritur authoritas Principis, etiam in feudis.*
4 *Malevolos urbe & Ducatu excludere permiſſum.*
5 *Cautela adhibenda antequam bonis aut corporibus civium manus injiciatur.*
6 *Privilegia feminis conceſſa.*
7 *Conſtitutio ad abbreviandum lites.*
8 *Qualiter pupillis & viduis proviſum.*
9 *Qualiter Scabini cum aſſumptis hebdomadatim de publica re tractent.*
10 *Graphiariorum, Secretariorum & Penſionariorum munus.*

CAPUT XII.

1 *Cives foris habitantes ſex ſeptimanis citra veniam Conſulis privilegiis exuti.*
2 *Urbs in 13. Regiones partita.*
3 *Vico-Magiſtri, eorumque munus.*
4 *Guldæ ſex.*
5 *Guldæ arcus Chalybei duæ: earum antiquitas. Collegii numerus.*
6 *Guldæ arcus cornei duæ.*
7 *Plura certamina indixere, plures alibi palmas retulere.*
8 *Guldæ Sclopetariorum & Gladiatorum.*

CAPUT XIII.

1 *Antverpienſium candor.*
2 *Hoſpitalitas.*
3 *Studium peregrinandi.*
4 *Studium linguarum.*
5 *Gymnaſia artium prope centum.*
6 *Eorum pars lectior Scholarchæ Cathedrali obnoxia.*
7 *Juventutis varia exercitia.*
8 *Studia humaniorum apud PP. Societatis.*
9 *Bibliotheca publica.*
10 *Summarium encomium Antverpienſium.*

INDEX RERUM.

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

Quadripartita diviſio diſtrictus Antverpienſis.
2 Opus Caſtrenſe ſive juriſdictio ad quæ loca ſe extendat.

CAPUT II.

1 Antverpia ſuburbana.
2 Begginagium porta Cronenburgicæ.
3 Qua ratione ejus loci dominium Senatus acquiſierit.
4 Sacellum S. Willebrordi extra portam S. Georgii.
5 Item Berchem Equeſtris gentis dominium.
6 Item Cænobium Luythagen.
7 Portæ Kipdorpenſis ſuburbanum Borgerhout
8 Portæ Bergenſis Dambrugge.

CAPUT III.

1 Juriſdictio Schalteti Antverpienſis in Comitatum Ryenſem.
2 Diſtinctus tamen Comitatus Ryenſis à Marchia.
3 Etymon nominis Rye.
4 Rye pars olim pagi Teſſendrici, nunc à Teſſendro ſeparatur.

CAPUT IV.

1 Turninum. Etymon nominis
2 Urbs olim, Fredegandus illius Apoſtolus.
3 Corpus ejus inde tranſlatum.
4 Hoc præſidio deſtituta, à Normannis destructa.
5 Turninum Caſtro & Abbatiâ (quæ poſteà tranſlata) inſtructum.
6 Collegiata ejus & duo Cœnobia perierunt.
7 Dos Canonicorum & decimæ ad quos devenerint.
8 Ejus dominium cum 4. aliis acquiſitum Antverpienſibus.
9 Dictorum Dominiorum prætoria.

CAPUT V.

1 Cantecroy Comitatus. Caſtrum à quo ædificatum.
2 Dominium quorum olim fuerit.
3 Ad Granvellanum tandem pervenit, adjunctis aliquot Dominiis.
4 Res ſacra olim Lobienſis Eccleſiæ
5 Nunc eſt Comitum Cantecroyanorum.
6 Pagi dicto Comitatui ſubditi. Eorum antiqua Tribunalia
7 Eorum prætoria & arces.
8 Gentiles familiæ ad quas olim ſpectarunt, & ad quas devolutæ.
9 Fundatio Abbatiæ S. Bernardi à quo & quando.
10 Quæ poſteà tranſlata ad Schaldim
11 Ejus ſumptuoſa ædificia. Anno 1582. incenſa.

CAPUT VI.

1 Herentaldi ſplendor ante annos mille, jam declinavit.
2 Situs ejus intra limites Caſtri Antverpienſis.
3 Marcgravii Antverpienſes quando Herentaldi ſedem fixerint.
4 Herentaldum Ryenſis Provinciæ urbs primaria
5 In hoc tractu patrimonium Regiarum Virginum Gertrudis & Waldetrudis.
6 Herentaldum olim dictum Urbs S. Waldetrudis.
7 Unde Capituli Montenſis aliquale in eam hactenus dominium.
8 Herentaldum Lotharingiæ portio, cujus Dux Advocatus.
9 Civitatis jure & mœnibus donatum & quando.
10 Loci dimenſio. Portæ. Pontes.
11 Calamitates urbi illatæ variis annis à fluvio Netha.
12 Varia privilegia urbi à variis Ducibus conceſſa
13 Ratio formandi Magiſtratus.
14 Contubernia Sagittariorum & Rethorum.
15 Curia vetus incenſa, dein reſtaurata: ejus ornatus.
16 Eccleſia & Chorus
17 In qua erectum Collegium Canonicorum poſteà intercidit.
18 Eccleſiæ perſonatus Capitulo Hoochſtratano incorporatus.
19 Franciſcani quando admiſſi.
20 Templi eorum conſecratio.
21 Begginagium.
22 Monaſterium Horti concluſi B. Mariæ à quibus fundatum.
23 Canonici Regulares ibidem, facti poſteà Præmonſtratenſes.
24 Alii Canonici Regulares ibidem quando fundati titulo Throni Mariani.
25 Gerontocomia 4. & unum puerorum.
26 Herentaldi calamitates ab incendio diverſis annis.
27 Gravis ejus ruina tumultuum Belgicorum tempore.
28 Præſidio militari dein afflictum.
29 Suburbia portis reſpondentia & ſacella.
30 Miraculum S. Euchariſtiæ.
31 Præfectus urbanus quibus pagis etiam extra præſideat.
32 Molla pagus unde ſic dictus.
33 Erat olim peculium Abbatiæ Corbeienſis, nunc

nunc ad alios devenit.
34 Sacella S. Willebrordi & Apolloniæ.
35 BALEN Averbodienſibus donatum.
36 Sacellum S. Thomæ Cantuarienſis. Parœcia.
37 RHETA. Nominis origo.
38 Eccleſia Tongerloënſium eſt: Dominium aliorum.
39 Eccleſia CASTERLE Cameracenſium eſt: Dominium ad alios ſpectat.

CAPUT VII.

1 TONGERLETUM. Etymon nominis.
2 Vicus dependet ab Abbatia Præmonſtratenſi.
3 Quæ Abbatia Seminarium eſt Paſtorum.
4 Cujus tenuia initia quando cœperint.
5 Canonici Diſthemienſes à Tongerloënſibus fundati.
6 Abbates meritis celebriores recenſentur.
7 Series eorum ſucceſſiva.

CAPUT VIII.

1 LYRA. Veteres fabulæ.
2 Villa fuit Gummari, Viri Illuſtris, Enochi in Batavis Domini.
3 Hinc cultus ejus apud Enchuſianos, & ad tumulum Lyræ ſupplicatio.
4 Grimnariæ uxoris Gummari ſævitia.
5 Indigenarum traditio & joculare in malas uxores.
6 Palus in quo Grimnaria demerſa.
7 Palatium Gummari & fons miraculoſus.
8 Qui Oratorium dedicavit in Nivesdonck.
9 Miraculum à Gummaro factum.
10 Locus miraculi Sacello ornatus, quod dein collapſum, reſtauratum.
11 Arboris ferreæ in dicto Sacello inſcriptio.
12 Cingulum S. Gummari.
13 In loco Scadeneyck convenerunt SS. Rumoldus & Gummarus.
14 Ubi Gummarus primùm ſepultus.
15 Poſtea in feretrum elevatur, & viſitatio corporis.
16 Theca inter tumultus Belgicos direpta. Oſſa recollecta
17 Normannorum furorem Gummarus avertit.
18 Campanæ ſponte ſonuere, cujus rei memoria & modo celebratur.
18 Unde Idolorum effigies in Sacello S. Gummari.
20 Lyra quomodo à nomine ledo deductum.
21 Lyra olim municipium cum Monaſterio Canonicorum.
22 Eorum aucto peculio ædificata Eccleſia
23 Ejus turres quando ſtructa.
24 Lyra quando inter Brabantiæ urbes numerata
25 Quâ occaſione foſſis cincta.
26 Varia Lyranis conceſſa Privilegia, inter cætera, ſtapula armentorum.
27 Pomœrium urbis quando dilatatum.
28 Urbis portæ. Cataractæ. Macellum. Molæ fluvitiales quando ſtructæ.
29 Begginarum Curia, dein muris incluſa.
30 Alexiani Lyram evocati ex prima habitatione ad aliam migrarunt.
31 Noſocomium, primò Religioſorum utriuſque ſexus, nunc Virginum tantùm.
32 Xenodochium S. Jacobi
33 Item S. Antonii, & aliud S. Barbaræ pro vetulis mulierculis.
34 Aliud S. Annæ pro egenis conjugatis. A quibus & quando fundata.
35 Inſtitutio Monaſterii Sion quando cœperit.
36 Monaſterium Franciſcanarum nigrarum.
37 Carthuſia elegantis fabricæ. Antverpiâ Lyram quando tranſlata.
38 Nazarenum. Abbatia Ciſtercienſis Virginum.
39 Quando & quo poſteà tranſlata. Incenſa.
40 S. Beatrix prima Antiſtita.
41 Pars lintei ſepulchralis Chriſti ibi aſſervata.
42 Monaſterium Virginum Montis Pacis Bredâ Lyram tranſlatum.
43 Lyra ſubcenſetur Antverpiæ, ejuſque Sculteto.
44 Sed in Bello ſequitur Caſtra Lovanienſium.
45 Ordinum & Nobilium conventus, & Regiæ nuptiæ Lyræ celebratæ.
46 Lyra incendio 1485. deformata.
47 Senatus circa natalitium S. Joan. renovatur.
48 Forma renovationis & præſentationis.
49 Opificum Tribus. Sagittariorum Collegia, & Rhetorum
50 Primas ſæpè palmas reportarunt. Ludos publicos inſtruxerunt.
51 Gymnaſia litterarum Lyræ celeberrima olim.
52 Bellorum injuriâ ceſſarunt.
53 Lyra capta. Spoliata. Rurſus in gravi metu. Quibus hæc annis.
54 Suburbanum Lyrenſe Sacellis & Prætoriis ornatum.

CAPUT IX.

1 SANTHOVIA. Ejus Tribunal privilegiatum
2 Quâ ratione id obtentum.
3 Santhoviæ Prætor, Lyræ nunc jus dicit.
4 Grobbendonca Baronatus Santhoviæ ſubjectus
5 Cujus Dominium per varias familias tranſiit.
6 RANST. Ejus Prætorium. Toparchæ.
7 HALLE. WOMELGEM.
8 WESTMAEL. OISTMAEL. SCHOETEN. VOORSCHOETEN. MERXEM. Prætoria. Toparchæ.
9 DUFFEL Baronatus. Perſonatus Eccleſiæ Tongerloënſium.
10 Dominium ejus & Advocatia quando ad Merodios devenerit.
11 In Duffelæ diſtrictu olim Abbatia Rooſendael, nunc Mechliniam tranſlata.

CAPUT X.

1 GELA Baronatus, & Municipium.

2 S.

INDEX RERUM.

2 *S. Dympna quo tempore eò venerit, & quis tunc loci ſtatus.*
3 *Unde nomen* Gela.
4 *Templum. Nundinæ hebdomadales & annales.*
5 *Curia. Scabini quomodo & unde aſſumantur.*
6 *Gymnaſium litterarum.*
7 Hadscot. *Xenodochium S. Eliſabethæ quando ibidem fundatum.*
8 *Olim Fratrum fuit, nùnc Virginum eſt.*
9 *Locus Martyrii S. Dympnæ.*
10 *Eccleſia ejus honori & tumulo dedicata.*
11 *Collegium Vicariale ibi fundatum, mutatum poſteà in Canonicale.*
12 *Xenodochium pro phreneticis.*
13 *Xenodochium pro pauperibus. Epitaphium Fundatoris.*
14 *Caput S. Herberni & corpus S. Dympnæ in Eccleſia ſervata.*
15 *Miraculum circa Martyrum corpora.*
16 Capremontium. *Ejus Eccleſia. Laniſicum textrinæ.*
17 Angularia Winkelum. *Ejus Gerontocomium.*
18 Oosterlo. *ejus Sacellum. Societas Bombardariorum. Caſtellum.*
19 *Familiæ Toparcharum de* Ooſterlo.
20 Zammalia. *Templum. Sodalitas Armatorum. Cella SS. Dympnæ & Herberni.*
21 Millegem. Belle. *Curiales eorum à Canonicis Gelenſibus pendent.*
22 Larem. Lisel, *habuit olim Begginagium. Loca quædam ignobiliora*
23 *Gelenſis municipii & diſtrictus amplitudo*
24 *Appellatur à ſententia Gelenſium ad Beſſeranos, & à pagis ad Gelenſes.*
25 *Pagi aliquot Præmonſtratenſibus, alii Baroni, alii aliis Dominis obnoxii.*
26 Oelem *Comitatus arce inſtructus cum quibuſdam aliis dati in emphyteuſim Baronibus.*
27 *Donatio quædam Comiti* Megano *facta non videtur effectum ſortita.*
28 Westerloa *peculiaris titulus Baronum.*
29 Westerloæ *Parœcia & arx olim munitiſſima, nunc vallo exarmata.*

CAPUT XI.

1 Hoochstraten *Comitatus.*
2 *Arx ab Hunnis primò ſtructa. A quo reſtituta. Parem vix habuit Belgium.*
3 *Incenſa. Vaſtata.*
4 Hoochſtrati *leges, Scabini, ſigillum ante annum* 1210.
5 *Urbibus quando annumerata, cum titulo Baronatûs.*
6 *Dynaſtæ ejus gentiles* de Kuyck *Cœnobii Corſendoncani fautores.*
7 Joannis Cucani *tumulus & epitaphium Turnhauti.*
8 *Burgum* Gelmen, *ejus veſtigia*
9 *Initia Cleri Hoochſtratani*
10 *Dicti Joannis Cucani munificentia in Hoochſtratanos.*
11 *Dominium* Hoochſtrati *à Cucanis tranſiit ad Borſelanos.*
12 *Ejus Begginagium quando inſtitutum.*
13 *à Borſelanis dominium venit ad Buranos, dein ad Culeburgicos.*
14 *Xenodochium & Sacellum S. Judoci reſtitutum.*
15 *Monaſterium Virginum Urbaniſtarum quando cœperit.*
16 *Ab his fundatio Monaſterii Boxtellani facta.*
17 *Dominium* Hoochſtrati *tranſiit ad Lalanos*
18 *Sub quibus Hoochſtratanorum res promotæ.*
19 *Templum auctum & ornatum*
20 *Collegio Canonicorum inſtructum*
21 *Unde Capitulum Antverpienſe partem habeat in collatione Præbendarum.*
22 *Munificentia Dominæ Hoochſtratanæ in Cœnobium S. Claræ, Sacellum S. Apolloniæ & Begginagium.*
23 *Quæ & Orphanotrophium fundavit.*
24 *Aliud ſimile à Parocho fundatum.*
25 *Platea unde loco eſt nomen reparata.*
26 *Nundinæ hebdomadales, annales, earum Privilegia*
27 *Gildæ duæ. Societas Poëtarum. Sodalitia ſacra.*
28 *Halla panniſicum. Ejus directores.*
29 *Ex Præfectis aliorum opificum eliguntur Jurati.*
30 *Scabinorum duo ſunt Tribunalia qui à Comite conſtituuntur*
31 *Prout & Conſules. Curia. Privilegia Hoochſtratanorum*
32 *Præclari Viri Hoochſtrato oriundi.*
33 *Comitatus Hoochſtratanus à Carolo V. erectus adjunctis aliis Toparchiis*
34 Ryckevorsel. *Ejus Eccleſia. Prætorium. Tribunal.*
35 Wortelen. Mierle.
36 Minderhout. Meer, *Peculia Tongerloënſium.*
37 *Eccleſiæ Hoochſtratanæ ſacerdotalia ornamenta.*
38 *Tumuli Comitum.*
39 *Municipii ædes pulchræ, & plantaria; ſed incendio & armis deformata*
40 *Quercus duæ trunco prodigioſo.*
41 *Enumeratio vicorum tractûs Hooſtratani*
42 *Gentiles* de Wingaerde *ex Germania oriundi*
43 *Quando in Brabantia ſedem fixerint*
44 *Ex iis Prætores Sylvæducenſes & Bredani, piarumque Bredæ fundationum dotatores & fundatores.*
45 *Chiliarchæ. Equites in variis Principum haſtiludiis præſentes.*
46 *Ex his Præpoſitus Leodienſis* Winandus.
47 *Apud Salſinenſes Epitaphium Antiſtitæ ex eadem familia*
48 Hoboken *Baronatus. Ejus Eccleſia Canonicis*

nicis

J. B. GRAMAYE
TAXANDRIA,
IN QUA
ANTIQUITATES
ET DECORA

Regionum 5, Coloniarum 6, Ducatuum 3, Comitatuum 7, Baronatuum 5, Epiſcopatuum 4;

INITIA, INCREMENTA, PRIVILEGIA, ORNAMENTA

Oppidorum 10, Municipiorum 20, Caſtellorum 50, Dominiorum Pagorumque 150;

FUNDATIONES, MONUMENTA, VIRI, RES NOTATU DIGNÆ

Abbatiarum 5, Eccleſiarum Collegiatarum 9, Cœnobiorum 63, Hoſpitalium 50,

Ex Archivis ſingulorum locorum ipſiuſque Authoris peregrinatione collecta.

CENSURA

SENATUS SYLVÆDUCENSIS.

QUartæ Brabantorum Metropolis Hiſtoriam; quo illa conditore orſa, ſitu munita, inſtitutione formata, religione accenſa, fide præclara, artificiis exculta, privilegiis decorata, virtute bellicâ & ſtudio litterario nobilitata excreverit, Clariſſimi Viri J. B. GRAMAYE operâ elaboratam, maximoque labore digeſtam, Annalibus & antiquis Oppidi Territoriique monumentis, & veritati conformem eſſe atteſtatur Magiſtratus Senatusque Sylvæducenſis: quapropter publico ei nomine gratias agit, & hoc teſtimonium Actuarii ſui ſubſcriptione & ſigillo publico muniri juſſit hâc tertiâ Septembris, anno 1609.

Signatum

J. Vanden Velde.

Sereniſſimis Belgarum Principibus

ALBERTO ET ISABELLÆ

MONARCHARUM,

IMPERATORUM, REGUM

POSTERIS,

ET PER EOS

DUCATUUM

CAMPANIÆ, MOSELANDIÆ, SICAMBRIÆ;

COMITATUUM

PELANDIÆ, TAXANDRIÆ, TISTERBANTII, CUCIÆ;

REGIONUM

AMBIVARITICÆ, PEMANICÆ, TAXANDRICÆ

ET ALIARUM;

COLONIARUM

CYMBRIÆ, ROMANÆ, SALICÆ ET ALIARUM;

REGULIS, DYNASTIS,

POSSESSORIBUS, HÆREDIBUS,

OFFERT J. B. GRAMAYE

Volumen hoc ANTIQUITATUM & ſolennia verba,
Velut è ſtreniæ luco verbenas,

Anno hoc ineunte decimo ſupra ſæcularem ſextum decimum.

JUBE DEUS, FAVETE SUPERI,

UT MAGNIS BELGARUM PRINCIPIBUS,

PATRIÆ PATRIBUS

ALBERTO ET ISABELLÆ,

ANNUS HIC DECIMUS LENITER FLUAT,

ET DECIES DECIMUS TALIS REDEAT,

ET TER ET TER BEATIOR REDEAT,

QUOD UNUM IN VOTIS EST OMNIUM,

QUIBUS PAX, FELICITAS ET BONUM EST CORDI.

NOBILES, ORNATISSIMI,

PRUDENTISSIMI

REIPUBLICÆ SYLVÆDUCENSIS

MODERATORES.

EFellit deſideria multorum magìs ſerò (ſed non fraudi fuit, quia magìs ſeriò) evulgata noſtra Taxandria. Seriò dixi, quod prudentiæ & humanitatis veſtræ munus eſt, qui impendio & labore maximis, diligentiâ & fide optimis rudem & indigeſtam archivi veſtri molem mecum excuſſiſtis, & quæ ad animandum Hiſtoriæ noſtræ corpus facere videbantur, elegiſtis, communicaſtis, recognoviſtis, quæ velut illuni nocte ſidus, ubi lux virtutum ad fatalem quaſi veſperam declinare, & priſtinus ſplendor lethæo rore gravis flacceſſere incipit, ſui luminis velut Numinis quodam adminiculo tenebras ignorantiæ, caliginem inſcitiæ, injurias oblivionis ſolet vindicare. Et velut lampadis nocturnæ potior vita debetur fomiti, ita hujus Scripti gratia Vobis, qui nobiliſſimæ Civitatis decora tot nationum votis expetita litteris mandare, neglectas incuriâ Majorum (qui virtute contenti, extra & ſupra eam nihil mecirum aut mercedis ambiebant) res togâ ſagoque patratas lucem aſpicere paſſi eſtis: lucem intelligo, quæ ab Hiſtoria non tam datur quàm propagatur. Quamvis enim rerum fortiter & benè geſtarum fama lateri quàm latere magis ſoleat, & pleno ore velut die videri; tamen ſuccedentibus diei coſmico naturalibus tenebris, temporum intervalla & locorum ſejunctio etiam fortiſſimorum acta paulatim obſcurat & ſepelit injurioſo quodam oblivio. Cui rerum humanarum diſpendio obviam ituri Majores heroïca facinora chartaceis vinculis in carcere hiſtorico compingentes, velut æternitati conſecrabant, non ita deinceps aut ſaltem non ita temerè evolatura. Perennitatem illam non equidem arrogo; ſed merentur Sylvæducenſium res, quod ut amplius ſciant omnes qui ſciunt, Antiquitates Urbis in publicum do, idque ſub Ampliſſimo Nominis veſtri Patrocinio. Veſtrum erit *Inclytæ Reip. Patres*, qui collatis ad Acta publica & Principum Reſcripta hujus Opuſculi fœdis, diligentiæ & veritatis mihi teſtes fuiſtis, obſequii mei officiique teſtimonium cum hoc papyraceo munere dignanter accipere, & habere in veſtris

Ampliſſimi Reipublicæ Sylvæducenſis Moderatores,

Unum vel maximè

J. B. GRAMAYE,

Qui hæc mittit Calendis Septembribus M. DC. X.

INDEX SAN-

INDEX SANCTORUM

In locis Territorii Taxandriæ celebrium.

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

A

Apoſtolus Andreas 9. 2.
Agnes 9. 2. 10. 1. 27. 1.
Anthonius. 10. 1. 11. 1. 12. 1. 19. 2. 22. 2. 24. 2. 26. 1. 27. 1. 29. 1.
Anna. 10. 1. 16. 2. 17. 1. 25. 1
Agatha. 22. 2.

B

Barbara. 10. 1. 11. 2. 17. 1. 27. 1.
Brigitta. 16. 2. 22. 1. 27. 1.

C

Catharina. 5. 1. 9. 1. 26. 2. 27. 1. 34. 2.
Cornelius. 11. 2.
Cecilia. 26. 2.

D

Dominicus. 8. 2.
Dionyſius. 36. 1.

E

Elizabeth. 10. 1. 37. 1.
Eligius. 10. 1. & 2.

F

Franciſcus. 8. 1.

G

Gertrudis. 10. 1.
Georgius. 10. 1. 25. 1. 29. 2.
Guilgefortis. 29. 1.
Gondulphus. 26. 2.
Genoveva. 21. 1.

H

Hubertus. 33. 2.
Hilvaris. 36. 2.

I

Ioannes. 5. 1. & 2. 22. 2. 25. 2. 27. 1. 35. 2 36. 1. 37. 1.
Jacobus. 5. 1. 11. 2. 17. 1.

L

Lambertus. 22. 1. 26. 1. 34. 2. 35. 2.
Lucia. 21. 2. 27. 1.

M

Magdalena. 10. 1.
Maria. 5. 1. 7. 1. & 2. 16. 2. 20. 1. 22. 1. 24. 2. 26. 1. & 2. 27. 1. 29. 1. 31. 2. 34. 2. 35. 1.
Martinus. 22. 2. 27. 1. 29. 2.
Monulphus. 26. 2.
Michael. 35. 2.

N

Nicolaus. 26. 2.

O

Odulphus. 24. 1. & 2.
Oldrada. 33. 2.
Oda. 19. 1.

P

Pancratius. 27. 1. 36. 1.
Petrus. 22. 2. 29. 1.
Paulus. 5. 1.

S

Severinus. 27. 1.
Sophia. 17. 1.

T

Trudo. 33. 2.

W

Willibrordus. 21. 1. 26. 1. 27. 1. & 2. 29. 1. 31. 2. 34. 2. 38. 1

INDEX LOCORUM

Quæ in Antiquitatibus Taxandriæ illuſtrantur.

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

REGIONES.

Ambivaritorum. 19. 1.
Peemanorum. 19. 1.
Taxandrorum. 18. 2.
Tongrorum. 19. 1.
Menapiorum. *parte* 2.

COLONIÆ.

Cymbrica. 23. 1.
Romana. 20. 1. 23. 2. 36. 1.
Attuariorum. 19. 1.
Sicambrorum. 19. 1.
Barbarorum.
Tongrorum. 21. 1.

DUCATUS.

Campinia. 23. 2.
Moſælandia. 31. 2.
Sicambria. *parte* 2.

COMITATUS.

Peelandia. 19. 1.
Rodenſis. 19. 1.

Taxandria. 19. 1.
Campinia. 23. 2.
Tiſterbantium. *parte* 2.
Cuyka. *parte* 2.
Megenum. *parte* 2.

URBES.

Sylvaducis. 1.
Oſs. 31. 2.
Roda. 19. 1.
Loemel. 28. 1.
Helmont. *parte* 2.
Eyndoven. *parte* 2.
Graeve. *parte* 2.
Meghen. *parte* 2.
Raveſteyn. *parte* 2.
Heuſden. *parte* 2.

EPISCOPATUS.

Leodienſis. *parte* 2.
Trajectenſis. *parte* 2.
Sylvæducenſis. *parte* 2.

Ruremundenſis. *parte* 2.

COLLEGIATÆ.

Sylvæducis. 5. 1.
Becæ. 36. 2.
Rodæ. 19. 1.
Oirſchoti. 24. 2.
Boxteliæ. 37. 2.
Heuſdini. *parte* 2.
Graviæ. *parte* 2.
Eyndoviæ. *parte* 2.

ABBATIÆ.

Berne. 7. 1.
Heesbeen. 7. 2.
Corona Mariæ. 7. 2.
Binderen. *parte* 2.

COMMENDARIÆ.

Gemert. 22. 1.
Templi. 20. 1.
Vucht. 38. 1.

INDEX

Cœnobiorum, Hoſpitalium & id genus piorum locorum, quæ ſub Taxandria.

Prior numerus paginam, poſterior columnam notat.

Præpoſituræ D. Benedicti.

CRiſpinienſis	33 1
Trudonenſis.	33 2
Epternacenſis.	31 2

Prioratus Carthuſianorum.

IN Vucht.	17 1
In Ollandt.	19 2
Guilielmitarum.	9 2

Ciſtercienſes Prioratus.

IN Heuſden.	7 2
Ter Donck.	8 1
In Heesbeen.	7 2

Præmonſtratenſes Præpoſituræ.

MIersbergh.	7 2
Monickworden.	7 2
Worcum.	7 2
Poſtel.	39 1
Lyshout.	21 1
Keſſel.	*parte* 2

Cœnobia Regulæ S. Auguſtini.

S Geertruyden.	10 1
. Bethanien.	10 1
Nazareth.	10 1
Barbarendael.	17 1
Eyckendonck.	17 1
Dominicani.	8 2
Marienwater.	16 2
Annenburgh.	16 2
Dominicanæ.	10 2
Brigittini.	9 2
Ter Haegen.	10 1
Gregoriani.	9 1
Hoeydonck.	21 1
Zoeterbeeck.	21 1
Dumus.	29 2
Waelwyck.	37 1
Helmont.	*part.* 2
Heuſden.	*part.* 2
Grave.	*part.* 2

Franciſcana Cœnobia.

AGnetendael.	27 1
Marienborgh.	9 2
Tolbrugghe.	10 1
Clariſſæ.	10 1
Eliſabethendael.	37 1
Papenhulſt.	10 1
Marienborch.	9 1
Obſervantes.	8 1
Bogardi.	9 1
Alexiani.	9 1
Ommelen.	22 1
Urbaniſtæ.	10 1
Magdalenæ.	10 1
In Ooſterwyck.	34 2
Dommelen.	27 1
Cruysbroeders.	9 1
Fratres.	9 1
Acchelen.	*part.* 2
Helmont.	*part.* 2
Eindoven.	*part.* 2
Heuſden.	*part.* 2
Grave.	*part.* 2

Beginagia & communis aut liberæ vitæ Collegia.

BEgynhoff.	9 2
Suſteren van Orten.	9 2
Cellebroeders.	9 1
Groot-Gaſthuys.	10 2
Pandocheum paupertati Civium levandæ.	10 2
Weeſenhuys.	10 2
Vundelinghuys.	10 2
Bonenſanten.	10 2
Sinneloos-huys.	10 2
Hierocomium pro Elephantiaſi laborantibus.	10 2
Varia Collegia tam virorum quàm mulierum cum ſenio & paupertate luctantium.	11 1 & 2

INDEX FA-

INDEX FAMILIARUM

De quibus mentio in Antiquitatibus Taxandricis.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam notat.

A

Achelen *ab* 15.1. 32.2
Amelroye 19. 2
Amſtel *van* 32. 2
Angelis *ab* 38.2
Arenbergh 33. 1
Arkel *de* 10.2

B

Back 21.2. 27.2
Baerle 8.2. 15.1
Balduini 27.2
Balenus 40. 2
Barna *de* 7. 1
Barvitius 15.1
Baſilea *de* 9.2
Baſſigny 21.1 37.1
Becanus 36. 2
Becka *à* 15.1
Beeca *à* 15.1
Beeck 21.2
Berchem *van* 32.2
Berckel 11.2. 20. 1. 21.1 32.2
Berge 32.2
Berghe *vanden* 27. 2
Berlaer 24.1
Berwotius 11. 1
Betz *de* 35.1
Bevere 34. 1
Blaſerus 21.2
Blehaing *van* 40.1
Blockem 40.1
Bloomans 37.2
Blooyman 15.1. 38.2
Boerthen 40.1
Boot 25.1
Borchgrave 26.1
Bouſſiez 21.2
Boxtel 8.2 24.2
Brant 11.2. 21.2
Brecht 31.2. 40.2
Brederode 22.1. 34.1.37 1
Bredin 33.1
Brevoirt 38.2
Briaulté *de* 38. 2
Broeck *vanden* 11. 2
Brouhuyſen 32.2
Brugelius 15.1
Bruninx 27.1
Buc *de* 10.2. 17.1
Buck 15.1
Buſch 15. 1
Buſco *à* 15.1
Buyl 39. 1 40.1
Byrincx 26. 2

C

Campis *de* 9. 1
Campo *à* 22.2
Caters 12.1
Cluys 27.1. 29.1
Cnyf 5. 2
Coenerix 15.1
Coeſens 24. 2
Colibrant 40.2
Colle *de* 8.2
Cortebach 24. 1
Coudenborch 15. 1
Coudenhoven 21. 2
Coverincx 19.2. 31.2
Cox 27.2
Crabbeels 5.1
Craendonck 29.2
Cranendonck 32.2
Croonenburch 7.2
Croyer 11. 2
Cuyck 22.2

D

Daemen 21.2
Decker 20.2
Deeſtraten 35. 1
Deems 15. 1
Dickbier 21.2
Dilenus 15.2
Dinterus 33.1
Dobbelſteyn 20.1
Doren 35.1
Driel 10. 2
Dunçanus 33.2

E

Eckart 11. 1
Egmont 22. 2
Elſt *vander* 37. 2
Emen 35. 1
Enkevort 15.1. 21. 2
Erps 20. 2
Es *van* 24.1. 26.2. 27.2
Eſſch 35.1
Ewerſwin 38.2. 40.2
Eyck 20. 2. 21. 1. 26. 1. 39.1. 40. 1

F

Fine *à* 21.2
Fladeraccus 25. 1
Fumale *de* 40.1

G

Gemert *van* 32. 2
Gerwen *van* 20.1
Ghiſſen 35. 1
Ghyſen 35. 1
Giſtel 24.2
Goch *de* 7.2. 8. 1
Gorichem 8. 1
Goropius 36.2
Gorys 26.2
Gracht *vander* 9. 2
Gravia 8. 2
Grevenbroeck 21.2. 24.2
Grimbergis *à* 15. 1
Grobbendonck 35.1.38.2
Groters 35. 1
Gyſelen 15. 1

H

Haeſtrecht 37.1
Halmale 20. 1
Halvermylen 26. 2
Hambeke 11.1
Hanenbergh 15. 1
Hangravius 28. 2
Haſius 15. 1
Haventius 15.1. 17.2
Heesbeen 32.2
Heeren 11. 2
Hemertius 15. 1. 21.1
Herlaer 17.2
Heuvel *vanden* 11. 2
Heyms 11.2
Hezius 22.2. 31.2
Hodomont 40. 1
Hols 38. 2
Holtdorp 22.1
Horne 10. 1. 22. 1. & 2. 29.1. 33.2. 34.2. 37.1
Hovius 28.2
Houſſie *del* 40. 1
Hozius 40.1
Huberti 28.2
Hulſeman 23.2

I

Jentſemael 17.2
Immerſeel 32.2. 36. 1. 38.2

K

Kerkum *van* 32. 2
Keyts 11.2
Koens 28.2

Lam-

INDEX FAMILIARUM.

L

Lamberti 40. 2
Lanen *vander* 22. 1
Langel *de* 8. 1
Leeſdael 37. 1
Leeu *de* 17. 2
Leytenſoen 17. 1
Lochem 8. 2
Loeff 40. 2
Loen *de* 17. 2
Loff 15. 1
Lombaerts 35. 1
Lonæus 15. 1
Louwius 15. 2. 19. 1
Loyer 11. 2
Lyropius 19. 1

M

Macropedius 9. 1. 15. 1. 22. 1
Maliſſem *de* 7. 2. 36. 1
Marinus 15. 1
Marthini 7. 2
Maſius 5. 1
Meelmans 11. 1
Megem 33. 1
Mennius 5. 2
Merhem 37. 1
Merode 19. 2. 24. 1. &2. 25. 1. 36. 2
Metſius 5. 1
Meynſel 11. 1
Mierde *de* 5. 1
Mierloo 8. 2. 15. 1
Mommine *de* 37. 2
Monen 35. 1
Monninck 9. 1
Montfort 19. 1
Monyns 11. 1
Mutzaert 15. 1
Myerde *de* 11. 1
Mynſchot 12. 1

N

Nagelmaker 27. 2
Nemius 15. 2
Nenius 15. 1
Nopperus 15. 1

O

Odart 24. 2
Oeckel *de* 11. 2
Oiſterhout 8. 2
Ooms 11. 2
Ooſterwyck 5. 2. 8. 2. 11. 1
Oppem 32. 2
Orpio *de* 39. 2
Orthenius 15. 1
Oſs *van* 32. 2
Otto 15. 2
Oudaert 20. 1
Ouden *de* 11. 2
Outelaer 20. 1

P

Paludanus 11. 1
Pannicida 5. 2
Payman 15. 1
Pelgrom 5. 2. 15. 1
Permetani 29. 1
Peterſem 21. 2
Perweys 40. 1
Poll *van* 32. 2
Ponto *de* 8. 2
Prato *de* 9. 2
Provincx *de* 35. 1
Prouveur 24. 1

Q

Quayen 15. 1

R

Ranſt 37. 1
Raſonis 15. 1
Raveſteyn 34. 1
Reez 40. 2
Ribemont 40. 1
Richardus 15. 1
Ried *de* 7. 2
Rikel 17. 1. &2. 19. 2
Rithovius 15. 1
Riviere *de la* 34. 1
Roeſen 28. 2
Rooſemont 15. 1
Roſæus 25. 1
Roſeval 8. 1
Rotſelaer 7. 2. 32. 2
Rovere 19. 1
Rubempre 21. 2

S

Saventhem 8. 2
Schetz 24. 1
Schilders 11. 2
Schoonvorſt 9. 2. 29. 2
Schoot 26. 2
Scoreels 6. 2
Sgrooten 35. 2
Siareus 24. 2
Simonaert 40. 1
Slootanus 15. 1. 33. 2. 40. 2
Sluyſen *vander* 7. 1
Soerendonc 6. 2
Soetendonc 15. 1
Sole *de* 8. 2
Sonick *van* 24. 2
Sonnius 5. 1. 9. 1. 15. 1. 21. 1
Spierinck 7. 2
Sprenger 8. 2
Spronck 11. 1
Spyckers 11. 2
Stakenborgh 39. 2
Stakenbrouck 19. 1
Stamelaert 31. 2
Steegen *vander* 15. 1
Stryp 40. 1
Swaef 21. 2
Sylvius 15. 2

T

Thomæ 40. 1
Tielmans 8. 2
Torrentius 15. 2
Turnhout *de* 39. 2

V

Uden 10. 2. 31. 2
Veen *van* 34. 1. 35. 1
Veldingen 15. 1
Velt *de* 8. 1
Venius 15. 1
Vercuilen 7. 2. 15. 1
Verepæus 15. 1. 36. 2
Verlenius 15. 1
Vertaing 21. 2
Veſſem 7. 2. 15. 1
Vladdrac 3. 2. 15. 1 &2. 19. 1. 32. 2. 33. 2. 35. 1.
Vlemincx 27. 1
Vliemen 7. 2
Vlierden 10. 1. 19. 1. 21. 1 &2. 24. 1
Unckel *van* 35. 1
Vride *de* 17. 2
Vucht 24. 1

W

Wale *de* 38. 2
Walſchaert 35. 1
Warouzeel 40. 1
Water *vande* 17. 2. 19. 2
Weerdt *de* 11. 2
Weerthuſius 15. 1
Wellemans 11. 2
Weſemael 32. 2
Weſſem *de* 11. 2
Wile *vanden* 11. 2
Wiſſe *de* 7. 2
Witenhorſt 21. 1
Wtwyck 39. 1
Wynants 26. 2
Zeger *de* 20. 1
Zellius 15. 1
Zulichem 5. 2

TAXAN-



TAXANDRIA

CAPITULUM PRIMUM.

Nomen Urbis, ſitus, & loci quo condita genium.

QUartam in Brabantiæ quadriga rotam, radiis quaquaverſum ſuis inſtructuro, à nomine opus fuit auſpicari, ne quis laudis, lucis, honorum curioſus in *Orteno* ſordes, in *Sylva* tenebras, in *Vuchta* ignominiam ſomniet. Divæus etenim è divite Belgicarum Antiquitatum pænu depromit: *Sylvam Ducis Campiniæ Urbem primariam, ab Godefrido Duce ſtructam, dictamque* ORTHEN, *quod hodieque ſervet nomen in ſuburbio* Cœnobium.

Ita planè non Cœnobium tantùm, ſed & ager finitimus nuncupatur, vocabulo nonnihil adulterato, pro quo Schædæ veteres conſtanter *Ortdunum* legunt, & optimè etymo ad veterem loci genium appoſito: utì enim *Oort* limitem, ſive angulum, *Dunen* tumulos arenaceos, maris & ventorũ conſpiratione acervatos dici, omnes norunt, qui Brabanticam; ita frequentes ejuſmodi in Territorio Campinienſi viderunt, qui id viderunt. Magis ſpeciatim hiſtoria Chronico Trudonenſi præfixa, pro Auctore vetuſtatem habens: *In Taxandriæ*, inquit, *finibus nemus eſt, ab Imperatoribus olim Eccleſiæ Trajectenſi donatum, cujus Advocatiam longo tempore obtinuerunt Comites Gelriæ, qui eam Amicis ſuis dederunt, ipſique villam Vucht Henrico Duci Lotharingiæ vendiderunt, qui in aggere de Ort urbem ſtruxit, quæ nunc eſt Sylvaducis.* Hæc ille. Ego donationem hanc & advocatiam alteri loco reſervans, quod de *Vuchta* dicitur, non planè rejecerim, inveniens vicum Sylvæducis ſuburbanum, eâdem appellatione, & traditionem Juliacenſium conformiter aſſerentem, à quatuor ferè ſeculorum decurſu: *Joannem & Walterum Milites de Vucht, è Maeſlandia oriundos urbem ſui cognominis, contra Falcoburgenſium incurſiones muniviſſe & mœniviſſe.* Ex ſupradictis provenit, cur antiquitus Urbs dicta (Principum reſcriptis fidem facientibus) primò *Civitas de Ortduno*, tum *nova civitas apud Ortdunum, quæ Sylva dicitur:* Incolæ autem *homines* de nova civitate, apud *Sylvam*, aut prout adhuc anno 1371. ſigillum præferebat *Burgenſes Ducis in Buſco.* Unde non immeritò quis colligat, urbem licèt in paluſtri, & aquis obnoxio, ut apparet, conditam; ob vicinam tamen, editioribus locis & aggeribus Ortdunio, Hinthamico, Petlarico, Vuchtenſi *Sylvam* nomen induiſſe, quo ab aliis *Buſcus* ſive *Buſcum*, ab aliis *Sylva-Ducis*, ab aliquo *Duceſylvia* intitulatur: niſi fortè has voces interpreteris (prout & Græcum Bosky) quamvis ſolitudinem, etiam arboribus deſtitutam. Ne autem quis in noſtrate hiſtoria peregrinus, ad teſtes me vocet dictorum, noverit priora illa ex Archivis oppidi, & diplomatibus annorum 1206. 1260. 1304. & 1371 petita, & recentiora hæc omnibus obvia citra controverſiam eſſe. Ita enim in diſtichis Hamconius ludit: ita Moræus in meis Epigrammatis:

OORTDUYNEN.

VUCHT BY DEN BOSCH.

VUCHT BY GANGEL.

Sylva Ducis Ducis eſt, non eſt tua Batave, cede:
Aut Ducis iratas experiere manus.
Urbs ſum, Buſcus eram, ſtructore & nomine magnis
Glorior, egregii fabrica prima Ducis,
Qui Buſco buſto præclaram ſtruxerat Urbem,
Deque ſuo dederat, nomine nomen ei.
Sed graviter Diana ferens, urbique minata
Excidium, traxit in ſua vota Jovem.
Qui ſic definit: Buſcus *fuit? ergò manebit.*
Sed Ducis eſt? & erit. Sylva *ſit ergò* Ducis
Buſcoducenſe ſolum, diteſque paludibus agri.

Et Sedulius.

Ad extremum P. Nannius Lovanii Profeſſor ſic acutè:

Cur extra Sylvam ſita ſit Duceſylvia *dicta,*
Quæritis? In promptu tertia cauſa mihi eſt.
Et quia muſarum nutrix, ſuperum quia cultrix,
Et quia Sylva fuit, & quia grata Duci.

A Et

Et ominis inſtar, ſolam hanc è Brabantiæ & plurium Provinciarum urbibus quodam quaſi privilegio à *Duce* nominis communionem ſervare, arcano fidelitatis, quâ inter primas ſe probavit olim præſagio, nunc indicio. Invenies quidem *Parcum*, *Vallem*, *Inſulam Ducis*, ſed Cœnobia: invenies *Furam*, *Rupem Ducis*, ſed caſtella: urbem nullam ſi hanc ſuſtuleris. In quo finio, alia ejus cognomenta, quæ ſunt virtutum potius tituli & præconia, iſti loco ſervans, ubi earum tractatio erit.

CAPITULUM II.

Urbs à quo & quando condita.

Inciſa Sylva eſt, non exciſa.
Sulcus ducatur aratro,
Boſque ſuâ cum matre novum deſcribere vallum
Incipiat

ET quidem ut prætercam, quæ *Vuchtenſis Villa Ortenſis* Caſtri inveſtigatione conjecturis præeuntibus poſſent aut moneri aut moveri, à verſu ordiar trito, qui litteris numerorum Latinorum ſimiis annum conditæ Sylvæducis exprimit hoc modo:

GODEFRIDVS DVX E SILVA FECIT OPPIDVM.

Annus autem eſt 1184. ut non immeritò erroris arguatur, qui pro *è* legentes *ex*, denarium ſuperiori chronico addunt. Godefridus porrò Lotharingiæ Dux eſt non ſecundus eo nomine (ut putat Louwius ad caput 57. Militiæ Sacræ Molani) ſed tertius quem *in cunis* vocant hiſtoriæ, eo quòd in prælio Grimbergenſi re Brabantorum in ſummum deductâ diſcrimen, exemplo Guropii Regis Macedonum, infantem ſalici appenſum, in cunis ante aciem conſtituerint: feruntque ad memoriam ſalicis & victoriæ tum partæ, Duci adulto placitum urbem extruere, nec inventum alibi oportuniorem locum, nemore apud *Ortdunum*, cujus vicinia ſi muniretur, & pacis tempore nundinationibus receptaculum, & belli contra Batavos Gelroſque propugnaculum erat futurum.

Godefridus in de Wyge,

Ductum itaque vallum circa aggerem *Ortdunium*, quo advenæ Batavi, & accolæ Rheni, Wahalis, Moſæ fluminum, ut maximorum ita proximorum, antè ſolent commeare, merceſque exponere, diverſoriis ad hoc extructis, ut minore vecturarum ſumptu ad nundinas transferrent. Factum anno 1185. hortatu Henrici filii Godefridi Ducis, quem ob id Urbis authorem nonnemo profitetur. Vallum quod dixi, foſſæque anno 1196. perfectæ, & ob id hunc annum conditæ urbis annotat Divæus, ſed quominus muri & munimenta alia eodem tenore ducerentur, Batavi & Heuſdani obſtitêre, ferro flammaque novorum hoſpitum conatus interturbaturi. Duravit aliquandiu hæc calamitas, plurimis ſolum vertere, aliis ab incepto deſiſtere compulſis, donec Tripolis Brabantiæ non obiter conſiderans quanti hæc Urbs in limite Boreali excubans momenti futura erat, ad muniendum firmandumque, auxiliariis affuerunt. Forma Opidi rotunda, muris cincta, portiſque tribus, à totidem urbibus exornata. Quarum *Lovanienſis* circa forum, ut nunc ſunt res, verſus magnum hoſpitale, ſupereſt adhuc, & carceribus publicis ſubſervit.

Lovensche poorte.

Bruxellenſis, S. Crucis nomen ob vicinam ædiculam (quę nunc in Divæ Gertrudis Cœnobium tranſiit) referebat. *Antwerpienſis ad Vicum Apri* ſita tutelaris Antwerpienſium *D. Mariæ* nomine dicebatur. Murorum reliquiæ viſuntur, circa forum piſcarium, inter pontem telonii, & forum, & retrò antiquam Curiam. His munimentis fidenter Urbs & hoſti reſiſtere, & incolas ſine fortunarum periculo admittere poterat: unde plurimis, ut fit, advolantibus, proximo ſeculo opus fuit urbis pomæria extendere, quod factum anno 1318. à porta S. Crucis, ad finem plateæ Vuchtiæ aduſque Ortdunum, indeque ad portam Pineam, & eandem S. Crucis, concluſæque hoc ambitu via Hinthamica & Vuchtia, hæc Judæorum antè ab inhabitantibus nuncupata. Et quamvis extent hac de re, tam Ducis quàm Scabinorum litteræ ad annum 1318. datæ, tamen certò conſtat, & antè vallo ſepta fuiſſe variis locis hæc ſuburbia, & non uno poſt anno muros adjectos, adeòque anni 1351. & 52. extant litteræ cedentium certa in confinio Oppidi prædia cum onere parandi reparandique muros. Ad extremum producti iterum fines exemplo Antwerpienſium, & aliorum, adjectæque ſibi invicem ex diametro oppoſitæ partes: evocatis ex quatuor agri Sylvæducenſis partibus foſſorum 5800. per litteras anni 1453. licèt demum ſequentis ſeculi anno 14. Hinthamenſis, & biennio poſt Vuchtenſis fines legantur muro latericio circundati. Hinc verſus Andoverpos inter Meridiem & Occidentem, inde versùs Gravios, inter Aquilonem & Orientem: ita ut nunc longè aliam à primitiva formam ſervans, triquetra potius, tribus in longum ſpatiis excurreiis videatur, tanto gyro ut vix ſeſquihoræ ſpatio expeditus pedes circumeat: muros firmitate ſuâ & ſeptem propugnacula habens, foſſas altitudine & latitudine eximiis Dommelæ & Aadæ fluviorum allapſu. Portus portaſque totidem aperire ſolet, antequam hoſtis in vicino metus ſuaſit aliquas occludere. Erant autem hæ: *Vuchtenſis* verſus Antwerpiam, antè *Picardorum* dicta, non quod litro à Picardis captivis exſoluto extructa ſit, ſed quòd per eam tempore belli Gelrici Picardorum cohors ingreſſa ejectaque ſit; opere eſt eleganti, foſſaque, & duobus pontibus ſubliciis, à vallo murorum diſcreta, de qua jactari ſolet tot feneſtellas baliſtarias habere, ut numerum dierum anni excedant. Altera *Ortenſis* Bomeliam tendentibus ſervire conſuevit. Tertia ad Graviam, à Suburbano *Hinthamenſis*, quo loco prius fuit, ruinæ monſtrantur; anno 1599. tranſlata duobus à muro pontibus ſejungitur. Quarta adaqua-

Cruys poorte.
Lieve Vrouwe poorte.
Vuchter-straet.
Hinthamer-eyndt.
Vuchtereyndt.
Platteforme.
Picker poort.
Schiet gaten.

Coiy poort. quationibus patere ſolita à vaccis nuncupari, aut etiam à tutelari Divo Joanne Heuſdinum ducit. Quinta ab ædicula Divi Anthonii, aut vico Dyck poort. Dunguno, quo dirigitur, appellata inter fluvios oportuna Helmondam, Endoviamque venientibus, tempore obſidionis à Gulielmo Naſſovio, crebris tormentorum ictibus diruta. Fuerunt & aliæ duæ dictę aggeris, initio turbarum clauſæ.

CAPITULUM III.

Urbis Deſcriptio.

POſt ortum, ornatum meæ ſpartæ explicaturus omitto molas ventilares in valle 14, Het Vliersat. aquaticam unam pronuper rivulo injectam: taceo aquæductus canaleſque etiam navium feraces, plurimos, ita ut lapidei in urbe pontes quinquaginta & unus publici, privati 86. lignei 38. Boim poort. numerentur: diſſimulo portam à Septentrione navium ſtatione commodiſſimam, Batavicarum imprimis, loco, non ab arboribus, ſed à carinis navium dicto, vel potius quia inter geminas turres lapideas invicem oppoſitas, Dyſsâ interfluente, præter valvas trabales ferro obductas & acuminatas, percluditur longiſſimâ ponto nauticâ (Boym ſeu Maſtboym vocant) ferreo apice præmunitâ.

Hoc tantùm adjici intereſt, anno 1448. alveum Diſſæ fluminis rectâ derivatum ab urbe verſus pagum de Engelen, per juſtæ latitudinis foſſam, cùm ante flumen longo meatu urbem partim interlaberetur, partim per pontem juxta aggerem Ortdunium, ſe verſus Moſam exoneraret. Itemque auxilio Ducis Cives aggerem Moſæ objectum Caſtello Hemertenſi transfodiſſe, unde tum prius neceſſarium eſſet navigantibus antiquò Moſa ad telonium Heſdin appellere: nunc eo neglecto rectâ per vicum Hedichuſinum in Batavos navigatur, Joanne Hemertio & Jodoco filio equitibus anno 1481. 23. Aprilis in hanc rem conſentientibus. Extant in Archivis litterę & rationes erectæ in foro piſcario molis, ad in & efferendas quantivis ponderis ſarcinas, cui ſuperimpoſita gravis ſtatua nomen fecit, niſi fortè à figura ſuperioris cariculæ id vocabuli repertum, quod vult Divæus. Inter opera etiam urbis primas ſibi vendicant turres ædis primariæ, quarum illa ad annum 1526. extructa Joanne Popelio operis præfecto, quatuor impoſita columnis medio pteromate ædis Divi Joannis eâ altitudine ambulacris 4. & ubi craſſities ejus in faſtigium incipit acuminari, ſpecularibus hinc inde feneſtris latiſſimum oculo campum, 5. Provinciarum urbes, & ipſam immo Antwerpiam repræſentantibus. Quæ fulminis impetu anno 1584. pervigilio D. Jacobi corruit, una cum altera lapidea ingentis ponderis, ut & æs campanum, & eleganti artificio horologium cum præambulo muſico, 18. campanarum, & quatuor indicibus, authore Petro de Zoerendonck: utraque tamen, ſed non in ſplendorem priſtinum turris reſtituta eſt. Libet, ut ſolemnitates noſtratum, & officia majoris campanę quam Banalem vocant, exteris innoteſcant, Ban-clock. & innoteſcat unà morem iſtum jam inde receptum, adſcribere duarum in hac turri campanarum inſcriptiones.

Prioris ad 11000. librarum accedentis hæc erat:

M. C. quater, ſexto decies annoque ſecundo,
Civis Agrippinus me fudit Moor Gobelinus.
Nuncupor ut fert res, Evangeliſta Joannes.
Ex miris rebus pulſor, feſtiſque diebus,
Fulgura, ne populis noceant aut ædibus altis,
Arceo, dæmonibus obvia ſæpe ſono.
Nuntio plectendos pravos, igneſque tuendos,
Gentem turbari, vel in hoſtes arma parari,
Brabantumque Ducem ſuſtinuiſſe necem.
Iſtius Eccleſiæ prætello tympana quaque,
Quin major ac urbis defenſor Buſcoducenſis,
Chriſti virtute qua protegor atque Mariæ.

Alterius ponderis ſeptem millium epigraphe talis:

Anno milleno, C quater, bis quoque quarto,
Buſco ſum nata, cui ſervio Grimma *vocata,*
Nomine ſum Grimma, *ſeu* Margareta *vocata,*
Terreo latrones, prænuntio ſeditiones,
Bellis armari iubeo, flammaſque fugari.
Qui me fundebat Wilhelmus nomen habebat,
De Vechel natus, hâc qui fuit arte probatus.

Nunc harum liquefactarum, ut dixi, vicem ſubit inſignis pondere 14325. cujus clangor ad quatuor millia paſſuum commodè audiri poſſit. Nec omittendum Ducis Brabantiæ Palatium, s'Heeren huys ubi nunc Franciſcani: nec tacenda Curia turri & horologio artificioſoque horarum indice exornata, in quo duo equites cataſracti lanceis concurrunt, aliis duobus velut arbitris aſtantibus, qui tanquam opem laturi, equos incitare, & lanceas vibrare conſpiciuntur, quoties hora inſonat, jucundo externis ſpectaculo. Forum hæc ſpectat pulcherrimo ædificiorum ordine circumdatum; in quibus eminet gentis Vladdraccorum, ob frequentem in vicino concurſum nundinis hebdomadalibus, ſitu etiam: decem etenim plateis aditur locus tota urbe latiſſimus.

Ut verbo dicam, nitor ædium platearumque æque ac numerus eſſe poſſet admirationi, cùm narret Petrus Chriſtophorus Balenus in ſua urbis deſſcriptione, ad 2000. pulcherrimarum ædium intra muros concludi, non venientibus in numerum caſis, & ſecundi ordinis proletariorum habitaculis. Et dividebant vulgo totum hoc urbis corpus in quatuor, poſtea in novem, nunc in octo vicos, & præſunt ſingulis Capitanei, Signiferi, aliique ad ducendum ſub ſignis civem, ſicut & Ædiles Vicani, Eleemoſynarum quæ in ſingulis diſtribuuntur regionibus, pontium, platearum, puteorum, &c. refectionis curam gerentes.

CAPITULUM IV.

Et jam tempus erit caſus extollere triſtes,
Quos Vulcanus edax, aquarum rector, &
ira
Junonis peperit.

VUlcani memoria ſecundo ab hinc ſeculo ſplendida eſt annis decimo nono & ſexageſimo tertio ſupra quadringenteſimum milleſimum, exprimente eam verſu Chronologico:

MVLCIberI pICeas sILVa deVsta Canet.

hanc altero:

tInCtor aCCendIt LVMen In bVsCo.

De priore ſic aliquando ad trivium luſimus:

Apoſtolorum Principum pervigilio
Falco vomit flammas, Hinthamia concipit ignem,
Collegiata, Dominicani, Spiritûs
Ædes ſacra ſacri, dolet & Begina, favillas
Dum cernit, Hoſpitale inhoſpitem capit
Ægrotē plorante Deum, fora nuda videres,
Et rudera Templis, & ruinas ædibus
Abs inteſtato ſuccedere. Parcite Divi,
Niſi mavelitis ditis eſſe quàm Ducis
Sylvam: & tu Diana, canem quem ſubtrahis igni,
Nec docta laribus aut hominibus parcere,
Vindicta ſatiare gravi, ſine Sylva reſurgat,
Tabulata numen ſingula agnoſcent tuum.

Scilicet exortum ad interſigne *Falconis* in Hinthamenſi vico incendium 112. homines, ædificia circum forum omnia, excepto unico canis effigiem præferente abſumpſit. Alterum autem, ad 13. Junii in platea tinctoria, domo inſignitâ *Cacabo* natum, Curiam cum Archivis maximâ civitatis jacturâ in cineres redegit, unde meum diſtichum:

Aſperſit Sylvam cacabus tinctoris, & omnis
Unâ luce die, lux perit atque dies.

Prætereo hìc alteri loco debita, quæ hoſtium immiſſionē urbem deformarunt incendia, aut etiam fulminis ſuperæve tempeſtatis vi anno 1551. Cœnobium Gertrudanum, & 1584. Ædem D. Joannis. Prætereo, inquam, & à contrario ad contrarium flexo curſu Neptunum jubebo claudicanti Lemnio ſuccedere. Qui anno 1315. pluviâ famem & morbos trahente Sylvæducenſibus annum ferè integrum moleſtus, idibus Septembribus

Ruptis invaſit plateas, & compita clauſtris.

Et ampliùs patrummemoriâ 1552. Rheno & Vahali (qui ad tertium ab urbe lapidem in vico Hertwardenſi prȩterfluit) Moſâ etiam aggeres ſuos excedentibus clades magna tam pecori quàm hominibus illata. Nec prætereundi anni 1445. & 1529. & 1531. cùm eò pervaſit fluviorum evagatio, ut nulla Oppidi platea, nulla domus immunis ſupereſſet à damno non ſimplice, natis ex putrefactione aquarum, quæ aliis ad alveos ſuos revocatis velut inter cutes hæſerant, variis morborum, & denique mortuorum generibus. Annonæ autem caritas, & denique lues, & lues contagioſa, Sylvæducis graſſata celebres annos reddidit 1424. 1436. & 1439. 1442. 1540. & 1546. 1554. & 1558. quâ poſtremo traduntur ſublata quindecim civium in urbe millia. Claudit porrò morbidum hoc agmen annorum 1530. & 40. ingens dyſenteria & 1529. ſudorificus languor infinitos incognito tabis genere conficiens, quæ tamen circumlatis Divorum Mariæ & Joannis tutelarium urbis imaginibus ſe remittere viſa eſt. Subjiciam hic tribus verbis ſumma calamitatum, quæ urbi advenerunt capita, fuſiùs eadem in bellis repetiturus. Seditiones in & à plebe ternas invenio. Anno quidem 1476. poſt Caroli Ducis cædem communi plurium oppidorum tumultu, & exemplo in Senatum & optimates ſævitum, pluribus carceri mancipatis, & turpiter habitis: ſed 26. Maii compoſitæ res authoribus malè mulctatis, anno 1476. aut ut alii 1477. utrique verè, ſed illi Leodienſem, hi Cameracenſem calculum ſecuti. Poſtea anno 1525. iterum plebs in Senatum armata, graviter ferens in ſubſidium Principi conſignata ſacrum Ordinem nihil conferre; ſed prudentiâ Margaretæ Gubernatricis ſopita res, pluraque circa Reipublicȩ formam immutata. Noviſſimè etiam in communi Belgarum naufragio ſe moverunt reprobi aliquot; ſed citò factum, periit, bonorum virtute & fide omnia vincentibus. In Urbem ad extremum, tam ferro, quàm flammâ graſſatus eſt Theodoricus Hollandiæ Comes anno 1200. Dordraceni anno 1304. ſed urbem necdum ſolidè munitam, qualis nunquam, licèt tentata ſæpiùs, occupata eſt, adeòque decies plurima conantes hoſtes, Dei ope, omniumque virtute repreſſos aut illuſos, poſt docebo.

Planè ut videatur fortuna, & fortunâ melior Deus pluſculum huic quàm aliis Urbibus materiæ hactenùs ſuppeditaſſe, quo illuſtriorem exteris redderet ejus virtutem & conſtantiam.

CAPITULUM V.

Res ſacræ.

MAteriæ præparatæ formam, corpori formato animam infundere conformis naturæ gradus eſt; ita etiam urbi ſtructȩ religionem & politiam. Et velut cum cordis & cerebri plus eſt, plus ſapere videtur: ita Reſpublica plus poſſe, cui hæc duo magis propria & propiora. Antiquitus agger agerque, nunc Urbis Sylvȩducenſis faciem indutus, Parochiali de Ortduno ſubjiciebatur, cujus extenſo murorum ambitu onus partiri

expediens viſum fuit: & tam Franciſcani, quàm Dominicani, illi quòd Parochialem Oppidi habitarent, hi quòd Mater Eccleſia in Orthen à Cœnobio Oudergemienſi Ordinis ſui dependeret, aliquo tempore ſacra peregerunt paſtoralia, donec D. Joannis Eccleſia ſimplex antea Rectoria, ut loquuntur, in Parochiam erigeretur. Erecta itaque tertia, ut vocant, Capella ſub Ortduno, quę à Franciſcanis denique occupata ſupereſt adhuc: erectum etiam titulo Virginis Matris Sacellum anno 1268. & viſuntur veſtigia, ubi Chorus ejuſdem eſt, contiguus Ædi Divi Joannis poſtea dedicatę. Cujus poſtremo Rectori totius oppidi & animarum in eo cura eſt demandata, & ſoli: donec multitudini Urbanæ conſultum volens Franciſcus Sonnius, primus Sylvæducenſis Epiſcopus, in parochialis curæ communionem recepit anno 1569. Sacella DD. Petri & Pauli, & Catharinæ præter ſuburbanam Dungenenſem, de qua aliàs. Collegiata inſuper unica anno 1366. per Joannem Epiſcopum Leodienſem erecta ad preces Adami de Mierde Inveſtiti ejuſdem Eccleſiæ, & primi Decani 30. beneficiis ſimplicibus cum dote ſua in totidem Canonicatus converſis, incorporatis anno 1413. à Joanne Papa XXIII. Eccleſiis de Ortduno & de Buſcoducis. Hæc Collegiata anno 1559. 4. idus Maii, à Paulo IV. in Cathedralem eſt ſublimata, definitis per ſucceſſorem, ſuccedente anno Diocæſeos limitibus, & Leodicenſi Epiſcopo, & Archidiaconatui ferè Campinienſi ſubtractis Decanatibus tribus, Trajectenſi autem & ferè Archidiacono Arnhemenſi duobus. Primus Infulis honoratus Franciſcus Sonnius, S. Theologiæ Doctor, Canonicus antè Ultrajectinus, anno 1562. hinc ad Antwerpienſem Cathedram tranſlatus, ſurrogato Laurentio Metſio D. Gudulę Bruxellenſium Decano, qui poſt legationem ex parte Ordinum anno 1570. ad Sponſam Regis Catholici Imperatoris filiam magnificè ſuſceptam, celebratam Calendis Maii Synodum Dioceſanam, erectum Epiſcopale Seminarium, ob turbas anno 1577. oborientes Namurcum profugus, partim morbo, partim mandato Pontificio ibi retentus, anno 1580. 18. Septembris vitam exuit in D. Albani ibidem locum ſepulturæ nactus. Poſt eum Clemens Crabbeels exacto quatuor annorum interregno anno 1585. inauguratur, apoplexia anno 1592. 22. Octobris defunctus jacet in D. Joannis. Et cùm Sedes per biennium ferè vacaſſet, omnium applauſu ex Plebano Eccleſiæ Cathedralis in Antiſtitem aſſumitur Giſbertus Maſius, anno 1594. Bruxellæ in Sacello Palatino, & pręſentia Erneſti Archiducis inauguratur, vir facundiæ & prudentiæ ſingularis. Horum Epiſcoporum Dioceſis in decem Decanatus diſtributa eſt, formante Laurentio Metſio, & vicos numerat 205. Urbes 5. inque iis Collegia Canonicorum ſex, Commendarias militum 3. Cœnobia Benedicti olim duo, nunc totidem Ciſtercienſium, Regularium Conventus 12. Franciſcanorum 10. Præmonſtratenſia 2. Brigittinum unum, ſicut & Carthuſianorum, Guilielmitarum, Hieronimitanorum, Cruciferorum, Hoſpitalia 24. de quibus ſuo loco fuſius. Ad Eccleſiam redeo Cathedralem D. Evangeliſtæ inſcriptam, ſtrui cœptam occaſione miraculorum, ſed & auxiliantibus eleëmoſynis peregrinorum, Sacram Deiparæ de Buſco Iconem viſitantium. Extat miraculorum memoria in Cathedrali codice manuſcripto, & invaluit conſuetudo exinde claram Iconem annuatim Dominicâ poſt Natalem Joannis Baptiſtæ Proceſſionatim circumferendi, quod hodieque ſervatur, niſi quod dies in Dominicam proximam à Viſitatione Mariana tranſlata ſit. Memorantur quoque in extruendo auguſtiſſimo Templo, operam inſignem navaſſe viri nobiles Jacobus Zuliehemius, & Elias Pannicida. Fundamenta autem jacta anno 1280. Tectum anno 1312. impoſitum. Turres poſteà, ut dixi. Ad laudem porrò inclytæ Reipublicę facit, in re Religionis ita paria Præſulum, Primatum, tum Plebis ſtudia, ut neſcias, cui palmam deferre oporteat. Inter Epiſcopos eſt, qui hæreticorum Malleus vocabatur,

Qui ſemel in Belgis, ſol quod in Orbe fuit.

Alter Religionis columna, auris Cæſareæ: alter Bonus Clemens: modernum merito vocemus Oratorem ſalutis, præſidium & murum fidei. Inter Prælatos ſecundi ordinis invenio 4. eodem tempore ex Cœnobiis Sylvæducenſibus, ad Provincialatum ſui ordinis vocatos, Mathiam mennium Carthuſiæ, Simonem Pelgromum Guilielmitici, Adrianum de Ooſterwyck Dominicani, Joannem Cnyffium Franciſcani Cœnobiorum Præfectos. De Senatu & Plebe ſi exempla petam, anni, dieſque numerandi ſint, ſinguli materia pleniſſimi ad concinnandum tam ſpecioſæ laudis faſciculum: de quo pluribus poſteà, cùm hæc ad guſtum duntaxat præmittam, ex ungue Leonem cognoſcituris.

CAPITULUM VI.

Deſcriptio Templi Divi Joannis.

TEmplum Divi Joannis, cujus deſcriptionem ex urbe tranſmiſſam libet adjicere, tanta eſt majeſtate, ut cum Ambianenſi non modò conferri poſſit, ſed meritò ei præferri, ſi tam eminenti loco conſiſteret. Sed quia paluſtri ſolo inędificatum eſt, propter ſitus naturam neceſſe fuit baſes columnarum evictâ prius palude ſuper ſabulo injectis ſalſis boum tergoribus ſtructurâ invicem contiguâ ita adnectere, ut una ſine altera ſubſidere non poſſit, tanto labore & ſumptibus, ut ſtereoma inferius pluris conſtiterit, quàm totius operis moles ſuperior, licet altiſſima & ſplendidiſſima. Non huic operi tam magnifico apparatu templum Dianæ Epheſiæ, quantacumque olim celebritate memorabile compararetur: Illud à tota Aſia maxima terrarum

orbis parte 220. annis, hoc minus 50. ab ultima inter quatuor primarias Brabantiæ inferioris Germaniæ Provinciæ unius urbe elaboratum: illud 127. columnis à ſingulis Regibus, hoc 150. vario artificio ab una Repub. conſtructis ſupereminens, eâ tantùm ſimilitudine accedit, quòd illud ne terræ motu quateretur, ſolo quoque paluſtri exſtructum perhibetur, quod in hac humili planitie opus non fuit cavere, ſi præ molis faſtigio turris lignea ſuper quatuor columnis 200. pedum inter pteromata contignata ad nubila pervecto apice 300. pedum à fulmine defendi potuiſſet. Et ut propius tenui Minerva non quantum fert excellentia, cui nec oculus ſufficeret intuendo, hoc opus attingam: choro 100 pedum eſt longitudo, navi 150, pteromatibus 200, latitudo 50. Pendet tectum lapideum, cum turre latericia ad occidentem 50. columnis, 100. pedum, cujus fornices ſi ſuſpicias, caligant oculi, tam immanis eſt altitudo: hâc in formam crucis exporrectâ ſtructurâ interius mediâ ſublimitate, latera circuit orbita alterna variegata teſtudine, tanto ornatu, ut una alteri operis elegantiâ non cedat, & quanta memoratur excelſitas templi Epheſii à Pteleatibus conditi. Adjacent præterea choro & navi Eccleſiæ duo ab utroque latere ambitus 100. columnis 60. pedum, lacunari quoque ſaxeo deſuper imminente arcuato, uni latitudo 25. alteri 20. pedum intercolumnii diſtantia, 15. Toli, Sophori, Eucarpa, Epiſtilia, Telamones & Caryatides tam vario & eximio opere diſtinguuntur, una cum altera certante effigie Acantho & Emblemate, ut quilibet Dedaleus Architectus multo tempore ſatis intueri & admirari ſingula non poſſit. Pari artificio reſpondet Archoeſtra chori, & ſacrarium venerabilis Sacramenti: frontiſpicia pteromatum celaturâ elucent incomparabili, ſub cujus altero etiam propyleum eſt & porticus obambulationi commodus. Sunt inſuper canales exteriores plumbo obtecti, quibus tota amplitudo templi cingitur, & circumitur acroteriis, pinnaculis, & curriculis tantâ multitudine & frequentia diſcrepantibus, ut ſacra illa Deo precibuſque domus argenteus quaſi mons è longinquo appareat. Ut autem Templum Salomonis conditum Scriptura teſtatur ſine malleorum ſonitu, ſic ſaxa omnia totaque materies, vivo lapide petris exciſo antè præparata ex Lotharingia, Lucenborgo, Arduenna, Namurco, & Leodico, per Moſam navigio advecta eſt, ut ſine ulteriori politura operi applicari potuerit. Altaribus 50 Eccleſia exornatur, Praxiteli ſculptura, & Apelli pictura non cedentibus, inter quę precioſiſſimum eſt ſummi chori, Venerabilis Sacramenti, & Divæ Virginis, D. Catharinæ, D. Barbaræ. Altaris ſummi Chori, & Divæ Virginis ſuperioris extant tabulæ ſingulari arte Hieronimi Boſz delineatæ, referentes illud opus Creationis Hexameron mundi, idem hiſtoriam Abigaëlis, quomodo Davidi ſupplex cum muneribus & commeatu offenſam deprecata, & Salomon Berſabeam matrem veneratus eſt. Altari D. Virginis inferioris exhibetur eodem auctore, oblatio munerum trium Regum. Altari S. Michaëlis Archangeli, obſidio Bethulię, cædes Holofernis, fuga & ſtrages exercitus Aſſyriorum, victoria per Juditham obtenta, Mardochæi & Heſteræ, liberatæque gentis Judæorum triumphus. Extat adhuc inſignis pictura de cruce depoſitionis Salvatoris Altari SS. Petri & Pauli Adriano Scorelio Canonico Ultrajectino auctore: pictura itidem artificioſiſſima Crucifixi Salvatoris lineamentis exanimi corporis ita ad vivum expreſſis, ut omnem ſuperet induſtriam. Cernuntur in Choro D. Virginis ſuperiori, artificioſiſſima vitra, quibus exprimitur Nativitas & Circumciſio Salvatoris, Annuntiatio & Aſſumptio D. Virginis. Organa muſica pneumatica ſunt tria excellentiſſima, primum in poſteriori parte navis Eccleſiæ, ſecundum ſuper orcheſtra, tertium in Choro ſuperiori Divæ Virginis. Suggeſtus opere ſculptili viſitur inæſtimabili. Super cœmiterio verſus aquilonem altiſſimâ baſi Crux Salvatoris ex metallo fuſa inſigni artificio apparet, viâ Hinthamicâ tranſeuntibus. Anno 1513. collocatur in Templo D. Joannis Evangeliſtæ ad occidentem prope Chorum D. Virginis inferioris opus admirabilis artificii, in quo velut in Theatro ad vivum repræſentatur extremum Judicium, cujus inventor & auctor fuit Mathias Soerendonc, machina comparanda Archimedis inventioni, de qua Poëta Claudianus:

Jura poli rerumque fidem, legeſque Deorum,
Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.
Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus ſignifer annum,
Et ſimulata novo Cynthia menſe redit.
Jamque ſuum volvens audax induſtria mundum,
Gaudet, & humana ſydera mente regit.
Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?
Æmula natura parva reperta manus.

Ita non tantùm aſtrorum & planetarum curſus menſibus & ſtatutis temporibus remeat, ſoliſque & lunę conjunctiones, oppoſitiones, novilunia, incrementa & decrementa inferiori operis parte exhibentur, ſed etiam tres Reges vel Magi ab Oriente in Bethlehem profecti adoraturi novum Regem, Divámque Virginem puerperam ſalutaturi procedunt, inque genua inclinati munera offerunt, uno poſt alterum magnâ humilitate digrediente foribus ultro recluſis. Superiori verò parte antequam valvæ ultro quoque recludantur, duo Angeli utrimque conſpicui tubis vocalibus inſonant, quaſi ab hominibus inflarentur horribili & tremendo clangore, *Surgite mortui, & venite ad judicium*, ſtatimque ultro revolutis valvis apparet artificialis ſcena totius futuri Judicii, Deo Opt. Max. in nubibus cœli apparente cum innumerabili Sanctorum multitudine, exurgentibus à mortuis inferius ad dexteram electis, & ad ſiniſtram repro-

reprobis, qui coloris diverſitate etiam dignoſci & diſtingui poſſent, his trepidantibus, illis conſtanter manus in cœlum erigentibus. Intereà ſupremus Judex pro tribunali ſedens expanſis manibus, & oſtenſis ſtigmatibus clavorum & vulnerum, quæ pro redemptione humani generis pertulit, deſcendere in Angelorum & Beatorum Choro conſpicitur, duobus Angelis dimiſſis, qui ſeorſim vitas electorum cognoſcunt, & inde ad reprobos converſi eorum facta criminaque examinant & dijudicant. Inde Judex ad electos primùm verſus eos ad cœlum invitare & rapere: mox dimiſſis ad reprobos manibus averſario vultu eos condemnare cernitur. Quo facto, Judex cum electis ſurſum aſcendit, & pandit infernus os ſuum ad modum ardentis clibani, & pice & ſulphure aſtante adunato manipulo dœmoniorum ter iterato & retrogrado impetu reprobos ad ſe trahentium unco de filo tam ſubtili & tenui, ut oculorum acie comprehendi non poſſit, quo implicati ſurſùm deorſùm pedibus revolutis infernali baratro demerguntur: tum valvæ iterum ultrò clauduntur & concidunt, & duo illi ſuperiores Angeli tubis elevatis concinunt, ut priùs.

Eadem hac in Eccleſia anno 1518. Sodalitas Deiparæ inſtituta peculiari choro ad aquilonem, primum ab Adulpho Leodicenſi Epiſcopo, & Neapolio de filiis Urſi Archidiacono, denique à Martino V. Eugenio IV. & Innocentio VIII. approbata. Nec ad illam ſub juramento admittuntur, niſi Clerici eminentioris gradûs, generis, & dignitatis; ſine juramento, aliàs etiam Laïci digniores, dant nomen, præficiunturque Prępoſiti duo, peculii ſacri, & neceſſariorum ad rem Divinam curam habentes.

SWAENEN-BROEDERS.

CAPITULUM VII.

De duabus Abbatiis, Præmonſtratenſis Inſtituti altera, altera Ciſtercienſis.

ANtequam ad Cœnobia Oppidi Buſcoducenſis perveniam, libet inſularum merito digniores pręmittere Abbatias duas, quæ licèt primitias & fundamenta ſua Heuſdini Dominis debeant, primumque, ut ſic dicam, vitæ ſpiritum in Heuſdinenſi territorio hauſerint, tamen moleſtam legem præſcribente bellorum tempeſtate, in vicinam Ducis Sylvam, ſe recipere compulſæ ſunt. Eæ ſunt Præmonſtratenſis Inſtituti altera, altera Ciſtercienſis; illam, evocatis ex inſula Mariana Monachis Fulco de Barna, ex Caſtello antea ſuo fundavit, eò quòd in prælio Hemertano Cuyckanas partes ſecutus, cùm fortè à Theodorico Hollandorum Comite propelleretur, nec niſi tranſmiſſo flumine rapidiſſimo evadere poſſet, Virginis Matris implorato patrocinio aquis ſe committens, Eques Catafractus natatu evaſiſſet: factum anno 1167. Conſpiciuntur hodièque in conſpectu Moſæ parietina Cœnobii ampliſſimi impetu turbarum non ita pridem incenſi. Inveni ad latus Chori tumulum elevatum marmoreum Arnoldi vander Sluyſen, cum tali inſcriptione:

Qui fuerat gratus cunctis, jacet hìc tumulatus,
Heuſdenſi natus ex clara ſtirpe, vocatus
Arnoldus Miles de Sluſa, ſpernere viles
Actus hic novit, falſos à ſeque removit.
Fortis, formoſus, prudens erat ac animoſus,
Juſtus, pacificus, probitati ſemper amicus,
Finiit is vitam, morum gravitate politam,
Quarto reddendas à menſe Decembre Calendas,
Anno milleno Domini noviesque noveno,
Et bis centeno, terno quoque dum dico deno,
Gaudeat in cœlis, ut hìc oret quiſque fidelis,
Hoc Pater & Flamen ſacrum Natuſque det.
Amen.

Dependebant ab hac Abbatia Præpoſiturę tres, Meersbergenſis circa Amersfortium in Utriceſio, Monickwoordenſis circa Tillam, & tertia circa Wordrichemium; & quamvis videri poſſit, ratione ſoli genitalis Hollandos quàm Brabantos propius reſpicere, tamen ex diplomate anni 1306. apud Dynterum diſco Henrico Brabantorum Duci, ejuſque ſucceſſoribus, advocatiam Bernenſem in perpetuum conceſſam à Frederico Imperatore, approbatam à Gulielmo Hollandiæ Comite, & Romanorum Rege. In Ordine Abbatum 36. Conrardus de Malſſem Infulas à Sancta Sede primus obtinuit. Otto de Rodtſelaer 11. Mitratorum ſucceſſores habuit, Theodoricum Spierinck, Adrianum Vliemium, Arnoldum Veſſemium, Joannem Vercuilen, qui adhuc præeſt ſummâ cum laude & fructu.

Altera porrò Coronæ Marianæ Abbatia in Oppido Heuſdinenſi ante conſtituta, tale habuit exordium. Mechtildis de Ried Heberni Militis vidua, eademque Fundatrix Capituli Heuſdinenſis in vico de Heesbeen Monialibus ex Cœnobio Trajectenſi *Ten Dael* vocatis, locum novæ plantationi inducendę conceſſit. Ab eoque Virginum Cœnobio fons & origo eſt virilis Abbatiæ per Wilhelmum Militem de Croonenburch Caſtellanum Heuſdenſem in urbem tranſlatæ, primis Monachorum è Campenſi circa Geldriam Cœnobio accerſitis, unde elegans fundationis chronicon ex Pſalmis:

BENEDICES CORONÆ BENIGNITATIS TUÆ, ET CAMPI TUI REPLEBUNTUR UBERTATE.

Abbatum primus Guilielmus de Wiſſe, egregius & conſtans, peculii ſacri contra heredes fundatorum defenſor. Succeſſor Wernerus Saxo promotor fuit & teſtis Gerontocomii duodecim pauperculorum in Heuſdino fundati, & heredem dignitatis habuit Thomam de Geldria, & denique Joannem de Goch, cujus ævo cum 72. pagorum inundatione anno 1421. prope Dordracum plurimum è proventibus Cœnobii periiſſet, conſulto Abbatialem dignitatem ad manus Prælati Campenſis repoſuit, paſſus anno 1426. feriis Sancti Viti, ex Abbatia Prioratum confici. Succeſſores habuit primi nominis Joannem Marthini diſciplinæ regularis maximum zelatorem,

rem, Everardum de Goch recens extructo prope Heuſdinum titulo Donckæ Marianæ Cœnobio, anno 1439. Præfectus Cornelius Nicolai de Velt, primus Pomerii Monaſtici dilatator, Jacobus Theodorici Officinarum, Lambertus de Gorichem ambitus, Franco de Langel domus Abbatialis & Hoſpitalis extructores. Fuit ſic ſatis elegans, ſi fata tuliſſent, hoc Cœnobium, & recenter unitum ſibi impetraverat Donckanum, de quo ſuprà, Monaſterium, & Antiſtitem è Cambronenſibus habebat Luduvicum de Roſeval, S. T. Licentiatum recenter mortuum, ſed nunc ſtatu illius tractus aliam in Religionem magis prono, nimium quantum priſco de vigore amiſit. Sed de his magis ampliter, ubi hiſtoriarum nos curſus in Heuſdinum deduxerit.

CAPITULUM VIII.

De variis Virorum Monaſteriis.

MIrabitur, ſcio, quiſquis hæc collecta in ſeriam admiſerit cogitationem; & ſi beatam dixerit Rempublicam Philoſophus, in qua Religio aurigatur, augurer ego beatiſſimam, quæ maximè eandem non avet modò, ſed & havet. Talis noſtra Sylva, lucus profectò à tanta talique ſacrorum luce majoribus indies incrementis omnes ejus angulos perfundente dicendus, unde inclamem verè: Procul ô procul eſte prophani, divorum hic locus eſt, lucus ſacerrimorum ſpirituum, quorum delubra & flamines hoc manipulo colligemus, & colligabimus, inque primis vetuſtatis merito primos, merito ſuo nihil minus quàm nomen ſuum referentes Fratres Minores, ad Seraphici Doctoris præſcripta viventes. In umbilico Sylvæ Ortenſis Ducale Caſtrum erat, juxtim area & Sacellum Parœciæ Ortenenſi obnoxium, niſi quà in communionem paſtoralis curę de more, aut jure veniebat: Patroni autem & Domini locorum Duces Brabantiæ, integritatis merito famam, famâ favorem adipiſcentibus Franciſcanis & caſtrum & aream, & delubrum tranſcripſerunt. Sacellum cum ara monſtratur hodièque; area etiam licèt partim circumforaneis ædibus veſtita, nominatim diverſorio Olorem præferente. Caſtri nihil niſi in Chartis reliquum eſt, ubi non ſemel *Curia Ducis* appellatur, Ducis, prout aliàs docebo, Allodium. Extant Alexandri Pontificis litteræ ad Divi Pauli Trajectenſium Abbatem, præcipientes: *Quatenus nullius Religionis Monaſterium ſeu Oratorium aut Clauſtrum Religioſarum vel ſecularium conſtrui, aut Eccleſiam jam conſtructam in Regularem domum transferri permittat intra ſpatium trecentarum cannarum, circa omnes fines loco Fratrum Minorum contiguos. Datum Pontificatûs anno decimo, Kalend. Aprilis.*

OBSERVANTEN.

Adventus porrò eorum in Oppidum referendus non in annum 1228. ut perperàm ſcribunt alii, ſed in 1258. Munus erat aſſenſu Curionis Ortdunii Sacramenta populo adminiſtrare, donec erecto Divi Joannis fano, illuc, & demùm in alias ædiculas tranſlata Paſtoralia. Dos potior à Joanne & Joanna Ducibus, donec ad annum 1490. curante Miniſtro Provinciali Joanne de Ponto reformati, & ſanctiorem Obſervantiæ Regulam amplexi pro dote eleëmoſynas habere cœperunt. Templum majus ut confine ita conforme officiis anno 1259. cœpit ædificari: Henricus Trajecti Epiſcopus anno 1263. *in Dedicatione Altarium ante cancellos indulgentias elargitur.* Joannes Brabantiæ Dux anno 1327. Eccleſiam ultra flumen produci poſſe concedit. Senatus anno 1355. veteres oppidi muros fratribus permittit, conſpicuos adhuc retrò cereviſiariam. Celebris eſt inter alios hoc in phrontiſterio Philippi Ducis memoria, anno 1436. vectigalium onera remittentis, & Luduvici Borbonii exuſtum 13. Junii anno 1463. Cœnobium favore ſublevantis. Viſitur in periciclo clauſtrali ad vivum expreſſa facies Bartholomæi cujuſdam columbinæ ſimplicitatis, quæ & proverbio locum fecit. Viſitur tumulus Lebuini à Dordraco, ob inſigne erga contagione laborantes miniſterium, Martini Saventhemii ob præclarè adminiſtratas plurium Cœnobiorum familias, Adriani Boxtelii ob variarum dotium mnemoſinem, Theodorici Graviæ ob ſingularem in orando facundiam celeberrimi. Viſitur in odeio ſic ſatis eleganti effigies Senatorum ſumptu repræſentata Hermanni Lochemii, qui poſt obita laudabiliter varia, nec uno loco Religionis munia, legatione ad Parmenſem Belgii Proregem honorata, defunctus anno 1596. vivere deſiit, deſiderio ſui relicto. Præeſt nunc Cornelius Tielmans Bruxellenſis & juſto numero Religioſos litteratos, & verbi Dei præcones in meſſem Dominicam emittit, adeòque potiorem Taxandriæ partem Evangeliſtas Buſcoducenſes exornare in confeſſo eſt.

PREECK HEEREN.

His accedunt Dominici ſectatores anno quintodecimo Ordinis, 1292. Chriſti, curâ & eleëmoſynis Civium introducti, teſte chronico vetere:

IN bVsCo strVItVr præConVM LVX VeneranDa.

Nec ſtruendi Monaſterii locus unde pervenerit, magis conſtat, quàm unde ſtructi dotatio. Suſpicari tamen licet, benefactores licet non primos, certè primarios fuiſſe nobiles tres, Pſittacos rubeos campo argenteo ſtirpis inſignia gerentes, qualia repræſentant tunicę veteres ſacrorum, & tumuli ante quadriennium ſex ſub terra reperti opere eleganter fornicato. Quidquid ejus ſit, extra controverſiam eſt, jacentem ab incendio anni 1419. domum, Joannem de Sole anno 1450. defunctum, diſciplinam Jacobum Sprengerum anno 1483. reſtituiſſe, unde haud multò pòſt prodierunt S. Theologiæ Doctores, Godefridus Mierloo in Epiſcopum Harlemenſem, Adrianus Oſtervicanus in Provincialem ordinis, Joannes de Colle, & Joannes de Baerle in Inquiſitores hæreticæ pravitatis, & Joannes de Oiſterhout inter Profeſſores Academicos electus.

Uti

Uti autem Cœnobium Dominicanum Colonia eſt Lovanienſis, ita Minoritarum Trudonenſis Conventus, utraque civilis belli Belgici turbis anno 1566. diſſipata quidem, ſed paulò pòſt in integrum reſtituta. Par Mendicantium produxi ſurrogaturus aliud Laico-clericorum, qui nimirum ex laicis in communi viventibus Religioſi effecti, Bogardos intelligo & Alexianos. (BOGAERDEN.) Illos anno 1319. à textoribus & operâ manuariâ vitam ſuſtinentibus coaleſcentes, qui anno 1398 Petro quodam tinctore, Joanne Nicolai, & aliis tribus viam ſternentibus, domum ſub unius obedientia coëmerunt, ſeculari Presbytero rem Divinam peragente: anno demum 1439. habitum Religionis aſſumpſerunt, & 1515 valere juſſo pannificio vota ex præſcripto D. Franciſci emiſerunt. (CELLEBROEDERS.) Alexiani autem curandis funeribus operam dantes, ultra pontem Gerlaci liberam vitam vixerunt, ex præſcripto Capituli generalis compulſi eamdem Divi Franciſci Regulam complecti, commigrarunt in vicum Trinitatis, ab eorum Sacello ſic nuncupatum anno 1470. Utrumque hoc Cœnobium eſſe nuper deſiit; hoc anno 1560. in orphanotrophium converſum, illud profugis Regularibus de Anneberch anno 1584. conceſſum. Proximi ab his prodeant ejuſdem claſſis Crucigeri & Gregoriani; (CRUYSBROEDERS.) illi authores ſuos Bogardos agnoſcentes, quorum 5. Clerici, 7. Laici, arctioris diſciplinæ deſiderio ſecedentes anno 1470 Cœnobium extruere cœperunt, authoritate ſexennio ante per Ludovicum Borbonium factâ ſuſcipiendi Inſtituta Cruciferorum. Quo fine Peregrinus De Campis, Prior Conventus Hoyenſis, eoque titulo Ordinis caput, huc veniens ratum habuit, novamque ſobolem excepit. Reſidentia (ut verbo illorum utar) recedentium Bogardorum & ſecedentium prima in loco dicto *Den Mortel*, altera interventu Joannis Monninck, à Carolo Duce impetrata retrò D. Georgii vicum. Templum eorum nuper auctum in parochiam D. Catharinæ erectum eſt à Franciſco Sonnio, anno 1569. (FRATERS.) Gregorianorum Fratrum domus tradux eſt, & tertia Colonia Conventûs Swollenſis, parens Cœnobiorum Noviomagenſis & Leodicenſis anno 1426. munificentiâ Senatûs inchoatum. Habet ædificium amplitudine inſigni, & ludum litterarium toto celebrem Belgio, cum pluribus Studioſorum ſubſidiis in tres claſſes divitum, mediocrium, & pauperum diſtributis. Produxit Viros doctrinâ & famâ celebres, interque alios Georgium Macropedium Gemertanum, Latinis Græciſque litteris inſtructiſſimum. Qui pluribus annis Gymnaſiarcha Ultrajecti, moriturus huc ſe contulit, ut ubi Religionis ſpiritum & vota conceperat, vitæ ſpiritum & vota deponeret: ante Chorum ſepulturę locum nactus, teſte effigie & epitaphio anno 1562. poſitis. Comico Doctiſſimo Præceptori ſuo pietatis ergò Joannes Lentius Regius Senator poſuit Georgio Macropedio Grammatico & Poëtæ:

Julius expirans Sylvaducis occupat artus
Macropedi tenues, ſpiritus aſtra tenet.

Faciant & Benedictini ſuam paginam virilem, Carthuſiani, de quibus poſteà, & Wilhelmitæ, (CARTHUYSERS.) illi in Vuchtano ſuburbio, hi in Heeſch loco anguli nomine vocato, (IN DEN WINCKEL.) anno 1152. per Winandum de Baſilea primitus fundati, tranſlati anno 1191. in Donck, unde nomen ſervatum: (BASELDONCKERS.) anno 1500. per Franciſcum de Prato, Provincialem reformati ſub Regula Divi Benedicti: anno 1545. in urbem delati, novum Cœnobium erexêre, dicatum anno 1549. à Gedeone vander Gracht Suffraganeo. (MARIENWATER) Nec tacendi tamen poſt hos Brigittini & Endovenſes aliundè profugi, illi ex Marianis aquis, hi ex Endovia, ubi anno 1419. per Joannem Schoonvorſtanum fundati erant, utrique exuſto Cœnobio, Sylvam-Ducis velut in portum, tantiſper ſe receperunt. (INDEN HAGHE BUYTEN EINDOVEN.)

CAPITULUM IX.

De Virginum Cœnobiis

Quaſi ſexus cum ſexu, Ordo cum Ordine, cum ætate ætas certaret, videas tantâ animorum contentione Virgines in oppido Sylvæducenſi, earumque tot familias, ut ambigere ſit, quæ priùs, quæ potiùs deſcribendæ. Gradatim liberioris vitæ primâ facie Beginas in prima acie conſtituam, (BAGYNENHOOFD) illas jam inde à quatuor ſeculis privatim conventicula in hac urbe nactas, exemplo à viſitatione Joannis de Lutzemburgo Archidiaconi Campanç à Leodicenſibus petito. Curiam habent Oppido ſimilem, ædificiis plateatim compoſitis, Templo eleganti anno 1304. dedicato (etſi litteræ ſeparationis ab Eccleſia de Ortduno ſint anni 1274.) & denique aucto, valetudinario ab hinc ferè ſeſquiſeculum ſplendidè dotato. Ex fide dignorum relatu didici 300. hìc nonnunquam Virgines cœlibem vitam eodem tempore Deo obtuliſſe, è quibus 40. Horis Canonicis decantandis vacarent. Fuerunt inſuper hujus Inſtituti plura Collegia Sylvæducis, ſed quia incerto fundata peculio, deſierunt eſſe partim, partim aliam Religioſæ vitę Regulam ſunt amplexæ. Ejus generis congregatio Virginum (OPDEN ULENBORCH.) anno 1423. in monte noctuarum inchoata, auctore Gualtero de Oeckel, quæ primùm in communi vita tertiam Divi Franciſci Regulam amplexæ, anno 1469. 11 Julii probantę Ludovico Borbonio Leodiorum Antiſtite tria Religionis vota emiſerunt. Templum anno 1491. dedicatum, & ſanctimoniales titulo Caſtri Mariani optimè audiunt diſciplinæ merito: (MARIENBORCH.) & quam nomine præferunt, vitâ referunt. Hujus inſuper loci Sorores ſunt de Ortduno anno 1427. collectæ (SUSTEREN VAN ORTEN.) in vico Trinitatis, unde in Hinthamenſe delatæ Cœnobium magis congruum à Joanne Epiſcopo impetrarunt facultatem extruendi Sacelli, pannificio vitam ſuſtinentes. Dedicatum Sacellum anno 1435. D. Andreæ & Agneti, adeòque 700. textrinis vacabant, cùm à Senatu vetitum exiſtimante, hâc Virginum diligentiâ opificibus urbanis præjudicatum iri.

Itaque coactæ, ne quæſtus minueretur, ſecede-

cedere in Vucht ſuburbanum, ubi extructo oratorio ſub obedientia Antiſtitæ urbanæ, pars earum liberiùs vixit, donec anno 1473. ab urbanæ matris, ut vocant, juriſdictione ſe conatæ ſubducere in Oppidum revocantur, habitatione illarum, & loco Carthuſianis permiſſo. Ejuſdem Inſtituti ſunt Sorores D. Eliſabethæ & Agnetis, anno 1452. collectæ retrò pontem Telonii, quæ 12. Octobris anno 1459. à Ludovico Borbonio Antiſtite obtinuerunt extruendi Sacelli facultatem. Dos harum prima in monte ventilaris Molæ per Joannam Vlierdenam aſſignata. Concludant hoc Seraphicum agmen Claranæ Virgines, rigidiorem vitæ modum amplexæ in platea Hinthamenſi, fundatore Wilhelmo filio Gerlaci (qui anno 1313. vivens ponti egregio nomen ſuum communicavit) de Buſco Militis, Toparchæ Erpenſis. Is domo, caſtro, & latifundiis pios in uſus relictis, teſtamento 28. Auguſti anno 1335. condito Franciſcum ſcripſit heredem meritò primus, primaſque tum celebris loci dotator habendus, ſecundum à ſe habens Theodoricum Hornanum Craneburgi Dynaſtam, Templi harum Virginum anno 1344. extructorem ſedulum. Annus autem quo ſub Regula ab Urbano IV. approbata, victuræ Virgines Cœnobium ingreſſæ ſunt 1359. dies idem qui ſacer S. Mattheo. Succedat nunc agmen Aurelianum, inque prima acie ſtructurâ & loci amplitudine præcipuum D. Gertrudis Cœnobium anno 1455. 22. Auguſti in integrum Conventum erectum à Joanne Epiſcopo. Vixerant quidem hìc congregatæ Sanctimoniales 8. Canoniſſæ, aliquamdiu ad præſcripta D. Dominici, diplomate anno 1448. 17. Decembris poteſtatem faciente, ſed tum normam D. Auguſtini amplexæ, tum auctæ multas claris natalibus virgines ſibi aſſociarunt, interque multas Barbaram Maximiliani Auſtrii Cæſaris naturâ filiam, Walburgini Joannis Hornani Dynaſtæ, Annam Bochoniç, Margaretam Hemertii, Dominorum filias. In Choro Eccleſiæ Cor Arnoldi Egmondani Gelriæ Ducis anno 1473. vitâ functi ſepultum eſt, prout in extremis idem petierat, affectûs ſui non vulgari teſtimonio. Ejuſdem Regulæ eſt Betaniæ titulo Cœnobium, anno 1466. 31. Januarii ad honorem D. Magdalenç ſtructum, auctoritatem faciente Ludovico Borbonio Epiſcopo, fundamenta Religionis jacientibus quatuor virginibus, in tractu Vuchtano antea tertiam D. Franciſci Regulam ſecutis. Regulâ & authore eiſdem 12. Novembris 1477. cœpit Nazarethum, virginibus ab habitu nigro denominatis. In quibus hunc cœtum claudo, ſi addidero par profugarum Franciſcanarum, primæ Regulæ ex Boxtel, tertiæ ex Ooſterwyck, quarum illæ in loco, cui ager Sacerdotum nomen eſt; hç circa D. Georgii, utræque deſtructo foris Cœnobio aliud, eleemoſynis piorum civium ſubſtituerunt. Prætereo enim hìc Sacella minora quidem, ſed inter minora majora D. Antonii, Cornelii, Georgii, Eligii, Barbaræ, Annæ.

Tolbrugge. Wintmeulenberch. Clarissen. Geerlixbrugge. Sinte Geertruden. Bethanien. Swestzeren. Papenhulst.

CAPITULUM X.

De variis Collegiis levandæ paupertati deputatis.

CUm, ita diſponente rerum Authore, comparatum ſit, ùt his minus, illis plus opum largiente fortunâ, materiam reliquerit, ſacrum illud humanæ ſocietatis vinculum conſervandi, laudanda meritò, quæ ejuſmodi curam ſeriò agit Reſpublica. Qualis hæc, noſtra à primis Oppidi cunabilis diligens ægrorum, egenorum, ſenum, hoſpitumque nutrix. Pandocheum levandæ paupertati bonorum civium hebdomadariâ panis diſtributione anno 1268. inchoatum, curatorem è Senatu habet, ſed prole carentem, à quo nimirùm tam vivente, quàm morituro plus accedere poſſet affectus & effectus in pauperes, quibus patrocinatur. Nec multò poſt hoc, id eſt anno 1277. teſtibus litteris Epiſcopi, erigi cœptum majus à re dictum Noſocomium, in quod utriuſque ſexûs, & conditionis ægri recipiuntur, foventur, arte Medicâ & Chirurgicâ curantur, ſubſervientibus utriuſque ſexûs Religioſis Auguſtini ſectatoribus. Sed anno 1376. Joannes Epiſcopus Leodiorum, reformato nonnihil loco, ſatiùs judicavit excluſis viris virgines ſolas decumbentium ſervitio relinqui, quod hodiéque ſervatur. Cappella prope captivorum portam extructa primùm & in parochialis curæ admiſſa communione, permittente anno 1458. Calixto III. Papâ, in locum, ubi nunc tribus lateribus flumine circumdata conſpicitur, tranſlata eſt.

Groot Gasthuys.

Orphanotrophium curâ Franciſci de Uden Presbyteri anno 1568. primo dotatum, ut parentibus orbi uſque ad ætatem diſciplinæ aptioris, educti & demum arte mechanicâ ſive liberali inſtructi poſſent inopem defendere vitam. Hæc res feliciter cum applauſu & fructu inchoata, ſenſim plurium provocavit munificentiam, ita ut poſteà parùm decenter mares eodem cum puellis tecto formari conſiderantes juſtam pecuniæ ſummam ad puellarum ſeparata habitacula conſignaverint. Præter quod alia per Senatum deputata pronuper domus expoſititiis infantibus ſub adoptivo patre teneriores annos agentibus. Succedunt his duo Studioſorum pauperum Collegia, alterum in Gregorianorum Cœnobio à duobus ferè ſeculis inchoatum, virorum in omni ſcientiarum genere clarorum officina; alterum ab Henrico de Buç, D. Joannis Canonico anno 1401. collatâ domo & mediocri dote inſtitutum: cujus alumnos bonos infantes vocant, quòd partim collatitiâ ſtipe viventes, & Gymnaſium litterarium & Chorum in Cathedrali frequentent rei Divinæ aſſiſtentes. Nec tacendum peregrinis triduo excipiendis deputatum à Conrardo Drielio anno 1390. S. Eligii Xenodochium: nec mente captis deſignatum ergaſtulum munificentiâ Reneri de Arkel extructum anno 1442. nec Hierocomium in ſuburbano,

Weesenhuys. Vondelinghuys. Bonefanten. Sinnen-looshuys.

bano, Sacellumque inſigniter dotatum, ita ut Elephantiaſi laborantibus mendicato vivere non fuerit neceſſarium, ſi tumultus Martiales ſub Martino imprimis Roſſemio profanas manus & flammas non injeciſſent.

CAPITULUM XI.

De Collegiis tam virorum quàm mulierum cum ſenio & paupertate luctantium.

CОncludam hunc tractatum Collegiis tam virorum quàm mulierum, cum ſenio & paupertate luctantium, quibus diverſo numero ſubſidia, & habitaculum diverſi reliquerunt.

Wever plaetse. Ad aream Textorum Waltherus Ooms, & Beatrix Eeckart triadem pauperculatum legatis ſuis foveri deſiderantes domum dotemque non contemnendas reliquerunt ultima voluntate anno 24. præcedentis ſæculi Februarii 25. litteris commendata.

Ibidem quinque, ſed alterius ſexus decrepitis, aut ſaltem invalidis quinque Arnoldus Berwotius ſuis opibus opem tulit, & domum in qua ancillam & ſupellectilem cum qua hereditatem etiam à qua feliciter viverent. Fit illud & quidem hoc autore, ſed quo anno, textum *S. Joris Straet.* necdum ſcire contigit. Vico Georgiano Giſilbertus Paludanus à conſiliis Oppido, domo adornatâ & familitio, rebusque inſtructâ ſeptem egenorum calamitati multum viſus eſt ſuccurrere, voluntate ſcriptis conſignata ad decimum nonum Junii anno 64. ſupra 1400.

Ibidem Jacobus Oiſterwickanus Armiger cum Mechtelde Spronek uxore pares Apoſtolorum numero viros eleëmoſynis ſuis in perpetuum fovendos domo ad hoc legatâ decreve- *Peperstraet.* runt 12. Decemb. anno 1408. In vico Piperis conſpicitur octo mulieribus deſtinatum Hoſpitale per Chriſtinam Meelmans: hoc certum, *Papenhulst.* ſed quo anno, hactenus mihi incertum. In agro Sacerdotum bis ſex paupereulis ſenibus Joannes Monyns & Aleydis conjuges locum & alimenta ſubminiſtrare cæperunt, idque ante annum redempti per Verbum incarnatum orbis 1400. quo reperitur filiæ eorum Catharinæ dotem augentis donatio. Ibidem Adamus de Myerde, primus Collegiatæ Buſcoducenſis Decanus, tredecim mulierum ſie ſatis liberaliter dotatum conventiculum inſtituit, litteris 7. Martii datis anno tertio ſupra decies & quater centeſimum, à Natali Chriſtiano.

Hinthamer straet. Via Hinthamenſi totidem numero ſexuque perſonis, pari modo proſpexit Henricus ab *Winthmolenberch.* Meynſſel aliàs Campens. Colle molari totidem, ſed viris retro ſacellum D. Authonii Joannes de Hambeke locum & bona reliquit, 15. Septemb. Ibidem ſex maſculis, aliâ domo Henri- *Schilderstraet.* cus à Daventria providit an. 1407. Platea pictorum Adamus de Myerde ſupradictus litteris ſupracitatis numero & aliàs eodem ſed viros munificentiâ ſuâ locupletavit. Ex adverſo fratrum Aleydis relicta Joannis Berekelii Conſiliarii teſtamento ſuo quinque pauperculas in perpetuum alendas domo ad hoc deſignatâ hæredes inſtituit anno 36. ſupra ſeſquimilleſimum.

Putstraet. Plateâ Putei anno 1459. Octobris ſexto fundavit Margareta Heeren, Arnoldi filia, quatuor pauperculatum familiam.

Retrò domum inſignitam nigro Leone Arnoldus Keyts dictus tredecim ejuſdem ſexûs & qualitatis luculenter dotavit, & ditavit in perpetuum, vigeſimâ primâ Junij anno 1393.

Viâ Hinthamenſi anubus 5. ex oppoſito majoris valetudinarii domum cum dote aliqua legavit Henricus Brantius 85. ſupra milleſimum quadringenteſimum. Joanna Huberti Malliani filia quatuor receptacula binis ſingula mulierculis inſtituit, Decembris 7. 82. præcedentis *Baetsgaet. Orthenstraet.* ſeculi, ſita ſunt ad portam Batenſem. Viâ Ortenſi pone Sacellum Eligianum Gualterus de Oeckel conſentiente Margaretâ uxore ſeptem vetulis domum donumque ad vitæ ſuſtentacula legavit 5. Septembris anno 1394. Ibidem circa Bellardum Arnoldus de Ouden decem vetulis, ſed alio ſexu ſimile contulit beneficium. Ibidem Gerardus de Weerdt ante ſeſquiſeculum tribus eâdem qualitate, & ſexu tecti, menſæ, famulæ- *Uilenborch.* que ſubſidia reliquit. In Monte Noctuarum Wilhelmus Loyer numero duplicato ſenibus providit de domo, ſupellectile, & aliis, decimâ unâ pagi Druenſis anno 1407. hanc in rem coëmptâ, uxore Eliſabethâ tredecim poſt annos mariti votum tum augente, tum complente. Ibidem quod Joannes Pictoris octo decrepitis mulieribus dedicavit Hoſpitale, in urbem tranſlatum ex Geſtelia eſt, de quo alibi.

Postelstraet. Vico Poſtulano Margareta Spyckers, domum conventualem, ſeu communitatem inſtituit quatuor probarum ſororum, idque ultimis teſtamenti tabulis vigeſimâ Octobris anni quadringenteſimi quadrageſimi tertii, ſupra mille- *Berwoutstraet.* ſimum exaratis. Viâ Berwoutanâ Henricus Faber de Weſſem quadrigam ſenum ancillulæ obſequiis protrahere languentes vitę ſpiritus teſtamento voluit, voluntate litteris creditâ 20. *Vuchterdyk.* Junii anno 1420. In aggere Vuchtenſi nuper defunctus Mathias Rotarius (vanden Wile) ſeptem habitacula totidem paribus conjugum cum ætate & egeſtate luctantium deſtinavit, viduâ ſuperſtite mariti deſideriis adamuſſim reſpondente. Ibidem retrò ædiculam Divo Cornelio ſacram Arnoldus Heyms Armiger de neceſſariis tecto lectoque & miniſterio providit quatuor è nobiliori ſexu ſilicerniis anno 1372. Juxta Sacellum Virginis Barbaræ Beatrix filia Amelii Collini (vanden Heuvel) uxor Gisberti Paludani (vanden Broeck) pares numero Angelorum Choris, feminas à ſe dedicatum juſſit habere & habitare Gerontocomium.

Retrò domum tribus talpis inſignitam ejuſdem familiæ Joannes Croyer ſeptennio pòſt pari numero, ſed non ſexu pauperes inſtituit alendos, fundatione per Chriſtinam Wellemans Beginam plurimum augmentatâ. Viâ Jacobæâ extat *S. Jacobs straete.* inchoa-

inchoatum opibus Catharinæ Caters domicilium octo vetulis ſubſerviens. Joannes dictus Anthony Mynſchot ſex mulieribus ſimilem locum & proventum conſignavit 1361. Ad extremum eſt S. Antonii Hoſpitale eodem fine, ſed de cujus initio nihil ad me relatum.

CAPITULUM XII.

De Prætoribus, Scabinis & eorum Juriſdictione, Senatoribus, Miniſtris.

A re ſacra ad publicam progredi congruens rationi paſſus eſt, & imbutum religione corpus legibus etiam animare. In hac itaque paleſtra primum noſſe conveniat, Sylvamducis liberum & francum Ducis Brabantiæ Allodium eſſe, nec Cęſari, nec alteri obnoxium. Quamvis enim Henricus Dux bona quædam ſua Allodialia Eccleſiæ Colonienſi anno 1222. contulerit, illaque ipſa ab Engelberto Archiepiſcopo beneficiario titulo poſſidenda recepit; tamen anno 1278. Joannes Dux captum in prælio Archiepiſcopum eâ demum lege libertati reſtituit, ſi juri in hæc ſuo planè renunciaſſet.

Erant autem inter dicta Allodia *Villagium de Tilborch præter munitionem quæ ab Epiſcopo Trajectenſi tenetur, de Ortduno, de Sylvaducis exceptâ ibidem Ducis Curiâ & Atrio D. Joannis.* Ex

Hoogh Schoutet.

eo itaque Prętores, & eos ferè claris ortos natalibus duos, alterum criminalibus, civilibus alterum cauſis intendentem Dux conſtituit; etſi munus utriuſque nonnunquam uni demandetur,

Leegh Schoutet.

ſecundùm ſententiam & judicia Scabinorum jus dicenti & non aliter, præſcribente id Principis reſcripto anno 1329. confirmato annis 1336.

Schepenen.

1371. 1394. & aliàs. Scabini de quibus dico ſeptem è primatibus Oppidi anno 1200. electi, cum poteſtate, anno exacto novos ſibi feriis Remigialibus ſubſtituendi: quod jus anno 1336. Principi tranſcripſerunt, exinde quotannis totidem Scabinos juri dicendo creanti, fidem faciente reſcripto Joannis Ducis anno 1350. & 1329. & ſententiis dictorum ſtari conſuevit. Numerus adjectis duobus à Carolo Cæſare auctus eſt 12. Auguſti anno 1525. & permiſſum à Joanna Principe litteris 18. Martii 1387. datis Senatui prioris anni, ſi infra octiduum poſt Remigialia Dux alios non conſtituerit, ejus vicem & authoritatem hâc in parte uſurpare. His indulto Principis anno 1335. permiſſum, acce-

Keuren.

dente Prætoris aſſenſu mulctas pecuniarias delinquentibus infligi conſuetas augere, minuere,

Accysen.

mutare. Iiſdem licitum vectigal potorium & annonarium pro re nata, uſque ad 46. ſolidos ad vel dimittere, ex privilegio anni 1379. 13. Martii. Iiſdem Joannes Dux anno 1318. poteſtatem fecit reſtaurandi, muniendi foſſas, muros, ædificia Oppidi: & Carolus V. vetuit anno 1531. ulla immobilia bona in diſtrictu Sylvæducenſi poſſe gravari, alienari, niſi coram Scabinis, aut Tribunali, & in loco ubi bona cenſuſque ſiti ſunt. De eorum Juriſdictione & poteſtate ſic lego: Cognoſcunt & judicant Scabini ad requiſitionem partium, quoad perſonas, bona civium & incolarum attinet. Item de obligationibus, promiſſionibus, conventionibus, conſtitutionibus redituum, pactionum, & debitorum, & de bonis quibuſcumque acquiſitis, ſub ſigillo & teſtimonio Scabinorum de Buſcoducis.

Item ſuper defectu & denegatione Juſtitiæ in Juriſdictionibus ſubalternis. Item de indebita, immoderata & inæquali taxatione & partitione precariarum ſubventionum, ſubſidiorum & quarumcunque collectarum, exactionum, ſeu impoſitionum. Pertinet quoque ad eorum juriſdictionem conceſſio litterarum, quas vocant compulſorias ad producendum, & audiendum teſtes. Item literarum Juris ſubſidii ad omnes Juſticiarios territorii, ut latæ ſententiæ executioni mandentur omnes. Item literarum pro miſerabilibus perſonis, nimirum viduis, pupillis, & pauperibus, ut expeditiore viâ in judicio juventur & ſubleventur. Item literarum ad circumſcriptum terminum juris, vulgò contumacias vocant, purgandum. Item literarum ut in appellationibus deferantur acta in prima inſtantia fideliter, & tranſmittantur, ne quid in præjudicium appellationis attentetur. Ad ſententiam autem eorum recurritur à tribunalibus ſubalternis totius territorii, ſed & à Landinenſi vetuſtiſſimo Brabantiæ Oppido, prout docet anno 1510. diploma, itemque à Dormalienſi limitaneo Brabantiæ vico, & vice-Comitatu, à Vianenſi Ultrajectenſis Provinciæ, de Lith, Litthoyen & Herwaerden, prout faciendum mandavit Joannes Dux anno 1306.

Cùm autem ſpeciali privilegio ad Senatoriam dignitatem, non niſi indigena aſſumatur, & toto anno in urbe habitans, nec niſi elapſo biennio ferè ad eandem reſumantur, omnes Senatorii & Conſulares viri ſecundum magni conſilii membrum faciunt, quod urgentibus prægnantibuſque de cauſis indicitur. Quoad Conſules & Juratos, qui etiam Scabinis adjunguntur, eadem quæ in aliis oppidis eſt ratio, hic fruſtrà repetenda. Ad Miniſtros venio, è quibus pri- Ingebieders.
mæ famæ ſunt Apparitores, quorum munus & authoritas ab ipſo urbis exordio invecta privilegio anni 1283. 1323. & aliis confirmato, ut ſi quis in ditione Sylvæducenſi ſe aut ſuà bona coram Scabinis obligaverit, per hos poſſit in jus vocari, comprehendi, coarctari. Et extant reſcripta pluribus roborata teſtimoniis, inter alia Joannis III. Ducis anno 1328. profitentis, *Quòd Oppidum de Buſcoducis plenum retineret jus citationis, executionis, detentionis, & Areſti* infra dominium de Herpen & Raveſtein, quod idem anno 1345. Walravius de Valckenburgo Dominus locorum permittit, & alii Megenenſes, Oyenſes, Lythenſes, Dynaſtę. Sunt 't Recht van Ingeboot.
& Apparitores tres, à viridi quam circumferunt virga dicti, potentes cuivis per ſententiam Senatûs convicto, aut etiam ſimpliciter debitori Dienaers van de groen Roede.
Cenſuram Urbanorum manus injicere, hoc ex privilegio anni 1371. illud ex anni 1463. ſed vetitum

vetitum eoſdem, niſi cautione datâ aut conſcio Prætore relaxare. Penſionarios qui aut à conſiliis, aut ſecretis, aut actis Senatûs ſunt, prætereo, utpotè ad normam Lovanienſium deligi ſolitos.

CAPITULUM XIII.

De Decanis & Juratis Opificum, eorumque Privilegiis.

Dekens ende Gesworen van de Ambachten,

DIximus ſupra, Senatum in majore Urbis conſilio primi, Senatorios & Conſulares ſecundi membri eſſe: addo nunc tertium Ordinis Plebeii, quod conficiunt Tribuni cum Juratis Opificum, teſte Ducis reſcripto anni 1408. 22. Decembris. Hi cùm incerto eſſent numero, anno 1525. 12. Auguſti Cæſar definivit ſingulis, prout cujuſque erat potentia, ſuos: & libet adſcribere verbis in Latinum verſis; unde nundinatio Plebis apertè poterit conjici, & convinci ex multitudine, puta Officiatorum.

Nimirum Opificium Ferrariorum, Ærariorum, Cultrariorum conſtat tribus Decanis, & 12. Juratis: Molitorum & Olearorum tribus Decanis, & octo Juratis: Piſtorum quatuor Decanis, & octo Juratis: Acicularioorum tribus Decanis, & decem Juratis: Frumentariorum quatuor Decanis, & ſexdecim Juratis: Laniorum tribus Decanis, & ſex Juratis: Piſcariorum & Cetariorum tribus Decanis, & ſex Juratis: Sutorum & Coriariorum quatuor Decanis, & duodecim Juratis: Inſtitorum tribus Decanis, & viginti octo Juratis: Lanariorum vel Lanificum duobus Decanis, & octo Juratis: Sartorum & Mercatorum Laneorum, quos Pannicidas vel Pannilaneos venditores vocant, quatuor Decanis, & viginti octo Juratis: Pellionum duobus Decanis, & ſex Juratis: Chirothecariorum & Ligulariorum tribus Decanis, & duodecim Juratis: Capſariorum, Scriniariorum, Carpentariorum, & Victorum tribus Decanis, & decem Juratis: Tinctorum duobus Decanis, & totidem Juratis: Pileonum, ſeu Impeleariorum duobus Decanis, & totidem Juratis. His omnibus tam emptitio, quàm natalium titulo Civibus, virtutis merito, varia nulliſque ſecunda Auguſti, Reges, Principes indulsêre privilegia.

Henricus quidem ſexto anno 1196. Kalendis Junii *hominibus de novâ Civitate apud Sylvam, ubique in Rheno*, immunitatem à Telonio concedit: confirmatum ab altero Henrico anno 1233. & Carolo quarto anno 1349. auctum à Philippo ſecundo an. 1204. liberos toto Imperio Cives pronunciante. Henricus primus, & demum Joannes Dux anno 1283. totâ Brabantiâ. Otto Comes anno 1203. totâ Gelriâ. Joannes Dux, & Jacoba anno 1418. Hollandiâ, Zelandiâque. Joannes Dynaſta Hoſdinio. Jacobus Comes Hornæ anno 1480. in Wonderichem & Giſſen. Jacobus de Bronckhorſt, anno 1481. in Batenburgenſi territorio. Philippus ſecundus Rex anno 1563. in Oyen & Dieden immunes à Telonio Cives pronunciarunt. Sicut Ultrajecti & Zonſii ſolutâ exiguâ recognitione, teſtibus literis anno 1489. 1484. Inſuper anno 1356. Wenceſlaus Dux à Cenſu lignorum liberat.

Nundinas hebdomadales anno 1327. Joannes Dux indulſit die Jovis, aut ſi feſtum occurrat, Mercurii.

Joanna autem anno 1403. præter antiquas annales, alteras duas adjicit, incipientes à feria 2. ante dominicam 4. Quadrageſimæ, & feriis D. Bartholomæi. Forum autem boarium vetus, cum nundinatione privilegiata ex poſtridiana Lucæ in ſequentem feriam D. Severini tranſtulit Philippus Dux, duraturum ad uſque præcedaneas Sanctorum omnium. Idem anno 1458. Jus Salinariæ Frumentariæque menſuræ confirmat. Sicut Joanna anno 1387. permiſit Conſilio Trimembri Civitatis pro re & neceſſitate natis, vectigalia & ſimilia onera indicere & augere minuereque. Statuta porrò Urbis vario Privilegiorum genere ornata Henricus Dux inſtituit, Joannes primus anno 1283. Joannes tertius anno 1329. & alii confirmarunt & renovarunt, de quibus in Judiciario noſtro latius agemus. Cæterum quia Textorum, Linificum, Lanificumque opificia non parum momenti ad Urbis dignitatem attulerunt (ſupputante Guicciardino ad 20000. telarum quotannis pretio 200000. ſcutatorum ſummam excedente, ex his locis efferri) variæ etiam immunitates hoc fine à Principibus ſunt conceſſæ, nominatim à dicto Joanne tertio anno 1335. vetante in Pagis Duci aliquatenùs ſubjectis exerceri Pannificium. Gaudet etiam collegio ſuo & famâ navium fabrica, cujus artis aſſeclas anno 1552. fuiſſe ultra ducentos legi: machinarum Fuſilium maximæ molis, ſigno totum per Belgium noto, adornatio cultellorum & forficum & acicularum artificioſa & elaborata bonitas, quorum nundinationem annuatim 20. flor. millibus æſtimabilem vulgo credunt, & lignariorum ſolers induſtria, aliaque id genus quibus hoc aſſecuta Civitas, ut omnibus modis mediiſque, ſuo in gremio humanæ ſuccurrat neceſſitati, & habeat in ſingulis ſuis partibus, quo vitam honeſtè & honoratè ſuſtineat. Ut non immerito Barlandus Sylvæducenſium Rempub. reique caput Senatum hoc membris ſuis elargiri dicat, ut nullum poſſit deficere, differre, ad malas artes converti, & id facere quod eſt in ſacris, Compelle intrare.

CAPITULUM XIV.

De Civibus, eorum variis Collegiis, & Viris aliquot illuſtribus hujus Urbis.

A Senatu ad Cives deſcendo, id eſt natalibus tales aut emptione, qui & fixa inter libertatem Urbis domicilia habeant, & ibidem pro majore anni parte (tales enim ſolos Privilegiorum compotes pronunciat anno 1363.

 Wen-

Wenceſlaus Dux) cum potiore familia morentur.

Horum lectior pars, aut Patriciæ Nobilitatis, aut in certa Sagittariorum Collegia ſe optat transſcribi. Sunt autem numero 4. à Cæſare anno 1525. 14. Auguſti confirmata. Vetuſtiſſimum arcûs æneî pedalis titulo Virginis Matris cœpit ante tria ſecula. Alterum haud multò poſt ſub tutela D. Georgii, cujus alumni cùm in obſidio Bramenſis Oppidi interiiſſent, qui ſupererant, primùm quidem Marianis ſe conjungentes, ſeparati denique novorum nomen obtinere cœperunt. Tertium arcûs Cornei manualis ſub Patrocinio Sebaſtiani Martyris, ejuſdem ferè cum ſuperioribus ævi eſt. Quartum Sclopetariorum anno 1525. à Cæſare inſtructum. Qui omnibus inter alia privilegia conceſſit, non poſſe ob debita Urbis arreſto ſubjici. Leges habent & ſtatuta pulcherrima, quorum fama etiam & honeſtas proverbio locum fecit.

Den ouden voetboghe.

Den nieuwen voetboghe.

Den hant-boghe.

Cloeveniers.

Nec tacendum, hìc exſtitiſſe antiquitùs in Urbe factionibus duarum præpotentum familiarum Coptitiorum & Beckerlingorum, qui contigua ferè ædificia in foro inhabitabant, hi Rodoburgum, illi palatium Æthiopis, inque aſperrima odia ac inimicitias exarſerant, nec perraro ad arma tum ſingulari certamine, tum ſociatâ populari manu deventum, ut plerumque cædibus forum cruentaretur, donec pax iniit ac ſopita contentio deferbuit, hoc inſtituto, ut pares utrimque numero gallinacei Bacchanalibus diebus deſcripto circulo palæſtrâ Prætorianâ pugnæ committerentur, exemplo etiam alibi & olim noto, ita nimirùm hodièque feriis Bacchanalibus apud Maſſæcanos gallinaceorum certamen & triumphus à ſtudioſis procuratur, magnâ animorum contentione, ita apud Athenienſes, lege latâ poſt devictos Perſas præſcriptum quotannis ut ſemel in theatro iidem decertarent, de cujus origine Eliani lib. 2. verba ſunt: Cùm Themiſtocles Civicum exercitum adverſus Barbaros educeret, gallos gallinaceos vidit pugnantes: neque ille ſpectatorem ſe oſcitantem ejus pugnæ præbuit, ſed totum exercitum cohibens, inquit ad ipſos: Sed hi neque pro patria, neque pro diis familiaribus, neque verò pro amicis heroibus periculum ſubeunt, neque pro gloria, neque pro liberis, neque pro libertate, ſed ne alter ab altero ſuperetur, aut alter alteri cedat: quibus verbis Athenienſium animos confirmavit. Quod ergò tunc eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad ſimilium rerum & factorum memoriam ſempiternam conſecrare.

Quemadmodùm Pergami quotannis ſpectaculum gallorum publicè editum fuiſſe, ſeu gladiatorum meminit Plinius Natur. hiſt. lib. 10. tanti decoris (ſcribit Alexander ab Alexandro Genial. dierum lib. 5.) ut ad illud tanquam Gladiatorium munus effuſiſſimo ſtudio omnes convenirent. Ad hoc certamen è longinquis Regionibus Gallinacei pugnaciſſimi exquirebantur. Quales olim Melici, Chalcidici, nam & quidam ad bella tantùm & prælia aſſidua naſcuntur, & Patrias nobilitarunt, Rhodum ac Tanagram. Quo pugnaciores fierent, addito in cibum adianto, ſeu Callitricho nonnunquam feculento vino dimicationi privatim aſſuefiebant, dum imperitant ſuo generi, & Regnum in quacumque ſunt domo, exercent, velut ideò tela agnata cruribus ſuis intelligentes, nec finis ſæpè commorientibus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in victoria canunt, ſeque ipſi Principes teſtantur, victus occultatur ſilens ægrèque ſervitium patitur, & Plebs tamen æquè ſuperba graditur, ardua cervice, criſtis celſa, cœlumque ſola volucrum aſpicit, crebrò in ſublime caudam quoque falcatam erigens. Itaque terrori ſunt etiam leonibus ferarum generoſiſſimis. Author eſt idem Plinius li. d. cap. 21. Spectatores aderant ingenti concurſu Brabeutæ & diſceptatores ordinati, cujus aves conflictu ſuperiores evaſiſſent. Victrix triumphali pompâ ovanti ſimilis ſplendidiſſimo equitatu juventus per Urbem inveheretur, Principe gallo torque aureo ceteriſque avibus pugnâ melioribus Criſtâ deauratâ inſignitis, victâ carbone notatâ captivâque ſubſequente. Mos ille ab Urbis exordio, ut ferocitas genti innata emolleſceret, & à monomachia temperaretur, introductus ad noſtra tempora perduravit. Et tanto ardore ac æmulatione, ut ad arma ludus aliquando redierit, adverſiſque haſtis ſummâ contentione in monte Molari ſolenni ſpectaculo concurſum fuerit: ſed acerbiore bello ac infeliciore tumultus Belgici calamitate exceptus anno 1566. ne dicam caſtigatus, reſedit. Audivi certè grandævos aliquot, qui certamen ejuſmodi non ſemel ſe vidiſſe teſtabantur, & immò profectos narrabant procul in Flandriam & Brugas, immò & ditionem Colonienſem, ubi ſpectabiles formâ & virtute gallinacei credebantur, ad coëmendos adducendoſque hos palæſtricos. Vidi dictas familiarum domos inſignem antiquitatem præferentes, & cùm à primis Oppidi incunabilis ſciam morem hunc receptum fuiſſe, pluries antiquitatum curioſos conſului, plures ſed umbratiles cauſas hujus certaminis intellexi. Erant qui è magnifico fonte morem derivarent, quaſi loca hæc habitarint familiæ à Carolo Magno, & Hugone Capeto hoſtibus Vatinianis productæ, quas poſteri pro Capetitiis Coptitios, pro Carolingis Cerlingos, & demùm Beckerlingos vocarunt, odio Parentum cum ſemine ad filios tranſeunte, & hujus ſtratagematis ludicro emolliri cœpto. Erant alii, qui melius à capitibus familiarum illuſtrium hujus tractûs incolarum diſſidia peterent, capitaque nuncuparent Jacobum Titum, & Becconem Erlingium, à quibus orti gentiles Laconiſmo noſtratibus familiari Coptitios, & Beckerlingos vocaverint. Erant qui alia adferrent, ſed relatu minùs digna.

Libet hìc ſubjungere Viros aliquot illuſtres, & facta fidem factura nullum benè conſtituti ſtatûs Compendium Sylvamducis prætermiſiſſe.

Natales

Natales huic debent ejuſque territorio, Rogerius à Beeka, & Gulielmus Encuortius Cardinalis, Rithovius, Zonnius, Mierlous Epiſcopi: inter Abbates variorum Ordinum. I. Hanenbergh Middelburgenſis, Nicolaus Mutzaert Tongerleti, Arnoldus Veſſemius & Joannes Vercuilen Bernæ Pręmonſtratenſes Abbæ; Joannes Loff ad D. Ægidii Leodicenſium, Petrus Orthenius novi Monaſterii Huenſis, Canonicorum Regularium Antiſtites; Joannes Gyſelen Molinenſis, Petrus Quayen Boneffienſis, Ciſtercienſes Prælati; Walterus Walciodori, Petrus Affligimenſis, Benedictinæ Regulæ Cœnobiorum Præfecti omnes virtutis merito commendati & commendandi. Inter Decanos Gisbertus Coenerix, & Lucas Deems, Jurium Doctor: inter Præpoſitos Joannes à Grimbergis, Lovanienſium Præpoſitus, & P. à Buſco Duacenſium. In altero autem aſſiti in Principum Principalium conſilia. Giſelinus Philippi Boni Ducis, Igramus ab Acchelem Friſiæ, & Parlamenti Mechlinienſis Præſes; Henricus Weerthuſius, Nicolaus vander Steeghen, Wilhelmi Venius, & Brugelius, in Conſilio Brabantiæ; Henricus Blooyman, Honorarius Philippo II. Hiſpaniarum Monarchæ, Joannes Baruitius Rodolpho II. Cæſari à Conſiliis, Viri undecunque lectiſſimi. Theologi hinc ſunt, Guilielmus Rooſemont Author Confeſſionalis, Profeſſor Lovanii, Anthonius Hemertius, Joannes Haventius, ille Dumenſis, hic Carthuſiæ Alumnus, Joannes Haſius Societatis Jeſu; Joannes Slootanus, & Joannes Baerle, hic Buſcoducenſis, ille Colonienſis Prædicatorum Prior. Juriſperiti hinc petierunt Theodoricum Noppenum Aureliani, Joannem Richardum Ingolſtadii, Waltherum à Becca Lovanii Profeſſores celeberrimos. Medici Raſonem Raſonis, Joannem Lonæum Cancellarium Bavarię Ducis, Petrum Brugelium Collegii Medici apud Lovanienſes Fundatorem, Gisbertum Payman, Simonem à Coudenborch etiam famoſos. Philologi Simonem Verepæum Grammaticum totâ pridem Germaniâ eligi præligique ſolitum, Simonem Pelegromum Provincialem Ordinis Guilielmitarum cujus teruntur Synonima, Joannem Nenium, qui Portum nepotum edidit, & & Tilum Saxonicum lepido verſu vertit. Poëtæ & Philoſophi ex hoc tractu ſunt Theodoricus Gualterus à Veldinghen, Georgius Macropedius, Hieronymus Verlenius Epicteti tranſlator, Chriſtophorus Vladeraccus trium linguarum peritiſſimus. Ad extremum minimè prætereundi Mathias à Soetendonck Matheſeos & Gnomices, Hieronymus Buſch pictoriæ, Judocus Ionckherten ſtatuariæ, Joannes Buck exprimendis vitro perſonis, & rebus nulli ſecundus: ne quis miretur tantoperè à Barlando celebrari gymnaſium Sylvæducenſe, ut doctorum, ita doctrinæ feraciſſimum, cui in ſeptem claſſes diſtributo, & mille nonnunquam adoleſcentibus frequentato præfuerunt celeberrimi Jacobus Marinus, Gerardus Zellius, Hieronymus Verlenius, Dominicus Sylvius, Antonius Torrentinus, Joannes Nemius, Cornelius Otto, Joannes Dilenus, Petrus Louwius, Cornelius Vladeraccus, omnes à fama & fere à ſcriptis toto Belgio notiſſimi.

CAPITULUM XV.

Urbs ab hoſpe tentata ſæpius, numquam occupata.

Tentatam decies authore, conatu medio, variis hanc virtutis Brabanticæ arcem, magnâque procerum ambitione ſollicitatam, hanc Virginem ſupra dixi, nunc docebo: Annus agebatur à redempto orbe 78. ſupra ſeſquimilleſimum redintegrati belli Belgici civilis. Primus cùm Guilielmus Aurangiæ Princeps, titulo invehendi commeatum præſidiario his locis equiti, Sylvamducis ſui juris facere cogitaret, alveis navium lectiſſimo milite repletis, ſed adverſo jactatarum vento, & ad triduum tardius Gorcomium delatarum, fama factum pervenit, monitique à quibuſdam Antwerpiam profectis cives in armis præſtolantes Præſidiarium equitem, ſe ſubtrahere coëgerunt, ineunte ſextili. Quem ſecuti menſis die 11 eadem ipſa urbs parum, quin caperetur, abfuit, Stratagematis Authore Hueſdini Gubernatore, ruptis portæ Antwerpianæ repagulis, intromiſſis ruſticorum habitu pridie non paucis hoſtibus. Sed exiſtens in partibus fortuna Catholicis, civibus animum & vires auxit, ad reſiſtendum non paſſus ruſticanam veſtem civili vitæ, portæ vulnus, urbis corpori, civis unius rebellionem, fideliſſimæ ſuæ patriæ damno eſſe. Proximè ſequentis anni æſtas pluribus obnoxia malis non ſine diſcrimine fuit, civium aliquot novarum rerum ſtudioſis (qui ſe falſo nomine conſiſtoriales, cùm nil minus quam ſibi conſtaret in avita religione conſiſterent, appellebant) pacis gratia fœdus ineundum à Senatu extorquentibus, quod publicandum dum Catholici ægrè ferrent, forum armis repletur, ad manus venitur, & interventu Baronis Locrii tumultus ſedatus, ſed ad exiguum; Novatores enim, ut eſt inquietum genus hominum, ſubvenientibus ex Hedelenſi Caſtello auxiliis prælium redintegrant, ſed impari eventu cadentes cedenteſque Patriâ Kalendis Quintilibus. Quod autem proditione Jo. Gemert lignarii intromiſſus in urbem Philippus Comes de Hohenlo, civium virtute ejectus, in fugam verſus & pluribus militum cæſis, verſu triviali expreſſum pueri tenent annum 1585. quo id accidit, undevigeſimo Januarii, litteris numerabilibus indicante.

eCCe DeUs ſerVat bUſCUM, eſt ConfUſUs heLaCUs.

Annis inſuper 1587. 4. Nonas Junii ad Gravienſem ſcalis, & 1594. Kal. Martialibus ad Vuchtenſem portam ponte penſili admoto, muro

ro urbis impendebant confœderatarum Provinciarum milites, ſed inſidiis tempori intellectis, terga vertere compulſi. Recentior eſt Mauritii Comitis Naſſavii obſidio, neſcias an majore animo cœpta, an minore deſerta 27 Novemb. anno 1601. Unde Chronicon tetradc Jambica:

Iterum Potentes Batavos
Fregiſtis, ô fortes Viri
Sylvæducenſes, nobili
Invicta clauſtra Belgio.

Hujus etiam loci eſt tumultuantium Hoochſtratæ militum quaſi obſidio, qui in ſpeciem Edicti Ducalis atrocitatem fugientes vetuerant ſub pœna capitis, urbi ullos commeatus inferri: ſed liberata etiam ab horum furore 14. Julii anno 1603. Claudat ultimo hoc agmen altera Mauritii & Batavorum obſidio cœpta Auguſti 19. anni 1603. tanto animorum impetu, ut ſupra nihil: ſed Sereniſſimi Archiducis præſentiâ, aëris intemperie, introductis præſidiariis, imprimis autem Dei ope, Ducis operâ, Gubernatoris diligentiâ, civium conſtantiâ, militum virtute fractus Mauritius obſidionem ſolvit.

CAPITULUM XVI.

Suburbanum Sylvæducenſe.

AD Suburbanum agrumque Sylvęducenſem ultimam ſcriptionis noſtræ partem venio, & præmitto, urbem hanc utpote limitaneam ſemper excubare, ut quæ non tantùm munitiſſimis Bredâ, Bergezomâ, Geertrudobergâ, Graviâ Brabanticis; Heuſdino, Dordrechto, Worcomio, Gorcomio, Batavicis; Bomelio, Tilâ, Noviomago, Gelricis; Hollandicarum partium civitatibus è vicino quaſi obſideatur: ſed etiam arcibus, & propugnaculis, præſertim ad Moſæ Wahaliſque ripas, plurimis aſſiduè impetatur, quorum hęc occurrunt: Munitio Viridis Vallis in Doverano vico excitata. Manſfeldica in pago Hemertano Authorem ſuum nomine referens ad annum 1589. extructa. Crepicordiana ex adverſo arcis Hedelanæ ducta anno 1589. Voirana in Herwardenſi Parochia per M. Schenckium. Andreana per Card. Auſtriacum Belgii Proregem anno 1599. in veteri Teſterbantio ædificata. Poſt quam aliæ per Mauritianos extructæ in pagis Hedichuſio, Empelio, Hemertano, Lyttoya, Alemo, Keſſelo: planè ut de miliari in miliare, flumen & cum flumine Urbs hujuſmodi floribus coronetur. Unum adjiciam ex Barlandi hiſtoria, quod pulcherrimo invento uſum, & virtuti Sylvæducenſium eliciendæ præbuit occaſionem. Sæculum abiit, cùm anniverſario quaſi bello Gelri peterentur, Sylvæducenſibus hac in arena primam aciem ſuſtinere, ac aleam ſubire ſolitis. Poderoya arx medio inter hos & Gorcomenſes itinere à Gelris tenebatur, firma ſuo ſitu & firmiſſimo inſtructa præſidio quotidianis prædis, tam viatores, quàm nundinantes exhauriente. Hanc indignitatem primi refrænare Hollandi ſatagentes, arcem arcta cingunt obſidione, ſed fama advenientis in auxilium Gelri eandem ſolvunt. Sylvæducenſes longè aliter à Maximiliano Cæſare miſſum Anholtanum Comitem virum ſtrenuiſſimum aſſumentes eòdem tendunt, idem tentant, obſeſſos fortiter oppugnantes, ſed irrito conatu ob objecti aggeris miram altitudinem: donec excogitato quodam machinarum genere, pilas & graviſſimas grandiſſimaſque ſaxorum moles vibrante in altum, tecta ædium disjicerentur, & trabis caſu cæſus Arcis præfectus Sudewindus animum militibus abſtulit ulteriora experiendi expectandive. Itaque ad deditionem ventum, dimiſſionem obſeſſorum, direptionem ædium, dirutionem arcis. Factum anno 1508.

Hoc ſatis eſto de vicinis hoſtium latebris, & munimentis, præter quæ habent & ſuorum defenſioni ſimilia propugnacula cives multa: plura multò habuerunt, quorum pars in hoſtium venit poteſtatem, pars ſolo æquata eſt. Eorum præcipua quæ adverſum Vuchtanæ portę aggerem, & Hinthamenſis viæ obtinent, refugiis hinc inde ſuis coronata, & congerie ceſpitum alibi ſtipata. Ad ambitum Oppidi quod attinet, offert ſe quaquaverſus ferviđiſſima excurſio, & cum viget æſtivis hirſutus campus ariſtis, prata, paſcua, lætiſſima juxta & latiſſima. Hyeme enim omnia Pontus habet, & ex omni parte dormientia ſub undis agrorum arvorumque jugera navigantur, ne quis temerè fidem deroget vulgari dicterio jactitanti: Sylvamducis ſi quis viderit æſtate, hyemę non agniturum.

Hactenus generatim de ſitu ſtatuque Oppidi & Præoppidi; nunc de hoc magis ſpeciatim tractaturi. Exhibeant itaque ſe primo egreſſu vici Suburbani, ędium opificum, loci ſplendore vix urbibus ceſſuro. Vuchta & Hinthamia; illa à conjunctione (quam Veuginge, ſicut conjunctum Vucht aut gevucht vocamus) domiciliorum; hæc quaſi Hinnen-heym, Hinnorum ſive Hunnorum domus nuncupata, licet Sylvæducenſibus magis placeat illud à duello, hoc à citeriore ſepimento nuncupari: Vecht enim pugnare, Ham ſeptum locum ſignat. In hac cis viam Berliceniam ordinis Divæ Brigittæ, utriuſque ſexus Abbatia eſt, unica, ejus Inſtituti in Brabantiæ partibus, titulo B. Mariæ ad aquas frigidas, à Brabantiæ Ducibus Burgundici ſanguinis dotata. Quæ plures claras Virgines formavit, & alia in Teneramondenſem agrum emiſit Coloniam. Gravienſem portam reſpicit è propinquo Burgus D. Annæ cultu & nomine notus; inſigni nuper cœnobio Regularium Canonicarum ornatùs fundato ante 2. ſecula, diruto per Roſſemianos anno 1544. Virginibus in Cœnobium urbis Bogardicum anno 1584. tranſlatis. Nec tacendum ad limites Hinthamiæ leproſarium dives & non inelegans, ſi eodem furoris impetu non corruiſſet, iterum iterumque ſed eâdem fortunâ

Margin notes: GROENENDAEL. CREVECUER. VOIREN. S. ANDRIES-SCHANS. MORTIER. COUDEWATER. ANNENBURCH.

nâ

nâ tranſlatum. Nec prætermittendum, in umbilico viæ Dunganâ Parochiæ D. Jacobi, ducentis ab hinc annis inchoatum Cœnobiolum, nomine Querceti, nati è paluſtribus, titulo D. Barbaræ. Virgines autem iſthic collectæ præſcribente demum Borbonio Antiſtite, rogante Henrico Henrici à Leytenſoen Presbytero, Regulam Auguſtini amplectuntur anno 1475. Maii 26. & ſæpiùs ſæpiùſque militum & obſidionis tertię injurias paſſæ, ruinas habitant & rudera, vitæ regularis patientiâ ſummam, quâ premuntur, ſuperantes inopiam.

Eykendonck. Barbarendael.

Claudat hoc agmen Vallis S. Sophiæ Carthuſia extra portam Antverpianam ſplendidis extructa ædificiis, ad Dommelæ præterlabentis ripas, in Ollandt ſub Roda fundata primùm, quò miſſus ex Ruræmunda dirigendæ plantationi novellę Dionyſius à Rikel anno 1467. ſcriptis, doctrinâ, ſanctitate per totum orbem clarus affuit: cujus Patronos & Fundatores ſe habent Brabantiæ Duces, ob ſingularem, quo Carolus Dux litteris anni 1471. hanc proſecutus eſt, favorem: licèt dotatio prima primariaque Ludovico de Buc, dicto vande Water, ad Joannis Canonico adſcribatur: ſicut incrementum primum Arnoldo Herlario & Aleydi conjugibus, ędificiorum ſplendido apparatu ſtructura Huberto de Loen Priori. Cinctum erat muris Monaſterium, & ſuperſunt reliquię à clade Roſſemiana, & vaſtatione anni 67. nutantes: ex quo tempore Religioſi Urbem, & in ea domum refugii ſui habitant, pomerio ejus nonnihil producto, & ſolitarię vitæ accommodato. Prodierunt hinc ſanctitate & Scriptis celebres Viri præter magnum illum Dionyſium, novæ plantationis rigatorem, Walterus de Leeu primus Vuchtam tranſlatæ domûs moderator, & Henricus de Vride cognomento Prudens anno 1484. mortuus, & à Tritemio recenſitus. Recenti autem memoriâ hic præfuit Arnoldus Haventius Theologiæ Doctor ſex Monaſteriorum Præfectus, qui edidit martyria Carthuſianorum Ruræmundenſium, & Lundinenſium, & alia quædam. Michaël Jentſemael nunc præeſt cum laude & fructu, diu ut præſit, oramus.

FINIS.

PELANDIA.

Dialogus, quatuor membris conſtans.

CAPITULUM PRIMUM.

Pelandiæ ſitus & qualitas.

T*Rans adoleſcentes ſcandebat Martius horas,*
Certior & ſolito telluri inhiabat aperta.

Et ego Petrum Sabularium amicum veterem in via comitem nactus, myricetum Poſtulenſe attigeram, eminùſque conſpectam Jovis Xenii Regiam, inſigne, inquam, illud nec ulli totâ ſecundum Europâ Chriſtianæ hoſpitalitatis Emporium adire geſtiebam: ſed quod claudebat latus percutiens mihi Sabularius: Heus, ait, Gramaye, quandoquidem bona nos junxit fortuna, debes aliquid, dabis multum amico, ſi diem hanc dederis Martialem: Martialem, dico duplici jure, & quia hebdomades tertia, & quia menſis tertii. Tunc ego: Martialem?, nihil mihi, mi Petre, cum die aut Deo Martis, niſi capite imminuti; nec motor, quotus aut quantus Sol illuxerit, omnem enim allubeſcentem amico lubens impartior, lubentiſſimè tibi, utpote Amicorum Optimo Maximo. Excepit mox exertâ manu Sabularius: Ligas me, dum obligare non ceſſas, Ornatiſſime Gramaye: tamen ligatus amoris, obligatus humanitatis tuæ vinculis, quatenùs illa patientur, deſcendere opto in arenam non pugnator, verùm ſpectator futurus infœcundę hujus Campaniæ. Quid, inquam ego, infœcundę? Ericetorum hæc lata æquora, præterquam quod apibus, ovibus, avibus gratiſſimum præbeant nutrimentum, etiam hoc ipſo extollenda, quod ceſpitem ſuppeditent, atrâ & bituminoſâ terrâ probandum, qui pro & præ lignis ignis fovetur. Agros præterea cum cineribus, tum ipſis etiam terræ ericâ veſtitæ cruſtis, dudum in fimo uſque ad putredinem maceratis, impinguant, non alio genere ſtercorationis lætiores futuros. Planè ut quemadmodum Heſiodus cecinit, neſcire vulgum, quantum utilitatis ſit in Malua & Aſphadelo herbis ad Aſcram tritiſſimis; ita ſuccinere poſſimus, ignorare cæteros, quantum emolumenti viciniis ſuis erica procuret. Quin ſi vacat aurem dare, quid de ceſpitum horum origine ſentiam, tribus verbis dicam. In tota hac camporum latitudine, quæ Moſâ Schaldique interjacet Taxandrorum, Ambivaritorum aliarumque regiones complexa, multa ſunt loca

Occaſio ſermonis. Pelandia arenoſa. Laus Ericetorum. Item fructus.

C humilia,

humilia, in quibus infinita vis arborum ſub terra continetur, collapſarum (ut videtur) impulſu ejus venti, qui nobis inter Auſtrum & Zephyrum medius collocatur. Omnium enim cacumina ad medium orientis & ſeptentrionis regionem prolapſa cernuntur. Inter has cùm omnis generis ſunt; tum illarum maximè quæ coniferæ ſunt, maximum eſt miraculum, propterea quòd & plurimæ & longiſſimæ alta ſub humo jacent, nullę tamen hâc noſtrâ ætate in totis illis campis creſcere videantur. Situs porrò arborum per duodecim, & plura etiam milliaria Germanica inter ſe diſſitis agris invenitur perpetuus, & omninò communis eſſe: cujus miraculi causâ, quò referenda ſit, nihil reliquum video, ſi non ad inſigne & ceteris omnibus majus diluvium referatur. Inundationes enim altiſſimæ fiunt in his locis, cùm totus Oceanus per fretum Britannicum ventorum vi in noſtros agros impellitur. Eâ cœli plagâ ventum ſpiraſſe, dum hæc tempeſtas omnia obrueret, arborum decubitus apertiſſimè monſtrat. Et cava loca quę humore plurimo abundant, ut nunc plantis educandis ſunt apta, ita olim quoque arboribus veſtita fuiſſe par eſt: ſed cùm tumidis fluctibus Oceanus his quaſi canalibus quibuſdam infunderetur, ſylvæ omnes partim ventorum procellis, partim violentâ aquarum irruptione procubuerunt. Nec intelligo, quâ ratione ab hac ſententia debeam diſcedere, quâ pronuntio ab inundatione quadam enormi, & ſolitos limites egreſsâ ſylvas has dejectas fuiſſe, quarum reliquias neceſſariis ad ignem uſibus quotannis effodi videmus. Arbores enim paulatim putrefactæ, cœno & pluviis ita emarcuerunt, ut genus quoddam terræ ſpongioſæ crearint, non aliter quàm ſi quis omne genus ramentorum è diverſis lignis in exigua aqua computreſcere ſinat, & deinde id in maſſam cogat. Color ei eſt balius, quem nos eodem ferè nomine vocamus; dicimus enim *Valen-torff*, id eſt ceſpitem Balium. Id quod effoditur laterem ferè quadrangulum pedali longitudine & palmari, vel paulò plus eo craſſitudine repræſentans, exciditur acutiſſimis ligonibus, non ſecus atque culter ſcindentibus, quo lentas tenaceſque ligni fibras penetrent: excisus in metas perflatiles erigitur, quo ſiccetur: ſiccus ceſpes gravitate à leviſſimo quovis ligno ſuperatur, ſpongijs non multò ponderoſior: jacet autem hæc maſſa ſub terra, è marcidis putridiſque lignis coacta, craſſitudine nonnunquam octo cubitorum, & in ea adhuc ligna integra. Vidi ego ipſe, teſtatur Goropius, juſti magnæ navis mali longitudine in hac ſylvarum farragine adhuc jacere.

De ceſpitibus diſputatum.

CAPITULUM II.

Mores Pelandiæ deſcripti, & loca quæ complectitur.

Mores Pelandiæ deſcripti.

TAli ſermocinatione dum iter & diem trahimus, ecce in occurſum virago, nec gracilis, nec gratioſa, bigam bobus trahentibus ductans, manus armata flagello, humerum tridente. Ut vidit, ut riſit Sabularius, & Hem, ait, taleſne taxos profert hæc ſterilis Taxandria? Quàm verum in vulgo natum & notum triverbium, Campinienſes terrâ ſuâ ignem, equis prandia, aurigis lectos fovere: ſive, ut alii, terram comburere, equos mandere, aurigis condormire. Subjunxi mox ego: Rem tetigiſti, & uno obtutu nationis hujus mores & genium conſideraſti. Sutorum hìç nulla, ſartorum vix ulla gratia aut uſus. Æſtate nudipedes ſunt ferè (de plebe ruſticana ago) hyeme lignambuli, veſtes genu vix excedunt, cubitus cum lacerto, aut lacer, aut tritus, menſa ſine arte, capillitium olim oblongum: verbo dicam: Homines ſunt laboris & patientiæ filii, induſtrii, & ſi excolas ingenia, ſtudiis aptiſſimi, quibus licet pro lignis terra, pro candelis lignum, pro equis boves, pro lecto ſtramen, pro epulis pulmentum, pro vino zithum fit; tamen protrahunt in longam ſenectutem ſecuros dies, ſani robuſtique, néc ad artem minùs quàm ad Martem prompti. Quâ de re libet B. Honorii Curionis olim Helmondani doctiſſimi verba ex deſcriptione Taxandriæ recitare. Alpha, inquit, & Dommela exiguis amnibus alluitur, eſtque agro bono, frugibus & pratis undequaque irriguis, quibus Romanos primas in agricolatione partes dediſſe ſcimus. Verùm quia Geldrorum ſive Menapiorum fines attingit, incultas habet ſolitudines, glebamque admodùm torridam. Videas illię quovis tempore ceſpitum diverſas congeries inſtar domuum coaptatas. Mireris loca vectoribus inacceſſa propter ſoli laxitatem, crebroſque anfractus, & ſcrobes, è quibus naphta illa effoditur. Præterea ligni genus, ſive mavis tedam, appellare, quod veluti cicindula nocte refulgens apud tenuiores in pretio eſt. Mons ibidem non magnus oſtenditur, quicquid olim fuerit, velis pervius, cùm ſcilicet Oceanus Tongros allueret, velificatus appellatus; & viginti pagi numerantur ruſticanis domibus ac populo ſatis frequentes, quorum caput ſive metropolis Helmonda eſt dicta Corypolis. Homines hujus regionis multæ ſunt induſtriæ, & ſagacitatis, adeo ut exteri hoc joculare proverbium in eos torqueant, Taxandros facile macturos equum, modò capiſtrum habeant. Plurimos quoque reperies præſenti, & infracto animo viros, ſub eo præſertim tractu, qui Leodiorum & Menapiorum limites oppoſitos habet. Nam ob diuturna bella tumultuariaſque incurſiones, quas vario Marte contra iſtos fecerunt, robur & alacritatem bellandique peritiam aliquam obtinent. Fortiſſimi Taxandrorum & longè turbidiſſimi cenſentur Sommerenſes, his proximè accedunt Heſenſes & Leendenſes, qui ſuos hoſtes maximè Geldros non uno in loco haſtas abjicere coëgerunt. Quibus in verbis obſervandum venit, Helmondam Taxandriæ Monopolim magis quàm Metropolim eſſe, ut quæ unica Pelandiæ urbs, cùm Roda ejuſdem ſit caput & Municipium principale. Deinde Taxandriam, quod

Proverbium.

Idem ex Honorio.

Die Zeilberch.

Taxandr.

quod ibidem aſſerit, non à taxis, ſed à coacervatione arenarum veteribus dictam; adeòque longè (quam nunc Pelandia) amplioribus deſcriptam finibus fuiſſe.

Taxandriæ veteris limites indagati.

Meierus ad annum 974. meminit donationis Cœnobio Gandenſi factæ per Ottonem II. ubi inter alia *Nordwic & Idegem Taxandriæ* vici celebrantur. Scriptor vitæ D. Rumoldi *Liram* oppidum ſimiliter *in Taxandro* collocavit. Diploma Trudonenſe *Alem*, Epternacenſe *Loemel* & vicina, Criſpinienſe Emplam, Laubienſe *Motzelam* in pago Taxandriæ collocarunt: è quibus facile eſt æſtimatu, uſque ad Ryenſem pagum & Andoverpam patuiſſe, iterumque ad Moſam Gelros ſeparantem, & Tiliam, Herkamque Haſbanos Bratuſpantoſque excludentem ſe extendiſſe veterem Taxandriam,

Populi qui in ea.

cujus portionem Tungri, Ambivariti, Pæmani occupaverint, & demùm his pulſis aut ſubjugatis Attuarii, Salii, Sicambri. Francis porrò rerum potientibus, uti ſcio *Taxandriam*,

Pagus Taxandricus à Francis.

ſive quòd idem *Toxiandriam Taxandrumque* pago nomen dediſſe, ita non dubito, quin Principes ab antiquo ſuos ſingulari notos titulo habuerit, ſingulari dico *Comitis*. Et hinc fortè primigeniæ hujus territorii ſanctiones à Lotharingiæ Ducibus confirmatæ,

Tax. Comites.

& cum Saliis multa habentes communia non Ducis, ſed Comitis paſſim meminerint. Harum una talis: Si lis

S'GRAVENVREDE.

aut pugna oritur, & Juſtitiarius *Pacem Comitis* per duas hebdomades ſervandam indixerit &c. Pacem Comitis dicit, non Ducis. Eodemque ſpectat, quod fama, ſed incerta jactatur, ultimum Pelandiæ (id nomen videtur Taxandriæ ſucceſſiſſe) Comitem Herkenrodiæ tumulatum,

Comes Pelandiæ Ultrajectini cliens

qui quòd Ultrajectini Antiſtitis cliens eſſet fiduciarius & è Palatinis Comitibus unus, puta: ſtabuli Præfectus,

Ejus inſignia.

in Scutis præferebat tres ſubſcudes inauratas, quas hodièque gentiles à Comitibus hiſce deſcendentes

Familiæ ab eo.

Montfortii, Vlierdeni, Lyropii, Roverii, Stakenbrouckii, Lowii, Vladeracci, & ipſa adeò circumfert Pelandia. Nec omninò id abſonum videri debet, cum inſignibus coronam inſigne Comitum impoſitam conſpiciamus, & Trajectini annales conformiter Dyntero narrent captum prælio Woringano Antiſtitem, Duci Brabanto ceſſiſſe quicquid in Campinia juris habebat. Ex quo tempore Prætorem ſub Metropoli Silvæducenſi ſuum habere cœpit Pelandia (ſic dicta

DE PEEL.

à palude maxima, *Peel* vocant, ambitu 2. miliarium ejus magnam partem tenente) & quidem dignitatis merito primum è quatuor.

SINT ODEN ROY

Comitum ſedes olim, ubi Prætoris nunc, Rodæ loco Collegiatæ vicino, nunc per Tilborgenſem Dynaſtam occupato

IACHT HUYS.

cum venatoria Ducis Brabantiæ aliiſque juribus.

ODENBERCH.

Mons D. Odæ vocatur antiquitùs, ab illa habitus aut habitatus; caſtrumque in eo fuiſſe puto hodièque in ſcutis municipii perſeverans, ubi adeò capitales feudorum ſententiæ ſolent pronunciari pagis ampliùs quatuordecim jus petentibus, nec niſi Bruxellam à judicato hìc appellantibus, manifeſto amplæ majeſtatis indicio, & Comitum Taxandricorum celebri dignitate, qui à loco Prætorii ſui nonnullis appellati dicuntur Rodenſes;

Rodæ Comites.

oſtenduntque Canonici in ſua Eccleſia Tumulum *A. Roda Comitis*, ſed de quo nihil ultra, licèt ſeriò inveſtigans, potui intelligere. Eccleſia hæc, quam dico, novem Clericorum veteri eſt Collegio inſtructa: Collegio, cui Henricus

Collegium Canonicorum ſeculare

Dux anno 1248. donans *Altare de Eerſchot*, Decanum inſuper præficiendum voluit, quæ pronuper dignitas Epiſcopo Ruræmundenſi in perpetuum eſt attributa. Monſtrant feretrum cum reliquiis Tutelaris ſuæ Odæ Scotorum Re-

Beata Oda.

giæ Virginis, hìc integritatis merito miraculis claræ, inque Divos relatæ anno 713. per Etbertum Epiſcopum Leodicenſem anno 1103. ſolemniter elevatæ; & amplius etiam in Cathedrali Sylvæd. 27. Novembris Duplicis feſti honoribus ornatæ. Præter quam Curialis eſt præſulis Martini, & Sacellum D. Anthonii, & aliud A-

IN EERDEN.

poſtolorum Principis in Odelandia eo maximè

IN OLLANT.

celebratum, quòd Vuchtenſis Carthuſiæ mater ſit, opibus Luduvici *Vanden Watere*, dicti *Bucq*, auſpiciis Dionyſii à Rikel, conſenſu Brabantorum Ducis hìc fundatæ anno 1472. ſed ob com-

Carthuſiani.

modiorem viciniam in ſuburbanum Sylvæducenſe tranſlatæ. Nec minus claruit tribunali quàm

Rodæ privilegia.

templis Roda noſtra, jus oppidi, aut verius *Libertatem eandem quam habent Burgenſes de Buſco*, dono Henrici Ducis ad annum 1232. adepta, limitibus & nundinis in octavas Paſchæ, & Ka-

Nundinæ.

lendas Octobris (quæ tamen pòſt tranſlatæ in diem Martis antè ferias Servatii, & poſt feſta Bavonis) conceſſis, & facta poteſtate ſenatui (qui ſeptem Scabinis juri dicundo, totidem juratis reipublicæ formandæ, Conſulibuſque pecu-

Senatus.

lium municipale curantibus binis conſtat annalibus) mulctas definiendi circa mercimonia delinquentibus per Joannem Ducem anno 1340. Cæ-

Incrementum.

terùm cùm exiguis libertas finibus circa planitiem dumtaxat clauderetur, Joanna Princeps litteris anni 1403. extendit pomærium ad am-

HERTOGANGEN.

plitudinem Parochiæ, ita ut quinque regiones circum circa comprehendantur, addens hebdomadale diebus Mercurii forum, libram publicam, ſignaturam pannorum Laneorum, & vectigal cibarium potoriumque poſſe ſtatuere, triaque generalia placita quotannis celebrare, citatis

GHEMEYN WARRHEYDEN.

ad tribunal omnibus patribus familias, factaque poteſtate ſingulis proponendi, quod in rem videbitur. Ad majeſtatem porro hujus loci facit, quòd citationis jus (de quo in Sylvaducis ampliter egimus) in 14. pagis territorii obtineant, quod duo communicantium millia numerare, 4. Sagittariorum collegia, Senatum ſubinde è ſolis nobilibus habere, Gerontocomium S. Pauli 7. vetularũ (Patronatus eſt Generoſi Joannis de Amelroye) & Xenodocheium fovendis peregrinis oſtentare conſueverit, & produxerit ſuperſtites nunc Curæ animarum deputatos viginti, inque primis Gisbertum Coverincx Cathedralis Sylvæduc. Decanum Epiſcopum Daventrienſem electum. Oſtendit nobilium Prætoria ſeptem, *La-*

DE LAER

renſe imunitum imprimis Gulielmi Merodii Pre-

Ten Hout. toris nuper Thenarum, *Ligniacum* Huberti Berkelii Expraetoris Rhodani, *Transpomerianum* Pas-Bogaert. Adrianae van Dobbelſteyn, Gulielmo Halmalio nuptae nuper, *Pratenſe* Godardi de Zeger, *Ar*Te Wey. *cuenſe* elegans & amaeno ſitu Marci van Ger- De Boocht. wen Praetoris, viri Prudentis & Nobilis. Itemque *in Sylvis* duorum fratrum Outelariorum Inden Bosch te Rysingen. Emberti & Arnodi peculia. Planè ut nihil ad perfectionem laudis queat deſiderari, ſi fortuna & Martis iniqui furor felicitatis curſum non intercepiſſent. Calamitates. Recens eſt memoria annorum 1542. cùm Gelrici exercitus manu pœne totum cum Prętoriis in cineres abiit: 1572. cùm per hoſtem ductu Holſteynii feſto Archangeli Michaëlis, in praedam ceſſit: 1576. cùm Bomeliano praeſidio ſuccendente plures domus cecidêre: 1581. cum ab Heuſdanis 30. Auguſti undecim aedium decades periêre: 1583. cùm Iſelſteiniani utrumque templum cum vicinis Vulcano tradidêre: 1587. cùm ſecundò ab hoſtibus ſpoliatum. Pelandorum laus. Nec mirum: Pelandi enim ante & ſupra alios inimicos caput oſtendêre, frequenter etiam cum vitae & bonorum jactura exercitui occurrentes. Teſtis memorabilis illa anni 1587. pugna, licet ſiniſtro eventu, & quingentorum ſanguine penſata, laudanda tamen animi merito pro grege, lege, fide mortem contemnentis. Teſtis melior quinque cohortium Bredanarum clades anno 1589. per Pelandos primùm & potiſſimùm patrata.

CAPITULUM III.

De 14. pagis tribunali feudorum Rhodenſi obnoxiis.

VIx verbis modum poſueram, cùm ſubridens nonnihil Sabularius excipit: Dii boni, amiciſſime Gramaye, quanta tu de Rodiis! quorum archiva niſi perroſeris, non video unde has antiquitatum medullas depromſeris. Sed, XIV. Pagi. amabo, de 14. pagis beneficiario hîc tribunali obnoxiis, quod dixiſti, doce, & ſi quid in eorum ſingulis rarum, indica. Adhaec ego: Non gravabor, inquam, & à turribus oculos noſtros eminus perſtringentibus auſpicabor. Quod vides caſtrum Rixtel. Rixtelium eſt gentilium de Oudaert vetus poſſeſſio, qui & pagis hactenus dominantur tribus, Aerle. Beeck. Stiphout. Areolae, Torrentio, Stepponis-ſylvae. Primus Romanum habet nomen, nec Romanae antiquitatis indignus, quod numiſmata recenter inventa, & à me viſa teſtantur. Nundinis duabus, ſacello Deiparae ad arenam celebri, & utili peregrinorum concurſu innotuit, Endovienſis Capituli ſacra proviſio. Alter Hoydoncani Cœnobii decimatio è propinquo monſtrat Templariorum Templarii. alios ad uſus tranſlata Latifundia. Tertius obſeſſis à cacodaemone frequenter ſuccurrere viſus ſacro Venerabilis Euchariſtiae pignore exhibito, de quo libet Honorii verba annectere. Memini me in ſacello aedis tectorio legiſſe annotatum: Miraculum Euchariſtiae. cùm anno 1341. Campanarum turris de cœlo tacta eſſet, omniaque corripuiſſet incendium, nec quiſquam propter horribile diſcrimen de ſacris efferendis auderet cogitare, prorupiſſe ex laicis Joannem Baloys, virum zelo fidei inſignem, qui ſeſe obtulerat ad exportandum Chriſti Dei Corpus, modò Parochus illum ſua authoritate communiret: quâ multis verbis ipſi communicatâ confidenter in aedem penetraſſe, thecamque apprehenſam flammis hinc inde cedentibus ad populum foris ſtupentem deportaſſe. Vidi iſthic duos demoniacos, quos pauculos poſt dies liberatos intellexi. Is qui ſpectaculo adfuerat, narrabat de altero rem memorabilem: priore ſcilicet ſanato, quum poſterior coram Sacerdote adductus torvos admodum gereret vultus, & ſubinde ganniret, vin tu Sacrifice me expellere? cùm autem latentem diabolum increpans moneret, ut ſacro flamini concedens ad cocytum demigraret, addens: Dominus hoc opus habet: Miraculum alterum. ſimulabat Cacodaemon primo geſtu, ſe jumentum ſuum non dimiſſurum, nec Regi gloriae velle aſſurgere: aſt ubi repetitis exorciſmis cœpiſſet urgeri, deſine (ait ad Parochum) homo impudens me ulterius exagitare, excedam hoc ergaſtulo promptiſſimè, ſi prius abs te cantillandi copiam impetravero. Quam cum Exorciſta ſe praeſtare dixiſſet, ea tamen lege, ne cantionem ultra horae dimidium extenderet, ille melos fudit ore tam argutum, tam ſublimis & varii ſoni; ut nullius muſices peritus adoleſcens, nullaque virgo tanta vocis bonitate extiterit, quae hunc canendo adaequavit. Non ſic diluculo inter frutices garrula Philomela fritillat

Talia nec dulci geminat Meandirus ore,
Vicina gaudens tempore mortis olor.

Stabant ruſtici attonitis ſimiles, praefixumque tempus labi ſinebant, adeo mirabilis cunctorum cantio ceperat aures. Ad extremum quum auditores horam praeteriſſe mirarentur, & ſe ludificatos à callido hoſte mutuo quererentur: Viri (inquit Cacodaemon) mirum vobis videri non debet, quòd mihi intentos tempus hoc modo fefellerit,

Summi quidem cantor Judicis ipſe fui.

Interrogatus quamdiu gloriae olympi fuiſſet particeps, gravi ac concitata voce reſpondit: Ab aurora uſque ad ſolem. Nec mora, quos ſuis prius modulis tantopere oblectârat, eos demum abiturus peſtilenti odore infecit.

Quanta verò audivimus hîc edita miracula, virtute nimirum ter Sanctae Euchariſtiae, quae inter publicas ſupplicationes decenti circumlata ordine, cogit daemonia fateri, Altiſſimum pertranſire: ſed nihil pejus anima reproba, licet enim ſigna viderit & prodigia, ſuam tamen ſemper retinet impudentiam.

Hactenus ille. In quo miſſos facio tres hoſce pagos, duoque (Areola enim cum Torentio unum dumtaxat conſtituunt) tribunalia, ſi addidero extare praetoria duo intra hunc ambitum, gentis *Eykana* alterum, alterum *Deckeria*, u- Straetot. trumque à Dominis antea poſſeſſoribus ſervans cognomentum. Ut autem progrediamur, alia parte caſtellum eſt & pagus, Erpenum nobiliſſi- Erp. mae

mæ ſtirpis cognomentum, vetus peculium, nunc Toparchia; Walrayium primæ famæ Dominum habens utriuſque fori compotem & juſtitiæ, tam hìc, quàm in Vechelia Perſonatu inſignem habente Parochiam, & monumenta nobilium nonnulla. Succedant vici duo ſolis indutæ cognomentum *Lucia*, & *Solia*: illa Præpoſiti Trajectenſis ſacrum Embdani Comitis forenſe peculium: hęc Collegiatæ Cortheſemienſis ſub invocatione S. Petri ſacra proviſio, patria Franciſci Antwerpienſium Protomyſtæ,

VECHEL. SCHYNDEL-ZONNE.

Quique inter Belgas, Sol quod in orbe fuit,

Tres Ducum beneficio nundinas, & notam exteriſque notatam pecorum nundinationem jam inde jactans. Idem cum Solia Tribunal agnoſcit Bruegelia, S. Genovevæ meritis claram, à Rodenſi Decano dependentem habens Eccleſiam. Adhæc Toparchiæ hoc tractu ſunt ampliſſimæ *Nova-villa* & *Wettenum*, illa Collegiatæ paulò antè dictæ, hoc... Eccleſiam habens, in foro gentiles de Eyck ceſſione Regiâ agnoſcens, antea Berkelios & Vlierdenos. Intra ejus limites inſignis nobilitate Prioratus Fænicollæ cœptus erigi anno 1146. à Leone Cœnobita Rodæ-Ducis in tractu Limburgano, qui Eccleſiolam biennio pòſt à ſe extructam à Philippo Hozebergano Epiſcopo dedicari curavit. Virgines nunc ſunt & ſubſunt Abbæ Rodano Ordinis Canonicorum Regularium, incoluntque ædem ſic ſatis egregiam, ſive ſtructuras, ſive dotem, ſive alia conſideres, claris plerumque natalibus ortæ. Intra ambitum porrò Novæ-villæ, Dulcis Torrentis ſub Auguſtini Regula militans Cœnobium, de cujus initio ſic narrat Chronicon Bethlemiticum lib. 5. articulo 9: Henricum Sacerdotem cognomento anno 1448. filiabus ſuis binis Divino ſe ſervitio mancipare deſiderantibus domum erexiſſe, & Theodorico divite ruricolâ dotem augente auctum ſenſim numerum, ita ut in communi vita victuræ ex Urſulano Lovanii Cœnobio magiſtras evocarint. Sed vix exacto ſeptenni tempore, ſatiùs eis viſum celebrem id temporis Auguſtini Normam ſequi: quod factum authoritate Leodini Antiſtitis ſuffragante. Egit hìc moderatorem Anthonius Hemertius ſcriptis, ſicut in Wetteno Gulielmus Daniëlis Dominicani gregis, habitis omnium cum admiratione concionibus notior. Ad alia pergo. Leembda Baſſeniaci Comitis Toparchiæ... Abbatiæ Floreffienſis Eccleſia, & Curia eſt dono Ducis & gentilium loci Lysholdia, famoſo peregrinorum diverſorio à tribus ornata ſeculis. Bacula ob vetuſtam D. Willebrordi & Epternacenſium Parochiam ſpectabilis, & Dynaſtiam Ducis, nuper gentilium de Witenhorſt, qui arcem & Dominium vicini Spineti obtinent. Ubi non tacendum antiquitùs contra Geldros munitiſſimum extitiſſe propugnaculum, clypeum totius Pelandiæ. Nec omittendum præter Liſalienſe, Sacellum in Vlierden, loco à terra fluitante nomen adepto, qui & vetus eſt cognominis familię peculium, quod licèt bellorum

BROECHEL. NUYNEN. WETTEN. HOYDONCK. ZOLTERBEKE. LYSHOUT. BAKEL. DOORSSEN. IN LYSEL. VLIERDEN.

vitio ad alios devenerit, tamen à Joanne Vlierdeno, qui Carolo V. à ſecretis fuit, recuperatum perſeverat apud poſteros. Hinc oriundus Joannes Eques, ſecundo genitæ Comitis Aldenhovii Matrimonio conjunctus: hinc Daniël Elizabethæ de Peterſem maritus magnifico tumulo Oirſchoti illatus anno 1451. poſt glorioſam propriis impendiis contra infideles militiam: hinc Joannes anno 1491. Sancti Dioniſii circa Pariſios Abbas, & alter ejuſdem nominis Palatinus Franciſci Valezii: hinc Balthazar initio turbarum laudatiſſimus Antwerpiæ Conſul pro Rege & Religione carceres & tormenta paſſus: hinc denique Franciſcus celeberrimus Parcenſis Abbas, magno ſui relicto deſiderio, non ita pridem vitâ functus: omnes licèt aliam nacti patriam, hujus tamen gentis & loci. Tongrorum colonia in ſacris Endovienſes, in foro nobiles de Coudenhoven prætorium ad flumen habitantes reveretur, nomine vetuſtatem loquens. Lyropium Joannis Blaſeri Senatoris Curiæ Belgicæ, & Petri à Fine Theologi Lovanienſis patria, pluriumque Mater Eccleſiarum Floreffiæ obnoxium, & nuper Mireloæ Dominum tantiſper agnovit, nunc ad Ducem rediit. Atque hi ſunt, quos tribunal feudorum Rhodenſe reſpicere dixi, pagi.

TONGERLE. LYROP.

CAPITULUM IV.

De reliquis Pelandiæ Dynaſtiis.

MIrloa autem (ut eodem ductu cæteras Pelandiæ Dynaſtias percurram) Dominium eſt ſacris prophaniſque titulis nobile, Eccleſiam habens Virginis Luciæ claram patrocinio, Floreffienſi Archimandritæ commiſſam, Patria Guilielmi Enckevortii, qui è Patribus purpuratis S. Romanæ Eccleſiæ titulo SS. Joannis & Pauli ex Antiſtite Derthuſiano Ultrajectinus an. 1539. Februarii 22. Bononiæ Carolum Cæſarem Extremæ Unctionis Sacramento munivit, Heros undecumque laudatiſſimus, qui honori duodecim Apoſtolorum totidem ſenibus cum fortuna & ætate luctantibus domum & ſubſidia vitæ teſtamento reliquit. Hinc etiam nati Godefridus Dominicani Inſtituti Harlemenſis Epiſcopus, Gerardus Brantz Paulinus apud Trajectenſes Abbas, Henricus Daemen Leodicenſis Canonicus, & alii. Dominium porrò cum Arce eleganti & amplis juribus Joannes Dickbier Eques olim poſſedit: & demùm invenio anno 1501. Swaeſſios & decennio pòſt gentiles de Bouſſiez & Rubemprez hæreditario ad ſe devolutum jure poſſediſſe, eoſdemque tranſcripſiſſe Raſoni Grevenbrocano, in cujus nomine & poſteris hodieque perſeverat, Eraſmum magni nominis & prudentię Toparcham habens. Non inferioris notæ Dominium eſt Aſtenſe Lyropii, non ita pridem in ſacris appendix, caſtro ornatum permagnifico, nundinis etiam annalibus honoratum, Beckanæ gentis olim poſſeſſio anno 1451. ad Petrum de Vertaing devoluta, nec multò pòſt in familiam Backiorum cùm deveniſſet,

MIRLOE. POSTEL-HUYS. ASTEN.

anno 1521. Renerus Brederodius illuſtri apud Batavos ſtirpe per matris obitum ejus cœpit potiri, intra cujus juriſdictionem miraculis jamdudum
OMMELEN. clara Deiparæ Icon in Sacello Ommelenſi, juxta quod diſciplinæ merito commendatiſſimum, & quod meritò facem perferat, eſt ſinus Mariani titulo Cœnobium tertiæ Regulæ Divi Franciſci à Sylvæducenſi Epiſcopo inſtitutum. Sacellum extructum à Mercatore Joanne vander Lanen, monito in ſomnis, dum mare navigans certiſſimo vitæ diſcrimini objiceretur, nec imago ullis artibus à loco removeri poſſet. Sacellum piorum eleëmoſynis auctum, & frequentiſſimo peregrinorum concurſu ſalutarem opem non ſemel expertorum ſumma indies ſumit incrementa, de quibus indies patrari ſolitis peculiarem libellum ſcripſit Joannes Jacobi, loci Curio doctiſſimus.

ZOEMEREN. Ab eodem Floreffienſi Abba dependet Sancti Lamberti Parochia in ſeptem paludibus, ſic enim appellandus vicus hic, à Rivulo via Weertenſi nato, cui manifeſtè *Sevenmourem* nomen hæret. Curionem nunc habet Archipresbyterum Eindovienſem Joannem Jacobi Theologum à Scriptis laborioſo carmine nec minùs docto Deiparæ laudibus notiſſimum. Vicus hic eſt ex Campaniæ maximis, incolæ ex bellicoſiſſimis, & numeraſſe audio plateas ſeriatim habitatas connexis ædibus triginta, hominum ad decem millia numero, utroque ob continuas bellorum tempeſtates mirum miſerumque in modum diminuto. Ad limitem Brabantiæ ſimiliter excubat amplitudine ſpectabili Geldrorum
GELDORP. vicus nundinis caſtro & dominio à Gelriæ Ducibus moto Amandi de Hornes, nundinis & Parochiâ titulo Virginis Mariæ & Brigidæ ab Equitibus Ordinis Teutonici dependente celebris, qui eidem ſplendidam, ut loquuntur, in
GHEMERT. vicino Gemertio patriâ Georgii, Macropedii, & Joannis Cœci habent Commendariam. Vidi ſanè Joannis Ducis anno 1270. ſcriptum diploma profitentis juſtitiam omnem in Gemert ſpectare ad Equites Beatæ Mariæ, & Theodoricum Militem de Gemert diviſim, cujus Theodorici ſucceſſor anno 1366. Junii 21. portionem ſuam dictis Equitibus ceſſit, qui exindè toti vico dominantes elegantiſſimum extruxêre Prætorium, quod nunc poſſidet claro loco natus Henricus ab Holtdorp, Vir neſcias an prudentiâ, an genere, & litteris præſtantior. Succedunt vetera gentis Hornanæ peculia cum Gaeſbecano Baronatu ad Egmondanos devoluta, Heeſa nimirum & Leenda, utraque præſentan- HEZE. LEENDE.
te Antiſtitâ Virginum de Keyſerboſch curatorem animarum accipiens, illa Divorum Martini & Agathæ; hæc Apoſtolorum Principis honori nuncupata: illa ſeparatim Anthonii de Padua; hæc Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ Sa- IN STRIJT.
cellum, utrumque miraculorum gloriâ illuſtre, habens: illa ut Joannis Theologi Plebani Buſcoducenſis, Theodorici Hezii Canonici Leodicenſis natale ſolum quem niſi morte prçventus fuiſſet, Adrianus VI. in Cardinalem adoptare decreverat; hæc Samuëlis à Campo Doctoris Sorbonici anno 1439.

Finiam in ampliſſimi nominis Baronatu aliquot Pagorum ambitu circumſcripto, quem populares Craendonckam vocant, quaſi dicas CRAENDONCK.
locum eminentiorem ad aquam, ubi moles attractoria. Arx hic eſt longè munitiſſima, nec tam ſitu, aut ſtructurâ ſuâ, quàm Privilegiis ſuſpicienda. Poſſederunt olim Cuyckani, deinde Schoonvorſtani ante ſeſquiſæculum & ampliùs, Hornani Gaesbecæ inſuper Barones, anno 1494. Egmondani Izelſteniæ dominantes, à quibus illuſtriſſima gens Naſſovia cœpit obtinere, & obtinet adhuc Aurangiæ Princeps, ut nobilitate & eruditione paucis, ita humanitate & prudentiâ nulli ſecundus. Dependent hinc Heeſa maritima Eccleſiam Eindovienſi MAERHEESE.
Capitulo incorporatam habens, & Sueredoncka, SOERENDONCK.
& ad extremum Budela Capituli Aquenſis ſa- BUDEL.
crum Peculium, & ſui olim aut ſaltem Cæſarei Juris, niſi ſuaptè ſponte Brabantorum ſe Duci maluiſſet ſubjicere, ita tamen ut ſarta tecta ſervaret privilegia, quod fit hodièque, & unum dicam, neſcias an admirandum, an laudandum magis. Emporium toto orbe vix ullum reperio, ubi non mercimoniis vacantes ex hoc Pago aliquos reperias, & gloriantur hâc propter non immeritò. Subriſit Sabularius, & ſubjunxit:

Claudite nunc rivos pueri, ſat prata biberunt.

quandoquidem ad illos fluctus deduxerit nos orationis fluxus, qui proprio non contenti alveo, alienis gaudent miſeri canalibus.

FINIS.

CAMPINIA.

Dialogus in ſex partes ſectus.

CAPUT PRIMUM.

Campiniæ Etymon & Antiquitas.

Occaſio ſermonis

LUx erat prima ejus menſis, cui à junioribus nomen, & ego ſomniculantem adhuc Achatem ex & incitaturus cubile ingredior, & liberâ voce ingemino:

Gramaye. Siccine, dulciſſime viventium, moreris? Sic Endymioniſſas? Expergiſcere, aſpice eum, qui rubeſcit quod in plumis, implumis, inquam, videare.

Achates. Vivo, vivo, mi Gramaye, nec mortuus hactenùs niſi in imagine, quicquid de dormientium nonvitâ ſomniet Philoſophus.

Gramaye. Age ergò, diſcute nubes vaporoſæ noctis, ut cum veſte induas obequitandi animum. Exeundum eſt enim in campos: Campaniam dico, non illam luxus & luxuriæ hoſpitam, ſed aliam laboris & induſtriæ: talis profectò regionis hujus indoles, talis hominum à Cymbris progenitoribus olim ſuis nihil degenerantium.

Luſus in nomine Campiniæ.

Campinienſium Progenitores.

Cymbris, vel quod idem Sicambris, quos *circa Toxiandriam primos conſtitiſſe* haud perperàm ſcripſit ex annalium fide P. Divæus libro primo; & demùm circa Vahalim conſediſſe innuit Sidonius hoc verſu:

Cymbrorum ſedes.

Detonſus Vahalim bibit Sicamber.

Locis nimirùm ubi nunc Gelria & Clevenſes. Quin autem hunc, de quo agimus, agrum etiam Cymbri tenuerint, tantùm abeſt, ut dubitem, ut etiam ipſum Campiniæ nomen inde exiſtimem permanere: neç enim intereſt inter *Kimbers* & *Kimpſſers*: maximè cùm omnes in eo ſint, ut opinentur Cymbros à *Kampſſen* ſive *Kimpſſen*, quod pugnare ſonat, nuncupatos, & fidem faciant diplomata vicum Campiniç *Cimerſelt*, id eſt Cymbrorum agrum, appellatum, qui nunc abraſâ ſyllabâ Mirſelti vocabulo notior eſt. Imò ampliùs ſuperſunt apertè Cymbricorum Deorum pagis aliquot, ubi fortè culti, indita nomina, nominatim Mercurii in *Woenſel*, Honoris in *Eerſel*, Martis in *Royſel*. Utì enim *Woen* Mercurium cis dictum, aliàs docui, & *Eer* Honorem eſſe omnes ſciunt, ita *Roy* Martem à colore ſanguineo cognominatum oſtendunt illi, qui tertiam hebdomadis feriam *Roydach* indigetant.

Etymon.

Veſtigium loci.

Item Deorum.

Martis nomen.

Achates. De Cymbris, ut nihil nugeris amplius, credam: ſed adde, ſi quid Romanæ aut Gallicæ antiquitatis in ditione, quam viſere cogitas, ut quod corpori induendo dandum, idem animo imbuendo tempus concedatur.

Gramaye. Optimè tu quidem unâ duos fideliâ parietes dealbaturus. Volo tamen, quia vis. Romanorum temporibus quin hæc loca Taxandriæ titulo comprçhenſa fuerint, nemo, qui quidem Epternacenſium diplomata percurrerit, dubitabit. Numiſmata Julii, Anthoninorum, Veſpaſiani reperta in ruderibus arcis *Bladelæ* vidimus, nobis etiam tacentibus probatura. *Bladela*, vicus eſt myriceto Poſtulenſi conterminus, (patria Hulſemannorum fratrum Wilhelmi & Anthonii, quorum ille Theologiæ lauream doctoralem in Werthenſi, hic ejuſdem ſtudii laudem adeptus in Gravienſi Paræcia deſudavit,) in ſacris Tutelarem habens D. Petrum, proſpectores dominos Capituli Orſcotani, idem cum *Royela* tribunal habens, & tribunal ritu quàm alii alio quotannis Senatum accipiens, ſed mutatis è ſcabinorum 7. collegio nunc tribus, nunc quatuor viris. Hic Palatium Regis loco, qui hodièque *Nederſal* (quaſi inferum Palatium dicas) vocatur (paræcia, & alibi peculium Poſtulanenſium) fuit olim & monſtrantur veſtigia, caveæ, foveçque inſignes. Extat apud Hedam diploma Caroli Calvi datum *Bladelæ* annò 863. decimo ſeptimo Kal. Julii, die S. Viti, donantis Theodorico è progenie Francorum oriundo Comitatum Hollandiæ, Normannorum Viltaburgi dominantium vim propulſaturo, Comitiis totius Regni Bladelæ celebratis, teſtibus inter alios *Hagenone de Xantis*, *Walgero Comite Tiſterbantiæ*, *majore natu Sigiberti Principis Aquitaniæ*, *Theodorico juniore fratre eorum*, *& matre Machtilde*, *Legatiſque Joannis VIII. Papæ*, *& aliorum*. Videantur Sigibertus, Divæus, Douſa hæc eadem non tacentes. Ex quibus clarum evadit, è Palatiis Regni Franciæ & Auſtraſiæ tum Bladelam, ignobilem nunc vicum, fuiſſe; ſicut ex annalibus, Campiniam Ducatus titulo inſignitam fuiſſe, quo tempore Drogo Caroli Magni filius *Campiniæ Dux* memoratur. Sed quam latè Campinia tum patuit ſecundo-genito tanti Imperatoris hæreditariæ portionis loco aſſignata, quia cum eo titulus intercidit, repertu difficile eſt. Libenter crederem abhinc celebriora Campiniæ, ut nunc eſt, loca ab *Oyr* incipientia, quod heredem ſonat, vocitata, ut *Oyrſcot*, *Oyrle* &c. Quicquid ejus eſt, poſt cladem Normannicam fuiſſe, & prçfuiſſe Comites aliquos militares Campiniæ noſtrati, probare videntur arma regionis gentilitia coronata plumis verſicoloribus extantibus, ſcuto inferiore par-

Romanæ antiquitates.

Blaydela à foliis dicta.

Palatium Bladelæ.

Comitiis Imperii clarum.

Campiniæ Ducatus.

Dux.

Comites Campiniæ.

Inſignium ratio.

partim vacuo, partim lineis novem aureis fundo atri coloris inſcripta, fortè quod potior Campaniæ pars inculta, alia novem tribunalibus pridem ſubjecta. Quam licet una cum Ducatu Lotharingię, aut ſaltem Limburgi crediderim acceſſiſſe Duci Godefrido Brabantiæ, tamen *Scholteti Campiniæ* ante Joannis primi ævum, nomen non reperi. Is eſt vice Principis adminiſter juſtitiæ, & Prętor Præfectuſque territorii, qua dignitate uncti ex Berlariis, Vuchtiis, Cortebachiis aliqui olim, nuper Joannes van Es, Eraſmus Schetz, nunc Franc. Prouveûr vir humanus & prudens. Atque hæc quidem de antiquitate loci, quem viſuri egredimur, itinere verſus Oyrlam Regionis caput directo.

Sculteus Campiniæ.

Oyrle.

Achates. Beaſti me, mi Gramaye, & dum levor lavorque, ita me ſermonibus tuis abripis, ut vix mei compos ſim. Eamus, eamus, vel potius eant ſonipedes ſcanſoribus ſuis non gravatim dorſa porrecturi.

Gramaye. Imus, imus, avibus & Jove ſecundo.

CAPITULUM II.

Oirſchotum cum appendicibus, item Deſertum Campiniæ.

Oirschot.

ET quia vicinum eſt, & quia primum occurrit in oculos, & quia præcipuum in aures, Oirſchotum petamus. Municipium antiquitate, opibus, dignitate nulli totâ Taxandriâ ceſſurum, perlabitur Alpha fluvius prætorio gentis Merodiæ, quæ jam inde rerum hic potiturim, primis commodum.

Achates. Video facilè quam prædicas majeſtatem, dum planitiem hanc longa ædificiorum ſerie coronatam intueor.

Gramaye. Pulchra illa quidem, ſed nihil præ eo quod fuit, incendio annorum 66. & 27. ſupra ſeſquimilleſimum, infinitis locis diminuta. Nec tamen ideo deſiit vicus hic in precariis Principum, & contributionibus quas vocant, hoc licet exulceratiſſimo tempore ſæpius afflictus & affectus quintam totius Campiniæ portionem exſolvere. Nec mirum, cùm tam amplo ſit territorio, ut veniens Hilvarisbeca & petiturus Rhodam opus habeat in tranſgreſſu municipii hujus tres horas impendere.

Varenbeest.

Adeòque appendices ſive regiones numerantur octo, è quibus Varenbœſtum natalibus B. Odulphi & reliquiarum parte, nobilem habens parochiam, & alibi præter Arcem montanam Merodiorum, de qua ſupra, videre eſt nec forma, nec fortitudine contemnendis, Prætorium Richardi Vlierdeni, & Colmontium gentis Grevenbroucanæ Caſtrenſe peculium. Populi etiam & incolarum multitudine æſtimari poſſit ex ſodalitatibus Civium diverſo tempore inchoatis, & à Principe laudatis. Invenio arcu chalibeo utentes Georgianos tam veteres quà novos anno 1539. Catherinianos anno ejuſdem ſeculi 95. Barbarianos anno 1491. Sebaſtianæos autem arcu corneo inſignitos anno 1531. immunitatis & privilegiorum confirmationes à Principibus obtinuiſſe. Nec ullum florentibus rebus eſſe ſolet contubernium, pauciores 80. civibus lectiſſimis collegas habens, adeòque bello Geldrico inveni mille trecentos viros ex Oirſchoto & appendicibus armatos comparuiſſe, non obſcuro multitudinis ruſticanæ argumento.

Op den Berch.

Het hooch huys.

Achates. Nil mirum, idcircò aream hanc ità ſpatioſam oppidi meditullium occupare.

Gramaye. Non eo tantùm hæc area, ſed potiſſimum nundinationibus, quæ hebdomadatim hìc ſunt ex privilegio Cæſaris diebus Saturni & annuatim diebus Martis poſt Feſtum Anthonii, & octavas Paſchæ, poſtriduanis etiam Feſtorum Servatii & Huberti, quibus tanto merces & mercatores numero ſolent confluere, ut plateas obire vix ſit poſſibile. Hæc porrò quam vides latè ramos diſtendere Tilia, non tam umbræ, quàm juſtitiæ ſubſervit, ubi Senatus jura dicere conſuevit, olim quidem ſeptem Scabinorum collegio annali per reſcriptum Ducis anno 1378. definitus; nunc autem lapſu temporis quodammodo perpetuus factus, ita ut viginti & unius virorum ſit ad vitam gubernatio, quorum ſeptem Scabini, totidem Jurati, & pari numero Conſiliarii ſint, & anno elapſo ſucceſſivè alii aliis ſuccedunt, ita ut recurrente triennio Scabinatum ſinguli repetant, & ſimiliter Tribunal Juratorum, aut Conſiliariorum. Jam ut ne, quod præcipuum eſt, omittam; Eccleſiam vides ſtructurâ pulcherrimam & artificio, quamvis latericiam, prout & turris totâ ſpectabilis Campaniâ, cujus faſtigium anno 1558. in Templi fornices ventorum impetu dejectum, Eccleſiam mirum in modum deformavit. Celebris eſt educatione, monitione Angelicâ, domicilio & ſepulturâ Beati Odulphi, cujus memoriæ tantum veteres tribuêre, ut nefas putaverint Equiti, niſi in terram deſcendiſſet, illam ad ſagittationis circumferentiam tranſire. Collegium hìc eſt undecim Canonicorum antiquæ fundationis, & ut vocant Laïcalis, cui Henricus Lotharingiæ Dux anno 1283. & dotem conceſſis aliquot decimis auxit, & Decanum dedit; Joannes autem & Joanna Duces, itemque Anthonius non vulgaribus Canonicos nobilitarunt privilegiis. Habuerunt inter alios Nicolaum Odardum Mechlinienſem, & Nicolaum van Sonick Buſcoducenſem, Officiales, utrumque Juris legumque conſultiſſimum; habuerunt primæ nobilitatis Richardum Merodium, Joannem Giſtellanum, Petrum Boxtelium, Sixtum Siareum Doctorem Medicum, Joannem Coeſens Parœcum Antwerpienſem, hìc Canonicos & Viros celeberrimos; habuerunt Jacobum Marchand, Muſices, quæ neſcio, an ullo totius Belgii municipio meliùs magiſque colitur Præfectum. Habent ſacras & theſauris Eccleſiæ non vulgariter ditatas Sodalitates Venerabilis Sacramenti, Virginis Matris, SS. Anthonii & Odulphi; pręter hanc autem D. Petri & Odulphi Collegialem Parochialemque Eccleſiam. In vicino eſt, quod vides, Sacellum Marię Virginis,

ginis, antiqua Canonicorum ſedes, ſub unius Præpoſiti regimine, antequam in hunc ſplendorem juſſu Ducis huc transferrentur: viſitur etiam verſus Aquilonem Capella Deiparæ ad ſacram Quercum dicta, per Joannem Adami Nunenſem Vice-decanum à quadriennio reſtituta: viſitur & S. Georgii illuſtre Xenodochium cum beneficio Caſtrenſi Merodeis Baronibus initia ſua referens accepta. Alibi Gerontocomium Emberici Boot opibus fundatum, in quo Acherontici ſive capillaris ſtaminis ſenes quatuor, & totidem vetulæ prope integram habent alimoniam. Alibi titulo S. Annæ & fine eodem ſenibus ſimile erectum eſt domicilium. Alibi recenti memoriâ Laurentius Roſæus Miles Hieroſolimitanus & Vicedecanus quatuor vetulos fovendos legatis ultimâ voluntate proventibus annuis decrevit. Extremum nequaquam ſilentio prætereundum, quod ab antiquo ſoleant Græcę, Latinæque linguæ, immò etiam Hebraïcæ Seminaria Oirſchoti habere, quale etiam nunc ſummâ laude & fructu aperit S. Fladeraccus Boxtelenſis Canonicus magno illo Fladeracco patre digniſſimus, amicus noſter.

Achates. Rara audio & inexpectata, nec mirum mihi deinceps videbitur, ſi tot litteratorum Campanienſium nomina hinc inde reperiam: ſed pergamus, & à capite ad membra progrediamur.

Gramaye. Non utique caput eſt Oirſchotum Campiniæ, non primum ſed facilè primarium. Ad caput Oyrlam nunc tendimus, per medium duarum Berſearum. Viden, Achates fidiſſime, variam ejus Campeſtris regiunculæ faciem & genium? Alibi altior ſabuloſo fundo & bituminoſâ cruſtâ arborum natales excludit, alibi depreſſior in vallium quaſi canales leviter excavata ſuccum nutriendis arboribus præbet idoneum. *Deſcriptio deſerti Campiniæ.*

Quæ partes camporum in tumulos & dorſa elevantur, totæ ex arenis conflatæ ſunt, quibus ſi ericetoſa deſunt tegmina, tenuius illud ſabulum velut farina difflatur.

Achates. Similia apud Batavos & Flandros vidi frequenter Oceani vomitu ejecta, & *Dunas* vernæ appellant, & defenduntur velut propugnaculis contra maris impetum accolæ littoris. *Duynen.*

Gramaye. Ita eſt, ſed hæ *Dunæ* adeò nihil Campanis afferunt utilitatis, ut contrà non minus quàm aqua ſint damnoſæ. Quocumque enim ventus nudam hanc arenam invehit, non minùs ſterilitatis facit, quàm ſi ſalem ſeviſſet.

Achates. Infelices profectò in quos neſcio quid novercalis odii terra concepit, aliàs benigniſſima mater eſſe conſueta.

Gramaye. Sic ſe res habet, pejor futura, niſi arte & naturâ tantis malis remedium inveniretur. Ad pugnam enim contra arenas, quoties hoſtis invadit, evocantur omnes vicini commune periculum communibus viribus propulſaturi, foſſas & aggeres opponunt, ut volatus intercipiatur, retia & vincula injiciunt, ut retineantur. Hæc conſtant è junci quodam aut graminis genere ſparto non diſſimili, nec figurâ, nec natalibus, quod radicum tenaci complexu & fibrarum reticulis volatilem arenam coërcet, ab uſu ligandi *Bunt*, ſeu fine *Duynhalm* nominatum. Eſt & Betula arbor ſola tam ſicco ſolò vitam tolerans infelicem, præter alias Plinio numeratas dotes hanc præſtans Campanis propè adorandam, quod in bello contra arenas gerendo radicibus ſuis longè latèque ſparſis, magnum adfert adjumentum ad hoſtem intra fines compeſcendum. Has enim arborem & herbam in arenis plantant in longum, eoque impediunt ne fædo omnia calvitio denudentur. *Remedium contra arenas.* *Bont.* *Berckē.*

Achates. Quomodo id precor, ſi arenarum vento ingeſta copia exilem hanc herbam, imò arbores etiam & foſſas ſuperat?

Gramaye. Fateor id factum ſubindè, nec aggerum ductus, nec fovearum cavitas, nec ordinata plantaria ſat virium habent, ut hoſtem vincant; aliàs tamen herba hæc, quod mirum, cum arenis creſcit in domus etiam altitudinem, & ſeipſam ſemel plantata propagat & ſeminat: diffluente autem arenâ marceſſit & perit, & iterum dicam ſteriles arenę ſolis hiſce herbâ & arbore fecundæ ſunt, niſi quod in maritimis quibuſdam locis Eringium admittant.

CAPITULUM III.

Oyrla, cum 8. Pagis circumjacentibus qui olim ſub ea.

Achates. Dicta à te docta partim credo, partim ſcio, & hoc oculis meis, illud rationibus tuis debeo. Sed quòd procul turris faſtigium eminet, anne Hammonis alicujus delubrum?

Gramaye. Abſit à religioſiſſimis Brabantorum iſta impietas. Curialis eſt Oyrlæ municipii totius Campiniæ primarii, Divo Joanni inſcripta. *Oyrle vulgo Oers.*

Achates. Utri, Prodromone an Evangeliſtæ?

Gramaye. Utrique. Ita voluit D. Clementina, quæ caſtrum ad pios uſus ſuum tranſcripſit domui Poſtulanæ, ideòque in codice anniverſariorum Kal. Januarii Fundatrix Eccleſiæ vocatur, & traditur Paræco decimas *Vande Moere* aſſignaſſe. Extat apud Floreffienſes diploma donationis anno ... factæ per dictam Heroïnam. *Mere* nomen retinet piſcina in vico inferiore, ab arenis diverſum nomen adepto, cùm ſuperior circa Eccleſiam Eccleſiæ quoque cognomen reſervet, utpote ſacrum domûs Poſtulanæ peculium. Quin reſpice ad Lævam Templi angulares turriculas, conſidera foſſas in circuitu latas altaſque, æſtima aditum olim ponte ſtratum, cujus fulcra ſupererant adhuc nuper, omnia Caſtri veſtigia. *Sint-Oyrle. Kerck Oyrle.* *Caſtrum hic loci.*

Achates. Sed quis prope mediis ex aquis prominens velut prætorii locus?

Gramaye. Scio vocari montem Fabarum, & Paſtoralis peculii partem eſſe dono ejuſdem Clementinæ, ſed quid fuerit neſcio. Prætergrediamur interim, & municipium petamus. *Boenakker,*

Achates. Dii boni, quàm læta hic ſeges, quàm fœta Ceres!

Gramaye. Talis Aureliam (ſic enim vicum nonnemo vocat ſine authore, & quod verear, ratione) undique cingit ager, arvius magè quàm paſcuus, & hinc jus aſyli habet homicida quiſquis in reſecti graminis acervum potis eſt evadere.

Achates. Rides, credo, Achatem tuum; & ideò forſan hoc dicis aut dicitur, quia nullum hic loci fœnum congeritur.

Gramaye. Rem acu tetigiſti. Et hinc præcipuam rem agricolatione cives facere conſueverunt, licèt ſubinde Linificio valuiſſe & voluiſſe commendari legantur. Sacellum iſtud medio itinere agrum tenens, D. Anthonio inſcribitur, loca ædibus hinc inde contermina communitatis ſunt, dicunturque, cujus à Duce Martii 1325. limites dati & poſiti, privilegio anno 1505. 25. Septembris civibus conceſſo ad pedes 80. circa fundum proprium arbores plantandi glandiferas inprimis, ne invanum quis credat municipes in inſignibus quercum præferre, & dependens ex ea ſcutum quatuor Leonibus munitum cum epigraphe: *Sigillum commune libertatis de Oerle.* Ita planè libertatis quam Joannes Brabantiæ Dux II. donavit, Joanna litteris anni 1387. 10. Julii auxit definito ſeptem Scabinorum annalium Collegio, Philippus II. anno 1551. confirmavit, foro hebdomadali recurrentibus diebus Lunæ conceſſo, & nundinis diem Deumque convenientes ſortitis Mercurii, poſt ferias Divorum Catherinæ, Matthæi, Joannis, & Dominicam Quadrageſimæ mediam.

Inſignia pagi.

Privilegia.

Nundinæ.

Achates. Cum ſermone tuo doctiſſimo eunt pedes, inque vicum nos deferunt elegantem illû & ampla planitie, nec infrequenter habitatum.

Gramaye. Si vidiſſes ante nuperas turbas, Oyrleam non agnoſceres, plus centum ædes abſumpſit furor Martis, qui ter inprimis poſt annum elapſum 82. prædis plebem exhauſit. Erant pietati & virtuti exercendis collegia, Marianum anno 1540. legibus, Sebaſtianæum anno 1598. & Joannicum anno 1322. privilegiis Ducalibus inſtructum. Erat in areæ medio Tilia agens tribunalis locum & judicibus umbram ſuppeditare ſolita. Nec alium à Duce Dominum agnoſcebant, niſi quod recenter gentiles de Borchgrave cœperint rerum potiri. Et ut concludam, ab hoc tribunali uſque ad annum à nato Chriſto 1560. pendebant 8. pagi circumjacentes ex tunc ſeparatas nacti curias.

VROUWENBRUERS.
HANTBOGHE.
VOETBOGHE.

Utpote Mereſeldia eundem cum Oyrlâ Toparcham titulo & tempore eodem nacta, patrocinio Antiſtitis Lamberti & Cathedralium ejus Canonicorum gaudens, ubi ſacellum Deiparæ ad quercum celebri peregrinorum concurſu feſto viſitatæ per Mariam Eliſabeth viſitari ſcio. Denique tres Pagi Gentilium de Eyck, uno cum prætorio peculia Zelſtadium Eccleſiæ tutelarem Willebrordum, Proviſores Dominas Hoydoncanas habens. Lamberthemum nomine Divum referens Lambertum, aliàs juris Patronatus Eccleſiâ ſub ſe habens Præſulis Nicolai apud Geſtelam ſacellum. Velthovia & vicus Sonderius in ſacris à Floreffienſi Prælato, & peculiari obſequio D. Cæciliæ devota. Ad extremum unum Scabinatum nunc facientes Servicella Divorum Monulphi & Gondulphi Collationis Capituli Oorſcotani Eccleſia, Wintershovia, Petri Gandenſis Monachi Patria, Veſſemiumque.

Mereſeldia.
ZEELST.
BLAERTHEM.
GESTEL.
Velthovia.
SANDERWYCK.
KNEGEL.
WINTERLE.
VESSEM.

CAPITULUM IV.

HONORARIA *cum Pagis vicinis.*

Achates. EXplevisti ſitim meam, Gramaye, nec ſi ſatus & natus Aureliæ eſſem, magis eam noſſem. Pergamus, niſi grave eſt, quo pede cœpimus, & alium miſſum in triclinium hoc noſtrum inferamus.

Gramaye. Perplacet, Theatrum laboris percurramus, inque eo perſonati ambulemus ad uſque locum cui ab honore nomen, patriam doctiſſimorum hominum & celebrium. E quibus Henricus Petri laudatiſſimus Floreffiæ Abbas, Paulus Michaëlis Averbodii Archimandrita, Jac. Franco, & Petrus Wynants Doctores Medici percelebres; Joan. Byrinx Chyrurgus oppidi Bruxellenſis non ignobilis, Mathæus Gorys Archipresbyter in Diœceſi Antverpienſi præclarus, Helias Schoor Doctor, & Doctorum Seminarii in patria extructor dotatorque: Nec tacendi Adrianus vander Halvermylen, ob fundatas Lovanii ad uſus affinium Eerſelenſium Burſas notus, ſicut & Arnoldus van Es ad D. Joannis Ultrajecti Canonicus, qui non obiter obvans quantum detrimenti anguſtia platearum, ſi quando incendium naſceretur, peperiſſet, fundo coëmpto dilatandis viis municipii, civis egregii hac parte munus explevit. Ceterum vicus hic ab eodem, quo Oyrla, Duce jure civitatis donatus eſt, ab eadem Duciſſa ſenatum accepit (licet modo Orſcotanum magis quàm Oyrlanum eligendi modum ſervent,) forum Mercuriale anno 1544. Nundinas Dominicales in ſequentem feriam tranſlatas anno 1536. accepit, puta poſt Dominicam ſequentem ferias Martini, præcedentem ferias Aſſumptæ in cœlum Deiparæ, & illam qua Miſſale officium incipit: *Miſericordias Domini.* Tulit ingens ſpoliatus exuſtuſque damnum exercitu Mansfeldico circa Endoviam occupato, & ſub idem fere tempus peſtem ingentem, adeo ut ex 300. ædibus vix triens, ex 800. hominibus, qui numerati ſunt, vix dimidium nunc reperiatur: regiones habere ſolet plures, diplomate Joannis Ducis prata communia cedentis expreſſas anno 1326.

EERSEL.

Viri clari.

Privilegia.

HERTGANGEN.

Achates. Ecce in vicino turrim, tendamus eo, Pharus eſt hac in ſolitudine velut mari viam præmonſtrans.

Gramaye. Vides larga, quorum ante memini viarum compita? Viden ſacellum fori medio Divis Mariæ, Nicolao, Catherinæ inſcriptum

ab

ab Eykana gente pendens? Ecce templum è vetuſtioribus Campiniæ Willebrordo hujus tractus Apoſtolo dedicatum, & Abbę Epternacenſi commiſſum, in quo ara à ſodalibus Catherinę & Barbaræ Virginum titulo congregatis erecta anno 1506. probante Erardo Marcano & Luduvico S. Marcelli Cardinale litteris anno 2. Julii datis, ubi & ſimilem aram an. Sixti IV. primo à Collegio Mariano extrui permiſit Julianus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis, & Luduvicus Borbonius anno 1480. ut prætercam Sebaſtiani titulo confratres eodem modo collectos.

VORTBOCT. HANTBOCT.

Sed enim tulit idem cum Oyrla fatum Honoria olim 9. Pagorum caput, & tribunal, de quorum Senatu extat anno 1387. & anno 1424. diploma definiens eligendos è ſcabinis 7. duos Eerſelios, reliquos ex aliis pagis. Nunc autem dumtaxat perſeverant fideles ſuæ matri Eccleſiæ Lapidicella S. Luciæ reliquiis, miraculis, patrocinio nota aliàs à Canonicis Sylvæducenſibus curionem accipiens, & Columbiola Præcurſoris Domini, & Canonicorum D. Bartholomæi Eccleſiæ. Pagi autem à corpore velut ſuo avulſi, ex quo novos oppignoratitio titulo Dominos accepêre anno 1559, ſunt Tongerletenſis Abbatiæ, & per eam Epiſcopi Sylvæducenſis. Toparchiæ Alta-lonia titulo Severini Epiſcopi Colonienſis; Lapata Barbaræ & Hapardum Pancratii, Anthonii, Brigittæ; Caſtrum Virgini Matri inſcriptæ, Curiales. Dommela Joannis Theol. & Eccleſiaſtis Maguntini patria gentis Cluſiæ Dominium, quarta capella D. Martino ſacra ſub Bergeicano Curione, intra cujus ambitum inſigne eſt titulo Vallis D. Agnetis Cœnobium, ſub tertia D. Franciſci regula militans, Achelenſis Parthenonis tradux, unde ad 1452. Junii 12. Theodoricus Bruninx ſorores aliquot adduxit, locum ad Dommelę fluenta paſcuis lætum coëmentes & coaptantes, nullo quidem opulentiæ fundamento, ſucceſſu tamen tanto, ut hominum memoriâ ſeptuagenarium acceſſerint, imo exceſſerint numerum. Monaſterium eſt elegans ſitu ſtatuque clauſtralium commendatiſſimum, 30. Virginum lectiſſimarum, ſub cura Anthonii Vleminx congregatio. Atque hæ Toparchiæ recenter in libertatem vindicatæ, cùm ævo Maxæmiliani tres reſidui pagi videantur emancipati, qui ſequuntur.

STEENSEL. DUYSSEL. HOGELOON. DOMMELEN. AGNIETENDAEL.

CAPITULUM V.

BERGEICA *oppidum, cum Appendicibus.*

BERGEICK.

BErgeica (ſive, ut olim loquebantur, Eyck aut Eykenberch, id eſt, alta quercus) oppidum eſt, licet nunc mœnibus deſtitutum, quod tamen neſcias, an ſacris, an profanis titulis celebrius ſit. Eccleſia alternatim à Jacobenſi apud Leodios & Tongerletenſi Abbatibus pendens, Apoſtolorum Principis titulo mater eſt plurium in circuitu Eccleſiarum, ſpectabilis illa formæ & capacitatis, in qua Sacellum Venerabilis Sacramenti à Sodalitio municipum anno 1537. cœptum, 1540. perfectum teſte inſcriptione, itemque aliud D. Sebaſtiani à 60. admodum annis ære inprimis Joannis vanden Berghe extructum: itemque aliud D. Petri à Collegio arcus ærei Ducalibus munito privilegiis adornatum pronuper: itemque aliud Virginis Barbaræ ſic ſatis dotatum à ſodalibus ejuſdem tituli. Hoc templum uti ferè omnia hoc tractu intra decem proximos annos terrea mole vallatum ſubitis militum incurſionibus poſſet reſiſtere, & municipum fortunas ab injuria vindicare. Poterat id antea prætorium aquâ & vallo munitum Backiorum olim poſſeſſio, & per eos Joannis van Es, ſub quo præſidio Regio inſtructum, & duobus hinc inde vallis, occupatur per Batavos Duce Mauritio Comite Trajecto in vanum tentato redeuntes, manſitque eo in ſtatu donec Mondragonio viſum Taxandros exarmare, & Arces tres primarias, in quibus Bergeicana, ſolo æquare, quod factum anno ...

HANTBOCHE. Caſtellum.

Populus re agrariâ & textrinis exerceri conſuevit, & horum tanta frequentia, ut anno 1470. Sacellum ſibi proprium titulo Deiparæ extruxerint; illorum tanta, ut peſte anni 1531. colonorum quadringentos periiſſe, & ſolere plures centum ex hoc ſolo tractu perpetuos nundinatores forum exornare ſciam. Forum quod litteris Burgundiæ Ducis ad annum 1468. ultimâ Martii Heſdini ſcriptum in diem Saturni conjicitur, additis nundinis annalibus dierum Martis præcedentium natalitia Chriſti & Baptiſtæ, ad quas Ducem Burgundiæ Carolum binas adjeciſſe poſtridie Aſcenſionis, & D. Lucæ narrant Senatores Bruxellenſes litteris 15. Martii anno 1486. ſcriptis ad Conſulem Senatumque *Civitatis* (ita vocant) *Bergeicanæ*. Et quidni civitatis? Cùm ſcirent eundem Ducem anno ſui ſeculi 68. permiſiſſe municipium hoc in limite Leodino excubans muris portiſque includere, eoque fine quindecim ſuccedentibus annis vectigalia mercibus nundinas petentibus imponere, prædia communia vendere, & quæ plura ibi adjiciuntur. Non erit itaque qui etymo, Divo Tutelari, & Duce benefactore Beirgicano æſtimatis requirat, cur ſcutum Burgundiæ è quercu pendens aſſiſtente D. Petro inſignium loco habeant cum inſcriptione: *Sigillum Scabinorum villæ de Bergeick*. Non erit qui miretur tot celebres hinc viros prodiiſſe, cujus generis Henricus Joannis Cox Ordinis Dominicanorum non uno loco Prior & Viſitator, Simon Bergeicanus Philoſophię Profeſſor acutiſſimus.

Nundinæ. Die Stadt van Bergeick. Inſignium ratio.

Uti autem ab Eccleſia Matre in ſacris, ita ab eodem tribunali in foro dependent Villæ duæ, ab occidente altera, altera à retando dicta: illa Willebrordi, hæc Servatii: illa anno 1331. cum Bergeica communes agros emit à Duce, & produxit Laurentios Weſterhovium Theologiæ apud Lovanienſes Doctorem eximium, & Nagelmakerum, ex Lectore Cœnobii Trudonenſis Archidiaconum Mechlinienſem: hæc plurium & præſtantiſſimorum virorum patria dedit Iprenſi Cathedræ Martinum Balduini Doctorem

WESTERHOVEN, RYTHOVEN.

ctorem antea Lovanienſem, Concilii Tridentini teſtem: Synodorum duarum provincialium Mechlinienſium præſidem, ex cujus domo viginti & ampliùs Præsbyteri Rythovenſes, hodièque in Cathedralibus, & Collegiatis, Paſtoralibuſque & Academiis, primas ſumma cum laude tuentur, qui gnarus quantùm elementorum Chriſtianæ Religionis doctrinæ pueri debeant, ultimis teſtamenti tabulis legavit juſtam pecuniæ ſummam ad coëmendos quotannis panes diſtribuendos pueris duodecim in circuitu pagorum, qui Orationem Dominicam noſſe, & aliàs in catecheſi profeciſſe reperirentur, inſtituto laudabili, & temporibus noſtris convenientiſſimo.

Achates. Dum Honoriam hìc contemplor, Bergeicam & alios pagos videre videor, mi Gramaye, ſermonis ita filo quaſi Ariadneo me ducis per antiquitatum obſcuros dubioſque tramites.

CAPITULUM VI.

Lommelia oppidum, & vicina Dominia.

Gramaye. ET duco & dico ideò volentiùs, quòd hìc inter populares meos eſſe videar. Omnes enim hanc Dommelæ ripam & latus occupantes pagi, cùm ſuper ſententia ſeptem virorum, id eſt, Senatus conſultandum Antwerpiam recurrunt, credo quia olim Marchiæ obnoxii, & in precationibus auxiliares.

Unde priuſquam digrediamur, libet è proxima myrica oppidum contemplari etiam Berſelano tribunali, ut apparet, olim ſubjectum, ſed ante duo ſecula ſeparatum: Lommeliam appellant. Eccleſia Apoſtolorum Principis cum vico Collegiatæ Bekenſis olim peculium, turri ſplendida & munita, nec ſemel hoſti reſiſtere auſa, quam licèt præſidium Gertrudimontanum cum oppido anno 1586. 20. Novembris ad flammas damnaverit, tamen reſurgit jam inde ab anno 1596. caput tollere reincipiens. Oppidum hoc eſſe dixi, & doceo litteris anno 1322. datis per Joannem Ducem, qui cum uno ante anno communes paſcuos arvoſque agros incolis ceſſiſſet, ut fines Brabantiæ defendant meliùs, meliùſque defendantur, permittit vallum portaſque ſtruere deſignatis quatuor operum præfectis, cum prætore Campiniæ diſpecturis, quâ parte commodiùs ager incidi poſſet, factâ itidem poteſtate vectigal ſtatuendi, deſignato etiam diebus Lunæ foro & nundinis Dominicâ poſt ferias Remigii & Servatii, & ante Palmas, quæ tamen in feriam ſecundam ante Palmarum, Joannis, Bartholomæi tranſlatæ.

LOMMEL. Oppidum extructum.

Achates. Optimè, ſed chartis hæc, prout alibi ſemel, nunquam executioni mandata?

Gramaye. Non ita, ducti fuêre muri, & portis tribus concludebantur, quod me docuit Joannæ Ducis reſcriptum permittentis anno 1381, quia turris Eccleſiæ necdum conſtabat, poſſe unam ex tribus portis mœnia incidentibus cœmiterio applicare, ad campanas ſuſpendendas, & unumquemque cui in mœnium ductu terræ aliquid ablatum, eandem complanato vallo recuperare.

Achates. Intelligo & unico hoc reſcripto patere, quando turris ante tibi celebrata erigi, mœnia & portæ dejici, oppidum exarmari contigerit.

Gramaye. Ita planè, exarmatum vallo, non tamen privilegiis, licet ſemel iterumque ſub Maxemiliano & Carolo V. incendio fœdatum. Anno quippe 1580. Archidux ratum habuit veterem Senatus elegendi modum, mutatis annuatim nunc tribus, nunc quatuor Scabinorum. Dux anno 1448. immunes à gruta, id eſt, Vectigali potorio agnoſcit municipes. Joannes Dux Sodalibus arcus chalibei, titulo D. Georgii, cedit jus ponderum. Joannes Koens Campiniæ Prætor Bombardariis D. Barbaræ leges dedit, quales etiam habent arcus Cornei Collegæ Sebaſtianum Tutelarem agnoſcentes. Prodierunt hinc Joannes Huberti Archidiaconus Famennæ in Cathedrali Leodina, Joannes Roeſen Adminiſter Sacelli Mariani in colle, qui ambo ad ſubſidia ſtudioſorum præbendas Lovanii reliquerunt, Petrus Hovius trium linguarum peritiſſimus cum Waltero fratre Gierlenſi Decano, Becano Canonico, Joannes Hangravius Cathedralis Canonicus qui hac in Eccleſia tale vivus ſibi poſuit Epitaphium:

Privilegia. WOLWAIGE.

D. O. M.

Plangite Pierides quod nunc Hangravius abſit,
Qui placuit Ducibus Principibuſque Viris.
Hic erat egregius Cantor Sancti Dionyſi,
Erneſto à Sacris non ſine laude fuit.
Auratus Miles, Comes & Palatinus habetur,
Quem tamen in ſenio mors violenta rapit.

Quàm porrò frequenter & lautè olim vicus hìc habitatus fuerit, doceant teſtimonia eorum, qui peſte anno 1575. & ſequent. periiſſe ſciunt ad duo hominum millia, & viderunt 18: ovium millia uno ex hoc loco pabulatum egredi. Ne miremur dum in ſcutis circumferri videmus quercum hinc ove, capro inde ſtipatum cum inſcriptione: *Sigillum Scabinatus de Loemele.* Et ſanè altiora hæc, ut ſupra tetigi, loca quæ conſtant arenâ incruſtratâ, & ericis veſtitâ ingentes hos ovium greges non tantùm ſaluberrimo nutriunt pabulo, ſed etiam à pulmonis, lyenis, jecoris obſtructionibus præſervat, quarum ſi carnes Galenus guſtaſſet, inter laudatiſſimas enumeraret, tum ob delicatiſſimum ſaporem, tum ob facilem concoctionem & probum nutrimentum, quod omni humore ſuperfluo careat, non ob loci modò & herbæ ſiccitatem, ſed etiam ob ericæ vires.

Sigilli ratio. Ericæ nutrimentum bonum.

Achates. Eſto, ſed enim magno emerent agricolæ, quo terram colerent pinguiorem, quod fieri poſſet, ſi alia è fertiliſſimis invecta regionibus induceretur.

Gramaye. O Nugas! minori profecto & labore

bore & ſumptu Stercutio litaretur, nec tantum ſterilis arenæ jaceret, ut undique horizontem triſti cruditate clauderet, oculis nihil intuentibus, præter humilium ericetorum infinitam vaſtitatem. Sed miſſa hæc faciamus, & viam Endovium verſus carpentes, dum faſtigia turrium procul intuemur, tria quæ ſuperſunt Cluſiæ gentis Dominia recitemus. Aloſtum ubi Curiali in honorem Deiparæ provident Virgines Hoydoncanæ, Hornanorum olim peculium; ſicut Waterlea Permetanorum, ubi Eccleſiam D. Willebrordi curat Ab. Epternaci; S. Oncommer & in ea ſodalitium S. Guilgeforti, celebri peregrinorum frequentiâ viſitari ſolitæ, & cum fructu ante nuperam Iconoclaſtiam. Werda ubi Nicolai ædem idem curat Epternaci Prælatus, ubi Sacellum titulo Apoſtolorum Principum & Anthonii anno 1500. erectum, ubi nundinæ olim annales, & apum non incommoda nundinatio. Nec enim mel quod in ericis legitur ita aſpernandum, quam Dioſcorides & Plinius ſcripsêre. Ut enim non ſit de probatiſſimis; tamen minimè rejiciendum, & longè præſtantius eo quod in Hiſpaniæ locis è Ladami frutice & Cyſti variis generibus colligunt apiculæ, utpote palato ſuavius, & citra inſignem colorem qui in melle, Stichitide, & Thymitide viget, obſtructiones aperit, craſſa attenuat, lenta incidit & detergit, ſpleneticis imprimis expetendum. Erica enim & præfati flores, tumores & collectiones citra caloris alicujus incommodum digerunt, & per halitus diſſipant, atque id tantâ efficaciâ, ut quidam podagricis & paralyticis horum fotu medeantur, craſſos & tenaces humores diſcutientes. In obſtructionibus igitur lyenis medicamentum eſt nulli ſecundum, nec illic ſolum valet, ſed venenatorum etiam ictibus opitulatur, & oculorum turgidulis venis ſanguinem inpactum exſugit. Euboici non minimam hujus mellis curam habuerunt, quod ab ericâ apes hauriunt credentes gratiſſimum eis paſtum. Sed abundè hactenus de apiaria Campanis noſtris uſitatiſſima, abundè etiam de tribus Cluſiorum, qui non inelegans habent, habitantque ibi prætorium, dominiis, ad Auraïci Principis Dynaſtias & Endovium urbem progreſſuri. Sunt illa Geſtelium, de quo ſuprà, Stripenum Trudonis & Collegiatæ Corthefemienſis Eccleſiæ, & Strythemum à pugna cum Normannorum cohortibus dictum, ubi Eccleſiam Martini & Georgii Collegiata Eyndovenſis procurat, utraque à Woencelenſi matre olim ſeparata, illa anno 1402. hæc anno 1440. Woenſella autem vetus Craendonckiorum Toparchia latè patens ad utramque Dommellæ ripam Parœcia, latiùs olim cum 72. mater Eccleſiarum agnoſceretur, Perſonatu Decano Endovienſi incorporato inſignis, turri excelſâ quatuor minoribus hinc indè vallantibus caput inter nubila tollens, Sodalitiis quatuor ſacris & veneratione Apoſtolorum Coryphæi notior, eo quòd opem plures ejus interventu ſenſerint. Quid? quòd tria peregrinorum hoſpitiis deputata habet Xenodochia privatorum ante ſeſquiſeculum dotata opibus. Quid? quòd Cœnobium Dumi Ordinis Canonicorum Regularium loco peramœno per J. Schoonvorſtanum intra limites hujus parochiæ fundatum anno 1419. quod Virorum ſanctiſſimorum antea ſeminarium ædificiis auctum ſplendidè & duplicis fabricæ Eccleſiâ, bellis civilibus exuſtum jacet adhuc Religioſis Sylvæducis hærentibus.

AELST. WAELRE. WERDE. IN SCHAEFT. Ericæ ad apes commoditas. STRIP. STRITHEM. WOENSEL.

FINIS.

MAESLANDIA

Tribus abſoluta capitibus.

CAPITULUM PRIMUM.

De Regione univerſim.

TErtiam hanc Campanienſis eſſedi rotam percurſuro neceſſe eſt à loci appellatione exordium facere. Illum antiquitas à ſitu & fortuna ſua *Moſalandiam* nuncupavit, quaſi dicas Moſæ regionem, eo quòd totam *Moſa* fluvius non alluat tantùm, ſed & quotannis ferè perluat, incredibili frugum fructuumque, pecorum etiam & hominum jacturâ. Inundationes autem fiunt altiſſimæ, præſertim cùm totus Oceanus per fretum Britannicum, ventorum vi hos in agros fertur. Contra mare igitur anniverſarium quodammodo bellum gerendum, & quoties hoſtis invadit, evocantur omnes pagi prope proculque diſſiti, commune diſpendium communi manu propulſaturi, aggeres & tumulos fluctibus objiciendo. Neque novum hoc cum Oceano bellum, aut nuper repertum. Majores noſtri Cymbri, qui ab exitu Rheni ad Albim

Nominis ratio. Inundationes. Apud Cymbros.

Albim uſque littora tenebant (ut Strabo docet) eiſdem moleſtiis fuerunt olim exercitati. Conſtiterant ii non exiguo tempore in his regionibus, quas Ephorus, Clytarchus, & alii diluviis frequentibus obnoxias eſſe prodiderunt; ſed tanto, ut habitationis & periculorum fama ad Græcos etiam perveniret, cùm aliàs paulatim in longinquas inſulas Colonias ex Cheroſoneſo Cimbrica emitterent, & ipſi ſecundùm Oceani littus ad Rheni oſtia terminos promoverent, nec unâ continuatâ expeditione in Galliam tranſirent. Et quia propter tales tantaſque maris irruptiones & inundationes bella perpetua cum mari citra inducias & fœdera noſtratibus gerenda ſunt, ex illis certò conſtare, & cuivis liquere colligit Joannes Goropius, totum hunc tractum, quem ii tenent qui aggeribus contra mare ſe munire coguntur, Cimbrorum fuiſſe, illorum quorum diluvia apud Græcos celebrantur, cum nuſquam alibi locorum, quæ Cimbri olim tenuerunt, hæc potuerint evenire. Et loca quæ Phriſii, Hollandi, Campeſtres, Brabanti, & Zelandi, & Flandrorum pars habitant, ea quondam Cimbrorum fuiſſe, è quibus auctâ jam multitudine cùm anguſtiores ſedes, quàm ea ferret, habere viderentur, in Galliam irrupuerunt. Ephorus Iſocratis diſcipulus in Cuma natus Aſiatica, qui fabulis omiſſis ab Heraclidarum deſcenſu hiſtoriam inchoavit, gravis imprimis author, Cimbros prodidit, plus calamitatis ab undis accipere quàm ab armis. Clytarchus unus de vetuſtiſſimis hiſtoriæ ſcriptoribus in libris reliquit, tam ſubitis inundationibus Cimbros aliquando invadi, vix ut celerrimis & admiſſis equis aquas evadant. His etiam auctoribus accepimus tantam eſſe hujus gentis audaciam, ut quo loco non ita pridem ab undis domicilia abſorpta ſunt, eòdem rurſùs ædificent, nec id ſolum, ſed quod omnem fidem ſuperare videtur, arma etiam adverſùs rabidos Oceani fluctus ſumant. Videntur illa quidem ſtupenda, arma contra mare ſumi; ſed ſtuporem facit rerum, de quibus agitur, ignoratio. Sic Ælianus lib. var. hiſtor. 12. Celtas, ait, maris inundantis impetum ſuſtinere, & contra undas gladios evaginatos & haſtas vibrare, quaſi verò vel Oceanum terrere, vel vulnerare poſſent. Audierant nimirùm aut legerant bellum cum undis à Celtis & Cimbris geri, atque arma capi, ſed ignorabant, quodnam illud & quale bellum eſſet, ac quibus armis gereretur. Si non perpetua hiſce regionibus hujus belli neceſſitas incumberet immenſis ſumptibus toleranda, beati eſſent ter & ampliùs, quotquot maris ſunt vicini: ſed arbitratur Goropius, à Deo Optimo Maximo hoc frenum hiſce populis injectum eſſe, ne nimiâ rerum affluentiâ luxuriantes perpetuis compotationibus immorentur.

Probatæ Cymbrorum ſedes & migrationes.

Bellum contra mare.

Veriſſimum igitur quod Ephorus tradit, plus damni ab Oceano, quàm ab hoſtibus adferri: & hìc fidem etiam ſuperet, nullum abire annum tam pacatum ac felicem, ut non centum aureorum millia ad reſiſtendum fluctibus impendantur. Idem bellum contra mare jam inde ab Ephori ævo geritur, & quidem dubio Marte contra hoſtem perpetuum, nunc hominibus, nunc aquis vincentibus. Nec hyeme tantùm ſed & æſtate, hujuſmodi malum ſubvenire recenti memoriâ viderunt Sylvęducenſes, apud quos circa Cancri ſolſtitium, in tantum moſa ebulliit, ut tota ad ter mille paſſus circa opidum planities inundaverit, nec mille accolarum manibus obviam iri potuerit, quin omnis paſcui agri ſpes fœniſecii & meſſis obruta in herbis perierit.

Inundationes etiam per æſtatem.

Tum quæ ſolitis à fontibus exit,
Non habet unda vias, tam largas alveus omnis
A ripis accepit aquas, jam naufraga campo
Arma natant, alto reſtagnant flumina vallo,
Non pecorum raptus faciles, non pabula merſi
Ulla ferunt ſulci: tectarum errore viarum
Fallitur occultis ſparſus populator in agris.
Jam tumuli colleſque latent, jam flumina cuncta
Condidit una palus, vaſtâque voragine merſit.
Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoque Britannus.
Navigat Oceano, ſic cùm tenet omnia Nilus,
Conſeritur bibula Memphytis cymba carina.

Idcircò *Moſa* vocatur, quod frequenter alveum egreſſus omnes circumcirca campos latè ſtagnare faciat, inſigni frequenter damno accolarum, quod Geldrenſes & Buſcoducenſes, ait Goropius, crebris experimentis didicêre, & aquas difficulter intra terminos ſe ſuos continentes, multoque limo vicina complentes *Moeſen* vocamus. Ceterùm exundationis horum amnium duæ omninò cauſæ veteribus placuêre; una, ſi oſtia impediantur, quo minùs aquas effundant; altera, nivibus ſolutis aut pluviis ingentibus præcipitatis. Prior Thaletis, qui Eteſias decurſum Nili ſuſpendere dixit; altera Anaxagoræ, qui è nivibus alibi liquefactis flumen augeri putavit. Planè ut mirum videri poſſit, quod ſuprà dixi, in fervidiſſima æſtate flumina exundare, ita ut aggeribus æſtivis coërceri inſuper neceſſe ſit, ne ſationis proventum omnem evertant, prout ex auſtrali plaga eodem ferè tempore Nilus totam Ægyptum inundat, & per ſeptem oſtia altiſſimo gurgite mari illabitur, de quo elegans Statii carmen:

Cauſæ ex Goropio & aliis.

SOMERDYCKEN.

Ubi averſi ſecretus pabula cœli
Nilus & Eoas magno bibit ore pruinas,
Scandit fontis opes, ſeptemque patentibus arvis
In mare fert hyemes, penitus ceſſere fugatæ
Nereides, dulcique timent occurrere ponto.

Effectus is ſimiliter ad duo principia eſt referendus, nivis nimirum & glaciei in Alpibus (unde Rhenus oritur) deliqueſcentis ſole tropicum cancri reſpiciente, & denique hyadum circa illa tempora exortus, quæ tempeſtates largoſque imbres cient, quibuſque inſurgit aliquando ſpirantibus aquilonibus contrarius Oceani fluxus, ut accidit

cùm

cùm ad oſtia Nili & Gangis hyems eſt, & ventus mare contra impellit, fluxuſque impeditus, ea cogit per campos exundare. Norunt Romani, ſi contra Tibrim imbribus auctum mare intumeſcat, quàm altè flumen aſſurgere conſueverit, cùm tamen longo itinerum intervallo à Thyrreno abſint. Quid ergo de hac non niſi palude mari propinquo demerſa, ac ferè abſorpta cogitandum?

Et quidem tanto magis quanto pluviæ & tempeſtates hìc durabiliores. Nec illud negligendum, imbres continuatione vaporum & ventorum impetu largos decidere per idem tempus poſſe, cùm hoc etiam ſub æquinoctionali, ubi ſol perpendicularis eſt, contingat, ſi à ſubjecta camporum planitie humoris plurimum radiis ſolaribus ſubminiſtretur. Sed ut nulla tellus tam inops, nulla tam infelix regio, quin natura & ars tolerandis aut temperandis malis eſſe poſſint adjumentum; è terra, animo & ingenio incolarum, legibus & induſtriâ Principum, quantum quidem fieri potuit, egregiè proviſum. Salyceta hìc *Remedia contra inundationem.* reperire eſt plurima, ſalicis item ripariæ genus *Wiever hout.* illud, quod foliis eſt albioribus, nec niſi circa aquas adoleſcit, inde dictum quod radicibus ſuis velut ſiticuloſum ſemper inhiet rivis & ſtagnis, aptiſſimum ideo ad moles in flumine jaciendas firmandaſque.

Crates enim maximæ hoc frutice contexuntur, fluminibus injiciuntur, ingenti terræ maſſa depreſſæ ripis alligantur, & velut in optatiſſimo liquore creſcunt avidiſſimè. Atque tandem molem totam denſiſſimo radicum complexu egregiè confirmant: & neſcio an non hìc frutex idem ſit cum eo quem Eleagni nomine deſcripſit Theophraſtus, in fluitantibus lacus orchomeni Inſulis repertum.

Legibus inſuper cautum, & tribunalia eo fine Ducali authoritate inſtituta, & munita ad ſpeculandum aggeres, & definiendum citra appellationem de omnibus ad eos ſpectantibus: ſunt autem in hac regione tria cum ſeptem viris ſingula ſuis, quod ſub dio conſulant, & definiunt, nuncupati. *Heemraedt.* Primum *Superius* pagorum *Oſſeni*, *Litha*, *Lithoe*; *Geffeni* limitibus comprehenſum, definiente Johanne III. anno 1323. privilegia & limites accepit. Secundum *inferius*, *Mareni*, *Alemi* & *Keſſalia* terminis concluſum ab eodem *De caert des Heemraets.* anno 1349. definitores accepit. Tertium Allodiale dictum *Roeſmaliam*; *Nieulandiam & Orthenum* complectens, à Johanne II. accepit leges anno 1309. & eſt horum ſeptem Scabinorum (ita tamen ut alibi Prætor Sylvæducenſis ex privilegio anno 1360. accedere poſſit) aggeres ſpeculari, necubi defectus incidat refectionibus operam dare, pœnas negligentibus infligere, & quæcumque ad conſervationem aggerum ſpectant curare, ne paucorum vitio injuriâ aut omiſſione; totius anni fructus ſata læta boumque labores deperire, & aquarum irruptionibus abſorberi contingat.

Maeſlandorum animus & genius Accedit ad hæc accolarum littoris animus & patientia, qui tantum abeſt, ut rabidum hoc elementum & prodigum damni fugiant, ut tuguria etiam & ædes, aut verius ſedes temporarias aquis ipſis ſuffluentibus auſint habitare cum pecoribus & re domeſtica, & arborum truncos aggeri infigunt, gerras & contexta alibi vimina alligant, pecora ſurſum attrahunt, & quaſi hoſtem riderent, aquis aſcendentibus altius & ipſi aſcendunt, & contignationem unam alteramque ipſi ſuperant, & ne fortè panis inopiâ premerentur, ubi ſubita hujuſcemodi incidunt infortunia, loca vicina, & civitas imprimis Sylvæducenſis è publico naves panibus onuſtas conſuevit ſubmittere. Ubi tandem intra alveum ſuum regreſſus eſt amnis & ſpes meſſis opimæ in propinquo eſt, præteriti laboris immemores tædium compotationibus vincere, & immo ſepelire conſueverunt, tantis nonnunquam animis, ut meſſis in herba abſumatur.

Atque hæc quidem ſatis ſunto de Maeſlandiæ ſitu & qualitate, cujus adeo Toparchias & pagos ex ordine deſcribam, ſi prius unum adjecero. Docui in Hasbanicis meis ex diplomatum fide, *Moſalandiam* olim Ducatûs titulo à *Maeſlandiæ Ducatus,* Principibus Lotharingiæ poſſeſſam, & amplius parum, aut vix ab Hasbania diſtinctam fuiſſe; atque hoc uti certiſſimum, ita incertiſſimum quatenus aut quibus limitibus definita tum fuerit *Moſalandia*: nec obiter quis ſuſpicari poſſet coronam illam quæ plumis verſicoloribus ſurſum extantibus hodierna regionis inſignia tegit tituli aut honoris antiqui eſſe veſtigium. Sed quid bos rubens auratis cornibus nigrum occupans vellus ſub coronę ejus velut auſpiciis latens? Quid niſi fœlicem armentorum ſaginationem & ſata læta boumque labores, ut ſupra dixi, ſi quando contigerit annum ab aquis immunem nanciſci? Et hinc caput Maeſlandiæ à bobus nomen reſervavit.

CAPITULUM II.

De Capite Regionis BOVINIO.

CAput Maeſlandiæ eſt oppidum à bove nomen adeptum, oppidum dico ſacris profaniſque titulis nobile, utpote quod Eccleſiam habet Taxandrorum Apoſtolo Willebrordo inſcriptam, nunc quidem, ſed antea Virgini Matri, cùm nimirùm Divini Verbi ſemina exſtructa in locis paluſtribus hâc ędiculâ dictus Antiſtes ſpargeret: & hinc manet Curialis proviſio penes Abbatem Cœnobii Epternacenſis Willebrordi ſepulturâ & morte honorati.

Hic Sacellum Sodalitiumque elegans Virginis Matris perſeverat, cui gentiles de Brecht, *Parochia.* utpote à majoribus dotatæ, hactenùs proſpiciunt, ſicut & menſæ Sancti Spiritûs, ut eorum voce utar, à quodam Arnoldo Stamelaert van Uden ante ſeſquiſeculum locupletatæ. Egerunt hic Parochos Viri celeberrimi Joannes Heſius & Gisbertus Coeverinx: ille ad Academicam Theologiæ Lauream, hìc ad Cathedram Daventrienſem electus, & hactenùs in Decanatu Sylvæducenſi feliciter conſeneſcens.

Videre

Videre hìc eſt etiam titulis Virginum Catharinæ, Barbaræ, Agathę, & Luciæ, Sagittariorum contubernia, quæ ad ludos Noviomagenſes & Sylvæducenſes miſſa, & cum præmiis rediviſſe non uno exemplo docere poſſem: erantque privilegiis ornata, & virtuti excitandæ reperta, quâ præ ceteris excelluerunt hujus tractûs homines, utpotè in finibus contra Geldros à tribus ampliùs ſeculis excubantes.

Maeſlandorum partus.

Vidi profectò litteras anni 1359. docentes inter alia, à Senatu Oſſenſi accedente vicinorum ſubſidio, ductam in longum terream molem, ad certiſſimam illo ævo incolarum Maeſlandiæ defenſionem: vidi ſtructa ſub annum 1580. ab iiſdem excitata non uno loco, eandem ob cauſam propugnacula: vidi temporibus Imperatoris Caroli V. profligatos à ſolis Maeſlandis Campaniſque Geldrorum exercitus: & meminerunt omnes anno 1586. & ſequenti, qualiter Templum Oſſenſe præſidio frequenter, aliàs à ruſticana plebe inſeſſum, tantâ ambitione defenſum ſit, ut nulli hoſtium patuerit acceſſus: aliàs hoſtis inferiora Templi tenens à plebe fornices & ſuperiora loca mordicus tenente & tuente, ejectus cum clade & ignominia: aliàs cùm ad fores Templi penetrans, ſubmiſſo igne viam facturus, eas accendiſſet, pertinaces nihilo ſecius qui intùs erant, ſcamna, ſedes, & quicquid aliorum ad manum erat, objecerunt, incendio per fomitem aucto viriliter impedientes, ne inimicus prævaleret, quem interim vario telorum genere deſuper petentes cadere, aut cedere coëgerunt.

Lantweer.

Item Oſſenſium.

Ad extremum vidimus qualiter tempore obſidionis Sylvæducenſis & Gravienſis tribus nonnunquam ſtipati exercitibus, Archiducali nimirùm, Batavico, & rebellium, Oſſenſes Templarii (liceat eos ſic extra noxam appellare) ſteterunt, & reſtiterunt immobiles, tot calamitatibus & fortunę inſultibus ſemper pares, nonnumquam ſuperiores. Ne miremur toties hâc continuâ virtute laceſſitos hoſtes, cùm, & quantùm licuit, ferro flammâque in municipium graſſatos. Necdum obduxêre callum à Geldris illata vulnera, cùm anno tertio poſt ſeſquimilleſimum poſt acrem pugnam captum, direptum exuſtumque municipium pulcherrimâ ædium ſpecie coronatum in cineres abiit. Nec latet, quæ anno ejuſdem ſæculi quadrageſimo ſecundo & tertio Roſſemiani exercitûs patravit inſolentia: nec temerè abibit è memoria anni poſtea ſeptuageſimi Paſcha, cùm prœventi Bommelianis cives ſacra peragentes, in & cum Templo capti fortunis ſpoliati ſunt, damnato ad ferrum præſidio, ædibus ad flammam, plurimis ruſticis ad carceres opulentioribus. Ut cetera prætercam, ſequens ſecutus annus 92. tumultuantium Sichenis impreſſione accedit memorabilis, cùm inſuper juſta quæ reſtituebatur ædium pars Vulcano tradita triſti nimium & dolendo ſpectaculo. Sed miſſa hęc faciamus, & quibus gradibus, aut mediis Oppidum hoc Oſſenſe majeſtatis ſuę culmen attigerit, inſpiciamus. Debet certè clariſſimæ Brabantorum Duci Joannæ quicquid urbani juris, medii & privilegii exſtat. Diploma datum fuit decimâ quartâ Octobris anno 1399. cujus beneficio permittitur incolentibus libertatem de Oſs mœnia, foſſas, portaſque exſtruere, forum hebdomadale diebus Martis & nundinas præcedaniis venerabilis Sacramenti, & Archangeli Michaëlis habere equorum inprimis mercatu celebres. Scabinos ſeptem annales, Juratoſque è tribubus opificum totidem ad Reipublicæ gubernacula habere, qui junctim Conſules duos eligant peculii politiæque publicæ curatores: dans inſuper, non niſi coram his in debitis cives conveniri poſſe, eoſdem totâ Brabantiâ immunes eſſe, jus tractûs & citationis habere totâ Maeſlandiâ, adeò ut debitum coram duobus profeſſum civibus etiam ſine alia ulla ſolemnitate obliget. Quid? quod ſoli huic oppido, cujus libertas per totam longè latèque patet paræchiam, permiſſum Lanificii collegium & pannorum ſignatura. Itemque immunitas à decimis ligni empti totâ Maeſlandiâ ſit. Teſtes hujus privilegii ſubnotarunt Wezemaliæ, Bergarum, Rotſelariæ, Cranenduncæ Barones, J. de Immerſeel Brabantiæ Seneſchallus, Jo. Oppem magiſter hoſpitii Brabantiæ. Nec inanis ut pluribus locis & citra effectum fuit, hujus donationis authoritas, cùm ſuperſint valla & foſſarum in circuitu Templi veſtigia, turres etiam duæ portarum, quæ hinc Sylvamducis, inde Graviam dirigebant, locis hærentia vocabula. Debet itaque Brabantorum Duci oppidum hoc quod ſtructum, Geldrorum Duci quod deſtructum, & mœnibus ſuis velut veſte nudatum, in quo ab antiquo floruerunt familiæ non ignobiles, à locis nuncupatæ *Van Oſs*, & *Van Poll*, utræque ſuperſtites, & inter claras adhuc recenſitæ. Ex illa fuit Alardus de Oſs Lovanienſis Præpoſitus, qui impetravit à Duce molendina his locis Bannalia; ex eadem Petrus de Oſs clariſſimus Buſcoducenſium Secretarius, pluries à me laudatus. Sed Boviniam relinquo, ſi uno verbo dixero, ſedes hìc ab antiquo ſuas habere, tam Prætorem, quàm Secretarium, & Apparitorem Maeſlandiæ, eſtque hoc munus jam inde à tercentum annis beneficiario titulo à Ducibus contraditum, hodièque adminiſtratum feliciter à Gisberto van Berchem Jacobi filio, viro prudente & litterato. Dignitas autem Prætoris à Nobiliſſimis hujus tractûs, puta gentilibus van Amſtel, van Heesbeen, van Brouhuyſen, van Berkel, van Acchelen, van Kerkum, van Gemert, in primis autem à Vladeraccis, olim quidem Rodolpho & Arnoldo, nunc itidem ab altero Arnoldo viro ſagaci induſtria, & perhumano poſſeſſa. Egreſſis municipium occurrunt hinc inde Sacella duo, alterum Anthonii in vico Scadio, alterum Willebrordi, ubi puteus ſacer interventu illius Antiſtitis, morbidis frequenter opem ſalutarem ferre viſus.

Eorumdem calamitates.

Calamitates.

Privilegia Oppidi.

Twee wettighe knaepen.

Het inkoopt.

Houtschat.

Pretores.

Scadewyck.

CAPI-

CAPITULUM III.

De membris, id eſt, Vicis.

AD territorium Maeſlandicum ut deſcendam, occurrunt primò Illuſtriſſimi Comitis Friſiæ Orientalis tres Dynaſtiæ, non vulgaribus ornatæ privilegiis, Berlicemum nempe, Vicus Heezius & Dineterum. Primi nomen à Berlicone fortaſſis eſt, Pipini Brevis Conſiliario, ſubinde in diplomatis Epternacenſium laudante, & laudato.

Berlicum. Heeswyck. Dinter.

Secundi vocabulum neſcio an non ab Heſſis aut Barbarorum Duce Heſelone, qui & vico Noviomagenſi, & aliis in vicino locis videtur nomen ſuum communicaſſe, proveniat. Tertii Etymon purè eſt Teutonicum, ab inſitionibus arborum (teſte Goropio) derivatum. Conſpicitur hìc inſigne Comitis Caſtrum, antiquitate, ſplendore, fortitudine nulli in propinquo ſecundum. Et produxerunt fœlicibus auſpiciis hæc loca Edmundum Dinterum, qui tribus ex ordine Brabantorum Ducibus à Secretis fuit, & geſta Ducum brevì lucem aſpectura eleganter deſcripſit: Joannem Bredin ab Heeswyck Theologum Colonienſem. Dederunt etiam Collegiatæ Sylvæducenſi aliquot Canonicos, & Abbatiæ Bernenſi tres Abbates, quorum illa Eccleſiam Dinteranam, hęc Heeſwicanam authoritate Leodii Antiſtitis Eccleſiam procurat.

Empla.

Succedat his Empla, vetus Abbatiæ Criſpinienſis peculium, nuper Arenbergicorum privilegium, qui id beneficio Comitis Megani tenent: Meganus autem titulo permutationis cum Criſpinienſibus initæ. Apud quos extat Clotarii Regis diploma datum Imperii anno primo indictione quarta Aquiſgrani Palatio Regio, in quo refert Adalbertum devotum ac fidelem miniſterialem ſuum (verba ſunt diplomatum) detuliſſe obtutibus ſuis authoritatem quamdam, in qua continebatur qualiter Clodovęus Rex Francorum, res quaſdam in pago Henaut, & Comitatu Teſſendrico conſiſtentes, dederit Monaſterio Criſpinienſi, quæ poſtmodum ex eodem loco ſobreptæ exierint à regali munificentia, Reipublicæ adminiſtratoribus jure beneficiali conceſſæ.

Quapropter ſe inclinatum precibus Hugberti Abbatis ad retributionem animæ piiſſimi genitoris ſui Clotarii memorato Cœnobio reddidiſſe.

Nimirum in Comitatu Theſſendrico in villa quæ vocatur Emple, ſuper fluvium Werchena, Eccleſia cum triginta manſis ſub omni integritate earum videlicet rerum, quæ ad ſe pertinent, cum mancipiis omne ſervitium debentibus, cum terris, & velut in priſca authoritate continetur, quatenùs per hoc revocationis ſuæ præceptum in eodem loco ad uſus fratrum, & ad eorum menſam perenniter deſerviant. Ex hoc itaque tempore Criſpinienſes Præpoſitum huc cum aliquot ſubſidiariis fratribus ſolent ablegare, donec per injurias bellorum Geldricorum & Hollandicorum parum emolumenti percipientes ex loco tam remoto, melius factum judicarunt, ſi in alium æquâ permutatione jus ſuum transferrent: quod factum ante quatuor admodùm ſecula.

Tressel.

Haud procul hinc Caſtellum olim quod opinor undecumque Leodienſis Eccleſiæ peculium, nunc in ſacris tantùm, in foro & tribunali ad gentem Hornanam ſpectans, ubi rudera veteris Caſtri hodièque ſuperſunt, unde mihi veriſimile ſit, opus Romanum eſſe, & illud eſſe quod Schædæ Leodienſes vocant Caſtellum Taxandriæ in Regione Moſæ. Celeberrimum porro tam ſacris, quàm civilibus ornamentis Alenum eſt Abbatiæ Trudonopolitanæ Dynaſtia partim ab antiquis Hasbaniæ regulis, partim ab Ottone Dirachienſi ampliter acquiſita: & ſi etiam tum vivente Beato Trudone cœperit eſſe Monachis obnoxia, & advocatum habere poſtmodum Geldriæ Comitem, Ottonem in primis qui in curiali ſplendida Beatæ Odradæ reliquias elevavit, teſte Molano. Quod autem brachium benedictionis D. Huberti hic obſervatum celebri peregrinorum concurſu frequentetur, exinde eſt, quod Andavienſes Cœnobitæ, jam inde à prima ſui fundatione Trudonopolitanis obnoxii, hunc fortè theſaurum conceſſerint. Reſtat Geſſenum ab eminentiori ſolo dictum, gentis Vladeraceæ Dominium, quæ inſuper in vicina Terranova elegans habet prætorium. Terranova autem idem cum Rooſmalia tribunal, eoſdem parœchiæ Proviſores Sylvęducenſes Canonicos, qui Canonici ſimiliter Heeſenſem procurant Eccleſiam, ſicut Commendator Gemertenſis Rhodam Niſteliam, Præpoſitus Meerſenſis Litoiam, Leodienſes Marenam maris aliquid ſonantem. Hinc porro oriundi, Henricus Duncanus Doctor & Canonicus Antverp. Joannes Slootanus à Geffen Theol. etiam Doctor & Prior Dominicanorum Coloniæ, cujus extant doctiſſimæ demonſtrationes contra hæreticos, & de retinenda fide libri novem, de veritate fidei libri quinque: in quibus finiam, ſi duos adjecero vicos antiquitate nobiles, advocatum Brabantiæ Ducem, ejuſque Vicarium Prętorem Maeſlandiæ habentes, Berchemum puta Epternacenſis Eccleſiæ & Lithiam Leodienſis ab antiquo peculia.

Alem. Geffen. Nieulant. Roosmalen. Nistelroy. Litoien. Maren.

FINIS.

OOSTERWICUM DIALOGUS.

CAPITULUM PRIMUM.

De Ooſterwici Situ hodierno, & Statu antiquo.

Iter Antverpiâ Buſcum Ducis per Becam & Ooſtervicum.

ANno poſt ſecularem ultimum primo circulari, id eſt, poſt ſexcenteſimum nono, poſtridie dici, qui Bartholomæo ſacer eſt, fortè egreſſus Metropoli Brabantorum tertia, quartamque petens celeribus equis longa itinerum ſpacia metiebar. Jam Torrentium à tergo, Tulioburgum juxtim reliqueramus, cùm viæ & laborum Comes Moræus

------ *Quo tendimus, inquit,*

Cum jam ſumma procul villarum culmina fument?

Quo? Reſpondi: Sylvam-Ducis, aut ſi id per ſolem non licet, Schytas imitabimur; illi plauſtra, nos equos agemus: & ubi nox opprimet, habitabimus unam ſaltem noctem. Ad hæc Moræus: Nihil mihi cum nocte, nihil cum noctuis, nec per hanc tempeſtatem ſicariorum machinis obnoxiam temerè ex illis ero, qui

Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram.

Veſper nos monet tectum & lectum petere. Inter hæc vidimus currus carroſque, jumenta & homines ſub onere gementes, gregatim hinc inde accurrere, & quod videbatur, rivum paluſtrem

De cleyne Aa, Ooſtervicum perlabitur.

(Aderam, ſive Alpham minorem vocant) petere. Tum Moręus:

------ *Quid vult concurſus ad amnem?*

Quidve petunt animæ?

Ooſtervici nundinæ poſtridie Bartholomæi.

Lucrum, ſubjunxi ego, petunt, nec ad undas concurritur, ſed ad nundinas *Vici Auſtralis*, nobis oppoſiti, & appoſiti, quod opinor, ad perveſperandum & pernoctandum. Et ne qui abiturit dies abeat ſine linea, municipii hujus longè nobiliſſimi ſitum hodiernum oculis, ſtatum veterem auribus dabo cognoſcendum. Caput

'T quartier van Ooſterwyck onder den Bosch.

eſt 26. vicorum, quartum ſub quarta Ducatus Brabantiæ Metropoli membrum, ad meridiem campos frumenti feraces, ad Septentrionem paſ-

De Vaert van Aa.

cuos habens allapſu Aderæ irriguos, quem inſigni nundinantium compendio Buſcum-Ducis uſque navigabilem reddidère municipes, authoritatem faciente litteris an. 1434. Philippo Duce.

Durendael. Weyenberch.

Cujus in ripis prætoria duo conſpicis, *Dura-Vallis* & *Lati-Montis*; illud gentilium *De la Riviere* per nuptias cum Brederodiis; hoc nuper Joannis *Robrechts Van Veen*, nunc Joannis de *Bevere*, ſed hæc recentiora: Antiquius autem peculium Chriſtiani Laurentii Raveſteynii medias inter paludes ſitum Burgi nomine. Et vi-

Ter Borcht.

des hinc montem *Alti Burgi* retinentem vocabulum, nec dubito hinc Ooſterwicanæ an-

Inſignia municipii.

tiquitatis repetere origines, quæ ob id in ſcutis præfert vetus Caſtellum, olim quidem ſolitarium, nunc ſeptem pavonum plumis ſupernè impendentibus, cum inſcriptione, Sig. Libertatis de Osterwyc, nec vana. Hen-

Municipii inſtitutio.

ricus enim Dux anno 1230. *hominibus Villæ de Ooſterwyck eandem legem & libertatem dedit, quam habent Burgenſes de Sylva apud Ortdunum*, excepto telonio Rheni.

Privilegia.

Et denique Joannes ſucceſſor anni ejuſdem ſeculi 92. permiſit ad opus municipii potorium vectival poſſe ſtatuere, augere, minuere, pro arbitrio. Ad extremum Joanna litteris anni 1387. excludit ab habitatione municipii & privilegiis alienigenas, niſi exſolutis duobus veteribus ſcutatis civium albo inſcribantur, decernens inſuper non cogendos municipes ad precarias aut militiam, niſi cum Sylvæducenſibus. Ut alio

Parochia.

pedibus & ſermone camus, vides Morçe ſplendidiſſimi templi ruinas? Hoc Curiale eſt Apoſtolorum Coriphæo nuncupatum, Cœnobio apud Lovanienſes Gertrudano per Henricum Ducem aſſignatum anno 1233. Ubi viginti altaria, 25. ſacrificulos, organa pneumatica, horologium cum prçludio, ſeptem campanarum velut planetarum harmoniâ, horam ſolarem comitante vidimus: Sodalitates ſacras indulgentiis ornatas ſeptem, & cum appendicibus *Sylvæ-Udonis* D. Lambertum, *Villæ-Hugonis* Deiparam, & Berkelii, B. Willebrordum peculiari veneratione colentibus numerare ſolet communicantium novem millia, & Paræcos habere frequenter ad Prçlaturam Gertrudanam evocatos, & ad rem publicam adhibitos; ille textrinas ferè quingentas, coctores cereviſiarios 38. & quamvis paſcua ſint plura, tamen viſum frequenter decimas 400. modios excedere.

Udenhove. Heukelom. Berkel.

Cœnobii fundatio.

Hìc ponè Eccleſiam Cœnobiolum fuit virginum, tertiam D. Franciſci Regulam amplexarum, quibus Joannes Leodiorum Antiſtes fortè circa cæmeterium viventibus anno 1451. poteſtatem fecit ſacellum erigendi, officinas & clauſtra ſtruendi, & habitum incluſarum ſub regula alicujus Monaſterii Trajectenſis Diœceſis eligendi, confirmante dudum poſt hanc ſanctionem J. Hornano Epiſcopo litteris penultima Martii anno 1501 ſcriptis, & titulum addente *Vallis B. Mariæ & Catherinæ*. Extruxerant hæ bonæ ædem ſic ſatis egregiam turri, id eſt, faſtigio, Kalendis Juliis anni milleſimi undequingenteſimi impoſito; ſed tulerunt anno præcedentis ſeculi 74. idem cum municipio fatum, incenſis ædibus ad aſylum, aut verius exilium Sylviducenſe confugien-

fugientes, Capitulo Zepperenſi 14. annis ante cladem ſubjectæ & per Generalem Miniſtrum ſolenniter concluſæ. Progrediamur nunc per

DE CASSY.

hanc ſtratam quingentorum olim paſſuum, & longâ domorum ſerie conſitam, adeo ut meminerim ex decrepiti relatu me habere, Tribunal Ooſterwicanum ad decem ædium millia nonnunquam recenſuiſſe. Inter quas eminebant

HET MAECHDEN-HUYS. HET MANNEN-HUYS.

Parthenone 12. Virginum inſtituta, ſumptu Nicolai Eſſchii Paſtoris Dieſtani. Item Gerontocomium decrepitorum quinque ab ancilla communi fovendorum, opibus Joannis Ghiſſen anno 1481. cœptum, ſimileque ſed alterius ſexus

VROUWEN-HUYS.

& numeri quaternarii nempe, dotatum ſub idem ferè tempus, incerto mihi authore. Ne taceam

RABAUTS GAST-HUYS.

Xenodocheium à duobus ſeculis Pontificiâ immunitate honoratum.

SIECENHUYS.

Nec contage laborantium poſt cladem anno 1531. authoritate publicâ adornatum Valetudinarium. Nec Eleëmoſynarium ſive Pando-

HEYLIGHEN GEESTHUYS.

chæum opibus privatorum à tribus ſeculis largiter dotatum. Nec denique (ut cum itinere ſermo noſter verſus forum & Curiam tendat) egenorum ſubſidia pannificum lanificorum imprimis peculiarem, ubi pannos ſignare ſolent,

HET SEGHEL-HUYS.

curiam habentium, ex privilegio Anthonii Ducis anno 1414. dato. Ad extremum non omit-

WULLEN AMBACHT.

tenda bonarum litterarum ſchola, quibus apprimè municipes oblectantur, habentes ad hoc auxilia à diverſis relicta, quæ Burſas vocant. Cu-

Burſæ Ooſtervicanæ.

juſmodi una Lovanii in Pędagogio Porci, Fundatore Paræco loci doctiſſimo; tres anno 1601. per Mathæum Walſchaert; duæ per Andream Emen; totidem per Joannem Ghyſen anno ..... tres per Valterum Doren, anno 1553. duæ in domo fraterna Sylvæducis anno 1513. per Joannem van Unkel fundatæ. Ne mireris

Viri clari.

tam celebres doctrinâ Viros hinc prodiiſſe, hos imprimis paucos è multis. J. S. Groters laudatiſſimum Tongerleti Archimandritam, Wilhelmum Lombaerts ab Enkevoirt Archidiaconum Leodicenſem, Hubertum Deeſtraten Priorem Corſenduncanum, ab Iconoclaſtis Antverpiæ demerſum, Joannem Monen Medicum Cameraci Canonicum, Nicolaum de Betz Theol. in Auſtria, Wilhelmum van Veen Conſiliarium Brabantiæ, & alios. Dum hæc digito & verbis deſignarem, nec præ hominum turba aditus

Forum.

nec abitus daretur: Ecce, inquam, mi Moræe, ſic apud nos Mercurio litatur & nominatim hìc; non tantùm hebdomadatim die Mercuriali, ſed

Nundinæ.

& nundinis, præter has, annuis octidui, relatis à Joanne Duce litteris anno 1454. in ſecundam

MEYMERCT. COTMERCT.

Maii & ſuccedentem feriis Simonis & Judæ.

ONSE LIEVE VROUWE AEN DE LINDE.

Sacellum, quod vides cis Curiam, Deiparæ eſt à vicina Tilia, (ingenti illâ & trinâ, ut ſic dicam concameratione, in altum, 14. virgarum in ambitum ramos diſtendente) nomen induit miraculis interventu Deiparæ clarum. In Curia Prætor cum ſeptem viris jus dicit, accedentibus ad politiæ gubernacula Conſulibus duobus. A quo Senatu dependet præter vicos ſupradi-

HAREN. BELVEREN.

ctos Harenum & Bollovirium; hæc ſacra Tongerletenſium peculia ſub D. Lamberti patrocinio: ubi prætorium gentis jam dudum Vla-

HONDEN HUYS VANDEN HERTOCH.

deraccæ, cuſtodiæ canum venationis Ducalis à Joanne tertio Duce deputatum, ubi etiam teſtamento Andreę Sgrooten Præsbyteri Gerontocomium triadis unius vetulorum erat, ſed dudum conſenſu Epiſcopali Ooſterwicano an-

S. MICHIELS GESTEL.

nexum. Solent etiam hinc pendere Geſteliæ duę Michaëlis & Baptiſtæ Tongerletenſium

GESTEL BY OOSTERWYCK.

ferè peculia; illud Hermannum Comitem Tsherenbergium, hoc J. Grobbendoncanum Hingię inſuper Dominum Toparchas habens: &

OUTHEERLAR.

conſpiciuntur in illo Caſtella duo Herilaria, ve-

NIEUHEERLAR.

tus dicti Comitis, novum gentis *de Provincæ* cognomento de Daventria. Dum ita ſermonem trahimus tenebris aërem occupantibus plebs nundinaria paulatim ſe ſubducens, tranſitum ad tabernam præbebat. Deſcendimus ex equis in cænaculum & cænam. Moræus nec gratiam faciens moræ, nec quietis: Quia, ait, mi Gramaye, hactenus me rerum novitate attonitum tenes, non te dimittam niſi admiſeris, ut impetrem adhuc quædam pauca. Dixiſti ſex & viginti pagorum caput Ooſterwicum, dixiſti ita multa & magnifica, ſed quorum ne umbra quidem in oculis meis: Age itaque & pagos ediſſere, & qualiter majeſtatis ſuæ florem perdiderit explica, aliàs fidem non habituro. Illud, excepi ego, tam libens præſtitero quam hoc invitus, nec me

Juvat meminiſſe dolorum.

Tamen ne deſim voto tuo tam ardenti, verſum ecce ſumma calamitatum Ooſterwicanarum graphicè ita depingentem; tu illum dum ſitim reficio, percurre:

Bucolicon in perſona Corydonis.

Quanta tuli vidique puer, meminiſſe moleſtum eſt,
Non meminiſſe nefas. Vidi cum degener arma in- Anno 1566.
ferret imaginibus, tot tendere caſtra, tot iras
In patria caput ire mea patienter idipſum
Quamvis non meriti tulimus, viciſſe putares.
Sed quæ Vulcani invidia eſt, tot ſternere tecta?
Et Marti præbere vices vireſque maligno? Anno 1567. 64. edes. 14. Octob.
Hoc etiam tulimus quia pars intacta manebat.
Non ita cum totam exarmans, Holſteinius inquam Anno 1572.
Exanimans, prædâ ſatur & gravidatus abivit,
Non tulimus, ſed mox & primi oſtendere frontem
Cepimus, & ne vana foret audacia, vallo
Muniimus foſſaque locum, omnia tuta putantes. Anno 1573. 4. Febr.
Sed dolor heu, veniens Gertrudi-Montibus hoſtis
Opprimit incautos, pueros ante ora parentum,
Sacrificoſque necat, ſpoliat, rapit obvia quæque Anno 1581.
Cœnobiumque & tecta igni ſubjecta relinquit.
Hoc etiam tulimus miſeri, quia oportuit. Atqui
Flammis & furiis Mars inclementior inde
Quod reliquum fuerat, vel creverat, hauſit. In ædem
Sacrilegos ſacram vidi ruere, atque profanis
Omnia prædari manibus, nec parcere ſaxo.
Peior Hohenlons prædâ ſatur atque cruore
Ædibus immiſit flammas, temploque ruinas, Anno 1587. 11. Julii.
Hoc jacet, illarum locus eſt, informe rudetum,

 Nuda-

Nudatique lares, paries & inhoſpita ſaxa.
Plura negant lachrymæ, tamen (eheu!) plura ſuperſunt.

Ratio inſignium. Diſtinguam ditionem hanc more veteri in ſeptem portiones & illuſtria tribunalia, fortè totidem pennis alitis Junoniæ repræſentata. Ooſterwicanum puta, cui 8. vicos ſubjunximus (licet poſteriores duo nunc ſub Dominis conquieſcant) Tilborganum & Torrentinum, quę in tranſcurſu vidimus, Walovicanum, & Boxtelenſe, quæ cras hinc inde videbimus, Vuchtanum quod tranſibimus, & Miridienſe, quæ ſingula ordine percurram.

CAPITULUM III.

Tilborgum *cum appendicibus.*

TILBORCH. TUllioburgum, ſic enim ſcribebant olim, Romanum aliquid in priori compoſitionis parte videtur ſonare, ſicut plures in vicino vici in poſteriore, in *Wyck*, quod ex Romano vicus corruptum eſt, terminati. Municipium eſt elegans caſtro inſtructum, foro diebus Saturni & nundinis an. 1567. impetratis, circa converſi Doctoris gentium ferias, diem Lunæ ſanctum, pervigilium Baptiſtæ & ſequentes, feſtum S. Dionyſii, qui & Tutelaris eſt Paræciæ per Tongerletenſes adminiſtratæ. Dominium cedente Principe ad Immerſelios devenit, eorumque nuptiis ad Hubertum de Malſen virum primarium, qui & Goriliæ ob venerationem S. Joannis celebri imperat eodem titulo, id eſt Immerſeliorum, qui etiam Venlonio vico fruuntur, inter paludes nato & noto ob D. Pancratii cultum, & nundinationes ceſpitum manufacto flumine, aut ſaltem derivato commodas. Sunt apud Ambivaritos plurima ſtagna quæ generatim *Veenen* ab indigenis vocantur, ut apud Batavos paludoſa, cœnoſaque loca, unde ceſpites eruuntur, non alio nomine frequentius indigetantur. Urbs Venlo juxta paludem tribus paſſuum millibus extenſam, nec aliter ab accolis quam *Het Veen* nominatam, conſpicitur, ut ambigi non poſſit, vel quid *Veen* ſignificet, vel unde Venlo dicatur. Sunt etenim & hic & vicinis verſus Bredam (ubi paludis Comitis vocabulo pagus eſt) ubi ineffoſſus horum ceſpitum ingens latet theſaurus. Et quamvis à tot ætatibus effodi cœpta hæc ignis pabula brevi nos defectura videri poſſent, durant tamen, & adeo ſupererunt plurima id generis loca intacta. Nec prætereundum arbitror ſilentio, quod memini legere apud Goropium de incendio ſubterraneo anni 1541. cui ſimile anno nuper elapſi ſeculi 90. vidimus. Per æſtivos calores incuria opilionis incidit ignis in terram hanc ceſpitoſam & paluſtrem, ſive in arborum everſarum & putridarum, ut aliàs docui, congeriem ſubterraneam, è quo tantum ſubitò incendium naſcitur, ut ſub terra, ſub aquis latè ſerperet. Accurrerunt mox Tullioburgenſes, Lonenſes, Dungani rem ſuam agi putantes ardente pariete proximo, & graſſante ſub ipſis paludibus & ſtagnis Vulcano.

GOIRLE. VENLOON. Mirum quiddam. De incendio.

Aquas & uliginem flammis opprimendis injiciunt, ſed fruſtra; donec remediis omnibus deſperatis foſſas ſumma celeritate depreſſerunt, tam altas, ut per totam hanc maſſam in terram ſubjectam deſcenderetur, in qua quod pabulum igni non eſſet, incendium ſiſtebatur. Durante porro hac ericeti conflagratione, cœlum ipſum ardere videbatur, ita facibus rutilabat, exhalationibus & coruſcationibus, velut ſi formidabilis Orbi dies ultimus impenderet. Miratus ad hæc Moræus: Quid, ait, Poſſidonius diceret, ſi quis ei non ſolum contra mare, verùm & contra terram & ignem pugnandum eſſe narraret? Nunquid non Clitarchum & Ephorum tolerabiles fabularum contextores, te impudentem & deſpuendum clamaret? Sed pergeſis Gramaye, non te turbabo ventis meis, dum portum attigeris. Optimè tu quidem, ſubjunxi ego.

CAPITULUM IV.

Hilvaren-Beca *cum appendicibus.*

AD alterum tribunal pergo. Torrentium à Diva Hilvari diſtinctionis vocabulum in vulgo habens. Produxit Magnum illum Joan. Goropium, qui toties in meis ſcriptis paginam facit, Martinum Becanum Th. Moguntinum ſcriptis clarum. Simonem & Henricum Verepæos, hunc Decanum, illum Grammaticum. Municipium à Joanne Duce ejus nominis primo, legibus & privilegiis ornatum, foro diei Veneris & nundinis annalibus à Cæſare Carolo inſtructum, Collegiatam Taxandriæ antiquiſſimam habens meritis B. Hilvaris (quæ pediſſequa B. Odæ Reginæ fundavit) claram, de cujus formatione vidi diploma Henrici primi Ducis, quod arbitror antiquiſſimum ſupereſſe, Archipresbyteratum 60. olim Eccleſiarum, nunc pauciorum, ſodalitia civium ſacra quatuor, & communicantium aliquot millia, ædium etiam, niſi Martis furor toties inſaniæ ſuæ reliquiſſet teſtamenta, nominatim quarta-decima ſextilis anni 1586. cum ab exercitu hoſtili Duce Hohenloi Comite municipium cum templo Vulcano datum eſt, cęſis pluribus, plurimis abductis. Toparchia eſt gentis Merodiæ, & nunc Illuſtris Duſſelæ Baronis Oorſchoti Dynaſtæ, unà cum Rylia vicina & Dieſſeno & Berſea Occidentali, ubi ferè Tongerletani rem ſacram procurant, ut non immeritò huc reſpiciens quidam dixerit Sylvam-Ducis in religione contineri optimè, cujus agrum ſuburbanum hinc albi, inde nigri, alibi pellicei cuſtodiant, intelligens Pręmonſtratenſes, Benedictinos, Epternacenſes & Trudonenſes; puta Eccleſiarum in Maeſlandia multarum Proviſores, & Canonicos diverſos tractu verſus Campiniam Pelandiamque Paræcos, ut plurimum conſtituentes. HILVAREN-BEECK. RYL. DIESSEN. WESTER-BEREE.

CAPI-

CAPITULUM V.

Dominium Druenenenſe cum pagis viciniis.

Lange straet. Druenen.

AD quartum nunc venio Longæ-plateæ tractum, cujus in exordio Druenenenſe Theodori Haeſtrechtii Dominium, cum appendice Gansoyen. Ganſoya & prætorio non inelegantii, & denique Waelwyck. celeberrimum nomine vici Walorum, & ex antiquioribus municipium gentilium de Leeſdael, antea Brederodiorum cum Arce Toparchia, inſigni & famoſo in longum ſtrato exornata: jus oppidi dono Joannis Ducis anno 1203. ante ſecula quatuor nacta, cum privilegio Het ingeboth. tractus ſive citationis, & foro die Veneris, nundinisque & mercatu celebri circa Octobrem & aliis intervallis, ad quem vidimus plura jumentorum millia deduci, ut neſciam an ullum totâ Taxandriâ nundinarium ſit celebrius. Viſitur hîc inſignis Tongerletenſium titulo S. Joannis Parœcia, unde jam quartò ad Abbatialem dignitatem evocati Nazareth. Curiones. Viſitur & Virginum Parthenone à tenuibus initiis ante 2. ſecula tertiam D. Franciſci regulam profeſſarum, ſed quam anno 1454. cum Auguſtiniana Regularium commutaverint, teſte Chronico Bethlemitico libro 6. art. 5. templo earum anno 1510. dedicato, virginibus primis Dordraco profectis. Cum autem municipium hoc latè ſe verſus Batavos & Hueſdinum porrigat, obtinuerunt anno 1409. à Wilhelmo Comite Hollandiæ, plenam in ejus provinciis immunitatem à telonio. Cingitur hinc aquis, inde paſcuis, & gaudet opportunitate veteris Moſæ, in cujus altera ripa Ganſoyam uſque dominium gentis . . . . . protenditur.

CAPITULUM VI.

Boxtelia *Baronatus.*

SEquitur in ordine, quem nos doctrinæ gratiâ fecimus, cùm aliàs dignitatis merito primas tenere debuiſſet, utpote Baronatus antiqui titulo clara Boxtelia ante tercentum annos gentilium de Merhem Bertholdici, ut apparet, ſanguinis, peculium; cum filiâ Theodori Merhemii ſub annum 1430. Henrico Ranſtio enuptâ, & denique cum Adrianâ Henrici nepte Joanni Hornano Bauſeniaci Dinaſtæ elocatâ, in diverſum nomen & familiam tranſlatum, & nunc ab Illuſtri Comite Baſſeniaco poſſeſſum, cum arce munita, nemore & venatione amœniſſimâ & juribus amplis. Cœnobium. Viſitur hîc titulo Vallis S. Elizabeth Cœnobium virginale à ſeſquiſeculo fundatum opibus Baronum, ſed cùm licentiorem ſub tertiâ D. Franciſci Regula vitam agerent, anno 1507. per Theodericum Monaſterienſem, Fratrum Minorum de obſervantia Miniſtrum Provincialem reformatæ rigidiorem amplexæ ſunt. Monaſterium 23. Maii anno ſupra ſeſquimilleſimum quadrageſimo conflagravit, reſtitutique laudem attribuunt Bartholomæo de Momme, Walramo vander Elſt, & Judoco Bloomans municipibus, à quo tamen partim hæreticorum, partim bellorum furiis coactæ ſanctimoniales hactenùs exulantes Sylvæducis agunt ſummâ vitæ auſteritate. Viſitur & formâ eleganti Templum Curiale Canonicorum Collegio anno 1490. ornatum, ubi quotannis innumerâ peregrinorum frequentiâ viſitatur venerabilis cruor Domini, de cujus miraculo libet Gulielmi Vennii Gymnaſiarchæ doctiſſimi carmen recitare, rei geſtæ ſeriem continens. Diploma autem Pilei Cardinalis S. Praxedis ad hoc à Papa deputati, cujus facit mentionem, datum eſt Frankefordiæ 5. Kal. Junii Pontificis Urbani VII. anno tertio.

Altari Eligius tribus, (heu!) de more dicato
Regibus adſiſtens facturus ſacra miniſter
Oblatum panem & vinum dum conſecrat, hærens
In Chriſti Corpus, dubitat num verus opinor,
Sanguis ineſſe queat Calici, inconceſſa revolvens,
Dumque trahit dubiam vota in contraria mentem,
Fundit. Purpureo maculatam, ut ſanguine vidit,
Attonitus gelidâ trepidat formidine myſtes.
Mox ad aquæ properat loturus ſindona rivum.
Expleto officio quid agat modò neſcius amens.
Nil juvat admotum ſmegma, aut lixivia proſunt,
Irritus omnis abit vario conamine niſus,
Quaſque bibêre notas planè pia lintea reddunt,
Perculſus facto, mentemque animumque tremiſcens
Deſpondet, cœcis ea mox penetralibus abdens,
Multa movens animo, nunc huc nunc fluctuat illuc,
Sollicito clauſum geſtans in pectore vulnus,
Num premat, occultum vel prodat voce dolorem.
Porrò ubi fatalis jam terminus adfuit ævi,
Immaduêre genæ lacrymis, dein ordine cuncta
Quo ſint acta, refert, enormia facta profeſſus.
Nec mora: ſacrifici venerando lintea cultu
Ac ſimili in Templo mox religione locarunt,
Poſtea cardinei præfulgens dote galeri
Pileus, ad nutum Papalia munia præſtans
Lintea conceſſo ſanxit diplomate cultu
Magnifico à populo deinceps venerarier, atque
Relliquias inter ſemel inſpectanda quotannis.
Hæreſis hinc prava longinquis advena terris
Neſcius, ingenti numero rubicunda frequentat
Lintea, nec fidei ſpes hac fruſtratur amantem:
Sentit enim gravibus præſentia numina morbis.
Fulcra tholis verum produnt affixa, columnæ
Monſtroſa pariter decoratæ veſte loquuntur,
Arguit & dives donis regalibus ara,
Hic cujus ſcitu facilè, exorabile numen
Quàm ſit languidulis ac vis auguſta miſellis.

Eteoſticha duo.

Effuſus Crater latè pia lintea tingit
Sanguineis maculis: ora rigate pii,
En arcana Dei vivi myſteria fulgent,
Lintea ſanguinei ſigna coloris habent.

Ceterùm cùm latiſſimè pateat Paræcia Boxteliæ vix duarum ſpacio horarum permeabilis,

 tum

tum verò latius Baronis Dominium inter alia Eſcam Willebrordi etiam poſſidens, antequam miſſum faciam, non gravabor verbis prævenire, quod oculis cras uſurpabimus. Eſt in hoc tractu ceſpitum quoddam genus ligna omnia ſuperans caloris vehementiâ prunarumque diuturno ardore, quorum ob id frequens uſus in culinaria, quamvis flamma primùm lignis ſiccioribus ſit excitanda. Loca ſunt quædam humilia, & ſubeſt terra atra bituminoſo conſtans cœno, & hinc effoſſum lutum, accuratè agitatum & ſubactum in arenam quadrangulam effunditur, & extenditur craſſitudine palmari, mox ubi paululum conſtiterit, in teſſeras palmares finditur, & deinde ſiccius redditum in metas attollitur, quo integrè ſicceſcat. Minutiora ſunt hæc fortaſsè, quàm quæ commemorari debeant, ſed non piguit Plinium annotare, apud Canchos gentem eſſe, quæ captum manibus lutum ventis magis quàm Sole ſiccare ad ignes alendos ſueverit, quo regionis naturam & miſeram hominum vitam ob oculos poneret. Et ſunt hæc vel inprimis veritatis ſtudioſo conſideranda, è quibus multa non rarò vetuſta gentium monumenta in lucem eruuntur. ESSCHE.

Admiranda profectò omnibus in rebus Divinæ bonitatis providentia, quæ inopiâ lignorum laborantibus ſubterraneo theſauro ſuccurrit, à tot ſeculorum intervallis inexhauſto.

CAPITULUM VII.

Municipium Vuchtanum *cum appendicibus.*

VUCHT. SExtum in Suburbano Sylvæducenſi eſt etiam Vuchtenſe municipium, duabus illuſtre Curialibus. Altera Apoſtolorum Principis per Ducem anno 1399. ad fundandum Endovienſe Capitulum collata: altera D. . . . . . Equitibus B. Mariæ Teutonicorum per Henricum Ducem aſſignata, Magno Commendatori de Juncis ſubjicitur, ab eoque Commendatorem ſubalternum accipit. Fuit hìc Beginagium, fuit Cœnobium Virginale, fuit Carthuſia muris adhuc ſuperſtitibus, ſed nunc in Urbem vicinam commigrarunt. Fuerunt aliquot nobilium prætoria, ſed nunc videntur Marti locum feciſſe.

Vidit hìc vicus bina hoſtium caſtra obſidentium, vidit cantatum in vulgo certamen anno 1600. viginti unius Equitum turmæ Grobbendoncanæ in totidem Francos adverſæ partis; Ducibus hinc Domino de Briaulté, illinc Gerardo Abrahami (aliàs Leckerbeetien) locum-tenente Baronis Grobbendoncq, in quo virtus turmæ illius aliquatenùs æſtimata, quæ inter alias laudem hoc in limite excubans meretur defenſæ urbis ſemper, profligati hoſtis ſæpiùs, provocati aſſiduè: ut neſcias, quid priùs commendandum veniat, an Ducis inclyti Baronis conſtantia & magnanimitas, an militum virtus & audacia, an Sylvæ-ducis fortuna, cui talis & tales obvenêre. Sub Vuchta autem cenſetur vicus Curvi-torrentis, CROMVOIRT. & ego addam cùm nominis tùm loci vicinia *Hilla-torrentium* HELVOIRT. Henrici Bloymanni Dominium arce inſtructum.

CAPITULUM VIII.

Municipium Mierde, *ejuſque appendix* Hulſel.

REſtat municipium à ſitu, quod opinor, HOOGHE MIERDE. Meridia veteribus dictum, quod Schædæ LEEGE MIERDE. Leodienſes in magnum & parvum, Brabanticæ in ſuperum & inferum partiuntur. Tribunal habet ab Ooſtervico diverſum, ſed prætorem eundem, quâ dignitate functi olim gentiles *de Breveirt*, *de Immerſeel*, *de Everſwin*, recenter dicti *ab Angelis*, *de Hols*, & *de Wale*, horumque Gulielmus nunc præeſt vir integerrimus & prudens. Eccleſiam dono Henrici Ducis curat per Canonicum ſuum Archimandrita Floreffienſis, illam ſacellis pluribus ampliter dotatam. A ſententia Senatûs municipalis Antwerpiam recurritur, quod mirum & rarum. Appendet autem ejuſdem Domini, id eſt Principis HULSEL. & ſolius hereditas, Hunſſel, id eſt Hunnorum ſella (malè enim vulgò Hulſel ſcribunt) Abbati Trudonopolitano in ſacris obnoxia.

In quo Ooſterwicanam hanc heptapolin claudo, ſi monuero in ſingulis 7. municipiorum ſingula eſſe pauperum diverſoria, ſic ſatis dotata, ad excipiendos Egenos, alibi etiam ægros hoſpitio, nonnunquam etiam menſâ. Finieram cum vocaremur ad menſam: Imus, accumbimus, cænamus, & inter epulas Moræus more ſuo craterem mero pleno delibans,

Nænia(inquit) *ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur,*
Ooſtervicum autem bis ſex, quos libo Gramaye,
Illius, Urbem iſtam qui ſic ornavit, honori.

FINIS.

POS-

POSTELLA,

Appendix ad Campiniam.

THeatrum hoc hoſpitalitatis in vaſta Ericetorum ſolitudine, tredecim pagorum, ſecundo, ut minùs, milliario diſſitorum velut centro erectum, cui neſcio, an Gallia certè non Belgium par habet, ab uſu veteri nomen invenit Poſtell, quaſi dicas, veredariorum ſedem. Habet ab occaſu paludes, agros paſcuos & piſcinas, versùs medium diem arva, & terram ſationi aptam, à Septentrione & alibi ad ſpatium tertii miliaris in longum, unius in latum fundos ceſpitoſos, ad Orientem ſolem Sylvas; a quarum aptâ ſerie, & velut plantario (Pootſel vocant) ſunt qui forment appellationem. Hìc Faſtradus Miles de Wtwyck (nomen eſt familiæ in cognomine Territorii Altenaenſis vico notæ & natæ) ad annum 1173. ſuis impendiis Pandoxenium inſtituit, & Gerlando Floreffienſi Archimandritæ commiſit, Virgines Inſtituti Præmonſtratenſis illuc traducturo ſub unius Præpoſiti obedientia, qui inſuper advenis quibuſcumque hoſpitium præberet. Auxit dotem Giſla & Arnoldus Brabantinus Juttam filiam ibidem offerens. Mos ille perſeveravit uſque ad annum 1270. cum decreto Comitiorum Ordinis ſancitum, *quòd Moniales non amplius reciperentur, ſed permitterentur emori, & earum Cœnobia cederent Patribus Abbatibus*; & Religioſi aliquot ex Floreffienſibus tranſmiſſi ad rem Divinam cum *Magiſtro ſeu Proviſore litteris Ducalibus nunc confirmando.* Templum majus D. Nicolao ſacrum non inelegans eſt, ſicut nec Sacellum Anthonii & Rumoldi Xenodochio vicinum: viſuntur tumuli & monumenta Fundatoris Monachum induti, & aliquot Præpoſitorum, imprimis Gerardi ab Eyck, &c. Joannis Buyl cum tali inſcriptione:

Fortunata cavo lapis imprimit oſſa ſepulchro
Præſens ingenui Relligione viri.
Joannis de Buyl, cui nomen origine clarum,
Et Patria Aloſtum non inhonora fuit.
Luſtris ipſe domus tenuit tribus hujus habenas,
Tam dexterè ut nemo dexteritate pari.
Cùm namque ære gemens alieno oppreſſa jaceret
Poſtula, ope ipſius protinus erigitur.

Hic enim ædificia reparavit plurima, ſicut Hubertus ſucceſſor locum muro lateritio clauſit, Rumoldus modernus inſigne, juxta Templum, ædificium ſtruere pergit, domui afflictorum temporum injuriis multùm exagitatæ non tam utilis quàm neceſſarius. Hoſpitale hoc Jovis Xenii Regiam, & aſylum paupertatis nonnemo vocat, eo quòd nemini eleëmoſyna denegetur, & vidimus ſubinde ad quatuor egenorum millia unâ die ſolatium accipere, prçter viros melioris fortunæ, quibus etiam in tam vaſta Eremo tectum non denegatur. Unde Gopius è verſu Pſalmiſtæ: *Poſtula à me, & dabo tibi*, nomen Poſtulæ credit loco hæſiſſe. Certè Nobiliſſimi Brabantiæ Duces præterquam quod immunitatum venationis & aliarum prærogativarum compotes eſſe voluerint Poſtulanos, hoc etiam gloriati videntur, quòd Advocati & Protectores Poſtellani ſcriberentur. Præpoſitorum nunc quantùm ſchedæ veteres ſuppeditarunt nomina cum brevi elogio ſubjungam, è quibus lector non obſcurè diſcet, plures hinc ad dignitatem Abbatialem vocatos, tam Bernæ quàm Floreffiæ, plures etiam poſitis inſulis hunc quietis locum, ubi animam Chriſto redderent, elegiſſe.

Præpoſitorum primus GODSCALCUS,
Wilyca cui vitam dedit & Floreffia veſtem, Anno 1176.
Poſtula cui laudem, Berna dat ampla pedum.

THOMAS
Proderat hoſpitibus: præerat veſtalibus, & quis Anno 1200.
Præpoſiti titulum non putet eſſe patris?

GODEFRIDUS
Poſcere vix audit, mox audet paſcere: necquid Anno 1215.
Alpha & omega inter vir pius eſſe putet.

HENRICUS
Deſiit in Chriſto, Chriſti qui membra fovere Anno 1227.
Deſiit haud unquam, vos bona verba date.

URBANUS.
Hic fuit Urbanus Poſtellæ Rector, & Hector. Anno 1242.
Soſpite quo ſoſpes hoſpita magna fuit.

THOMAS.
Si Jovis hæc Xenii, ut dicunt, eſt Regia, Rex ſum. Anno 1249.
Rexi dum vixi, clauſtra, theatra, domum.

VALTERUS.
Si quis fortè roget, tumulo quis clauditur iſto? Anno 1268.
Dicet inops, vitæ qui patefecit iter.

ANDREAS.
Vir nomen, nec manè viro dat, quo auſpice cœpit Anno 1281.
Poſtula virginibus ſubſtituiſſe viros.

REINERUS.
Caſtus honor mihi, nomen erat, quidni? Mihi vita Anno 1306.
Semper honorata & caſta perinde fuit.

ROBERTUS DE TURNHOUT
ex Abbatia Floreff.
Cui mitra bis placuit, bis diſplicuit mitra, & hoc bis, Anno 1317.
Poſtula quæ cunctis dat, dedit hoſpitium.

JOANNES DE ORPIO.
Qui videt has quercus, videt & plantaria, nunquam Anno 1339.
Plantatoris eat immemor Orpiadæ.

HENRICUS VAN STAKENBORCH.
Nil mihi cum gente, & proavis, & imagine priſca: Anno 1355.
Virtutem generi jungere cura fuit.

JOAN-

JOANNES DE PERWEYS
Anno 1359. *Præpoſitum dederat Floreſſia, reppetit Abbam.*
Pes fuit, ô quoties Poſtula clara pedo!

ANDREAS DE RIBEMONDT.
Anno 1362. *Præfuit ille diu, atque diu benè præfuit: hoc eſt*
Scilicet eſſe parem muneri, & eſſe patrem.

NICOLAUS VAN BLEHAING.
Anno 1390. *Dicite quos anguſta domi malè mulctat egeſtas,*
Hoſpite quam fuerit ſoſpite me iſta domus.

NICOLAUS DE BLOCKEM.
Anno 1405. *Vixi, & quem dederat curſum natura, peregi.*
Debetur vitæ cœlica vita mea.

JOANNES AB EYCK.
Anno 1414. *Quæ nomen dedit ac umbram, tabularia quercus*
ad recidiva domus tecta paranda dedit.

BALDUINUS DE FORVY poſtea Abbas Floreffiæ.
Anno 1430. *Ad clavum me magna ſuum Floreſſia vexit:*
Tanti eſt rexiſſe hanc cum integritate domum.

LUCAS AB EYCK ibidem Abbas factus.
Anno 1419. *Prædeceſſoris veſtigia ponè ſecutus,*
Prædeceſſorem jure in honore ſequor.

THOMAS WAROUZEEL.
Anno 1444. *Jam videt & credit Thomas, quanti meriti ſit,*
In terris hominem membra nutrire Dei.

JOANNES DE FUMALE.
Anno 1447. *Inter amicitias & ſplendida nomina natus,*
Inter mendicos, credite, malo mori.

THOMAS AB EYCK.
Anno 1452. *Tertia quercus ego, ſed non inhonora, remittor*
E Floreſſiaco Poſtula rure tibi.

GERARDUS AB EYCK etiam Abbas Floreff.
Anno 1463. *Et matrem, & gnatam, nutu qui rexit eodem,*
Abbas inſignis Præpoſituſque fuit.

HENRICUS AB EYCK.
Anno 1479. *Deſine mirari tot quercubus undique cingi,*
Sæcula promittit Poſtula multa ſibi.

PHILIPPUS DE HODOMONT.
Anno 1524. *Hoc ſepelitur amor, pietas, prudentia buſto,*
Præpoſitus nôrat his opus eſſe tribus.

PHILIPPUS DEL HOUSSIE NIVELLENSIS.
Anno 1526. *Nec vixi longo, nec rexi tempore. Sed quid?*
Non quàm quiſque diu, at quàm bene quiſque, rogant.

HENRICUS STRYP.
Ante aram Deiparæ ſepultus.
Anno 1527. *Roda mihi patria eſt, rodi nec rodere ſueto,*
Abſcedas tumulo Zoile, Mome, Geta.

JOANNES THOMÆ.
Anno 1537. *Debeo Brugeliæ natales, Poſtulæ honorem:*
Utraque ſed famam debet opemque mihi.

LAMBERTUS HOZIUS
ſepultus in Roſendael.
Anno 1544. *Virtutum mihi gratus odor, mors inde roſarum in*
Valle, in Florenti vita jugo placuit.

HENRICUS BOERTHEN ab Erpe.
Anno 1548. *Afflixit fortuna domum me Præſide, luxit*
Pauper, relligio eſt flaccida, tecta ruunt.

JOANNES DE BUYL Aloſtanus.
Anno 1553. *Qui me Præpoſitum Poſtellæ nuncupat, errat.*
Alter fundator luxque ſecunda fui.

HUBERTUS SIMONAERT
oriundus ex vico Ohain.
Anno 1568. *Tullius ore fuit, ſtructurâ Tullus, adauxit*
Cenſibus hoſpitium, Cœnobiumque viris.

WILHELMUS LAMBERTI A MOLLE.
Inditio maturus erat, pietate probatus, Anno 1590.
Et morum pollens integritate gravi.

RUMOLDUS COLIBRANT Lovanienſis.
Ædibus extructis, ornato denique templo, Anno 1567.
Prudentem atque pium ſe probat uſque Patrem.

AD TRIUMVIROS REIPUBLICÆ SYLVÆDUCENSIS

Gisbertum Maſium Rev.^{mum} Antiſtitem, Baronem Grobbendoncanum Gubernatorem Strenuiſ.^{mum}, *Philippum de Brecht* Prætorem Nobil.^{mum}, quorum favore & tempore hæc noſtra Taxandria finem accepit.

I.

Viſque poteſque fidem verbis defendere priſcam,
Tali opus his muro finibus atque viro.
Ore doces vitaque. Deo vitam, tibi vires,
Debet Sylva-Ducis Sylva perinde Dei.

II.

Veſtra Duci perſpecta fides, conſtantia Sylvæ
Nota Ducis, Batavo prompta probata manus.
Invidiam virtus, votum fortuna, ſepulchrum
Vicit fama. Quid his ulteriora petas?

III.

Te bis caſus erat Buſcum Prætore petitum,
Sed bis defenſum Præſide te decus eſt.
Dicat poſteritas, ſic virtus Nobilitati,
Famaque virtuti ſeria, forſque favet.

AD QUATUOR-VIROS

A Senatu luſtrandis Archivis deputatos, quorum labori magna hujus Scripti materia debetur, *Davidem Everſwinium* U. N. Senatus nunc Præſidem, *Jacobum Balenum* U. C. Juris & litteraturæ ſcientiſſimum, *Bartholomæum Loeff vander Sloot* U. C. Jurium Prolytem Senatorii Ordinis & ..... *Reez* E. O. Reipublicę ab actis & Conſiliis.

I.

Doctrina puerum, juvenem prudentia adauxit,
Et virtute virum Phœbus, Themis atq; Deûm Rex,
Et ſibi Everſwinium deberi quiſque ait: & nec
Morte Everſwinii morietur rixa Deorum.

II.

Dans nomen tibi, fortè tuis inſignia, Vicus,
Templo, turre, agris tendere ad aſtra ſolet.
Tu Templum Themidis, Aſtreæ culmen, agerque
Pieridum, triplici tendis ad aſtra gradu,

III.

Patrem & avum & proavos Patriæ rem non ſuam agentes
Vidimus, & rarum gravibus meritos decus annis,
Tu ſequeris, tu ultra Juriſprudentia, honorum
Clauſtra penetraſti, Patriâ, Patre, nomine dignus.

IV.

Urbem Conſilio tantam regere, hercule, magnum eſt:
Sed titulus tanto veniens à Principe, majus:
Maximum honos & vis digno conceſſa merentique.
Et virtus, cui doctrina & prudentia laudi eſt.

FINIS.

INDEX

Rerum ſub *Taxandria* memorabilium.

CAPUT PRIMUM.

1 SYLVADUCIS Orthen *olim nominata.*
2 *Inde agger finitimus dictus* Ortdunum, *ejus nominis Etymon.*
3 VUCHT *ſuburbanum Sylvæducenſe*
4 Sylvæducis *vetera nomina.*

CAPUT II.

1 Sylvaducis *quando, & à quo condita.*
2 *Ductum primò vallum. Mœnium ædificatio à Batavis interturbata,*
3 *Tandem perficitur. Forma & urbis portæ. Earum nomina, & veſtigia.*
4 *Prima urbis dilatatio. Quando cœperit & quouſque ſe extenderit.*
5 *Secunda demum, per quam urbis figura mutata. Ejus ambitus.*
6 *Urbis propugnacula & portæ.*

CAPUT III.

1 *Urbis molæ. Aquæductus. Canales. Pontes.*
2 *Alveus* Diſſæ *fluminis traductus.*
3 *Agger Moſæ, ob mercatorum compendium transfoſſus.*
4 *Machina olim in foro piſcario, ad transferendum ſarcinas.*
5 *Turris S. Joannis quando ſtructa. Ejus deſcriptio.*
6 *Quando corruerit, ſimul cum alia. Nunc reſtituta.*
7 *Duarum campanarum veteres inſcriptiones. Pondus recentioris campanæ.*
8 *Palatium Ducis. Curia. Horologium artificioſum. Forum.*
9 *Platearum, ædiumque nitor & numerus.*
10 *Urbis in vicos diſtributio, eorum Præfecti.*

CAPUT IV.

1 *Urbis clades ab igne annis* 1419. & 1463. *& aliis deinceps.*
2 *A pluvia.*
3 *A fluviorum eruptionibus variis annis.*
4 *Ab aquarum putredine.*
5 *A caritate annonæ. Lue. Dyſenteria. Languore ſudorifico.*
6 *A ſeditionibus in Senatum.*
7 *A ſævitia Theodorici Comitis Hollandi. Anni ſinguli calamitatum notantur.*

CAPUT V.

1 Sylvaducis, *olim Parochia de* Ortduno *ſubdita*
2 *Franciſcani & Dominicani Paſtorum officio primò functi*
3 *Erectio Sacellorum de Ortduno, & D. Virginis.*
4 *Eccleſia S. Joannis in Parœciam totius civitatis erecta*
5 *Poſteà in ſubſidium curæ Paſtoralis aſſumpta aliquot Sacella*
6 *Collegium Canonicorum quando erectum, & incorporatio aliquot Eccleſiarum*
7 *Eccleſia S. Joannis evecta in Cathedralem, & quando.*
8 *Detractâ parte Leodienſis & Ultrajectinæ Diœceſion.*
9 *Series Epiſcoporum, & res geſtæ.*
10 *Diſtributio Diœceſios in* 10 *Decanatus. Collegia, Commendariæ, Cœnobia & Monaſteria ei ſubjecta.*
11 *Eccleſia S. Joannis quâ occaſione & à quibus ſtructa, & quando.*
12 *Icon Deiparæ* de Buſco: *annua ejus Proceſſio.*
13 *Elogium* 2. *Epiſcoporum, Sylvæducenſium*
14 *Viri inter Regulares celebres.*

CAPUT VI.

1 *Majeſtas templi S. Joannis.*
2 *Sumptus in fundamenta.*
3 *Ejus cum Dianæ Epheſino comparatio.*
4 *Turris altitudo.*
5 *Chori & navis Templi, & bini ambitûs dimenſio*
6 *Varia Templi interius & exterius ornamenta.*
7 *Lapides pro fabrica unde advecti.*
8 *Altaria* 50 *celebrium pictorum operibus illuſtria.*
9 *Vitra Templi artificioſè picta.*
10 *Organa, & ſuggeſtus.*
11 *Crux ex metallo fuſili.*
12 *Machina admirabilis extremum judicium repræſentans.*
13 *Sodalitas Deiparæ, illuſtris.*

CAPUT VII.

1 *Abbatia Præmonſtratenſis à quo, & quando, & quâ occaſione fundata*
2 *Vetus inibi cœnotaphium.*
3 *Præpoſituræ à dicta Abbatia dependentes.*
4 *Abbates ejus mitrati recenſentur.*
5 *Abbatia Ciſtercienſis. Ejus origo.*
6 *Poſteà mutata in Prioratum.*
7 *Abbatum & Priorum aliquot ſeries & res geſtæ.*

CAPUT VIII.

1 *Caſtrum Ducale in ſylva* Ortenſi *Franciſcanis donatum. Ejus veſtigia.*
2 *Quando in urbem recepti Franciſcani: Paſtoralibus functi.*
3 *Dotati. Reformati.*
4 *Templum quando ſtructum. Loca ædificio aſſignata. Immunitates conceſſæ.*
5 *Tumuli Virorum bene meritorum.*
6 *Dominicani quando Sylvamducis introducti.*

INDEX RERUM.

7 *Conjectura de primis eorum Fundatoribus.*
8 *Monaſterium incenſum & reſtitutum.*
9 *Viri præclari qui ex eo prodierunt.*
10 *Cœnobia, Dominicanorum Lovanienſis, Minoritarum Trudonenſis coloniæ.*
11 *Clerici in commune viventes quando cœperint.*
12 *Textores primùm fuerunt; manuumque labore abjecto,* Bogardi *facti ſunt.*
13 *Alexiani primò liberi, compulſi ad regulam. Eorum Sacellum.*
14 *Bogardi & Alexiani extincti. Et Cœnobia in alios uſus converſa.*
15 Crucigeri *ex Bogardis orti, quando Cœnobium ſtruxerunt in loco* den Mortel.
16 *Poſteà migrarunt in alium. Eorum Templum poſteà Parochia S. Catharinæ.*
17 *Gregoriani* de Fraters *colonia Swollenſis à Senatu quando recepti*
18 *Gymnaſium eorum celebre: ex quo prodiit* Macropedius. *Ejus inibi tumulus.*
19 Wilhelmitæ *ſæpius tranſlati, facti* Benedictini, *in urbem admiſſi, Cœnobium quando ſtruxerint.*
20 Brigittini & Endovenſes, *aliunde profugi Sylvamducis ſe receperunt.*

CAPUT IX.

1 *Begginagium Sylvaducenſe. Ejus antiquitas.*
2 *Earum curia. Templum. Valetudinarium.*
3 *Begginarum numerus quondam.*
4 *Monaſteria Virginum* op den Ulenborch, Marienborch, Suſteren van Orten *earum initia. Tranſlationes. Templa.*
5 *Sorores aliquæ* de Orten, *poſtquam iis vetita fuit textrina, in ſuburbanum migrarunt, quibus extinctis, locus donatus Carthuſiæ.*
6 *Fundatio Sororum S. Eliſabethæ quando cœperit.*
7 *Clariſſarum.*
8 *Cœnobium S. Gertrudis, Virginibus nobilibus clarum.*
9 *Cœnobium* Bethaniæ, Nazarethi, *alia duo Franciſcanarum. Quædam Sacella.*

CAPUT X.

1 *Pandocheum pro pauperibus civibus quando inchoatum. Qualis ejus debeat eſſe Curator.*
2 *Noſocomium olim ab utriuſque ſexûs Religioſis, nunc à Virginibus tantum deſervitur. Ejus Cappella.*
3 *Orphanotrophium. Diviſum poſteà pro maribus & puellis.*
4 *Domus pro expoſititiis infantibus.*
5 *Collegia duo pro pauperibus ſtudioſis.*
6 *Xenodochium S. Eligii.*
7 *Domus pro amentibus.*
8 *Hierocomium pro elephantiacis.*

CAPUT XI.

1 *Gerontocomium vetularum in loco* de Weverplaetſe
2 *Duo alia pro viris.*
3 *Duo item alia pro* 12. *viris.*
4 *Duo item alia pro* 8. & 13. *mulierculis.*
5 *Duo alia alterum pro* 13 *viris, alterum pro totidem mulierculis.*
6 *Duo alia pro viris*
7 *Alia ſex pro mulierculis*
8 *Alia tria pro viris*
9 *Alia duo pro mulierculis*
10 *Aliud pro viris.*
11 *Aliud pro ſeptem paribus conjugum*
12 *Alia duo, unum pro viris, aliud pro feminis*
13 *Alia quatuor, duo pro viris, alia pro mulieribus. Singulis locis aſſignantur anni fundationum. Nomina Fundatorum, & loca ubi ſingula ſita.*

CAPUT XII.

1 Sylvaducis *liberum Ducis Brabantiæ Allodium, cum aliis quibuſdam.*
2 *Ejus Prætores duo, pro criminalibus & civilibus.*
3 *Scabini jus electionis Principi tranſcripſerunt.*
4 *Eorum numerus auctus.*
5 *Poteſtas & juriſdictio, & ad eos appellatio.*
6 *Magnum conſilium civitatis ex quibus aſſumatur.*
7 *Apparitorum munus & poteſtas.*

CAPUT XIII.

1 *Plebis in opificia diviſio. Eorum Decani & Jurati.*
2 *Civium immunitas, & privilegia à variis Principibus conceſſa.*
3 *Nundinæ hebdomadales & annales.*
4 *Jus ſalinariæ, frumentariæ, & vectigalium urbi permiſſum.*
5 *Textorum opificium. Ejus privilegia.*
6 *Aliorum artificum induſtria civitati plurimum utilis.*

CAPUT XIV.

1 *Collegia* 4. *Sagittariorum & Sclopetariorum. Et privilegia.*
2 *Cruentæ* Coptitiorum & Beckerlingorum *factiones*
3 *Inimicitiâ ſopitâ. Gallorum gallinaceorum certamen ſubſtitutum*
4 *Qui mos & ab Athenienſibus & Pergamenis, aliiſque traductus.*
5 *Alexander ab Alexandro de Gallinaceorum pugna citatus.*
6 *Iſtiuſmodi certaminis Sylvaducis ceremoniæ.*
7 *Quod ſæpè ab animalibus cœptum, hominum ſanguine terminatum eſt.*
8 *Galli hujuſmodi undecumque accerſiti.*
9 *Variæ conjecturæ cauſarum diſſidii inter* Coptitios & Beckerlingos
10 *Viri Illuſtres* Sylvaducis *oriundi. Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Decani, Conſiliarii, Juriſ-*

Juriſperiti, Medici, Philoſophi, Pictores &c.

11 *Gymnaſium Sylvaducenſe, numero ſtudioſorum & famâ docentium celebre.*

CAPUT XV.

1 Sylvaducis *ab hoſtibus decies fruſtrà oppugnata.*

2 1. *A Guilielmo Aurangiæ Principe. Ejus ſtratagema.*

3 2. *Dolo Gubernatoris Hueſdini.*

4 3. 4. *Inteſtinis diſſidiis civium nova ſectantium bis periclitata, qui ſpe fruſtrati urbe excedunt.*

5 5. *A Comite de* Hohenlo, *per proditorem intromiſſo & fugato.*

6 6. 7. *Bis iterum diverſis annis tentata, ſcalis & ponte admotis.*

7 8. *A Mauritii fruſtraneâ obſidione.*

8 9. *A tumultuantibus militibus Hoochſtratanis.*

9 10. *A ſecunda Mauritii oppugnatione, irrito conatu. Singulis locis anni notantur.*

CAPUT XVI.

1 Sylvaducis *hoſtilibus oppidis & arcibus limitanea, & variis munitionibus undique cincta, excubare ſemper coacta.*

2 *Arcem* Poderoyam *prædantium militum inſolentiâ finibus infeſtam fruſtrà Hollandi impugnant.*

3 *Quam Sylvaducenſes duce Comite Anholtano, excogitato novo genere machinarum expugnarunt.*

4 *Propugnacula urbi vicina, partim ab hoſte capta, partim ſolo æquata.*

5 *Præcipua ad aggerem Vuchtanum, & viam Hinthamenſem.*

6 *Suburbana æſtate amœna, hyeme aquis merſa.*

7 Vuchta & Hinthamia, *ſuburbana. Nominum etymon.*

8 *Abbatia in* Coudewater *Ordinis S. Brigittæ.*

9 *Monaſterium Regularium Canonicarum* Annenburch *dirutum à Roſſemio. Virgines in urbem tranſlatæ.*

10 *Leproſarium* Hinthamiæ. *Deſtructum & tranſlatum.*

11 *Cœnobium Virginum in* Eykendonck, *invitis calamitatibus perſtans*

12 *Carthuſia extra portam Antverpienſem, ubi ſita.*

13 *Fundata primùm in* Ollant, *ſub directione Dionyſii Carthuſiani,*

14 *Dotata à Ducibus Brabantiæ, aliiſque.*

15 *A Roſſemio deſtructa, & Religioſi in urbem ſe receperunt.*

16 *Viri celebres qui ex ea prodierunt.*

PELANDIA

CAPUT PRIMUM.

1 E*Riceta non debent infœcunda cenſeri.*

2 *Modus agros impinguandi.*

3 *Ceſpitum origo inquiritur ex arboribus ſub terra ſepultis.*

4 *Quæ omnes verſus eandem partem procumbunt.*

5 *Probabile magni Diluvii veſtigium.*

6 *Sic ex arboribus multis ſeculis putrefactis, exorta maſſa combuſtibilis.*

7 *Ceſpitum color, & ſcindendi & ſiccandi modus.*

8 *Quanta eorum in terra; in profundum craſſities.*

CAPUT II.

1 *Ænigmaticum de Campinienſibus Proverbium*

2 *Campinienſes laboris patientes, frugales, ingenioſi, longævi.*

3 *Honorii de Campinia teſtimonium.*

4 *Mons dictus* Zeylberg.

5 Helmonda 20. *pagorum Metropolis.*

6 *Homines ejus tractûs, induſtrii & bellicoſi.*

7 *Præcipuè* Sommerenſes, Helſenſes, Leendenſes.

8 Roda *Municipium, potius Taxandriæ caput, quàm* Helmonda

9 *Unde nomen* Taxandria.

10 Taxandriæ *fines olim ampliores quàm* Pelandiæ, *quouſque ſe extenderint.*

11 *Antiqui populi, hujus Regionis olim incolæ.*

12 Taxandriæ *nomen à Francis datum, & Domini ejus Comites.*

13 *Argumenta quibus id eruitur.*

14 *Dicti Comites clientes Antiſtitis Ultrajectini.*

15 *Eorum inſignia conſervata in familiis ex iis deſcendentibus.*

16 *Inſigni Comitum coronata.*

17 *Antiſtes Ultrajectinus jus ſuum in Campiniam Duci Brabantiæ cedere coactus.*

18 *Exinde* Sylvæducis *obnoxia* Pelandia, *ejus nominis ratio.*

19 *Olim Comitum ſedes* Rodæ.

20 *Mons S. Odæ,* Odenberg *Caſtro olim & feudorum Tribunali inſignis.*

21 *Inde Comites* Rodenſes *appellati.*

22 *Collegium Canonicorum ibidem.*

23 *Decanatus ejus annexus Cathedræ Ruræmundenſi.*

24 *S. Odæ Reliquiæ ibi aſſervatæ.*

25 *Eccleſia Curialis S. Martini, & Sacellum S. Antonii.*

26 *Sacellum S. Petri, ubi origo Carthuſiæ, poſtea Sylvamducis tranſlatæ.*

27 *Privilegia Rodenſium paria cum Sylvaducenſibus.*

28 *Nun-*

INDEX RERUM.

28 *Nundinæ Rodenſes.*
29 *Senatûs forma.*
30 *Juriſdictio Rodenſis extenſa, additis Privilegiis.*
31 Rodenſium *incolarum numerus. Sagittariorum Collegia. Gerontocomium. Xenodochium.*
32 *Prætoria in diſtrictu Rodenſi ſeptem.*
33 Rodenſium *variæ calamitates.*
34 *Pelandi præ ceteris, hoſtibus reſtitere, aliquando victi, aliquando victores.*

CAPUT III.

1 *Pagi* 14. Rodæ *obnoxii.*
2 *Caſtrum* Rixtelium.
3 Aerle *pagus* (*nomen Romanum eſt*) *Nundinis & Sacello Deiparæ celebris.*
4 Beeck *pagus. Olim Templariorum.*
5 Stiphout *pagus. Ubi energumeni curantur.*
6 *Ex Honorio citantur aliquot miracula per virtutem S. Eucharistiæ ibidem facta.*
7 *Trium dictorum pagorum duo Tribunalia, & duo intra ſines Prætoria.*
8 Erp *pagus cum Caſtro.*
9 Vechel. Schyndel. Zonne. *quorum peculia.*
10 Broighel. Nuyhem. Wetten.
11 Hoydonck. *ubi Prioratus Virginum ſub Abbate Rodano Ditionis Limburgenſis.*
12 *Intra ſines* Nuyhem *Cœnobium* Zoeterbeke *Virginum. Ejus origo.*
13 Leembda. Lyshout. Bakel. Doorssen.
14 *Sacella in* Lysel, & Vlierden. *Unde nomen familiæ de* Vlierden.
15 *Ejus Viri Illuſtres.*
16 Tongerle. Lyrop, *Pagi. Quibus obnoxii.*

CAPUT IV.

1 Mirloa. *In ſacris Abbatiæ Floreffienſis peculium.*
2 *Patria Cardinalis Enckevort, qui Gerontocomium fundavit.*
3 *Et aliorum Virorum Illuſtrium.*
4 Mirloæ *Dominium ad varios devolutum.*
5 Asten. *Ejus Caſtrum. Nundinæ. Toparchæ.*
6 Ommelen. *Ejus Sacellum miraculis Deiparæ celebre, & Cœnobium Franciſcanorum Tertiæ Regulæ.*
7 *Occaſio ſtruendi ejus Sacelli.*
8 Zoemeren. *Nominis etymon. cujus incolæ bellicoſi, & olim magno numero.*
9 Geldorp. *Ejus Caſtrum. Nundinæ. Parochia à Teutonicis equitibus dependens.*
10 Gemert. *Commendaria Ordinis Teutonici. Eorum ibi Prætorium.*
11 Hees. Leende. *Peculia Hornanorum, ad Egmondanos devoluta.*
12 *Dictorum Pagorum Eccleſiæ & Sacella.*
13 *Celebres Viri inde oriundi.*
14 Craendonck. *Baronatus. Ejus arx.*
15 *Dominium ejus ad Varios tranſiit.*
16 *A* Craendonck *dependent* Maerheese, Suerendonck, Budel.
17 *Incolæ de Budel gnavi in mercimoniis.*

CAMPINIA.

CAPUT PRIMUM.

1 Campinienses *induſtrii ex Cimbris orti. & ipſum nomen indicat.*
2 *Et pagi aliquot Deorum Cimbricorum nomina ſervant.*
3 Campiniam *Romanorum tempore ſub Taxandria comprehenſam, Diplomata & numiſmata probant.*
4 Bladel *vicus in ſacris Capituli Orſcotani. Tribunal. Scabinorum creandorum forma.*
5 Nederſal *Bladelæ olim palatium. Ejus veſtigia.*
6 *Comitia Regni ibidem celebrata probat Diploma Caroli Calvi.*
7 *Campinia Ducatûs titulo olim inſignita: ſed limites obſcuri.*
8 *Conjectura auctoris de locis Campiniæ ab* Oyr *nomen inchoantibus.*
9 *Poſt cladem Normannorum* Campiniæ *præfuiſſe Comites, docent eorum inſignia.*
10 Scholteti *tamen Campiniæ nomen recentius. Nobiles hoc munere functi.*

CAPUT II.

1 Oirschot *municipium. Prætorium Merodiorum.*
2 *Quamvis incendiis deformatum, tamen quintam portionem totius Campiniæ in contributionibus ſolvit. Ejus territorii amplitudo.*
3 Oirſchoti *appendices* 8.
4 Varenbeſt *patria B. Odulphi. Ejus Prætoria.*
5 Oirſchoti 5. *Collegia Sagittariorum Privilegiis ornata. Sodalium numerus.*
6 *Nundinæ annales & hebdomadales frequentatiſſimæ.*
7 *Scabinorum olim annalium tantùm, nunc ferè perpetuum, munus eſt, & quæ forma.*
8 *Oirſchoti Templum elegans, & turris, vento poſteà minuta.*
9 *Hic domicilium & tumulus B. Odulphi. Quanta olim hujus loci reverentia.*
10 *Collegium Canonicorum, quando & à quibus fundatum, dotatum, Privilegiis auctum.*
11 *Ejus Capituli Viri celebres.*
12 *Sodalitates ſacræ.*
13 *Sacellum Deiparæ ſedes olim Capituli* Oirſchotani.
14 *Aliud Sacellum Virginis, & Xenodochium & Gerontocomia tria, à quibus fundata.*
15 *Gymnaſium trilingue Oirſchotanum.*
16 *Deſcriptio fundi & terræ Campaniæ.*
17 *Arenæ agris nocivæ, quo pacto arceantur.*

18 Be-

INDEX RERUM.

18 Betula *arbor ſola inter arenas creſcit, quas utiliter compeſcit.*
19 *Arboris hujus altitudo & propagatio.*

CAPUT III.

1 Oyrle *vel* Oers *primarium Campiniæ municipium.*
2 *Templum S. Joannis, anteà Caſtrum fuit donatum Poſtulanis. Ejus Caſtri veſtigia.*
3 Boenbergh, *pars peculii Paſtoralis.*
4 *Deſcriptio agri Oyrlenſis.*
5 *Sacellum S. Antonii. Loca Communitatis. Permiſſio plantandi quercus.*
6 *Hinc loci inſignia. Privilegia & Nundinæ ipſi conceſſæ.*
7 Oyrleæ *calamitas ab igne & prædatione.*
8 *Collegia olim tria Sagittariorum privilegiis munita.*
9 *A Tribunali* Oyrle *Duci tantùm ſubjecto pendebant* 8. *pagi, nunc ab eo ſeparati.*
10 *Dicti pagi recenſentur, eorumque Eccleſiæ, & Domini in ſpiritualibus & temporalibus.*

CAPUT IV.

1 Eersel *præclarorum Virorum patria.*
2 *Vicus hic jure Civitatis donatus. Ejus Senatus. Nundinæ.*
3 *Calamitas à bello & peſte.*
4 *Sacellum in* Eerſel. *Templum. duo Collegia Sagittariorum.*
5 Eerſel *olim 9. pagorum Caput & Tribunal; ſed ii mutatis Dominis avulſi.*
6 *Præter* Steensel & Duyfsel: *iſtum Reliquiis S. Luciæ; hunc Canonicorum Collegio inſignem.*
7 *Ceteri pagi Tongerloënſium, & hinc Epiſcopatûs Buſcoducenſis.*
8 Agnetendael *Cœnobium Virginum Franciſcanarum tertiæ regulæ quando fundatum. Ejus progreſſus.*

CAPUT V.

1 Bergeick *oppidum celebre.*
2 *Templum S. Petri à quibus dependens.*
3 *Sacella ibidem quatuor à Collegiis Sagittariorum ſtructa.*
4 *Templum munitum capax ut incurſionibus reſiſtat.*
5 *Quod præſtitit & Caſtrum: nunc cum aliis ſolo æquatum.*
6 *Populus agrariâ & textrinâ occupatus: quanto eſſet numero collige, quod*
7 *Textores Sacellum Deiparæ ſtruxerunt,*
8 *Quod Agrariorum* 400. *peſtis una abſumpſerit.*
9 *Nundinæ hebdomadales & annales.*
10 *Quandonam Oppido permiſſum ut muris clauderetur.*
11 *Oppidi inſignia & ſigillum.*
12 *A* Bergeica *dependent* Westerhoven & Rythoven, *unde Viri illuſtres oriundi: inter alios Rythovius Epiſcopus Iprenſis. Ejus encomium.*

CAPUT VI.

1 *Omnes pagi ad ripam & latus* Dommelæ *in cauſis Antverpiam recurrunt.*
2 Lommelia *oppidum. Templum S. Petri contra hoſtes reſtitit: exuſtum: reſtitutum.*
3 *Vallum Oppido ſtruere permiſſum, & vectigal & Nundinæ.*
4 *Et ædificata fuiſſe mœnia probatur.*
5 *Quæ licet poſteà dejecta, tamen durant Privilegia, tam Senatui quàm Sodalitiis civium conceſſa.*
6 *Viri celebres qui hinc prodierunt.*
7 *Incolarum frequentia, & ovium laudatiſſimarum multitudo.*
8 *Hinc deducta ratio ſigilli.*
9 Aelst. Waerle. *Eccleſiæ, & Patroni.*
10 Werda. *Eccleſia ibidem S. Nicolai Epternacenſium. Sacellum aliud.*
11 *Apum ibidem nundinatio. Mellis ericetorum commendatio.*
12 *Prætorium Gentis Cluſiæ.*
13 Gestel. Strip. Strithem. *Auriacorum Dominia.*
14 Woensel. *Ejus limites olim ampliores. Turris. Sodalitia quatuor. Xenodochia tria.*
15 *Cœnobium Dumenſe ibidem Canonicorum Regularium, poſt incendium Sylvaducis tranſlatum.*

MAESLANDIA.

CAPUT PRIMUM.

1 Maeslandia *à nociva Moſæ inundatione ſic dicta.*
2 *Ejus impetus quomodo propulſetur.*
3 *Et cum idem de Cimbris antiqui hiſtorici referant, non dubitandum quin hic ſedem fixerint, & in Regionibus vicinis, unde in Galliam irruperunt.*
4 *Quod probatur ex Clytarcho, Æliano, Ephoro.*
5 *Qui meritò dixit his locis plus damni imminere ab aqua quàm hoſtibus.*
6 *Nec hyeme tantùm ſed & æſtate. Talis calamitatis exemplum.*
7 *Hinc nomen* Moſæ *deductum putat Goropius.*
8 *Cauſa harum inundationum tam hyemalium, quàm æſtivarum inquiruntur.*
9 *Salicum quædam genera contra inundationes utilia.*
10 *Ex quibus crates contextæ fluminibus opponuntur.*
11 *Tribunalia tria ſeptemvirùm ad providendum aggeribus, citra appellationem.*

12 *Eorum auctoritas. Definiti limites. Privilegia. Prætori Sylvaducenſi his accedere permiſſum.*
13 Maeſlandorum *audax patientia, & labor, & quævis ſuperans alacritas.*
14 Maeſlandia *olim Ducatus; ſed limites incerti.*
15 Maeſlandiæ *inſignium ratio.*

CAPUT II.

1 Bovinium *ſive* Oss *oppidum, caput Maeſlandiæ.*
2 *Eccleſia S. Willibrordi, ab ipſo cœpta. Proviſio eſt Epternacenſium.*
3 *Sacellum & Sodalitium Deiparæ à Brechtiis dotatum, qui & modo Patroni.*
4 *Menſa S. Spiritus. Parochi inſignes.*
5 *Sagittariorum Sodalitia* 4. *Privilegia eorum. Præmia reportata.*
6 *Propugnacula ab* Oſſenſibus *contra vim aquarum ſtructa.*
7 *Geldrorum exercitus ab iis cæſi.*
8 *Templum pertinaciter ab iis defenſum, hoſtibus cedere compulſis.*
9 *Bellorum tempore ſtrenuè reſtiterunt, numquam victi.*
10 *Hinc laceſſiti hoſtes ferro & flammâ in eos graſſati.*
11 *Illata à Roſſemio calamitas Oppido.*
12 *Ingens alia à Bommelianis, deinde à tumultuantibus. Anni ſinguli notantur.*
13 *Privilegia* Oſſenſibus *à Brabantiæ Duciſſa* Joanna *conceſſa plurima.*
14 *Struendi mœnia, & plurium nundinarum.*
15 *Habendi Senatum, cujus forma deſcribitur, variaſque toto tractu immunitates.*
16 *Ut ſoli Lanificum Collegium habeant & pannorum ſignaturam.*
17 *Mœnium veſtigia.*
18 *Familiæ* Oſſenſium *nobiliores.*
19 *Apud quos ſedes Prætoris, Secretarii, & Apparitoris* Maeſlandiæ.
20 *Prætoris dignitas à Nobilioribus hujus tractus adminiſtrata. Familiæ ſignantur.*
21 *Sacella SS. Anthonii & Willibrordi, in quo puteus ægris ſalutaris.*

CAPUT III.

1 Berlick. Heeswyck. Dinter. *Nominum origo. Caſtrum in* Dinter.
2 *Viri aliquot praeclari ex his locis oriundi.*
3 Empel. *Peculium Abbatiæ Criſpinienſis, dein Comitis Megant, dein Arenbergicorum.*
4 *Diploma Clotarii reddentis Criſpinienſibus Eccleſiam de* Emple.
5 *Qui poſteà jus ſuum permutatione tranſtulerunt.*
6 *Caſtrum prope* Empel, *de quo auctoris conjectura.*
7 Alem. *Dynaſtia Abbatiæ Trudonopolitanæ. Reliquiæ ibi S. Odradæ. Quomodo brachium S. Huberti huc fortè delatum.*
8 Geffen. Nieulant. Roosmaelen. Nistelroy. Litoien. Maren. Berchem. *Dictorum locorum Prætoria, Eccleſiæ, earum Patroni & Advocati.*

OOSTERWICUM.

CAPUT PRIMUM.

1 Oosterwyck, 26. *Vicorum caput. Canalis* Aderæ.
2 *Prætoria.* Durendael. Wyenberg. Ter Borcht. *Peculia nobilium familiarum.*
3 *Inſignia & ſigillum municipii de* Oosterwyck.
4 *Privilegia ei conceſſa.*
5 *Templum S. Petri ibidem elegans.*
6 *Numerus communicantium* Oosterwyck *comprehenſis appendicibus* Udenhove, Heukelum, Berckel.
7 *Cœnobium Virginum Franciſcanarum tertiæ Regulæ, quæ eo incenſo Sylvamducis profugerunt, & Capitulo Zepperenſi ſubditæ.*
8 Ooſterwycæ *olim adium numerus. Parthenone, Gerontocomia, Xenodochium, à quibus fundata.*
9 *Domus Peſtiferorum, Eleemoſynarium.*
10 *Domus Pannificum* het Segelhuys.
11 *Varia ſubſidia* (Burſas *vocant,*) *pro Scholaribus Lovanii fundata.*
12 *Viri illuſtres hinc oriundi.*
13 *Nundinæ annuales & hebdomadales.*
14 *Sacellum Deiparæ ad Tiliam.*
15 Ooſterwycæ *Prætor, Conſules, Scabini, à quibus dependent* Haren,
16 *Et* Helveren *peculium Tongerloæ, ubi Prætorium, nunc cuſtodia Ducalis canum venationis, & Gerontocomium Ooſterwycum tranſlatum.*
17 *Pendent & à Tribunali Ooſterwycenſi,* S. Michiels Gestel & Gestel by Oosterwyck, *eorum Toparchæ & Caſtella.*
18 *Calamitates variæ* Ooſterwyci *carmine recenſitæ.*

TILBUR-

INDEX RERUM.

TILBURGUM.

CAPUT III.

1 TILBURGUM *olim* Tullioburgum, *municipum caſtro inſtructum. Ejus Nundinæ, &c.*

2 *Templum S. Dionyſii à Tongerloënſibus adadminiſtratum.*

3 Tilburgi *Toparchæ, qui etiam Domini in* GOERLE *&* VENLOON, *ubi cultus S. Pancratii, & ceſpitum nundinatio.*

4 *Quæ loca* Veenen *appellentur. Unde & ratio nominis Urbis* Venloo *colligitur.*

5 *Ceſpitum poſthac eruendorum magna etiamnum quantitas.*

6 *Ceſpitum caſuale incendium, horrendum planè, deſcribitur.*

CAPUT IV.

1 HILVARENBEECK. *Municipium eſt Privilegiis & Nundinis ornatum. Præclari Viri inde orti.*

2 *Collegiata ejus Taxandriæ antiquiſſima Divæ Hilvari Sacra.*

3 *Diploma fundationis ejus antiquiſſimum quod ſuperſit.*

4 *Archipresbyratus ejus olim* 60. *Eccleſiarum.*

5 *Sodalitia ſacra* 4. *& magnus incolarum numerus; ſed belli furore, cum Municipii & Templi deformatione, minutus.*

6 *Municipii Toparchæ, qui & in* RYL, DIESSEN, WESTER-BERZE *pagis, quorum hic in ſacris eſt Tongerloënſium.*

CAPUT V.

1 DRUENEN. *Ejus appendix* GANSOYEN. *Prætorium.*

2 WAELWYCK. *Ejus Toparchæ & arx. Stratum longum. Jus oppidi. Privilegia. Nundinæ.*

3 *Cœnobium* Nazareth *Virginum Franciſcanarum tertiæ Regulæ, quæ poſtea Auguſtinianam acceperunt, & quando.*

4 *Privilegia municipio à Comite Hollandiæ conceſſa. Ejus ſitus.*

CAPUT VI.

1 BOXTEL *Baronatus. Ejus Toparchæ. Arx. Nemus. Venatio.*

2 *Cœnobium Virginum Franciſcanarum tertiæ Regulæ Vallis S. Elſabeth.*

3 *Quæ licentius viventes, reformatæ poſtea.*

4 *Monaſterioque incenſo Sylvæducis receptæ.*

5 *Templum Parochiale & Collegiatum, ubi miraculoſus Chriſti cruor ſervatur.*

6 *Ejus miraculi deſcriptio.*

7 BOXTELLÆ *ampla Parœcia.*

8 *Particulare ibidem ceſpitum quoddam genus deſcribitur.*

CAPUT VII.

1 VUCHT *Municipium. Ejus Parochiæ duæ, quarum altera Teutonico Ordini ſubdita.*

2 *Fuit hic olim Begginagium, Virginum Cœnobium, & Carthuſia, omnia Sylvamducis tranſlata.*

3 *Certamen* Leckerbeetien *hoc loco commiſſum.*

4 Vuchtæ *ſubſunt* CROMVOIRT *&* HELVOIRT.

CAPUT VIII.

1 MIERDE *duo* Hooge *&* Leege Mierde. *Ejus Tribunal. Prætores nobiles.*

2 *Eccleſia Floreffienſium eſt.*

3 *A ſententia Senatus, Antverpiam recurritur.*

4 *Appendix ejus* HULSEL (*nominis etymon*) *in ſacris Abbati Trudonopolitano obnoxia.*

5 *In ſupradictis* 7. *municipiis hoſpitia pro pauperibus & ægris.*

POSTELLA.

1 POSTEL. *Nominis ratio. Loci ſitus.*

2 *Hic primò Pandoxenium fundatum, & Floreffienſibus commiſſum, qui Virgines Præmonſtratenſis Inſtituti eò traduxerunt. Earum dos aucta.*

3 *Virginibus poſteà Viri ſubſtituti.*

4 *Templum S. Nicolai. Sacellum SS. Antonii & Rumoldi. Præpoſitorum tumuli.*

5 *Liberalitas & hoſpitalitas Poſtellanorum.*

6 *Unde Goropius nomen* Poſtel *deduxit.*

7 *Privilegia Cœnobio à Brabantiæ Ducibus conceſſa, qui & Ejus Advocati.*

8 *Præpoſitorum ſeries deducta.*

Finis Indicis rerum.

INDEX PAGORUM.

Quibus appoſita littera B Baronatum, M Municipium, C Caſtrum deſignat, prior numerus paginam, poſterior columnam.

A

Aelſt 29 1
Alem M. 33 2
Aerle 20 1
Aſten C. 21 2

B

Backel 21 1
Beeck 20 1
Berchem 33 2
Bergheyck M 27 1
Belveren C. 35 2
Berckel 34 2
Berlicom 33 1
Bladel 23 1
Blaertem 26 1
Boxtel B. M. & C. 37 1
Buydel 22 2
Broegel 21 1

C

Creveceur 16 1
Croy C. 20 2
Craenendonck C. & B. 22 2
Caſter 27 1
Cromvoirt 38 2

D

Dunghen 5 1
Doeveren 16 1
Doerſſen C 21 1
Duyſsel 27. 1
Dommelen 27 1
Dinter 33 1
Dieſen 36 2
Druenen 37 1

E

Eerden 19 2
Eerp C. 20 2
Eerſel 26 2
Empel M. 33 1
Eſche 38 1
Eerſchot 19 2

G

Ganſoyen 37 1
Geldorp C. & M. 22 1
Gemert C. 22 1
Geſtel 26 2
Geffen 33 2
Geſtel C. 35 2
Goerle 36 1

H

Haerent 35 2
Hapart 27 1
Hemert 16 1
Hedel C. 16 1
Herwaerden 16 1
Helmont 18 2
Heeſe 18 2 22 2
Heeſwyck C. 33 1
Heukelum 34 2
Hilvarenbeeck M. 36 2
Hilvoirt 38 2
Hintham 16 2
Hoeydonck 21 1
Hoogeloen 27 1
Hulſel 38 2

K

Knexel 26 2

L

Leende 18 2 22 2
Leembde 21 1
Lyshout C. 21 1
Lyſſel 21 1
Lirop C. & M. 21 2
Lommel M. 28 1
Litoyen 33 2
Lyth M. 33 2
Langeſtraet 37 1

M

Maeren 33 2
Maerheeze 22 2
Mierlo C. 21 2
Middelbeze 25 1
Mierde 38 2

N

Nieulant 33 2
Nieuherlaer 35 2
Niſtelroy 33 2
Nuynen 21 1

O

Orle M. 24 1 25 2
Oirſchot C. & M. 24 1
Oiſterbeze 25 1
Ollant 19 2
Orten 1 1
Oiſterwyck M. 34 1
Oſs M. 31 2
Outherlaer C. 35 2

P

Poderoien 16 1
Roey M. 19 1
Rixtel C. 20 1
Rythoven 27 2
Roeſmalen 33 2
Ryl 36 2

S

Scaedwyck 32 2
Schyndel 21 1
Soemeren 18 2
Stiphout 20 1
Stryp C. 20 2
Sonne M. 21 1
Soeterbeke 21 1
Soemeren M. 22 1
Suerendonck 22 2
Sonderwyck 26 2
Stryp 29 2
Streythem 29 2
Steenſel 27 1

T

Tilborch M. 36 1
Tongerle C. 21 2

V

Vucht C. 1 1 38 1 16 2
Vechel 21 1
Vlierden C. 21 1
Vaerenbeſt 24 1
Velthoven 26 2
Veſſem 26 2
Udenhout 34 2
Venloo 36 1

W

Waelwyck C. & M. 37 1
Waerle 29 1
Weſterhoven 27 2
Wetten 21 1
Winterle 26 2
Weerde M. 29 1
Woencel 29 2
Weſterbeerſe 36 2

Z

Zeilberch 18 2
Zelſt C. 26 1

FINIS.

J. B. GRAMAYE
ANTIQUITATES
BREDANÆ

TYPOGRAPHUS
LECTORI.

TRactatum hunc *De Antiquitatibus Bredanæ* mihi ſuppeditavit Ampliſſimus Vir MELCHIOR ZYBERTS, Catholicæ Suæ Majeſtati in Suprema Brabantiæ Curia à Conſiliis, è Bibliotheca Conſultiſſimi pariter ac literatiſſimi Viri HENRICI COPES Juriſconſulti & Scabini ac Senatoris Sylvæducenſis. Ut primùm eum perlegi, deprehendi Opus eſſe imperfectum; GRAMAYO forſan ejus compoſitioni immortuo. Deinde Diplomatum, quæ hìc multa occurrunt, tantùm referebantur primæ aliquot lineæ, cùm Nota ad marginem *habemus*, vel *habemus in libro pargameno* &c. Quas notas, ut intellexi, appoſuit Conſultiſſimus Vir *N. Vander Vliet*, Civitatis Bredanæ quondam Secretarius, in Antiquitatibus verſatiſſimus. Præterea plurima offendi nomina propria dudum exoleta & quæ non facile eſt in aliis authoribus reperire, quæ adeò confusè ſcripta erant, ut diſtingui vix poſſent. Atque hæc quidem inter alia me à publicando hoc Opere abſterrebant; eo inſuper accedente, quod Conſultiſſimum D. COPES, qui dubiis lucem afferre & Diplomata ſubminiſtrare potuiſſet, quemque ſuper his conſulere decreveram, ſubito caſu mortuum intelligerem. Verùm ſuasêre mihi Viri in Antiquitatibus verſati, quibus Tractatum hunc inſpiciendum dederam, ut eum, qualem reperi, prælo ſubjicerem: & ſcrupulos mihi adimire conati ſunt; quod pleraque Diplomata, quæ in eo citantur, haud difficilè ex aliis Authoribus peti poſſent; & ſi qua non reperirentur, authoritas GRAMAYI, quem totum Belgium ut fideliſſimum Hiſtoricum veneratur, Diplomatum fidem facilè suppleret: ſimiliter quæ circa nomina propria occurrunt dubia, pro majori parte ex Mappis Coſmographicis aliiſque Authoribus tolli poſſent. Addebant, multas in eo contineri Antiquitates quæ à nullis Scriptoribus referuntur, quibus Antiquitatum ſtudioſos privari, foret iniquum. Parui conſilio, & quæ potui, ex AUBERTO MIRÆO, CHRISTOPHORO BUTKENS, aliiſque Diplomata ſupplevi; quæ reperire non potui, eorum initio appoſui Notam marginalem quæ in Manuſcripto habebatur. Nomina autem propria quantâ potui curâ expreſſi. Rogo autem te, Lector benevole, ut ſi qua, ex iis quæ deſiderantur, Diplomata ad Notitiam tuam perveniant, ea ſubminiſtrare ne graveris; quæ unâ alterâve paginâ imprimi poterunt, & exemplaribus etiam compactis facilè inſeri. Vale.

J. B. GRAMAYE
ANTIQUITATES BREDANÆ.

CAPUT PRIMUM.

Antiqua ditionis Bredanæ amplitudo. Oppidorum, Municipiorum, Pagorum, Eccleſiarum, &c. numerus. Limitum tractus vetus. Diploma anni 1212. *inter Ducem & Godefridum Bredæ Dominum fœdus continens. Obſervationes ex eo.* Strena *fluvius.* Santvlietum. Oerderen (*ab* Oert *dictum*) Eeckeren. Gelmel *ſive* Hooghſtraten, *olim ſub Dominio Bredano.*

ANtiquitates & decora auguſtiſſimi toto Belgio & ferè Europâ Baronatûs aggredior, interque retrolapſas tot ſæculorum caligines, & ſemiſepulta magnarum molium rudera ambulaturus, limites ſcriptioni meæ, velut ſtellas quaſdam itineri, deſignabo. Quamvis enim ditio Bredana etiam nunc primarium Ducatûs & Nobilitatis Brabanticæ membrum novem in longum..... in latum deſcribatur paſſuum millibus, perque duarum Urbium, quatuor Municipiorum, Pagorum octodecim ambitus dominetur, comprehenſis illo tractu Eccleſiis 45, Cœnobiis & Hoſpitalibus univerſim 15, Prætoriis Nobilium (etſi plurima injuriis temporum conciderint) plus quàm 16; tamen longè amplior ejus olim res erat & juriſdictio, ſpectante eòdem cum Oppidis duobus, Inſulis tribus, Municipiis duobus, Pagis 27, Cœnobiis, Hoſpitalibus 14, Arcibus, Prætoriis 9, Marchionatu Bergenſi, ſpectante etiam oppidorum & dynaſtiarum Sevenbergenſis (quæ olim) & Geertrudiſmontanæ (quæ recenter adjuncta eſt) cum Pagis ſuis juriſdictione; ſpectante ad extremum pagorum plurium dominio, qui nunc in Ducis aut privatorum jus conceſsêre.

Sic MS. exemplar, quod ex Bibliotheca Joannis Jacobi Chifletii ſuppeditavit mihi Cl. Gevartius, unde hæc deſcripſi ſub finem anni 1656. Dubito tamen an aliquid deſit, an repetendum potius *novem*.

Planè ut lineâ ductâ à Santvlieta Merxemum uſque, iterumque Merxemo inter Weſaliam Comitis & Santhoven, Ooſtmaliam uſque; & tertio hinc Poppeliam; & ultimo Popeliâ per Morum Comitis ad Merroam, quidquid his limitibus & Scaldi ad Occidentem, ad Septentrionem Merroâ concluditur, Dynaſtarum Bredenſium fuiſſe, docere mihi poſſe videar: & ſic ductarum à me linearum primâ excluſos Ryenſes Marchioni Antverpiano obnoxios, ſecundâ Santhovianos, tertiâ Turnhoutanos, quartâ Campaniæ Taxandriæque incolas.

MOSAM potiùs.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Henricus Dux Lotharingiæ omnibus in perpetuum, &c.

Diploma Henrici Ducis Lotharingiæ 1212.
Habemus in 't Parquement-boeck.

Hinc manifeſtum evadit, Telonium Ducale, an veriùs Imperiale? ratione Marchionatûs Antverpiani ad Ducem Brabantiæ ſpectans, partim à Dynaſta Bredano poſſeſſum, eumque, velut protectorem fluminis deſignatum, Dominum fiduciarium Scaldis & Strenæ extitiſſe. STRENÆ dico (ne quis deinceps RHENUM legat) id eſt fluminis, qui Stryenſem Inſulam à Brabanto ſeparat. Itemque *Oſſendrecht* & *Stakerſloet*, quod etiam nunc cum *Hoogherheyden*, *Berendrecht*, *Stabroek*, à Marchione Bergenſi (utpotè Dominii Bredani veteris mediatim poſſeſſore) in feudum tenetur.

Santvlietum itaque ab arena & multiplici undarum alternantium profluxu nomen obtinens, pluribus diviſim Dominis obnoxium, Marchiæ Antverpianæ limitem ſtatuo: idque ex Decreto Ducali ad annum 1154. probante emptionem decem villarum in Allodio de *Santvliet* à Præmonſtratenſibus S. Michaëlis Antverpiæ factam, quæ, inquit, pleno jure ad Marchiam Antverpienſem pertinet. Et cùm denuò inter Bredanum & Antverpienſes hac propter orir etur diſſenſio, Dux anno 1210. clarè definivit, quòd Allodium de *Santvliet* pertinet ad Marchiam, & quòd illud nulli inferiori poſſit concedere jure feudali; bonaque Eccleſiæ Divi Michaëlis nulli hominum cedere poſſunt, quàm ei qui eſt Dominus Lovanii & Marchio Antverpiæ, addens quòd omne judicium villæ, quod eſt uſque ad 27. ſolidos, & infrà, pertinet ad dictum Abbatem; de quo Scabini cognoſcent etiam.

Jam à Santvlieta ad ortum & medium diem progrediens, terminum conſtituo Bredani & Ryenſis territorii eundem ferè, qui fuit Diœceſis Leodienſis & Cameracenſis, quemque non obſcurè agnoſces in nominibus pagorum *Oerderen* & *Oertdam*. *Oert* enim angulum,

ſive

ſive terminum ſonat; & Lucius Papa litteris Veronæ datis aſſignans Capitulo Antverpienſi decimas villarum de *Berendrecht*, *Linlo*, & *Oerderen*, addit, *in ultimo Diœceſis Cameracenſis ſituatarum*. Quo nomine Innocentius Papa reſcripto anni 1248. Duci Brabantiæ in feudum dans (à Duce mox transſcriptas Cœnobio Vallis Duciſſæ in Antwerpen) decimas de Ekerna, *qualiter*, addit, *eas tenere ſolet H. Miles de Stryen*. Quo nomine etiam Arnoldus de Lovanio Dominus Bredæ in diplomate anni 1277. decimas aſſignans Cœnobio D. Bernardi, de *Woude*, *Loenhout*, *Hoegeſcot* & *Erebrant*, *quæ*, inquit, *ſita ſunt in Parochia Sancti Jacobi juxta Eeckeren*. Pagus is eſt celeberrimus, ab *Eycken*, quod ſignare extremum menſuræ ſignificat, dictus, ſolitus ab antiquo ſententias Scabinorum ſuorum non Antwerpiam (quæ tamen propiùs, id eſt, vix unico milliari diſtat) ſed Bredam appellare, manifeſto juriſdictionis argumento; ſicut & *Merxemum*, apertiſſimè Marchiæ ſive limitis domum ſonans, & *Schoeten*, *s'Gravenweſel*, *St. Job in't goer*, *Brecht*, *Loenhout*, *Oeſtmal*, aut feuda ſunt alterutrius, Bredani, inquam, vel Bergenſis Domini, aut tribunal alterutrum cognoſcunt in appellationibus. Ulteriùs ditionem Hoogſtratanam Bredenſium fuiſſe docet Codex vetuſtiſſimus Curiæ Brabantiæ hiſce verbis: *Ende onder het hoogh-gerichte van Stryen ſal gaen het Landt van Gelmel met alle de dorpen tuſſchen Marck ende Baerel, alſoo ſy toe-behoorden den Ioncker van Breda.* Id eſt, *Summo tribunali Stryenſi* (quod idem eſſe cum Bredano, poſteà docebitur) *ſubjacebit terra de Gelmel, cum omnibus pagis inter Marcam & Baerelam, prout ſpectabat ad Domicellum de Breda. Gelmel* autem eſſe Arcem Hoogſtratanam in Hooghſtrato, ex tumulo veteri docui. *Marcam* fluvium norunt omnes in vico, inde *Marxplas* notato, naſcentem, admiſſoque apud Bredam *Aa* rivulo & aliis alibi, in * Merroam ſeſe exonerare. *Baerelam* noſcent qui municipium *Veteris Buſci* nomine nunc notius, olim à flumine *Baerela* ſciant, *Baerleboſch* nuncupatum.

* MOSAM intelligit.

OUDENBOSCH.

Atque hæc ſufficere puto ſtabiliendæ Dynaſtarum Bredenſium veteri juriſdictioni, cùm cetera ad Septentrionem & Batavos oppida quæ Zomæ, Gertrudis, & Septimontium titulis cenſentur, Bredanis paruiſſe clarius ſit, quàm ut argumentorum copiâ opus ſit adſtruere.

CAPUT II.

Alvei fluviorum circa Bredam crebræ mutationi obnoxii, & quare. Varia inde terræ Bredanæ incrementa & decrementa recenſentur. Vici in Bergen *terminati unde ita dicti.*

AD veterem itaque & hodiernum terræ & territorii Bredani ſitum ſtatumque deſcendam, ſæpiùs ſæpiùſque immutatum. Ut enim Rheni & Moſæ fluxu aliquoties, ita & Scaldis nonnumquam, fluviorum verò & rivulorum ſecundi ordinis alveos ſępè aliò derivatos hominum induſtriâ, aut etiam undarum vehementiâ, conſtat. Et cùm Incolæ horum locorum anniverſaria, imò perpetua aquis bella movêre cogantur, idque dubio ſæpè Marte nunc his nunc illis prævalentibus, fit ut ſingulis ferè ſęculis littoralis plaga hujus terræ nova accipiat incrementa, aut detrimenta patiatur.

Ecce à paucis retrò annis vindicatam per Aurangiæ Principem Nieulandiam, oppoſitam Gaſtelæ terram anno 1551. à Joanne Marchione Bergarum aggeribus munitam; anno 1537 Poldrum *Vander Hey* circa Steenbergam ab Henrico Comite; anno 1521 Inſulam non ab arena, ut vulgò putant, ſed à ſtatione forenſi dictam; & ejuſdem ſæculi anno 48. adverſam ei Finardiam à Jacoba Marchioniſſa; anno 52 proximum huic aggerem Clunardicum; anno 64 *Ruggenhil*; anno 72 *Schudderbos* & *Appelaer*; & anno 82 *Heyningen* apud Steenbergam, mari an fluvio excluſo, ſationi apta reddidiſſe, aut priſtino ſtatui amotis aquarum impedimentis reſtituiſſe; cùm è diverſo *Hilderniſſam* & ſub ea *Emaus* Cœnobium anno 1550. & 1570. aqua obruerit: & Poldrum D. Balduini oppoſitum Tolenſi Inſulæ, aliaque pauca loca ſimiliter iſto ſæculo abſorpſerit, attriverit, aut læſerit. Nec minùs memorabilia præcedenti illo ſæculo, id eſt poſt annum 1400 evenerunt. Et quidem Engelbertus Naſſovius, maximus Principum, Burgundiæ, & demùm Auſtriacæ Domûs propugnator, eorumque caſtra ſecutus, bis carceres tulit glorioſos quidem, ſed non minùs oneroſos, ingenti pecuniâ ſe redimere coactus, malis tamen hiſce ſuperior fuit ejus animus, & animo reſpondens fortuna, quæ incrementum ingens dedit Ooſtlandiæ quater mille jugerum magnitudine; præter quæ ſub annos 82. & 87. ceſſit interveniente certâ pecuniæ ſummâ Poldrum à Diva Guilgeforti dictum magnitudine mille ducentorum jugerum. Parentes autem ejus terram *Nieu-Cromwiel* dictam, & anno 1420 Weſtlandiam circa Steenbergam aggeribus cinxerunt; ſed hanc aquis revaleſcentibus deperditam. Præcedentibus etiam ſæculis cùm anno 1328. Berendrechtani tantam perpeſſi eluvionem, ut ex trecentis ædibus vix quinque ſupereſſent, & anno 53. Santvlietani, quod Dux in privilego eis dato refert, & aliis intervallis ingentia paſſi eſſent incommoda, Bredæ Bergarumque Domini anno 1356, Steenbergenſibus poteſtatem fecerunt firmandi *den Cromwiel*, nunc *veteris terræ* vocabulo notum; & ſequenti anno Poldrum Weſtlandiæ. Item anno 1380. Wilhelmo Joannis Bruyninx filii filio & conſortibus *Meerdyck* exaggerandum permiſerunt. Quibus omnibus id effectum, ut qui regionem hanc damnis verè, ſitu ferè maritimam in tabula ſit depictu-

STANTDAER-BUYTEN oon SANTDAER-BUYTEN.

* OUDELANDT

depicturus hodiè, eandem intra annos abhinc centum vix ſit agniturus. Et ne miremur ſi fluvium quem ab omni parte Santvlietam alluiſſe, & inſulas tres feciſſe, ex archivis Michaëliticis docemur, quærentes modò non inveniamus, arenarum copiâ ſepultum; Si trajectum fluminis quem apud *Oſſendrecht*, *Woenſdrecht*, *Berendrecht* fuiſſe ſcimus, nomenclaturâ & literis fidem facientibus, non agnoſcamus; Si Tolenium celebre ex adverſo Tolenſis Inſulæ vix obſervemus; Si Fluentum Burgenſe, undè dominio nomen, nullatenus diſtinguamus; Si fluvios *de Spange*, *de Ockerlaecke*, *de Swaluwe* nominatos in donatione anni milleſimi ducenteſimi nonageſimi per Wilhelmum Militem Dominum de Stryen, Wilhelmo Huguemans affini facta circa Steenbergam, non agnoſcamus; Si Barelam circa *Oudenboſch*; ſi Niſpam ſupra Rooſendael vix obſervemus; & quod omnium maximè antiquitatis ingerat ſuſpicionem, ſi *Atuam* pro *Aa* dici non intelligamus. Ita enim Otto Imperator in Confirmatione quadam rerum Abbatiæ Bavonenſis anno 965. facta, inter alia inquit: *In Taxandro villam Risbecha ſuper fluvium Atua, cum molendino & Eccleſia quam Theofridus donaverat.* Et intelligit *Ryſbergen*, in ſacris olim D. Bavoni ejuſque apud Gandenſes Cœnobio dicatam, fluvio (quem alii Alſam, alii Adera, vulgus Aa indegetant) Atuæ, neſcio an aliquid advaticum redolenti, incumbentem. Ex quo ampliùs diſcas veterem hujus ditionis ſitum in Pago Taxandrico; adeoque ſicut *Taxandri* Goropio Becano ab arenarum accumulatione dicti putantur; ita mihi contra Goropium Vici in *Bergen* terminati à *Montibus* arenarum, vomitu maris & fluviorum congeſtis, potiùs, quàm ab *occulendo* navigia in portubus opportunis: ut enim hoc verum eſſe potuerit in Bergis ad Zomam, ubi portus ab antiquo; non tamen fuit in *Gertrudisberga*, quam omnis antiquorum diplomatum fides *Montem S. Gertrudis* vocat; nec in *Steenberga*, quæ antequam muris & portu inſtrueretur, ignobilis & à *Petroſo colle* dictus fuit Viculus; nec in *Sevenberga*, nec ullatenus in *Ryſberga* procul ab oſtio fluminis; nec in *Plubergen* mediis in ericetis & dunis ſita.

CAPUT III.

Etymis locorum aliquot colligi, plures hìc olim Silvas fuiſſe, ſed inundationibus obrutas, ceſpitibus materiam præbuiſſe, Moeren *dictis. Eorum copia, variæque donationes à Bredæ Dominis factæ recenſentur. Diploma Arnoldi à Lovanio anni 1277. eò pertinens producitur.*

NEc verò in aquis tantùm, ſed etiam in ſolo videntur quædam variaſſe, & plus ſilvarum hìc loci fuiſſe, quàm modò videatur. Nec enim Pagi *Ten Hout*, *Oosterhout*, *Minderhout*, *Calmpthout*, *Loenhout*, à lignis, *Oudenboſch*, *Nieuwenboſch*, à ſilvis, *de Hage*, *Weſtdorn*, *Sprundel*, à ſepibus, ſpinetis, ſegmentis nuncupati aliud videntur docere. Extirpatæ autem videntur inſigni aliquâ inundatione maris obrutæ, ſepultæque paulatim cœno & uligine putruiſſe, & tandem ad fomenta ignium ex viſceribus terræ extrahi. Ceſpitum autem (ſic enim materia illa vocatur noſtris) ejuſmodi inſignis theſaurus in & juxta ditionem Bredanam abſconditur, & hinc nomina *Novi Mori* (*Moeren* loca hæc paluſtria vernæ appellant) & *Mori Comitis* & *Aggeres Mori*. Hinc tot ubique donationes Abbatiis & Cœnobiis Michaëlitico, Bernardino, Tongerloenſi, Thorenſi, Cortenbergenſi, & aliis factæ occurrunt; & per Dynaſtas Bredanos factæ, intereſſe putantes talibus potiſſimùm hæc inculta tranſcribere, quorum olim poſſint labore & induſtriâ culturæ & habitationi apta reddi & idonea. Ita nimirum anno 1430. privatis ad quadringenta jugera *Mori* vendidit inter *Etten* & *Ryſbergen* ſituata, Comes Naſſovius Engelbertus. Arnoldus à Lovanio anno 1275. & 76. ceſſit Abbatiæ D. Bernardi ad Schaldim primùm ducenta jugera *Mori* apud *Gaſtel* & *Baerleboſch*, ibidemque quinquaginta hoevas *Mori* & waſtinæ, & anno 77. centum & quadraginta octo jugera; anno 82. centum hoevas, duodecim jugerum ſingulas; anno 80. Tongerloënſibus ſexaginta jugera; idemque Cortebergenſibus centum & quinquaginta tria jugera *Mori* apud *Ooſterhout* vendidit. Henricus autem Baro anno 1262. magnam quantitatem *Mori* ſub *Halteren* reperitur vendidiſſe. Raſo Liedekerkius anno 1310. Petro Delft & aliis ducenta & ſeptuaginta jugera *Mori* ſuper *Vlaſſelt* & *Souzeel* inter *Terheyden* & Sevenbergam. Anno 1293. pater ejus hoſpitali S. Joannis & menſæ pauperum Bergenſi ſeptingenta triginta octo jugera waſtinæ ſub *Etten*, nunc dicta *den Monicken-moer*; anno nonageſimo primo unà cum Bergenſi ſeptuaginta duo, & mox centum & novem jugera apud *Gaſtel* Cœnobio D. Bernardi; anno 94. Tongerloënſibus cedit quadraginta & unum in miricis & *Moro*. Maximè autem omnium ſupradictus Arnoldus à Lovanio, cujus donationem ex codice Abbatiæ S. Bernardi libet tranſcribere.

NIEUW MOER.

'S GRAVEN-MOER. MOERDYCK.

Hodie de RYSMOER.

Univerſis Christi Fidelibus præſens ſcriptum viſuris Arnoldus de Lovanio *Dominus de Breda* & Eliſabeth *ejus uxor, ejuſdem terræ Domina, ſalutem & cognoſcere veritatem, &c.*

Vide hoc Diploma cum aliis Donationibus ad finem hujus Tractatus de Antiquitatibus Bredanis.

Atque hoc quidem Diploma aliaſque donationes ideo potiſſimùm attuli in medium, ut doceant, omnibus ferè locis ditionis Bredanæ ejuſmodi *Mora* fuiſſe; pluribus hodièque ſupereſſe.

CAPUT IV.

Teſtamentum S. Willibrordi anni 725. aut 726. Conjectura de pago Marſum, *villæ* Buſloth, *&* Wadradoch. Duthmala *fluvius. Villæ* Alpheim *&* Dioſnæ. Dugena *fluvius. Vicus* Pieplo. Dunghenum *à quibus olim poſſeſſum. Joannes Daelhemius Dominio* Dungeni *&* Swaluwelandiæ *ob delicta privatus.*

CUm autem Reſcripta Eccleſiæ Nivellenſis & Thorenſis, & Teſtamentum D. Willebrordi rerum mentionem faciant nunc exoletarum aut mirificè mutatarum, è quarum relatione non parum antiquitatis haurire poſſunt curioſi Lectores, non gravabor ad longum ſubnectere. Teſtamentum tale eſt:

Teſtamentum S. WILLIBRORDI.

In Chriſti nomine. Oportet Chriſtianos viam veritatis agnoſcere, per quam Creatori ſuo dignè meritis ſuis ſervire poſſint, ut oblatio eleëmoſynarum eorum, & devotio perveniat ad ſalutem: ipſo Summo dicente: Date & dabitur vobis, *&*, Facite eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

Idcirco ego in Dei nomine CLEMENS WILLIBRORDUS, *Epiſcopus, cogitans caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata mea poſſum abluere, & donante Domino ad æterna gaudia pervenire, dono à die præſenti, donatumque eſſe perennibus temporibus volo, hoc eſt, ad Monaſterium* EPTERNACUM, *quod eſt conſtructum ſuper fluvio* Sura, *in pago* Bedenſi, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, & S. Joannis Baptiſtæ, vel cæterorum Sanctorum, ubi ego ipſe* CLEMENS WILLIBRORDUS *cuſtos vel gubernator præeſſe videor, &, ſi Chriſto placet, corpus meum ibidem requieſcere debet.*

Hoc eſt quod dono vel trado ad ipſum ſanctum locum EPTERNACUM *omnem rem vel villas, ſeu mancipia, quæ mihi ingenui Franci, pro amore eorum & ſalute, tradiderunt, vel condonaverunt.*

Similiter illas res, quas Dominus PIPINUS *mihi condonavit, vel delegavit, ſeu Matrona ſua* PLICTRUDIS, *ſive filius ſuus Dominus noſter* CAROLUS, *Major domus: quas res ipſas Dominus* Carolus, *& genitor* Pipinus, *tam me vivente, quàm de iſta vita migrante, pro eorum mercede condonaverunt.*

Et illas alias res ex parte denomino, vel homines qui mihi eas tradiderunt, vel delegaverunt, id eſt, ut hæc ſcriptura ſolenniter, pro temporum ſerie, confirmare debeat: & hi ſunt homines nominibus his nominati.

ROHINGUS *mihi condonavit, vel tradidit Eccleſiam aliquam, quæ eſt conſtructa in* Antverpo *caſtello, ſuper fluvio* Scalde, *in pago* Renenſium, *cum appendiciis ſuis, villas denominatas his nominibus*, Bacvvalde, Winnelincheime, Furgalare, *& in ipſo caſtello Antverpo tertiam partem de illo teloneo.*

Et HERIBALDUS *clericus mihi condonabat & tradidit Eccleſiam aliam in pago* Marſum, *ubi Moſa intrat in mare, cum appendiciis ſuis, & mariſcum unde berbices naſcuntur.*

Et ANGILBALDUS *mihi condonabat vel tradidit villam quæ vocatur* Wadradoch, *in pago* Taxandro, *ſuper flumine* Duthmala.

Et ANSBALDUS *mihi condonabat vel tradebat omnem portionem ſuam in villa quæ vocatur* Buſloth, *in pago* Taxandrio.

Et BERETHINDA, *Deo ſacrata femina, mihi condonabat vel tradebat omnem portionem ſuam in villa* Bocanſchot, *in pago* Taxandrio.

Et HENRICUS *mihi condonabat in villa quæ vocatur* PIEPLO.

Et ENGELBERTUS *mihi condonabat, vel tradebat mihi omnem portionem ſuam, in villa quæ vocatur* HINESLOTEN, *in pago* Taxandrio.

Item quod ENGELBERTUS *mihi condonabat vel tradebat villam, quæ vocatur* Alpheim, *in ipſo pago* Taxandrio.

Item ANSBALDUS *clericus mihi condonabat vel tradebat villam, quæ vocatur* Dioſna, *in pago* Taxandrio, *ſuper fluvio* Dugena.

Et THIETBALDUS *mihi condonabat vel tradebat Eccleſiam aliquam, quæ eſt in villa* Montnachim, *quæ* Araride *vocatur, cum appendiciis ſuis.*

Et illuſter vir HEDENUS *mihi condonabat vel tradebat omnem portionem ſuam in villa, quæ vocatur* Armiſtrade, *ſuper fluvio* Wielher, *in pago* Turingaſnes.

Su-

Superius nominatas vel ſcriptas res ego Clemens Willibrordus *trado atque transfundo ad illam caſam Dei ſuperiùs nominatam* Epternacum, *&c.*

Ex hoc Teſtamento, quæ ad rem *Taxandriæ* faciunt, explicaturus, primùm fateor ignorare quis ille pagus *Marſum* ſit, ubi Moſa intrat in mare; & quamvis non ambigam quin per *Mariſcum* ericetum, per *berbices* oves intelligantur, & loco *naſcantur* legendum ſit *paſcantur*; tamen hæreo anne pagus *Marſum* ſit ille ditionis Bredanæ, quem olim *Marterſſem*, nunc *de Haege* vocant; an verò aliquis tractus Zelandiæ ubi *Marſaci* populi ab Hiſtoricis collocantur. Ulterius *Buſloth*, ſive ut diploma Ottonis Auguſti habet Bomſloth, Os Maſelandiæ caput eſſe; *Wadradoch* ſuper fluvio *Duthmala* nunc vocari *Waerle* haud procul à Domicella flumine certus ſum: eaque loca hodièque Epternacenſium eſſe novimus: non item quæ ſequuntur. *Boſcarſchot* enim nunc abraſâ primâ ſyllabâ *Caerſchot*, appendix Eccleſiæ Rysbergenſis, *Alpheim* nunc *Alphen*, *Dioſna* ſuper fluvium *Dugena*, Prætorium olim Dynaſtæ Dungani ſitum *op de Oſſevaert* ad flumen *Dungen* in ditione Bredana; *Pieplo* nunc *Poppel* juxta eandem, Epternacenſium eſſe deſierunt. *Poppel* enim in ſacris Tongerloënſes agnoſcit; qui etiam decimas & Patronatum Eccleſiarum de *Alphen* & *minori Sunderto* acquiſierunt dono Arnoldi à Lovanio Bredani Dynaſtæ; an acquiſita ab Epternacenſibus, incertum.

Dungen autem arce veteri exornatum fuit olim Dominium beneficio Bredani Baronis poſſeſſum à gentilibus de *Niſpen*, *Brecht*, *Haverloes*, *Daelhem*; horumque ultimus ob delicta quædam ſententiâ hominum Curiæ feudalis (eam enim ſplendidam Bredani ſemper habuêre) & Scabinorum proprii tribunalis condemnatus & feudo ſpoliatus, in Prætorio Wingardorum apud *Sundert* privatus conſenuit, teſte demeriti ejus vitreâ quâdam Eccleſiæ Bredanæ cum hac inſcriptione:

Heer Jan van Daelhem, Heer van Dungen, gaf dit glas ter beterniſſe, anno 1504.

Id eſt:

Joannes Daelhemius Dungeni Toparcha vitream hanc mulctatus poſuit anno 1504.

Additque codex feudorum, eundem utrique *Swaluwelandiæ* (pagi ſunt ditionis Gertrudimontanæ ab hirundinibus dicti) imperaſſe, & utrâque ſimul privatum.

CAPUT V.

Diploma Imperatoris Ottonis anni 966. *& hinc obſervata quædam locorum nomina.* Bievelant Spriesant. Gerſercke. *Pagus Taxandricus*; *ejus limites & diviſio in Ryenſem*, *Nethenſem*, *Scaldenſem*, *& Stryenſem.* Sprange. Waterange. Mons. Tremella. Sturnaheim *à Sturionum copia.* Marium *ad Moſam.*

HActenus de Teſtamento Willibrordico, nunc ex archivis Nivellenſis Abbatiæ, ubi hoc conſcriptum habes:

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Otto Divinâ favente Clementiâ Imperator Auguſtus Romanorum ac Francorum. Quoniam Regum ac Imperatorum eſſe conſtat Deo Sanctiſque ejus Eccleſiam conſtruere, præceptis ac confirmationibus condere, volumus notum eſſe omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quàm futurorum induſtriæ, qualiter quædam Abbatiſſa de Monaſterio conſtructo in honore S. Petri Apoſtoli, ſanctæque Virginis Gertrudis *pariter cum Sanctimonialibus, nomine* Adelberina, *noſtram adiit Serenitatem, rogans ut auctoritatis noſtræ præceptum vel confirmationem donaviſſemus.*

Nos verò, interventu noſtræ conjugis Adalheidis, *filiique noſtri Regis ſcilicet* Ottonis, *petitioni ejuſdem Abbatiſſæ aſſenſum præbuimus; & quidquid* Regenarius *Comes, pro ſe, conjuge, filiiſque ejus, ad prædictum Monaſterium, ubi S. Gertrudis corporaliter requieſcit, tradidit in pago Ardenna, ſuper fluvio* Aiſna, *in Comitatu* Waudricia, *in villa quæ dicitur* Villare, *manſas* XII. *Eccleſiam unam cum ædificiis, terris cultis & incultis. Similiter quidquid prædicti Regenarii filius, nomine* Liechardus, *tradidit in pago Hasbanienſi, in villa quæ dicitur* Guigolonhain, *manſas novem mancipia* XXXV. *molendinum & cambam unam.*

Rodolphus *Comes tradidit in villa, quæ dicitur* Lentlo, *manſas* VI. *ſilvam ad porcos* LX. Joannes *pariterque* Rotboldus *pro anima Sigefridi manſas tres, in villa quæ dicitur* Luponio, *ſuper fluvio* Tier *molendinum unum, mancipia* X. Hillinus *tradidit in villa, quæ dicitur*

citur Giſlebiernoz, *Eccleſiam unam, ſilvam ad porcos quingentos, pro anima Giſleberti genitoris ſui.* JOANNES *& uxor ſua* HACHUNDA *manſum unum in villa* Tongrinas, HADEBRANDIS *prata & ſilvam ſuper fluvio* Til, HONOLFUS *pro anima genitricis ſuæ Heliſguindæ manſam unam in Comitatu* Teſtrebatenſi, *ſuper fluvio* Huoltena. ADELARDUS *manſam unam in* Verechaim *ſuper fluvio* Sambra, *in villa quæ dicitur Culiaco, manſas duas,* ROCULFUS *Comes manſam unam in villa* Nerebach *ſuper fluvio* Tenara.

Similiter tradidit ROBERTUS, *uxorque ejus nomine* GENA, *cum filio ſuo* REGENARIO, *manſas quatuor in pago* Hainaco, *in villa quæ dicitur* Haina. HILLINUS *tradidit, pro anima Lietgardæ, in pago* Brabantinſe *ſuper fluvio* Ippinghohaim *manſas quinque, ſilvas ad porcos centum.* REGENWALDUS *Presbyter ſtadium unum in* Bruocſella, *ſuper fluvium* Brania, *manſas ſeptem, Eccleſiam matriciam, ſilvam & prata.*

Anno centeſimo vigeſimo ſeptimo poſt tranſitum S. Gertrudis, tradidit quædam puella, nomine RICBURGIS, *omnem hereditatem ſuam in terra* Ribuarienſi *in villa* Buezefelt. *Hereditas S. Gertrudis ſita in pago* Teſſandria *ſuper fluvio* Struona, *in villa quæ dicitur* Bergom, *cum integritate ſua illic aſpiciente: inſulæ tres, prima* Bievelant, *ſecunda,* Spreſant, *tertia* Gerſercke.

Villam Merbeckam *cum omni integritate quædam* GOISINAR, *in villa* Ramnesbecka *manſas* XXX. *Eccleſiam matriciam, in* Honſa *manſam unam, & quidquid pertinet ad menſam & utilitatem Fratrum ac Sororum, Deo Sanctæque Gertrudi Fratribus ac Sororibus famulantibus donavimus, & noſtro præcepto confirmavimus &c.*

In hoc diplomate Inſula *Bievelant* nominata nomen retinet. *Spreſands* videtur circa Willemſtadium locis nunc inundatis extitiſſe. *Gerſercke* autem fortè locum circa Gertrudiſmontium deſignat à Beatæ Gertrudis Cella (*Geertsercke* enim id ſonat) olim nuncupatum. Alterum porrò ejuſdem Cæſaris ſequenti mox anno datum diploma, "*In pago Schaldis* (inquit) „ *villam* BERGHIS *cum tribus Inſulis* SRANGE, „ WATERANGE, STEENINGE *cum Eccleſia &* „ *Theolonio in pago* STRYA *de patrimonio ipſius* „ *Electæ Virginis,* MONS *cum appendiciis,* TRE„MELLA, STURNAHEM, *& omni piſcatura ad* „ *Moſam, & terris adjacentibus* &c.

Ad quorum lucem notandum, alibi à me dictum, Francos rerum in Belgio potitos poſt annum ſalutis quadringenteſimum quinquageſimum ſextum Provincias & Pagos (*Pais* vulgo) deſtruxiſſe, totumque tractum interamnem Schaldi & Moſæ tribus lateribus, quarto autem Demera, Diliaque ac Herca fluviis *pagi Taxandrenſis* nomine cenſitum. Poſteà creſcente, ut fit, incolarum numero & aggerum beneficio, retentionumque artificio redactis ad ſuos alveos & certos quoſdam limites aquis, cœpit Taxandricus ſubdividi, & circa Antverpiam nominari Ryenſis, circa Lyram Nethenſis, circa Bergas, ut hìc liquet, Schaldenſis, & circa Bredam Stryenſis, & aliis locis alii; ut nihil mirum ſit eundem ſæpe locum in Taxandrico & Stryenſi aut alio ſpeciali pago nominari, non magis quàm ſi idem Joannes homo & animal.

Ad alia nunc ſuprà nominata loca quod attinet, inſulas tres circa Bergas, etſi plures ſint & fuerint, deſignavimus; tamen ſuperius *Sprangam* circa Sevenbergam nominat diploma donationis ejus terræ per Dominum Stryenſem factæ, quod ſuperius laudavi. * *Waterange* fortaſſis eſt Ooſtlandia, quam alluens rivus de *Wateringe* vocatur. *Steeninge* fortaſſis eſt *Steenberga*, & pagus adjacens ei * *Heyninge* nuncupatus. *Mons* autem de patrimonio D. Gertrudis, Geertrudisberga eſt. *Tremella* vicus eſt *Drimmelen*. *Sturnahem* locus quiſpiam nunc inundatus, à Sturnis *, quorum celebris hìc captura, & ſubinde viginti aureorum millia Dominis parare * ſolita, dictus. Quamvis autem Merwam vocemus nunc fluvium Gertrudisbergæ; tamen hinc docemur Ottonis ævo, id eſt, antè D. C. L. annos Moſam nuncupatum, ne quis conjecturam meam de pago *Marſum* ſupra allatam colore deſtitui opinetur.

* De WATERINGE en de WATERINGE van CRUYNINGEN, beyde twee groote bedyckingen in't Eylande van der GOES recht over BERGEN gelegen.

* Nunc vulgo DE HEEN.

* Sturionibus.

Imo & nunc MOSA eſt & dicitur.

CAPUT VI.

Mons S. Gertrudis olim Nivellenſis, deinde Thorenſis juris. Nivellenſis Patronus Comes Stryenſis. Diploma Hilzondis Comitiſſæ Stryæ anni 992, cui tum ditio Bredana & Mons S. Gertrudis ſuberant. Quod ſeparatione Eccleſiarum aliquot à Thorenſibus Abbatiſſis facta, probatur. Sprundelheim. *Thorenſium jura in Dominio Bredano.*

EX his porro cum manifeſtum ſit, Gertrudiſmontium, ſaltem quoad rem ſacram juris Nivellenſis fuiſſe; videndum qualiter in Thorenſium venerit poteſtatem. Supra citatum diploma poſt enumerationem ſilvarum, pratorum, paſcuorum, aquarum, &c. ſubjungit: *Nec habeat ullus Dux, Comes, Marchio, aut quæcumque perſona humilis ſeu alta ullum jus ſive placitum, ſed erit legitimus Eccleſia Nivellenſis,*

lenſis, & Fratrum, & Sanctimonialium defenſor Dominus terræ de Strya, & quicumque heres ipſius in dicto Comitatu. Undè conſtat fuiſſe. Advocatum Nivellenſis Abbatiæ, eoque titulo ſupremæ in his locis inſtitutionis compotem emptione, permutatione, aut alia ceſſione Nivellenſium, fortaſſis etiam decimarum & Patronatus Eccleſiaſtici Gertrudis-bergæ, ut majori animo reliqua eorum bona tueretur, Dominum Stryenſem. Nec turbet vos nomen Comitatûs, quia modo obliteratum. *Strya* enim talis fuit; & qui dominabantur *Comites* dicti; à quibus non interruptâ ſeriè deſcendunt Barones Bredani, probante id ipſum Thorenſi diplomate his verbis:

Donatio Hilzondis. 992.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Ego Hilzondis Comitiſſa terræ de Stryen, *ſequi cupiens eum qui eſt ſponſus Virginum, de conſilio Domini mei* Ansfredi, *Eccleſiam conſtruxi, in Alodio meo de* Thorne, *ubi ego & filia mea* Benedicta *ſub Regula ſanctæ obedientiæ ita viveremus in hoc ſæculo, ut mereamur in futuro, amictæ ſtolis albis, inter Angelos comparere, in diſtrictu juſti Judicis. Itaque amicos mihi faciens de mammona iniquitatis, attuli ad dictam Eccleſiam omne alodium, quod in terra mea de Stryen glorioſus Rex Zuendiboldus olim perdonaverat: in primis ipſam Eccleſiam de* Sryen, *quæ eſt conſecrata in honore Mariæ Virginis,* Montem littoris, *ubi Beatiſſima Gertrudis corporaliter converſata eſt, & cellam habet à B. Amando conſecratam; villam* Gilleleyela *cum appenditiis, villam* Baerle *cum altari in honore Sancti Confeſſoris Remigii à me conſtructo, caſtellum* Sprundelheim *cum omni integritate, ſicut ſitum eſt ſuper fluvium* Moerwater, *ſilvam ad porcos alendos, quemadmodum jacet inter duas marcas, cum omni jure, wancapio, teloneo, molendino, cenſu, pedagio & aquagio in pratis, ſilvis, agris cultis & incultis, waſtinis, moris, humido, ſicco, alto, baſſo, prout eadem ego Hilzondis Chriſti famula & parentes mei tenuerunt. Non ſit ullus Advocatus, niſi quem Fratres & Sorores de Thorne Cœnobii elegerint: & ſi quiſpiam maligno ſenſu ſe intromiſerit, condemnabit eum Cæſar, qui eſt Cœnobii legitimus Advocatus.* &c.

Datum apud Thorne anno nongenteſimo nonageſimo ſecundo, Kalendis Junii, Indictione IV. Teſtes fuerunt, Joannes Abbas S. Pantaleonis, F. Balduinus Præpoſitus de Dirha, G. Decanus. Et de militibus noſtris, Franco de Dungha, H. de Emelberga, G. de Sandert, Caſtellanus noſter, J. Dapifer. Et de Miniſterialibus Epiſcopi, Chriſtophorus, Girardus, in Domino feliciter.

Ad intellectum hujus Diplomatis ſciendum, *Comitatum Stryenſem* olim comprehendiſſe meliorem hodiernæ ditionis Bredanæ partem, tam eam juris Brabantici, quàm eam Gertrudiſmontani Hollandici, aut veriùs controverſi inter Hollandos Brabantoſque juris. Et ſuberant Eccleſiæ Montis S. Gertrudis Drimmelana, cum vicinis, ſeparatæ & alienatæ poſteà: Eccleſiæ Baerlenſi Maerlana: Eccleſiæ Gilfezelenſi D. Petrum peculiari veneratione colenti Bavelenſis, anno M CCC. XVI. aſſenſu Margaretæ Peterſeniæ Abbatiſſæ ſeparata: Terreyenſis etiam, etſi nullo modo curialis habeatur: denique Martershenna à Martino Tutelari fortè annuncupata: Ginnekana S. Laurentium, Ettena Deiperam colens, eodem anno ſeparatæ: de quibus extat Hildegundis Abbatiſſæ (in diviſione enim bonorum Capituli & Abbatiſſæ huic illi obvenerunt) donatio talis:

Hildegundis Donatio Eccleſiarum de Gilsen, & Hubach.

In Nomine Domini, amen. Omnibus & ſingulis Chriſti Fidelibus hanc paginam inſpecturis Hildegundis ratione Thorenſis Eccleſiæ Abbatiſſa, teſtimonium & notitiam veritatis. Ne rès cum devotione geſtæ evaneſcant cum tempore, ſtili ſunt officio perennandæ. Noverint igitur omnes præſentis paginæ inſpectores, quòd divino inſtinctu ego Hildegundis Abbatiſſa Thorenſis Conventui noſtro de Thoren dedi duas Eccleſias de Gilſen & Hubach liberè, quietè, & perpetualiter poſſidendas; ut communis præbenda ipſius Conventûs, quæ nimis tenuis mihi videbatur, reditibus prædictarum Eccleſiarum honorificè augmentetur. In cujus rei teſtimonium præſentes ſigillo meo litteras roboravi. Teſtium nomina, qui interfuerunt, ſunt ſubſcripta. Dominus Abbas Robertus de Averbodio, qui ſuum ſigillum his meis litteris appoſuit; Gerardus Spor, Frater Balduinus dè Corterſelis, Theodoricus Decanus, Gerardus, Conrardus Canonici de Thoren, totius ejuſdem loci Conventus, & alii quamplures. Actum anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto.

Et perſimilis de Baerlenſi ab eadem facta ceſſio anno M. CC. LXI. prout litteris ſequentibus declaratur, ideo inſertis, ut hinc appendicium ratio innoteſcat.

HILDEGUNDIS Donatio Eccleſiarum de GILSEN, BAERLE, & MONTE S. GERTRUDIS.

Viro diſcreto Magiſtro Renero Scholaſtico Tungrenſi Procuratori in ſpiritualibus Venerabilis Patris & Domini Epiſcopi Leodienſis, Hildegundis, Dei permiſſione Abbatiſſa Thorenſis, ſalutem in vero ſalutari. Cum conſideratâ tenuitate nimiâ præbendarum tam Canonicorum quàm Monialium Eccleſiæ noſtræ Thorenſis, de conſilio Juriſperitorum jus Patronatûs Eccleſiarum de Gilſe & Baerle & Monte S. Gertrudis, *competente deliberatione præhabitâ, ex certa conſcientia, & ex mera & libera voluntate noſtra, pietatis intuitu, perpetualiter contulimus Canonicis & Monialibus prædictis, ipſoſque de ipſo Jure Patronatûs inveſtivimus corporaliter ſub teſtimonio competenti. Nos collationem & factum noſtrum hujuſmodi coram vobis iterum per præſentes noſtras litteras ſolemniter innovamus, cum ad veſtram præſentiam perſonalem ad præſens pervenire non poſſum, diſcretionem veſtram rogantes attentius, quod vos dictum jus Patronatûs dictarum trium Eccleſiarum dictis pauperibus Canonicis & Monialibus Thorenſibus Divinæ remunerationis intuitu à Reverendo Patre Domino noſtro Leodienſi prædicto confirmari procuretis. Inter cætera, ſi placet, hoc ex officio veſtro ordinantes, quòd dictarum Eccleſiarum filiæ dimidiæ Eccleſiæ fiant, & Canonici & Moniales prædictæ in dictis Eccleſiis, cùm vacare contigerit, Inveſtitos inſtituant, qui perſonaliter præſideant, & deſerviant in iiſdem: quibus etiam Inveſtitis de proventibus earumdem Eccleſiarum provideatur de beneficiis competentibus, conſideratâ multitudine & paupertate plebis cujuſlibet de Parochiis prædictis; inſpecto etiam labore deſervientis cujuſlibet Inveſtiti; in hunc modum: quòd,*

Inveſtito de Gilſe *viginti libræ Lovanienſes aſſignentur.*

Inveſtito de Marterſſem 25. *libræ Lovanienſes.*

Inviſtito de Ginneken 18. *libræ Lovanienſes.*

Inveſtito de Etten 15. *libræ Lovanienſes.*

Inveſtito de Baerle 15. *libræ Lovanienſes.*

Inveſtito de Meerle 12. *libræ Lovanienſes.*

Inveſtito de Monte S. Gertrudis 20. *libræ Lovanienſes.*

Reſiduum autem earumdem Eccleſiarum dicti Canonici & Moniales in communes uſus convertant; ita ut præbendæ Canonicorum & Monialium Thorenſium ſtatim vacante unâ ex dictis Parochialibus Eccleſiis fiant ex tunc æquales, & maneant Inveſtiti, qui pro tempore erunt, prædicto Dioceſano loci Archidiacono, Decano de ſuis juribus integraliter reſpondentes & ad plenum, & nos omni offenſioni & juri competenti ad infringendum præmiſſa vel aliquid præmiſſorum ſcienter renuntiavimus & renuntiamus in hac parte. In cujus rei evidens teſtimonium præſens ſcriptum noſtro ſigillo mandavimus roborari, &c. Datum anno Domini 1261. *feriâ tertiâ ante Pentecoſten.*

Reſtat nunc *Sprundelheym*, haud dubiè *Sprundel* Hodiernum; nec Caſtelli ulla veſtigia, nec nominis *Merbaite*; cùm aquæductûs illac profluens Patrumque memoriâ ſaltem adornatus ad eam latitudinem ut navium ferax ſit, à vico * Atilanus vocetur. Nec Abbatiſſa Thorenſis Caſtellum in ditione Bredana ullum habet; perſonas tamen vel homines cenſuales & feudales aliquot inſignes. Etſi reperiatur teſtibus litteris anni 1472. Joanni Naſſavio, Advocato & Patrono Eccleſiæ ſuæ, unam alteramque perſonæ ſuæ Merlenſium tranſcripſiſſe: ſicut anno 1356. Margareta Heinsbergica Joanni Polano Bredæ Domino molendinum Gilzenſe, Bueda anno 1273. Thelonium Stryenſe Arnoldo à Lovanio, ne quis illa ipſa ſuperius Eccleſiæ donata periiſſe opinetur.

* Sic Manuſcriptum. Forte ATTELAKEN.

CAPUT VII.

Succeſſio & diviſio Stryenſis Dominii: & quâ occaſione pars ejus Hollandiæ Comiti, reliquum Brabantiæ Duci ceſſerit. Diſſidiorum hinc origo. Fœderis ſuper iis anno 1203. *icti Diploma.*

AD extremum cum heredes ſuos Dominos Stryenſes Comitiſſa obteſtetur & obliget ad defenſionem Thorenſium, conſequens eſt ſucceſſiſſe illi aliquos, & Territorium Bredenſe non illo quidem titulo, ſed Stryenſi nomine poſſediſſe; etſi tenebræ vetuſtatis ultimæ illorum nobis notitiam inviderint. Suſpicor Dominum Stryenſem, ne controverſiis Ducum Lotharingiæ intricaretur, aut etiam quia principalis ejus regia ultra Merwam ſive Moſam eſſet, Comiti Hollandiæ Zelandiæque

ſua

ſua dominia ſubmiſiſſe; & hinc bellorum & litium ſeminaria inter Brabantos Hollandoſque, ne nunc quidem deciſa, perſeveraſſe. Arbitror etiam cùm ingerentibus ſe aquis majore divortio à continenti Stryenſis inſula divelleretur, delectatos loco tutiore Dynaſtas ſecundarium quoddam tribunal in littorali plaga conſtituiſſe dictum, ut ſupra docui, *het Heerengericht van Stryen*, & unà Prætorium ſive arcem extruxiſſe, nomen Stryenſe ſervantem. Opinor ampliùs (& inſignia urbium hujus loci & Dominorum Bredenſium primæ ſtirpis eadem cum Stryenſis familiæ armis Gentilitiis perſuadent ita ſe habere) Dominum Stryenſem, diviſâ, ut fit, inter plures filios hæreditate, uni quidem terram, quæ nunc Stryenſis dicitur, alteri Bredanam Marca flumine forſitan ſeparante aſſignaſſe; quo factum ut ſegregata hæc portio ſeriùs veteri trunco ſit reſtituta, ut poſt dicam, & Bredanus in Ducem Brabantiæ (ad cujus Imperium haud dubiè jure ſoli tota hæc ditio ſpectabat) pronior, producto ſępius juriſdictionis ſuæ pomęrio, ſemina diſcordiæ inter utrumque Principem propagarit, quoadusque per leges pacis Hollandus ceſſit, teſte, quod ſubjungam, diplomate:

Fœdus inter Ducem & Comitem.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ne præſentis ætatis negotia conſumat oblivio, litterarum indiciis ſolent æternari. Notum ſit igitur tam futuris quàm præſentibus hujus paginæ inſpectoribus, quod diſcordia fuerat à multis temporibus inter HENRICUM DUCEM LOTHARINGIÆ *& ſuos prædeceſſores, & inter* THEODORICUM COMITEM HOLLANDIÆ *& ſuos prædeceſſores de terra inter Moſam & Scaldim, de qua eatenus proceſſum eſt, quod illa diſcordia conſilio hominum utriuſque tali modo ſopita eſt; Comes reſignavit in manus ipſius Ducis Oppidum* Dordracenſe *ex utraque parte aquæ*, Dordrechtswaerde, Hereswaerde, Duſſen, *ac totam terram inter* Stryen *&* Waelwyck, *uſque ad terram Ducis. Hanc quoque terram recepit Comes in feudum à Duce, & factus eſt* homo ſuus ligius; *juravit etiam quod de prædicta terra & in propria perſona, dicto Duci de cetero ſerviet, tamquam* homo ligius *Domino ſuo, contra omnes homines, excepto Imperio, ſicut jus ſuum eſt erga Imperium. Nec hoc detur oblivioni quod* Dordrecht, Dordrechtswaerde, Hereswaerde, *&* Duſſen, *datum eſt concambium Duci & hæredibus ſuis, pro terra illa quam Dux & ſui prædeceſſores, calumniati ſunt ſuper Comitem & ſuos prædeceſſores ultra versùs Zelandiam. Per hoc quoque remanſerunt & ſopitæ ſunt omnes diſcordiæ, calumniæ & quæſtiones, inter eos. Hæc bona conceſſit Dux Comiti jure Brabantino, ita videlicet quod nullus heres inde exhereditabitur. Similiter Dux juravit, quod Comitem juvabit contra omnes homines, tamquam hominem ſuum ligium, quamdiu conſilio ſuo acquieſcere, vel juri curiæ ſuæ ſtare voluerit, & hoc excepto Imperio ſicut jus ſuum eſt erga Imperium. Præter hoc dimiſit Comes Duci & heredibus ſuis, quod omnes mercatores eorum per terram Comitis tranſeuntes, tam in aquis quam in terris, manebunt in omni eo jure theoloniorum, quo theolonia fuerunt à principio ſtatuta: idem verò vice verſâ Dux Comiti fecit. Præterea Comes renuntiavit omni juri quod habęre ſe dixerat in* Breda.... *Data ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis* MCC.III. *tertio Nonas Novembris.*

CAPUT VIII.

Amplius quæſitum de ſeparatione Stryenſis terræ, & ejus tempore. Bredæ *nomen unde.* Aa *fluvius. Dominorum Bredanorum antiquitus domicilium in Prætorio Larenſi prope Sundert. Arcis de* Bruneſheym *nomen, narratiuncula, & ruinæ. Eccleſiæ Bredanæ Patronatus Dominicus.*

SEd quomodo, inquies, ſi Hollandus renuntiàrit, ſupereſt de his inter Brabantos Hollandoſque controverſia? Conſtabit quidem terram de Breda Juris Brabantici eſſe, ſed non æquè ditionem, quæ Stryenſium olim & beneficii Hollandici fuerat, ad illam ſpectare. Quam cùm annales noſtri uno ore narrent adjectam Brabantiæ per Joannem Dominum, (illum ipſum qui Bredam acquiſivit) Ordines Ducatus contra Hollandum manu tenere ſtuduerunt tanto ardore, ut Ducem inaugurandum Juramento obligarent ad ejùs vindicationem, & ſe ad ſuccurrendum perſonaliter uſque ad Gertrudiſmontium. Ceterùm quando ſupra poſita diviſio hæreditatis Stryenſis facta fuerit, etſi pręciſè non audeam aſſerere, ſuſpicor tamen quod ſub annum Chriſti M C. cum reperitur *Henricus Dominus terræ de Breda*; nec ſeculi ejus nepotes aliter ſcripſiſſe videntur. Nec enim Caſtrum erat, quod Dinterus putat, nec urbs, quod populares, à latitudine fluvii Aa in Marcam ruentis dicta, quam nomine induebant; ſed Provincia ditioque tota ſic vocabatur, teſtibus centum diplomatibus

 antiquis.

antiquis. Unde autem id nominis provenerit, an à *Prædis* Danorum aut Pyratarum, an à *latis* undique vallibus, an quod juxta fluvium Aa potiſſimum fuerit culta, incertum: certum tamen interjecto tempore oppidum, ditionis caput, idem nomen accepiſſe, ad confluentem dicti Aa & Marcæ extructum, cujus in conſpectu prædia notantur, *Abroeck* & *Overaa*, ab ipſo flumine appellata.

Domicilium autem Domini de Breda erat in vico Sunderti, à ſeparatione, quod *Sunderen* vocant, ideo nuncupato (& ſi penitus rimari libeat) in Prætorio Larenſi, quod interjecto tempore Comes Henricus affirmavit, anno M. D. IV. uxori Jodoci Daelhemii, loco uſusfructus, quem petebat, terræ Dunganæ, fiſco applicatæ, & docuit me idipſum codex antiquus Eccleſiæ Leodienſis ubi annotatur Eccleſia dicti loci:

„ Ab Henrico Viro illuſtri, unde Domi„ni de Breda deſcendunt, exſtructa de con„ſenſu Ducis & Domini Leodienſis anno „ M. C. XVI. & dedicata feſto D. Virginis anno „ decimo ſequenti, præſentibus Gerardo de „ Breda, & Domino Baldo de Laere, filiis „ dicti Domini Henrici de Bruneſheim Patro„ni dictæ Eccleſiæ.

Ecce primogenitum Henrici Dynaſtæ à terra Dominii ſui, in quod ſucceſſurus erat, more illius temporis, cognomentum capere: ſecundogenitum autem à Prætorio Larenſi avito domicilio & Paterno, donec hic ſedem in *Bruneſheym* (ſive, ut alii ſcribunt, *Bruneſhames*) tranſtulit, quod factum poſt annum M. C. XXIV. hâc occaſione, quam è veterrimo Eccleſiæ Bredenſis codice deſcriptam, carmine reddidi:

Anglorum Regi Danorum filia Regis
Deſponſanda fuit conditione pari.
Sed periit pelago, famulique & gaza ſuperſtes
Elapſi in littus, terra Bredana, tuum.
Incerti, quid agunt? certi tamen, Anglica nunquã
Virgine defunctâ, Dana nec arma, ſequi.
Ergo fortunâ parto, dein vivere rapto,
Una ſalus victis, unaque cura ſedet.
Impia gens! non hoſpitio, non fœdere digna
Arx tibi fax, mors Mars, pœnaque crimen erit.
Accidit, ut prædis ſilvam de more minorem
Turba exhauriret inſidioſa via.
Nec minus inſidias doctus Weſemalus onuſtos
Exueret ſpoliis, exueretque anima.
Cæſorum exuviis ornato milite, juſſoque
Ad reliquum Caſtri tendere præſidium.
Quod veluti ſociis pandit redeuntibus arcem,
Et ſerò hoſtiles ſenſit adeſſe manus.
Juratim, non vos veſtis, ſed præda fefellit,
Præda oculo nimium cognita ſæpe truci.

Hæc narratiunculæ ſeries eſt, & addunt Arcem de *Bruyneſhaymes* (cujus titulum aliqui Domini Bredenſes etiam poſt hunc Henricum uſurparunt) funditus everſam, extantibus adhuc (ait vetus Schedium) ad Marcam fluvium & gurgites *Bekenwielen* dictos, palis pontium aliquando ſuſtentaculis, & pone quercetum olim Acorniæ nuncupatum in foſſis disjectarum turrium ruderibus, everſionis tempore verſibus his poſteritati commendato:

Anno milleno centeno bis quoque deno.
Caſtrum de Breda cum turri corruit alta.

Id eſt, Caſtrum in cujus ruina aut ruinarum propinquo Opidum Bredanum poſteà coaluit. Hoc enim tempore, ubi Bredanum Opidum nunc viſitur, nec villa quidem erat, nec Eccleſiam quidem habebat. Si enim habuiſſet, ea utique appendix Gilzenſis Parochiæ fuiſſet, quæ utrâque parte urbis verſus ortum & occaſum patuit, ut docui ſuprà; & reperiretur, aut de ſeparatione ejus, aut ceſſione Thorenſi, aliquod veſtigium; cum è diverſo ne verbum quidem ſit invenire, & omnia Leodienſium Regiſtra tradant, merè & ſemper Curialem Bredanum Juris Patronatus Dominici extitiſſe.

CAPUT IX.

Quis è Dominis Bredæ opidum primus incoluerit, Henricus an Gerardus. Hic cum quatuor filiis prælio Grimbergano interfuit. Godefridus de Breda 1161. *Henricus de Breda* 1178. *Godefridus iterum* 1212. *Ejus an alterius? teſtamentum editur* 1246. *Henrici primum privilegium* 1252. *mortui* 1262. *Qui ejus ſucceſſores, eorumque ſtemma verum.*

Videndum itaque quomodo primitùs Opidum hoc à Dominis frequentari cœperit. Et ſuſpicari poſſemus Henricum primum qui ob victoriam contra Danos ope Weſemalii partam cognominari voluit de *Bruneſhaym*, de transferenda ſede cogitaſſe: ſed malim id filio Gerardo (malè enim Divæo Joannes dicitur) qui poſt aſſignatam fratri Laeram huc ſe contulerit, aut nepotibus ex eo, qui hæreditates multas, & in eis Sacellum D. Joannis in urbe hodierna conſpicuum militibus Sacri Templi Hieroſolymitani aſſignarunt, attribuere. Reperitur Gerardus hic cum quatuor filiis Segero, Joanne, Gerardo, Henrico, bello Grimbergano anno MCXLI. interfuiſſe, & pro Bertholtiis affinibus contra Ducem pugnaſſe, filiorum duobus cæſis, aliis ſecum graviter læſis. Quidquid ejus ſit, neceſſe eſt Bredanos haud multò poſt Duci conciliatos, eo quod reperiantur cum Duce variis mox donationibus (quod intimorum conſiliorum participes & primæ tantum nobilitatis factitabant) ſubſcribere. Extat in D. Michaëlis Antverpiæ diploma Godefridi Ducis Lotharingiæ & Marchionis, datum anno MCLXI. cui teſtes adhibentur *Godefridus de Breda* primo loco,

loco, quod notandum, Godefridus de Weſterla, Arnoldus de Vellepe; Gerardus de Huldebergen, Henricus Pædagogus, & alii. Unde amplius convincuntur erroris vulgares Genealogiæ, Gerardi primi & ſecundi nepotem Henricum ſucceſſorem facientes, & Henrici Godefridum, cum ſexennio poſt cladem Grimberganam, ut docui, vixerit Godefridus, & ejuſdem ſæculi anno LXXVIII. Henricus de Breda, cum elogio Viri Nobilis ſubnotans & confirmans donationem quamdam Grimbergenſibus Religioſis factam à Waltero Berthout; & anno M. CC. XII. in donatione Oſſendrechti per Ducem facta *Godefridus de Breda*, militum ſuorum & vaſallorum coronâ ſtipatus & 12. Villarum (tot enim erant tum ditionis Bredanæ Tribunalia) hominibus. Idemque anno M. CC. XVI. Curiam *de Nieulandt* Tongerloënſibus cedere, & idem aut alius eodem nomine anno M. CC. XLVI. teſtamentum condere, quod extat in Codice Michaëlitico his verbis:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Godefridus Dominus de Breda ob remedium animæ meæ Parentumque meorum, tale condidi Teſtamentum. Prædicatoribus in Antverpen, *apud quos ſepulturam elegi, centum libras Lovanienſium, in decem annis ſolvendas, pro quibus annuatim apud* Hildernisse *50. ſextaria avenæ infra dictum terminum accipiant, in eleëmoſynam contuli. Item in ſubſidium Terræ Sanctæ, pro redemptione Crucis in terra de Breda 100. Marcas Sterlingorum. In molendino cum ductibus & 20. ſextariis ſiliginis & 20 ſextaria hordei ....*
Sic Manuſcriptum. *tam à me, quam à Patre & Matre..... Inſuper Arnoldo de Dieſt, fratri meo, 1000. libras Lovanienſes in eleëmoſynam contuli ſuper villas* Schoeten, Merxem & Eeckeren, *quas cum omni jure integraliter tenebit, ſalvo teſtamento prænotato, & ſalvo jure uxoris meæ, fructibus in ſortem non computandis, donec dictæ 1000. libræ Lovanienſes à meis heredibus ipſi Arnoldo totaliter fuerint perſolutæ. Inſuper cuilibet Eccleſiæ in terra mea ſitæ ad faciendum reparandum 20 ſolid. Lovanienſes contuli. Sacerdotibus vero iſtarum Eccleſiarum trecenalem. Monialibus de Borchſlito 100 ſolidos Lovanienſes. Hoſpitali de Breda 3. libras Lov. Hoſpitali de Bergen 3 lib. Lovan. Hoſpitali Antverpienſi 20 ſolidos Lovanienſes annuatim, quos nobis ſuper diverſa bona in cenſu ſolvere tenebantur; ita tamen quod in recognitione Dominii inde heredibus ſolvere tenebuntur ſex denarios Lov. & pro iſta eleëmoſyna anniverſarium meum in perpetuum ſervabunt, & de his denariis in die anniverſarii mei pauperes reficientur. Leproſis ibidem 40. ſolidos Lov. Beginis clauſis ibidem 20. ſolidos Lov. Mechliniæ leproſis 50 ſolidos Lov. Hoſpitali 30 ſolidos Lov. Ad fabricam Eccleſiæ Fratrum Minorum ibidem 50. ſolidos Lov. Sacerdotibus ibidem 30 ſolidos Lov. Ad fabricam B. Catharinæ ibidem 20 ſolid. Lov. Beginis decumbentibus ibidem 20 ſolid. Lov. Eccleſiæ B. Mariæ ibidem 5 ſolid. Lov. Eccleſiæ B Rumoldi 5 ſolid Lov. In Valle Liliorum 100 ſolid. Lov. In Valle Roſarum 100 ſolid. Lov. Ad Fabricam Monachorum S. Bernardi 100 ſolidos Lov. Ad Fabricam Eccleſiæ de Schoeten 30 lib. Lov. Sacerdotibus ibid. 30 ſolid. Lov. Decimam meam de Santvliet, Conventui B. Michaëlis in Antverpen in eleëmoſynam contuli: ita videlicet, ut ſi ego, vel aliquis anteceſſorum meorum, Conventum illum turbavi, vel damnificavi, per dictam eleëmoſynam abſolvamur, & quod anniverſarium meum ibidem obſervent. Item Abbati de Conventu Villarienſi 100 Marcas ſterlingorum in eleëmoſynam contuli. Ita videlicet ut ſi ego vel aliquis anteceſſorum meorum ipſos in aliquo damnificavimus, vel moleſtavimus, per iſtam eleëmoſynam inde abſolvamur. De controverſia autem quæ inter ipſos & nos vertitur, in Abbatem S. Michaëlis in Antverpen, & Priorem Fratrum Prædicatorum in Antverpen ſic compromittimus, ut ipſi diligenter & fideliter inquirant jus Monaſterii Villarienſis & noſtrum, & quicumque de jure habebuntur, eis liberè aſſignent. Homines verò in terra noſtra manentes & ſervilis conditionis exiſtentes liberos dimittimus, tali conditione, ut poſt obitum eorum ſinguli 12 denarios Lov. pro turmodo perſolvant à* Fryſſendyck. *10 libras Lov. ad Capellanum meum in domo mea* Schoeten *aſſigno; ita videlicet ut ego, vel ſucceſſores mei, vel uxoris meæ, dum ibidem non manemus, Capellanus in Eccleſia de Schoeten ad Altare B Virginis tenebitur deſervire, & ſi uxor mea medietate iſto-*

 rum

rum proventuum noluerit cedere, & ipſi rerum penſatio fiat ubicumque rationabiliter elegerit in terra noſtra. Item Henrico filio meo unico 100 *Marcas Colonienſes in eleëmoſynam contuli ſuper medietate conductus de Breda, & ſuper tres manſas videlicet* Wyllybanch, *& Henrico Vulpis, & Joanne de Colonia. Anſelmo dicto Heya pro ſervitio ſuo dedi* 20 *lib. Lov. Danïeli de Zela* 20 *libras Lov. Henrico de Baerle decimam de Ginneken, quam à me in pacto habuit, liberam dimitto. Rogero* 100 *ſol. Lov. Conæ* 100 *ſol. Lov. Bodino de Bergen* 100 *ſol. Lov. Nicolao de Beke Notario meo* 10 *lib. Lov. Joanni Garcioni meo* 3 *lib. Lov. Hujus igitur executores Teſtamenti duxi eligendos Viros Religioſos, Abbatem videlicet de Villers, & Abbatem S. Michaëlis in Antverpen, & Priorem Fratrum Prædicatorum in Antverpen; quibus eo libentius, ut fideliter pro teſtamento meo laborarent, eleëmoſynam meam contuli, cum hoc etiam facere teneantur, cum ſim cruce ſignatus. Inſuper cum eis executores*

* Sic Manuſcriptum.

meos elegi Viros Nobiles, Aencotam Beth. D. B. etiam Berthout & D. W. de Grimbergen; quibus humiliter pro animæ meæ remedio ſupplico intuitu divinæ pietatis ut hoc Teſtamentum meum fideliter exequantur cum Viris Religioſis prænotatis. Et ſi aliquem de prænominatis executoribus præpeditum negotiis abeſſe contigerit, & Abbates vel Prior unum de ſuis fratribus per litteras ſuas ad executionem hujus teſtamenti pro ſe miſerint, in omnibus poteſtatem ipſorum obtineant, ac ſi ipſi Abbates & Prior eſſent præſentes. Si tamen Nobiles tum etiam aliquando intereſſe non poterunt, quoſcumque etiam per litteras ſuas patentes pro ſe tranſmiſerint, poteſtatem eorum in his exequendis obtinebunt. Teſtes autem, qui huic facto interfuerunt, ſcilicet Magiſter Godefridus Decanus Lovanienſis, Frater Wilhelmus de Eekerna, & Frater Lambertus ſuus ſocius. D. H. de Berthout, & D. Wilhelmus de Grimbergen, & D. Ægidius de Berchlaer, Nicolaus Canonicus de Beke, Anſelmus Heya &c....... Ne igitur &c..... cum appenſione ſigillorum noſtrorum teſtamur Godefridum iſtud condidiſſe Teſtamentum &c..... & quia ego pro Domino Abbate S. Michaëlis &c... Actum anno* 1246. *Marci Evangeliſtæ.*

Sic Manuſcriptum.

Merito autem dubitavi, idemne hic, an alter ſit à ſuperiore, eò quod archiva ejuſdem loci referant Lutgardim Dominam terræ de Breda anno 1231. cum filio Godefrido donationes aliquot.....

Quicquid eorum ſit, ſurrogatus eſt Godefrido Henricus, primus Majeſtatis Urbanæ apud Bredanos conditor, eò quod inveniatur litteris anni 1252. civibus oppidi ſui immunitatem ab omni exactione & tributo concedere, excepto ſi ipſe captivus, filius Equeſtri Baltheo inſigniendus, filia nuptui danda eſſet; additâ etiam Scabinorum Curiâ & poteſtate ſuper dubiis Senatum Antverpienſem conſulendi. Obiit anno 1262. ſepultus in Cœnobio D. Bernardi cum filio & hærede cognomine, Viro quidem Sophiæ Berthoutiæ (cum qua & ſocero Waltero Mechlinienſium Domino Curatore ſuo anno 1263. & 1267. vendit certa mora) ſed infœcunda. Errare enim puto, qui Eliſabetham & Aleydem ſorores, Henrico & Arnoldo à Lovanio fratribus elocatas, filias ei tribuunt; nec ſatis conſtare ſibi aut veritati Genealogias vulgares, ſtemma hoc modo concinnantes.

Henricus Baro Bredanus.
Godefridus Baro, obiit 1246.
N. uxor Arnoldi Gaesbekani.
N. uxor Wezemali.
Aleydis Razonis Liedekerkii uxor.
Henricus Baro, obiit 1262.
N. uxor Henrici à Lovanio.
Eliſabeth uxor Arnoldi à Lovanio.
Gerardus Dominus Bergen.
Razo, Philippus, Segerus; alii.
Henricus Vir Sophiæ.

Quemadmodum enim, de Henrico ſtemmatis hujus Principe, ejus filio, nepote, abnepote, ſuperius ex Diplomatum fide attuli certiſſima, ſuum ita merito cætera fidei adibunt periculum, ſi ad Diplomata veluti trutinam examinentur.

Inprimis cùm Arnoldus de Gaesbeka *Tutoris legitimi & Domini de Breda* titulo uſus reperiatur anno 1268 ſeparationi Eccleſiæ à Parochia *Niſſenſi* aſſenſum præbere, & alias ſe Dominum in *Hulſdonck*, *Langedonck*, & *Roſendael* appellare, ſequitur dotalitio aut ſucceſſionis Jure ei aliquam terræ Bredenſis, cujus ſe Dominum vocat, partem poſſediſſe, & interim agnationis Jure impuberis Domini tutelam arrogaſſe, etſi quis fuerit an Henr.... Vir Sophiæ, aut potiùs Aleydis...... non mihi liquet; etſi magis ſuſpicer has ejus filias, aut certè Henrici ultimi ſorores fuiſſe, quam filias, brevi ævo ultimi perſuaſus & curatelâ ſoceri ejus non utique neceſſariâ ſi maturus fuiſſet. Ad uxorem Weſemalii quod attinet, cum reſcrip-

tum

tum Ducale anni 1287. referat hæreditatem Bredanam ex parte quondam matris ſuæ provenientem, id eſt dudum mortuæ; faciliùs inducor ut credam potiùs Godefridi illam ſororem fuiſſe quàm filiam, quod volunt alii. De Aleyde porro Razoni Liedekerke elocata hæreo, num ad annum 1272. vixerit Servatius Liedekerkius titulo Domini Bredani inſignitus, in faſtis Cœnobii Vallis S. Catharinæ, quod cum uxore & filio Victore fundavit: unde manifeſtum ante Razonem & Aleydem ibi nominatos Liedekerkios in terra Bredenſi dominatos, & magis proclivè foret Razonem hujus Victoris fratrem fuiſſe.

CAPUT X.

Ditiò Bredana ſub Henricis tripartita. Henricus & Arnoldus à Lovanio, Illuſtres Bredæ Domini. Hujus donationes & benefacta varia. Diploma Ducale anni 1287., *quo vetus ditio Bredana inter Liedekerckium Bredæ, & Weſemalium Bergarum Dominos dividitur: quibuſdam in commune relictis.*

QUicquid omnium ſit, hoc citra controverſiam eſt, Henricis duobus Primatum Dominii tenentibus, *Gaesbecanum*, *Liedekerkium*, *Wezemalium* partes alibi hæreditatis obtinuiſſe; poſt mortem eorum excluſis omnibus, Henricum, & mox Arnoldum à Lovanio ſucceſſiſſe, nepotes Henrici Brabantiæ Ducis; à quibus ſimiliter non parum ornamenti Bredanus acceſſit. Ille enim Herſtalli Dominus, & alibi anno MCCLXXVII. legitur inter ſubditos dominiorum ſuorum fœdus quoddam iniiſſe, & fratrem ſuum Arnoldum in terra Bredenſi Vicarium, judicemque ſuum inſtituiſſe, teſte his verbis diplomate ejus:

Arnoldus de Lovanio, Dominus de Bruhames univerſis præſentes litteras viſuriis ſalutem & ſcire veritatem. Noverit Univerſitas veſtra, quod nos tamquam judex ex parte fratris noſtri H. de Lovanio Domini de Breda contulimus jure feudali Joanni de Langdonck, & Willelmo fratri ſuo, & Willelmo filio dicti Willelmi ſeptem manſos Mori jacentes ante bona eorum in Langdonck, & ipſi recipient dicta bona in feudum à præfato fratre noſtro Domino de Breda, cùm ipſos ad præſentiam ſuam contigerit pervenire &c. Datùm anno Domini 1273. *in Octava Epiphaniæ.*

Vocat ſe hic Arnoldus Dominum de Bruynhames, id eſt, Caſtri veteris Danici, quod fortè ei obvenerat in diviſione hæreditatis; cum paucis poſt annis, id eſt, ab obitu fratris, Dominum ſe indigetet terræ de Breda; fuitque vir undique maximus; Cœnobii Hubergenſis fundator; Vallis S. Catharinæ tranſlator; Abbatiarum Thorenſis, Bernardinæ, Tongerletenſis, Michaëliticæ Benefactor; Reipublicæ providus adminiſtrator, qui in declaratione bonorum Abbatiæ Bernardinæ anno MCCLXXVII. teſtes adhibens Scabinos Oppidorum ſuorum de Breda & Bergis, docet illo tempore hæc Oppida fuiſſe, etſi ſerò mœnibus inſtructa; & litteris anno MCCLXXX Bredanis dat prata & communitates cum decimis novalium inter Emelberch, Ypelaer, Molengracht, & Verdeboſch. Quo vivente Joannes Dux controverſiam ab obitu ejus familię Herciſcundæ naſcituram inter hæredes definivit his litteris.

Joannes D. G. Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limb. Marchio S. Imp. omnibus præſentes &c. Diviſio Ducis 1287. [?] betur in fine hujus Tractatus.

Videtis Sanctionem cujus vigore poſt obitum ſine liberis Eliſabethæ anno 1282. & Arnoldi uſufructuarii anno 1290. mandato Ducis Joannes de Bere & Everardus Scholtetus de Antverpia, Equites, limites utriuſque terræ ſtatuerunt, aſſignantes Liedekerkio orientalia cum Bredano; Weſemalio occidentalia terræ de Breda, cum Bergenſi Opido, manentibus indiviſis Gaſtela, novo & veteri Buſco (quæ ad Bergenſes) Steenberga, aliiſque, quæ ad Bredanos, contractu anni 1458. Aprilis 28. celebrato, poſteà tranſierunt. In quo finiam ſingula ſeparatim loca deſcripturus; & in primis Bredam.

CAPUT XI.

De Caſtro Bredano, à Danis primum condito, dein dejecto; poſtmodum reſtaurato ab Henrico, Arnoldo à Lov. & Joanne Polano 1350. *Noviſſime denique ac auguſtiſſimè ab Henrico Comite Naſſavio* 1532. *Beginagium tum remotum; fundatum* 1266. *Diploma ejus.*

UT ex ovis pullos, ita ex Arcibus Oppida frequenter reſultaſſe, tum alibi, tum Bredæ obſervabis. Ab Arce itaque gloriæ fundamenta petenda nobis erunt, & Oppidi aſtructi occaſiones. Arce, non illâ, quam prædæ prę ſidium Barbarica fundaverat Manus, demerito non tam ſuo, quam ſuorum, ruderibus juſtis conſepultâ; ſed alterâ, quam Henricus Dynaſta habitaſſe, Arnoldus à Lovanio exornaſſe non obſcuris conjecturarum indiciis æſtimetur, è cineribus antiquæ illius velut ſuſcitatam. Verumenimvero cum hæc majeſtati Dynaſtarum non ſufficere ob loci & areæ anguſtiam videretur; ruinam etiam vitio temporum minaretur; Joannes Polanus decima Maii anno 1350. animum adjecit & manum admovit

vit ad novam in proximo fabricam, & perfecit atriô non ineleganti, & turribus quaternis, quarum duæ viſuntur hodiè; aliis cum atrio per Henricum Comitem Naſſavium dejectis. Ille verò opus verè regium molitus, Caſtrum novum ædificare cœpit ad an. Chriſti 1532. quod licet voto authoris ſui non reſpondens, id eſt pro dimidio imperfectum, tamen omnium videntium oculos, abſentium deſideria trahit in ſtructuræ, aut famæ ſuę admirationem. Porticus in ambitu columnis ex marmore patrio (Parium diceres) diſtinctæ ſupernè longo ambulacrorum ordine deforis affabrè intertextis ſtatuis, capitellis, baſibus, cænationes & cubicula antevertit. Ad latus opere Corinthiaco aſcenſus, amphitheatralem putares ad aulam, ſpecie neſcias an ſpatio magis conſpicuam. Undè deſpectus in ſacellum elegans, ab illo ipſo quidem ædificiis & ornatu ſuo decoratum, ſed jam dudum antè à Joanne Polano dotatum, & miſsâ quotidianâ cohoneſtatum. Quid portas referam, & foſſas duplici, alibi triplici gyro, tres Arcis peripherias copioſè munientes? Quid ædificia in unoquoque ambitu, porticus longitudine & latitudine eximias, officinas miniſterialium, valla nuper & propugnacula ad munimen adjecta, hortos & ædificia Falcoburgi vicini? qui & quæ ut auguſtiore vultu obtutus aſpicientium ferirent, placuit vicinam Beginarum Curiam in alium locum ad ædem Wendelini transferri. Erat enim hæc è vetuſtioribus Brabantiæ per Henricum Dynaſtam in conſpectu Arcis fundata, teſte quod ſequitur Diplomate:

Univerſis &c. Henricus Dominus terræ de Breda ſalutem, & rei geſtæ noſcere veritatem; præſentium teſtimonio notum facimus univerſis, quod nos ob remedium animæ noſtræ & parentum noſtrorum omne domiſtadium, in quo Beginæ de Breda ad præſens habitant, quod hactenus à nobis ac prædeceſſoribus noſtris ſub annuo cenſu jure hereditario poſſidebant, conferimus eiſdem in recto allodio ulterius poſſidendum, quitas clamantes dictas Beginas ab omni jure & ſervitio, quod nobis huc uſque dare conſueverunt; & quantum in nobis eſt iſtam capellam & cœmiterium ibidem fieri licentiamus. Volumus etiam quod quidquid ibidem ulterius conſtructum, ſeu ædificatum fuerit, ibidem permaneat ad uſus & utilitatem ſupervenientium Beginarum. In cujus rei teſtimonium & munimen præſentem litteram ſigilli noſtri munimine contulimus eiſdem Beginis roboratam. Datum feriâ tertiâ poſt Dominicam Oculi, *anno* 1266.

CAPUT XII.

Liedekerckiorum Bredæ Dominorum ſtemma. Eorum Privilegia & Benefacta ab anno 1290, *donec Gerardus Raſſegemius Bredanam ditionem Duci temere vendit* 1326. *Capituli Bredani fundationis Diploma* 1303.

Atque hæc de Caſtro, Dynaſtarum Regia; quorum Stemma breve adjiciam, in tres diſtinctum familias: quarum prima hęc:

RHAZO, Liedekercke Baro, vir Aleydis.
RHAZO, Baro Liedekercke, Bredæ & Boularii.
PHILIPPUS, Dominus de Ulvenhout & Alphen, fratris hæres, vir Sophiæ Vilune.
SEGERUS, Dominus Boularii, dono fratrum.
RHAZO, Dominus de Alphen & Gilſem
CATHARINA nupta Domino de Moſeicano.
ADELISA, uxor Domini de Raſſegem, Domini de Lens; qui vendidit Bredam.
MARGARETA, uxor Joannis Leſdalii, Burggravii Bruxellenſis.
MARIA, obiit 1351.
JOANNA, uxor Arnoldi Gaveri. Aliæ filię.

In hac ſerie Rhazo primus vitâ exceſſit anno 1301. ſecundus anno 1312. Ille ſerius Reipublicæ, hic Collegiatæ Bredanæ Promotor. De Philippo pauca ſunt memoriæ conſecrata, de filiabus ejus plura. Adeliſa enim, ſive potiùs vir ejus Gerardus, magno ære alieno obrutus, præteritis uxore & ſororibus (quarum tamen conſenſus impetrare debebat) Joanni Brabantiæ Duci anno 1326, feſto Valentini in Februario indiviſam hactenus terræ Bredanæ hereditatem vendidit. Antè venditionem tamen beneficia civibus collata intereſt annotare. Vectigal potorium, cibarium, anno 1321. vectigal ſtratorium (Cauſygelt) anno 1290. Urbi dederunt. Erectioni Collegiatæ Bredenſis faverunt, & collatis decimis Canonicorum dotem nummorum auxerunt. Curarunt etiam anno 1308. ſecundam Vallis S. Catharinæ tranſlationem in locum, ubi nunc viſitur; & ſeparationem à Virginibus Noſocomii curam habentibus. Fundationis autem Capituli hoc eſt Diploma:

In nomine Domini, amen. Quoniam morte nihil certius, nihilque incertius horâ mortis: Ego Jacobus Presbyter inveſtitus de Gilze &c. Fundatio Capituli 1301. Habemus in Manuſcripto.

C A-

CAPUT XIII.

Lites ſuper venditione motæ, Duce invito malè compoſitæ. Ejus in urbe Statuta 1331. *in Pagis tribunalia erecta* 1328. *venditionis Joanni Polano factæ tabulæ eduntur* 1350.

ITa cœpit, ut dixi, Dux poſſeſſionem adire; Adelizia interim cum ſororibus queri, donec anno 1328. feſto Jacobi addicta ſororibus terra, & hereditatis medietas per arbitros; addicta, inquam, ſed non promptim tradita. Adelizia etiam amicorum conſilio factum mariti improbante, arbiter Rex Galliæ anno 1334. 12. decembris pronuntiavit reſtituendam à Duce terram, à Gerardo pretium venditionis, qui tamen Dux ad ſecuritatem, & titulo reparationum & meliorationum factarum reſervaret uſumfructum. Hęc omnia dicta magis, quam facta, Duce moras nectente, & poſſeſſionem ſervante, imò varia terræ loca pignori dante, imò totam mox vendente Joanni Polano. Quod antequam fieret non parum etiam terra Bredenſis ex Ducali hoc imperio profecit; cujus opificia opeſque ut ſtabilirentur, anno 1331. vetitum ne quis panificium extra muros in pagis exerceret. Datum etiam Opido jus ponderum & menſurarum; & ne ruſtici exleges viverent, aut in adminiſtratione juſtitiæ moram paterentur, mandatum anno 1328. Nicolao de Niſpen Scholteto, in pagis tribunalia ſtabilire, aut ſingulis, aut ſi parvo inter ſe ſpatio diſſiderent binis, terniſve, quæ inſtar Senatûs Urbani jus dicerent, inque dubiis Senatum Urbis conſulerent; quod hodièque obſervatur; & à ſententia horum ad Urbem appellatur. Venditionis autem ſupradictæ hoc eſt inſtrumentum.

Tabulæ, quibus Joannes Dux Lotharingiæ vendit ditionem Bredanam Joanni Polano. Habentur in fine hujus Tractatus.

Joannes D. G. Lotharingiæ Brab. & Limb. Dux & Marchio S. Imp. & Godefridus &c.

CAPUT XIV.

Joannes Polanus univerſam paulatim ditionem nanciſcitur. Ejus progenies, Monumenta, Statuta. Moritur 1384. *Filius cognominis* 1394. *Hujus unica hæres Joanna, Naſſaviæ ſtirpi cum Breda innubit.*

POrrò ſupradictus Joannes Polanus, aut pro eo pater patruuſque Duvenvordius jam ante jus Margaretæ Liedekercken anno 1344. & Mariæ anno 49. redemerat; alia etiam loca à pignore liberaverat; alia dono acquiſierat. Adelizia Liedekerckia, filiarum tertia, pertinaciter quidem jus ſuum tuente, & anno 40. ejus ſeculi feudum relevante, & poſſeſſoribus litem movente, & nec ſententiæ aureorum ſcutorum ſeptem millia aſſignanti, & terram interim Bredanam abjudicanti, acquieſcente; ſed tandem anno 95. cum Henrico vander Lecke concordiam acceptis nummis ſtabiliente. Ita nòn immeritò Joannes hìc reſtaurator Bredani Baronatus poſſit àppellari, qui diſtracta ejus membra in unum velut corpus coacervavit: ejus hoc eſt ſtemma:

JOANNES Polanus, Dominus vander Leck, vir Godæ de Hornes, & poſt Elizæ Rotſelariæ.
JOANNES, vir Odiliæ Solmenſis, PHILIPPUS, HENRICUS, Dominus de Heeſwyck & Donder; WILHELMUS, THEODORUS, OTTO Dominus de Hedel.
BEATRIX, uxor Henrici de Bouttershem.
GUDA, uxor Henrici Monsfortii.
JOANNA nupta Engelberto Comiti Naſſavio.

Stirps hæc vix ſemiſæculo Bredæ dominata totam ditionem mirificè exornavit. Joannes quidem hac in ſerie primus, id eſt primus tota potitus ditione, Tripolim (ut ſic dicam) Provinciæ hujus mœnibus cœpit circumdare & Bredam imprimis, opere circa annum 1410 perfecto; quod variæ redituum hâc occaſione conſtitutiones videntur convincere de data annorum 1408. 1338. 1392. & circiter: eratque forma tunc Oppidi rotunda, turribus muros intercidentibus, ſpecie eleganti, foſſa & fluminibus alibi ad-alibi illabentibus, Arce latus velut ſtipante, qua forma lectori hic exhibendum putavi. Idem Joannes 1355. Jus & judicaturam Hallæ oppido tranſcripſit, conſtitutâ pannificum parvâ veluti republicâ, & ſequenti anno ordinem præſcribi curavit, quem in expeditione cives & ſubditi ſervarent; ubi definitur cives cum opificum tribubus (erant enim tum illæ plurimæ) ſequi debere Scabinos, & deinde feudatarios nobiles, tandem incolas Pagorum. Templum etiam Deiparæ auxit, ubi inter duas conjuges anno 1384 defunctus ſepelitur tumulo elevato, &, pro modulo ejus ævi, ſplendido. Filius autem Joannes ſimili monumento illatus anno 1394. 10. Auguſti mortuus, cum uxore anno 1428. maritum moriendo ſecuta, cùm prius nova immunitate cives ſuos locupletaſſet; Templum Curiale Sacello, Cœnobia ſuburbana eleëmoſynis auxiſſet, Hoſpitalia bina privilegiis donaſſet. Ceterùm cum unica tot opum hæres Joanna in Naſſaviam ſtirpem tranſiiſſet, unde tantum hęc terra beneficii adepta eſt, ut ſi quis redivivus aliarum priorum ſtirpium adeſſet, Bredam Bredæ non foret agniturus, operę pretium primùm putavi, Stemma Naſſavium, quantum quidem Bredanos Dynaſtas concernit, ob oculos ponere, & tum ſectatim ornamenta urbis enucleare.

CAPUT XV.

Stemma Naſſaviorum Dominorum Bredæ, Engelberti I. mortui 1442. *Joannis* 1474, *Engelberti II.* 1504, *Henrici* 1537, *eorumque Statuta, Monumenta, Elogia.*

ENGELBERTUS Naſſavius, mortuus anno 1442. Vir Joannæ Polanæ mortuæ anno 1456.

JOANNES Comes, anno 1474. Vir Mariæ Loſſenſis; Henricus, Margareta, Maria, Philippus, Wilhelmus.

ENGELBERTUS, Vir Simborgis de Baden, obiit 1504. Joannes.

HENRICUS, Vir Claudiæ de Cabilone, Principis Auranſionum, obiit 1537. Wilhelmus vir Julianæ Comitis Stolbergiæ.

RENATUS, adoptione avunculi Princeps Aurangiæ, obiit anno 1544.

WILHELMUS, obiit 1584. Joannes, Adolphus, Ludovicus, filię plures.

PHILIPPUS WILHELMUS, ex Anna Comite Burana.

MAURITIUS ex Anna Saxonica. Alii ex duabus aliis.

Videamus nunc magna ſub his capitibus corporis Bredani incrementa. Engelbertus Comes initio Principatus non contentus die auſpicali circa reos homicidii Juſtitiæ rigorem clementi indulto leniviſſe, mox vetuit ullas in Pagis terræ Bredanæ merces navibus, vehiculis, aut quocumque alio modo efferri, vel inferri, aut venditioni primæ exponi, anno 1404. Nec multò pòſt anno ejuſdem ſęculi 14. obſervans læſam nonnihil populi ſui majeſtatem, quòd in exercitu Antverpienſium ſigna ſecutus eſſet, litteras non-præjudicii à Duce obtinuit, ne ſcilicet, qui in pleriſque capitalibus juribus Brabantiæ oppidis pares eſſent, temerè peſſumdarentur. Anno etiam 1410. eleganti ſtructurâ Chorum Eccleſiæ Bredanæ inchoavit; & biennio pòſt portas duas non indecoro ſchemate perfecit. Nec ſegnior Joannes filius, ut opum, ita virtutis paternę hęres, anno 1446. cives ſuos exemit ab onere cereviſiario, quod *Gruytam* vocant. Anno 1455. Statuta de jure dicundo ſancivit. Author fuit reformationis in Valle S. Catharinę ſalubriter introductę, teſte anniverſariorum codice ad ſecundam Februarii his verbis:

Commemoratio Illuſtris Domini JOANNIS, COMITIS DE NASSOU *& de Breda, & Domicellæ* MARIÆ DE HINSBERCH, *conthoralis ejus, cum prolibus, qui reformationem & incluſionem Cœnobii hujus à Sede Apoſtolica procurârunt anno* 1463.

Et ibidem: *Nonis Auguſti*, MARGARETÆ DE YISICH *Prioriſſæ anno* 1475.

Tertio Idus Septembris LAURENTII OSKENS *Præpoſiti anno* 79. *mortui*, qui eandem reformationem notantur procuraſſe.

Hujus etiam tempore, teſte Chronico,

ALta Bredæ tUrrIs MarCeLLI noCte Cadebat.

Et tranſlata occulto quodam Divinę diſpoſitionis nutu in Eccleſiam Bredanam miraculo clara Euchariſtia ex *Niewervaert* (de qua alibi fuſiùs) ita ut frequens venerationis ergo accurrens populus, & dona offerens, occaſionem paulò pòſt anno 1468. dederit cogitandi de novo hoc, interque ſplendidiora hujus tractus numerando turris opere; ſuccurrente non parum Dynaſtarum munificentiâ, ita ut feliciter anno 1509. ſupremum ei faſtigium cruce inſignitum imponeretur. Authoritate etiam ſuâ munivit Gerontocomium 13. virorum per executores teſtamenti Anſelmi Fabri de Breda, Decani Antverpienſis, Protonotarii Apoſtolici, & Archidiaconi Hannoniæ, in Eccleſia Leodienſi fundatum anno 1455. teſtamento Florentiæ ante ſexennium condito.

Joannis ſupra-dicti ſucceſſor, ejuſdem cum avo nominis, ipſo ſtatim initi Dominatus auſpicio privilegia & immunitates à majoribus conceſſas ratas habens, imprimis jus accisiæ, tam in Urbe quam in Pagis exigendæ, confirmans anno 1475. jus Hallæ pannificum, jus glandium è quercubus per Patrem, ut ait, diverſis terræ ſuæ locis communibus plantatis legendarum; immunitatem à mulctis, ſi puer cujuſpiam caſu periiſſet, & alia id genus. Occaſione etiam incendii vigeſimâ ſeptimâ Auguſti anno 1490 (quo eodem celebratum hic haſtiludium) piſcarium & avenarium fora cum duobus vicis abſumentis, ſequenti anno vetuit ullas, niſi tegulis, domos tegi. Allaboravit denique ad concamerationis opere coruſcato perfectionem in æde primaria, ad novi majoris Templi in Cœnobio Vallis S. Catharinæ anno 1501 inchoationem. Author extitit Cœnobii tertiæ Regulæ Franciſcanæ Griſearum, anno 1475. ejuſdem Regulæ Nigrarum ad ægrorum ſolatia recenter admiſſarum congregationem promovit. Prioratum denique Virginum ſub Regula D. Auguſtini viventium in *Woeſtenberch* cum matre fundavit, eundemque in *Boymeer*, locum aquarum commoditate urbiſque vicinia aptiorem, transferri permiſit; & uno verbo dicam, Heros fuit undique laudatiſſimus, ſi dotes Principe dignas æſtimaveris; Burgundicæ domûs columen, ſi res in bello fortiter geſtas; Patriæ Pater, ſi & affectum & clementiam in ſubditos. ENGELBERTUS II.

Qui cum in Dominio hoc ſecutus eſt HENRICUS nequaquam inferior, majeſtatis ſuæ in tantum Bredam fecit participem; ut inter pulchriora (Metropoles excipio) Ducatûs Brabantici Oppida primas tenere propemodùm meruerit, ſupra fortunæ nubes in clariſ-

ſimo

ſimo famæ cœlo collocanda. Videbatur quidem 23. Julii anno 1534. abſumptis duobus ædium millibus Vulcanus voluiſſe curſum fœlicitatis ejus intercipere; ſed gnaviter à Dynaſta & civibus obviam itum. Ille enim nova quędam privilegia civibus conferens, quaſi fortunam rideret, nec inchoatum Caſtri ædificium ſufficeret, exercitio ad producenda urbis pomœria accingitur, anno 1532. opere ad optatum brevi perducto, Piſcationem Marcæ anno 1515. Civitati permiſſam confirmat & auget; nundinas diei Martialis ante feſtivitatem B. Remigii & Pentecoſten authoritate Cæſareâ curat innovari. Itemque, quod die inaugurationis ſuæ promiſerat, fore ne cives, in precariis Domini, aut Ducis, viatim aut familiatim conferentes, compellantur, more reliquorum Brabantorum, ratione prædiorum ruſticorum, iterum luere. Pauperibus denique centum tam veſtiendis, quam fovendis anno 1532. florenos aureos quingentos annuatim diſpenſandos legavit; & anno 1513. turrim primariam horarii præambulo curavit exornandam.

CAPUT XVI.

Bredani oppidi ſplendor, mœnia, & publica ædificia deſcribuntur. Catalogus Droſſardorum & Sculteторum; Gubernatorum item. Gildæ & Collegia civium. Nundinæ. Curia feudalis. Mauſolæum Engelberti II. Obſidionum trium tabulæ & recenſio.

ITa ſenſim, & magno paſſu à malis Breda reſpiravit, platearum concinnitate, ædium elegantiâ eximioque ſplendore, populi humanitate, Senatûs prudentiâ, civium induſtriâ; & quamvis civilis belli Belgici claſſicum etiam non parum afflixerit, magis terruerit; tamen ea per ipſas turbas, velut nubes quaſdam, caput extulit ſerenius. Vidi, & ducibus Henrico Montens J. C. eximio, & Gerardo Havermans J. C. (quorum auxilio multum profeciſſe me fateor) cum voluptate vidi occaſione bellorum foſſis urbem munitam, latis pedes ducentos & quinquaginta, coronata propugnaculis mœnia, altitudine 40. latitudine 30. pedum; in quibus ſeries ulmorum quinque pedum inſtertitio diſtantium una, proximis annis viginti ordinata, & quercuum duæ, ante portas potiſſimum tres pontibus ſublicиis & vario anfractu ingreſſus ſecurus, ab earumque una non longè diſtans molendinum quatuor rotis verſatile, à 50. circiter annis Aderæ fluvio interjectum. Vidi etiam curâ Præfectorum Reipublicæ & ſacræ recens adornatum Orphanotrophium; Curiam quoque, uſui magis, quam oculis factam; & fori Templique Curialis viciniâ opportunam, ubi annuatim per Baronem creandi octoviri cum nono Præſide, ſive mavis Conſulem appellare, Jus hebdomadatim dicunt, Conſulum ſecundario Quæſtorem agente, & Decemviris Tribunorum inſtar plebi patrocinantibus. Exhibita mihi Droſſardorum & Sculteторum à centum annis ſucceſſio hæc:

Anno 1504. *Wynandus van Maſchereel*, & ejuſdem ſæculi anno 25. *Fredericus de Reneſſe*, Eques, Dominus de Mal.
Anno 1538. *Joannes de Reneſſe* Eques, Dominus de Many & Mal.
Anno 1552. *Jacobus Seraerts.*
Anno 1576. *Joannes van Berchem*, Eques.
Anno 1579. *Rudolphus van Stakenbroeck.*
Anno 1582. *Henricus van Steenbor.*
Et denique *Joannes de Wyngaerden.*
Et anno 1590. *Ferdinandus de Bernuy*,
Droſſardi fuerunt, qui Dapiferi olim etiam; & habuerunt anno 1303. *Godefridum de Bergis*, anno 1277. *Joannem de Wynegem*, aliàs alios.
Sculteti autem
Anno 1513. *Paulus Naſſovius* N.
Anno 1573. *Joannes van Maſchereel.*
Anno 1530. *Joannes van Wyngaert*, Eques.
Anno 1542. *Theodorus van Aſſendelft*, Dominus de Beſoyen.
Anno 1554. *Nicolaus*, ejus filius.
Anno 1557. *Lancelotus van Wyrſliet*, vice *Jodoci van Eyck.*
Anno 1558. *Adam van Berchem.*
Anno 1565. *Godefridus van Haeſtrecht*, Dominus de Drunen.
Anno 1578. *Joannes van Aſſendelft.*
Anno 1581. *Joannes de Vos.*
Anno 1590. *Gerardus de Pelgrim.*

Qui verò à tempore turbarum, Gubernatorum titulo hìc præfuerunt, utrarumque partium, viri bellicoſi, hi ſunt:

Anno 1568. *Petrus de Quaderebbe*, Eques, poſt Dominus de Saint Bromy.*
Anno 1577. *Franciſcus Verdugo.*
Anno 1579. *Rodolphus D. de Staekenbroeck.*
Anno 1581. *Claudius Barlamontius*, Dominus de Haultepenne.
Anno 1583. *Camillo de Monte.*
Anno 158.... *Gerardus Lancevecchio*, Chiliarcha Italus.
Anno 1590. *Carolus de Haranguieres.*
Et denique *Juſtinus Naſſovius*, qui ut armis Muſas, ita humanitatem & virtutem generi feliciter adjunxit.

Exhibita etiam mihi trium contuberniorum veterum ſcita, quæ Gildas vocant, & duæ Rhetorum cameræ. Opificum etiam diverſorum Collegia, quorum olim præcipui Pannilanei viguêre. Et Princeps Mauritius nundinarum annuatim duarum 15. Martii & Octobris immunitate, coriorum nundinationibus & mercatui permiſſa, viſus eſt hoc mercatorum genus in locum aliter promoviſſe. Vidimus etiam Curiam Feudalem Baronis perantiquam, Cameram rationum (quod rarum in Belgio) pro-

* Forſè Remy.

propriam, Præſide *Joanne Baptiſtâ Keermans*, Equite Aurato, è Nobilitate Mechlinienſi, & Principi Aurangiæ à Conſiliis ſanctioribus, cui plurimum debet hìc noſter labor. Vidimus ampliùs in æde maxima ſplendidiſſimum Mauſolæum Engelberti ſecundi Comitis, paucis toto Belgio Dynaſtarum tumulis cedens, ab Henrico Comite ejus cognato & unico hærede exſtructum; ubi dictus Henricus, & filius ejus Renatus etiam ſepulti ſunt, monumentis bellorum injuriâ diſſipatis. Vidimus & graphicè delineatas tres Urbis Bredanæ obſidiones, primam anni 77. cum à Germanis ductu Baronis Fronsbergii cuſtoditam Comes Hokenlous obſidione cinxit, deditione cepit, nomine Ordinum Belgii. Secundam anni 81. cum Claudius de Barlaymont, Hautepennæ Dominus, Regiarum partium, exiguo munitam præſidio, 28. Junii recuperavit fortiter reſiſtentem, deſideratis defendentium capitibus ferè centum, oppugnantium (prçter aquâ vel igne conſumptos) quingentis. Tertiam anni 90. cum eleganti ſtratagemate 4. Martii onerariâ ceſpitum, velut equo Triano, clauſus miles Duce Carolo de Herauguieres, è Cameracenſi Nobilitate, cæſis cuſtodibus, & obviis, Caſtro, & mox Urbe potitus, incautam in manus Principis Mauritii & Confœderatarum Provinciarum reponit. Quas Bredanæ fortunæ viciſſitudines carmine expreſſas libet ſubjungere, Chronico primum.

AN tIbI LaUs FronsberChe erat InVICtâ
Urbe paCIsCI?
HoſtI neMpe anno hoC eſt Breda præda tUo.

CAPUT XVII.

Amœnitas urbis & agrorum. Ædes ſacræ, & Nobilium. Pagorum ad occidentem deſcriptio à Ter Heyden *inchoata. Qui inde oriundi Nobiles.* Haeghe *ejuſque appendices, Sacella & Prætoria Nobilium.* Rysbergen, Sundert, *& orti illinc Nobiles.* 't Huys te Laer, *olim Wyngardorum, horum proſapia & origo.* Etten, *& priſcæ illius opes, Nobiles, ædes, decimæ.*

RAdulphus de Rivo Decanatui Tungrenſi anno 1403. immortuus de Canonum obſervantia doctiſſimè ſcripſit, & in proœmio Bredanos populares ſuos à pietate commendat. Hieronymus Bioul, Sarti Toparcha, dicere ſolitus eſt, ideò habitationem Bredanam (erat enim Decanus in Collegiata) præ aliis ſibi placere, quod frequentia ibi nobilium, & placidiſſimum à tumultu plebeiorum flueret otium, quæ vera eſſe, magis tamen fuiſſe, notabimus, ſi aut pedibus ditionis Bredanæ Pagos, aut oculis hanc eorum deſcriptionem percurramus. Ecce in primis ſub Curiali Bredana Virginum Cœnobia quatuor, venientibus in numerum hoſpitalariis; Collegiatam unam, Hoſpitalia terna, Sacella Jodoci & Antonii Sodalitiis ſuis inſtructa. Joannis etiam Equitum Hieroſolymitanorum Ædicula, præter Caſtri Capellam, & Leproſaria, menſaſque pauperum opulentas. Ecce tot Nobilium ſplendida ædificia in Urbe, Renefſiorum Dominorum de Mal & Elderen, Wyngardorum, Ockeriorum aliàs de Blioul, Weſſeliorum, Maſſchereelorum, Conroiorum, Wardenbergorum, Aſſendelſtiorum, Waelwicanorum, Brechtanorum, Canterorum, & aliorum nomen ſervantia, vico uno ab Equitibus unà habitantibus nuncupato. Agros ſuburbanos paſcuos imprimis Marcæ fluminis allapſu irriguos; incumbente ripis vico ab ericis nunc, aut ſepibus nuncupato; TER HEYDEN.
cujus Sacellum ante duo ſecula erectum conſenſu Domini de Breda & Capituli; ara ejus principe anno 1401. honori ſalutiferæ crucis nuncupata; & decem poſt annos per Senatum Urbanum facta facultate admittendi illud in communionem oneris paſtoralis. Hinc oriundi Patricii Lyrenſes de Wayenberch appellati; hinc Bruxellenſes Ter Heyden, quorum illi Anſelmum Chiliarcham ſub Maximiliano Archiduce ſtrenuiſſimum & Rupelmundæ Caſtellanum; hi Joannem, poëmatibus editis clarum, ante ſeptuaginta annos produxerunt. Curiam etiam Monachorum aliquando fuiſſe nomen appendicis ita vulgo notæ teſtatur. HAEGHE.
Ad alteram Marcæ, & utramque Aderæ ripam pagus à Martino Tutelare, aut Marſacis olim, nunc à ſepimentis *de Haegen* veram ſortitus nominis rationem juriſdictionis ſuæ Eccleſiaſticæ alas latè expandit intra ipſos Oppidi muros. Ibi enim neceſſitati concluſorum mœnibus extructum anno 1362 Sacellum, vix Templo cedens, Markendalię, non à Divo Marco (Mariano enim nomini dicatum eſt) ſed à ſitu ad Marcæ & Aderæ confluentem appellatum. Inter hujus limites Sacellum D. Antonii *op den Fellenoort* collatitio ære incolarum circa annum 1382. ſurrexit; quod frequentes interventu illius Divi contagionem evaſiſſe crederentur. Similiter vetus titulo D. Gertrudis, horum locorum quondam Dominæ, à Naſſoviis Principibus eſt reſtauratum, à poſſeſſoribus, quod opinor, vicini Prætorii Torrentini olim exædificatum. Sicut ædes Mariana de *Gageldonck* à Dominis de Heele legitur fundata. Nec tacendum Regularium Divi Auguſtini Virginale Cœnobium, quod novum vocant in *Boymeer*, ab Engelberto ſecundo ejus nominis Comite fundatum. Nec diſſimulandum, hanc Curialem, poſt ſeparationem à Gilzenſi anno 1316. factam, Sacellis pluribus & ędificiis locupletatam, altaribus item aliquot, teſte veteri regiſtro Leodienſi dedicatis anno 1408. Nobilium etiam iis locis inſignis fuit frequentia; ortis hinc Patriciis *de Burghſt* Trudonopoli, *de Hylaer* Thenis,

Leeſch

Lieſch Mechliniæ. Imprimis autem Gentilibus à Bruxellis *Hambroeck* in Campinia clariſſimis, dein *Enmeer* & *Gageldonck* in patria & Prætoria in agro habentibus, quorum reliquiæ ſuperſunt, etſi in alias ſtirpes tranſlatæ; hoc Domini Joannis *vander Straeten* Equitis, Domini de Weſpelaer, modò illud Henrici *de Wyngaert* Batavi Domini de.....

Proxima Hagenſi eſt ad Aderæ ripas Riſ-
RYSBERGEN. bergenſis Eccleſia, Perſona perſonatus & duabus Vicariis ornata, Abbatiæ Bavonenſis quondam Præpoſitura. Ita enim in diplomate anni 1204. video ſubſcribere Joannem Præpoſitum de *Riesbergen*. Nec aliud quidquam præter ſilvam inſignem itra limites Pagi & piſcationem, memoriâ dignum obſervavi. Familias enim *van Oucle* Patricias Antverpiæ, & *Haſeldonck* Lyræ notas, quas aliquando putavi hinc oriundas, poſteà dedici Campinienſes eſſe.

SUNDERT. Ad ſequentem igitur eodem fluminis & viæ ductu vicum *Sundertum* venio, *magnum* ad diſtinctionem alterius, aut ob Dynaſtarum Bredenſium olim habitationem: quâ occaſione familiæ nobiles in vicino magnâ ambitione affectabant ruſticari. *Huldonkani*, qui apud Leodienſes Abbate uno in D. Jacobi, Præpoſito uno in D. Lamberti, *Wayenbergenſes*, qui in agro Bruxellenſi & Urbe Thenenſi extructis Prætoriis, *vanden Broecke*, qui Lovanii & alibi publicis functionibus famam pepererunt, huic loco natales debent ſtirpium ſuarum. Cumque partem ejus Brabantiæ Dux, tamquàm Dominus feudi Bredenſis, hodieque obtineat, ego ampliùs crederem libenter Parochiam D. Trudoni ſacram à Trudonenſi Abbatia aliquando pependiſſe, & Baroni Bredano tranſcriptam; etſi certa, quæ fidem faciant, nondum repererim documenta. Supereſt hìc
'THUYS TE LAER. Prætorium Larenſe, olim Baronis Domicilium, pronuper ad vitam à Barone aſſignatum uxori Jodoci Daelhemii, Dunghæ Domini; nunc à Gentilibus de Wyngaerden Bredæ dudum inſitis poſſeſſum; qui ex Germania & Palatinatu oriundi creduntur, & Baronatum eodem nomine apud Spiram poſſediſſe, unde hodieque inſignia in Templis & adeò portis Bredenſibus conſpicua ſunt; primuſque horum Sigiſmundus cum Wenceſlao Duce in Brabantiam delatus, in Taxandria Familiæ & fortunarum fixit domicilium; & poſteri Præturis Sylvæducenſi & Bredana ſæpiùs functi, Sacelli Venerabilis Sacramenti apud Bredanos Fundatores, & Cœnobiorum in ſuburbano dotatores extitère, ampliter ſub Carolo Cæſare honorem virtuti debitum nacti. Claruerunt armis recenter Joannes, & Jacobus; ille locum tenens Chiliarcha Cæſaris; hic Martini Roſſemii, & denique Chiliarcha, glorioſâ apud Metas morte mortuus; ut taceam veteres illos Æqueſtris Ordinis Henricum in Brunſwicenſi & Wormatienſi, anno 1209. & alium eodem nomine in Elingenſi, anno 1374. Erneſtum in Dermſtatenſi, anno 1405. Wolfgangum Heilbrunenſi, anno 1408. haſtiludiis & conflictationibus præſentes; Equites ubique clariſſimos, & fidei in Religionem Catholicam & Principes inconcuſſæ. Nec togâ minùs inclaruerunt, qui recenti memoriâ numquam ſatis laudandum habuerunt Eccleſiæ Leodienſis Præpoſitum Wynandum, qui nominis, virtutis & dignitatis hæredem hodieque habet ſummis imiſque acceptiſſimum; cujus Pater Joannes Caſtri Ultrajectini Vredenburgh Capitaneus & Caſtellanus obiit anno..... vidi Antiſtitis cujuſdam marmoreum apud Sulpinenſes Epitaphium, ubi ſtemmata & inſignia gentis ad oculum licet intueri. Quæ ideò refero ut gratuler noſtræ Brabantiæ, quæ plures ejuſmodi ex nobiliſſimis totius Europæ Familiis diverſis temporibus hoſpitio excepit, & fœcundæ matris inſtar cum fœnore remittit. Sed redeo ad Sundertum, ſeu potiùs ab eo à majore ad minus, Tongerletenſibus quidem ab Arnoldo à Lovanio donatam habens Eccleſiam; ſed quam titulus D. Willibrordi perſuadeat olim fuiſſe Epternacenſium. Conjecturam hanc meam ne quis abſonam ſuggillet temerè, in exemplum ſimile offero omnes Campiniæ Eccleſias, nunc aut nuper ab Epternacenſibus poſſeſſas, Willibrordo inſcriptas, qui in Taxandria & Pago Ryenſi (Stryenſi legunt aliqui codices) Evangelium annuntiavit. Sub hoc vico *Maerberga* eſt, neſcio quid marinum olens: itemque plantaria quercuum una, & ſolitudo cuniculorum venatu & latibulis olim non infrequens. Nec deſtituitur commoditate vicini aquæductus, qui illinc Sprundeliam, de quo ſuprà dixi, hinc Ettenum, ſacris prophaniſque titulis nobilem Pagum, beat ſuâ navigatione.

Ettenum, inquam, tantâ olim opum affluen- ETTEN.
tiâ, ut in commune Ducatus Brabantici ſubſidium conferendo, non pagis, non municipiis, non Opidis, ſed pleriſque Baronatibus & Præfecturis conferretur. Nec mirum, cùm prompto expeditoque itinere integrum eſſet ejus incolis in Hollandiam, Zelandiamque, & aliò negotiandi gratiâ excurrere; & domi haberent inæſtimabiles ceſpitum theſauros, exteris communicandos. Habes Senatum Urbanis haud inferiorem, nec ſimplicem, eò quòd anno 1267. Henricus Baro cum Sophia conjuge & Walthero Berthoutio Curatore hominibus obnoxiis Tribunali Hoevenſi ſub Etten legem præſcripſit propriam, quâ inter alia obtinent, ut bona ab alterutro conjugum collata in ſubſidium, unde reſultârunt, redeant. Habes Prætoria nobilium aliquot, nominatim *vander Stratiorum*, & aliud quod nunc devenit ad *Henricum van Etten*, Præſidem Cameræ rationum Brabantiæ, & commeatus militaris Præfectum primarium, virum nobilem & induſtrium, qui ut nomen, ita Familiam Etteno repetit Antverpiæ florentem. Habes Eccleſiam Deiparæ titulo à Gilſenſi ſeparatam anno 1316. opere ſpectabili & turri conſpicuam, à qua dependet Leurenſe Sacellum, anno 1284. fundatum ab

incolis; etiam Hoſpitale à *Joanne van Hout* Equite, & Catharina ejus Uxore fundatum in honorem Sanctorum Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ, Catharinæ & Barbaræ, ad exercendum ibi ſeptem opera miſericordiæ, quinque pauperibus; excipiendum etiã duos ſingulis noctibus hoſpitio pauperes, ſive peregrinos, prout diſertis verbis præſcribunt dicti conjuges ultimi Teſtamenti tabulis anno 1454. Martii 17. datis. Decimas porrò villæ ſuæ appendiciſque de Etten Arnoldus à Lovanio anno 1277. Thorenſibus donavit. Ideoque poſt 22. circiter annos Raſo de Gavera profitetur nihil ſibi in appendicium (ita enim vocant) de Etten juris reſtare: intellige quoad rem ſacram.

CAPUT XVIII.

Ceteri pagi ad orientem deſcribuntur. Ginneken *cum Sacellis. Cœnobium in* Weſtenbergh *erectum* 1476, *Diplomate docetur. Prætoria illic & binæ ſilvæ.* Ulvenhout *vetus Dynaſtia.* Bavel. Gilſe, *ejuſque olim appendices, decimæ, Curia Thorenſium, Patronatus.* Baerle, *& ſacella illic.* Alphen *cum ſacris.* Caem. Ooſterhout, *ejus antiqua jura, Dominia Arx Stryenſis, Stryenſiſque Comitatûs reliquiæ.*

Atque hæc quidem occidentalia ſunt terræ Bredenſis cis Marcam; reſtant alia ad orientalem ripam ejus; inprimiſque *Ginneken* S. Laurentii patrocinio celebrem habens Eccleſiam, à Gilzenſi ſimiliter avulſam, à qua dependent Sacella hæc: Divæ Annæ in *Hoſenout*, D. Sacobi in *Galder*, & D. Huberti in *Strybeeck*; intra cujus ambitum primò deſtinatum D. Auguſtini Regulariſſarum Cœnobium ab Engelberto ſecundo, teſtibus fundationis litteris hiſce. GINNEKEN.

Diploma erectionis Cœnobii in WESTENBERGH. 1476.

Univerſis & ſingulis præſentes litteras, ſive præſens publicum inſtrumentum viſuris ſeu audituris Maria de Loen *relicta quondam Illuſtris Comitis* Joannis de Naſſau, *de Vianden, & de Dieſt, Domini de Breda,* & Engelbertus Comes de Naſſau *& de Vianden, Comes de Breda, ejus filius, ſalutem in Domino, cum notitia veritatis. Notum facimus, quòd nos de noſtra, noſtrorumque parentum & progenitorum ſalute cogitantes, ac terrena pro cœleſtibus felici commercio commutantes, Monaſteriumque perpetuum Sanctarum Virginum ſeu Sanctimonialium numero 25. de ordine & obſervantia regulari S. Auguſtini ac ſub clauſura Monaſtica, ubi nimirum majeſtatis laus è virgineis organis aſſiduè reſonet, animæque prædicti quondam Joannis Comitis de Naſſau ipſarum Religioſarum devotis orationibus fervens memoria habeatur, erigere cupientes in loco vulgaliter nuncupato* Weſtiliberghe; *infra manſum ab eodem loco ſimile dictum, in prædicto Territorio ſituatum, omnibus melioribus modo, viâ, jure, causâ, ac formâ, quibus meliùs & efficaciùs potuimus & debuimus, poſſumus & debemus, dedimus, contulimus, & aſſignavimus perpetuè & irrevocabiliter ad opus erectionis Monaſterii hujuſmodi manſum prædictum, cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis ac eis modo ac formâ, quibus quondam* Joannes *filius naturalis* de Lecka, *nominatus* de Weſtenberga, *ipſum manſum tempore vitæ ſuæ tenere & poſſidere ſolebat, ſub annuo onere unius ſextarii ſiliginis pauperibus in Bavel, juxta teſtamentariam ordinationem præfati Joannis de Lecka, in die obitus ſeu anniverſarii ſui ſingulis annis erogandi, & diſtribuendi in panibus ex eadem ſiligine coctis ſeu piſtis. Nec non ſub aliis cenſibus & oneribus ex ipſo manſo ab antiquo exeuntibus, & quæ prædictus Joannes de Lecka ex illo annuatim ſolvere & portare conſuevit. Sub tali conditione præmiſſis annexa, ut poſtquàm prædictæ Religioſæ infra Dominium prædicti totius territorii de Breda, cujus membra inter alias partes deputantur Dominia* Steenbergen *& de* Ooſterhout, *in bonis ſeu reditibus hæreditariis ſummam ſeu valorem quadringentorum florenorum aureorum reventum habuerint ſeu acquiſierint, ſummam hujuſmodi tranſire non poterunt, hoc eſt, plura bona ſeu reditus viâ donationis ſeu emptionis aut alio modo acquirere ſeu apprehendere infra limites hujuſmodi territorii exiſtentia: ſcilicet cum ſumma & quantitate hujuſmodi contentæ eſſe tenebuntur. Quod quidem manſum cum ſuis pertinentiis ſupradictis nos Maria Comitiſſa & Engelbertus Comes præfati pro nobis noſtriſque hæredibus & ſucceſſoribus ad opus prædictum reſignamus, ac illi & omni juri quod in illo habuimus, vel habere potuimus, renunciamus purè effeſtucando, ſub modis & moribus prænarratis; rogantes Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum D. Ludovicum*

dovicum de Bourbon D. G. Epiſcopum Leodienſem, quatenus omnia & ſingula præmiſſa ſua authoritate Epiſcopali roborare & confirmare dignetur. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum has præſentes litteras ſive hoc publicum inſtrumentum per Notarium infraſcriptum exinde fieri & ſubſcribi, noſtriſque & teſtium inferius nominatorum ſigillis roborari juſſimus, Anno Domini 1476.

Habes hìc Prætoria de *Daeſdonck Bouveryen*, *Grimphuyſen*, *de Blaeucamer*: habes ſilvas duas, alteram novam, pinos maloſque proferentem feliciter, etſi illarum proventum ullum in Belgica eſſe neget Guicciardinus: alteram Ulvenhoutanam, à veteri & clara nomen adeptam Dynaſtia; quam loco portionis hæreditariæ obtinuit Philippus Liedekerkius, & titulis ſuis cum Alpheno adſcripſit, vivente majore natu fratre; quo defuncto, cum ipſius totius terræ Bredanæ compos factus veteri trunco hunc ramum reſtituiſſet; & poſteà gener ipſius eandem Duci; ut docui ſuprà, vendidiſſet, Dux iterum hanc Dynaſtiam avulſam cum aliis aliquot Pagis; Alpheno putà Bavela, Baerla, & Gilza Raſoni ſuperioris Philippi fratri oppignoravit, acceptis bis mille libris Parienſibus anno 1334. Martis poſt diviſionem Apoſtolorum, exoneratam anno 1342. demum à Guilielmo Duvenvoordio. Idem porrò cum ſuperiore vico Tribunal, eandem matricem, ut ſic loquar, Eccleſiam agnoſcit. Bavela Eccleſiam habet à graduatis Canonicis Silvæducenſibus incorporatam. Illa quidem eodem cùm aliis anno ſeparata, ſed decreto, ut apparet, effectum non ſortito. Altaria ejus bina invenio per Petrum Lybrechts van Ulvenhout anno 1313. & 1342. fundata; nec aliud in eo præter Prætorium Ipelarium.

GILSE. GILZENUM autem toties mihi nominatum Pagus eſt vetuſtate nobilis, per uxorem Anſfredi Comitis & Epiſcopi, Thorenſi Abbatiæ donatam habens Eccleſiam in honorem D. Petri dicatam; cui olim ſubjacebant Eccleſię Ettenſis, Ginnekana, Hagenſis, Bavelenſis, Tenryenſis, & Sprundelana, priores anno 1316. ſeparatę, ſicut dixi. Cùm antiquitus decimæ de peculio Abbatiſſæ Thorenſis eſſent, Hildegondis anno 1230. Capitulo ſuo eaſdem ceſſit probante Henrico Epiſcopo litteris anni 1261. nec decimas modò, ſed & Curiam cenſualem (unde plurima feuda motum ſeu vitam accipiunt) cum Scabinis ſeptem & Prætore. Et cùm interjectis temporibus Inveſtitis ſua eſſet aſſignata portio, Patronatus nihilominùs manſit apud Thorenſes, donec authoritate Apoſtolicâ graduatis præbendis Eccleſiæ Cathedralis Sylvæducenſis per Pium IV. hæc cum Hagenſi eſt incorporata.

Extremum autem hâc parte Bredenſis terræ, & Thorenſis Patronatus angulum facit *Baerla*; Confeſſoris Remigii nominationem & titulum præferens, cum Sacellis Salvatoris, de *Ulecoten*, D. Bernardi, & *Sundereygen* D. Rumoldi, occaſione Dominiorum vicinorum ſtructis; Prætorioque Aſſendelftiorum olim, nunc Randtſcotiorum. Et obſervabis ad utrumque ditionis angulum, quà terram Ducalem tangit, Pagos eſſe velut oſtia quædam, in quibus Dux cum Barone Bredano in Dominii venit communionem; & quod de Sundertino Pago ſuprà dixi, illud de hoc etiam intellige. BAERLE.

Reſtat in hac parte ſive antiquitatem, ſive Dominia, ſive rem ſacram inſpicias, laudandum meritò *Alphenum*, Epternacenſis Abbatiæ olim Peculium, denique dono Arnoldi à Lovanio Tongerletenſium in ſacris celebre, non tantum ob Philippi & Raſonis Liedekerckiorum, quæ ſuperius tetigi, Dominia, ſed etiam ob Commendariam veterem Templariorum primò, nunc Equitum Hoſpitalis D. Joannis in Jeruſalem, quos Melitenſes vocant, fundatam ab Henrico & Gerardo fratribus Bredæ Dominis, ut volunt ſchedæ populares, etſi Diplomata videre nondum contigerit. Conſpicitur ibi poſt Eccleſiam D. Willebordo dicatam, Sacellum in honorem B. Jo. Baptiſtæ; & in propinquo videre eſt velut cellularum & cœnaculorum, quæ tradunt à Religioſis fuiſſe habitata, reliquias. Unum autem cum Alpheno Tribunal conſtituit vicinus *Chaem* Pagus, habens Eccleſiam D. Antonio ſacratam, & Tongerloenſi ſubditam, plantariis arborum variè amœnus; & vivariis argillaceo ſolo pluribus, carpionum copia & bonitate refertis non carens. A quibus inflexo itinere ad Septemtrionem, relictâque, quam alibi ſatis deſignavi, Dungâ, municipium Ooſterhoutanum aggredior, pulchram hanc coronidem ſcriptioni huic ruſticæ velut impoſiturus. ALPHEN. CAEM.

OOSTERHOUT, quaſi dicas ſilvam orientalem, inter Oppida mœnibus carentia reputatum invenio; anno 1317. cum aliis Brabantię contractibus Ducalibus ſubſtirpſit, nundinas binas annales circa ferias natalitias Servatoris & Baptiſtæ habuit, forum etiam, Senatum, jura, contubernia, curialem Melitenſibus commiſſam, Oelberti Reliquiis illuſtratam, Equitum ſeptem Prætoria, etſi pleraque conciderint, vitio temporum aut hominum. Dominium medium hujus loci & Roſendalenſis anno 1300. Raſo Liedekerkius aſſenſu privigni ſui aſſignat ſecundæ uxori ſuæ Adewinæ filiæ Domini Stryenſis, quæ nati Domini de Lodick poſſident in hodiernam diem adhuc in Rooſendael. Summum autem anno 1325. Adelizia Domina Liedekerkia cum Gerardo Raſſegemio marito, ob diverſa ſervitia ſibi per Guilielmum Duvenvoordium Equitem, Comitis Hannoniæ Camerarium, præſtita aſſignat: quod dictus Gulielmus haud multò pòſt Joanni Polano ex fratre nepoti teſtamento reliquit. OOSTERHOUT.

Quin-

Quinquennio autem antè, Guido à Flandria Dominus de Ryckenborgh, Stryen, & Putte cum Beatrice uxore dictorum locorum Domina, eidem Guilielmo in emphyteuſim dederat Prætorium ſuum (*Steenhuyſen* vocant) in Oiſterhout, cum omnibus bonis & Dominiis de Stryen, feudis etiam, quæ Majores eorum dederant Canonicis de *Geerſvliet*, mediantibus centum libris nigrorum Turonenſium annuatim feſto D. Martini ſolvendis. Hæc certa, ſed an ſupranominata Beatrix eadem ſit cum illa quæ titulo Dominæ de Stryen & Putte anno 1362. defuncta legitur, in cujus utpote materteræ ſuæ hæreditatem pro parte, nimirum quoad Dominium de *Niewvervaert*, ſucceſſit Joannes Polanus junior, incertum. Conſtat certè, quod reliquum erat Dominii Stryenſis, auguſtiſſimi olim Comitatus, circa hæc tempora Bredano acceſſiſſe. Reliquum dico: Gertrudimontium enim cum ſuis anteceſſerat, Sevenberga autem dono Domini Stryenſis, ut ſuprà docui, in aliam ſtirpem tranſierat, primarium autem Stryenſem Pagum dudum violentia aquarum à continente velut magis magiſque removerat.

CAPUT XIX.

Incrementum Bredani Baronatus. Steenbergen, *celebre quondam & opulentum mercatu oppidum, flammis concidit* 1363, *jacuitque.* Roſendael, *& ibi Cœnobium in Vroenhout.*

DIxi ſupra in diviſione, anno 1290. inter heredes ditionis Bredanæ mandato ſive interventu Ducis facta, indiviſa plura loca inter Dominos Bredæ & Bergatum permanſiſſe uſque ad annum 1455. cùm Bredano addicta eſt Steenberga, & Roſendalia, de quibus nunc agendum.

STEENBERGEN. *Steenbergam*, humile Oppidum, ut ex præſentis ævi calamitate metiamur, antiquitati, & ſplendori priſtino reſtituemus, initium capientes à primis fidei noſtræ incunabulis, & denuntiato per Epiſcopos Evangelio. Servatius ſanè Trajectenſium, aut verius Tongrenſium Trajecti ſedens Antiſtes creditur primus Divini verbi ſemina arenoſo hoc ſolo ſparſiſſe (illa quidem per Hubertum, Lambertumque propagata) & ſic totam Taxandriæ Provinciam Diœceſi, quæ poſtea Leodienſis nomen obtinuit, adjeciſſe. Creditur, inquam, nec vanâ fide, eò quod plura hic à poſteritate memoriæ Templa ejus honori dicata reperiantur, nominatim hoc Steenbergenſe, quod amplius non dubito olim Juris Canonicorum Trajectenſium fuiſſe. Ita enim apud eos legitur.

Kalendis Auguſti memoria Glorioſiſſimi Regis **Hlotarii, qui Comitatus tres D. Servatio per manus Reyneri Comitis obtulit, quorum duos per vim Suentebaldus, non Rex, ſed Prædo, Eccleſia abſtulit, & militibus ſuis in feudum dedit. Stenem ſcilicet ad Moſam in Pago Rekebarias, & Stenem ad Shaldim in Taxandro.*

*Sic Manuſcriptum.

In his intelligo Steyne Baronatum non procul à Trajecto, & noſtram Steenbergam intelligo, & concludo Comitatum veterem fuiſſe, donec quiſpiam ad hoc latus Schaldis aliud, in quod iſta quadrent, oſtenderit. Viluit tamen mirificè locus hic, & in humilem vicum, quæ eſt rerum humanarum viciſſitudo, degeneravit; donec Arnoldo à Lovanio in mentem venit cum juribus & privilegiis Oppidi donare, quæ adhuc nunc in uſu ſunt. Id factum circa annum 1276. & ideo factum, quod ſperabant aliquam nundinationem maritimam, & ex ea opes paullatim adipiſci, favente ſitus ad Schaldim opportunitate, ſoli ad firmandum moles excipiendis mercibus firmitate, Inſularum etiam & maris vicinia: nec fefellit eos ſpes, brevique tanta Opidum ſumpſit incrementa, ut Joannes Dux communicatis cum Bergenſi conſiliis ſeriò de muniendo loco cogitarit, quod incolæ tantis animis perfecerunt, ut mirum omnibus videatur confluxum mercatorum tamque frequentem negotiationem eſſe potuiſſe, tantaſque divitias (ex annalibus hæc noſtris refero) ut pueri plateatim in litore aureis globis taliſque luderent: fides penes auctores eſto, ego nihil contendo, niſi ſtupendum hoc, ſi fuit, fuiſſe in tanta auri & pecuniarum illo ævo penuria. Minus itaque admirationi erunt, quæ ſubjiciam; Cayam litoralem impetratam à Wenceſlao Duce, privilegiis, & à Carolo IV. ſtabilita mercatorum libertate eleganti opere ſolidatam; muros conſenſu anno 1363. adjici cœptos; Curialem augeri & 15. Sacerdotum ſacra peragentium Collegio ornari; Hoſpitale urbanum ampliter dotari. Et ut Pomœria juriſdictionis urbanæ propagarentur, fieri poteſtatem diverſas terras ab aquis vindicandi. Ita nimirum anno 1356. terram antiquam *Cromwiel* dictam, & ſequenti Poldrum terrę occidentalem, aliaſque diverſas aggeribus cinxerunt. Eoque res venerat ut Londini & in Dania ſua mercatores *Steenbergenſes* haberent, & famam inter primos Brabantiæ. Sed quid? nihil in rebus humanis ſtabile eſt, aut firmum. Incendium enim anni 1363. totâ urbe graſſatum, & taliter ut nulla cladis expers domus ſupereſſet, cineribus conſepelivit *Steenbergana* felicitatis memoriam. Nec veniens magno paſſu ad famam *Antverpia*, & vicinior Dominorum prǫſentium freta benignitate *Berga* inſigne ſumens incrementum patiebantur miſeram hanc & oppreſſam malis ſuis reſurgere. Conabatur quidem Joannes Comes Naſſovius recenter opidum hoc in diviſione adeptus, augmentatione Privilegiorum exteros invitare, forum Mercuriale hebdomadarium, & nundinas annales reſtaurando, mercatores invitare; ſed fruſtra, quantum ex oculis & fama colligo. Archiva enim Oppidi, & ſi quæ alia memoriam mereri poſſent, hactenus videre mihi non contigit.

Ad *Roſendaliam* itaque pergo, famâ nobiliſſimum ROOSENDAEL.

liſſimum Pagum, ſed & opibus, & incolarum numero; ut quem ſciam tria communicantium millia, ac 46. onerarias in mari habuiſſe, nullâque re Civitatibus ceſſiſſe, ſi muris cingeretur. Sacellum erat antiquitus Niſpenſis Parochiæ, & cum ea Tongerletenſibus commiſſum. Separationem autem procuravit Arnoldus de Gaeſbeke, Dominus in *Hulſdonck* & *Langdonck* (portiones *Roſendaliæ*) teſtibus, quæ ſequuntur, literis:

Univerſis præſentes litteras viſuris, Arnoldus de Gaſebeke Tutor legitimus & Dominus terræ de Breda, *ſalutem & noſcere veritatem, univerſitati veſtræ notum fieri cupimus quod homines noſtri de Calſdonck de Hulſdonck & Langdonck conſtituti in noſtra præſentia Capellam ſitam in loco dicto Roſendale ab eis inceptam & conſummatam in honore Dei Genitricis Sanctiſſimæ, per conſenſum & voluntatem ſuorum Prælatorum propter remotionem viæ à Matrice ſua Eccleſia de Niſpen, & defectum, non ſolùm in divinis officiis, ſed in neceſſariis Eccleſiaſticorum Sacramentorum, dotaverunt novem bonariis terræ prati & nemoris jacentium in locis vulgariter dictis Schage, Haverſdonck & alibi: quam terram ſub ſuis cuſtibus propriis, infra triennium inſtans arabilem procurare promiſerunt, ipſamque ſimul cum prato & nemore ſub ſuis propriis expenſis claudere promiſerunt & ſepire. Cenſus verò prædictorum terræ, prati, & nemoris ſuper ſuas proprias hæreditates redegerunt, & dictam dotem liberam effecerunt. Nos verò deſiderantes augmentationem & promotionem divini ſervitii, hanc dotationem factam, firmam & ratam habemus & præſentibus confirmamus, in cujus rei teſtimonium præſentem litteram ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum & actum in Woude anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo octavo, feria ſecundâ poſt S. Huberti.*

Interjecto autem tempore, cum Razo Liedekerckius, ut dixi, uxori ſecundæ inter alia etiam Dominium aliquod in *Roſendalia* aſſignaſſet, duravit id longo tempore penes hæredes, donec anno 1501. Engelbertus Comes id à Nicolao de Romerſwale redemit, aliis proventibus penes Dominum de *Lodyck* (Pagus eſt circa Romerſwaliam nunc inundatus) nunc quidem J. d'Eſpinoy hodieque perſeverantibus. Sub idem etiam tempus Servatius Liedekerckius Cœnobium Ordinis Præmonſtratenſis in *Vroenhout* fundavit, teſte Cœnobii Libitinario ad primum Aprilis, in hæc verba: *Commemoratio nobilis Principis Domini Servatii de Liedekercka, & D. Conthoralis ejus cum filio ejus Victore, Fundatoris hujus Monaſterii:* in Scedis autem Monaſterii additur annus 1271. & ulterius narratur anno 1288. inſigni inundatione multum detrimenti Virgines accepiſſe; ideo tranſlatas anno 1296. in Noſocomium Bredenſe, & poſtea in locum inde ſibi antea ab Arnoldo à Lovanio donatum, ut patet ex Diplomate ſequenti:

Nos Arnoldus à Lovanio, Dominus terræ de Breda & Eliſabeth ejus uxor, ejuſdem terræ Domina, notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod nos divinæ remunerationis intuitu, & ut plenam participationem omnium bonorum, quæ faciunt, vel in poſterum Domino largiente, ſunt facturi per Dei gratiam optinere poſſimus; contulimus perſonis Religioſis videlicet Præpoſito & Conventui Monialium Vallis S. Catharinæ, juxta Woude, Ordinis Præmonſtratenſis Leodienſis Diœceſis, quadraginta bonaria terræ incultæ ſive pratorum jacentia inter Steele, *& locum qui dicitur* Hongerdsbergh, *tendentia verſus* Ooſterhout, *ſub duobus denariis Flandrenſibus veteris monetæ cenſus annui, nobis & ſucceſſoribus noſtris à prædictis Religioſis, in feſto Beati Remigii & Bavonis apud Ooſterhout perſolvendis. Item contulimus eiſdem in Parochia de Ooſterhout viginti quatuor bonaria terræ cultæ & incultæ ſive pratorum, jacentia circa locum qui dicitur* Roete Monalium, *ſub duobus denariis Flandrenſibus veteris monetæ cenſus annui nobis & ſucceſſoribus noſtris modo prædicto tempore perſolvendis. Item contulimus eiſdem quindecim bonaria terræ incultæ ſive pratorum, jacentia retro* ſylvam de Ooſterhout, *in parte orientali tendentia verſus* Donga, *ſub duobus denariis prædictæ monetæ cenſus annui, nobis & ſucceſſoribus noſtris modo prædicto tempore & loco perſolvendis. Item contulimus eiſdem quatuordecim bonaria terræ cultæ & incultæ ſive pratorum in Parochia de* Merterche, *in loco, qui dicitur* Lies *jacentia, ſub duobus denariis prædictæ monetæ cenſus annui nobis & ſucceſſoribus noſtris à prædictis Religioſis feſto prædicto apud Bredam perſolvendis. Prædicta verò bona ſingula & cuncta, nec non & monſionarios*

rios in prædictis bonis manentes ab omni exactione & ſervitio, ob Divinam remunerationem perpetuæ libertati donantes. In cujus rei teſtimonium præſentem eis litteram dedimus, ſigillorum noſtrorum appenſione munitam. Datum anno Domini 1279. in Nativitate Beatæ Mariæ Virginis.

Præcipua porrò *Roſendaliæ* incrementa acceſſerunt, poſtquam anno 1451. occaſione aquæductus poteſtas facta eſt mercimonia tractandi, & immunitas ab oneribus Pagorum, & *Corweyden*, *Gruyte*, omnique exactione. Tunc enim animis majoribus ſuperbiſſimum (niſi flammæ deformaſſent) Templum ſtruxerunt, Hoſpitalia, horas Canonicas ſolemniter decantandas, aliaque plura fundarunt.

CAPUT XX.

Decrementum primum Baronatus Bredani, ubi de Sevenberga *: ejus incunabula, incrementa, potentia, & denique excidium. Dominorum item mutatio.*

DOcui ſuprà, partitione inter filios conceptâ, Dominum Strycenſem pulcherrimæ ditionis corpus in duo diviſiſſe; eoque factum, ut pars altera ultra flumen, Stryæ veteri propinquior, Hollandici Comitis Imperium reſpexerit; altera, licet à Strycenſi avulſa, & nomine etiam mutato pro Strycenſi Bredanum induta, nihilominus memoriæ Avorum hoc tribuerit, ut Oppidis recens erectis illo in ſolo, Strycenſium inſignia, mutatis tantùm coloribus diverſa, communicarint. Prioris generis ſunt *Sevenbergica*, & *Gertrudimontana*, cum ſuis terris, pagiſque; quarum hæc poſtliminio reſtituta veteri trunco per trecentos annos diverſum à Breda Dominium non habuit (niſi quod modò in diviſione inter Principes Aurangiæ facta Henrico Comiti videatur attributa.) Illa poſt emancipationem anni 1290. nunquam interruptâ ſerie proprios ſemper habuit, habetque Dynaſtas, quorum primo Guilielmò factam ceſſionem, ut inde limites antiqui ſecernantur, libet adſcribere, latinis verbis à me, quoad fieri potuit, additam:

Omnibus præſentes viſuris & legi audituris, Nos Guilielmus Miles *de Strycen notum facimus & manifeſtum, quòd nos omnem terram, morum, & waſtinam jacentem inter* Ockerlaeke *&* Linden *ab utraque parte, interque Marcam & Swaluwam utrimque, ſicut* Ockerlaeke *ex Marca ſurſum fluit, & ſignat rectum tramitem & terminum ſupra Sprangham ferè vicinam, & ſic prout Sprangha ex Swaluwa alterum occurrit* Ockerlaeken *ad rectum tramitem & terminum, & à prædicta Sprangha ad Septentrionem currit trans Swaluwelandiam uſque ad bona Domini de Breda; prædictam, inquam, terram, morum, & waſtinam Wilhelmo Hugemans filio nepoti noſtro, aut ſeniori ipſius filio ſucceſſori filii poſſidendam, vendendam, aut de ea pro arbitrio diſponendum, ſicut de libero eorum feudo; & quia nobis Wilhelmo Militi Domino de Strycen nimis importunum & moleſtum eſſet, ſingulis ſeparatas litteras dare & ſigillare, has communes, in ſignum & robur omnibus ſive Flandris ſive aliis, qui terras, moras, waſtinas à dicto nepote noſtro Guilielmo aut ejus hæredibus emerint, dedimus & ſigillavimus, & nos Wilhelmus Miles Dominus de Strycen promittimus pro nobis & hæredibus noſtris omnibus à dicto nepote noſtro Wilhelmo empturis intra dictos limites terras, mora, aut waſtinas, liberos & pacificos fore.*

Actum anno Incarnationis Dominicæ 1290. feſto S. Lambrecht.

Intra hos itaque limites coaluit terra, & mox Oppidum *Sevenbergenſe* (neſcio an non potiùs ab arena, quàm à ſeptem montibus dictum) ab hoc Wilhelmo Domino. Qui poſteà nomen è Dominio amarunt; quique Arcem imprimis vetuſtiſſimam, cujus reliquiæ & præcipitia monſtrantur adhuc; & denique Urbem, Hollandiæ Reguli beneficio, cum portu, & ſpe non fallaci negotiationis opulentæ, mœnibus auxerunt, foſſiſque, ita ut inter meliores munitioreſque haberetur; quorum alterum Britanniæ Rex, & Cæſar in privilegiis civitati aut ejus mercatoribus non ſemel conceſſis, fatentur; alterum Philippus, Potentiſſimus Burgundiæ Dux, anno 1427. eam obſidens terrâ marique & 14. ſeptimanarum ſpatio fruſtra oppugnans; nec expugnaturus; niſi invito Domino cives ad extrema redacti ſe dedere, quam vitæ & fortunarum periculum adire maluiſſent. Ita mœnibus, & viribus, & proinde animo deſtituta mirificè declinavit, & jacet adhuc. Templum ejus D. Catharinæ Gerardus Strycenſis, ejus Dominus, vir Eliſabethæ Bouterſemiæ, neptis ex filio cognomine Wezemali Bergenſis Domini, auxit, & dotari curavit. Hoſpitale Cornelius à Bergis, primus ſuæ ſtirpis per Magdalenam uxorem hæredem Sevenbergenſis Dynaſta, dotavit, ſi non inchoavit; poſt cujus obitum Arenbergicus Comes ad poſſeſſionem Dominii pervenit.

C A-

CAPUT XXI.

Decrementum ſecundum, ubi de Gertrudis-Monte, *Thorenſium patronatum, & erectionem Collegii Canonicorum agnoſcente. Diplomate PP. & aliis id confirmatum. Urbis initia, munitio, & clades, obſidiones tres, & ſuburbana.*

PRoximum eſt eadem ratione abſciſſum Gertrudimontanum Dominium, illud Beatiſſimæ Gertrudis Virginis Regiæ Patrimonium, & locus ipſius viventis præſentiâ, & defunctæ miraculis honoratus; ab Hilſonde Comitiſſa Thorenſi Abbatiæ donatus, & anno 1230. per Hildegundem Abbatiſſam Capitulo donatus, teſtibus hac de re litteris ſupradictis. Cæterùm cùm Eccleſia opibus, & vicus hominum copiâ afflueret, conſenſit Abbatiſſa Thorenſis Collegium inibi Canonicorum erigi, idemque an. 1310. Theobaldus Epiſcop. Leod. fieri probavit, octo Canonicis, uſque ad duodenarium tamen augendis cum Decano, Scholaſtico, & Cuſtode creatis, proviſioneque Thorenſibus relictâ; quorum Eccleſiam, in ſubjectionis ſignum, tenerentur bis quotannis Canonici aliquot viſere, & officium divinum peragere; unde in Diplomate anni ſequentis feriâ 5. poſt Feſtum Trinitatis, dicti Decanus & Capitulum debitum profitentur erga Thorenſes, à quibus ſint derivati & hic conſtituti, correctioni Abbatiſſæ obnoxii, &c. Et additur: *Actum eſt hoc anno 1311. Domino Clemente Papâ naviculam Petri clementer gubernante, Domino Henrico de Lutzenburg Chriſtianiſſimo Imperatore Romano & ſemper Auguſto feliciter regnante, Domino Theobaldo Barenſi Pontificali dignitate in Eccleſia Leodienſi decorato, Wilhelmo Comite Hollandiæ & Zelandiæ, utriuſque Friſiæ & Waterlandt de perſecutionibus Flamingorum ſtrenuè triumphante, Margaretâ de Peterſſem gemmâ Virginum Abbatiæ Thorenſis anno adminiſtrationis ſuæ ſeptimo nos inſtituente & faciente de filiis Agar ancillæ filios Saræ liberæ, quâ libertate nos liberavit, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.* Diploma porrò hac de re Joannis Papæ tale eſt:

Joannes Epiſcopus ſervus Servorum Dei, dilectis filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ de Monte S. Gertrudis, Leodienſis Diœceſeos, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum: ſanè petitio nobis exhibita continebat, quod bonæ memoriæ Theobaldus Epiſcopus Leodienſis diligenter attendens quod Parochialis Eccleſia de Monte S. Gertrudis Leodienſis Diœceſis, in qua quidem Eccleſia Montis prædicti Abbatiſſa Monaſterii Thorenſis Ordinis D. Benedicti ejuſdem Diœceſis, jus obtinet Patronatus, adeo in reditibus abundabat, quod in ea poterat decens Collegium Canonicorum inſtitui, qui ibidem laudibus divinis inſiſterent, & gratum impenderent Deo famulitium, quodque villa dicta de Monte S. Gertrudis erat inſignis, etiamque populoſa, ibidem cultum Divini nominis cupiens adaugeri, de conſenſu Abbatiſſæ ac Monaſterii, ac ejuſdem Eccleſiæ Rectoris loci, Archidiaconi, & Capituli ſui dictam Eccleſiam authoritate ordinariâ in Collegiatam erexit, & ibidem penſatis ipſius Eccleſiæ famulatibus ordinavit, & reſervata de ipſius Eccleſiæ proventibus Rectori prædicto ejuſque ſucceſſoribus inibi perpetuò ſecuturis congrua portione, prout litteris patentibus ipſorum Epiſcopi, Capituli, Archidiaconi, Rectoris, Abbatiſſæ, & Conventus, ſigillo munitis, dicitur contineri; Nos igitur veſtræ ſupplicationi inclinati, quod ſuper hoc proinde factum & ratum habemus, id authoritate Apoſtolicâ confirmantes. Nulli ergo &c. Datùm Avenione ſeptima Idus Octobris Pontificatûs anno 10.

Reſcriptum autem Theobaldi hìc mentionatum, anno præcedenti, Vigiliâ S. Laurentii datum eſt; ubi inter multas minutas conſtitutiones hoc legitur:

"*Et convenientes ſingulis diebus in*
„*Capitulo dictæ Eccleſiæ omnes Cano-*
„*nici, Sacerdotes, & Capellani poſt*
„*primam celebratam audituri ibidem*
„*legi Regulam D. Auguſtini, & anni-*
„*verſaria pronuntiari, dicturi* Miſere-
„re mei *pro animabus benefactorum; &*
„Collectam *pro prædicta Margareta*
„*Fundatrice eorum, & addent conſen-*
„*ſus ſigillaque ſua Gerardus de Naſſou,*
„*Archidiaconus Campiniæ, Arnoldus*
„*de Blanckenheym, Præpoſitus, Joan-*
„*nes Decanus, Archidiaconi, totum-*
„*que Capitulum Leodienſis majoris Ec-*
„*cleſiæ, & ultimo Wilhelmus de Horne,*
„*Inveſtitus Eccleſiæ de Monte S. Ger-*
„*trudis.*

Necdum tum Civitas erat, necdum Caſtrum,

ſed hoc anno 1322. cœptum & 29. perfectum, occaſione diſſidii inter Hollandos & Brabantos: illa mox occaſione, mercaturæ etiam & piſcationis, mœnibus portiſque inſtructa circa annum 1360. per Joannem Polanum, Bredæ & hìc Dominum, utriſque vitio temporum collapſis, & ab Henrico Comite anno 1532. renovatis; noviſſimiſque bellis civilibus undique plurimum munitis & inſtructis. Senſit anno 1420 inſignem cladem, Theodoro Merwen, Arcis Præfecto, in tumultu ignita in urbem jacula mittente, qua & ipſa, & cum ea Templum feſto D. Lamberti deflagravit; & nuper anno 73. quartâ Octobris per Capitaneum Poetum occupata, 10. Aprilis anno 89. per Parmenſem recuperata, anno 93. per Ordines Hollandiæ poſt obſidionem iterum vindicata, non parum læſa eſt; poſtmodum præſidio inſtrui, & eo rem facere incipiens. Suburbanum ejus ædificiis ſplendidam. monſtrabat Cartuſiam, ope Joannis Polani; etiam Hoſpitale, & Parthenonem Virginum; ſed quibus nihil dum ad notitiam meam pervenit. Inter Pagos *Drimmelen* eſt, cujus decimas Thorenſes in feudum clientibus ſuis dederunt, poſtremuſque eorum Joannes Vrindt 1447. reperitur, eò quòd pòſt inundatus hic locus fuerit. *Swaluwelandia* autem duplex, olim Dungani Toparchæ peculium, fiſco addictum ante annos centum. De aliis, præter nomen, nihil habeo quod offeram.

CAPUT XXII.

Vacabant hic tres paginæ in Manuſcripto, huic Capiti deſtinatæ.

Tertium Baronatus Bredani decrementum, ubi de Marchionatu Bergarum.

OPPIDI STEENBERGENSIS, RUDIS TRACTATUS.

STEENBERGENSIS Oppidi rudera luſtranti in primis occurrit collapſa una atque altera porta; quarum una (neſcio an fabuloſè) celebris per Belgium dicitur caveæ alicujus, aut antri propinquitate, in quo vis auri dicitur non mediocris ab incolis, inundationem tum temporis Oppidum affluentem fugientibus, injecta; & plura alia in vulgo de eadem cavea ſparguntur. Cæterum quidquid ejus ſit, viſuntur inter utramque partem mœniorum rudera Oppidi (olim enim, quantum videre eſt, duplo aut triplo latior fuit ejus circulus) circuitum conſtituentia. Mirum hoc tamen, cùm varia antiqua Diplomata (quæ in archivis reperi) à tribus circiter ſeculis Pagum *Steenbergam* intituleint. Olent tamen, quæ dixi, mœnia (ſi ſecundum ædificia & ſtructuram liceat judicare) non mediocrem antiquitatem, etſi, præter præſumptionem, certi nihil reſtet, unde aſſerere poſſimus. Videtur etiam ex antiquis Ducum Brabantiæ, & Bredæ Dominorum reſcriptis, Oppidum iſtud non mediocres calamitates ab igne, aqua, & peſte ſuſtuliſſe; ita ut antiqui ſplendoris (ſi fuit) vix veſtigium videatur. Oppidi forma moderna oblonga eſt, quatuor vicos dumtaxat complectens, aquæductum habens non ineptum, à Joanne Brabantiæ, Lotaringiæ & Limburgi Duce nundinas iiſdem conferente, eo modo, quo ſuas poſſident Antverpienſes, in Feſto Pentecoſtes; & aggerandi poteſtatem faciente, conceſſum; in quo mercatores bona ſua, tamquàm portu, poſſint conſervare. Item varia privilegia ipſis à variis data; & imprimis ab Arnoldo à Lovanio Domino de Breda, & Eliſabetha uxore, ejuſdem terræ herede largiente, teſte Copiâ Diplomattis, quam, veteres ſchedas excutiens, in codice antiquo in Domo Civica deprehendi:

„*Alle de ghene die deſe teghenwoir.*
„*geſchriften ſien*; Arnout van Loven,
„Heer des Landts van Breda, *ende* Eli-
„zabeth ſyn wyf, deſſelfs landts Vrou-
„we, *ende wettighe Erfgename*, *ont-*
„*bieden ſalut met kenniſſe der waerheyt*,
„*dat ſullen kennen gemeene die nu leven*,
„*ende nakomen ſullen*, *dat wy by onſen ey-*
„*genen wille-koere*, *ende om alle ons*
„*landts oirbaire een wet ende een kore*,
„*die hier in geſchreven is*, *hebben gege-*
„*ven die lieden in* Steenbergen *woonen-*
„*de*, *eeuwelyck te beſitten*, *&c.* *Deſe*
„*kore begint te* Speleborch, *ſtreckende*
„*tot* Maiemonde, *alſoo als 't geſchiedt*
„*gaet tuſſchen ons ende mer Jonckvrou-*
„*wen van Mechelen*, *van* Maimonde,
„*tot* Veltlaken; *ende van* Veltlaken *tot*
„Danckelberch, *en van* Danckelberch
„*ſtreckende tot* Speleborch, *ende alle*
„*ſoute lande leggende daer ontrent*, *ende*
„*dat ons toe behoort*, *dat ſal halen ſyn*
„*hooft tot* Steenbergen, *&c.* *Dit ge-*
„*ſchrift* (verba ſunt Diplomatis) *is ge-*
„*veſt in't jaer ons Heeren* 1272.

Quas quidem *coras* (ſic ait Diploma) Razo Gaverus Dominus Liedekerckiæ & Bredæ, ac D. Gerardus Wezemalus Bergarum Dominus renovant, leviores aggravantes & graviores aut ponderoſiores ſublevantes anno 1291. in ipſa *Steenberga*. Miſſa igitur hæc faciam, ſuis locis ſingula inſerturus, Magiſtratûs formam deſcripturus, ac demum Scultetorum, ſeu Dycgraviorum (quantum quidem habere licuit) ſeriem enucleaturus. Imprimis Prætorem conſtituit Excellentiſſimus Aurangiæ Princeps. Burgi-magiſter aut Conſul (ut vocant) à Decemviris cum Theſaurario uno creatur. Solet enim ipſe Foreſtarius (ut vocant) foris domicilia habere, & jus dicere, quod recens immutatum. Conſules Moderni:

Paulus

Paulus Herſteyn.
Jacob Gaſtelaer.

Sculteti, quos nactus ſum, hi ſunt: an ex ordine, neſcio:

N. Liſſeboonen.
Wilhelmus Roevere.
Wilhelmus de Punder, Miles undique laudatiſſimus, ſummis imiſque gratiſſimus.
Simon Willers.
Cornelius Splinter.
Antonius Bollen.
Imandus à Suylant.
Gerardus Vincke.
Abrahamus van Male, modernus.

Sculteti, nunc Dyckgraviorum, olim Droſſardorum, ſeu Satraparum titulo audierunt.

Magiſtratus liberalitatem, & erga Dominos ſuos obſervantiam & cultum non ſemel ſensêre Duces Brabantiæ & Bredani Barones.

Imprimis autem Joannes Dux an. 1330. fatetur ſe accepiſſe à *Steenbergenſibus* 30. libras nigrorum Turonenſium *ad ſubſidium emptionis Bredani Dominii, & læti ſui introitus, quia jam de novo novi Domini facti ſumus, & quia iidem litteras habent quibus continetur eos obligari ad ſervitium Domini ſui, æque ac Bredanos & Bergenſes: & quia pulchrius* (melius intelligo) *nobis ſerviêrunt quam Bredani aut Bergenſes*, liberos *eos declaramus ab iis, quæ debent Alberto & Mathildi Bergarum Dominis.* dicit Inſuper, quod fecerunt non de debito, ſed gratiâ feciſſe, & ne illis hoc cedat in præjudicium, pollicetur nil amplius ſe à *Steenbergenſibus* exacturum.

Item Johanna Brabanta anno 1396. liberos declarat *Steenbergenſes* à tertio nummo, eò quòd in debito (quod Burgundiæ Mareſchalco debebatur, & cujus debiti ratione & ipſa, & tota Brabantia (ſic ait) ſummam infamiam & damnum patiebatur) ſibi non mediocriter ſuccurrerint. Unde profectò rarum liberalitatis exemplar eſt colligere in tantilla nunc Civitatula, merito ea iure cum majoribus concurſura.

Cives nunc paucos fovet, exteros plures: calamitates enim multos exulare coëgerunt, ſic ut vix ulli nunc temporis ab antiquo incolæ reperiantur. Modernus Oppidi ſtatus mediocris eſt, nec ſanè contemnendus; alius futurus ſi antiqua privilegia, quæ nunc exoleverunt, uſui forent. Parochialem habet in angulo quaſi conſtitutam, vicinis deſtitutam, elegantem, & in tali loco inexſpectatam, quadrato opere, cum frontiſpiciis undique conſpicuis. Tumulos habuit raræ antiquitatis, ſed nunc militum furiâ diſruptos & diſſolutos non datur agnoſcere; in qua etiam ſepultus non levi argumento putatur, is qui primum repperit genus quoddam ſeminis, quod noſtrate vocabulo *Boeckweyt* vocamus; ſed trita undique ſunt in tantùm, ut vix litteram ſit agnoſcere. Xenodochium habet & habuit, inſigniter dotatum; quo anno incertum: certum tamen, quod civium munificentiâ anno 1472. aut circiter, egregiè auctum ſit, & quinque miſſis in ſeptimana ornatum. Curiam etiam non incomptam, quam ſi ex poſteriori ſeu exteriori Oppidi parte intuearis (ex parte enim mœnibus ſervit, Oppidi foſſis ſeu vallis adjacens) cum mare muris allueret (ſiquidem alluit) domum theloniariam putabis. Poſt enim, ut dico, portas habet, & annulos ferreos, quibus potuiſſent naves annecti, & ſic Thelonium porrigere.

Miſſâ interim hæc faciens, ad Civitatem & ſacras Confraternitates pedem reſeram. Ternas itaque habet confraternitates, primam Sebaſtiano, 2. Georgio, 3. J. Baptiſtæ Divis ſacras, privilegiis non denudatas, & quæ commendandæ olim pietatis cultores complexæ ſunt.

Singularem colliges Dominorum in *Steenbergenſes* affectum, ſi rara privilegia, & ſubſidia ab iis iiſdem præſtita ponderemus. Joannes enim Brabantiæ Dux declarat anno 1396. *Steenbergenſes* conqueſtos de injuria ſibi illata, à Thelonio Antverpienſi, & (ſic vocat) *Geleede op't Schelde ende van't bobengelt liggende tuſſchen Teſvliets Hille ende Bourbuere, excepto nummo Anglico, quem Antverpiæ contribuent ex Thelonio rubro, excepto piſce decimo* (quod vocant *Heerſchaps-tol*, ſeu Thelonium Domini) *ab iis eos liberos eſſe volumus nunc & in ſempiternum ſuper flumen noſtrum.* Datum, & ut ſupra, Dominicâ antè mediam Quadrageſimam.

Item Joannes Polanus, Dominus de Lecka & Breda, & Boutershemius Bergenſis, conſiderantes infinita damna & clades *Steenbergenſibus* tam ab igne, quàm peſte illatas, liberos eos declarant à ſequentibus; ſalvo quando directus Dominus Bredæ aut Bergarum lætus introibit; ſecundò cum carceribus emancipabitur; tertiò cum major natu filius equeſtri baltheo inſigniendus fuerit; quarto filia major natu nuptui dabitur; & cum Bredani ratione dictarum bedarum ſeu petitionum nobis aliquid tribuent, tum *Steenbergenſes* medietatem: & hæc nos etiam ſervabimus in perpetuum, niſi fortè contingerit bonos homines portæ noſtræ *Steenbergenſis* opulentiores fieri, quàm Bredani, tum enim amplius tribuent *naer ghelande.* Datum anno 1266.

Item Joannes Dux anno 1338. conſtituit Dyckgravium unum cum *Heemraede.* ..... qui unanimiter aggeres & catharactas procurent.

Item idem anno 1330. poteſtatem facit petendi Thelonium viarium, *Wegh-gelt*, à ſingulis carris tranſeuntibus nummum Angelicum, &c.

ROSENDALIUM.

ROSENDALIUM antiquiſſimum municipium eſſe quis dubitet? Magnificum fuiſſe quis? Opulentum quis? A roſis nomen ſumpſiſſe quis? Quis denique ambigat aliter, quam vallem Roſarum

ſarum interpretatum. Profectò ne ſemel quidem dubitaverim. Cæterum ſi antiquum ſplendorem, magnificentiam, divitias quoque priſtinas ſpectes, ut quod olim plurimas mari onerarias habuerit, nec Civitatibus ceſſerit, dices mecum nulli totâ Brabantiâ ceſſiſſe, nec ceſſurum fuiſſe: ſi priſtinum ſtatum, nulli toto tractu Bredano faſces ſubdere, ſi, inquam, ædem ſacram, ejus molem, & inſignem ſtructuram toties olim prophanatam, totieſque dirutam, nunc reædificatam vix ad priſtinum ſplendorem accedentem, inſpicias; aquæductum etiam inſignem, fori amplitudinem, & in eo inſignem ædium coronam, idem mecum fateberis. Verùm his, inquam, ſacris ſuperſedeamus, ad rem profanam gradum facientes. Reip. forma hæc eſt. Habent inprimis Prætorem, Conſules binos, Scabinos novem, Scabinorum verò duo ex *Niſpen*, duo ex *Woude*, ſeu inde dependentibus Pagis aut Parochiis venerunt, & reliqui ex ipſo Roſendaliæ municipio. Interim Prætorum nomina, quoad habere licuit, lubet inſerere. Primus

Laurentius Liedekercken anno 1549.
Henricus Naſſovius N. anno 1553.
Bernardus ab Etten.
Godefridus van Waſſenaer.
Joannes van Ypelaer.
Henricus van Sevender, modernus.

Privilegia ipſis varia à variis conceſſa; & inprimis à *Gerardo Raſſegemio* iis libertatem conferente ab Acciſiis, donec ipſi per ſe recuſent & rejiciant, anno 1321. die Bavonis. Nundinas ab antiquo 20. Septembris habet. Item forum hebdomadarium diebus Lunæ, olim diebus Mercurii; verùm *Engelbertus Naſſovius* anno 1502. in diem Lunæ tranſtulit. Item *Joannes Naſſovius* 1451. Junii die 22. liberos declarat Roſendalenſes, ab omni ſervitio Curiali, ad quod tenentur omnes ditionis Bredanæ Pagi. Item poteſtatem exercendi omnis generis opificia, quæ ab antiquo licuit exercere. Item quòd omnis generis cortices illuc perductas poterunt pro libitu diſtrahere. Item alias varias immunitates.

Guilielmus item *Aurangiæ Princeps* anno 1561. jura omnia & privilegia antiqua ratificat & confirmat. Item poteſtatem eligendi Decemviros; & quidquid ii cum Sculteto & Scabinis egerint, ratum habiturum ſe pollicetur, æquè ac penes totam Remp. actum eſſet. Item anno 1578. exactionem dat Roſendalenſibus ſuper omnibus externis cerviſiis, Jopenſi, Hoegardiæ, &c. Satis illa ſunto de Roſendalenſibus privilegiis. Calamitates enim & bella hæc civilia & flamma calamo multa ſurripuerunt. Calamitates non vulgares ſenſit iſtud municipium, in primis an. 1572. (alias enim calamitates nullas reperio) cùm Eccleſia cum tota illa domuum ſerie (id eſt, foro) quæ à Templo ad aquæductum ducit; item anno 1590. rurſum per Regium militem exuſta eſt Eccleſia: item rurſum anno 1600. 28 Junii. Peſtis autem ei inſignem cladem intulit anno 1603. cum multa centena hominum è medio ſuſtulit. Municipio huic inter alios natalem debet Henricus ab Etten, Conſilii Brabantici Præſes, Vir undique Maximus. Ad rem ſacram nunc pergamus. Eccleſiam habet Roſendalia antea memoratam, quæ olim ſolet eſſe filia ſeu appendix Niſpenſis Parochiæ, teſte, ſupra citato Diplomate.

Collatio autem hujus curæ ſpectat ad Tongerloæ Archimandritam, qui unum ex grege ſuo tranſmittit. Habet verò ſub ſe Parochialem unam, Niſpenam ſcilicet (cui ſubeſſe ſolet) & Sacella in circuitu 12. Monaſterium habuit olim hæc noſtra Roſendalia........

Hoſpitale habet (ab antiquo tamen fundatum) auctum per diſcretos viros (ait diploma) *Arnoldum* dictum *vander Neſte*, *Nicolaum* filium *Henrici*, & *Joannem* dictum *Buze*, qui volentes cultum divinum augmentare (anteà fundatum) rurſum erigunt Hoſpitale pauperibus peregrinis hoſpitium futurum in Roſendael. Rogantes inſuper nobilem & potentem Dominum D. Joannem de Lecka & Breda, & alios varios, ut ſigilla ſua apponant. Et nos Joannes Dominus de Lecka, &c. Acta ſunt hæc in villa de Roſendael in domo habitationis dicti *Petri vander Neſte*, anno 1363. Confirmatum eſt iſtud à Curia Leodienſi anno 1380. die 22. Novembris. Cæterùm concludens ultimò dico, ut antiquum ſplendorem & magnificentiam hujus noſtræ Roſendaliæ veris argumentis pateſaciam, quod anno 1566. neceſſum fuerit omnes omnis generis mercatores eò confluentes in foro ſuis ſuos locis collocare.

OOSTERHOUTUM.

OOSTERHOUTI deſcriptionem auſpicaturo occurrit ejus olim magnificentia, ædium ſplendor, populi humanitas, numquam ſatis à me laudanda nec commendanda. Ut itaque metu omni depoſito nominis hujus municipii primordia hariolationibus exprimerem, *Ten Houten* vetuſtiſſimum ab Ooſterhouto nunc dependentem pagum (prout ex antiquis Baronum Bredanorum Diplomatibus & reſcriptis non ſemel didici) introducendum exiſtimavi, Lectori idem mecum perſuaſurum. Dictus itaque Pagus vix bis mille paſſibus Ooſterhouto (quod ei ab oriente adjacet) diſtans, tamquam ſi dixeris *Ten Houte* ad orientem, ſive ad orientem *Tenhouti*, nomen ei communicavit. Princeps Aurangiæ (tamquam Baro Bredanus) Magiſtratum creat, & quidquid in Ooſterhouto officiatur, & inibi, ſicut & Bredæ in urbe, juramentum præſtat, & inauguratur. Si Baronatus Bredanus annulus eſſet, Ooſterhoutum facilè gemmam dixerim, quod omnibus hiſce turbis inter cæteras totius Baronatûs Bredani partes ſupereminens contribuerit ultra 30. millia florenorum. In circuitu facilè iter unius diei æſtivæ complectitur; ab oriente agros

gros fertiliſſimos Dungam uſque extenſos habet, ab Occidente ſimiliter cum myricarum exigua portione, à Septemtrione Gertrudiſmontium uſque extenſa prata lætiſſima, vicinis aquis irrigua, à Meridie ericeta. Conſtat Magiſtratus Sculteno uno, Scabinis ſeptem, & Juratis 12. jus, ſeu altam, ſeu baſſam juſtitiam, dicentibus. Arcem habet vetuſtate nobilem, dictam *'t Outhuys van Stryen*, quò confluere ſolebant ad officia Curialia Stryenſes; quæ nunc deſtructa, & penè ſolo æquata eſt. Caſtellanus dictum Caſtrum inhabitare ſolitus, & pratis, & quidquid circumquaque emolumenti erat, fructibus gaudere.

Winandus à Maſſchareel Satrapa, Scultetus, & Caſtellanus.
D. Joannes filius ejus.
Leonardus van Boeyſchot.
N. Duffele.
Petrus van den Berghe.
Joannes van Ryen.
Michaël.....

Caſtella habet quaterna à variis Nobilibus olim habitata, quorum ibi olim magna confluentia. Hinc natum proverbium: *De Heeren oft Edelheeren van Ooſterhout, de Borgers van Breda, ende de Goede Lieden van Etten.* Domini vel Nobiles ex Ooſterhout, Cives è Breda, & Boni Viri de Etten. Nundinas habent quaternas, duas quas antiquas vocant, & duas recentes; antiquas ab antiquo poſſident, recentes à Rege Philippo anno 1595. habent. Primæ antiquarum ſunt poſtridie D. Joannis in Junio, alteræ ante Feſtum omnium Sanctorum. Recentium primæ Jovis ante Palmarum, aliæ Jovis ante Divæ Virginis Feſtum in Auguſto. Forum hebdomadale eſt die Sabbathi. Habent libertatem à Thelonio à Margareta Imperatrice Romana. Domus pauperum eſt mediocriter dotata, in qua ſeptem opera miſericordiæ exercentur. Habuit ante bellum confraternitatem. Habent tres aut quatuor aquæductus. Eccleſia Parochialis inſigni opere fabricata, Patronum habet D. Oelbertum, qui propè Ooſterhoutum in ſomnum incidens à latronibus jugulatus (ſic aiunt) inter Beatos relatus, Patrocinium Eccleſiæ aſſumpſit. Curam confert Commendator Ordinis Melitenſis, qui olim Ooſterhouti habuit baſſam juſtitiam, & plus; ſed Commendatores jus Naſſoviis ceſſere. Sic ut nunc nihil ei reſtet, præter decimas & alios proventus cum cura Parochiali. Inundationem tulit inſignem, cùm 72. Parochiæ ſubmergerentur. Item à Sprenchuſio exuſti ab annis 42. ſic ut præter cineres nihil reſtaret. Peſte inſigniter anno 1604, & 1605. quaſſata eſt, ſic ut facilè amiſerit 2700. homines. Medietas Dunganorum tenetur hìc baptizandos liberos afferre, & à Paſtore Ooſterhoutano ſuſcipere Sacramenta, eo ſolum, quia Commendator illic etiam poſſidet medietatem decimarum. Figuli adeò ibi floruêre (*Pot ende Steenbackers*) ut ollæ & lapides illinc in Angliam, & aliò tranſportarentur. In *Ten houte* Sacellum eſt, & Hoſpitale fuit inſigniter dotatum, & fundatum à Naſſoviis; à quibus, & quando, incertum; nunc aliis uſibus addictum, quia latebra erat latronum & nebulonum. Item in *Dorſt* Sacellum eſt appendicium ejuſdem, in quo Sacerdos unus quotidiè celebrat.

DIPLO-

DIPLOMATA

Dictis in præcedenti Tractatu de Antiquitatibus Bredanis fidem factura.

Henricus Dominus de Breda eximit cives Bredanos ab omni exactione, & concedit ut omnes ſententias ſuas, de quibus dubitaverint, apud Antverpiam requirant.

U*Niverſis præſentes litteras viſuris & auditurus* Henricus Dominus de Breda *æternam in Domino ſalutem. Noverit Univerſitas veſtra, quod nos talem libertatem Oppidanis noſtris de Breda conceſſimus tenendam & habendam, videlicet, quòd dicti Oppidani ad nullam nobis vel ſucceſſoribus noſtris tenebuntur exactionem, niſi ad militiam filiorum noſtrorum, & ad maritationem filiarum noſtrarum, nec non ad deliberationem captivitatis noſtræ, ſi fortaſſe contingeret nos captivari. Inſuper dicti Oppidani, cùm neceſſe habuerimus, ad defenſionem terræ noſtræ venire tenebuntur. Conceſſimus etiam eiſdem, ut omnes ſententias ſuas de quibus dubitaverint, apud Antverpiam requirant. Ut verò præmiſſa omnia rata & firma permaneant, præſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine roboravimus. Datum & actum in vigilia B. Joannis Baptiſtæ. Anno Domini* 1252.

Epiſcopus Leodienſis confirmat donationem Henrici Domini de Breda factam Beginis Bredanis, de qua fol. 16.

H*Enricus Dei Gratia Leodienſis Epiſcopus, dilectæ in Chriſto novellæ Congregationi Beginarum in una Curia apud Bredanos commorantium ſalutem, & ſponſum apprehendere quem ſequuntur. Piæ veſtræ devotioni congaudentes, quæ ſæculi vitando contagia ſecretæ converſationis inſignia ſuſcepiſtis, ut ſponſo cœleſti tantummodò placeatis, eâ volumus paci veſtræ providere cautelâ, quod obſequiis vacando divinis, Spiritûs unitatem ſervare poſſitis. Authoritate igitur quâ fungimur, locum veſtrum cum perſonis in eodem commorantibus ſub B. Lamberti ac noſtra protectione præſentium tenore ſuſcipimus. Viro diſcreto Decano Conſilii Bekenſis noſtris dantes litteris in mandatum, quod deinceps vos moleſtari ab aliquo non permittat: moleſtatores ſi qui fuerint per Cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo, & ut vos à nocivis diſcurſibus obtemperare poſſitis, concedimus vobis quod in loco veſtro proprium habeatis Oratorium; in quo (ſalvo jure Parochiali) à proprio Capellano dumtaxat vel alio Catholico divina valeant ſuo tempore officia celebrari. Concedimus inſuper vobis in Religionis aſſumptæ favorem, quod apud vos proprium habeatis Cœmiterium ac propriam ſepulturam, abſque juris Parochialis præjudicio. In cujus rei teſtimonium præſentem litteram vobis tradimus ſigilli noſtri appenſione roboratam. Datum anno Domini* 1270. *in Feſto B. Leonardi.*

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda & Elizabeth ejus uxor ejuſdem terræ Domina vendunt Abbatiſſæ & Conventui Thorenſi decimas Villæ de Etten.

A Rnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Elizabeth ejus uxor ejuſdem Terræ Domina, *univerſis quibus præſens ſcriptum hoc videre vel audire contigerit ſalutem, & præſenti teſtimonio litterarum ſcire veritatem Noverit univerſitas veſtra quòd nos vendidimus Dominæ ... Dei gratia Abbatiſſæ Thorenſi & ſuo Conventui* decimas Villæ de Etten *tam antiquas quàm novas quas hactenus tenuimus vel in poſterum tenere poſſumus, infra metas & limites Parochiæ de* Etten, *pro certa ſumma pecuniæ jam in noſtros uſus converſa, nihil juris in eiſdem decimis, ac earum attinentiis nobis aut noſtris hæredibus reſervantes. In cujus rei teſtimonium, ne aliqua materia quæſtionis inpoſterum ſuper præmiſſis verteretur, eiſdem Abbatiſſæ*

& ejus Conventui dare litteras decrevimus ſigillorum noſtrorum minumine roboratas. Datum anno Domini 1277. *in vigilia B. Joannis Baptiſtæ.*

Hildegondis Abbatiſſa Thorenſis vendit Godefrido de Breda redditus quinque marcarum Colonienſium annuatim recipiendos à manſionariis ſpectantibus ad Curtim de *Baerle* & de *Gilze.*

H*Ildegondis Dei gratiâ Abbatiſſa & totus Conventus Thorenſis Eccleſiæ, univerſis præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem & ſcire veritatem. Sicut tempus nunquam ſtabile eſt, ſed ſemper fluens defluit; ſic cum ipſo tempore fluunt & defluunt actiones. Ne ergò labatur cum tempore id quod in tempore geritur, æternari debet memoriâ litterarum. Sciant ergò tam præſentes quàm poſteri, quod nos gravi onere debitorum occupati, in tantum etiam ut intolerabiles imminerent uſuræ, tali urgente neceſſitate unanimi conſenſu vendidimus Viro Nobili* D. Godefrido de Breda *redditus quinque marcarum Colonienſium annuatim in Feſto S. Remigii à manſionariis ad Curtim de* Baerle *ſpectantibus recipiendos, nec non in craſtino S. Dionyſii à manſionariis ad Curtim de* Gilzæ *ſpectantibus, hæreditario jure ſibi & ſuis ſucceſſoribus poſſidendos, de annuo cenſu ad dictas curtes ſpectante recipiendos. Si verò dicti manſionarii cenſum prænominatum præfato Nobili dictis temporibus perſolvere neglexerint, idem Nobilis eorum pignora accipiet & emendam ab eis exiget ſecundùm ſententiam Scabinorum, & eadem emenda ad uſus ſuos devolvetur. Inſuper adjectum eſt quod dictus* Godefridus Dominus de Breda *in recognitionem hujus contractus ...* denarios Colonienſes in craſtino B. Dionyſii annuatim perſolvet. Reverendus verò Pater & Dominus Leodienſis Epiſcopus* Robertus *prædictam venditionem à nobis factam & emptionem à Nobili memorato initam ratam habuit & habet, & eam per litteras patentes ſigillatas approbavit. Illuſtris verò Dominus* Henricus *Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, qui noſter in loco prædicto ſummus eſt Advocatus, venditioni & emptioni huic conſenſit, & per litteras patentes ipſam ratificavit. In cujus robur & teſtimonium, ne in poſterum oriatur quæſtio ſuper præmiſſis, chartam præſentem inde fieri fecimus, & eam ſæpedicto G. Nobili tradidimus, noſtro & Conventus noſtri ſigillo roboratam. Teſtes qui huic contractui interfuerunt, ſunt hi:* D. Henricus Bertholt, D. Ægidius de Broder, Ægidius de Berclas Miles, Anſelmus de Geſthele Miles, Daniel de Zele, Anſelmus Heys, Henricus de Baerle, Rodulf Nerke, *& alii quam plures. Actum & latum anno Domini* 1243. *menſe Decembri.*

* Sua Celſitudo ſolvit quotannis Abbatiſſæ Thorenſi 40. florenos pro his denariis.

Concordia inter Abbatiſſam Thorenſem & Inveſtitum de Gilze, quoad decimas de *Ginneken*, *Bavel*, & *Merterſen*, cum ratificatione ac confirmatione Epiſcopi Leodienſis.

I*N nomine Domini. Amen. Reverendo in Chriſto Patri Domino Hugoni Dei gratiâ Leodienſi Epiſcopo, ac ipſius Vicariis in ſpiritualibus, & omnibus aliis ad quos præſentes litteræ pervenerint, Guda, Dei patientiâ, Abbatiſſa, totuſque Conventus Monaſterii de Thoren, Ordinis S. Benedicti, Leodienſis Diœceſis, nec non Jacobus Inveſtitus Eccleſiæ de Gilze ejuſdem Diœceſis Præsbyter notitiam veritatis cum ſalute. Humilis doctrinæ magiſter humiles inſtruxit diſcipulos ſalem & pacem habere, ut pacis lenitas ſalem ſapientiæ mulceat, & ſal ſapientiæ pacis condat lenitatem. Eapropter nos juxta doctrinam Domini pacem perpetuam affectantes & omnem occaſionem futuræ diſcordiæ repellere à nobis & à noſtris ſucceſſoribus cupientes, tenore præſentium litterarum pro nobis & noſtris ſucceſſoribus profitemur, quod à tempore, à quo memoria non exiſtit, nos Abbatiſſa prædicta, & aliæ Abbatiſſæ quæ ante noſtra tempora dicto Thorenſi Monaſterio præfuerunt, in Parochia dictæ Matricis Eccleſiæ de Gilze (cujus Eccleſiæ jus Patronatûs ad nos Abbatiſſam prædictam dignoſcitur pertinere) pacificè poſſedimus, & adhuc poſſidemus decimas groſſas tam novales quam antiquas, exceptis decimis de uno manſo terræ dicto* Kerckenlant *in dicta Parochia, nec non locorum de* Molenſchot, *de* Caume, *& de* Bavele, *appenditio dictæ Eccleſiæ*

cleſiæ de Gilze, & ejus pertinentiarum videlicet de Lyndonck & de Voort. Et etiam decimas groſſas tam novales quàm antiquas de Ginneken, appenditio ejuſdem Eccleſiæ de Gilze, videlicet de locis, quæ dicuntur Ulvenhout, Galre, noch Haſſelt, kleyn Ulvenhout & Ypelaer, & nos Conventus prædictus à tempore viginti & octo annorum nuper elapſorum poſſedimus & adhuc poſſidemus decimas groſsas tam novales quàm antiquas de Merterſen, appenditio dictæ Eccleſiæ de Gilze, exceptis decimis de Eſſene, de Burxſch, de Overvelt, & de uno manſo dicti appenditii de Merterſen, dicto Kerckenlant: nec non duas partes decimarum groſsarum tam novalium quàm antiquarum de Ettene appenditio dictæ Eccleſiæ de Gilze, & etiam totam groſſam decimam tam novalem quàm antiquam loci, qui dicitur Sprundele. Et quod Inveſtitus dictæ Eccleſiæ de Gilze, & ſui prædeceſſores ejuſdem Eccleſiæ Inveſtiti, ſuis temporibus pro ſua portione habuerunt & detinuerunt ab antiquo pro ſe & ſuis Vicariis decimam minutam in Parochia dictæ Matricis Eccleſiæ & ejus appenditiis, ſcilicet de Ginneken & de Mertenſen prædictis, nec non groſſas decimas tam novales quàm antiquas de dictis manſis terræ dictis Kerckenlant, apud Gilze & apud Overvelt exiſtentibus, & locorum de Molenſchot, de Caume, de Bavele, dictarum de Bavele pertinentiarum, de Eſſene, de Burxſch, & de Overvelt prædictorum, cum oblationibus & bonis aliis, & eis contenti fuerunt. Et omnia & ſingula præmiſſa vera eſſe nos Jacobus Inveſtitus prædictus dictæ Eccleſiæ de Gilze pro nobis & noſtris ſucceſſoribus recognoſcimus per præſentes, proteſtantes bona prædicta, quæ nos & noſtri prædeceſſores habuimus & habemus, valentia annuatim quadraginta libras groſſas Turoñ, ſufficere nobis ad onera Parochialia plenariè ſupportanda: conſentimuſque ſpontaneè nos partes prædictæ pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, & amicabiliter componimus & etiam ordinamus quod nos Abbatiſſa & Conventus prædicti, & quæ nobis ſunt in eodem Monaſterio ſucceſſuræ dictas groſsas decimas tam novales quàm antiquas locorum prædictorum, quas ut prædicitur habuimus & poſſedimus, habeamus in poſterum & poſſideamus pacificè & quietè, aliis decimus, oblationibus, & bonis ſupradictis, vobis Inveſtito prædicto & veſtris ſucceſſoribus conſervatis, quibus nos Inveſtitus & ſucceſſores noſtri debemus eſſe contenti; promittimuſque nos partes prædictæ ad invicem pro nobis & noſtris ſucceſſoribus ſtipulantes, fide à nobis præſtitâ corporali, quod præmiſſa omnia & ſingula obſervabimus, nec non pars alia litem vel controverſiam ſeu etiam quaſtionem movebit in futurum occaſione præmiſſorum per ſe vel alterum de jure vel de facto, ſed omnia & ſingula ſupradicta perpetuo firma, grata & rata habebimus & tenebimus, nec contra ea faciemus vel veniemus aliquâ ratione vel cauſſâ. Et ut præmiſſa omnia perpetuò robur obtineant firmitatis, ſupplicamus vobis Reverende Pater Domine Leodienſis Epiſcope, ſeu veſtris Vicariis prædictis, ut prædictam noſtram compoſitionem & ordinationem propter bonum pacis & ad vitandam inter nos & ſucceſſores noſtros contentionis ſeu diſcordiæ materiam, ratificare & confirmare velitis. In quorum teſtimonium & munimen præſens publicum inſtrumentum per infra ſcriptum Notarium publicum nos partes prædictæ ſcribi & publicari fecimus & ſigillorum noſtrorum appenſione communiri, cui etiam ſigillum Eccleſiæ Leodienſis ad cauſſas appendi poſtulamus. Actum per nos Jacobum Inveſtitum prædictum, ſub anno Nativitatis Domini milleſimo, ducenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecima, viceſimâ ſecundâ die Menſis May, Apud Baerle Leodienſis Diœceſis, præſentibus diſcretis viris, Domino Henrico Præsbytero Vicario dictæ Eccleſiæ de Gilze, Ludovico Capellano in dicta Thorenſi Eccleſia, Gerardo dicto Haecke, Arnoldo dicto Block, & Wilhelmo de Hers viris literatis prædictæ Diœceſis, teſtibus vocatis ad præmiſſa: Per nos verò Abbatiſſam & Conventum prædictos, ſub anno & Indictione prædictis, viceſimâ quintâ die menſis prædicti, apud Thoren, præſentibus magiſtro Wilhelmo de Beke juxta Bredam in Campinia, & Joanne de Thoren Eccleſiarum Inveſtitis, Ludovico & Rutgero Capellanis in dicta Thorenſi Eccleſia, Wilhelmo de Hers & Henrico

rico de Rulemonde matriculario in Thoren prædictæ Diœceſis vocatis ad hæc teſtibus & rogatis.

Infrà ſcriptum erat:

Et ego magiſter Petrus de Alvano Clericus, Imperiali publicus authoritate Notarius, prædictis profeſſioni, recognitioni, proteſtationi, conſenſui, compoſitioni & ordinationi, promiſſioni, ſtipulationi & ſupplicationi factis à dictis partibus prout ſuperius ſunt concepta, unà cum dictis teſtibus præſens interfui, dictas promiſſiones & ſtipulationes à dictis partibus recepi, ac de mandato dictorum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii de Thoren, & dicti Jacobi Inveſtiti dictæ Eccleſiæ de Gilze præſens publicum inſtrumentum inde confeci, cui unà cum eorum ſigillis, & Eccleſiæ Leodienſis ad cauſſas ſigillo ab eis poſtulato, ſignum meum conſuetum appoſui rogatus.

Inferiùs ſcriptum erat:

Et nos Capitulum Eccleſiæ Leodienſis, ad poſtulationem dictorum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii de Thoren, & dicti Jacobi Inveſtiti dictæ Eccleſiæ de Gilze prædictæ Diœceſis, nobis reportatam & relatam per dictum Notarium Publicum à nobis ad hoc deſtinatum, cui fidem adhibemus in hac parte, præſenti publico inſtrumento manu & ſigno prædicti Notarii confecto & ſignato, ſigillum Eccleſiæ noſtræ Leodienſis ad cauſſas unà cum eorum ſigillis duximus appendendum.

Ratificatio Epiſcopi Leodienſis.

Adulphus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis præſentes litteras viſuris in Domino ſalutem. Noverint univerſi quòd nos viſis & intellectis diligenter litteris ſuper compoſitionem & ordinationem, de quibus in eiſdem litteris, quibus hæ noſtræ litteræ ſunt infixæ, mentio habetur, eas, ſicut juſtè & rationabiliter factæ ſunt, propter bonum pacis & ad vitandam contentionis & diſcordiæ materiam in futurum, ad ſupplicationem partium, ratificamus, & etiam authoritate ordinariâ confirmamus. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum feriâ ſextâ poſt diem Cinerum, anno Domini milleſimo trecenteſimo primo.

Adhuc inferiùs ſcriptum erat:

Ces deux Copies ont eſté collationées à leurs originaulx, reſpectivement eſcritz ſur parchemin en dates comme deſſus, dont l'original de la premiere Copie eſtoit ſoubſcript & ſigné comme deſſus, & ſeelé d'un moyen ſeel, & d'autres deux petits ſeelz en cire verde y appendants à double queue de parchemin, & l'original de la deuxieſme Copie n'eſtoit ſubſcript, ne ſoubſigné, mais eſtoit ſeelé d'un moyen ſeel en cire verde à ſimple queue de parchemin, & infixé avec l'original de la dicte premiere Copie, eſtans auſſi leſdits deux originaux ſains & entiers ſans raſure ou entreliniature, & trouvez concorder, par moy Jean vander Hagen Huyſſier du Conſeil de Sa Majeſté, lez ſon Exce auſſi Notaire Publicq approuvé par le Grand Conſeil de ſadite Majeſté à Malines, Teſmoing de verité ay ſigné ce dernier jour de Decemb. 1571. & ſigné *J. Vander Hagen Not.*

Raſo de Gaveren Dominus de Liedekercke & de Breda, declarat Jus Patronatus Eccleſiæ de *Ettene* pertinere ad Inveſtitum de *Gilze.*

NOs Raſſo de Gaveren, Dominus de Liedekercke, & de Breda, univerſis præſentes litteras viſuris ſalutem & cognoſcere veritatem. Univerſitati veſtræ notum eſſe cupimus, quòd cum diſcretus vir Jacobus Conſey Bekenſis Decanus Inveſtitus Eccleſiarum de Gilze & de Merterſen, nobis non ſemel ſed pluries quæſtiones moviſſet ſuper eo quod ipſe Inveſtitus affirmabat jus præſentandi ad Eccleſiam ſeu Appenditium de Ettene, quod eſt membrum Eccleſiæ de Merterſen, cujus Eccleſiæ de Merterſen collatio ſeu præſentatio ad ipſum Inveſtitum pertinere dignoſcitur, de jure ad ipſum etiam præſentatio ſeu collatio Eccleſiæ ſeu appenditii de Ettene ſpectare deberet, & licet nobilis vir Henricus quondam Dominus de Breda, & Inveſtitus Eccleſiæ de Gilze (quæ eſt Matrix Eccleſia dictarum Eccleſiarum ſeu appenditiorum de Merterſen & de Ettene) authoritate Domini Epiſcopi Leodienſis, propter pericula vitanda & propter commoditatem & divinum cultum augmentandum, dictam Eccleſiam ſeu appenditium de

Ettene per ſectionem à dicta Parochia de Merterſen extractam eſſe, per ſe Parochiam eſſe impetraverit, ſalvo jure matricis Eccleſiæ, tanquam Inveſtitus ibidem, quodque Dominus Arnoldus bonæ memoriæ, Dominus quondam in Breda ad ipſam Eccleſiam ſeu appenditium de Ettene, in præjudicium & in injuriam ipſius Inveſtiti prædicti de facto præſentavit, ipſo Inveſtito reclamante & contradicente. Nos cum tandem ad querimoniam prædicti Inveſtiti compertâ veritate à quampluribus probis teſtibus terræ noſtræ, ſub ſuo ſacramento examinatis, ita eſſe, ut prædictum eſt, recognoſcimus & per præſentes expreſsè profitemur nos & ſucceſſores noſtros nullum jus habere in Eccleſia ſeu appenditio de Ettene prædicto, ſive in collatione ſive in jure Patronatus Eccleſiæ ſeu appenditii ejuſdem, volentes quòd prædictus Inveſtitus & ſui ſucceſſores, ſine aliqua contradictione noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum, de ipſa Eccleſia ſeu appenditio de Ettene, & de jure præſentandi ſeu collatione ejuſdem Eccleſiæ ſive appenditii ipſe, & ſui ſucceſſores liberè gaudeant nunc & in futurum. Et ne præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum à nobis vel ab aliquibus ſucceſſoribus noſtris (quod abſit) valeat in poſterum calumniari, præſentes litteras prædicto Inveſtito & ejus ſucceſſoribus contulimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum anno Domini milleſimo, duenteſimo, nonageſimo nono, feriâ quintâ ante ramos Palmarum. Subſcriptum erat:

Le 13. *de Novembre* 1570. *ceſte Copie à eſté collationée & prouvée concorder avec ſon original en parchemin daté comme deſſus, n'eſtant gaires ſain, ny entier, ains uſé par vieilleſſe, ſcellé d'un moyen ſeel jaulne pendant ſur double queue, par moy*, & ſubſigné: *G. vanden Drieſſche.*

Separatio Eccleſiarum de *Ginneken*, *Mertenſen*, *Ettene*, & *Bavel*, à matrice Eccleſia de *Gilze*; earumque in Eccleſias Baptiſmales erectio, præſentatione Abbatiſſæ Thorenſi attributâ.

IN *nomine Domini, Amen. Univerſis præſentes litteras inſpecturis, magiſter Franco de Semblaco, Canonicus Eccleſiæ Sancti Martini Leodienſis, Commiſſarius ad infra ſcripta Reverendi Patris & Domini, D. Adulphi Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopi, ſalutem cum notitia veritatis. Noverit univerſitas veſtra, quod cum nobilis & venerabilis Domina Margareta de Pitreſem Abbatiſſa Thorenſis, Patrona Eccleſiæ de Gilze, Leodienſis Diœceſis, & Rutgerus ejuſdem Eccleſiæ de Gilze Inveſtitus ſeu Rector ſupplicaverunt eidem Reverendo Patri ſub hac forma: Reverendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo Adulpho, Dei gratiâ Epiſcopo Leodienſi, Margareta de Pitreſem Abbatiſſa Thorenſis Patrona Eccleſiæ Parochialis de Gilze veſtræ Diœceſis, & Rutgerus ejuſdem Eccleſiæ Inveſtitus ſeu Rector, quidquid poſſunt reverentiæ, obſequii & honoris, ſignificamus veſtræ reverendæ Paternitati, quod dicta Eccleſia de Gilze, quatuor habet appenditia, conſueta per Vicarios perpetuos, ab ipſo Inveſtito præſentandos deſerviri, his diſtincta nominibus, videlicet*, Ginneken, Merterſen, Etten & Bavel, *quorum quemlibet per ſe ſufficit, bona habens diſcreta à Matrice Eccleſia, & reditus abundantiam ſufficientem pro Inveſtito ſeu Rectore qui curam gerat, & ad onera tam Epiſcopalia quam Archidiaconalia & alia ſupportanda, quæ dum vacant, viri potentes illarum partium, ſuarum importunitate precum, qua multoties non concedenda conceduntur; quibus ipſi Inveſtiti reſiſtere non poterant nec audebant, inſtare conſueverunt apud Inveſtitos dictæ Matricis Eccleſiæ ac ipſos aſtringere pro ſuis Clericis & familiaribus, ac aliis quibus eis placebat, providendis de eiſdem, adeò quod nunquam vel rarò licebat ipſis Inveſtitis, perſonas quas ſciebant idoneas de illis providere, ex quibus ſequebantur inconvenientia, quod perſonæ minus idoneæ ad regimen ipſorum appenditiorum aſſumebantur, quod magis officit, in Eccleſia Sancta Dei divinum negligebatur officium, ac ipſi Inveſtiti iram, indignationem, & offenſam ipſam potentium ſæpius incurrebant, in ſuum, & Eccleſiæ ſuæ grave diſpendium & jacturam. Quarè nos pro commodo & utilitate tam In-*

Inveſtitorum quàm Matricis Eccleſiæ & appenditiorum prædictorum, unanimi conſenſu veſtræ ſupplicamus venerandæ Paternitati humiliter & devotè, quatenus dicta appenditia dividere ac ſeparare dignemini ab ipſa Matrice Eccleſia & conſtituere Eccleſias Baptiſmales proprios ac perpetuos habentes Inveſtitos, ſeu Curatos loci, Archidiacono, dum vacaverint præſentandos, & per ipſum inſtituendos in eiſdem, qui curam illarum gerant, ac omnia onera tenebuntur ſupportare, earum collatione ſeu præſentatione ad eaſdem ſoli Abbatiſſæ Thorenſi, quæ pro tempore fuerit, à vobis perenniter attributâ. Vobis etiam venerabili viro Domino Neapolioni Dei gratiâ Archidiacono Leodienſi, in cujus Archidiaconatu dicta Matrix Eccleſia & appenditia conſiſtunt, ſupplicamus attentius, quatenus præmiſſis veſtrum dignemini conſenſum benigniter impertiri. In cujus rei teſtimonium litteris præſentibus ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum anno Domini milleſimo, trecenteſimo, ſexto decimo, Sabbatho poſt nativitatem Beati Joannis Baptiſtæ. Idem Reverendus Pater venerabili viro Decano Eccleſiæ S. Pauli Leodienſis in negotio hujuſmodi commiſit totaliter vices ſuas, mandans eidem, quatenus ſuper præmiſſis inquiſitione factâ & præhabitâ diligenti, ad diviſionem & ſeparationem dictorum appenditiorum à dicta Matrice Eccleſia, & ad alia contenta in dicta ſupplicatione procederet prout juſtum foret & ei viſum expedire. Inquiſitio igitur Authoritate dicti Reverendi Patris de præmiſſis per Dominum Wilhelmum Inveſtitum Eccleſiæ de Raemſdonck, inquiſitorem ad hoc ab eodem Reverendo Patre deputatur à teſtibus in forma Eccleſiæ juratis & receptis, vocatis omnibus qui ſua dicentur vel credentur intereſſe, ad videndum eos jurare, & dicta inquiſitione eidem Decano reportatâ ritèque publicatâ citatis generaliter in facie Matricis Eccleſiæ & Appenditiorum prædictorum coram dicto Decano, omnibus qui ſua intereſſe dicentur vel credentur, ad videndũ reportationem & ſupplicationem dictæ inquiſitionis, dicendum contra ipſam & teſtes in ea productos, & procedendum ulterius ad diviſionem & ſeparationem prædictorum appenditiorum à Matrice Eccleſia prædicta, ac alia in dicta ſupplicatione contenta, ut jus eſſet cum intimatione debita, legali, & conſueta, & nomina qui ſua dicentur intereſſe. Præfatus Reverendus Pater dicto Decano agente in remotis, nobis in hujuſmodi negotio vices ſuas commiſit per hæc verba:

Adulphus Dei gratia, Leodienſis Epiſcopus, diſcreto viro Magiſtro Franconi de Semblaco Canonico Eccleſiæ S. Martini Leodienſis ſalutem & omne bonum. De veſtra diſcretione confidentes in negotio ſupplicationis nobis factæ ex parte nobilis & venerabilis Dominæ Margaretæ de Pitreſem Abbatiſſæ Thorenſis, & Rutgeri Inveſtiti Eccleſiæ de Gilze noſtræ Diœceſis, ad collationem ſeu præſentationem dictæ Abbatiſſæ pertinentis, ſuper diviſione & ſeparatione quorundam appenditiorum dictæ Eccleſiæ de Gilze faciendum, ab ipſa Matrice Eccleſia & jure Patronatûs dictorum appenditiorum, ſeu præſentandum ad eadem dum vacabunt, attribuendo dictæ Abbatiſſæ, vices noſtras (quas alias à nobis commiſſas venerabili viro Decano Eccleſiæ Sancti Pauli Leodienſis, nunc agenti eo in remotis, ad nos revocamus) vobis committimus per præſentes, mandantes vobis, quatenus ſecundùm inquiſitionem ſuper dicta ſupplicatione de mandato noſtro factam, & dicto Decano reportatam vel remiſſam, ulterius in præmiſſis ratione præviâ procedatis ſtatuendum ac decernendum, quod juſtum fuit & vobis viſum expedire ac faciendum quod decreveritis authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. In cujus rei teſtimonium litteris præſentibus ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, ſexto decimo, feriâ ſecundâ poſt Epiphaniam.

Nos igitur authoritate dicti Reverendi Patris nobis commiſſâ ulterius procedentes in præmiſſis, dictâ inquiſitione, totoque proceſſu ſuper præmiſſis facto à nobis inſpectis, & examinatis, diligenter ſecundùm ea quæ vidimus, audivimus, & cognovimus, conſideratâ utili-

utilitate Inveſtitorum Matricis Eccleſiæ & appenditiorum, hujuſmodi dicta appenditia de Ginneken, de Merterſen, de Etten, & de Bavel, de conſenſu Patronæ & Inveſtiti dictæ Matricis Eccleſiæ, authoritate prædictâ decrevimus dividenda & ſeparanda eſſe, dividimus & ſeparamus ab ipſa Matrice Eccleſia de Gilze prædicta, & conſtituimus Eccleſias Baptiſmales proprios ac perpetuos habentes & habituras Inveſtitos ſeu Curatos loci, Archidiacono, dum vacaverint, ab Abbatiſſa Thorenſi decreto præſentandos, & per ipſum Archidiaconum inſtituendos in eiſdem, qui curam illarum gerant ac omnia onera teneantur ſupportare: Nos enim jus Patronatûs dictorum appenditiorum, ac præſentationem ad eadem, Abbatiſſæ Thorenſi, quæcumque fuerit pro tempore, & eidem Eccleſiæ Thorenſi, prædictâ authoritate attribuimus, annectimus, & incorporamus per præſentes, inhibentes ſub pœna excommunicationis in his ſcriptis, ne quis contra præmiſſa quidquam deinceps attentare præſumat, ac decernentes irritum & inane, quidquid contra ea in poſterum contigerit attentari.

Et nos Adulphus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus noſtrâ Pontificali authoritate, nos etiam Neapolio de filiis univerſi eâdem gratiâ Leodienſis Archidiaconus authoritate noſtrâ ordinanariâ, ad ſupplicationem veſtram Dominæ Abbatiſſæ Thorenſis Patronæ & Inveſtiti præmiſſis una cum eorum conſenſu ſcriptis patrocinio approbamus, & etiam confirmamus perpetuis temporibus duratura. In quorum omnium teſtimonium & munimen ad perpetuam rei memoriam Nos Epiſcopus, Archidiaconus, & Franco Commiſſarius antedicti ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus appendi. Datum Anno Domini, milleſimo, treceenteſimo, ſexto decimo, feriâ quintâ poſt octavas Purificationis Mariæ Virginis. Subſcriptum erat: *Præſens copia concordat cum vero ſuo originali, per me Matthiam de Urdingen Not. Publicum diligenter collationata, quod atteſtor manu meâ propriâ.* Et ſignatum: Mathias De Urdingen *Notarius ſubſcripſit.* Au marge eſtoit encores eſcript: *Le* 14. *de Novembre ceſte Copie a eſté collationée & tourvée concorder avec ſon original en parchemin daté comme deſſus, ſcelé de deux ſeelz rompuz de vieilleſſe, pendants ſur laz de ſoye rouge, eſtant autrement ſain & entier, ſans raſure, entreliniature, ou autre vice, viſité par moy*, & ſigné: G. Vanden Driessche.

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda & Elizabeth uxor ejus vendunt Abbatiſſæ & Conventui de Cortenberge 153. bonaria Waſtinæ in Parochia de Ooſterhout, vulgò *'t Nonnenbroeck.*

Nos Arnoldus de Lovanio Miles, Dominus de Breda & Eliſabeth noſtra uxor ejuſdem terræ Domina, univerſis quibus ſcriptum hoc videre, vel audire contigerit, ſalutem & præſentium teſtimonio litterarum ſcire veritatem. Cùm humana memoria labilis ſit & caduca, quæ facta ſunt per homines, ut firmitatem habeant, debent eſſe per ſigillatas litteras perpetuata: Inde eſt quòd charitati omnium volumus declarare quod nos venerabilibus & religioſis Dominabus Abbatiſſæ & Conventui de Cortenberge Monialibus videlicet Ordinis Sancti Benedicti Cameracenſis Diœceſis, vendidimus centum & quinquaginta tria bonaria Waſtinæ intra foſſata jacentia & limitata in Parochia de Ooſterhout, pro centum libris & quadraginta quinque ſolidis Lovanienſibus minoris monetæ, nobis deliberatis & perſolutis, & miſimus eaſdem Moniales in dictis bonis jure hereditario perpetualiter à nobis & noſtris ſucceſſoribus obtinendis, pro annuo cenſu novem denariorum Lovanienſium minoris monetæ de quolibet bonario in die Sancti Oberti perſolvendorum. Et hoc factum eſt per monitionem noſtri juſtitiarii & judicum illorum, quorum ſuper his & hujuſmodi in terra de Breda intererat judicare, adhibitis omnibus juris ſolemnitatibus, quæ ad hoc & his ſimilia ſolent adhiberi.

Et promittimus prædictis Abbatiſſæ & Conventui rectam & firmam warandizationem de bonis prænominatis, & ipſas in eiſdem bonis contra quoſlibet tenere, & in quieta poſſeſſione tamquàm Dominus fundi conſervare. Si verò

(quod

(quod abſit) de bonis præfatis aliquis ipſas Moniales moleſtaverit, aut inquietaverit, aut damnum intulerit occaſione perceptionis eorundem bonorum, nos ipſas volumus & tenemur per nos & per bona noſtra indemnes fideliter conſervare. His rebus & huic venditioni interfuerunt viri nobiles Henricus de Lovanio Dominus de Harſtala, nec non H. Miles Dominus de Aſſche, ac etiam Ægidius de Buſingem Dapifer terræ de Breda, quorum ſigilla unà cum noſtris ſigillis in teſtimonium præſentibus litteris duximus apponenda. Interfuerunt etiam Feudales noſtri Henricus de Hambroeck, Geldulphus Haeck, Segebertus de Ulvenhout, Joannes de Ginneken, Vermerus de Breda ac alii quamplures. In rei teſtimonium, ne aliqua materia quæſtionis ſuper hoc verteretur, eiſdem Monialibus dare litteras noſtras decrevimus ſigillorum noſtrorum, ac etiam prædictorum Henrici, & Henrici Militum, & Ægidii Dapiferi noſtri munimine roboratas. Datum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, menſe Junii.

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda & Elizabeth ejus uxor ejuſdem terræ Domina donant Abbati & Conventui S. Bernardi ad Scaldim decimas novalium in Parochia de *Gaſtel*, item ſylvam *Barleboſſche* cum 200 bonariis Mori.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris, Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Eliſabeth ejus uxor ejuſdem terræ Domina ſalutem & cognoſcere veritatem. Notum vobis facimus, tenore præſentium litterarum noſtrarum, quòd nos divinæ remunerationis intuitu, & purè propter Deum contulimus & conferimus Viris Religioſis Abbati & Conventui Sancti Bernardi Ciſtercienſis Ordinis, omnem decimam Novalium in Parochia de Gaſtel, *quæ nunc eſt, & quæ ibidem acreſcere poteſt in futuro, ut in eodem Monaſterio à prædicto Conventu de nobis & de noſtris Anteceſſoribus & Succeſſoribus tam viventibus quàm defunctis perenniter memoria habeatur. Inſuper dedimus prædictis Religioſis ſylvam, quæ vocatur* Barlebosſche, *integraliter cum omni fundo, ducentaque bonaria mouri jacentia juxta eandem ſylvam, & ad eadem bona ipſorum viam & liberum aquæductum. Omnia autem prædicta tam decimam quàm mourum & ſylvam conferimus præfatis Abbati & Conventui in purum Allodium pacificè & quietè in perpetuum poſſidenda, nihil nobis juris, nihil ſucceſſoribus noſtris in prædictis omnibus retinentes, Altâ tamen Juſtitiâ nobis retentâ, ſi reſplendeat de eiſdem. Huic autem donationi noſtræ interfuerunt Joannes de Oſſele Miles, Henricus Capellanus noſter, Ægidius de Buſingem, & Wilhelmus dictus Pipenpoy de Bruxella, & alii quamplures. In cujus rei teſtimonium & memoriam ſempiternam præfatis Abbati & Conventui præſentes litteras contulimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. Actum & datum Bergis ſupra Soom, anno Domini milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo quinto, menſe Decembri.*

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda & Eliſabeth ejus uxor vendunt Abbati & Conventui Sancti Bernardi ad Schaldim 50, & donant 10 Hoevas Waſtinæ in Parochia de *Gaſtel*.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Eliſabeth ejus uxor ejuſdem terræ Domina, ſalutem & cognoſcere veritatem. Notum vobis facimus tenore præſentium litterarum noſtrarum, quod nos vendidimus viris Religioſis Abbati & Conventui Monaſterii loci Sancti Bernardi Ciſtercienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis pro certa ſumma pecuniæ nobis ad plenum perſoluta quinquaginta hoevas ſive manſos waſtinæ jacentes in Parochia de Gaſtel, *& unamquamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem. Unam Waſtinam menſus eſt ipſis Religioſis Menſor noſter ex parte noſtra incipiens à Marcha fluvio, & pertranſiens de loco ad locum ſecundum quod ipſi Religioſi volebant & petebant, ponens palos & terminos dictæ Waſtinæ circumquaque, in ſignum majoris certitudinis in futuro, & nos factum dicti Menſoris noſtri in hac parte perpetuis tempori-*

bus

bus ratum habere volumus & tenere, de quibus quinquaginta boevis tenentur nobis & ſucceſſoribus noſtris prædicti viri Religioſi in tribus libris Lovanienſibus parvæ monetæ annui cenſus, in feſto Beati Martini Hyemalis apud Gaſtel ſingulis annis in perpetuum perſolvendis. Inſuper conferimus & donamus præfatis viris Religioſis in eleëmoſynam & purè propter Deum, decem boevas intra terminos præſcriptos jacentes, & ad dictam Waſtinam pertinentes, ab eiſdem Religioſis pacificè & quietè in purum Allodium in perpetuum poſſidendas, ut in prædicto Monaſterio à prædictis Religioſis à nobis & anteceſſoribus noſtris & ſucceſſoribus perenniter memoria habeatur. Deinde autem decimam in prædicta Waſtina de quacumque provenientem, nec non omne jus piſcationis totius aquæ terminos dictæ Waſtinæ contingens; & omnes utilitates & commoditates, quæ in dictis bonis, aquis, ſive terris in perpetuum fieri poterunt, dicti Religioſi liberè & quietè poſſidebunt. Quod ſi dicti Religioſi aliquam partem dictæ Waſtinæ ſecularibus conferre voluerint excolendam, omne jus eiſdem Religioſis prius conceſſum, etiam in dictis manſionariis retinebunt. Conferimus nihilominus prædictis Religioſis ad eadem bona ipſorum viam, & liberum aquæductum. In his autem omnibus nihil nobis juris, nihil ſucceſſoribus noſtris reſervamus, præter annuum cenſum prædictum, & altam juſtitiam, ſi reſplendeat de eiſdem. Prædicta autem bona ipſorum & fratres ibidem commorantes vel exiſtentes cum omnibus bonis quæ nunc habent, vel in poſterum in terra Dominii noſtri habituri ſunt, ſub protectione noſtra ſuſcipimus & tutela, promittentes præfatis Religioſis, quotieſcumque neceſſe habuerint, in eiſdem bonis, nos murum defenſionis opponere contra univerſos & ſingulos, qui ipſis ſuper prædictis bonis aliquam calumniam vel moleſtiam inferre voluerint vel movere. Huic autem facto interfuerunt homines noſtri Feudales Joannes dictus Mulart Miles, Arnoldus de Monte Burgenſes de Bergis, Nicolaus Danckaert de Santvliet, Arnoldus de Oſſendrecht, Arnoldus Omeken, Marſilius de Gheſtel, Nicolaus Faber, Arnoldus dictus Judæus, & Petrus de Schoonhout Scabini Bergenſes, quorum judicio dictos Religioſos in præfatis bonis hæredavimus & inveſtivimus more terræ noſtræ conſueto. Teſtes autem qui præmiſſis interfuerunt, ſunt Dominus Nicolaus Inveſtitus de Ekerne, Henricus de Aſſcha tunc Capellanus noſter, Ægidius de Buſingem Dapifer noſter, Wilhelmus de Monte, & Paulus de Geeſt Burgenſes de Bergis & alii quam plures. In quorum omnium præmiſſorum teſtimonium & memoriam ſempiternam ſigilla noſtra unà cum ſigillis præfati Joannis dicti Mulart Militis & Scabinorum de Bergis præſentibus litteris ſunt appenſa. Actum & datum Bergis ſupra Soom anno Domini 1276. feriâ tertiâ ante Feſtum Beati Servatii.

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Eliſabeth ejus uxor, confirmant venditiones omnes & donationes Monaſterio S. Bernardi à ſe factas, ſpecificando omnia bona.

U*Niverſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris Arnoldus de Lovanio & Eliſabeth ejus uxor, Domini terræ de Breda, ſalutem & ſcire veritatem. Dilectorum amicorum noſtrorum, videlicet Religioſorum Abbatis & Conventus Monaſterii S. Bernardi Ciſtercienſis Ordinis, Diœceſis Cameracenſis, paci & quieti in poſterum providere cupientes, omnium & ſingulorum bonorum ſuorum, quæ à nobis diverſis temporibus acquiſiverunt ſeu titulo juſtæ emptionis, vel propter Deum piæ collationis, diſtinctam & ſpecialem mentionem fieri præſentium ſubſecutione litterarum perutile judicavimus & ſecurum, quatenus acta & conſcripta præſenti repetitione & noſtra recognitione ampliùs roborentur, & obſcurè ac minùs dicta declarari valeant pleniùs & exponi. In primis igitur univerſitati veſtræ præſentium teſtimonio litterarum noſtrarum volumus eſſe notum, quòd nos pro ſalute noſtra, Prædeceſſorum, ac Succeſſorum noſtrorum, in eleëmoſynam contulimus dictis Viris Religioſis decimam noſtram novalium, tam eam quæ nunc eſt, quàm quæ in futuro accreſcere poteſt, quam habuimus in Parochia de* Gaſtel, *& ejus*

Patro-

Patronatûs dictæ Eccleſiæ, prout nobis competebat, ſylvam quoque quæ vocatur Barleboſſche & ducenta & ſeptem bonaria mouri jacentia juxta eandem ſylvam versùs locum qui dicitur Barlake, qui ſitus eſt ad Aquilonem, ſicut litteræ noſtræ ſuper hoc confectæ pleniùs continent; quamvis de illis ſeptem bonariis mouri, quæ circumcirca dictam ſylvam ad ipſius cuſtodiam ſunt poſita, & in verum Allodium ſuum ipſis perpetuò conceſſa, dictæ litteræ non faciunt mentionem. Item acquiſiverunt à nobis idem Abbas & Conventus ſexaginta hoevas ſive manſos Waſtinæ jacentes in Parochia de Geſtel prælibata, & unamquamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem, quarum hoevarum quinquaginta ipſis pro certo & juſto pretio nobis ad plenum perſoluto vendidimus, ac decem pro ſalute noſtra eiſdem in purum Allodium contulimus propter Deum, ſicut in litteris noſtris ſuper hujuſmodi acquiſitione mentionem facientibus meliùs eſt expreſſum. Inſuper vendidimus dictis Religioſis pro certa pecuniæ ſumma, nobis ex integro perſoluta, viginti manſos ſive hoevas Waſtinæ jacentes immediatè juxta Waſtinam præſcriptam, atque in Parochia de Geſtel ſupradicta, & duos lacus ex integro, quorum unus dicitur Middelmeer, & alter huic eſt proximus ad orientem tendens à Marcka Fluvio verſus Etten, cujus venditionis forma nullis litteris niſi præſentibus eſt deſcripta. Quas Waſtinas & lacus menſi ſunt ipſis Religioſis, Arnoldus dictus Omeken & Walterus filius ejus menſores noſtri jurati, incipientes à Marcka Fluvio ſupra ripas dictorum lacuum, ipſos etiam lacus in hac menſuratione concludentes; & tranſeuntes hinc ſupra Haldeberge menſi ſunt de loco ad locum, ponentes palos & terminos dictis Waſtinis circumquaque in ſignum majoris certitudinis in futuro: cui menſurationi interfuerunt per omnia ex parte noſtra & nomine noſtro tanquam ductores, teſtes, & ipſorum bonorum aſſignatores Nicolaus filius Rulini Scultetus de Woude, & Arnoldus de Lapide Scultetus de Etten, aſſumptis etiam ſecum ex mandato noſtro, Nicolao dicto Garencopere, Nicolao filio Gobbonis albi Scabinis de Woude, Alardo filio Chriſtinæ Lamberti, Matthia filio Gerardi Scabinis de Etten, Twano de Woude, Godefrido de Heſſelaer, Joanne uſurario, Theodoro genere Steenwerpers hominibus noſtris Feudalibus, Hermanno de Dycke, & Hermanno filio Ymme manſionariis noſtris, in hujuſmodi rei teſtimonium & evidentiam pleniorem. Et nos factum dictorum Scultetorum & menſorum in hac parte perpetuis temporibus ratùm habere volumus & teneri. Ceterum in viginti Hoevarum ſeu Manſorum Waſtinæ, verum etiam & lacuum prædictorum poſſeſſionem, Abbatem & Conventum prædictos hæredavimus, & inveſtivimus ſecundùm morem terræ noſtræ approbatum. Concedentes ipſis in ipſis bonis per omnia omnem libertatem juris quam eis per litteras noſtras in ſexaginta hoevas Waſtinæ ſupra deſcriptas prius contulimus, nihilque juris nobis aut ſucceſſoribus noſtris in eiſdem bonis retinuimus, exceptis Domino Altæ Juſtitiæ noſtræ ſi reſplendeat, & cenſu illo trium librarum Lovanienſium parvæ monetæ pro illis ſolis ſexaginta hoevis Waſtinæ hucuſque nobis perſolutos, quem eundem cenſum & non alium omnimodo nobis & hæredibus noſtris in perpetuum dicti Religioſi in generali pro ambabus Waſtinis & lacubus antedictis perſolvere tenentur loco & tempore debitis & conſuetis.

Iterum dicti Monaſterium, Abbas, & Conventus juſto à nobis titulo acquiſiverunt omnes & totales decimas veteres & novas, quæ nunc ſunt vel in futuro accreſcere poſſunt, quoque majores & minores, omnium rerum decimalium, quas habuimus & tenuimus in Parochiis de Woude & Loenhout, turvarum & fœni in dicta Parochia de Woude ſolâ decimatione exceptâ, decimam quoque novam & veterem, quam habuimus in locis qui dicuntur Hogenſchote & Ordebrant ſitis in Parochia Sancti Jacobi, juxta Ekerne, ac annuos reditus duarum gerbarum haevene Spadeſchoof vulgariter nuncupatos quos habebamus & levabamus in locis qui dicuntur Leyderwyck & Cardepolre ſitis in dicta Parochia de Ekerne, pleno jure ſicut decimæ & reditus prædicti ad nos

ſpectabant, utque in litteris noſtris ſuper horum bonorum acquiſitione, allodiatione ac inveſtitura confectis melius eſt deſcriptum.

Contulimus nihilominus ſæpedictis Religioſis pro ſalute animarum noſtrarum jus Patronatuum Eccleſiarum, de Woude ſcilicet, de Loenhout, & de S. Jacobo prædictarum pleno jure, ſicut iidem Patronatus ad nos ſpectabant, & nobis competebant, ſicut chartæ noſtræ ſuper hujuſmodi collatione confectæ & compoſitæ plenius atteſtantur.

Concedimus etiam eis purè propter Deum liberam poteſtatem utendi ſecundùm propoſitum ſuum, omnibus paſcuis & aquis communibus per totam terram noſtram de Bredatam ad opus pecorum, quàm aliarum rerum ſuarum quamdiu aquæ cum paſcuis prædictæ communes fuerint, nec aliquis hominum ipſos audeat in poſterum ſuper hujuſmodi libertate aliquatenus impetere ſeu prohibere. Omnibus igitur tam præſentibus quàm futuris, præcipuè verò Scabinis de Breda, de Bergis ſupra Soom, de Woude, ac omnibus aliis Scabinis & hominibus ad Dominii noſtri juriſdictionem ſpectantibus, prædictas acquiſitiones & collationes notificamus, ac ipſas ritè & modo legitimo factas eſſe, atque in utilitatem terræ noſtræ ceſſiſſe recognoſcimus ac teſtamur: litteras quoque omnes & ſingulas, quæ ſuper his confectæ ſunt, cum omnibus libertatibus & conditionibus ipſis in litteris expreſſis approbamus & præſenti ſcripto confirmamus. In quarum omnium rerum præmiſſarum munimen & robur perpetuum firmitatis præſentibus litteris ſigilla noſtra apponi fecimus, rogantes chariſſimum Dominum ac fratrem noſtrum Henricum de Lovanio, Dominum de Herſtallio, Henricum de Aſſcha Milites, Jacobum quoque Inveſtitum de Merters, & Marſilium Inveſtitum de Gheſtel, Scabinos etiam opidorum noſtrorum de Breda & de Bergis ſupra Soom prædictorum, ut nobiſcum ſigilla ſua præſentibus apponant, in teſtimonium & memoriam ſempiternam. Nos verò Henricus de Lovanio *Dominus de Herſtallio, Henricus de Aſſcha Milites, Jacobus & Marſilius Eccleſiarum de Merters & de Gheſtel Inveſtiti, ac nos Scabini de Breda, & de Bergis ſupra Soom præſcripti, ad petitionem dictorum nobilium Arnoldi & Eliſabeth Dominorum terræ de Breda recognoſcimus nos ſigilla noſtra litteris præſentibus appendiſſe, Datum anno Domini* 1277. *Sabbatho poſt Annuntiationem Dominicam.*

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda vendit Abbati & Conventui S. Bernardi ad Scaldim 100. hoevas waſtinæ in Parochia de *Gaſtel.*

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes litteras viſuris, Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda ſalutem & ſcire veritatem. Atteſtatione præſentium litterarum noſtrarum notum facimus univerſitati veſtræ, quod nos de licentia & mandato Illuſtris Principis Domini Joannis, Dei gratiâ Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ ſpeciali, vendidimus Viris Religioſis, Abbati & Conventui Monaſterii loci S. Bernardi Ciſtercienſis Ordinis Cameracenſis Diœceſis centum hoevas ſive manſos Waſtinæ jacentes in Parochia de Gaſtel, *immediatè juxta Waſtinam, ſive bona quæ ibidem dicti Religioſi habent & poſſident, & habuerunt & poſſederunt non modico tempore jam elapſo, & unamquamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem, de qua Waſtina, ſeu de quibus bonis, jam de novo emptis ſolverunt nobis iidem Religioſi ex integro, quingentas libras Lovanienſes parvæ monetæ, pro qualibet ſcilicet hoeva centum ſolidis perſolutis. Quam Waſtinam menſi ſunt ipſis Religioſis nomine præfati Domini Ducis & noſtro, Arnoldus dictus Omeken, & Arnoldus filius ejus menſores noſtri jurati, aſſumptis ſecum de mandato noſtro fide dignis teſtibus, Joanne ſcilicet Sculteto de Woude, Nicolao de Hulſdonck, & Wilhelmo de Hagedonck Scabinis de Woude, item Gobbone de Haveberge, & Waltero de Fine Scabinis de Etten, item Martino filio Henrici, & Hermanno Filio Noken. de Sprundel; & menſuratam æquitatis judicio unicuique quod ſuum eſt tribuentes, ac limitatam palis & terminis, videlicet à ſuperiori palo ſtante ſuper Middelmeer terminante Waſtinam primam dictorum Religioſorum,*

ſorum, de qua mentio facta eſt ſuperius, uſque ad inferiorem palum eorundem Religioſorum ſtantem ſupra Barlake, & inde uſque ad palum etiam ipſorum Religioſorum ſtantem ad Occidentem de Barleboſſche, & inde ad palum jam de novo ab ipſis menſoribus fixum verſus Spruudel, & inde uſque ad palum ſimiliter de novo fixum verſus Etten dictis Religioſis viris aſſignaverunt. Item quod omnia bona dictis palis ſeu terminis circumdata & concluſa, quinque tantummodo hoevis ſeu manſis exceptis, ipſorum ſunt & ad ipſos pertinent, partim ex præſenti emptione & partim ex diutina acquiſitione facta ab eiſdem tempore quo, bonæ memoriæ, dilecta uxor noſtra Eliſabeth vixerat, ſicut in litteris tunc temporis confectis plenius eſt expreſſum, & nos factum dictorum menſorum noſtrorum in hac parte approbantes, perpetuo volumus habere ratum & promittimus obſervare. Concedentes eis quod præmiſſa bona omnia foſſatis ſeu aliis munitionibus firmare ſeu circumdare, & aditibus ſeu introitibus viarum obſtacula, Teutonicè nuncupata Vekenen, apponere poterunt, contradictione aliquâ non obſtante: Ita tamen qui per viam publicam tranſire voluerint, per eandem tranſire poterunt abſque illatione alicujus injuriæ ſive damni. Ceterùm in centum hoevarum ſeu manſorum Waſtinæ praſcriptæ poſſeſſionem, Abbatem & Conventum prædictos hæredavimus & inveſtivimus, ſecundum morem terræ approbatum, nihil nobis juris aut Dominio alicui, quicunque ille fuerit, aut erit, reſervatum, excepto Dominio altæ juſtitiæ, ſi reſplendeat, & cenſu viginti quinque ſolidorum Lovanienſium parvæ monetæ pro qualibet ſcilicet hoeva tribus denariis ſupputatis ad cenſum quem ſolvent nobis & ſucceſſoribus noſtris dicti Religioſi perpetuo annis ſingulis, apud Geſtel die Sancti Martini hyemalis, & per dictum cenſum remanebunt ipſi in perpetuum ab omni alio jure liberi & penitus defenſi. Inſuper damus & concedimus eiſdem Religioſis viam & liberum ductum tam aquæ quàm terræ ad eadem bona ipſorum, & omnes commoditates & utilitates quæ in dictis bonis in perpetuum fieri poterunt, dicti Religioſi liberè & quietè poſſidebunt. Quod ſi ipſi Religioſi aliquam partem dictæ Waſtinæ ſecularibus conferre voluerint excolendam, ſeu alio qualicumque modo, omne jus eiſdem prius conceſſum etiam in dictis manſionariis retinebunt. His autem interfuerunt Godefridus Scultetus de Bergen filius Theodorici, Marſilius de Gheſtel Scabinus de Bergen, Nicolaus dictus Rabaut, Arnoldus Hyle de Schooten, Arnoldus filius ejus, Joannes Robbeken, Joannes filius Roberti, Wilhelmus filius Loſye de Mercxem, Joannes de Wilgem, Jacobus Teſar, Wilhelmus dictus Laut, Gisbertus de Boshole, Arnoldus de Lieſt, Thomas filius Beele, & Joannes dictus Blydeleven, & alii quamplures manſionarii noſtri, quorum judicio præmiſſa acta ſunt & perpetrata, prout ordo juris dictaverat & petebat. In quorum omnium præmiſſorum teſtimonium & munimen ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Actum & Datum anno Domini 1282. menſe Novembri.

Raſo de Gaveren Dominus de Liedekercke & de Breda confirmat omnes venditiones & donationes à Prædeceſſoribus ſuis factas Monaſterio S. Bernardi ad Schaldim; iiſque vendit novem hoevas cum bonario Waſtinæ in Parochia de *Gaſtel*.

Univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris ad quos præſentes litteræ pervenerint, Raſo de Gaveren Dominus de Liedekercke & de Breda ſalutem, & rei geſtæ veritatem. Univerſitati veſtræ notum facimus & teſtamur tenore præſentium litterarum noſtrarum, quod nos, vivente adhuc Domina Aleyde uxore noſtrâ, ratificamus, laudamus, & approbamus acquiſitionem ſeu emptionem centum hoevarum ſeu manſorum tam Waſtinæ quàm mouri jacentium infra Dominium terræ noſtræ de Breda ſub terminis & palis ſive metis, quorum palorum primus poſitus eſt in fine cujuſdam lacus effluentis de Marcha & tendentis directè ad occidentem verſus mourum, qui lacus ab antiquo Middelmeer *vulgariter nuncupatur, & tendit uſque ad alium palum ſtantem inferius juxta* Barlake, *& à palo ſtante juxta Barlake uſque ad palum*

lum ſtantem ad occidentem de Barleboſſche, & ab illo palo uſque ad quemdam alium ſtantem versùs Sprundel, & inde uſque ad quemdam alium palum ſtantem verſus Etten, inferius uſque ad Marckam, & abhinc circumque prout fluit Marcka uſque ad primum palum prædictum ſtantem ſupra Middelmeer. Quam acquiſitionem ſeu emptionem centum hoevarum fecerunt & contraxerunt viri Religioſi Abbas & Conventus Monaſterii loci Sancti Bernardi Ciſtercienſis Ordinis Cameracenſis Diœceſis, erga nobilem virum D. Arnoldum de Lovanio quondam Dominum dictæ terræ de Breda, poſt mortem piæ memoriæ Eliſabeth quondam uxoris ejus, ejuſdem terræ Dominæ conſanguineæ noſtræ, ſub annuo cenſu viginti quinque ſolidorum Lovanienſium, in perpetuum poſſidendorum & tenendorum ab eiſdem Religioſis, ac ipſam venditionem prædictarum centum hoevarum ſeu manſorum, & acquiſitionem cæterorum bonorum ipſorum Religioſorum, omnium & ſingulorum, ac donationem ipſius factam in eleëmoſynam propter Deum tam infra prædictos terminos, palos ſive metas, quàm alibi jacentem tam in Waſtina, mouro cum ſuo fundo, paſcuis, pratis, ſilvis & virgultis, quàm in terris cultis, & incultis, decimis, cenſibus & reditibus, piſcaribus, tractibus aquarum, cæteriſque bonis ac poſſeſſionibus univerſis & ſingulis quocumque nomine cenſeantur, erga prædictos Dominos Arnoldum & Eliſabeth, vel quemlibet ipſorum ſeu alterum quemcumque ab ipſis Religioſis uſque in hodiernum diem factam, aut à quolibet Dominorum eiſdem Religioſis quocumque modo conceſſam, cum omnibus conditionibus, utilitatibus, & libertatibus & juribus univerſis & ſingulis à quocumque dictorum Dominorum ſeu ab altero quocumque dictis Religioſis datis & conceſſis, tamquàm perſonaliter à nobis, erga nos, & per nos factæ ſeu datæ eſſent vel fuiſſent, de mera noſtrâ liberalitate & voluntate præſentibus litteris confirmamus. Et ipſa bona omnia & ſingula cum fratribus & omni familia ſua in ipſis bonis commorantibus ſub noſtra perpetua protectione ſeu defenſione ſuſcipimus & tutela. Omnem quoque calumniam ſive calangiam, quam in dictis bonis habebamus, vel in futuro nos hæredeſque noſtri vel ſucceſſores quocumque modo habere vel movere poteramus, plenè remittimus, quitavimus, & quitas clamavimus purè ſine aliqua reclamatione, cum fructibus ſeu proventibus uſque in præſens tempus de eiſdem bonis habitis & receptis. Univerſum etiam jus noſtrum ſi quid habebamus nos hæredes aut ſucceſſores noſtri in præmiſſis bonis omnibus & ſingulis, aut quocumque modo habere poteramus in futuro, antedictis Religioſis ob remedium animæ noſtræ, Dominæ Aleydis uxoris noſtræ, & animarum Patris, Matris, Fratrum, Prædeceſſorum, & Succeſſorum noſtrorum, in præſentia hominum noſtrorum Feudalium, videlicet Wilhelmi filii Hugemanni, Godefridi de Bergis Dapiferi noſtri, Ægidii de Breda, Berneri ſive Bayonis, Sigeberti de Ulvenhout, Gerardi de Tichelt, Witemanni de Ginneken, Henrici dicti Everga, & Arnoldi dicti Omeken de Schooten, ac Scabinorum noſtri Opidi de Breda, Scabinorum quoque de Gheſtel, *& aliorum quam plurium fide dignorum ſupportando cum debita ......reſignandi, in puram eleëmoſynam contulimus & conferimus donatione inter vivos, nihil omnino juris nobis aut noſtris hæredibus vel ſucceſſoribus in præmiſſis omnibus & ſingulis penitùs retinentes præter annuum cenſum & Dominium Altæ Juſtitiæ noſtræ, ſi reſplendeat de eiſdem. Prætereà nos vendidimus & nos vendidiſſe recognoſcimus memoratis Religioſis pro quadam pecuniæ ſumma nobis benè ſufficienter & ab eiſdem Religioſis ex integro perſoluta, novem hoevas ſive manſos & unum bonarium tam Waſtinæ quam mouri cum ſuo fundo jacentes in Parochia, Territorio ſive confinio de* Gheſtel *juxta bona ſua, ab eiſdem jam diu habita & poſſeſſa, videlicet ab antiquo palo ſtante ad occidentem de Barleboſſche uſque ad quemdam alium palum ſtantem ad orientem juxta bona Marſilii filii Wilhelmi, & ab illo palo uſque ad quemdam alium palum ſtantem juxta quatuor hoevas Præpoſiti & Conventûs de Valle Roſarium juxta Woude, & ab illo palo circum quatuor hoevas prædictas uſque ad viam ſive ſtratam publicam Dominorum, & ab illo palo*

palo uſque ad palum ſtantem in altiori parte montis de Huldeber e, & ab hinc directè inferius uſque ad antiquum palum poſitum verſus Sprundele, & unamquamque boevam ſive manſum duodecim bonaria continentem; Quas boevas ſive manſos tam Waſtinæ quam mori cum ſuo fundo prælibatis Religioſis in præſentia hominum Feudalium prædictorum noſtrorum & Scabinorum contulimus & conferimus in veram & puram hæreditatem ſub annuo cenſu viginti ſeptem denariorum Lovanienſium perpetuo tenendas & poſſidendas ab eiſdem Religioſis pacificè & quietè; concedentes præfatis Religioſis, quod præmiſſa bona foſſatis ſeu aliis quibuſcunque munitionibus firmare ſeu circumdare poterunt, & aditibus ſive introitibus viarum obſtacula nuncupata theutonicè Veken *apponere, contradictione qualibet non obſtante. Inſuper damus & conferimus antedictis Religioſis viam liberam & ductum liberum tam aquæ quàm terræ ad eadem bona ipſorum; & omnes commoditates & utilitates quæ in dictis novem boevis ſive manſis & uno bonario in perpetuum fieri poterunt, non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus vel conſuetudinibus patriæ, prædicti Religioſi liberè & quietè perpetuis temporibus poſſidebunt. Cæterùm in poſſeſſionem novem manſorum & bonarii Waſtinæ præſcriptæ ſive mori dictos Abbatem & Conventum hæredavimus & inveſtivimus ſecundùm morem terræ approbatum, omne quoque jus noſtrum eiſdem contulimus & adhuc conferimus, quod in eiſdem novem boevis ſive manſis & uno bonario nos aut hæredes noſtri nunc habebamus vel impoſterum habere poteramus quovis modo, nihil omnino juris nobis aut noſtris hæredibus vel ſucceſſoribus in ipſis bonis penitùs retinentes, excepto Dominio Altæ Juſtitiæ noſtræ ſi reſplendeat in eiſdem, & cenſu prædicto 27. denariorum Lovanienſium, quem ſolvent nobis & ſucceſſoribus noſtris dicti Religioſi annis ſingulis apud* Gheſtel *in die Beati Martini hyemalis, & per dictum cenſum ipſi ab omni alio jure liberi penitus & à nobis defenſi in perpetuum remanebunt. Quod ſi ipſi Religioſi aliquam partem dictæ Waſtinæ ſive mori quibuſcumque aliis conferre excolendam voluerint in poſterum, ſeu alio qualicumque modo habendam & poſſidendam, omne jus prius conceſſum eiſdem, etiam in dictis manſionariis ſeu cenſuariis retinebunt. His autem interfuerunt Wilhelmus filius Hugemanni, Godefridus de Bergis Dapifer noſter, Ægidius de Breda, Bernerus ſive Bayo, Sigebertus de Ulvenhout, Gerardus de Tichelt, Witemannus de Ginneken, Henricus de Enegheer, & Arnoldus Omeken homines noſtri Feudales, Scabini quoque Opidi noſtri de Breda & Scabini de Gheſtel, Gerardus dictus de Meere, Godefridus filius Vrombondi, Wilhelmus filius Vrombondi; & alii quamplures manſionarii noſtri, quorum judicio hæc acta ſunt & perpetrata, prout juris ordo dictaverat & expetebat. Ut autem hæc omnia & ſingula perpetuis temporibus rata, firma & inconcuſſa permaneant, nos promittimus fide mediâ & juramento præſtito corporali, quod nos contra præmiſſa nullatenus ire conabimur in futuro, nec artem, ingenium, conſilium vel auxilium quæremus vel præſtabimus, per quæ infringi valeat aliquid præmiſſorum.*

Promiſimus etiam & promittimus ac tenemur prædictis Religioſis ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis juſtam, debitam & rectam Warandiziam ſive Warandiam pro omnibus & noſtris hæredibus & Succeſſoribus contra quoſcumque: Et ſi aliquid in præmiſſis defecerit, promittimus & tenemur ſæpedictis Religioſis fideliter adimplere quandocumque vel quotieſcumque ſuper his fuerimus requiſiti. Ad hæc autem omnia & ſingula inviolabilter obſervanda & complenda, nos hæredeſque noſtros & ſucceſſores per præſentes litteras obligamus: renuntiamus inſuper omni juris auxilio Canonici pariter & Civilis, cum omnibus conſuetudinibus Patriæ, omnibus privilegiis Crucis ſumptæ vel aſſumendæ, omnibus exceptionibus, cavillationibus doli mali, quæ nobis vel ſucceſſoribus noſtris, quantum ad aliqua præmiſſorum infringenda prodeſſe poſſent, & dictis Religioſis nocere vel obeſſe; illi quoque juri quo cavetur, quod non debeat valere generalis renuntiatio. In quorum omnium teſtimonium & memo-

riam ſempiternam, ſigillum noſtrum, unà cum ſigillo Dominæ Aleydis uxoris noſtræ prædictæ, & communi Oppidi noſtri de Breda præſentibus eſt appenſum. Rogamus inſuper ad majorem omnium præmiſſorum firmitatem, Wilhelmum Hugemanni, Godefridum de Bergis Dapiferum noſtrum, cæteroſque homines noſtros Feudales prædictos, ut nobiſcum ſigilla ſua præſentibus apponant. Nos igitur Wilhelmus filius Hugemanni, Godefridus de Bergis, Ægidius de Breda, Bernerus ſive Bayo, Sigebertus de Ulvenhout, Gerardus de Tichelt, Witemannus de Ginneken, Henricus Enegheer, & Arnoldus Omeken antedicti, ad petitionem nobilis Viri Raſonis Domini noſtri de Breda ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, in Nativitate Domini.

Raſo de Gaveren Dominus de Liedekercke & de Breda limitat Dominium juſtitiæ ſeu juriſdictionis, Monaſterii S. Bernardi, in bonis quæ à Dominis de Breda acquiſierunt.

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſentes litteræ pervenerint *Raſſo de Gaveren Dominus de Liedekercke & de Breda, ſalutem & rei geſtæ cognoſcere veritatem. Univerſitati veſtræ notum facimus ac teſtamur tenore præſentium litterarum noſtrarum, quod licet Religioſi viri Abbas & Conventus Monaſterii loci Sancti Bernardi Ciſtercienſis Ordinis Cameracenſis Diœceſis, tam à nobis quàm à prædeceſſoribus noſtris Dominis quondam terræ de Breda titulo juſtæ ac legitimæ acquiſitionis acquiſierint ſive conquiſierint omnia bona ſua, quæ de nobis tenent apud* Huldeberge *infra limites ſive palos infraſcriptos cum omnibus commoditatibus, utilitatibus, libertatibus, juribus & juſtitiis inferioribus univerſis, perpetuis temporibus partim in purum allodium, & partim in hæreditatem perpetuam ab eiſdem pacificè & quietè poſſidenda & habenda, & nihil nobis omnino juris aut noſtris ſucceſſoribus reſervaverimus nos aut prædeceſſores noſtri in bonis antedictis, aut in bona ipſa nunc poſſidentibus ſeu in poſterum poſſeſſuris, præter cenſum bonorum prædictorum, quem nobis dicti Religioſi ſolvere tenentur annuatim, & Dominium Altæ Juſtitiæ noſtræ, ſi reſplendeat in eiſdem; de Dominio tamen juſtitiæ ſeu juriſdictionis dictorum Religioſorum in bonis prædictis dubitatum fuit à quibuſdam, in quantum videlicet ſe deberet extendere, & de quibus caſibus dicti Religioſi poſſent judicare, ac uſque ad quam ſummam pecuniæ ipſi emendas, & forefactorum ſatiſfactiones recipere teneantur & levare. Ideoque dicti Religioſi nos humiliter ſupplicarunt, quatenus ipſis ſuper hoc certam, diſtinctam & apertam declarationem per judicium & ſententiam hominum noſtrorum Feudalium terræ noſtræ de Breda, in publico judicio faceremus, ut ſic dictis Religioſis, & aliis quibuſcumque fidelibus nunc exiſtentibus & in poſterum ſucceſſuris, certitudinaliter poſſet innoteſcere quid juriſdictionis ipſi in bonis ſuis prædictis habere tenentur, & quid juriſdictionis ad nos & ſucceſſores noſtros pertinere dignoſcatur. Nos igitur tandem devicti precibus eorundem & ipſorum pacem & quietem in poſterum pro poſſe noſtro procurare volentes cupienteſque de medio tollere omnem controverſiæ materiam, quæ poſſet oriri poſtmodum inter ipſos & nos, ſucceſſores ipſorum & ſucceſſores noſtros, homines noſtros Feudales apud Bredam convocavimus, Godefridum videlicet de Breda Dapiferum noſtrum, Sigebertum de Ulvenhout, Bernerum ſive Bayonem de Breda, Walterum dictum vanden Houte, Joannem filium Sigeberti antedicti, Anthonium dictum de Oeckle, & plures alios fide dignos, & ipſos in publico multis coram aſtantibus tam Scabinis quam aliis fide dignis monuimus per fidelitatem, ſive fidem quâ nobis tenebantur adſtricti, ut nobis ſuper præmiſſis juſticiis indicarent veritatem & manifeſtarent per ſuam ſententiam & judicium, quid ad Religioſos prædictos tum ratione litterarum quas habent de prædictis bonis, tum ratione juris quo à tempore acquiſitionis dictorum bonorum uſque ad tempus iſtud, quo hæc acta ſunt, uſi fuiſſe dignoſcuntur, & quid ad nos & heredes noſtros ratione Dominii ſuperioris,*

rioris, debeat de jure ſecundùm conſuetudinem & legem terræ noſtræ de Breda pertinere. At illi unanimiter exeuntes & ſuper hoc conſilium habentes, diligentique indagatione ac moroſâ deliberatione præhabitâ, perſpectiſque litteris eorundem Religioſorum quas de dictis bonis habent, & præſcriptione juris, quod ſibi ab antiquo præſcripſerunt, redierunt, & unanimi conſenſu ſuam ſententiam & ſuum judicium protulerunt in hunc modum: Videlicet quòd dicti Religioſi, aut illi qui loco eorum fuerint conſtituti, tum ratione litterarum ſuarum, quas habent de prædictis bonis, tum ratione juris, quod ſibi uſu longiſſimi temporis, ut prætactum eſt, præſcripſerunt, tenentur & in perpetuum tenebuntur habere in omnibus ſuis bonis prædictis, omnes juſtitias, juriſdictiones, & ſatisfactiones ſeu emendas uſque ad ſummam ſexaginta ſolidorum aſcendentes & infra, ita quod ipſi tenentur, & in perpetuum tenebuntur judicare, cognoſcere, ſeu judicium facere, infra limites ſeu palos omnium bonorum ſuorum prædictorum, de omnibus exceſſibus, forefactis, & injuriis, quorum ſive quarum ſatisfactiones & emendæ ſummam ſexaginta ſolidorum aſcendunt & infra, ſecundùm ſententiam & taxationem legis ſive conſuetudinis hominum noſtrorum Feudalium terræ noſtræ de Breda, & omnes ſatisfactiones & emendas de dictis exceſſibus & injuriis provenientes, & uſque ad prædictam ſummam ſexaginta ſolidorum ſe extendentes & infra, quantulacumque fuerint, recipere tenebuntur dicti Religioſi & levare, contradictione cujuſlibet non obſtante. Omnia verò forefacta, quorum ſatisfactiones dictam ſummam 60. ſolidorum tranſcendunt, & aſcendunt, ad noſtrum & ſucceſſorum noſtrorum judicium ſpectabunt, & inde ſatisfactiones & emendas tenebuntur recipere & levare. Inſuper dicti homines noſtri Feudales unanimiter judicaverunt & ſententiaverunt, quod ad juriſdictionem & Dominium dictorum Religioſorum de jure pertinet poteſtas & Authoritas in dictis bonis ſuis judicem ſæcularem ponendi unum vel plures quotquot voluerint, & quantum temporis voluerint; etiam Scabinos & Juratos inſtituendi & deſtituendi quando & ubi voluerint, per quos hominibus nunc in prædictis bonis commorantibus, vel in poſterum commoraturis fiat plenariæ juſtitiæ complementum; inſtituendi quoque & deſtituendi famulos, qui vulgariter Preeter ſive Scutter nuncupantur; leges etiam & judicia vulgariter Keuren appellata, edendi, inſtituendi, & faciendi obſervari, recipiendique quod inde evenerit uſque ad ſummam prætaxatam: Et ut breviter omnia perſtringamus, dicti homines Feudales noſtri judicaverunt & ſententiaverunt, quod ad dictos Religioſos de jure pertinent omnes juſtitiæ, juriſdictiones, qualeſcumque fuerint, quæ ut prædictum eſt uſque ad ſummam ſexaginta ſolidorum ſe extendunt & infra: & eſt intelligendum ſemper quod & ipſos ſexaginta ſolidos debent recipere, & quidquid ſub eiſdem comprehenditur, & quidquid ad ipſas juſtitias ſive juriſdictiones pertinet faciendum, inſtituendum, ordinandum, præcipiendum, recipiendum & levandum, cum omnibus commoditatibus, utilitatibus & profectibus, proventibus & fructibus, qui & quæ in dictis bonis ab extrinſeco & intrinſeco, & de dictis bonis ſub & infra, nunc & in poſterum poterunt provenire; hoc ſemper excepto, quod ſicut dictum eſt, omnia & ſingula forefacta ſexaginta ſolidos excedentia & ſatisfactiones eorum ad noſtrum & ſucceſſorum noſtrorum judicium & Dominium pertinebunt. Si verò aliquis caſus ſive exceſſus acciderit, qui ad Dominium juſtitiæ noſtræ ſpectaverit, dicti Religioſi aut qui loco eorum fuerint conſtituti, poterunt ex parte noſtra, ſi voluerint, abſque omni damno, gravamine, vel læſura in perſonis ſuis vel in rebus, & abſque omni offenſa, vel animadverſione noſtri vel ſucceſſorum noſtrorum adversùm nos, ſe tam diu de dicto caſu intromittere, donec ad noſtrum, vel illius, qui loco noſtri fuerit conſtitutus, judicium ipſe caſus fuerit plenariè devolutus. Hanc igitur declarationem juſtitiarum præmiſſarum, per judicium & ſententiam hominum noſtrorum Feudalium præmiſſorum, ut præmiſſum eſt, factam ratam habentes & gratam, ipſam recognoſcimus, judicamus, & ſententiando pronuntia-

nuntiamus veram fore, juſtam, & legitimam & in poſterum irretractabilem & irrevocabilem, & ipſam promittimus & tenebimur tam nos quàm ſucceſſores noſtri perpetuis temporibus inviolabiter obſervare, mandantes & diſtrictè præcipientes univerſis Bailivis, Scultetis, famulis noſtris terræ de Breda, maximè autem Dapifero noſtro prædicto qui nunc eſt, & omnibus ſucceſſuris eidem, hæredibuſque & ſucceſſoribus noſtris univerſis, Religioſos prædictos tam in bonorum omnium præmiſſorum tenore, quam in juſtitiarum præmiſſarum omnium ad ipſa bona pertinentium, prout ſuperius ſunt poſitæ & declaratæ, perpetuâ, debitâ & pacificâ poſſeſſione conſervent, nec contra dictos Religioſos occaſione prædictorum bonorum aut Juſtitiarum præmiſſarum, ad ipſa bona pertinentium, aliquid attentare præſumant. Quod ſi quicquam ab aliquo fuerit attentatum, decernimus & recognoſcimus illud injuſtum fore, iniquum & indebitum & contra veram ſententiam & juſtum judicium hominum noſtrorum Feudalium terræ noſtræ de Breda eſſe factum & præſumptum: & ideò promittimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, & tenebuntur illud, quoties neceſſè fuerit & requiſiti fuerimus, fideliter corrigere, reformare, & ad ſtatum priſtinum & debitum revocare. Limites verò ſive pali dictorum bonorum ſunt iſti: Inchoant enim bona prædicta, ad quoddam obſtaculum, vulgariter dictum Veken, *ſitum ſuper Niſpendyck, ubi nunc ingreſſus eſt ad bona prædicta, & tendunt hac & illac ſecundùm quod foſſatum ipſorum ſe extendit, uſque ad quemdam palum verſus* Calfdonck *ſtantem, & ab illo loco tendunt bona prædicta, circumeundo hac & illac ſecundùm quod foſſatum eorum ſe extendit uſque ad alium quemdam palum ſitum verſus* Heſſelake; *& ab hinc tendunt bona prædicta, circumeundo hac & illac ſecundùm quod foſſatum eorum ſe extendit uſque ad quemdam alium palum ſitum propè* Barlake; *& ab hinc tendunt bona prædicta circumeundo hac & illac ſecundùm extenſionem foſſati ipſorum, uſque ad quemdam lacum, vocatum vulgariter* Middelmeer, *& pertinet totus lacus iſte ad bona prædicta, & à lacu prædicto tendunt bona prædicta per medium fluvii, qui vocatur Marka, circumeundo hac & illac prout Marka ſe extendit, uſque ad quemdam alium lacum, qui vocatur* Overſcerene, *qui & ipſe lacus ſimiliter pertinet totaliter ad bona prædicta, & ab illo lacu tendunt bona prædicta circumeundo hac & illac uſque ad quemdam locum, ubi nunc de novo fundata eſt quædam Capella, & à prædicto loco tendunt bona prædicta circumeundo parum uſque ad quemdam locum, qui vocatur Sprange, & exinde tendunt circumeundo prout Spranga ſe extendit hac & illac uſque ad quemdam lacum vocatum vulgariter* Huelmeere, *& ab hinc reflectuntur ſupra palum primum ſitum ſupra Niſperdyck. In quorum omnium teſtimonium & memoriam ſempiternam, ſigillum noſtrum præſentibus litteris eſt appenſum, rogantes ad majorem præmiſſorum firmitatem prædictos homines noſtros Feudales, quorum judicio & ſententiâ acta ſunt omnia prædicta, videlicet Godefridum de Bergis Dapiferum noſtrum, Sigebertum de Ulvenhout, & Joannem filium ejus, Bernerum ſive Bayonem de Breda, & Arnoldum filium ejus, Walterum dictum Uytten Houte, Wiricum de Ulvenhout & Anthonium dictum de Oecle, de quibus omnibus Arnoldus videlicet & Wiricus ſuperius non ſunt poſiti; ut præſentibus ſigilla ſua nobiſcum apponant. Nos igitur Godefridus de Bergis Dapifer, Sigebertus de Ulvenhout, Joannes ejus filius, Bayo ſive Bernerus, Arnoldus filius ejus, Walterus, Wiricus, & Anthonius ſupra dicti homines Feudales Domini de Breda, ad inſtantiam & petitionem Domini noſtri ſigilla noſtra præſentibus litteris apponimus in ſignum veritatis & in teſtimonium omnium præmiſſorum. Datum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo octavo, in die Beati Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris.*

Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Eliſabeth ejus uxor dant Abbati & Conventui de Tongerloo 60. Bonaria in ſilvis & miricis.

N*Os Arnoldus de Lovanio Dominus terræ de Breda, & Eliſabeth ejus*

ejus uxor ejuſdem terræ Domina notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quod nos divinæ remunerationis intuitu, & ut plenam participationem omnium bonorum, quæ faciunt, vel in poſterum Domino largiente ſunt facturi, per Dei gratiam obtinere poſſimus, contulimus perſonis Religioſis, videlicet Domino Abbati & Conventui ejus de Tongerloo in Diœceſi Cameraceuſi commorantibus, ſexaginta bonaria in ſylvis & miricis ſita inter Curiam de Milende & ſylvam Templariorum, *& inter* Ryt, *& viam quæ ducit ad Eccleſiam, ſicut pali demonſtrant ibidem, ſub annuo cenſu quatuor denariorum Flandrenſium antiquæ monetæ nobis & noſtris ſucceſſoribus in Feſto Remigii ſolvendorum in Baerle. Prædicti verò Religioſi nobis ſunt in miſſa pro defunctis dicenda quotidie obligati. Prædicta bona etiam & manſionarios, ſi aliqui in ipſis manſerint, ab omni exactione & ſervitio perpetuæ libertati donamus. Datum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, octogeſimo, in Feſto Apoſtolorum Petri & Pauli.*

Raſo de Gavera Dominus de Liedekercke & de Breda, cum filio ſuo promogenito, dat Abbati & Conventui Monaſterii de Tongerloo 41. bonaria in miricis, & approbat omnes donationes præcedentes à ſe aut ſuis Prædeceſſoribus dicto Conventui factas.

N*Os Raſo de Gavera, Dominus de Liedekercke & de Breda, & Raſſo de Liedekercke Miles, Dominus de Boulaer ejus primogenitus, notum facimus univerſis præſentibus & futuris, præſens ſcriptum viſuris & audituris, quòd nos ob divinæ renumerationis intuitum, & ut plenam participationem omnium bonorum, quæ faciunt, vel in poſterum Domino largiente per Dei gratiam ſunt facturi, obtinere poſſimus, contulimus Viris Religioſis, videlicet Abbati & Conventui Monaſterii de Tongerloo Ordinis Præmonſtratenſis Cameracenſis Diœceſis, quadraginta & unum bonaria in miricis ſita inter bona quæ vocantur Stoght & Aeſvort, ex illa parte Leembercken Braecke verſus orientem, & abhinc uſque medium rivi, qui dicitur* Ryt, *prout pali ibidem poſiti demonſtrant, ſub annuo cenſu.... denariorum Flandrenſium, monetæ quæ dicitur* Gewere, *nobis & noſtris ſucceſſoribus in Feſto Remigii in Baerle annis ſingulis ſolvendo, perpetuo poſſidenda, tenenda, & habenda, dicta bona & manſionaros, ſi qui in ipſis proceſſu temporis ſunt moraturi, ab omni exactione, petitione & ſervitio abſolventes, & perpetuæ libertati donantes. Prætereà Curtem ipſorum de* Nuwelanda *cum bonis antiquis, in agris, paludibus, miricis, paſcuis, & omnibus pertinentiis, à parte occidentali dictæ Curtis, uſque ad medium rivi verſus Buſcum qui vocatur* Zammelen, *& à palo ibidem poſito per dictum Rivum deſcendendo uſque ad palum verſus orientem, juxta Aeſvort poſitum, nec non bona de Stoght, & omnia alia & ſingula bona, quæ dictis Religioſis à nobis ſeu noſtris Prædeceſſoribus, felicis memoriæ, Dominis terræ de Breda ſeu quibuſcumque aliis perſonis, in diſtrictu dictæ terræ noſtræ quocumque modo, jure, ſive titulo ſunt collata, approbamus, ratificamus confirmamus, promittentes dictis Religioſis dicta bona omnia & ſingula perpetuo warandire & debitam warandiam facere contra quoſcumque Juri & Juſtitiæ parcere volentes. In cujus rei teſtimonium & munimen, Abbati & Conventui prædictis contulimus has litteras ſigillis noſtris ſigillatus. Datum apud* Roſendale *anno Domini, milleſimo, ducenteſimo nonageſimoquarto, Sabbatho poſt Dominicam quâ cantatur:* Invocavit me.

Philippus de Liedekerke Miles, Dominus de Ulvenhout & de Alphen abſolvit Abbatem & Conventum Monaſterii de Tongerloo eorumque Curiam & manſionarium in Alphen ab omnibus ſervitiis, petitionibus, exactionibus &c.

U*Niverſis præſentes litteras viſuris & audituris Philippus de Liedekercke Miles, Dominus de Ulvenhout & de Alphen ſalutem & rei ſubſcriptæ cognoſcere veritatem. Quoniam quæ in tempore geruntur, cum tempore oblivioni traduntur, niſi ſcripto perpetuo memoriæ commendentur;*

tur, eapropter notum facimus univerſis præſentibus & futuris tenore præſentium, proteſtantes, quod nos viros Religioſos Abbatem & Conventum Monaſterii de Tongerloo Præmonſtratenſis Ordinis, Cammeracenſis Diœceſis, & Curiam ipſorum de Nuwelanda, in Dominio noſtro de Alphen ſitam, nec non Colonum ſeu manſionarum eorundem in dicta Curia, bonisque ad eandem ſpectantibus, commorantem, & proceſſu temporis moraturum, ab omnibus & ſingulis ſervitiorum, petitionum, argariarum & exactionum generibus, ac etiam Giſta ſeu hoſpitum quorumcumque receptione, eleëmoſynarum ibidem largitione, miſſarum in Capella dictæ Curiæ celebratione, & currus onuſti panibus, in noſtris, Prædeceſſorum, & Succeſſorum noſtrorum expeditionibus conceſſione, ſuper quibus inter nos ex una parte, & dictos Religioſos ex altera parte lis & diſcordia vertebatur; Proborum ducti conſilio ab omnibus ſupradictis in perpetuum abſolvimus, & quitamus, renuntiantes juri & Conſuetudini quæ ſuper præmiſſis in dicta Curia & ejus pertinentiis habuimus ſeu habere potuimus; omnibuſque juribus & conſuetudinibus quæ nobis ad infringendum præmiſſa in poſterum poſſent prodeſſe, & antedictis Religioſis & eorum Colono ſeu Manſionario in parte vel in toto aliqualiter obeſſe, cenſu hæreditario ab ipſis Religioſis debito, & noſtris juſtitiis nobis ſolummodo ſemper ſalvis. Præterea Buſcum, qui vocatur Stoght, inter bona Templariorum, & bona dictorum Religioſorum, prædictis Abbati & Conventui allodialiter contulimus, volentes quod præfati Religioſi Curia prædicta, ac bonis ad eandem pertinentibus univerſis & ſingulis, ad ipſorum liberam voluntatem, perpetuò gaudeant, & fruantur, cum Buſco de Stoght prædicto pacificè & quietè: Promittentes etiam Abbati & Conventui prænominatis, præmiſſa omnia & ſingula perpetuò warandire, ad hæc inviolaliter obſervanda, nos noſtroſque ſucceſſores in poſterum legitimè & firmiter obligando. Supplicamus etiam chariſſimo Domino & fratri noſtro, Domino de Liedekercke & de Breda, ut in ſignum quiticlamationis & renuntiationum omnium præmiſſorum, ſigillum ſuum præſentibus litteris apponere dignum ducat; Rogamus etiam Dominum Sigerum de Liedekercke Fratrem noſtrum dilectum, ut ſigillum ſuum præſentibus apponat, in teſtimonium præmiſſorum. In quorum omnium teſtimonium & perpetuam firmitatem ſigillum noſtrum præſentibus appoſuimus, unà cum ſigillis nobilium prædictorum. Et Nos Raſo Dominus de Liedekercke & de Breda rogati à dilecto Fratre noſtro, D. de Ulvenhout & de Alphen, præmiſſa omnia confirmamus, & in ſignum quiticlamationis, renuntiationis, & confirmationis omnium præmiſſorum, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Nos verò Sigerus de Liedekercke Miles ſigillum noſtrum appoſuimus his litteris in teſtimonium omnium præmiſſorum. Datum & actum in Alphen, anno Domini milleſimo, trecenteſimo, octavo, feriâ tertiâ poſt ſanctum diem Pentecoſtes, præſentibus Domino Joanne de Rotſelaer quondam Abbate Averbodienſi, Inveſtitis de Baerle & de Poppel, Wilhelmo & Wilhelmo Godefrido de Bergen Dapifero terræ de Breda, & Petro de Ulvenhout & aliis quam plurimis fide dignis.

Diviſio Terræ Bredanæ per Joannem Ducem Brabantiæ.

JOannes Dei gratia Lotharingiæ Brabantiæ & Limburgi Dux, univerſis has litteras viſuris & audituris ſalutem & noſcere veritatem. Noverit univerſitas veſtra, quòd propter obſequium quòd Gerardus de Weſemale Miles frequenter nobis impendit, & adhuc nobis impendet, proborum uſi conſilio, eidem recognoſcimus tanquam ſuam veram hæreditatem, ac legitimam Majorum, dimidietatem totius terræ de Breda, prout infra circulum ſeu diſtrictum terræ noſtræ Brabantiæ ſita conſiſtit, cum omnibus juribus & omnibus pertinentiis ad præfatum Dominium & ipſam terram de Breda ſpectantibus, poſt deceſſum nobilis Viri conſanguinei noſtri Arnoldi de Lovanio Domini de Breda habendam & liberè poſſidendam, in hunc modum; quòd Raſo Dominus de Liedekerke habebit Oppidum de Breda, & relevabit omnia feuda ad dictam terram de Breda ſpectantia, à quibuſcumque Domi-

Dominis tenentur & deſcendunt, & reſpectu dicti Oppidi de Breda ac dictorum feudorum, habebit dictus Gerardus de Weſemale *pro ſe & parte ſua, ex parte quondam matris ſuæ proveniente, ad dictam terram de Breda jus habente, bona his Oppido de Breda & feudis æquivalentia, & hoc facto participabit reſiduum ſæpedictæ terræ de Breda præfatus* Gerardus de Weſemale *cum dicto* Domino de Lidekerke *de pede ad pedem, in alto & baſſo, in humido & ſicco. Similiter* Domino de Lidekerke *prænotato omnibus cavillationibus ac malo ingenio penitus excluſis acceptante & indulgente, eidem* Gerardo Domino de Weſemale *conceſſimus, quòd hæc bona quæ ſibi de dicta terra de Breda cedent, & ſuæ parti, ut eſt prædictum, ipſe* Gerardus *& ſui ſucceſſores de nobis & noſtris ſucceſſoribus ſecundùm jus & conſuetudinem terræ noſtræ Brabantiæ, in feudum tenebunt & liberè poſſidebunt. Promittentes eidem contra quoſcumque de dictis bonis de Breda ad jus & diem comparere: volentes tanquam Dominus rectam Warandiam præſtare, præſentium teſtimonio litterarum, ſigillo noſtro ſigillatarum: & ut præmiſſa ſingula & univerſa quemadmodum conſcripta ſunt ſuperiùs, ſæpedicto* Gerardo de Weſemale *& ſuis ſucceſſoribus, à nobis & noſtris ſucceſſoribus rata in perpetuum teneantur & firma, ad majorem evidentiam & ſecuritatem præmiſſorum, rogamus chariſſimum fratrem noſtrum* Godefridum Dominum de Arſchot & de Virſon *& dilectum conſanguineum noſtrum* Walterum Berthout Dominum Mechlinienſem, Arnoldum Dominum de Walhaim, Arnoldum Dominum de Weſemale, Gerardum Dominum de Rotſelaer, Henricum Dominum de Bauterſſem, Walterum Volkaert & Iwanum de Meldert *Milites noſtros, ut ſua ſigilla unà cum ſigillo noſtro, præſentibus apponant & appendant. Et nos Godefridus, &c. ad preces & inſtantiam dilecti Domini noſtri Ducis memorati, noſtra ſigilla unà cum ſigillo ſuo præſentibus duximus apponenda. Datum anno Domini* 1287. *Dominicâ ante Nativitatem B. Joannis Baptiſtæ.*

Joannes Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi &c. vendit Bredam Joanni Polano.

I*An by der gratien ons Heeren Hertoghe van Lotheryck, van Brabant ende van Limborch, Marck-Grave des Heylichs Rycks, ende Govaert van Brabant* ſyn ſone, allen de ghenen, *&c.* Wy kondighen ende gheven te kennen eenen ighelyck, dat wy met conſente *Johannen van Brabandt Gravinne van Henegouwe ende van Hollandt* onſer liever ouſter dochter, ende ſuſter ons Godevaerts van Brabandt voorſz. in rechten ende wettighen verkoope voor ons ende voor ons oir ende voor onſe na-komelinghen Heeren *Iannen van Polanen Heer vander Leck*, ſyn oir, ſynen erfghenamen ende ſynen na-komelinghen naer hem erfelyck ende ommermeer te beſittene onſe lande van *Breda* gheheelijck ende al, met allen den dinghen die daer toebehoirende ende ſchuldich ſyn te behoirene, in Heerheyden ende Manſchappen, in Vryheden, in Dorpen, in Landen, in Bempden, in Boſſchen, in Wateren, in Viſſcheryen, in Moeren, in Moerdycken, in Souten, in Verſchen, in Natten, in Droogen, in Chynſen, in Renten, in Water-moelen, in Wintmoelen, in Forfeyten, in Ganſen, in Capoenen, in Hoenderen ende in allen anderen dingen den voorſz. Lande van Breda toebehoirende, *&c.* alſoo *Philips Heere van Lydekercke ende van Breda*, ende ſyne voirvaders Heeren van Breda ghelijck voirmaels van ons ende onſen voirderen Hertoghen van Brabandt plaghen te houden in rechten erfleen, om een ſeeckere ſomme gelts, dats te verſtaen om dry-en-veertigh duſent guldens Hallingen, welcke ſomme gelts die voorſz. Heer Ian wel ende wettelijck betaelt heeft ende vergouden, *&c.* ende wy bevelen een igelijcken vande Ridderen, Knaepen, Mannen, Schepenen ende andere luyden den Lande van Breda toebehoirende, van wat ſtaet ſy zyn, dat ſy den voorſz. Heer Ian van Polanen Heere vander Leck, ſynen oir ende ſynen na-komelinghen nae hem Hulde, manſchappe ende eede doen ende ghehoirſaem voirtaen ſyn ommer-

meer, in allen andere manieren ghelijck dat ſy haeren gherechten Heer vanden Lande van Breda ſchuldich ſyn te doen; behoudelijck altoes Heer *Willem van Duyvenvorde Heere van Ooſterhout* onſen lieven Ridder ende Man ſynre lyftocht die wy Hertoghe hem bekent hebben met onſen openen brieven beſeghelt, in allen den Lande ende Heerlickheyd van Breda voorgenoemt, ende hebben gheloſt ende geloven voor ons, voor ons hoir ende voor onſe na-kommelinghen de voorſz Heer Janne van Polaenen Heer vander Leck onſen Man vanden voorſz Lande van Breda Warant te zyne, ende rechte waerſchap daer aff te doene, *&c.* ende want allen deſen voorſchreven dinghen wettelycken gheſchiet ſyn naer den rechte, ende by raede onſer mannen van leene die daer met ons over ende teghenwoordig waeren, dats te weten *Otte Heer van Cuyck, Gysbrecht van Abcoude Heer van Gaesbeke, Jan van Wiefſliet Heer van Blaers-veld, Lodewyck Heer van Diepenbeke, Jan van Coſlaer Heer van Witthem Ridderen, Alaert van Os Proeſt van Loven ende onſen Rentmeeſter van Brabant, ende oock Geeraert vander Heyden Droſſaert van Brabant*, alſe mans manne egheen pointe van rechte afterghelaten dat daer met rechte toe ende ſchuldich was te gheſchieden, ſoo hebben wy in oorkonſchap daeraf onſen ſeghele doen hanghen aen deſen letteren in kenniſſe de waerheyt, ende willen ende begheeren dat Johanne Gravinne van Henegouwe ende van Holland onſe outſte dochter, ende ſuſter ons Godevaerts ghelove Heer Jannen van Polanen Heer vander Leck voorghenoemt, zyn oir ende zyn erf- ghenaem alle deſe voorſchreven pointen ende gheloften vaſt ende gheſtae te houden in eeuwelycken daegen, *&c.* bidden ende verſuecken ernſtelycken onſe mannen van leene voorgenoemt, dats te weten Otto Heer van Cuyck, Gysbrecht van Abcoude Heer van Gaesbeke, Jannen van Wyffliet Heer van Blaes- velt, Lodewyck Heer van Diepenbeke, Jannen van Coſſelaer Heer van Witthem, Alaerd van Os Proeſt van Lovene ende onſen Rentmeeſter van Brabandt, ende oick Geeraerd vander Heyden onſen Droſſaert van Brabandt alſe mans man, want zy daer om ende by waeren daer alle deſe voorſz.. dinghen gheſchieden, dat zy in ghetuyghe daer af hun ſeghelen metten onſen ende met ons Godevaerts ende Johannen onſer liever kinderen hanghen willen aen deſe letteren: ende wy *Otto Heer*, *&c.* ſoo bidden wy ende verſuecken ernſtelyck onſen lieven mannen, te weten *Jan van Loon Heer van Agimont, Hendrick Berthout Heer van Duffle ende van Gele*, Coſtyne van Ranſt Heer van Berghem, Geeraert Heer van Vorſſelaer, Jan van Meldert ende Jan van Wyneghem Ridderen, *&c.* dat zy in oorkontſchap ende kenniſſe hueren ſeghelen metten onſen willen aenhangen aen deſen tegenwoordigen letteren, *&c.* Gedaen ende ghegeven te Bruſſel des Donderdachs naer Paeſdach den ierſten dach van April, int jaer ons Heeren 1350.

FINIS.

JOANNIS BAPTISTÆ

GRAMAYE

HISTORIÆ

ET

ANTIQUITATUM

URBIS ET PROVINCIÆ

MECHLINIENSIS

LIBRI III.

A D

AMPLISSIMUM
INCLITÆ URBIS
MECHLINIENSIS
SENATUM.

Mechliniam quam calamo ſcriptam vidiſtis
Manibus, oculo, cenſura dignati eſtis;
Typis ſcriptam vobiſque inſcriptam videte,
Manibus, oculo, cenſura dignemini.
Illius umbram ne rejicite
Cujus corpus vigilantia, prudentia, integritate,
Et, verbo dicam, virtute veſtra vivit & valet.
Nec rejicite profectum ab eo,
Quem ad dandam Belgio lucem,
(Sed lucem, ut luna ſoli noctiluca)
Aſſumpſit magnus Belgii Princeps:
Quem & veſtræ Urbi & vobis habete

DEVOTUM DEVINCTUM

Ampliſſimi Reip. Mechl. moderatores
clientem

J. B. GRAMAYE.

ANTIQUITATUM URBIS ET PROVINCIÆ MECHLINIENSIS LIBRI III.

LIBRO PRIMO URBS DESCRIBITUR SECTIONIBUS IX.

I. NOMEN.

I. Nomen.

IN oratione Priſcianus, in ratione Ariſtoteles primas dat Nomini, & ego Rhetorum gymnaſmata ſecutus, ſecurus primum fundamenti mei hiſtorici lapidem in Nomenclatoris area pangere conſtitui.

Nomen itaque Urbis, qua de agimus, Galli *Malines*, Belgæ *Mechelen*, Germani *Machel*, populares Latini faciunt *Mechliniam*, paulò aliter ac olim veteres ſcriptores & ſcripta. Cùm Martyrologium Cameracenſe in Bibliotheca S. Sepulchri extans calamo exaratum ſcribat *Maſlinas*, Radulphus Trudonopoleos Archimandrita in ſui Monaſterii Annalibus l. 2. c. 14. *Maghliniam*, Bruſtemius om. .ſ. Bibliot. Wameſianæ *Magliniam*, Tyrius *Machelam*, Auctor vitæ S. Rumoldi *Melinam*, Agyologus Brabantinorum in Bibliot. Rubeæ Vallis parte 2. vita l. 2. c. 16. & Annonius l. 5. *Malinis* dandi caſu & numero multitudinis, diploma Joannis 4. Ducis *Machelinenſes* incolas, litteræ conventionis cum Joanne 1. *Maliniæ Urbem* indigetent. Ut omittam, quod Ben-jamini in Maxæmiliani Cæſaris eo nomine primi itinerario aſſerit, loco huic olim *Salinas* nomen fuiſſe, & Jaci de Vivario lib. 1. cap. 10. contendit verum Urbis nomen fuiſſe *Waliniam*, uterque ſine auctore in ſola fiſus fixuſque conjectura.

II. Etymon.

II. Etymon.

VIdimus ita ſerviliter Servium, ita Prædicem Pædianum, ita anxiè alios in arena grammatica ſudantes, vocabula radere, rodere, mutilare, anatomizare Medicorum & tantùm non mendicorum more, ut originatione & etymo cognitis ad naturæ, quæ vocum involucris abſconditur, notitiam certo rectoque tramite proficiſcantur. Et ego in horum veſtigio pedem ponens, omnibus utriuſque ordinis & notæ ſcriptoribus largiar ſuffragium, ſi fortè ex plurium aut ſaniorum ſententiis ad Mechliniæ notationem, & à notatione ad notitiam detur pervenire. Jacobus Zuſius (riſum teneatis amici) cùm Lyram dixiſſet à diverſorio, cui Lyræ erat inſigne, dictam Mechliniam ab inſigni Michaëlis Archangeli, aut propolio, cujus herus Michaël nuncupabatur, ductam eadem fide ſcribit. Rem filo quàm ſtylo digniorem! Is quem ſuprà laudavi, audacter tradit declinante Romanorum in Galliis Imperio, reliquias in loca ſylvis horrida & deſerta profugiſſe, qui vernacula appellatione *Wali*, id eſt peregrini, dicti, de qua voce pluribus agit Polydorus & Buchananus in Hiſtoria Scotorum. Sedes horum ſi non prima, certè inter primas, quæ hodieque *Wal-hem*, id eſt Walorum domus, vocatur. Æquum hæc credere de Walemo, ſed an æquè de Machlinia? Ego, niſi aliter Waliniam ſuam probet, nunquam probavero. Propiùs accedit, & in doctis haberi vult Marcus de Warnewyck, Belgici ſui ſpeculi lib. 3. cap. 26. derivans *Maſlinas* quaſi *Moſæ Lineam*, qui à Tungris olim profluens hàc in mare ferebatur. Quàm appoſitè! & applaudentibus quicumque *Moſæ* fluxum non æſtimarunt. Et licèt pro eo facere videatur Anonymus, belli Jeroſolymitani ſcriptor, *Mechelam Villam*

 ad

ad *Moſam* nominans, tamen ego nunquam ad Mechliniam noſtram reſpexero, gnarus *Mechelen* vicum mille infra Trajectum inferius paſſuum ſpatio diſtantem, cis Moſam. Dicemus veriùs *Maris lineam*, & ſic dicendum docebit nos vetus Pipini diploma Pariſiis datum Anno 753. Auguſti 22. Regni Anno 3. quod tradit Adoni Affini ſuo *terram in Bratuſpantii medio*, ſic verba ſonant, *ubi ſcalda Tylam excipit, dictam Francis Maſlinas, quod nobis ſonat maris lineam.* Ita res habet, & longiſſimo maris receſſui *Malinæ* nomen Gothos indidiſſe, cujus contrarium ſit *Ledo* vetus & primum Lyræ cognomen ſciemus, ſi ſcalam ſuam nobis commodet Julius Cæſar, non ille Latinorum, ſed hic latinitatis Imperator, ad tangendum antiquæ veritatis faſtigium.

III. Cognomina.

III. Cognomina. MAximus in Maximi cognomento Fabios, Angelus in Flavii Juſtinianos, Plutarchus in Sapientis Socratem commendans, monent me idem de Sparta, quam colere inſtitui, cogitare. Meruit autem civium virtute poſt Annum 1300. Mechlinia nomen *bellicoſa*, quod non uno loco privilegiorum chartæ explicant: *felix* dicta populari vocabulo poſt Annum 1450. cùm nunquam ante viſam ei largitus eſt Pontifex Jubilæi ſolemnitatem. *Prudentis* cognomentum indidit eidem, quod, puto, inſtitutum Anno 1474. Parlamentum: *Elegantis* aut, ut vulgus loquitur, *bellæ* appellationem facit platearum nitor & amplitudo, ædium concinnitas, rivulorum frequentia, quæ ornamenta Ducibus Burgundiæ primùm accepta ferant neceſſe eſt. Quod autem diverbium populare jactet, *Romam potentem, Sanctam Coloniam, Beatam Mechliniam* ex curatione quatuor ſatellitum, quos urſi filios vocant fabulæ, provenit, de quibus infra latiùs. *Virginis* etiam epithetum vulgò Mechliniæ contributum ex eo eſt, quod à nullo unquam hoſte, uſque ad nuperas turbas, expugnata ſit. Expugnata dico: falſum enim eſſe poſt videbitur, nunquam, quod jactant, victam. Ad ſupradicta cognomina reſpicit carmen ab Houdartio ſub initia belgici belli civilis editum, quod ſic paucis adjectis latinitate donavi.

Maligna ſis Malinia, ſi bella bellum concipis.
Pejor mala es Malinia, ſi bella bellum parturis.
Cùm bella bellum parturis, tum virgo virgam concipis.
Muros habes? Mures habebis noxios.
Mares habes? Habebis aſſenſum mare.
Virus viris? Viri nocebunt viribus.

IV. Situs.

IV. Situs. PRincipi jucundum, militi utile, Hiſtorico neceſſarium. *Noſſe ſitum decora & formas habituſque locorum*, ut ait Poëta. Amandus de Ziriczea Mechliniam olim mari contiguam fuiſſe aſtruit, ſecutus Annales Trajectenſium, qui interventu Beati Servatii volunt mare à Tungris receſſiſſe, & ego à fide dignis accepi in diverſis Campiniæ locis hodiéque effodi malos, aſſeres piceatos, & alia quæ naves aliquando ibi demerſas probare poſſent. Diploma Pipini certius, circa confluentiam Tylæ & Scaldis collocat, & licèt non aliquanto remotior hæc, tamen olim alium fortè propinquiorem Schaldis alveum opinor, ductus argumento pagorum aliquot manifeſtè nomen Schaldis referentium: ut Schelda circa Wiltbroekam, quam ego ſæpè diuque cogitans, opinor eſſe *Schaltemum in maritima Friſiorum regione*, cujus meminit Eginhartus. Quamvis autem in Bratuſpantii medio fuerint Maſlinæ veteres, tamen ex vita Antiſtitis Rumoldi liquet pagum ſeparatum conſtituiſſe, nec infrequenter habitatum, ex hymno veteri ante annos tercentum compoſito, colligis eundem ut hinc aquis, ita inde vaſta fuiſſe munitum ſolitudine. Ut nunc ſunt res in meditullio Brabantiæ quodammodò ſita, æquali quatuor miliariorum ab Antwerpia, Bruxellis, Lovanio, diſtans ſpacio, & veteris jure beneficii, & genio loci debetur Brabantiæ, à Philippi boni ævo ſeparatæ titulum faciens Provinciæ, & ſeptimum decimum in ordine numerum abſolvens.

V. Initia.

V. Initia. A Nomine ad rem venio, à loco ad locatum,

primaque petens ab origine gentem
Nomina priſca canam.

Et quidem ut *Mallos* apud Stephanum, *Machlæos* apud Lucianum Indiæ populos, *Malio* Meſopotamiæ ex Strabonis lib. 16. Malinopolin Urbem circa Bithyniam ex Epiſtola Epiſcoporum iſtius tractus ad Leonem Auguſtum notam notatamque præteream, unde ridiculi aliquot antiquitatum buccinatores Mechlinienſium procreatores educunt, primos in acie conſtituam Wallos Romanæ in Belgis coloniæ propaginem aut Aboriginum Superioris Provinciæ reliquias. Horum & nominis & urbis veſtigia ſunt municipium illuſtre ad Nethæ ripas. Cæterùm cum Franci ſylvarum interiora pervagati, in hos etiam Belgii fines delati eſſent, Urbem ſubactis aut in fidem acceptis Wallis extraxerunt. Nominatim Ado collem, qui nunc itinere inter Urbem & Wallemum medio Curia Alti-collis ſive *Haber-*

Hobergem vocatur, arce munivit, populo latè ripas Tyliæ inſulatim colente, & maniſeſtè vides in *Adegemio* quod Adonis domum ſonat, antiquitatis memoriam, & nomen eſt vici ſuburbani, cognomen portæ urbanæ. Manſit autem hæc rerum facies, donec per Normannos omnia vaſtantes aliam induit, eratque ſacellum ad memoriam pueri merſi per D. Lambertum reſtituti erectum.

VI. Incrementa.

VI. Incrementa.

Major rerum mihi naſcitur ordo,
Majus opus moveo.

NArraturus qualiter ab Anno 897. urbs reſtitui, & novam induere ſpeciem cœperit, & certè prima redivivæ Mechliniæ fundamenta ultra flumen jacta videor colligere ex Chronico Cameracenſi, ante annos ferè ſexcentos conſcripto, ubi hæc verba lego. *Apud Maſlinas quoque Monaſterium eſt Canonicorum, ubi quieſcit precioſus Dei Martyr, Rumoldus genere Scotus, qui vitam Heremiticam ducens inibi martirizatus eſt.* Si Heremiticam, ergò etiam Adonis ævo ultra flumen urbs erat; ſi apud Maſlinas, ergò non in urbe: cæterùm cùm timeretur civitati à barbaris, religioni ab prædonibus, ſub Annum 970. ultra flumen producta pomœria.

Et quidem Notgeri Epiſcopi Leodicenſis ævo, conſtat Urbis illud latus ab Hanſwyckana, quæ tum Leodicenſis vocabatur, uſque ad Neckerſpoliam portam muro foſſaque munitum fuiſſe, alia parte ligneis ſepimentis inſtructa. Quæ tamen ante annum 1300. conformis ſuperiori fuerit. Sub Philippo II. & initia harum turbarum propugnacula ad portas 4. facta: foſſæ & aggeres ad continendum aquæ impetum ducti Anno 1353. Ductus molendini Tylienſis aggere & lapidibus ſolidatus Anno 1475.

VII. Opera.

VII. Opera.

QUam probè Probus Romæ ſuæ, Pauſanias Græciæ, Gyraldus Byzantii opera deſcribit, tam verè nos Mechliniæ. Eaque vel Urbis, vel Principum, vel privatorum. Prioris generis eſt *Curia* poſt incendium Anni 1373. pulchro opere reſtituta. *Parlamentum* poſt Annum 1503. adornatum. *Turris* Eccleſiæ Metropolitanæ Anno 1452. inchoata. *Halla* à textoribus inchoata, & niſi major rempublicam illorum tempeſtas quaſſaſſet Anno 1340. perficienda. *Armamentarium* alium in locum præcedenti ſeculo tranſlatum, *Macellum* ſimili modo pronuper adornatum. *Fons* in urbem ſub Burgundis Principibus derivatus. Plateas, fora, portas, pontes Icon hæc à Senatu ſuppeditata mihi oſtendit. Secundi generis ſunt *Palatium Epiſcopale* ab Annis 10. proximis formatum. *Hoochſtratanum* ſub annum 1540. extructum. *Cæſareum* ſub Carolo V. ad famam venit. Sicut & *Naſſovium*, *Servienſe*, *Panormitanum*, *Egmondanum*, *Fonteniacenſe*, *Arebergicum*, & alia quorum nomina ſuperſunt, ædes ferè alios habent Dominos. Nec tacenda Cænobiorum plurium diverſoria, ut *Grimberganum*, *Tongerletenſe*, *S. Bernardi*, *Villarienſe &c.* Nec tacenda Standonicorum ab Annis ferè 100. ſtructa domus Lovanienſi ſubordinata, nunc bonis deperditis melioriſque gratia fructus ab Archiepiſcopo tertio in Seminarium Epiſcopale converſa.

VIII. Calamitates.

VIII. Calamitates.

Neque enim ignari ſumus ante malorum.
Et meminiſſe juvat, quæ fors, quæ Mulciber & Mars,
Iratumque patrare Jovem cognovimus.

MAſlinas cum pulchra Adonis Regia Normannos Anno 882. aut (ut Chronicum Trudonopolitanum lib. 2. cap. 18.) biennio pòſt incendio fœdaſſe, & ſolo æquaſſe tradunt Annales, contra quàm alii, ſuſtinentes Dynaſtam Grimberganum tum Mechliniæ imperantem, cedente reliqua Brabantia Normannos jam forum tenentes ejeciſſe: atque ob id Bertholdi cognomentum reſervaſſe, aut Bertholdi cognomen ipſi proprium ſecutos Grimbergæ Principes reſervaſſe. Quod quàm à vero alienum ſit, infrà patebit. Meminerunt inſuper Annales Brabantiæ cap. 42. incendii alterius quod Anno 1342. in Velia exortum, & per quatuor paræciarum limites graſſatum totam penè urbem abſumſit. Qua contagione quicquid antiquarum ædium & operum poſt fugatos fuſoſque Barbaros extructum erat, abiit in cineres. Nec tacendum illud quòd Anno 1462. totum in circuitu forum armentarium, & alterum quod ſimili infortunio Anno 1375. omnes viæ Adegemenſis domos tantùm non ſolo æquavit, ſicut duobus antè annis curiam & vicinas in urbis meditullio habitationes fœdavit. In duobus noſtra memoria viſis calidum hunc tractatum claudo, altero Anni 1572. & 1580. cùm à rebellibus Regi & Religioni omne ſuburbanum pulcherrimis plateatim ædificiis cinctum immiſſo igne conflagravit: altero Anno 1546. 7. Auguſti cùm vi tempeſtatis ſuperæ fulgur in turrim pulvere repletam pyrio incidiſſet, tanto ædium & hominum damno, ut horum 200. necati, 600. læſi, illarum 300. everſæ, omnes aliquatenus læſæ perhibeantur. Prout ante me notavit Guicciardinus.

Vulcano nihil ſegnior Neptunus aut aliquis ex Neptuni nepotulis, cladem nonnunquam dedit. Et celebres inundationibus

Tyliæ annos notant memoriæ veteres. 1261. 1395. 1470. Etiam ſubinde

Furiis exercita tellus
Sub pedibus tremuit.

Nominatim Anno 1395. 1181. in Septembri, & 1372. eadem gelu conſtricta Anno 1208. 1363. Nec fratribus clementior aër tempeſtatem Mechliniæ imprimis damnoſam attulit Anno 1181. 1315. 1459. famem, peſtemque Anno 1182. 1315. 1400. 1438. 1578. 1598. *Sic elementa ſuas cuncta tulêre vices.*

IX. Bella.

At nunc horrentia Martis
Arma virumque cano,

IX. Bella. Quæ ipſa in claſſes diſtribuam, ne vilia illa civilia cum externis, hoſtilia cum vicinis, Barbara cum virtute conſtantibus bellis componam. Et quidem omiſſa, quam ſuprà tetigi, vaſtitate per *Barbaros* inducta, unà rejiciam in Grimbergici belli tractationem ſeparatam, qualiter Mechlinia ab Anno 1136. uſque ad Annum 1145. Ducibus Brabantiæ in prædam ceſſerit, & tuba cani jubebo in textrinis & vilibus humilis plebeculæ conventiculis, quæ aliquoties in patricios capita & manus conjunxit. *Textores* & id genus homines è fece vulgi, numero & opibus valentes ſub Annum 1360. multa petulanter agere cœperunt, quorum pars nequior cùm Anno 1379. Blaeſveldiam, dubium an prædæ an animi gratia excurriſſet, redeuntibus portæ clauſæ, ſumtumque de multis ſupplicium, & inſequenti Anno privati aliquot ſuis privilegiis, qui ſupererant virium defectu ſe movere nequierunt. Ejuſdem ſi non artis, ſaltem farinæ fuerunt, qui 12. Auguſti Anno 1572. recipiendi in urbem Principis rebellium Belgarum contra Regiam Majeſtatem authores fuerunt, magno totius oppidi malo. Cùm enim Albano Duci ſpe reconciliationis & veniæ obviam itur à Sacro ordine, *Hiſpanus* miles admotis muro machinis urbem vi capit, diripit, expilat 2. Octobris. Recentiori autem memoria iidem factioſi Anglorum auxilio, Duce *Tympelio*, urbem denuò invaſerunt, & mirum miſerumque in modum ſpoliatam per quinquennium tenuerunt, Rege & religione abjuratis, ab Anno nimirum 1580. uſque Annum 1585. cum utriſque urbs eſt conciliata.

Ad alia ſplendidioris tituli bella digredior, quæ junctis animis civitas tulit, aut intulit Dominis ſuis. *Epiſcopo* quidem Leodicenſi dimidiæ partis Domino Anno 1148. cùm vetarent cives ulla frumenta, aut alia Epiſcopum ut Dominum concernentia evehi, nec cenſus ſolvere niſi D. Lamberti Canonicis duobus Mechliniæ exiſtentibus, imò agentibus.

Atque hæc omnia ut tædio affectum Antiſtitem cogerent, quodammodò jus ſuum Valtero alterius partis Domino, cui favebant transſcribere. Hæc res in bellum non erupit, ſicut alia Anno 1266. Cùm *Henricus* Epiſcopus Valterum licèt in Dominio parem, obnoxium tamen ſibi, cauſatus Brabanto hoſti tum ſuo opem tuliſſe, bello urbem petit, Margareta ſorore Flandrorum Principe cum bis mille peditum & 600. equitum turma in auxilium veniente. Valterus ad famam ſe comparat, certus vim vi repellere, aliàs nihil hoſtile in Dominum ſuum tentare. Sed antequàm ad manus ventum eſt, Margareta leges pacis concepit, & cum gloria Mechliniani nominis ad ſua rediit Epiſcopus 15. Kalendas Aprilis 1304. Hæ cauſæ, cur minùs animi, minimum lucri ex Mechlinia percipiens Leodicenſis eam oppignorare, vendere, mutare ſæpiùs inſtituerit, & tandem perfecit. Factuſque hæres emptionis titulo *Joannes* Brabantiæ Dux ſub initia gubernationis ſuæ occaſionem invenit flagellandi urbem, cujus cives tumultu concitato Anno 1303. unum ex Palatinis ſuis malè mulctaverunt. Itaque juncto ſibi ejuſdem nominis Domino Bertoutio, obſidione cingit urbem. Obſeſſi nihil non experti, prælio navali etiam apud Rupelmondam ſuperati, fame ad extremas redacti anguſtias, deditionem faciunt, vitam & bona ſalva ſtipulati, ea tamen lege ut mœnia & portam, quà Bruxellas iter eſt, amolirent, quod poſteà vix magno ære redemerunt, deinceps Dominis ſuis fidiſſimi clientes. Sic annales Brabantiæ cap. 37. à quibus multùm diverſa diverſi referunt, & Adulphus Epiſcopus Leodicenſis poſteà vendidit ſuum jus quod habuit in villa & territorio Mechlinienſi Guillielmo Comiti Hannoniæ Anno 1313. & Florentius Berthout vendidit eidem ſuum jus in eadem villa & territorio pro annuo reditu duarum millium & trecentarum librarum Turneſium 10. Martii 1315. Omitto hîc controverſias ſub Wenceſlao & Joanne Brabantiæ, Carolo & Philippo Burgundiæ Ducibus motas, ut quæ magis Dominorum inter ſe, quàm urbis geſta ſint. Ad illa venio quæ fortiter & ſtrenuè pluribus annis & cauſis contra vicinos geſſerunt. In *Brabantos* generatim quamdiu Flandrorum imperia agnoverunt, in *Lovanienſes* autem, cùm hi Valterum Bertontium impuberis Ducis Tutorem factum Anno 1261. indignarentur, armataque manu agrum Mechlinienſem ingreſſi, urbi multa minarentur, ſed ab erumpentibus cedere, & fuga ſalutem quærere compulſi. Nec multos poſt annos, cùm iidem conſilio Bertoudi, Adelæ matris inſtinctu, Henrico majori Ducis filio Joannem minorem natu prætuliſſent, illoque in hunc, fratre in fratrem primogenituræ jus ſolenniter transferente Joannes à Brabantis

bantis inauguraretur, Lovanienſes venientem urbe excluſerunt, ampliuſque Mechliniam obſeſſuri egrediebantur, ſed rebus compoſitis periculo exempti Mechlinienſes. Factum Anno 1268. Auctores Divæus, Molanus, alii. Sequenti ſeculo grave & pluribus annis protractum cum Antwerpia diſſidium cœpit cum Ducis & Bertholdi Joannis Dominorum dono fora & ſtapulæ, ut vocant, avenæ, ſalis, & piſcium Mechlinia obtinuiſſet, Antwerpienſibus Cæſarem appellantibus & interpellantibus, ut illa ipſa ab antiquo Antwerpiæ propria confirmarent. Quod factum ab Henrico Lutzeburgenſi Rege Romanorum 29. Octobris Anno 1309. cùm ſpirantibus hinc inde odiis in multos annos res productæ eſſent, poſt obitum Joannis Ducis Brabantiæ demùm in belli formam ad id redacta ſunt. Cùm enim *Wenceſlaus* Bohemiæ, & *Ludovicus* Flandriæ Regulas defuncti Ducis generi de hæreditate contenderent, Anno, 1356. Mochliniæ convenerunt, ſed fruſtra. Medioque tempore Ludovicus tantùm apud cives profecit, ut eum reciperent, promittentem inter alia, ſe tria fora Urbi confirmaturum 20. Auguſti 1356. Quod factum novi belli fax extitit, quo flamma ferroque utrimque ſævitum: Brabanti urbem velut indagine cingentes Hoffſtadiam Muſeno, & ſuburbanis ignem injecerunt, Henricus Dondelen & Franco Haletius, quibus Comes unà cum quadraginta equeſtris ordinis Nobilibus, Urbis tuendæ curam dederat, Lyram oppugnantes magna clade hoſtes affecerunt, Erpſiæ Eccleſiam fortibus vallatam propugnaculis expugnârunt, Antverpienſes navali apparatu aggreſſi, & quotidianæ inter ipſos erant velitationes, donec interventu Hollandiæ Comitis de pace actum & addicta Flandro Mechlinia, Athi Hannoniæ 4. Junii Anno 1357. Ita pax cum Brabantiæ Duce, non item cum urbibus, donec eam Flander vi & armata manu magis quàm jure Antverpienſibus extorſit, Mechliniæ fora addicens Montibus D. Winoci 13. Septembris Anno 1358. Quaſi ſingula, ut labuntur ſecula novum Mechliniæ hoſtem parerent, obſervo poſt Annum 1400. ſopitis cum Antverpia rebus *Bruxellam* in partibus fuiſſe. Cauſa Anni 1422. privata Joannes Groel à Bruxellenſibus in exilium miſſus Mechliniæ autem urbe donatus, qui cùm in præfectura Bruxellenſi hominem vulneraſſet, cives ad vindictam celeres, arcem ejus Cappellenſem diruunt, bona deprædantur, & Mechlinienſes irritant pejora facturos, niſi hujuſce rei gratia primùm Inſulis, mox Antverpiæ Anno 1423. de pace egiſſent & tranſegiſſent. Interjecto tempore Auri ſacra fames novam armis ſuggeſſit materiam, cùm Anno 1430. Brabanti frumentum extra provinciam deferri prohiberent, Malinates intercipiendæ navigationi Sennam cathena ſtrinxiſſent, aliàs ſicubi offerret oportunitas, quod jure nequibant, frumentum rapto advehebant. Duravit aliquot annis hæc ſeditio, magna animorum contentione propagata, & licèt ſententia Ducali Malinates juſſi fuerint cathenam & injuſta Sennæ repagula laxare, tamen aliquoties lego idem factitaſſe 16. Octobris Anni 1467. putà & 1481. ſed minore quàm ſuperiora motu, & periculo. Nuper etiam cùm inſignem illum Bruxellenſes aquæductum effoderent, Mechlinienſes hac via ſuo, quod in Heſſene percipiunt, portorio præjudicatum iri allegantes, authoritate Caroli V. Cæſaris repreſſi ſunt.

LIBRO SECUNDO
CIVITAS DESCRIBITUR
SECTIONIBUS XII.

DOMINI DIRECTI.

I. DOMINI DIRECTI. URbem ſtruximus, & ſicubi iniquitas temporum neceſſitatem nobis impoſuit, deſtruximus; nunc conſequens eſt civitatem & rempublicam formare, & ſpecioſo corpori elegantem animam infundere. A capite auſpicabor. 1. Domino directo: qui fuit Anno 753. (ut ſupra docui ex diplomatum fide) *Rex Franciæ*, dans Mechliniam fiduciario titulo poſſidendam Affini ſuo. Nec dubito quin ſecuti Pipinum Reges aut Cæſares idem juris habuerint, & poſt & per eos Reguli ſive *Duces Lotharingiæ*. Quamvis autem Grimbergani & jure & bellis cogitaverint Godefrido Duci clientelam renunciare, tamen fortuna cauſam ſecuta inferiores fuerint, & Dux anno 1144. Mechliniam fiſco ſuo addixit, donec Cæſaris hortatu Bertoudis in gratiam receptis anno 1163. legem poſuit, ut Grimberga Ducis, Mechlinia *Grimbergæ* eſſet beneficium, quod major natu à junioris manu acciperet. Manſit hic rerum ſtatus, donec levi ex cauſa jugum Dynaſtæ Grimbergani excuſſit Mechlinia, ſed cùm hac parte læſum ſe dubio procul Dux ſentiret, per litteras 1. Decemb. Anno 1238.

datas

datas invenio præſcriptum, ut Mechlinienſis dominia in tractu Ryenſi ſua à Duce reciperet in feudum, eorumque ratione Duci fidelitatis Sacramentum juraret. Hoc an accuratè deinceps ſervatum, non auſim aſſerere; certus ex diplomate Theobaldi Epiſcopi Anno 1307. dato inter conditiones, alias hunc repeti, & ſervatam à ſequentibus Dominis, adeò ut Dux venditionem Machliniæ Ludovico Flandriæ Regulo Anno 1332. factam, hoc titulo irritam facere ſtuduerit, quod ſe inconſulto fieri non poſſe exiſtimaret. Atque ita per leges pacis inter Brabantum, Flandrumque Anno 1336. dictas Mechlinia ſui juris, nec ulli obnoxios cœpit habere Dominos. Cùm autem *Epiſcopus Leodicenſis* ſui juris eſſet, merumque in urbis medietate imperium haberet, Bertoldos Epiſcopi clientes fuiſſe ex diplomate Anno 1307. ſuprà citato, & bello Leodicenſi ſuprà recitato quivis obſervabit. Quidquid tamen ejus fuit, deſiit eſſe, cùm ambæ partes unum habuerunt, ut habent, Dominum.

II. Comites antiqui.

II. Comites antiqui.

IN Principum qui Mechliniæ imperârunt ſerie, primos facio Comites Ardvennæ imprimis, quorum Anno 551. *Guido* (author Harigeras Abbas, & ſcriptor vitæ S. Perpetui) illam vendidit *Monulpho Comitis Dionantenſis* filio *Monulphus* eandem cum Inpilia & Gapremonte donavit Eccleſiæ Leodienſi; unde opinor paſſim vocari *Patrimonium S. Lamberti* in veteribus chronicis, & ampliùs opinor donum hoc ad ſpiritualia tandem ſe extendiſſe & res religionis per B. Lambertum ibi introductæ. Quomodò autem poſteà Dioceſeos Cameracenſis facta ſit, poſteà dicam. Poſt hunc invenio apud primæ claſſis hiſtoricos *Berulphum* Comitem Mechlinienſem ſub Annum 714. quem non dubito filium eſſe *Childebrandi* (quem Pipinus Dux ex ſecunda pellice ſuſcepit) patrem *Adonis* Archi-Comitis, cui Anno 753. Pipinus Rex Affini ut loquitur ſuo Maſlinas aſſignavit. Qui ex Eliſa Hasbani Comitis Filia, precibus D. Rumoldi mediis *Liebertum* filium ſuſcitavit, ſed Normannorum furore & patria & vita ſpoliatum apud Trudonopolim, ubi miraculis claram oſtendit Deus necati ſanctitatem. Auctores Molanus ad Kalendas Julii, & 14. ejuſdem, & Agyologus Rubeæ Vallis. In hujus temporis hiſtoria nonnihil me torquet neglectior temporum ratio, nec me expedio, niſi aut ſacra, aut populari, & antiquæ fidem negaverim hiſtoriæ. Ita ſatius mihi viſum rem indeciſam ob oculos ponere. Vir doctus & noſtratis hiſtoriæ peritiſſimus conformiter Francorum Annalibus ſentit & ſcribit, Adoni fratrem & hæredem fuiſſe, filio per Barbaros interempto, *Razonem* fratrem, eundemque Francorum Regis Theſaurarium, eundemque patrem *Machtildis* nuptæ *Arnoldo* Grimbergano. Qui his nuptiis Mechliniæ compos factus, ex nepotibus unum habuerit *Bertholdum* virum virium & virtutis inclytæ, unde ejus nomen poſteri in cognomen verterint familiæ. Hæc ille. Ego priora ut non oppugnem hoc cogor addere, nominari in ſchædis Pithæi *Bodgem* Mechliniæ Principem ſub Ludovico Pio I. ſub Annum 823. Ampliùs laudari eodem titulo in Francorum annalibus *Arnulphum* & *Adonem* Anno 840. *Bertoldum* Anno 895. omnes iiſdem annis quos ille Adoni & Razoni tribuit. Et ne quis putet Bertholdum hunc eſſe, quem ille ob cauſas aut hic, aut libro primo à me allatas vult Grimbergenſibus nomen communicaſſe, videat Baronium in canonizatione D. Swaldi ad Annum 814. ubi *Bertholdus domicellus de Greinberges* laudatur, *Præfectus Caroli Magni*. Ut ut ſit, Comitis Mechlinienſis vocabula uſurpari deſierunt ab oppidi iſtius poſſeſſoribus, ante Annum 1000. à Chriſto nato: niſi quòd Fridericus Imperator per diploma Anno 1490. 10. Januarii, Dominium Mechlinienſe *in Comitatum nobilem & perpetuum erigat, & inſignia ejus, vel ſcutum diviſionibus citimis & rubeis ſecundum longum interjectis meliorare conſtituens, aquilam nigram expanſamque prout Imperatores ferre conſueverunt, adjecerit*. Inſignia ſervat urbs & in ſigillo nomen Comitatus, quod nomen Carolus Quintus primus omiſit; & non ſcitur quam ob cauſam.

III. Principes mediæ.

HAc iter eſt partes ubi ſe via findit in ambas, & cum Bertholdi alicujus filius in Laubio monachum induens, dimidium Mechlinienſis peculii ſecum traxerit, diviſo bifariam Dominio: nos hanc utpotè ſacram & ſummam priùs exequemur. Monachum hunc Joannem vocant, Arnoldi filium, parum convenientes in Anno, mihi probabile fit circa Annum à redempto orbe milleſimum hæc facta. Hoc certum cùm Abbatia Lobienſis ob alterius Domini potentiam, præſentiamque parum hinc perciperet emolumenti, *Abbatem* inita permutatione Dominium ſuum *Epiſcopo* Leodicenſi tranſſcripſiſſe, ut alii Anno 971. ut alii Anno 1004. ut alii Anno 1171. Qui eodem laborans morbo cùm inſuper cives & ſubditos graves experiretur, non ſemel cogitavit æquis conditionibus Mechliniam abdicare. Itaque (teſtis I. Hocſem in Chronico) Anno 1255. cum Bavechinio & Hogardia eam *Duci Brabantiæ* oppignoravit, acceptis 1300. argenti marcis ad compeſcendum III. Principes mediæ.

cendum rebelles ſuos ſibi neceſſariis. Eandemque idem eidem Anno 1280. donaverat pretium præmiumque auxilii adversùs competitorem ferendi, ſi ſucceſſores in dignitate ratam habere voluiſſent alienationem. Eodem ſucceſſu *Hugo de Cabilone*, *Joanni II. Duci* ſub Annum 1300. vendiderat, *Theobaldo* ſucceſſore poſt decennium per litem in Curia Romana intentatam Epiſcopatui urbem reſtituente. Nec multò poſt *Adolphus* (extant litteræ Anni 1313. feſto S. Thomæ) Antiſtes *Theobaldo* ſurrogatus pro quindecim aureorum millibus eam *Hollandiæ Regulo* oppignoravit, ſed perſoluto mox debito redemit. Tandem Leodicenſes authoritatem faciente Papa & Principibus, pleno jure totum jus ſuum *Ludovico* Flandriæ Comiti vendiderunt ſummâ 100000. Librarum Turonenſium, ea Lege, quòd Comes ejuſque hæredes Mechliniæ Domini illam cum *Gerardimontio & Bornhemo* (quæ olim Anno 1263. Guido Flandriæ Regulus beneficiario titulo ab Eccleſia Leodicenſi ſuſceperat) *tanquàm feudum unum & indiviſibile* (ſic ſonant verba diplomatis Anni 1333. 14. Julii) *ab Eccleſia Leodicenſi reciperet*. Præſcriptum hoc quidem, ſed nihil minùs quàm ſervatum, poſſeſſione interim penes Ludovicum & ſucceſſores ejus remanente.

IV. Principes mediæ.

IV. Principes mediæ.

B*Ertholdi vires, & inexpugnabile nomen Succedat, Grimberga, tuum.* Ordo enim nos ducit ad Berthoudos, quibus innata feritas *Barbæ Draconis* indidit nomen, annata virtùs ſplendida addidit cognomenta. Quorum hiſtoriam ſeparatim proſequar, hîc tantùm Dynaſtarum Mechlinienſium res digito notans. Arnoldus fuit hîc & Grimbergæ imperans, qui variâ fortunâ cum Godefridis ex ordine tribus Lotharingiæ Ducibus luctatus tandem victus, & vita ipſe & Dominio filii exciderunt, Anno 1144. Horum Gerardus in prælio cæſus, captus Valterus, ſed Cæſaris interventu tertio fratrum Arnoldo obſide relicto, liber in Syriam dimiſſus res maximas geſſit: Reverſenſque ubi fratrem in vinculis exſpiraſſe didicit, pertæſus patriæ tot cladibus obnoxiæ iter retrò flectens in relictam Syriam, glorioſo apud Damiatam vulnere occubuit Anno 1169. An autem hic Valterus, an hujus filii, & rursùs an Conrardi an Frederici Cæſarum precibus mediis à Duce in gratiam & avita bona recepti ſint, inter ſcriptores non convenit. Hoc certum, Ducem (Arnoldi minoris natu fratris in obſidatu mortui intuitu) ſanxiſſe, ut immutata feudorum natura minorennis in Dominio territorioque Grimbergenſi primogenitus cliens fiat. Quod ſervatur in feudis hodieque & Valterus Valteri ſupradicti primogenitus à Gerardo Grimbergæ Domino fratre juniore Mechliniam ſuſcepit poſſidendam, fidus deinde Brabanti Ducis cliens & in bellis aſſecla, ex Sophia Anno 1209. apud Aconem Syriæ mortua pater factus Valteri & Ægidii, unde gentiles olim à Mechlinia dicti deſcendunt, quem licèt diaria vetera in Woroncano prælio velint occubuiſſe, tamen equidem eum eſſe libenter credam, cujus anniverſarium Codex D. Rumoldi notat ad 20. Octobris, & tempus mortis aſſcribit Anno 1310. Vitam cum morte commutavit *Valterus* II. Anno 1201. hæredemque reliquit eadem appellatione filium, (quis enim ille ſit Joannes, qui Domini Mechlinienſis titulo mortuus Anno 1204. 25. Auguſti ſcribitur in dicto codice, fateor me ignorare) non injuria cognomen *Nobilis* adeptum: ut qui in bello ſacro, Stadienſi, Colonienſi ampla generoſitatis dederit experimenta, fatoque functus Anno 1243. cognominem filium relinquens per leges pacis cum Henrico Duce per Ottonem Geldriæ Dynaſtam dictas, junctum Mariæ Comitis Avernii filiæ, Ducis ex ſorore nepti. Actum Lovanii Kalendas Decembris Anno 1238. Hic virtutis & prudentiæ merito *Magni* cognomen Cancellarii Ducalis dignitatem, impuberum Ducis filiorum Tutoris munus, & Provinciarum abſente Duce gubernatoris titulum conſecutus, variis tam domi quàm foris bellorum caſibus exercitatus ad extremum Anno 1288. nobili apud Worongam vulnere occubuit, uxore ante ſexennium defuncta, filio Joanne in bona ſurrogato, qui patrem moriendo ſecutus eſt Anno 1204. 25. Auguſti. Hæreo hîc tantiſper incertus quis ille Jacobus Bertout Archidiaconus Tornacenſis mortuus Anno 1273. & Wilhelmus Anno 1296. in Epiſcopum Trajectenſem electus, quos aliqui *Valtero* IV. alii, & meliùs Valtero III. natos aſtruunt. Rursùs cùm diploma Auguſtinianorum Anno 1305. nominat *Ægidium* (Valteri defuncti in prælio Woeringano) Mechliniæ Dominum, jure me turbat aliud diploma Anni 1307. ubi *Joannes* Bertout nominatur. Ut ut ſit, *Ægidium* conſtat eodem anno certis conditionibus mediis (inter quas una, eum ſuis impendiis Duci ſubſervire jubebat) vicos ſuos & peculia in territorio Ryenſi ſita à Duce, Advocatiam Urbis & ſuburbani ab Epiſcopo Leodicenſi ſuſcepiſſe, utriuſque ſe clientem eſſe profeſſus. Quod idem nepotis Anno 1310. 24. Octobris defuncti exemplo *Florentius* patruus fecit Anno 1312. feriis Apoſtolorum Principum. A quo Guilielmus Hollandiæ Regulus Anno 1315. 10. Martii portionem totam Dominii Mechlinienſis emerat, ſed cùm alteram quam ab Antiſtite Leodino acceperat; recepto prælio reſtituere compelleretur, ſen-

tiens parum ſibi emolumenti dimidiatam Urbis in longinquo ſitæ partem afferre, eam Florentio revendidit. Auctores Litteræ, teſtis Froſſardus lib. 3. qui ob nundinationes has Florentium *divitem mercatorem* vocat. Cujus filiam *Sophiam* Reinoldus Geldriæ Comes matrimonio ſibi jungens ſuſtulit Margaretam, infelicem illam, nec ad Gelriæ Comitatum per contractus ante-nuptialis vim ipſi debitam, nec ad Mechliniæ dominium ex avita hæreditate ei competens admiſſam. Hoc enim Reinoldus Tutorio nomine ejus bona adminiſtrans Luduvico Flandriæ Comiti vendidit ſummâ 60000. librarum Turonenſium, Teſte Meiero ad Annum 1312. Flander autem alterius etiam partis compos factus, ut dixi, primus toti oppido imperavit Anno 1333.

V. Principes integræ.

V. Principes integræ.

Sed enim Mechlinienſes aut novarum, ut fit, rerum cupidi, aut his conventionibus præjudicatum iri ſibi putantes *Joannem* Ducem interpellant, qui ſe inconſulto & minùs ſolemniter factum reſcindat, Annales Hannoniæ & Chronicon Trudon. p. 4. li. 2. ampliùs addunt Brabantum hoc machinatum, ut quovis modo Flandros rejiceret, aliàs in corde ſuæ Brabantiæ dominaturos, interim ſuum cum Leodicenſibus negotium agentem. Hinc diſſentiones & bellorum ſparſa utrimque ſemina, quibus tandem poſitus modus, partium utraque in *Franciæ Regem* compromittenti: is dum moras nectit, & interim per *Fredericum de Pecquegny*, ad utilitatem ejus, quem potiori jure niti comperiſſet, urbem adminiſtrat, viſum fuit partibus expedire magis ut concordiæ modus inveniatur; Inventumque ut junctim Mechliniæ imperarent. Actum Teneramundæ ultima Maii Anno 1336. optimè, donec evenit belli inter Francum Anglumque buccinam ſonare, Ducemque ab hujus, Comitem ab illius partibus ſtare. Tum enim nova inter utrumque odia (videatur Mejerus ad Annum 1346.) nova armorum, præſertim cùm ſopito Anglico bello novum fuit otium, materies ſe offerre, magnum utrique malum paritura, . niſi conſultò Flander mediante 86600. aut ut alii, 15000. aureorum ſumma Brabanto ceſſiſſet, accedente Pontificis indulto. Verumenimvero antequàm hæc pecunia annumeraretur, contigit Flandrum in Creſſiaco tot nobilium capitibus æſtimato certamine occumbere, filiumque ejus *Henrico* Ducis filio omne debiti & juris reliquum inſpicionte Francorum Rege remittere, litteris ad D. Quintini datis Anno 1347. qui Anno ſubſequenti à civibus receptus in D. Rumoldi cœmiterio ſolemne præſtitit juramentum. Sed brevi & ſine hærede fatis concedens ad patrem Ducem devolutam reliquit Mechliniam. Quo ſub Annum 1355. eandem fatorum legem ſubeunte, *Luduvicus* Flandriæ Comes Ducis gener non hanc modò, ſed & reliquam Brabantiam dotali jure vendicatus poſt aliquot annorum bella, hanc quidem Wenceſlao competitori ceſſit, illam reſervavit, pacis formulam pronunciante Guilielmo Hannonum Comite 4. Junii Anno 1357. Deinceps per Margaretam Luduvici Malani Flandriæ Comitis unicam Philippo Audaci enuptam Mechlinia in Francicam Burgundiæ Ducum tranſiit familiam. Inauguratique Margareta Anno 1383. 21. Martii. Joannes Dux Anno 1405. 23. Aprilis. Philippus Bonus Anno 1419. 8. Octobris. Carolus pugnax Anno 1467. 3. Julii. Maximilianus 9. Januarii 1477. Maria Anno 1477. 25. Junii. Philippus Archidux Anno 1494. 27. Martii. Carolus V. Anno 1514. 5. Februarii. Philippus II. Anno 1556. 31. Decembris Albertus Archidux cum Sereniſſima Iſabella anno 1599. 6. Decembris.

VI. Domicelli.

VI. Domicelli.

Hi Domini ſupremæ comptus juriſdictionis.

Nec verò reticendus Apis & parvus honorem,
Auguſto lare qui patiens concludit avitum.

Fuerunt etiam, ſed & ſuperſunt aliquot ſecundi ordinis Domicelli, qui genus aut affinitatem à ſuperioribus repetentes, cùm ordine natalium à Toparchiis excluderentur, alibi intra & circa urbem peculia habuerunt, & curias ſenſuales, quibus & terræ & domus obnoxiæ ſunt. Ejus generis benè multæ per incendium Anni 1342. perierunt, ſuperſunt hæ imprimis *Hertendrechtum* Veviorum olim, poſteà Vandaliorum peculium; *Curia arenacea*, Schoeffiorum: *Milſtia* Oyebrugganorum, *Lapidea* (*van Steene*) Herbaſiorum: *Palatina* (*van Hove*) Muſeniorum olim peculia, nunc in alias tranſlata ſtirpes.

VII. Parlamentum.

VII. Parlamentum.

Themis, Virorum qui liquentibus flammis,
Et arculato lacte baltheo, Paulis
Sedent curules aſſidentibus ſellas,
Caput, Ducatrixque intereminens cælo,

Aſpira: de iis enim ſermo eſt, quos Francicorum Regum Legumque æmuli Burgundiæ Principes, ad tenendum juris communis & latè ſparſarum litium gubernacula cooptârunt; Carolus enim Belgarum Princeps Anno 1474. exemplo Spirenſis Cameræ in Imperio, Pariſienſis Parlamenti in Regno Galliæ, concilium 35. virorum (venientibus in numerum Duce & Ducis Cancellario) ſub Præfecto uno, duobus Præſi-

Præſidibus, Equitibus 4. Magiſtris Libellorum ſupplicum 6. Conſiliariis Eccleſiaſticis 8. Laicis 12. omnibus Juris Legumque peritis inſtituit, ad quod omnes via appellationis potiorum Provinciarum cauſæ devolverentur. Cæterùm cùm hoc nullo certo loco Principem ferè ſequeretur, Philippus Caſtillæ Rex Anno 1503. decrevit Mechliniæ loco opportuniſſimo permanſurum, mutatâ aliquantiſper ejus formâ, ſtatutiſque Præſide uno, Conſiliariis 16. Graphiariis 2. Secretariis 8. quod hodieque perſeverat, & conſtat hic ſenatus viris lectiſſimis doctiſſimiſque.

VIII. Senatus.

VIII. Senatus.

DEſcendo ad Senatum & Reipublicæ Urbanæ Præfectos. Juſtitiæ adminiſter olim, nunc Principis Vicarius eſt *Schultetus*, Prætorem licet vocare. Ejus eſt omnia majeſtatem Principis tangentia curare & procurare. Reos aut ſuſpectos criminis accuſare, apprehendere, pœnam à Senatu irrogatam infligere, Judicum indicere collegium, eoſque religionis & juris jurandi admonere. Licitumque ei, ex Joannis Ducis privilegio, de Conſilii ſupremi ſententia homicidii ſupplicium, in mulctam convertere, leviorum facinorum cauſas, ſuo pro arbitratu aut remittere, aut mulctare, reſervato ſibi ex mulctis triente. Hoc muneris cùm olim Viri duntaxat nobiliſſimi prudentiſſimique obierint, nunc ab iiſdem dotibus commendandus obit N. van Lathem. Succedunt *Scabini* (Senatores vocant) quos confirmare Principis, in defuncti locum alium ſurrogare Principi præſentandum Collegii erat olim, & numerus erat duodenarius, prout ex diplomate Joannis Ducis & Joannis Bertoldi Anno 1301. feriis S. Luciæ patet. Mutata autem hæc forma per conſtitutionem Philippi Ducis datam Anno 1439. 29. Decembris, curatumque ut Principi aut ejus Vicario offerantur ex primariis civibus 4. aliique ex nobilioribus 9. ex opificibus totidem, cujus ſit ex 4. duos Conſules, ex 9. tres Senatores deſignare, & intra quindenam ferè Magiſtratui tranſmittere, idque die Lunæ poſt aſſumptæ in cœlum Virginis feſtum. Horum eſt ex privilegio Joannis Ducis & Joannis Bertoldi ſupracitato & Philippi Anno 1449. 22. Martii cauſas civium & municipum cognoſcere citra contradictionem aut revocationem, privilegia Urbis aſſervare & defendere, inter patricios poſt Prætorem eminere; & vidi inter alia Theobaldi Epiſcopi diploma 15. Kalendas Aprilis Anno 1304. de horum authoritate multis agens. Dum hæc ſcribo, Conſules agunt Guilielmus à Meerbeeck J.U. Doctor, vir multæ doctrinæ & experientiæ, cujus humanitati non parum debeo, & Philippus Snoy Poyeræ Dominus acquiſita rerum uſu prudentia magnus. Priori hoc ipſo anno ſurrogatus eſt Joannes à Wachtendonck, qui multum operæ rebus Mechlinienſibus impendit Vir nobiliſſimus. Scabinis adſunt *Jurati*, ut vocant, aliquid Tribuniciæ poteſtati ſimile habentes, ad id creati, ut cives ab injuria ſerventur. Fuerunt vario numero olim, nunc ſunt quatuor. Ampliùs in partem muneris publici venire ſolent *Decani* duo cum ſeptem *Juratis* Lanificii (illos non ineptè *Tribunos*, hos *Cenſores* Collegii Lanificum dixero) quorum nundinatio etſi nunc declinaverit, manet tamen Decanus cum quinque conſortibus. Aſſiſtunt Superioribus *Syndici* 2. iidemque tam in criminalibus quàm civilibus à conſilio ſunt, authoritatem habentes, ſi quidem res momenti majoris occurrat, alios conſulendi. Et quia ad hoc muneris vix niſi Doctores aut Licentiati Jurium aſſumuntur, hinc fit quòd ad Legationes & alia id genus Reip. munia vix extra hos aſſumantur. Primus hocum Nobilis Clariſſimuſque Paulus de Cryſtinen, Legum Canonumque Doctor, neſcias an eruditionis an prudentiæ laudibus major, qui diplomatum ex archivis oppidi plurium copiam mihi fecit, ſuoque conatus meos favore promovit, collegam habens Eraſmum de Zoete. Horum abſentium partes ſupplent, qui à *Secretis* dicuntur, & venditionibus, aliiſque contractibus & extrajudicialibus inſtrumentis duodecim viralia conficiunt. Cui oneri abſente Collega ſolus per Annos 22. præeſt Joannes à Paſſenrode J. U. L. ſumma vir induſtria. Curam *ærarii* gerebant olim duo ex nobilium, totidem ex opificum collegio, nunc priores duo cum tertio plebeio de oneribus extraordinariis ſtatuunt, ex quorum præſcripto *Quæſtor* ſolvit extra ordinem.

IX. Nobilitas.

IX. Nobilitas.

AD veteres & diu notas diu dominatas circa Mechliniam familias eo, & in prima acie, contra terræ filios, colloco

Magni nominis umbras.

Qui è Dynaſtis Mechliniæ deſcendentes in territorio obtinuerunt latifundia; cujus generis eſt *Bertholdorum*, è quibus ſuperfuit adhuc tempore Caroli Pugnacis Andreas Eques: Dictorum à *Mechlinia*, *Battela*, *Hombeca*, *Heſſena*, *Leeſta*, qui eodem tempore adhuc florebant. In ſecundo ordine libet cenſere familias ab antiquo Mechlinio beneficiarias, eaſque vel Dominii peculiique ſui nomine notas, ut ſunt *Muſenii*, *Hoffſtadii*, *Sulſii*, *Schoeffij*, *Heyſtii*, vel ab Heroe aliquo territorii Mechlinienſis nuncupati, ut ſunt *Franconii*, *Roelamii*, *Gisbrechtii*, *Bavovii*, ſive *Bauſii*: vel ex nobilitate externa hîc ab antiquo inſiti: ut ſunt *Duffelii*, *Merodii*, *Langii*, *Halenſes*, *Gotteniaci*, *Dalii*, *Oyebruggani*, *Vanderani*, *Gorterii*, *Voiſdonckii*,

kii, &c. Qui omnes tempore Philippi Boni hæreditates in Mechlinienſi Comitatu poſſidebant ampliſſimas. Ut nunc res ſunt, ex lectiore civium parte, ad religionis & concordiæ incrementum inſtitutæ diverſis temporibus ſacræ civium *confraternitates*, (ſic vocant ſodalitia illa) magnæ ſeptem. Excolendis ingeniis *poëtarum* (Rhetorum cameras vocamus) collegia tria florum inſignita nominibus. Exercendis ad bella corporibus, *ſagittariorum* cœtus quinque, illi fortiſſimis, nobiliſſimiſque civium conſtantes. Primo *arcus chalybei* præeſt nunc Nicol. vander Laen Eques, ſenior à fratre. Secundo ejuſdem generis Joannes van Wachtendoncq D. de Woudenbroucq ex nobilibus Geldriæ Eques, vir magni nominis. Tertio *arcus lignei* ſive cornei oblongi Joannes vander Laen à fratre minor, D. Scrieckiæ & Grootloæ Eques. Quarto *ſclopetariorum* Coſmianus Prant D. in Blaesvelt. Quinto *gladiatorum* Lancelottus de Gottengies.

X. Plebs.

X. Plebs.

DEmus & plebi ſuum ordinem, in qua cenſentur opificum 44. contubernia. E quibus duntaxat 6. honorum in ſenatu capaces ſunt, *Piſtores & cerviſiarii*, *Pinguiarii*, *& Laniones* ab antiquo, *Coriarii* & *piſcium* nundinatores poſteà. E quibus 6. quotannis ſcabini ſunt, quorum 3. annuatim deſtituuntur honore, totidem novis ſurrogatis. Solet autem ingens & hîc & vicinis locis eſſe textorum copia, ita ut legam Anno 1370. fuiſſe in oppido Textrinarum 3200. non venientibus in numerum Lanariis, pannitonſoribus, Phrygionibus, Linteonibus, Culcitariis, Pileonibus, Zonariis, qui omnes circa ſartoriam artem laborant. Anno autem 1462. Dionanto per Carolum Ducem capto cuprariorum colonia huc deducta ingens illa, ſed brevi, ut

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, ad ſua dilapſi ſunt;

Naupegorum collegia, & celebris hîc navium fabrica eſſe cœpit Anno 1316. Campanarum & Tormentorum bellicorum fuſores ſub Burgundiæ Principibus hîc egerunt.

XI. Laudes.

XI. Laudes.

DIxi ſocietates civium eſſe augendis pietati, ingenio, virtuti, addo omnibus æquè Mechlinienſes claruiſſe. Vetera reſpicio? Bullæ Nicolai V. Calixti III. Pii II. de Jubilæo diſertis verbis commendant populi in avita religione conſtantiam, & *erga Romanam ſedem obſervantiam*. Epiſcopi Cameracenſes in indulgentiarum conceſſione idem profitentur; Leodicenſes (teſte Harigero) *Magliniam Eccleſiæ Leodicenſis filiam*, & *matris maximè æmulam* deſcribunt. Nupero etiam in Regem & religionem claſſico, rar è civibus alicujus notæ imbibitam cum lacte pietatem abjurârunt. Et uno verbo dicam, non ſitus, non majeſtas oppidi, ſed populi pietas traxit illuc Archi-præſulis & primi in Belgio cathedram. Poëtæ quas lauros, in cœtu, quæ præmia in ludis, in theatris quos plauſus, in pulpitis quæ meruerint præconia, quos aliis ludos indixerint, ut Anno 1459. taceo, & unum Houdartium Belgicæ noſtræ Homerum, inſtar omnium offero, qui ut natales vitæ ſuæ Bruxellenſibus, ita natales & incrementa ſuæ poëſeos Mechliniæ debet. Sagittarii ſciunt quoties in frequenti Belgicarum urbium conſeſſu honorati domum redierint, & ipſi aliis ludos indixerint. Ita nimirum in 42. urbium certamine Anno 1455. Tornaci vetus contubernium Mechlinienſe primas, novum ſecundas retulit. Ita Anno 1404. propoſitis 34. argenteis quantivis pretii donariis collegium arcus chalybei omnibus oppidis certamen indixit. Maximè autem Anno 1458. provocatis ſimiliter urbibus, & oblata ſingulis adventantibus patera, appenſiſque ultra 70. præmiis majoribus, certatum. His autem exercitationibus effectum, ut qui fidelitatis nomine apud Principes optimè audirent, virtutis bellicæ apud omnes haberent opinionem. Et quidem Anno 1302. in bello Curtracenſi præter gregarios, lego 18. equites nobiliſſimos Malinates juxta Ducis tentorium interiiſſe. In Leodicenſi Anno 1308. ſecutos caſtra Joannis Ducis, primas in acie & ultimas tenuiſſe.

Anno 1318. in obſidione Sittardenſi, proximè urbem tentoria ſua fixiſſe, Anno 1332. apud Hellenum glorioſos comparuiſſe, & honoratos rediiſſe: Anno 1397. in Gelrenſi & Juliacenſi bellis egregiam operam navaſſe: Anno 1411. bello Francico in expugnatione Hanii Viromanduorum primos impetus ſuſtinuiſſe: Anno 1436. in Lutzeburgenſi cum applauſu omnium collegia ſagittariorum militaſſe: Anno 1474. in exercitu Caroli Ducis ad Nancium, eadem præſtò fuiſſe, & collegium vetus ponè Ducem, novum proximè urbem conſediſſe. Et ne putemus virtutem illam degeneraſſe, in ore omnium & recenti memoria eſt, quod ſub Carolo V. declarârunt, & nuper Anno 1595. 14. Octobris capta Lyrana Urbe per inimicos, egreſſi in communionem laudis de reſtituta Urbe, cum Antwerpienſibus venerunt.

XII. Privilegia.

NE miremur tantis ad invidiam vicinorum ornatam privilegiis Mechliniam ut non rari eorum participes facturi liberos, inſtante partus tempore uxores huc ſuas ablegent, civem tàm fortunatæ urbis parituras. XII. Privilegia.

Joan-

Joannes Dux Anno 1404. 15. Aprilis confirmantibus Carolo Francorum Rege, Joanne de Bavaria, & Wilhelmo Comite Palatino Rheni, nundinas ſolemnes binas octo dierum indulſit, incipientes feria ſecunda poſt feſtum Beatorum Coſmæ & Damiani, & feria ſecunda ante feſtum aſcenſionis Domini, quæ tempora etſi Philippus Bonus in alios dies transferre conatus ſit, hodieque in uſu ſunt. Exemit cives Joannes Dux Anno 1303. feriis S. Eliſabethæ à novi telonii oneribus, Carolus Dux in Junio 1475. in obſidione civitatis Nuyſſe exemit illos ab omni telonio excepto Gravelingano, à quo Maximilianus Rex Romanorum & Philippus ejus filius illos etiam exemit. Concilium Ordinis Præmonſtratenſis Anno 1426. hîc celebratum participes meritorum ordinis facit Malinates. Quoad ſtapulam avenæ, ſalis & piſcium à diverſis confirmatam Principibus, ſuprà dixi.

LIBRO TERTIO

RES SACRA DESCRIBITUR

SECTIONIBUS XIII.

I. Idola.

I Idola.

A *Jove principium.*
Sed Jove nigrorum lemurum qui ergaſtula torquet.

Quemque ſub nomine *Nachkeri*. 1. noctis Domini cultum circa Mechliniam, ex nomine *Neckerſpolii* non malè colligitur. Cæterum quod addunt alii, Dæmonem ſubterraneum aut genium aquaticum ibi reſponſa dediſſe, non majori nititur fundamento quàm quod alii narrant Dæmonem vicinis infeſtum hîc ante invectam Chriſti fidem, habitaſſe, à quo malo nomen *Malinæ* in ore cœperit eſſe. Nec majori fide digna ſunt conficta à ridiculis antiquitatum venatoribus, Jovem in Hoberga, Herculem Walemi, Venerem Duffelæ, Cererem Grimbergæ, Priapum in Pennepolio cultos.

II. Christiani.

II Christiani

His cum veteri atheiſmo in Barbariam relegatis, ad fidei noſtræ fundamenta camus, jacta probabiliter per *S. Willebrordum*, confirmata certò per *Lambertum*, *Hubertumque* Antiſtites Leodiorum. Quorum ille (tametſi vulgò B. Rumoldi nomen magis innotuerit) ab antiquo oppidi tutelaris haberi, & in juramentis ſolennibus compellari ſolet, quem ob id depingere ſolent Equitis armati, gladio accincti, infulati tamen ſpecie, quod crederent ejus interventu urbem à Barbaris ſemel præſervatam, Doceo hæc ex juramenti ſcabinalis formula Anno 1304. renovata. Cur autem unà cum Lamberto peculiari titulo venerentur D. Magdalenam Mechlinienſes, cauſam dat vetus meum chronicon Leodienſe his verbis: *Cùm Barbari naves ſuas præda & captivis oneraſſent, ſpoliata, excepto templo, tota urbe, inter alios abduxerant fœminam, ſacriſtanam cryptæ, quæ B. Mariam Magdalenam toto corde invocans, exaudita eſt. Cùm enim vellent vela in altum dare Barbari, navis quæ fœminam ferebat moveri non potuit. Unde coacti illam dimiſerunt, & hinc B. M. Magdalenam oppidani colunt ad rei memoriam.* In Tutelarium etiam genere ponendum quidam cenſent B. Stephanum, ob id credo, quòd B. Rumoldus iſti Eccleſiolam ſuam legatur inſcripſiſſe Anno 785.

III. Tutelares.

Ad nomen, Rumolde, tuum me tranſtulit ordo, III Tutelares.
Quem voto coluit ſupplice Mechlinia.

Hujus Divi martyrio, nomine, patrocinio felix Mechlinia inter conſortes ſuas triumphat. Cujus vitam primo Theodoricus Abbas Trudonopoleos ſcripſit, exſcripſit author Hagyologi Brabantinorum parte 2. vita 1. & poſt eum Molanus ad primam Julii, noviſſimè J. Domyns ſtylo liberiore compoſuit, quæ nec ego repetam, ſatis habens dicere natum Regia Scotorum ſtirpe, ſub Anno 775. relicta Dublunenſi cathedra Mechliniam peregrinandi, & fidem propagandi ſtudio declinaſſe, impetrato in pratis trans flumen loco ad ſacellum extruendum, ſublatumque è medio duorum operâ ſicariorum; quorum alterum auri cupido, alterum, quòd de adulterio reprehenſus eſſet, ſtimulabat. Corpus exanime glorioſi martyris Ado Comes in ſacello ipſius Divi ſumptibus extructo ſolenniter repoſuit. Sed enim vaſtante omnes circum circa provincias Normannorum rabie in oblivionem penè abierat vita & mors & merita magni hujus Antiſtitis, adeò ut in vulgo ignoraretur cenſendus ne eſſet in confeſſorum, an in martyrum numero; & tradunt indiculi populares hinc

factum quod in matutinis precibus feſti ejus, Pſalmi Confeſſoribus proprii olim legi ſolerent: quod an ita ſit, nolim equidem aſſerere, ſatis habens rem ſcriptam ab aliis annotare. Hoc certius eſt, poſt duo ferè ab obitu ſecula percrebreſcente miraculorum fama, corpus & inventum & elevatum, & poſtridie feſti Divæ Ceciliæ aromatibus conditum ſericoque ornatum in ligneam thecam decenter repoſitum: Et cùm in dies peregrinorum creſceret & miraculorum frequentia, iterum ſolemnia ritu elevata ſacri pignoris oſſa per Robertum Cameracenſem Epiſcopum, relatoque in argenteam, cujus precium exceptis margaritis exceſſiſſe conſtat ſexaginta ſex florenorum millia. Factum Anno 1369. Cùm autem ingruente bellorum periculo in Ocſaliam Petræam delata humi defoſſa longo tempore latuiſſent, eadem, quæ nuper miraculorum gloria, vetuit ſub modio abſcondi candelabrum. Præſul itaque Cameracenſis Duce Burgundo Abbatibuſque ſeptem teſtibus Anno 1479. 3. Martii Reliquias viſitavit, populoque inſpiciente repoſuit. Theca hæc ſive feretrum inter pretioſiores totius Belgii facilè habendum ſacrilegum hæreticorum manibus nuper & profanatum & direptum eſt, ſacellumque ipſius Divi funditus everſum recenter reparatum eſt.

IV. METROPOLITANA.

IV. Metropolitana.

AD Eccleſias religionis de qua hactenus, domicilia tendimus, & primò obvium habemus collegium Canonicorum, vetus illud & celebre, quod initia ſua à D. Rumoldi aut viventis aut exaltati ævo repetit. Chronologus certè Cameracenſis, qui ante Annos quingentos ſcripſit, & vixit ſacellanus Gerardi Epiſcopi ſuo ævo deſcribit apud Maſlinas *Monaſterium Canonicorum ab antiquitate conſtructum, & regalibus maximè emolumentis augmentatum.* Leodienſis hiſtoria enumerans in vita Notzeri Epiſcopi referens qualiter is ex antiquioribus Diœceſis Leodinæ Eccleſiis, quæ per incurſiones barbarorum multùm labefactatæ erant, decem, aut ut alii, duodecim, reſtituerit, in quibus Deiparæ Virgini dedicatis novem clericos conſtituerit, & ſingulis Abbatem præficiens, qui hoſpitalitatem curaret, & eſſet è conſilio Epiſcopi. Hanc Abbatis ſecularis dignitatem poſteriores cum titulo & dignitate Præpoſiti confundunt: obierunt eam certè viri magni & primæ in Eccleſia Leodicenſi famæ, è quibus invenio ſub Anno 1100. filium, Ducis Auſtriæ Anno 1204. filium Ducis Thuringiæ Anno 1230. Henricum Comitis Viennæ fratrem, quos in exemplum dediſſe ſufficiat. Cæterùm qualiter auctus mutatuſque numerus Canonicorum ſit, hæc apud ſcriptores lego, Notzerum Leodinæ urbis Epiſcopum duodecim Canonicos inſtituiſſe, quorum numerus auctus ſit à Gerlende Comitiſſa. Et licèt memoriæ aliquot veteres annotent factum Anno 1171. tamen eas erroris arguunt omnes Chronici Leodienſes, qui mortem hujus Antiſtitis rejiciunt in Annum 1007. Quænam illa Gerlendis ſit, fateor me ignorare. Ulteriùs lego Arnoldum *Sellarium* Canonicum & Scholarcham ad decantandas in Eccleſia D. Rumoldi horas Canonicas duodecim præbendatas inſtituiſſe, Anno 1250. aramque dedicandam curaſſe, ſepultumque ante exceſſum Odey ad dexteram Anno 1264. Eccleſia hæc Collegiata in Metropolitanam erecta eſt Anno 1559. ſubordinatique huic Archiëpiſcopo Antwerpienſis & Silvæducenſis in Brabantia, Gandenſis, Brugenſis, Yprenſis in Flandria: Ruremondenſis in Geldria Epiſcopi, definitique limites Epiſcopatus, ita ut contineat in Brabantia Urbes Lovanium, Bruxellam, Thenas, Lewas, Diſtam, Landinum, Arſchotum, Sichenas, Vilvordiam, in Flandria Gerardimontium, Ninoviam, Aloſtum, & univerſim pagos 455. Epiſcoporum primus Anthonius Perenottus S. R. E. Cardinalis apud Cæſaream & Regiam Majeſtatem totus & ferè unicus conſiliorum arbiter. Sub quo celebratum Provinciale Concilium Lovanii in Collegii Sabaudienſis ſacello, præſidente M. Rithovio Yprenſi Antiſtite, utpotè ſuffraganeorum primo: in quo multa ſalubriter & ſanctè ſtatuta quæ omnium paſſim manibus teruntur. Huic Cardinali extra Belgium ferè agenti & defuncto ſurrogatus Joannes Hauchinus Theol. Lic. & Decanus Collegiatæ Bruxellenſis, qui iniquiores nactus temporum vices, exiguo etiam præfuit tempore, vir comis & manſuetus, ſummis & imis ob innatam morum ſuavitatem acceptiſſimus. Hoc etiam defuncto poſt interregnum aliquot annorum ſuffectus eſt Matthias Hovius anteà Metropolitanæ Mechlinienſis Canonicus, qui poſt formatam Diœceſeos & Epiſcopatus rem pluribus annis & mediis, ſeminarium Diœceſanum Mechliniæ inſtituit, ſynodum Provincialem Anno 1607. celebravit, vir reparandæ Reipublicæ & Eccleſiaſticæ natus, cui longam vitam apprecor, & mecum omnes boni.

V. PAROCHIALES.

V. Parochiales.

POſt Metropolitanam Parochiales collocandæ, quæ gregis Dominici curam ſpeciali titulo habere cenſentur, & ſunt, ut nunc res ſunt, numero ſeptem, tam intra, quàm juxta mœnia. Inter quas dignitate eminet D. Rumoldi producto urbis ultra flumen pomerio per Notgerum Epiſcopum Parochiæ jus adepta. Et referunt memoriæ veteres poſt receſſum Normannorum, loco ubi nunc templum eſt, extructam à convenis

venis Ædiculam B. Magdalenæ, quæ munificentia peregrinorum divi Rumoldi corpus viſitantium in magnam excreverit Eccleſiam, cujus ambitum versùs orientem extructum lego ſub Annum 1250. Chorum aliaſque templi partes perfici cœptas Anno 1454. turrim autem biennio antè inceptam, ſubſidio oblationum & donariorum, quæ occaſione Jubilæi à Nicolao quinto, & Calixto tertio conceſſi à Pio ſecundo, aucto undique confluentes ſuppeditabant. Lego ampliùs ad memoriam victoriæ Anno 1301. contra Brabantos partæ ſupplicationem annuam decretam indulgentiis Anno 1316. honoratam & denique Anno 1334 ſacram titulo Divi Rumoldi civium Sodalitatem probante Epiſcopo inſtitutam. Succedit Virginis Matris ultra Tiliam parochia, & volunt ſcriptores à D. Lamberto dedicatam reſtitutamque poſt Normannos, aliquamdiu Zempſianæ Parochiæ appendicem fuiſſe, donec creſcente incolarum numero per Epiſcopum ſeparata eſt. Deinceps aucto mirum in modum incolarum urbis numero in communionem paſtoralis curæ aſſumpta ſunt ſacella Divorum *Joannis & Petri*, idque ante annos trecentos; & lego in horribili illo ſciſmate duorum Pontificum Romanorum, quendam Iſwinum Parochum Sancti Petri auctoritate per Papam Romanum accepta, infulis & pedo Epiſcopali ornatum in D. Petri Eccleſia Cathedram ſuam conſtituiſſe, Cameracenſi Epiſcopo (cui tunc Mechlinia ſuberat) alterius Pontificis partem ſequente. Poſt hæc textorum numerus portentoſus Mechliniæ agens effecit, ut Sacellum *Catharinæ* Virginis, & *S. Spiritus* in Neckerſpolio Parochiali honore, & titulo ornarentur. Ad extremum fundator cœnobii Hanſwickani Paſtor Pagi Muſenenſis procuravit, ut Eccleſia D. *Virginis Hanſwyckanæ* à Muſenenſi matre ſeparata monaſterio incorporaretur.

VI. Coenobia virorum.

VI. Coenobia virorum.

AD ordinum cœnobia mendicantium deflecto ſtylum: è quorum genere ſunt *Seraphici Patris Franciſci* inſtituta ſequentes; quibus Anno 1231. locum aut dedit aut coëmit Walterus Barthout Mechliniæ Dominus, quique Anno 1445. ſanctiorem obſervantiæ regulam aſſumpſerunt, & habuerunt inter alios Henricum Herpium à pluribus piè & doctè ſcriptis notum. Templum eorum ſic ſatis elegans hæreticorum furore binis vicibus vaſtatum Anno 1564. & 1584. ſolo æquatum, nunc pia Senatus & bonorum civium munificentia, & Spoelbergii Guardiani induſtria reſtituitur. Celebratum in hoc cœnobio Ordinis generale concilium Anno 1482. ubi ſeparata hæc Minorum Provincia (quam Brabantiæ vocant (ſeparatos habere cœpit provinciales Prælatos. *Eremitæ* D. Auguſtini Alexandro quarto Pontifice authoritatem faciente Anno 1252. Mechlinienſem conventum inſtruere cœperunt, & eleëmoſynis privatorum adjuti Eccleſiam ſacris cœnobium ſuis uſibus extruere cœperunt, Ægidii Bartholdi Anno 1305. gratia aſpirante perfecerunt. Templum quod per eaſdem Belgici belli clades jacuit, nunc Principum favore, ſenatûs auxilio, Populi munificentia reſtituit Henricus Cæſaris II. Provincialis, qui & inchoati cœnobii Bruxellenſis, Bullonienſis formati, laudem retulit, vir de religione & ordine optimè meritus, & Principibus non uno titulo acceptus. *Carmelitæ* etiam terra ſancta ejecti Anno 1254. permiſſu & ope Joannis Barthoutii Mechliniam ſe receperunt, & Monaſterium adornare inceperunt: Unde prodiit Joannes ab aqua veteri, cujus extat faſciculus temporum ordinis: itemque Johannes Schoonhovius qui Palipodiam & doctiſſimos ſermones Poſteritati reliquit. Horum etiam templum jacet adhuc, ſpes tamen eſt brevi reſtituendum aſpirante Dei & bonorum favore. *Capucinos* nuper Anno 1596. vidimus clauſtrum cum æde ſacra ædificantes populi & eleëmoſynis & labore adjutos. *Alexiani* autem curandis funeribus deſtinati ab annis ferè ducentis in urbem recepti ſunt, annitente ſenatu. Hìc etiam aſſcribendi *Carthuſiani* ex Angliæ Monaſterio prope Dudlunum profugi, ab Anno 1592. impenſa & beneficio Catholici Regis Mechliniæ reſidentes. Claudant autem hoc agmen *Scholares* Divi Auguſtini, qui licèt ſuburbano debeantur, tamen deſolato eorum Monaſterio, nuper in urbem ſe receperunt. Eorum prioratus cœnobii Leuwenſis eſt colonia, fundator Guilielmus ab Horen Scholarcha & Præsbiter Anno 1282. aut ut alii, 86.

VII. Coenobia Virginum.

VII. Coenobia Virginum.

NObiliorem ſexum percurrimus, nec interim prætereundæ virgines, inter quas primo loco ſtatuam Beginas tali propagatas initio. Virgines quædam Beginarum nomine, celibem vitam ſed liberam agentes, venerunt in Brabantiam, ex Germania, ut opinantur quidam, ex regionibus moſanis, ut ego, probabili nixus conjectura. Hæ cùm primò in urbes non reciperentur circa Schaldim reſederunt, ibique recens extructo Sancti Bernardi Monaſterio ſe ſubjecerunt, longoque pòſt tempore confeſſores ſuos ex iſto Monaſterio habuerunt: donec ob frequentes abuſus impetrârunt à Sancta Sede, ſecularem, qui rem divinam illis ageret, paſtorem. Hæ Mechliniam delatæ, in vico, cui ad huc nomen hæret, diutiùs reſederunt: donec tandem creſcente in immenſum earum numero,

mero, pars quaſi in Coloniam miſſa Anno 1249. extra muros oppidi curiam & officinas, & habitacula ſibi extruxit, tanto ſucceſſu, ut habitatio earum oppidi inſtar videretur, numerus eſſet aliquot millium. Cæterùm exuſto nuperis turbis hoc Beginagio aliud ſibi non minori loco in urbe comparârunt. Pars autem Virginum earum quæ in urbe remanſerat, etiam alibi Monaſterio & Beginagio titulo B. Magdalenæ initium dederunt.

VIII. Item Franciscanæ.

VIII. Item Franciscanæ.

POſt Beginas *Franciſcanæ* Virgines locum accipiant, ex quarum genere tertiam profitentes regulam, ante ſeſqui ſeculum Mechlinia relicta Lovanium ſe receperunt, & ſunt quæ ab habitu Gryſeæ vocantur. *Clariſſæ* autem primam Franciſci regulam profeſſæ fundatores agnoſcunt Anno 1500. Godefridum de Vileyn & Eliſabetam Immerſeliam conjugum nobile par. cum defunctum 28. Februarii 1482. & hanc 11. Auguſti 1510. Quonim Domus facta Clauſtrum Papale 28. Januarii 1501. Quæ poſt Annum 1580. per quinquennium profugæ, demum Anno 1585. Octobris decima Mechliniam reverſæ ſunt.

IX. Item Augustinianæ.

IX. Item Augustinianæ.

REſtant ad Auguſtini præſcripta viventes, quæ ſunt in cœnobiis ſequentibus quinque. *Latimontis* cujus Virgines putantur à D. Rumoldi ævo extitiſſe, vitam religioſam agentes; & deſtructo earum ab Hunnis Monaſterio in locum oppido, ut tunc erat, vicinum, tranſlatas Anno 1242. Cæterùm cùm ordo S. Victoris Anno 1113. in Galliis exortus, ad famam veniret, ejus ritum & inſtituta ſequi maluerunt. Et denique ſatius viſum & habitum & regulas Auguſtini communes reſumere & clauſtrum ſub Priore Viridis vallis amplecti, quod factum Anno 1481. teſte Chronico Bethlemitico lib. 6. artic. 7. §. 14. Quod idem lib. 4. artic. 2. §. 11. agit de fundatione *Bethaniæ*, & litteras adfert Johannis Epiſcopi datas Cameræ Anno 1421. Feſto Petri ad Cathedram. Eſt autem Bethania Prioratus 12. Virginum, quibus Maria Domini Bergezomenſis filia, curiam ſuam de Petereſſem juxta oppidi muros dedicavit Anno 1422. Quæ Bethlemitico Priori primum, mox Patribus de Throno ſubjectæ, ad Auguſtini præſcripta vitam componunt. De tertio *Thaboris* Monaſterio extant litteræ ſcabinales datæ quarta Januarii Anni 1459. referentes, qualiter Joannes de Pupper Sacerdos Goceenſis cum octo Virginibus Dei ſervitio ſe mancipaturis, Prætorium Wilderenſe, ut tum vocabatur, confine oppidi manibus coëmit: ubi ad honorem Servatoris in monte Thabor transfigurati, ad legem D. Auguſtini ſe compoſituras inſtituit. Sed cùm hæreticorum opera totum penè igne abſumptum eſſet cœnobium, aliam, ubi nunc agunt domum ſibi comparârunt Anno 1567. unde Anno 1580. pulſæ pòſt ſexennium redierunt Anno 1586. Reſtant Virgines *curandis lepra* infectis operam dantes, à Waltero Bertholdo dotatæ primùm & conſtitutæ ſub Annum 1200. Quibus velum Monachale & ſtatuta Auguſtini Petrus Anno 1311. propria quædam Henricus de Bergis ambo Cameracenſes Epiſcopi præſcripſerunt. Nigræ autem Sorores quas vocant, ægris operam locantes inſtitutæ Anno.

Quæ in Noſocomio iiſdem ſed pauperibus ſubſerviunt ſubſtitutæ Anno.

X. Item translatæ.

STabilem denique in oppido ſedem habent, in vicis ſuburbanis ſtructa olim, & deſtructa nuper cœnobia. *Vallis roſarum* Ciſterſienſis inſtituti circa Duffelam à Bertholdis fundata Abbatia Anno 1138. cœnobio bis turbis everſo in urbem tranſlata. Ejuſdem regula Prioratus qui in *Muyſem* Anno 1380. intra primum ab urbe lapidem, exordium ſumpſit, ex duabus inibi recluſis, quæ numero auctæ primum gryſias veſtes ſub unius Virginis maximæ quam matrem vocabant, obedientia aſſumentes, Anno 1387. Denique ſub B. Bavonis Gandenſium Abbate Benedicti regulam ſub Prioriſſæ, ut loquuntur, imperio amplexæ ſunt. Cœnobio à militibus vaſtato everſoque Anno 1568. religioſæ non uno loco exulantes vix Anno 1580. Mechliniam reverſæ, coëmptam domum in cœnobii formam adaptârunt. Præpoſitura *Vallis Liliorum* Præmonſtratenſis inſtituti haud procul ab urbe originem ſumſit à Paraeco Hombecano, qui loco, ubi nunc cœnobium eſt, 18. aviculas aſſiduè cantillantes audiri ſolitas Anno 1231. author fuit ſodalitii totidem Virginum inſtituendi. Invenitque ſui conſilii probatores Mechliniæ & Duffelæ Toparchas. Virgines primæ ex Gempa ſunt evocatæ. Quæ deſtructo per has turbas cœnobio Anno 1580. in urbem ſe receperunt ubi redemtam ab Archimandrita S. Michaëlis Anno 1592. Domum Petrus Spoelberch ex religioſo Parcenſi Præpoſitus in cœnobii formam egregiè pergit adaptare, ut teſtantur litteræ, vendit: datæ ultima Septembri. Hoc ex Monaſterio evocatæ quæ Herentalenſe ejuſdem ordinis cœnobium fundarent.

X. Item translatæ.

XI. Sacella.

SAcella minora invenio Mechliniæ S. Eliſabethæ in Pitzenborch, ubi Commendaria Equitum Teutonicorum. B. Mariæ inſtituta Anno B. Rumoldi poſt turbas hæreticorum

XI. Sacella.

corum reſtitutum Anno. D. Annæ. Lamberti Pontificis. Jacobi Apoſtoli. Nicolai Epiſcopi dedicatum Anno 1399. in Decembri. B. Eligii. Martini Præſulis. Barbaræ Virginis. B. Mariæ Magdalenæ. S. Crucis in Penepolio.

In Neckerſpolio.

Noſocomia ſive Xenodochia majora ſunt Chriſtiparæ ultra Tylam. Apoſtolorum Principis. Catharinæ Virginis. D. Gildonis. S. Spiritus. Oliveti ab eodem qui Clariſſas fundavit, G. Vilano fundatum. Hiſpanicum à Philippo II. Rege inſtitutum, & magnificè dotatum

XII. Suburbanum.

XII. Suburbanum. AD ſuburbanum venio, & primùm nomino vicos in concordatis Theob. Epiſc. & Ægidii Berthout Anno 1307. Dominica, poſt converſionem S. Pauli, nominatos jure urbis gaudentes.

Hombeca peculium aut ſeminarium nobilis in Brabantia familiæ celebris ob præpoſituram Vallis Liliorum ibi fundatam.

Heſſena à levando .1. recipiendo vectigali dicta, ubi vetus Rolandicæ gentis olim Curia *Bunſtenblockia.*

Hoffſtadia ſimiliter nobilis cognomentum familiæ.

Battela à prælio contra Barbaros, ut volunt, dicta, ubi dicatam jactant à D. Lamberto Eccleſiam, & nota eſt Uranxiorum olim Curia.

Leeſta plurium familiarum peculia habens, ubique Vanderanos, Winckelios, Voiſdonckios, Wallios, ſub Burgundis dominatos ſcio & extant poſteriorum 2. Curiæ Bendelbeca & palus (vanden Broeck.)

Muſena (olim Muſines) & nobilibus qui novem ſtellas in inſigni ſolent præferre, & Prioratu ſacrarum Virginum & *Winegemio* Schoeffiorum olim Dynaſtia celebris, antiquitate etiam, ſi vera referunt memoriæ veteres, idolum hîc à popularibus cultum à B. Lamberto everſum, Sacellumque (quod D. Lamberti titulo poſteà notum ſupererat adhuc Anno 1501. reſtitutum, maximè autem *Hanſwika* ubi Icon Deiparæ miraculis clara, repoſita in Sacellum, cùm navis eam fortè deferens curſum ſiſteret certo divinæ locum hunc materno cultui eligentis, diſpoſitionis judicio. Unde Guilielmus van Horen Scholarcha & Paſtor loci Scolarium D. Auguſtini Geronſarto evocatorum inſtituit cœnobium Anno 1282. aut, ut alii, 1288. Cujus ſacrarium pretioſa inſtructum ſupellectili ſpoliatum à furibus Anno 1462. Turris etiam incendio bis abſumpta, Religioſi nunc urbem habitant. Erat in hujus vicino ſacellum D. Nicolai Anno 1174. à Satellitibus quatuor Beati Thomæ Cantuarienſis cæde iniquinatis, & ultione divina guſtu olfactuque privatis. Qui cùm veniæ conſequendæ gratia Romam petiiſſent ſcelus expiaturi, poſt peregrinationem longam Coloniæ guſtum, Mechliniæ olfactum recipientes, hoc ſigno miſerationis divinæ ſupplementum agnoverunt. Nomina eorum erant Ricardus Brito, necnon Norwilius Hugo, Guilielmus Trachi, Reginaldus filius Urſi, à quo poſteriore fabula eos vocat Urſi filios. Hæc ex veteri MS. codice petita ſunt. *Hevera* reſtat & *Gerdegemium* ſolo nomine mihi nota, *Nieulandia*, cujus titulum Domini Mechlinienſes aliquando uſurpârunt, ut ſuprà docui, *Neckerſpolia* ubi viſitur Arx (Borgt) Dominium olim gentis Tſaelartiæ quæ ſub Burgundis Principibus Falconarii munus obiit & hæreditarium. Nec tacenda arx Bouterſemii Trabukeriorum olim, nec *Borgeſteynium* inter varias ſeditiones ante duo ſecula ſtructum. Ad extremum eſt Toparchia *Heyſta* jam inde Grobbendoncanorum poſſeſſio. Et cùm diploma Henrici Cæſaris datum Anno 1008. doceat Wavriam Sylvam, *cujus latitudo ad Heyſtam & Hemſtetum & Badfridum, & Mechliniam villas extenſam in Comitatu Gotilonis* (qui Antwerf dicebatur) *qui ad duas Nethas Tyliamque flumen terminabatur, fuiſſe*; ex eo colligit Goropius totum illum tractum, in quo Mechliniæ pars, Comitatus Antwerpienſis fuiſſe. Omitto hîc narratiunculas annalium de cygno Heyſtano, ut quæ nec fidem nec memoriam mereantur.

XIII. Viri clari.

XIII. Viri clari. NAtales ſuos debent Mechliniæ Joannes Paledorpius & Joannes Paſcaſius, ambo S. Theologiæ Doctores, ambo Carmelitæ, ille ſpeculi hiſtorialis Anno 1500., hic deſcriptionis terræ ſanctæ & ſermonum variorum ſcriptor ante Annum 1585. quo obiit: Henricus denique Luytenus, cujus laudantur homiliæ. Petrus Scabbius Minorita, qui Anno 1553. tres conciliorum tomos edidit. Habuerunt & Juriſconſulti hinc Philibertum Bruſſelium & Balthaſarem Ayalam, illum Anno 1569. hunc Anno 1584. defunctum. Medici Rembertum Dodonæum Archiatrum Caroli V. & Herbarii Scriptorem. Philoſophi, Auguſtinum Hunnæum Anno 1578. defunctum.. Poëtæ Adrianum Maium Anno 1489. Philologi Chriſtophorum Longolium. Habet & Mechlinia in vivis plures à ſcriptis & eruditione claros, quibus hactenus parcam, & in hoc tractatum hunc concludam.

conſiſteret, neutiquam Brabantinis concederet, vehementer adverſari cœpit Arnoldus Oienburgenſis bellum haud dubiè maximum à Barbato imminere, principe cum opulento, tum rei militaris peritiſſimo: ſi quis rem ratione recta reputet multùm inter eum Bertholdosque intereſſe, & æquitatem ab illo ſtare, cujus majoribus neminem lateat Bertoldicum nomen olim obſequia & debuiſſe & præſtitiſſe. Jam de Imperatore quid ſperandum eſſe? auctorem illum dignitatis Barbato numquam impunè laturum, ut quis eum turbet, illum ſaltem legatione placandum, doniſque purgandum, ut pacem Bertoldis cum Barbato perficiat, remiſſa clientelæ neceſſitate, idque ſibi conſultius videri, quàm ut utroque temerè offenſo nomen Bertoldicum in extremum diſcrimen conjiciatur. Oienburgenſem Valterus Bertoldus excipiens, Itane, inquit, ut pecunia clientelam redimamus cenſes? cur eam non eadem opera profitemur? Quarè omninò Viennenſis ac Bredani conſilia ſequenda judico. Ego quidem nunquam aſſenſero animam ut depeciſci neceſſe ſit, Patrem Barbati clientem fieri. Te verò, Oienburgenſis, metu Ducis ad hæc conſilia inclinare arbitrarer niſi fides tua omnibus perſpecta eſſet, illi te quàm nobis melius velle ſuſpicaturus. Oienburgenſis ſanè intellecto offenſum dictis ſuis Walterum multus in excuſando fuit, nihil à ſe prolatum quod non à ſumma in ipſum patremque devotione proficiſcatur, id ſe facto comprobaturum ſi res aliquando à verbis ad verbera deveniat: proinde Oienburgenſi ampliùs ſe movere non auſo omnes uno ore Bertholdi ſententiam confirmârunt. Jam quærendus erat qui ad Imperatorem mitteretur Oienburgenſis, quanquam diverſæ eſſet ſententiæ omnium ſuffragiis electus, vincitur & primum detrectans tandem non valens univerſi conſilii precibus obſiſtere, profectus Affliginium, illic non invento Imperatore Lovanium acceſſit, ubi data ſibi dicendi copia, quæ Grimbergano conventu peracta fuerant edocuit. Clientelam nimirum quam à Bertoldis exigebat Barbatus, omnium agri Grimberganici Nobilium aſſenſione denegari, quam conſtaret prædeceſſoribus ejus Comitibus Lovanienſibus nunquam fuiſſe debitam. Rectè id quidem Legatus aſſerebat, verùm non ut Comes urgebat Bertoldus Berbatus, ſed ut Lotharingiæ Dux, cui compertum erat Bertoldos ſemper paruiſſe.

Barbatus itaque abeunti Oienburgenſi hæc in mandatis dedit. Quandoquidem Bertholdos nec ratione, nec ipſo etiam Imperatore vices ſuas interponente ad æquitatem poſſet & ſaniorem mentem perducere, armis ſuum jus experturum. Quo Grimbergæ cognito, neceſſaria apparant ſinguli ad ſua remeantes propellendo imminenti bello; quodque adeò erat in foribus. Nam dimiſſo Imperatore Barbatus confeſtim mercatores aliquot agri Grimberganici intercepit, Bertoldus Feciale res repetitum miſſo durius reſponſum tulit. Uterque mox in bellum ruere, prior Bertoldus ex agro Bruxellenſi prædas agere, uſque ad ipſa ſuburbia excurrere auſus. Barbatus Nedelaria arce ad Strombecam præſidio impleta, infeſta omnia Grimberganis facere. Annus integer agrorum vaſtationibus excurſionibuſque conſumptus erat, cùm Brabantos latiùs Grimbergam uſque effuſos Bertoldus tumultuario ſuorum globo adortus fundit fugatque. Cæſorum non parvus fuit numerus, illam cladem ulturo, ac magnum exercitum Grimberganis finibus inducente, ita aditus omnes obſederat Bertoldus, ut nihil ille prius haberet, quàm cum omnibus ſuis domum regredi. Itaque utrimque ad belli genus reditum, omnibus quæ Bruxellam, Grimbergam Vilvordiamque inter ſita ſunt, ferro & igne in ſolitudinem redactis, propter quod inter Nedelariæ & Grimbergæ cuſtodes leviuſculè aliquandò certabatur, nunquam verò ad juſtum prælium deveniri potuit. Aſſiſtebant etenim conſilio Ducis non pauci, qui hominem longi belli pertæſum & ſummæ rerum periculum facere volentem à propoſito diverterunt, occultè ſiquidem Bertoldis faventes. Aliàs in extremo erat res Bertoldica. Nec ignari eorum quæ gerebantur pecunia perfidiam horum alebant Bertoldi. Erant interim utrobique viri prudentes quorum conſiliis ſi obtemperatum fuiſſet, luctuoſo illi bello tam Barbatus quàm Bertoldus, jam dudum finem impoſuiſſent. Horum vel primi à Brabantinis erant Arnoldus Wammelenſis, Joannes Campenholtanus, Gerardus Pedius, Joannes Adius, A. Grimberganis Oienburgenſis ſenior, Sigerus Malius, Guilielmus Dento, aliique nonnulli, ſed horum monita parum aberat ut perfidiæ ſuſpicione vacarent. Ita ſeniorem Bertoldum Vianenſis, Bredanuſque ad bellum impellebant. Poſtrema Godefridi Ducis in Grimberganos expeditio ceſſit proſperè, vici enim aliquot in poteſtatem redacti, & Aſca expugnata, cujus Dominus Grimberganarum partium acerrimus erat propugnator. Nec quicquam ampliùs Godefridi primi ævo geſtum, cui inter mortales ultimus Annus fuit 1139. dies octavus Kalendas Februarii, quo moriente induciæ cum Bertoldis fuerunt, quibus expirantibus iterùm novum bellum gliſcere. Exultare Godefridus ſecundus Dux victoria recèns contra Limburgenſes parta, Bertoldos flocci-pendere, Grimbergæ obſidium magnis viribus moliri. Nec latuêre hæc Bertoldum: precioſiſſima igitur quæque agri Grimbergani juſſu ejus partim Grimbergam, partim Mechliniam comportata: qua Duci tranſeundum erat, foſſæ

aliaque id genus impedimenta objecta. Nam oppido exire, & cum Duce manum conſerere cum exiguo copiarum quod ad manum erat, Bredanus diſſuadebat. Sunt benemulti qui dubiam hiſtoriæ Grimberganæ fidem faciunt, tum quòd frequenter nugari videatur, ut nominatim hìc dum univerſo Grimbergano agro avectos commeatus narrat, quo dux inopia preſſus ad ſua reverteretur. Unde enim hæc movenda forent duarum vix horarum itinere à Bruxella diſparando. Accedit quòd ex Iliade Æneideque fortium virorum certamina penè ad verbum tranſlata appareant. Imò verò vetus Chronicon tradit Arnoldum illum (quem bellum ſub Barbato cœptum uſque ad Annum 1144. continuaſſe ſcriptor ille aſſerit) Anno 1132. interiiſſe. Idem Chronicon bellum iſtud (quod ſub Godefrido tertio geſtum, quo Bertoldos à Brabantinis Anno 1144. debellatos ſcriptor ille prodit) uſque ad Annum 1160. producit: ſcribit enim Anno 1134. Arnoldus Advocatus Eccleſiæ Grimbergenſis obiit Anno 1142. Godefridus II. Dux obiit, & clauſtrum Grimbergenſe concrematum eſt. Anno 1148. Godefridus III. Nedelariam ædificavit. Anno 1159. idem Grimbergis cepit, & caſtrum in nocte S. Bavonis combuſſit & deſtruxit. Anno 1160. Gerardus Bertolt Nedlair & Vilvort cepit deſtruxitque. Quæ ſi vera ſunt Godefridus III. jam adultus bellum Bertoldicum confecit; ſed quoniam Godefridi; hiſtoria omnium ore celebratur, inſtitutum proſequamur. Godefridus itaque Dux in Grimberganos profectus Strombecam inter & Grimbergam conſederat, ratus Bertoldum, qua erat ferocia ilicò ad prælium deſcenſurum. Verùm Bertoldus (ut diximus) Bredani conſilio munitiſſimo loco ſe continebat. Duci itaque diſcedendum fuit, & Bruxellam reducendæ copiæ. Mox Bertoldus in agrum Bruxellenſem facto impetu omnia ſibi à Barbato adempta recuperavit, atque adeò inter infauſti belli tumultus Ducem fata occupârant Anno 1142. & vix fama mortis extrema regionis pervaſerat, cùm vicinorum alius Batuam invadere, alius Velæ manum injicere, ab Hasbanico limite Trudonenſes ejecto Brabantino præſidio ſe in libertatem vindicârunt. Trajectenſes defecerant, quæ quidem omnia in præſens diſſimulanda erant Bertoldico Bello quod in ipſo ardebat meditullio univerſam Brabantiam quà viribus, quà conſilio petebat tantùm non abſorbente. Conſternatis morte Ducis Brabantinis Arnoldus Grimberganus cernens pulcherrimam occaſionem offerri ultionem ſumendi de omnibus quæ à Barbato Duce pertulerat, nulla rebus mora conceſſa, fœderatos omnes principes, clienteſque ſuos Grimbergam vocat. Multa verſantibus una Nedelaria liberis in Bruxellenſem agrum excurſionibus obſtare viſa, hac expugnata, nihil impedire, quin vel Bruxella ipſa pulſari poſſit. Paratis igitur omnibus ad Nedelariam arx è veſtigio oppugnari cœpta, nec ſegniùs defenſa, quo Bruxellam renunciato Arnoldo Craienhemio impigro viro copiarum quantum removendæ obſidioni ſufficeret, tantum eò acriùs urgere Bertoldus, nec ullum obſeſſis ſpatium concedere. Theodoricus Comes Vianenſis, Gerardus Harlarienſes, Henricus Oienburgenſis, Guilielmus à Buſto primi ſuperato vallo in muros evadere, capta arx, propugnatores ad unum interemti, vix tamen præda in tutum reduci potuit, cùm Bertoldicis Vilvordiam petituris Craienhemium Brabantinoſque adeſſe cognitum: ſiſti confeſtim agmina ac in prælium explicari. Valterus Bertoldus cum 200. peditibus Craienhemium à fronte invadere jubetur, reliqui per notos ſibi tramites cùm circumiiſſent, terga impetere, prælium atrox naſcitur, & Bertholdum inter primos pugnantem cernens Craienhemium equo calcaribus adacto in terram dejicit. Eundem caſum Joannes Gallinaceus tulerat lancea ictus. Sed in pedes uterque verti magnamque Brabantinorum cladem patrare. Inclinatam nihilominùs in Brabantinos victoriam Vianenſis repentè à tergo conſpectus excuſſit. Facta mox præceps fuga hoſte Bruxellam uſque terga cedente. Occiſorum pauci eminebant, Joannes nimirum cognomento Lovanienſis, Lambertus Weſemalienſis, Goſvinus & Godefridus. Poſt eam cladem Brabantini iterum coacto ad Cortebergam conſilio univerſæ genti expeditionem indicunt. Nec minùs ſedulò Bertoldus Grimbergæ de Vilvordiana obſidione deliberans, cùm Brabantinos tanto apparatu in ſe movere, & copiarum imperium penes Dyſtenſem Weſemaliumque eſſe intellexiſſent, ociùs quicquid equitum, quicquid peditum in promptu erat, Grimbergam contrahit. Nec diu morati Brabantini cum univerſo exercitu ad eam contendunt, producit & ſuos Bertoldus, diſtributæ quadrifariam acies. Primam ducebant Vianenſis, Guilielmus Vice-Comes Grimberganus, Petrus Impulanus, Arnoldus Cobbobuſcanus, Guilielmus Dento, Alardus Bodeginienſis, & Gerardus Harlarienſis: In ſecunda acie Valtero Bertoldo, Maliorum Gallinoceorumque familiæ jungebantur. Tertiæ Bredanus præerat cum filiis, reliquam ſenior Bertoldus ſumpſerat, Oienburgenſibus, Humbecanis, Maſſenhoviis, Epegemienſibus comitatus viris utique bellicoſis; Vexillum eo die geſtabat Aſcanus, Humbecanus præſidio adjectus. In Brabantico autem exercitu Weſemalius cognito hoſtium ordine Diſtanum in fronte locat, proximæ huic acies Bierbecano & Rochelarienſi attributæ.

tributæ. Ipſe cum Craienhemio extremum agmen agebat, vexillum Wemmulenſi commiſſum. Primus Oienburgenſis ex adverſo cornu ſibi obvium Joannem Weſemalium cùm ad terram dediſſet, in primam Brabantinorum aciem impetum facit, hinc Vianenſi & Diſtano utrimque ſuos urgentibus, mox reliquæ acies commiſſæ, & pugna ingens exoritur. Hinc Diſtanus & Birbecanus, illinc Bredanus & Vianenſis excelſo proceres animo hoſtium, ut quem præ cæteris prælium cientem contemplantur equo deturbare, multis propria manu necem aut vulnera inferre, Rochelarienſis Valterum Bertoldum immani furore in Brabantinos graſſantem conſpicatus repentè advolat, nec tamen fefellit Bertoldum adveniens, equum uterque in alterum infeſtus admittit, Bertoldum Rochelarienſis prior ferit, & parum aberat quin equo evolveretur. E veſtigio ille haſtam in pectus Rochelarienſis adigit, verùm lorica hebetante ictum teloque diſſiliente ad gladios deventum; eo genere conſpicuum erat utriuſque certamen. Bertoldus in caput percuſſus, & non nihil obſtupeſcens cùm ad ſe rediiſſet ſcuto hoſtis per medium diviſo eodem impetu pectori grande vulnus inflixit. Turbatum plaga ne iteratò feriret cliens quidam Rochelarienſis avertit. Aſt eo neci dato Rochelarienſis & ſuo periculo & protectoris ſui cæde rabidus ingenti vi Bertoldum adoritur, calvariam ei haud dubiè diſſecturus, niſi equi pernicis præſidio evolaſſet. Equus ipſe ſaucius in fronte collabitur; mutata tum certaminis forma Bertoldo pediti in equitem pugnandum erat, cùm Henricus Oienburgenſis fortè huc delatus, animadverſo Bertoldi periculo hoſtem undique confertiſſimè inſtantem dejicit, Brabantino quodam excuſſo Bertoldum in equum ejus imponit, nec deinceps jungi fortiſſimi bellatores quivêre. Magnis enim Bertoldus ſublevatur intervallis militum intercurſu amoto Rochelarienſi. Bertoldus quoque ſenior & Godefridus Levedalienſis mutuis impulſibus cùm corruiſſent, aliquandiu jacuêre, ſed uterque ægrè ſublatus pugnam ex integro capeſcit. Ad multum diei victoria ſteterat, cùm Johannes Maſſenhovius ex proximis vicis ſagittariorum cohorte delecta, additiſque lanceariorum aliquot centuriis à tergo Brabantinis improviſus apparuit. Vacillare illicò Brabantinorum ordines, mox recentium impreſſionem non ferentes in fugam præcipites labi.

Conſilio Vianenſis à perſequendo hoſte deſtitum. Reductæ laceræ Bruxellam copiæ. Eòdem pòſt paulùm à tutoribus Ducis evocati Gotfredus Levedalienſis, Arnoldus Craienhemius, Henricus Rochelarienſis, Philippus Waurius, Gotfredus Nivellenſis, Joannes Dongelburgenſis, Godefridus Limingus, Dacferdus Didelmus Prætor Lovanienſis, Johannes Campenholtanus, Gerelmus Leo, Joannes Algidomontanus, Regnirius Heverlenſis, Megnardus Calſterius, Walterus Urſus cum Guilielmo filio, Joannes Adius, Gerardus Pedius, Florentius Hobuſcanus, Goſuinus Pullarius, Wilhelmus Pamulenſis, Joannes Altomontanus, Joannes Hasbanus, Sigerus Molanus Razogravienſis, Henricus Libbecanus, Valterus Gaesbecanus, Goſvinus Saventinienſis, Joannes Eversbergenſis, Gotfredus Berthemius, Radulphus Radingius, Leonius Petreius, Gotfredus Elinginienſis, Henricus Aarrenſis, Henricus Oienbecanus, aliique permulti: Hic ex integro de belli ratione conſultatum: nemo refragabatur utcumque jam bis terve belli alea cecidiſſet, quin illud majoribus viribus repetendum foret; quam ob rem toti Brabantiæ acerbiſſimi delectus imperati, pœnâ capitis adjectâ ei qui non parêret. Rigor documento erat de ſumma rei illos decernere velle. Nec latêre hæc hoſtes poterant modico inter utroſque intervallo. Apud eos ſententiis certabatur, Bertoldus ipſe ſenior tantis totoque de Brabantico nomine trophæis nihil moderatum cogitare, publicè privatim ipſi Bruxellæ obſidionem minari, Brabantiæ imperium ſibi ſpondere; in tantum ferox animus intumuerat. Parum ab eo diſſidebat Bredanus, non paſſus tamen ut petita Bruxella Vilvordia à tergo relinqueretur, ea propter huic ante omnia vim inferendam. Nihil horum Arnoldus Oienburgenſis probare, commodi parum, decoris nihil ex hoc bello expectari, quando ſatius eſſet fortiſſimorum tota Europa virorum exemplo in Saracenos arma vertere, quàm tot Chriſtianorum millia eadem patria, iiſdem majoribus, iiſdem legibus coalitos mutuis invicem concidere vulneribus, incerta bellorem eſſe eventa, atque ut ex voto cedant, quid aliud quàm clientelam depelli? & illam quidem ſummo jure debitam, ut in præſens excutiatur à poſteris ducum repetitum iri, quos donec ſteterit Lotharingia, nullam unquam requiem, nullam ab armis vacationem Bertoldico nomini conceſſuros, quarè inducias ab hoſte petendas ſibi videri: quibus durantibus de perpetua pace inter Brabantinos & Bertoldos agatur. Salubria monenti totus ferè cœtus reclamabat in Bredani ſententiam diſcedens. Itaque 8. Kalendas Julii quadripartito exercitu Arnoldus Bertoldus Vianenſis, Bredanus, Aſcanus, Vilvordiam incolarum fuga deſertam invadunt. Oppidum prædæ datum incenſumque, unaque cum Ducali palatio. Neque tum quidem conſilium de petenda Bruxella ſucceſſit, in aliud tempus ob certas cauſas dilatum. Jam nobilitatem populumque tutores

ducis contraxerant, & de ſumma rerum anxiè conſultabant, cùm Vilvordiam captam trepidè nunciatur; tunc verò deſperatio quædam Palatium inceſſit, cùm cernerent rem Brabanticam armis viriſque potentem nullo inteſtino malo labefactam fati quadam invidia & neceſſitate in interitum rapi. Poſtremum conſiliorum fuit ut legationes in Flandriam Hannoniamque auxilia petitum mitterentur. Apud Flandrum (quem falsò Balduinum ſcriptor noſter vocat) cùm Theode Elſatius fuerit) cùm vetuſtum inter utramque gentem fœdus tum affinitatis neceſſitudo allegata impulêre ut Gaurium, Aldenardenſem, Nivellenſem, Diſtallaum, Rodium, Axulanum, Maſſenhoviam & Scornacenſem primos ſuorum, cumque iis 1000. equitum in Brabantiam ire pateretur. Nec multò pòſt Bruxellam venit Comes Namurcenſis, exque noſtratibus Arſchotanus, Hornanus, Gasbecanus, Hugo Augianus, Ravizius, Pernicetanus, Levedalienſis, Heverlenſis, Gravienſis, Craienhemius, Johannes Merbacenſis, Henricus Rochelarienſis, Dongelbergenſis, Campenholtanus, aliique quorum nomina non ſuppetunt, equitum peditumque inſtructiſſima aliquot millia ſecum adducentes Equitibus urbe recepta pedes per ſuburbia diſpoſitus. Ubi hæc Bertoldo intellecta ſeniori, protinus amicos omnes clienteſque quos paulò antè dimiſerat, quo apparatu Brabantini de novo bellum contrà ſe inſtaurent edocet, monetque ſedulò ut omni mora poſtpoſita cum quantis poſſent copiis ad ſe contendant; neque enim dubitare quin hæc extrema futura ſit conflictatio æternum decus Bertoldico nomini conciliatura. Ejuſmodi nuncio ex Atrebatibus, Picardiis, Hollandia, Geldria, Weſtphalia, Hasbania fortiſſimi quique exciti. Cæterùm dum hi moliuntur, Brabantini paratis omnibus ad expeditionem neceſſariis Bruxella movent. Præcedebat Weſemalius, Craienhemius ductabat agmen poſtremum, hoc ordine Grimberganum agrum ingreſſi, ejecta omnia, quando nemo armatus occurreret, & tradit igni. Ventum Grimbergam, Bertoldus eorum adventu cognito ducentos equites atque aliquot peditum millia pro mœnibus arcis produxerat in prælium. Nobiliſſimum par equitum, hinc Weſemalius, illinc Valterus Bertoldus pugnam ordiuntur ſummo animorum odio utroque in alterum percurrente, parum aberat quin utrumque equus effunderet: confractis haſtis enſe cominus rem gerunt, donec ambarum acierum congreſſione ab invicem divellerentur, conflictus fuit longè crudeliſſimus, noſtris numero, Bertoldis propinquitate arcis potioribus. Nam ex propugnaculis ingentis magnitudinis lapides baliſtis & ſcorpionibus excuſſi multos noſtrorum necabant, tandem noſtrorum pondere fracti hoſtium ordines terga vertunt. Arx maximæ parti profugio fuit, metu dein ne cum fugientibus introirent, dimiſſis catharactis, excluſorum nullus Brabantinorum gladios evaſit, trucidati quotquot in oppido reperti, ædificiorum quidquid ſacrum, quidquid prophanum conflagravit. His peractis cum arcis validiſſimæ potiundæ parum ſpei eſſet, Mechliniam traductus exercitus, omnibus eatenus ferro igneque conſumptis caſtra locata in ſuburbio Mechliniæ, magno civibus terrori fuêre; ſed vanus erat hic metus, nam Brabantinis corpora reficientibus, ac neceſſaria ad oppugnationem expedientibus, expectata jam diu auxilia Bertoldis adveniſſe, ac jam agrum Grimbergæ vicinum caſtris complexos nuntiatur. Erant hi Vianenſis Bredanuſque tum Buranus, Arculanus, Iſelſtenius, Batavi, Capulanus, Gelder, aliique ex Atrebatibus Franciſque complures, nihil hoc comperto morandum rati Brabantini Mechlinia Grimbergam caſtra tranſtulerunt, parvoque ab hoſte intervallo conſident, hìc varia animo verſantibus Gortredus Gasbecanus, infantem Ducem caſtris inferendum ſuadet. Immanè, inquit, quantum roboris & animorum militi acceſſurum erit, conſpecto pro quo pugnaturi ſint, quemque ſui impotem de potentiſſimo principe, captivum facturi ſint, ſi minùs rem gnavè geſſerint. Probata cunctis potentiſſimi viri ſententia, & extemplo Arnoldus Craienhemius Bruxellam cum deferre juſſus, inde Caduceator ad hoſtem miſſus, qui hoc denunciaret, nobilitatem Brabanticam quam ex adverſo armis fulgentem intuerentur, non ipſius oppugnandi ergò conveniſſe ad perpellendam injuriam, cujus ipſe autor eſſet, ferrum in manus ſumptum; verùm ſat ſuperque ſanguinis eſſe profuſum, ſibi videri, ſi poſitis armis nomen Bertoldicum in fidem Ducis concedat eſſe locum paci, nec metui debere, ut hoc ipſorum damno coitura ſit: ſe rempublicam cum infante Duce in poteſtatem habere, conditionem & autores & ſponſores, quorum ſana conſilia ſi aſpernentur, craſtinum ſe diem prælio deſignare, ſperare ſe Deum maximum optimum pro æquitate certantibus non defore, licèt toties victis. Nihil hæc obſtinatis in fata Bertoldis animum movebant, pacis mentione non audita pugnæ diem acceptant. Reverſo ad ſuos caduceatore Brabantici ductores militem totam eam noctem corpora reficere, ac poſtriduo diluculo ad prælium paratum eſſe jubent. Circumlatus per caſtra in cunis Dux Gotfridus, ac univerſo commonſtratus exercitui tantam vagitu ſuo militibus alacritatem infundit, ut jam omnes ſibi victoriam certiſſimam ſponderent, tæderetque quòd præſenti ardore flagrantibus in hoſtem ire non permitteretur. Poſtridiè ſub exortum Solis

Weſe-

Weſemalius magiſter equitum militem producit, atque omnem equitatum in novem turmas diſtribuit, alas ad lævum cornu Comes Loſſenſis, à dextero latere Diſtanus cum Bierbacono & Wammulenſi obtinebant. Singulis dein ſinguli imperabant Arſcotanus, Hornanus, Hugo Angenſis, Gotfridus Gasbecanus, cum Henrico fratre Raviſius, Comes Namurcenſis. Conſtabant ſingulæ (ſi ſcriptori noſtro credimus) bis mille quingentis equitibus, ut numerus ſummam efficeret viginti duorum millium equitum, & quingentorum, ego ſingulis millia aliquot demere malim, ut in univerſum 2500. fuerint. Peditum verò decem millibus Johannes Hasbanus præerat. Vexilli cuſtodia Craienheimio commiſſa. Octo ab adverſa parte turmis equitum Bertoldus Senior cum Gerardo, Valtero filiis, Aſcanus Capulanus, Gelrus Boiſiacenſis Hannonius, Condiciacenſis Picardus, Maniacenſis; Atrebas, Bredanus, Vianenſis præerant, Vexillum geſtabat Paridanus Maſſenhovius, pedes Paridano Eppeginenſi & Arnoldo Badeginienſi parebat. His ita ordinatis Brabantini proceres infantem Ducem in cunis prolatum ſalici ſublimem appenderunt, priſco illo & uſitato Macedonibus Stratagemate militum animos acuendos arbitrati, & haud dubiè non ſecundiore fortuna eo die præliatum fuiſſet, niſi ad fortiter faciendum infantis miſeratione fuiſſent accenſi. Poſtquàm utrimque hinc Diſthanus, illinc Arnoldus Bertholdus ſuos brevi oratione animaſſet, tubarum clangore claſſicum ſonante cœptum progredi. Ubi verò in conſpectum venêre ſtabant immoti defixis utrique in alteros oculis, cùm Gelrus quidam alta mole armiger à dextro hoſtium cornu equo calcaribus concitato in Brabantinos invehitur, mox quaſi ſigno dato equites utrimque provolant, ubi cernere erat proceres altrinſecus ante ipſa principia duelli inſtar invicem conflictari, cùm vir virum legens huic ſoli inſiſtere, illi nullum laxamentum dare, continenter inceſſendo, donec vel alter illorum vel uterque concideret; adeoque ut paſſim cadavera mutuis fixa telis ſolo jacerent, neque infrequens erat ab interveniente aliqua militum caterva deſperatio, ſi denuò jungi contingeret multò, infeſtioribus odiis concurrere. Inſignis fuit cum Bredano Raviſii concurſus, Bredanus ingenti vi haſtam quatiens Raviſium humi ſtraverat, equo ſaucio deorſum in ſeſſorem revoluto, circumfundi, illicò Raviſiani hoſtem integrè undique propellere, ſublevando Domino omnes vires intendere. Et Bredanus ut jacêre hoſtem videt, univerſam aciem eò impellere. Pugnatum hîc pertinaciſſimè, tandem Bredani filio Henrico dum temerè ſeſe infert, humi clapſo & patre cò ad periculum accurrente remiſſiùs cœpit urgere Raviſius, moxque à ſuis in Henrici equum collocatus, utroque Bredano incaſsùm obluctato. Alia in parte Sigerum Bredani alterius filium atroci cæde in Namurcenſem debaccantem Conrardus Stracius interemerat, ſed non impunè tulit; nam Viannenſis proximè dimicans Bredani conſanguinei nece in rabiem actus Stratium adortus gemino ictu ejuſdem jugulum inverſat, atque hîc extemplo equo defluit exanimis. Circa Bertoldum ſeniorem & Loſſenſem non ſegniùs agi, utrique equus ferro confoſſus Seſſorem dejecerat. Quanto ardore turba popularis periculo eximendis Dominis incubuerit, vix dici poteſt; id in profeſſo eſt, nuſquam eo die acriùs pugnatum. Tandem uterque recenti equo impoſitus, cùm ad multum diei equeſtre certamen duraſſet, tandem & pedites ſuperveniunt, ubi quaſi de novo redintegratum prælium vix interventu noctis dirimi potuit: clari nominis viri ex hoſtibus interfecti, Florentius Bertoldus, Sigerus Bredanus filius, Joannes & Henricus Humbecani, Henricus Itrcius, Gerardus Oppenius. Ex noſtris Sigerus Molanus, Guilielmus Waugenſis, Gerardus Cotembergenſis, Henricus Harenſis, Tomas Wimginenſis, Simon Obex, Radulphus Radingius, Philippus Waurius. Acta hæc 18. Kal. Septembre reliquum noctis curandis corporibus ſauciiſque reddendis datum: poſtridiè cùm virium ſuarum rationem Brabantini inirent, inventum, magnam partem equitum diutino iſto prælio ſauciam exceſſiſſe, multoſque ceciddiſſe, è veſtigio Balduinum Auriamum ſummo diluculo ad Flandrum nova auxilia flagitatum mittunt, ſed nulli Flandrorum in Brabantini caſtra adeundi poteſtatem facere voluit Comes: niſi primi Ducis tutores jurejurando confirmarent, effecturos ſe, ut adultus Dux clientelam profiteretur, tradit ſcriptor noſter Auriani relatione hæc edoctos Brabantinos, Henricum Diſtanum unà cum eo ad Flandrum iteratò ablegatum, & jusjurandum ex arbitrio Comitis factum, dein per Auriani abſentiam & Diſtani hoſtes quidem copias ſuas ſtatim inſtruxiſſe ad prælium, verùm Brabantinis vallo ſe continentibus levis armaturæ equites inter ſe tantùm velitaſſe. Mox totum illum diem procerum altrinſecus ſingulari certamine conſumptum: alii tradunt totis viribus dimicatum fuiſſe maximo Brabantinorum damno. Poſtridiè reverſis Diſtano Aurianoque utrimque ſe ad tertium prælium accingunt, mirari Bertoldus quanam ſpe Brabantini heſterna conflictatione peſſimè accepti jam alacres prodirent: Sed latebant cum Flandrorum technæ, qui in ipſo certamine ſuperventuri, ac terga Bertoldicorum invaſuri erant. Ternis equeſtribus aciebus hinc Diſtanus, Balduinus, Turrianus, & Pullarius

larius quidam Goſuinus vir ſtrenuus præerant. Illinc Bertoldus ſenior, Valterus Bertoldus, Paridanus Maſſenhovius: peditem, hinc Weſemalius, Hornanus, Bierbecanus: illinc Badegenienſis, Gerardus Bertoldus, & Arnoldus Oienburgenſis ductabant. Mox & balthco equeſtri ex Brabantinis accincti Henricus Cudicenſis, Cokelburgenſis, Merexeemius, Valterus Haldebergenſis, Guilielmus Hasbecanus, Odomarus Berlarienſis, Gerardus Dormalius, Valterus Huſſegunenſis, Arnoldus Vinceginienſis, Valterus Turranus, Goſuinus Wangenſis, Radulphus Erpenſis, Gerardus Nigellanus, Gerardus Berſemontanus, Valterus Condatenſis, Petrus Joannes & Arnoldus Harenſeus fratres, & Obertus Badeginenſis, Gotfredus Lumbuſcanus. Ex Bertoldis Aladius, & Arnoldus Oienbruganus Junior, Henricus Linx, Valterus Iſenbardus, Adam Caligula. Brabantini cùm primum ſolem adverſum haberent; dici non poteſt quàm propè victi fuerint; nam Diſtani Aurianique acies nimio fulgore præpediti in incertum haſtas dirigebant, tela jaculabantur & fugam ſperabant; & Pullarius veteranus bellator hoſtem ambagibus ludificatus eò produxit ut ſolem eidem in frontem verteret, tum eòdem ſigna Diſtanus, & Aurianus inferunt: animosè nihilò ſecius excepêre Bertoldici ut minimo minùs æquata prælii ſorte primi noſtrorum occiperent. Sanè Diſtanus qui Flandrorum fiducia noſtros in pugnam accenderat, morâ illorum in deſperationem rerum actus in medios hoſtes ſe immiſit; ibi cum ex tranſverſo quidam adortus haſta trajecit. Tanti viri morte conſternatis Brabantinorum animis ecce tibi à vicina Sylva Maldeginienſi cum inſtructo Flandrorum globo in Grimberganorum terga irruit; ubi tum atrox in medio cædes patrata. Senior Bertoldus lætaliter ſaucius deditionem fecit; capti unà Valterus Bertaldus, Paridanus Maſſenhovius, Arnoldi Oienbrugenſes Pater & Filius, Paridanus Eppeganienſis, Guilielmus Hovius, Cæſi Gerardus Bertoldus, Scoderboucanus, Parleginienſis, Henricus Oyenburgenſis aliique permulti, ex auxiliaribus Cappulus, Iſelſtenius, Comes Virſonius, Hatrecurienſis Condiciacenſis, Monbenhovius, Caſtilionenſis Bronchortius, Arculanus, Guilielmus Deuto uterque penè truncatus. Magno ſanè Brabantinis hæc victoria ſtetit; deſideratis præter Diſtanum, Hornano, Bierbecano, Levedalienſi, Mariacenſi, Hoſdenienſi, Traſinenſi, Raviſio, Dongelburgenſi, Regnirio, Balirienſi, Guilielmo Veſpelarienſi, Campenhoutano, Valtero Huldebergenſi, Gerardo Dormalo, Radulpho Excenſi. Bertoldum ſeniorem & Oienburgenſem, poſt dies paucos dolor vulnerum confecit. Porrò Brabantini proceres Grimbergam deditam ſolo æquant, ſolemni juramento invicem confirmantes, ne ullo unquam tempore reparare liceret. Finis hujus belli incidit in Annum 1144. à quo tempore elapſis annis quatuor cùm Cæſar & Francus in bellum ſacrum nomina dediſſent, Bernardus Claræ vallis Abbas in Brabantiam tranſgreſſus impetravit, ut Bertoldo Paridano Maſſenhovio, carceris gratia fieret. Dedit itaque Valterus obſidem Gerardum fratrem cum promiſſo ſe ex Syria reverſum denuò in Brabantinorum manus rediturum. Præclara eſt hujus in Damaſci obſidione memoria; verùm cùm brevi fraude quorundam in irritum caderet belli ſacri progreſſus, & Imperator à Damaſco recederet, reverti etiam in patriam Bertoldus decreverat. Sed enim Gerardò mortem in obſidatu obiiſſe intellecto, tædio patriæ, dubium an dolore amiſſi fratris commotus retroflexit, & denique ſupremum in Syria diem clauſit. Interjecto aliquot annorum ſpacio poſt patris mortem Dux noſter filios in gratiam recepit. Ferunt Fredericum Barbaroſſam Imperatorem, ut captis precator adeſſet, Lovanium veniſſe, eoque præſente remiſſi in avita bona Valterus Mechliniam, licèt major natu, in fratris clientela poſſedit. Gerardus Junior Grimbergam beneficio Ducis obtinuit. Præpoſtera lege feudorum lata Grimberganicæ ditioni impoſitum, quæ etiam in privatas poſſeſſiones transfertur, ut nimirùm primogenio jure filius minorennis frueretur. Hæc ſunt quæ de bello Grimbergano à noſtratibus ſcripta reperi, quæ viſum fuit Mechliniæ ſubjungere.

JOAN. BAPT. GRAMAYE

ANTIQUITATES

ILLUSTRISSIMI COMITATUS

FLANDRIÆ,

IN QUIBUS

SINGULARUM URBIUM

INITIA, INCREMENTA, RESPUBLICÆ, PRIVILEGIA, OPERA, LAUDES:

COENOBIORUM

FUNDATIONES, PROPAGATIONES, SACRI THESAURI, ENCOMIA, VIRI CLARI:

ECCLESIARUM

PATRONATUS, MONUMENTA, RELIQUIÆ SANCTORUM, COLLATORES:

PAGORUM


DOMINIA, DOMINI, FAMILIÆ,

Quantum quidem nunc fieri potuit, ſpeciatim deſcripta; ex Oppidorum Cœnobiorumque Archivis, ex privatorum plurium ſchedis collecta.

Cum Indicibus Rerum copioſis.

LOVANII, apud ÆGIDIUM DENIQUE.
BRUXELLIS, apud FRATRES TSERSTEVENS.

Anno M.DCC.VIII. *Cum Gratia & Privilegio.*



JOANNIS BAPTISTÆ
GRAMAYE
GANDAVUM,
PRIMÆ PARTIS
CAPUT PRIMUM.

Occaſio Sermonis.

VER erat & feriata Anni temperies monebat peregrinari, & invia per Brumam, aut certè inſida pedibus loca decurrere. Ivi & Regia Brabantorum profectus, ſupra nobiles Bertholdorum [a] clade agros *Oſtiam Teneræ* [b] oſtium dico, Flandrarum ingreſſus, inde mox luſtratâ dextrorſum Waſiâ & Ambactorum Tetrade Gandam verſus dirigebam.

a Grimberga.
b Teneræmonda

Martinus Hamconius laudatus.

Hærebat lateri Martinus Hamconius Apollinis & Cliûs genuina ſoboles, vir editis tam libero quàm vincto orationis genere ſcriptis famam adeptus. Is, ut variæ ex varijs ſermonum telæ trahuntur, tela traduntur: Scio, inquit, mi GRAMAYE, quantum operæ locaveris eruendæ Belgicarum ditionum antiquitati, ut neſciam an quis Patri Chrono liberiùs, aut liberaliùs conſueverit; Age itaque ſis, rationem expedi ſententiæ in Huluſtanis tuis ſine arbitro pronunciatæ, qua terrarum *Tetrades Auguſtæ*, quatuor Officiorum ſive Ambactorum nomine in vulgo notius, Gandenſi Caſtello olim obnoxium fuiſſe definis, quod equidem *Imperiale* & imo *Friſiæ maritimæ* portionem variis, nec vanis conjecturis opinabar.

Quatuor Ambacta pars Imperialis Flandriæ.

Friſia maritima

Cùm enim Batavorum tam inſulas, quam continentem *Friſiæ* vocabulo contentam ſcripta Occonis Hiſtorici evidenter comprobent, tum vero maximè Ottonis Auguſti reſcripta ad Trajectenſes, meminerunt vici *Callo in maritimis Friſonum*, *pago Flandrenſi*, & alias Eginhartus citat *Schaltemum in maritima Friſiorum regione*: ut videantur loca hæc ad utramque Schaldis ripam nota convincere, hactenus *Friſiæ* vocabulum patuiſſe, & potuiſſe juſtam Ambactorum portionem, & pagi Flandrenſis abſorbere.

Occo Scarlenſis Friſiæ Hiſtoricus.

Callo op de Schelde.

Pagi Flandrenſis pars in Friſia

Ad hæc ego. Non inficior, inquam, Hamconi doctiſſime, & *Friſiæ maritima*, *pagumque Flandrenſem* his locis audiſſe concedo, non tamen ideo cedam ego tuæ, aut meam tibi opinionem. Uti enim certus ſum, & Cæſarum Pontificumque teſtimonijs docui in Brugenſibus meis *Flandrenſem pagum* Schaldi & Durmâ olim terminatum, hac parte; ita conſtat intra ejuſdem ampliter habitati fines, natum inter alia *pagum Gandenſem* à *Metropoli* ſic nuncupatum.

Ejus limites.

Pagus Gandenſis

Metropoli? excipit Hamconius. Atqui ego, addens, exiſtimabam dictantibus manuſcripto Bibliothecæ Atrebatenſis, & altero cœnobii Tuitienſis, codicibus veterrimis, in Belgicâ duas dumtaxat Rhemenſem & Treverenſem ab antiquiſſimo, & partitionis Romanæ exemplo *Metropoles* extitiſſe, & tu tertiam nec Epiſcopio priſcis ornatam, nec eminenti titulo honoratam obtrudis? Imo verò, ſubjunxi ego, & tertiam & ter tertiam adjungerem, & teſtem Audœnum laudo, qui ante ſæculorum decades ſcripſit: *B. Eligium Viromandenſi, Noviomenſi, Tornacenſi, Flandrenſi, Gandenſi, & Cortracenſi, Metropoli præfuiſſe*, id eſt (prout author idem alio loco ſibi ipſi interpres eſt) *Flandrenſes, Gandenſes, Andoverpos, Friſios, Sue-*

Metropoles duæ in Belgica olim.

Metropoles poſtea plures.

vos,

vos, & *Barbaros*, &c. primùm, *Hoſtili animo & adverſa mente* Evangeliſtam *ſuſcipientes*, ad veri numinis venerationem produxiſſe, dictiſque locis Principibus, ut ejus ævi voce utar, *Epiſcopaſſe*. Nec abutitur ſcriptor voce *Metropolis*: cùm Iſidorus Lib. 7. Cap. 12. Originum *à menſura civitatum* in quibus eminet nuncupatam aſſerat; quomodo apud Dionem in Adriano; *Antiochiam Metropolim Syriæ* vocari legas, & Spartianus dicit: eundem *Antiochenſes odio habuiſſe, ita ut Syriam à Phœnice voluerit ſeparari, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur*. Ex quibus non obſcurè colligam, & dictas à civitatibus ſubjectis Metropoles, & incerto plurium pauciorumve oppidorum numero definiri conſueviſſe. *Gandenſi* noſtræ idem uſu venit; cui (verba ſunt Chronici Bavonenſis) *Urbes parebant quatuor, Huluſtum, Axella, Haſna & Bocholta*, id eſt ditiuncula Ambactorum in qua hodieque Caſtri Comes Gandenſis jura & prærogativas quaſdam habet. Et libenter crederem hanc pagi Flandrenſis, & Friſiæ maritimæ prius; portionem, ob id Gandenſis poſtea *pagi* nomenclaturam fœneraſſe; una cum regione Waſiana; quæ ipſa beneficio Cæſarum ad Hollandos tranſlata ſeparati juris & nominis cœpit haberi, pagumque à, & in Gandenſi, ſicut Gandenſis ante à, & in Flandrenſi diverſum fecerat, conſtituiſſe. Quod niſi dicamus nunquam diplomatum veritatem aſſequemur, conſtituentium Anno 956. *Haſi Hemthorp, Huſduic, Berginc, Merender & Waeſmonaſterium pago Gandenſi*, cùm tamen *pagus Waſienſis* in quo *Waeſmonaſterium* primas tenet, in pragmatica Henrici Cæſaris & annalibus Trajectenſium non ſemel circa Annum milleſimum nominetur.

[Marginalia: B. Eligium hic Epiſcopaſſe. — Metropolis quid? — Et quid olim. — Plures ſub ſe Civitates habuiſſe. — Nec certo numero. — Quatuor Urbes ſub Gandenſi. — Jus Caſtellani Gandenſis in quatuor Ambacta. — Occaſio nati pagi Gandenſis in Flandrenſi. — Item Waſienſis in Gandenſi. — 956. — Waesmunster, Nunc in Gandenſi nunc in Waſienſi pago ponitur.]

CAPUT SECUNDUM.

NEC tamen fallat præſens recenſque urbis amplitudo, non utique in *Pago* Gandenſi (ut res olim erant) collocanda, ſed in collimitio quatuor diverſorum: planè ut Romanæ origini Gandenſem conferre ſolitus ſim, eò potiorem, quod illa tribus, pro ratione convenarum tribubus conglutinata, hæc quatuor regionibus naturæ glutino ad hanc totidem amnium confluentem, ſociatis conflata; elementorum numero Urbe ſuperior, orbi par. Dictum doctum ibo, ſi aurem porrigis patulo-patiam. Imprimis *pagum Bracbantenſem* Schaldi tenus pertinuiſſe, in quo pars oppidi circa Arcem Carolinam, id eſt vetus Bavonis cœnobium, diſertis verbis tradit *Hulduvici* Cæſaris ad Eginhartum Abbatem diploma his verbis. *Idcirco noverit ominum fidelium ſolertia, quod Eginhartus Abbas ex Monaſterio, quod dicitur Ganda, quod ſitum eſt in pago Bracbantenſi, conſtructo in honorem S. Petri Apoſtolorum Principis*: & ne ambigamus ob inſcriptum eidem D. Petro alterum in monte Blandinio cœnobium, addit: *ubi & jam B. Bavo confeſſor Chriſti corpore requieſcit. Datum Idus Aprilis* Anno 810. *Imperij ſexto, Aquiſgrani palatio Regio*. Ejuſdem Cæſaris ſed octennio poſt datum extat, referens *in pago Tornacenſi ſuper Schaldem flumen locum eſſe, Blandinius mons dictum antiquis, ubi Monaſterium ſit ad honorem S. Petri calorum clavigeri fundatum à glorioſiſſimis Regibus, &c.* Unde è plano videtur montem Blandinium, vbi nunc D. Petri Abbatia intra muros viſitur, *pago Tornacenſi* olim comprehenſum, & niſi vocum ſimilitudine deceptus ſit Meierus, ad Annum 633. referens: *fundatum à Regibus in monte Blandinio, ſiniſtra Schaldis ripa pago Corturiacenſi, cœnobium, Principi Apoſtolorum idque ab Amando dedicatum*; neceſſario dicendum venit eundem locum & Tornacenſis, & Corturiacenſis pagi extitiſſe, aut melius hunc illius partem fuiſſe. Quicquid tamen ejus ſit, hoc ſcriptor & ſcriptum allegata docent, abunde, utrumque pagum ſe extendiſſe uſque ad confluentiam ubi à Schaldi Liza abſorbetur, ſui nominis velut capitis diminutione, id eſt, occupaſſe juſtam oppidi inter amnis hodierni portionem. Ulterius progreſſo ultra Lizam occurrit *pagus Menpiſcus* ſive *Menapiſcus*, in quo, *Territorio* tamen *Gandenſi*, inchoatum Truncinium ex monumentis ejus Abbatiæ narrat Meierus dicto Anno, & conformiter Chronicis Bavoniano & Bertinenſi. Et ne dubitemus, vici aliquot Urbani nunc, ſuburbani antea, in Menapiſco in tabulis donationum antiquarum leguntur. Unde amplius obſervare eſt Gandenſe oppidum peculiare ſibi *Territorium* olim habuiſſe, id eſt, *locum communem* (interprete Varrone Lib. 4.) qui prope oppidum relinquitur, quod maximè teratur, dictum. Ad extremum charta donationis Trudonopolitani cœnobij laudat Villam *Heverge pago Flandrenſi* Anno 755. quem non dubito vicum in conſpectu oppidi eſſe *Hevergem* dictum, & proinde hac parte eum pagum quarto oppidum loco occupare: Abit porro in diverſum ſi non à verò, ſaltem à mente mea Divæus omiſſo *Flandrenſi* pago ex aliis quatuor *Turnacenſi, Corteriacenſi, Bracbantenſi, & Gandenſi* conflatam urbem aſſerens ignarus teſtimoniorum, quæ in rem meam attuli, doctiorum cenſuram, tuique inprimis judicii trutinam ſubitura.

[Marginalia: Gandavum in quatuor pagorum collimitio ſitum. — Collatio cum Romanis. — Bracbantenſis pagus — In eo fuiſſe vetus caſtrum. — 810. — Pagus Tornacenſis. — In quo Blandinium. — 633. — Cujus pars pagus Corturiacenſis. — Confluvium Lizæ & Schaldis. — Pagus Menpiſcus. — In quo Truncinium. — Ganda Territorium olim habuit. — Illud quid? — Pagus Flandrenſis. — 755. — Hevergem Vicus ſuburbanus. Divæi lapſus.]

CAPUT TERTIUM.

NEC vana aut umbratilis hæc pagorum diſtinctio, ut quæ tam ſæcularis quàm Eccleſiaſtici dominatus veterem afferat differentiam, concurrentibus ad hoc amnium pagorumque quadrangulum, totidem olim

[Marginalia: Limites juriſdictionum Gandavi. — Quatuor Diœceſes concurriſſe.]

Trajectinam inprimis ab ævo D. Willibrordi.

olim Epiſcoporum ferè diœceſibus, Principum Dynaſtiis. Antiſtites Rheno-trajectini, jure Willibrordi Clementis prædicationibus acquiſito, ſuæ obnoxios cathedræ ſervarunt; ab Anno ſervati orbis ſexies centeſimo, uſque ad ejuſdem 1559.

1559.

Huluſtanos, Axelenſes, Biervlietanos; & imo videntur ad oppidum uſque infulas extendiſſe; cum ſacellum *Deſſeledonca* legatur à Trajectenſi Præſule dedicatum, non facturo, ſi juris alieni locus è vicino urbem reſpiciens extitiſſet.

Desseldonck. Cameracenſem deinde ab ævo D. Gaugerici.

Cameracenſes autem Epiſcopi titulo per Divos Gaugericum & Vindicianum Evangelizantes acquiſito, diœceſin ſuam, (teſte Goropio) in Atvaticorum & Romanorum veſtigio figentes, longè ad alteram Schaldis ripam, & proximè Gandavum ſacræ juriſdictionis compotes fuere, jam inde à decem ſeculis, ad uſque elapſi Annum undeſexageſimum.

Atvatici uſque ad Schaldim.

Morinenſes ſimiliter quamvis non præciſè oppidum verſùs vergebant, donec limitatione nonnihil emendata, alibi etiam variata Joannes octavus eo nomine Pontifex Tornacenſi (qui duas id temporis cathedras procurabat, atque à notiori *Noviomenſis* ferè inſcribebatur) antea inter Morinenſem & Cameracenum medio tractu Gandam uſque ſacra gubernare ſolito, diœceſin partim definivit, partim ampliavit, aſſignato *Gandenſi Territorio* ſub Annum 879. Territorio dixi, id eſt, vicis ut minus alterum ab urbe lapidem non excedentibus.

Morinenſem inſuper.

Tornacenſis Epiſcopus idem cum Noviomenſi.

Tornacenſis diœceſis augmentatio.

879.

Atque hoc eſt quod annotant Chronica *Noviomenſi Epiſcopo aſſignatam Flandriam* eſſe potiorem Flandriæ Comitum provinciam, & maximè habitatam; cùm Flandriæ proprio dictæ vocabulo, id eſt maritima, nunquam, vt dixi, Nerviorum ſedi paruerint; & potior oppidi pars ante Annum laudatum, fuerit Tornacenſis diœceſis, teſte Caroli Calvi reſcripto, Anno 865. in hæc verba *Venerabilis vir Noviomenſis ſeu Tornacenſis Epiſcopus curam habens ſui miniſterii cœnobium Blandinii*, &c.

Explicati annales.

Ganda pro bona parte erat Tornacenſi. m 865.

Unde etiam hallucinatur Marchantius totam Flandriam dicens nulli uſque ad tempora Joannis Octavi, tum Novidunenſi totam, tandem tribus cum eo, Morinenſi, Trajectino, & Cameracenſi partim ſubjectam fuiſſe aſtruens, *refragantibus omnium diplomatum teſtimoniis & ſaniorum Hiſtoricorum fide*.

CAPUT QUARTUM.

Quatuor Seculares juriſdictiones.

DIXI de Diœceſium collimitio circa oppidum, reſtat Principatus quadrifariam, ferè pagorum totidem intuitu ſectus, & Regulum Flandria totidem titulis dominatu oppidi fruentem agnoſcens. *Audenburgi* enim, ſive veteris Caſtri, is potitus poſt Annum 1174. & mortem Theodorici Principis Aloſtani, & unà clientelis pagiſque *Caſtellaniæ Audeburgicæ Gandenſis*, nomine cenſitis.

Audenburgi.

1174.

Quod Comitum Aloſtanorum.

Caſtello novo Gandenſi idem Cæſaribus erepto, gaudere cœpit, & appendicee Ambactorum circa Annum 1120.

Novi Caſtri quod Cæſarum. 1120.

Tractu pagi Menapiſci verſùs Truncinium tanquam *Comes & Advocatus* potiebatur: unde reſcripto Anni 1087. de Truncinio ait Comes: *Condonare ſe ei quicquid Comitatus & Advocationis ab antiquo anteceſſores tenuerant*.

Comitatus Truncinienſis.

1087.

Blandinio & vicinis Principatus Harlebecani ab antiquis imperabat, ob hoc Galliarum Regis uſque ad tempora Caroli V. ob illa Cæſaris cliens olim fiduciarius.

Quod Marcionum Flandrenſium. Principatus Harlebecani.

Sed enim ut hæc magis ad oculum videantur, & feneſtra illa patentiore levius-mollius ad memoriæ penetralia deferantur, Mercatorem adeamus, qui orbi orbem vænalem exponit, & hac parte ſitim noſtram explebit. *Placet*, ſubjunxit Hameonius comitialiter & comiter, egoque proferens, quæ fortè ad manum erat, Gerardi Mercatoris Tabulam Flandriæ exhibui, & in ea *pagorum*, *diœceſeorum*, *Dominiorum* limites, & omnium uno velut centro concurſus, addens meliuſculè facturum fuiſſe Mercatorem, ſi loco *Caſtellaniæ Aldenardenſis* majuſculo charactere inter pagorum nomina ſparſo, deſignatæ, poſuiſſet *Audeburgenſem*, cui ferè ſubcenſentur loca grandiuſculis illis inſerta. Vix digito percurreram hanc Urbanæ conſtitutionis periodum, cùm, ut eſt amœno facilique ad verſum ingenio, in hos erumpit elegos.

Lapſus Mercatoris.

Roma tribus tribubus, Ganda eſt fundata quaternis,
Sic orbi quam urbi Ganda magis ſimilis.
Terna probrum eſt, elementa, plagis mundana quaternis
Res ſtat, & hoc Roma Principe Ganda prior.

Tres tribus Romanæ. Cur dictio trilittera. Quatuor Elementa.

CAPUT QUINTUM.

TALI ſermocinatione dum viam & otium fallimus, emenſo Ambactorum agro in fluentum deſimus; deſcendendum ex equis in ſchapham ut tranſaquandum potius, quàm transfretandum erat. Ibi Hameonius juxtim in tranſtris aſſidens; Legiámne, ait, hic legimus? an Schaldim digitis à morte quaternis oberramus? Neutrum, inquam ego, ſed, quod portentum videri queat, paludem navigamus (MOERE vulgus vocat) amnem inter paludibus & cœno uligineque obſitos campos natum cis, *Jani Petram* equorum mercatu nobile municipium, ubi invento alibi, alibi parato verſus Heſperum alveo, demum ſe ſecans hinc Durmæ miſcetur, inde verſùs Axellam Oceanum petit rectoque flexu & fluxu ſupra angulum Ambacti veteris, inde *Winkelæ* nomen indeptum influit aquæductum,

Moorwatere fluvius.

S. Jans Steen.

 novi

novi vocabulo ſignari ſolitum. Quem Anno
primo poſt milleſimum centeſimumque de-
cimum quinies effodi cœpiſſe, primùm
proximo ad mare repagulo fundamenti la-
pidem ſolenniter pangente Anthonio Baſſio
Equite Senatus Præſide: Et ductum ope-
re dumtaxat quadriennali: refert Marchan-
tius, cùm tamen ex actis publicis diſcam An-
1537. no 1537. foſſionem aquæductus inchoatam
à domo rubea, ad aggerem marinum uſque
& Amelrici catharacta, & demum Anno
1562. 1562. perfoſſum aggerem, aqua fluviatili
marinam ſupernatante, unde Chronicum
è Sacris literis vulgatum: DULCIa Con-
CULCant ſaLſedIneM. Et ductum ut
promptiore compendio quatuor dumtaxat
miliarium ex Arce & oppido Oceanus pete-
retur: Et ductum ut curioſè ita ſecurè im-
poſitâ ad portum arce validiſſimâ, Ocea-
num frænante & Neptunios clientes. In
aquæductum ante Gandenſibus juriſdictio-
1561. nem Princeps Anno 1561. indulſit.

Foſſa Ottonis. Erat quidem antiquitus ab Ottone Au-
guſto ducta perſimilis à Gandavo foſſa,
Ottinga ob id nuncupata, teſte Bavonenſi
Limes Imperii. Chronico, in Oceanum limes Imperii &
Regni, quam exiſtimavi aliquando inciſis
paluſtribus eandem eſſe cùm ſupra nomi-
nata *Moorwatera.* Fuit certè noſtra Saſſi-
ſtatione Septentrionalior, utpote ditionem
Ambactorum à Flandrarum terra ſeparans.
949. Unde Meierus ad Annum 949. verbis è
Bertinienſi Chronico tranſſumptis refert
Otto occupat quatuor Ambacta. Ottonem *Terram quatuor Officiorum occupaſſe,*
foſſamque Hontam duxiſſe, & Othonianam
Hundt Fretum. *dixiſſe, quam finem imperii eſſe voluerit.* Vi-
dendum itaque an non diducta fuiſſet hæc
foſſa uſque ad fretum, de Hont, dictum,
vicumque Hontenesſe.

CAPUT SEXTUM.

NEC his tantùm itineribus mare peti-
tur, ſed & alio ante quatuor ſæcula,
authoritatem faciente Margareta Comite,
1251. litteris ad Annum 1251. ſcriptis, deriva-
De Livi. to. Cœperunt quidem Gandenſes jam inde
1228. ab Anno 1228. Liviæ (ſic enim ab anti-
quo rivulum appellarunt) alveum ſternere,
Ejus foſſio. ſed aſſenſu Principis ſuffragante tum de-
mum promota foſſio productaque *Rodebur-*
gum & portum *Dammenſem* uſque (aſſocia-
tis in itinere paluſtribus aliquot rivulis &
Cala Fluvium bicorni inprimis *Cala*) ſpacio decies mille
paſſuum navigabilis univerſim & inſigne
nundinantibus compendium prꝏſtante. Cir-
Error Marchantii. ca quod legendus cautè Marchantius *Liviæ*
ductum Margaretæ quidem Conſtantino-
1210. politanæ, ſed Anno 1210. (cùm Joanna
rerum potiretur) impetrato privilegio,
perperam aſſeribens. Videndum etiam quo
Lævinum aliis dictum. auctore aut fundamento P. Bertius in Ta-
bulis ad Ptolomæi calculum redactis, cùm
Gandavum juxta tres fluvios, (omittens
Moeram) locat, hunc amnem *Lævinum*
indigetet, ſicut Romanus in Theatro Ur-
bium Livinum. Nec temere credendum Viri Magni lapſus.
Viro Magno, ſed noſtratium imperito Li-
viam cum eo eundem facienti, qui vete-
ribus *Legia* dicebatur, cùm omnium di-
plomatum conſenſu *Legia* in *Liza* nomen
abierit. Norunt Gandenſes Truncinii Præ-
monſtratenſis Abbatiæ in Suburbano ſuo ad
Lizam conſpicua rudera, eam autem Legiam eſſe Lizam.
(Meieri ex Chronico Bavonis verba ſunt)
Amandus *in pago Mempiſco, Territorio Gan-*
denſi, ſuper flumen LEGIAM *dicavit,* Caſtellum Truncinii.
ubi Caſtellum quoddam ſteterat. Quid aper-
tius, quid clarius? Legia autem, ut hos
è Moræo noſtro verſus adjiciam.

Paulino ſaliens tranquillus in agro,
Diſcedens natale ſuo de nomine Burgum
Nuncupat, & Morinos infelicemque Tarennam
Alluit, Ariacum mox divitiore tumeſcens
Amne beat, nec Mergemo, nec latus Eterræ
Invidet, ut pleno fæcundus proluat alveo
Armenteriacos Waerneſſonioſque penates:
Cominium arcipotens, Viroviacique ruinas.
Parva etiam Menina ſibi non fænore parvo,
Et Corturiacum placet, & vetus Harleabecæ
Gloria, Legiadas ad Deinzæ mænia nymphas
Mittit ovans, quæ tot circumſtipantibus undis
Gandiacis tandem meruit connubia Schaldis.

Et gaudet uſque confluvium utriuſque Comitum in fluvio jus.
amnis, Comes Flandriæ ad aliquot paſſuum
millia jure navalium & prꝏrogativâ Dy-
naſtiæ Harlebecanæ propriâ, frumenti Item Urbis.
autem per Schaldim invecti quadrans, per
alios fluvios ſextans, in Urbis uſum à Cu-
ratoribus Gandenſibus retineri poteſt.

CAPUT SEPTIMUM.

DE Schaldi quarto Fluviorum nihil hic
referam, ut quæ in Antwerpienſibus
meis & alibi luculenter diſſeruerim. Hoc
tantum, videri inter omnia Schaldis Ca-
ſtella Gandenſe antiquitate, portu, nobi- Gandenſe Caſtrum Schaldis primarium.
litate primas tenuiſſe, ut non immeritò
ſcriptor Winobergenſis apppellaverit *Ca-*
ſtrum Schaldis antiquis dictum Ganda, per
excellentiam puta. Nobilitatem arguit Re- Schaldis propriè dictum.
ſcriptum Eugenii Papꝏ datum Anno Chri-
ſtiano 648. ad Bavonenſes cœnobitas dicen- 648.
tis, ſe rogatum *ab Adelberto Abbate, totiſ-*
que Fratribus de monaſterio B. Petri quod ſi-
tum eſt in CASTRO FAMOSO NO- Famoſum.
MINE GANDA *nuncupato.* Situm fa-
moſum, unde niſi à Romanis haud ita pri-
dem Galliâ exactis? Portum autem à Ju- Portus hic erat.
lianis temporibus celebrem circa Caſtrum
fuiſſe aſſerunt Bilibaldus & alii *Geſſoriacum*
navale hîc locantes, quàm bene dicit, qui- Sed non Geſſoriacum navale.
cumque itinerarium Antonini, & vias à
Geſſoriaco Bajacum excuſſit. Ego uti cer-
tus ſum Comitem Flandriæ, ſive is Arnul-
phus

phus fuerit juxta Blandinienſe, ſive Balduinus juxta Bavonenſe Chronicum, occupato *novo Caſtro*; (quod in loco *Herehem* dicto obſederat) ibi portum extruxiſſe; [Portus ſtructura.] ita ambigo an non & ubi fuerit, alius alibi, cum Barbaros claſſe *in portum Gandenſem* delatos ante Arnulphi ævum non ſemel legerim. [In quem claſſis invecta.]

Ad extremum præter dictos amnes plurifariam ad commoditatem incolarum partitos diſpenſatoſque, rivuli minorum gentium aliquot in vicino per canales foſſaſque attracti, infinitis locis urbem ſecant, [Rivuli & elices fluviorum.] ita ut Marchantio 20. Guicciardino 26. Inſulæ intra muros habitentur: pontes lapidei fornicato opere tam eminenti ut naves commodiſſimè ſuffluant, numero duodecentenario, [Inſulæ in Urbe Pontes item.] præter infinitos levioris operæ & molis: Molæ circa illos majores quaternæ (licet Guicciardino ſex numerantur) [Molæ.] præter pneumaticas centenario plures, & truſatiles infinitas. Hæc autem ut propiùs probiùſque conſideres, ſtemus nonnihil, & Iconem quam fortè circumtuli, inſpice, è plano ſingula oſtenſuram.

CAPUT OCTAVUM.

INTER hæc ſumma turrium, Urbem è vicino conſpicabamur, & blandè compellans Hamconius. Videor, inquit, ex ſupra-dictis pro comperto habere, Gandavum Caſtris aliquot inſtructum fuiſſe, [Caſtra plura Gandavi fuiſſe.] beabis me ſi de ſitu & authoribus eorum me docueris. Adhæc ego: nihil non te monente velim, ſi poſſe arbitrio conforme eſſet; tamen quia me poſſe exiſtimas, liberè quod ſentio ſcioque depromam. [Arx Gandenſis.] Tu me ſequere ad Arcem Carolinam. Viden ſuperbum illud Gradivi & Bellonæ prætorium, [Structura ejus.] & auctore ſuo Carolo quinto Cæſare digniſſimum, qui popularium ſuorum fidem hoc ſpeculo ſtabiliit, ſpecillo remuneratus eſt, lapide auſpicali per ipſum ob Æquitatem fundamentis immiſſo per funem? Sed ingrediamur. Ingredimur: & nònne, inquam, inſignes hi monachi? egregia clauſtra? honora: (hac tympanum enim audiebatur) pſallentium Carmina? Ridere te & me putarem, ſubjunxit Hamconius, niſi lingua ceſpitante, Monomachos, Caſtra, arma exprimere intendis, quorum hìc omnia plena. Tum ego: Nec ridens, nec ceſpitans ſcio militibus omnia hìc compleri, [Fuiſſe antea cœnobium Bavonis.] & lectiſſimis, & qualibus ad munimen Flandriæ uſus, ſed & hoc ſcio habitaſſe hìc loci
1540. ante Annum 1540. qui Arci natalis eſt, Bavonicæ Abbatiæ religioſos, & ecce reliquum vetuſtatem præ ſe ferens templum: Intelligenti pauca; vides quo tendam, nimirum, ut quem verbis Eugenii Papæ antea, nunc digito oſtendam locum *veteris Caſtri Gandæ* ſive Audeburgi, in cujus corde hoc Aſceterium à D. Amando dedicatum fuit, adeò ut Gandæ nomen quaſi proprium ſibi frequenter obtinuerit. Ita nimirum diploma Caroli Calvi Anno 865. Ita Ottonis 865.
Anno 976. Ita Caroli M. Anno 794. & 976. 794.
aliorum non aliter quàm *Monaſterium quod dicitur* GANDA *& eſt conſtructum in honorem S. Petri Apoſtolorum Principis*, *ubi etiam glorioſus Chriſti confeſſor corpore quieſcit*, *&c.* indigetant, & Chronicum ad Annum 828. reliquias Marcellitis & Petri de- 828.
latas ait *ad cœnobium Gandæ*, *quod ſitum eſt in* VALLE LEGIÆ *loco Ganda vocato*, *ubi idem amnis Schaldis dicto flumini Legiæ jungitur*.

CAPUT NONUM.

HANC Arcem ante Annos mille Dagoberti ævo *Famoſam*, & eandem antiquitatis merito illuſtrem, [Antiquitas Audeburgi.] (cùm ſcribatur cœnobium Bavonenſe *in Caſtro Ganda dicto* ANTIQUIS ſitum) jam conſtare arbitror, [De ævo ejus quæſitum.] atque ex eo ſuſpicari proclive eſſe, non à Francis Anno 489. dominari 489.
hic incipientibus expulſo Romanorum præſidio repetenda ejus exordia, ſed altiùs aliquantulum. Annales tradunt applaudente Meiero *Wandalos Duce Careco Caſtrum Gandæ non occupaſſe tantùm*, *ſed & à ſe denominatum poſſediſſe*, [Wandalos hic fuiſſe.] fruſtra reſiſtentibus Belgis, reluctantibus Romanis, Gothis etiam poſtea idem ambientibus. Et hinc lapſu temporis à *Vandalis*; ſive quod idem eſt *Wendelis* [Etymon Gandæ.] formatum WENDT in GANDT, ſive *Ganda* [Affinitas litterarum G. & W.] degeneraſſe tranſpoſitione Belgis familiari, qui ex *Gallis Wallos* ſimiliter faciant. Ego & horum nihil ad aut improbem, tamen facilè aſſentiar Tornaci & Hannonum Chronologis, Francorum etiam, narrantibus extructam ab horum colluvie circa Schaldis & Lizæ confluvium Caſtellum; ſed ubi? Hæreo: pronior tamen in *Wandelaram* Caſtellum, [Wandelaer Caſtrum.] hodieque juxta portam Bracbantenſem nomen ſervans, quàm in Gandam: nihili faciens ſtabilimentum prioris opinionis adjectum, quod Wandali duelli Symbolum chirothecam (WANT nobis dicitur) nigro in campo [Inſignia Urbis.] inſignium loco Urbi aſſignaverint, cùm oculatus teſtis aſſerere poſſim, ante quinque [Item vetera.] ſæcula Gandenſes ſcuto Caſtelli biturris ſpecie ſignato uſos, & videbatur in oppoſita ſigilli parte manus expreſſa ob cauſam fortè eandem quam in Antverpienſibus meis aſſignavi. [Cur manus appoſita?]

CAPUT DECIMUM.

SED libet ulteriora cogitare. Vetus à Meiero carmen deſcriptum eſt:

Gorduni populique truces coluere Sicambri. [Gorduni Populi.]

Et litteratorum plærique Gordunos Cæ-

ſaris à monte Blandinio *Curteriacum* uſque media continuiſſe credunt; ſed credunt tantùm vana aliquot characterum ſuſpicione ducti.
Sicambri & Suevi an hic fuerint?
Sicambros etiam Suevoſque Auguſto ſe dedentes in Galliam traductos circa Rhenum; Suetonius author eſt: & ſubdit Raphael Volateranus *Vandium* Suevis, *Vannium* Batavis Regem datum; Eutropius numerum captivorum ex Germania ad ripam Rheni collocatorum exprimit quadringenta millia,
An & Germani.
ne miremur ſi huc uſque vagati auctoris ſui nomen ſedi fortunarum electæ potuerint indidiſſe; maximè cùm Suevicæ appellationis in Flandris plura ſuperſint veſtigia. Demus etiam ſuffragium noſtratibus hiſtoriis conſtanter aſſerentibus, à Julio Cæſare & conditam & cognominatam Arcem,
An Julii Cæſaris opus Arx Ganda.
vocemque *Gandæ* repertam in veteribus ſchædis fatetur tomo quinto decadis rerum Flandricarum Meierus, unde & Petrarcha Italus Epiſtolâ ad Cardinalem Columnam,
Id probatum.
Gandavum vocat Cæſare conditore ſuperbum, nec inani gloria: cùm indies ager Caſtello olim Gandenſi obnoxius infinita Romanæ antiquitatis eruat monumenta: de quibus Varnewicus in ſpeculo, & nos alibi.

CAPUT UNDECIMUM.

Quicquid omnium ſit, Romanos, Suevos, Wandalos, Francos habuerit authores, deletum eſt à Normannis, ſed reſtitutum, & noviſſimè bello Henricorum Cæſarum Gandenſibus perniciosſo funditus everſum in uſus habitationis monachorum tranſiit Caſtrum.
Deſtructio Caſtri veteris.
Firmabatur præſidio militari, ſtipendia ex tractu Aloſtano Waſioque percipere conſueto,
Præſidii ſtipendia.
donec id muneris in dominatum, oneris in honorem converterunt præfecti Arcis Comites Brabantini,
Caſtellania Audeburgi.
remanente Caſtelli licet diruti peculio ſolum 46. virorum diſtrictu, qui in quatuor diſtributi membra, duobus obnoxii tribunalibus *Caſtellania Audeburgi Gandenſis* appellantur: & à Comitibus Flandriæ poſt everſum aut à monachis occupatum vetus Burgum quodammodo in petram Comitis tranſlati, ubi exequuntur juſtitiam Audeburgici. Novæ porrò Carolinæ quam vides præſidiariis ex fiſco Regio ſtipendium conſignatur,
Præfecti Arcis.
& præficitur ex Hiſpanica ferè nobilitate vir primarius: Quales Mondragonius, Salinas, Auguſtinus Perrera, Ludovicus del Villar, Fernandus Xiron, Joannes d'Aranda, viri bellica virtute ſpectabiles.

CAPUT DUODECIMUM.

RESTAT *novum Caſtellum*, minus tamen notum Gandenſibus, magis annalibus.
Novum Caſtrum.
Cùm enim frequenter apud hiſtoricos paginam faciat Otto Imperator, ſuo nomine *primus*, & virtute *Magnus*, ob ædificatam Gandavi novam Arcem,
Ejus Auctor.
aſſerendæ veteri, defendendæ S. Bavonis Abbatiæ, tuendo limiti, & oppugnandis Gandenſibus (omnes enim hæ allegantur cauſæ) tum vel maximè controverſum eſt quo loco illa extiterit, ad Legiamne an ad Schaldim,
De loco ejus quæſitum.
& rurſus an eadem ſit cum Petra Comitis, an alia in Herchem conſtructa. Ego in hac opinionum digladiatione & pugna, ſcuto Chronici Blandinienſis Bavonenſiſque tutus intercedere, & litem dirimere conabor.

Marchantius Dunenſem ſecutus, Imp. metatori Schaldi ad dextram incubuiſſe, ait,
Cauſæ ſtructionis.
Arcem ab Ottone IN FLANDROS excitatam Anno 948. in Aloſti 948.
deſcript. ait Meierus ex Bertinenſi Chronico ad Annum ſequentem. CONTRA GANDENSES inquit,
Gandenſes inter Schaldim & Legiam.
qui tum inter Schaldim & Legiam incolebant, Arcem validam eduxit in ripa Legiæ, ex qua Cæſarum præſidia cum Gandenſibus implacabili odio digladiantur ad Balduini uſque Inſulani Principatum. Codex cœnobii Gandenſis. Sed Annum notans 936. 936.
Otto, inquit, *Henrici filius Caſtellum novum, quod ad ripas Legiæ*
Situs ejus ad Legiam.
ſitum eſt, non Reges Franciæ, non Comites Flandriæ, ſed Imperatores Romanorum in fiſco & in libera poſſeſſione S. Bavonis
Cujus beneficium fuerit.
ad DEFENSIONEM IPSIUS MONASTERII, ET ANTIQUI CASTRI GANDÆ, *propter diviſionem Regni & Imperii ſtatuit, quo ſic præfatus* REGNI FRANCORUM & IMPERII ORIENTALIUM FINES *determinavit, de quo cenſum 5. ſolidorum longo tempore Comites Flandriæ ſolverunt & ſolvunt.* Ecce cauſas ſtructuræ & authorem, & ſitum, & tempus;
Tempus ſtructionis.
niſi quod Meieri calculus vero ſit propior, cùm paſſim ſcriptores vitæ Ottonis iſto Anno Belgas per
Emendatus codex vetus.
eum Imperio adjunctos fateantur, qui Anno ejus ſæculi 48. in Danos occupabatur, 48.
& 35. necdum inauguratus erat. 35.
Planè ut exiſtiment affinitate numeri Arabici 3. cum 5. deceptum exſcriptorem in hujus & ſequentium ex ordine Annorum deſignatione, alterum alteri ſubſtituiſſe: maximè cùm ab Annis 36. 37. 38. integrum abſorbens vicenarium ad 63. 66. &c. delabatur.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

HUIC *Caſtello* (verba ſunt Bavon: Chronici) *non Caſtellani, ſed Comites*
Præfect. novæ Arcis.
præfuerunt, quibus quatuor Villæ cum appendiciis, Aſneche, Bochout, Axel & Hulſt
Villæ ei ſubjectæ.
cum tota Waſia ſubjiciebantur. Horum Comitum unus nomine Wichmannus in uxorem habens Lutgardim filiam Arnulphi Marchionis,
Comites ejus.
Ottoni diù rebellis, Caſtrum ejus novum in Herehem vi ceperat, & tenuerat, à Miſacha (aliis *Muſach*) *Slavorum Regulo Otto-*
Situs in Herchem.
nis

67.
Ubi portus.

nis amico perimitur, Anno 67. cùm uxor ejus ibidem legatur defuncta *in portu Herehem* quadriennio ante ad D. Petri in monte Blandinio tumulata. Rediitque in fidem Cæſarum Arx, unde Henricus Auguſtus Anno 1007. Flandrorum defectionem ulturus, Gandenſes obſedit. Et iterum Anno 1020. agrum Gandenſem populatus eſt.

A Cæſare Arx capta. 1007.
1020.
Imperiale Caſtellum dictum.

Quod *Imperialis Caſtelli*, (ſic enim Meiero vocatur) jugum moleſtè ferens Balduinus Comes, quem *Inſulanum* nuncupant, in Cæſarem pugnanti Godefrido Lotharingorum Duci ſe adjunxit, & lætus occaſione Arcem Gandenſem obſedit, virtuteque Lantberti militis ſibi aſſeruit, & volente nolente Cæſare aſſervavit. Quod factum verbis Chronici Bavonis libet aſſcribere. *Cùm Comes in loco qui Herehem vocabatur, Caſtellum obſediſſet; Opidani in Sabbatho ante Paſcha conſciſſo in particulas dimidio Bacone, quem ſolum, nec quicquam aliud in cibo habebant, fœdabant ſcuta pugnatorum: quæ res exanimavit Comitem, putantem eos cibariis abundare, ideoque recedentem. Quidam autem Lambertus de* SUBURBIO *Caſtelli* (notate hoc verbum ad ornamentum Caſtri faciens) *mulierculam videt cum vaſe hauritorio ad Legiam deſcendere*, quam adortus deque re doctus Comitem revocat, ſtipulatus primo ſibi & ſuis *Caſtellani* dignitatem, hortatur oppugnationem, & feliciter, obtento Caſtello Caſtellanus renunciatur. Balduinus autem licet *Caſtellum*, non tamen Caſtelli peculium, quatuor puta Villas pacificè adhuc poſſedit, poſtea demum jus à Cæſare in novum Caſtrum Anno 1110. accipiens, earum, repudiato cui obſtringebantur, Trajectino Præſule, Dominium adeptus, ideoque nonnumquam *Flandriæ ſe Comitem & Dominum* inſcribens non Aloſtani Comitatus (quem perperam alii adjungunt) Imperatoribus obnoxii ratione, ſed Ambactorum à directi Domini obſequio emancipatorum.

Id à Flandro occupatum.
Stratagema.
Suburbium Caſtri.
Caſtellani dignitas.
1110.
Cur Dominus dictus Comes Flandriæ. Error plurium.

CAPUT XIV.

Deſtructio novæ Arcis, ejuſque cauſa.

ET probabile mihi ob id Balduinum Othonianam Arcem ſolo æquaſſe, ne videlicet per aliquas pacis leges Imperator eam repetere ſperaret. Manſiſſe interim Vice-Comitis dignitatem; dictoſque Lamberti ſucceſſores non tantùm *Caſtellanos*, ut nunc vocantur; ſed & *Villanos de Gandavo*, quod *Villani* nomen lapſu ævi in ſtirpis nobiliſſimæ cognomentum tranſiit & perſeverat. Optimè, excepit Hamconius, ſed & jam video ſtirpem *de Villain* nuncupatam eandem non eſſe cum Gandavia; (DE GENDT) certus hanc Comitatu Aloſtano ſubinde potitam, ſæpius ambientem, à *Veteri Caſtro* eſſe, quod antiquitus propriè *Ganda* dictum docuiſti, & confirmat Proverbium in vulgo jactans *nunquam Gandavum veniſſe, qui D. Bavonis non intravit*. Neſcio, inquam ego, an bene conjicias, cùm Lambertus hic & ſucceſſores Villani eadem cum Principibus Aloſti gentilitia circumferentes arma in diplomatibus, convincant ejuſdem gentis homines fuiſſe. Et ut certiùs cognoſcas rem totam; Hugo de Gandavo Anno 1230. florens, ſuæque ſtirpis ultimus Vice-Comes, fratrem Villanum habuit Baronem Bornhemi, cujus filius Alexander inſcribens *ſe de Gandavo dict Villain* ſtirpem propagavit, & fortè nomen ad heredes nunc Iſengemii Comites, & alibi Barones, aut Dynaſtas tranſmiſit. Hugonis porrò ſupradicti filia Maria Gerardo Sottengemio, (qui jus ſuum in Caſtri novi locum Comiti Anno 1300. tranſſcripſit recepta in compenſationem Sæfſtingana Arce) enupſit, quorum ex Hugone filio neptis Iſabella Hugoni Antonienſi Toparchæ, & hujus eadem appellatione filia Joanni Vice-Comiti Melunienſi elocata in maritorum ſingulæ ſtirpem tranſtulerunt Vice-Comitatum, qui nunc ad Principes d'Eſpinoy pervenit, eodem jure Labarum ſive vexillum militare Gandenſis oppidi portantes, eodem villarum aliquot cenſus percipientes, eodem viarium vicariumque vectigal conſueti & Primatum inter Vice-Comites tam Imperii, quam Regni Comitiis Flandrenſibus obtinere.

Villani.
Stirpes duæ à Gandavo & Villain.
Vice Comitis Gandenſis jura.

CAPUT XV.

ARcium hoc caput finiat vetus turrium Hemicyclis, forma Tetragona, area ſpacioſa, ſpecioſo atrio oculos intuentium perſtringens, *Petra Comitis* in vulgo nuncupatum. *Petra*: Saxeum ædificium tribunali & carceribus publicis deſtinatum, quomodo & prætorium Aldenardenſe, & Aloſtanum, & Winoberganum, undè feuda Comiti clientelam debentia moventur: & porta Bruxellæ, Turris Neomagi, Domus Dieſtæ carceribus ſubſerviens, STENE, ſive OP 'T STEINE: Petra ſive ad Petram vocantur.

Petra Comitis SGRAVEN STEENS. STEEN quid.

Hæc noſtra, nihil cum *Audeburgo*, nihil cum *novo Caſtro* Ottonis commune habens Comitem authorem ipſo præfert nomine, Balduinum inquam ferreum ſi vera referunt Annales. Et amplius ſimiliter *novi Caſtri* nomine appellata fuiſſe, & fuiſſe ante Ottonis Imperium, & alterius de quo ſuperiùs ſtructuram, ſatis arguunt verba Chronici à Meiro ad Annum 912. exſcripta, referentia tum juxtà NOVAM ARCEM *Gandavi ſtructum Divæ Pharaildis templum*. Et idem ad Annum 940. Reliquias Divi Bavonis & aliorum è Nigella relatas narrat Gandavum: inquit, *ad* ARCEM OPPIDI (obſervate verba) *noſtri, quia ejus monaſterium in deſertum redactum fue-*

Aliam fuiſſe à dictis Caſtris.
Dicta ſubinde nova arx.
De ævo ejus quæſitum.
912.
940.
Arx opidi dicta.

fuerat. Unde cùm in refici ceptum à Divo Gerardò referendæ eſſent; *Arnulphus Comes Eccleſiam ſuam in* Novo Castello *ædificatam, cernens tantis pignoribus viduari, impetravit à B. Gerardo articulum S. Bavonis & reliquias S. Pharaildis*, ea conditione, quòd Eccleſiæ clerus annuam peregrinationem ad D. Bavonis perſolveret. Eccleſiam hìc intelligit, quæ Petræ Comitis vicina conſpicitur, D. Pharaildis venerationi dicatam: & fuit Domeſticorum Comitis, & incolarum atrii Palatini ab antiquo Curialis; ut nullatenus ſenſu, ſtatu, ſituque reclamantibus queat de Ottonia hoc Arce intelligi.

Item novum Caſtellum.

Eccleſia Divæ Pharaildis.

CAPUT XVI.

CÆterùm etſi authores non habeam, dubitare nollem à Normanniorum receſſu haud dubiè deformatam, ab Arnulpho Marchione ſplendidiori ſchemate adornatam, ab Inſulenſi Balduino duabus inſtructam turribus, ab Elſatio Philippo contra civium faſtum validâ munitam portâ, inſcriptione annum 1181. præferente; ſub Joanna, non ut alii Margarita Conſtantinopolitana mœnibus incluſam, ſub Ludovico Nivernenſi reparatam, à Joanne Divionenſi exornatam ex hiſtoriarum collatione didici. Inter hos ſermones Arcem Cæſaris egreſſus ad hanc Comitis tendebam Hamconio ſigillatim luſtranda ſingula exhibiturus. Qui portam ſubituro: Hem, inquit, quid video, aut videre videor? Romanos characteres? Saturnum teſtor, peccaſti Gramaye, dum ne veſtigio quidem ſuperſtite apud Audeburgum venatus es Romanæ Antiquitatis gloriam, hìc inſcriptione omnibus obvia Petræ à neſcio quo ferreo potiùs quàm à Romanis capis exordia. Ad hæc ego. Parce amicorum oculeiſſime, & oculatiſſime, non ignarus, quanto ſecuriùs laudatiuſque ſit in ſilva Apollinis, quàm in theatro Clionis, primum eſſe. Dixi tantùm quæ alii ante me, niſi ſi quà judicii faculam intuli.

Structura ejus.

Romana inſcriptio.

De inſcriptione autem præſenti non deſunt qui Wandalicam opinentur, non G. Ant, prout nobis apparet, ſed S. Ant: *Scant.* Secundò charactere eliſo aut eraſo legentes, derivatum ſcilicet à Schandianis, unde colluvies illa Barbarorum erupit, Inſulis; addentes quemadmodum Gothis quaquà imperium extenderent ſolenne fuit, turrium faſtigia inſigni gentis ſuæ Gallo coronare, ita Wandalis Suevisque proprium ſuperliminaria portarum aut ſcripto, aut Urſo ſignare, & exemplum utriuſque dediſſe Gandavum, hujus in veteri Blandinienſi; illius in hujus Arcis frontiſpicio.

Explicata.

Scandianæ Inſulæ.

Gallus in templis unde.

Urſus Vandalorum.

CAPUT XVII.

TAmen demus Romanam eſſe, & Caium Antonium ſive Antiſtium deſignari, non ideo convinces opus hoc Romanum eſſe. Potuit enim inter quiſquilias & dirutarum à Barbaris molium hæc epigraphe reperta à priſcis Antiquitatem propagare volentibus conſpicuo hoc loco inſerta. Potuit etiam fieri, in ruderibus operis Romani aut Wandalici reſtitutam per Comites. Sed ingrediamur & ſequere per hos gradus. Viden hæc diverticula & non unum conclave? Hìc ſedes eſt Concilii Provincialis, quod vice Comitis jus dicit, & Inſula tranſlatum eſt Gandæque quodammodo ſtabilitum à Joanne Divionenſi, Anno 1409. Superius atrium occupabant, poſtea commoditatis gratiâ deſcenderunt, veniente in numerum Præſide Equeſtris ordinis, numero ſeptem olim, nunc octo Conſiliarii, accedentibus ſubdelegatis, Anno.... Commiſſariis quatuor, inſtituti, Procuratore & Advocato Fiſci, Queſtore obventionum; ſubſervientibus Scriba Tribunalis, Notariis, Cauſarum Patronis, & Actoribus Accenſis, Nunciis aliiſque aliquot. Senatus autem per Joannem Ducem conſtituti Perſonæ fuerunt Simon Formelius, Jacobus Lichterveldius, Guilielmus Helewin Equites, Henricus Goethals, Daniel Alardi dictus Perceval, Jacobus Tenners, Antonius Wiſſot, Theodoricus van Roye, Nicolaus du Cheſne; Victor Bavedam, Rolandus Moorkerke, Suiotus Boyns.

Caium Atiſtium.

Deſcripta Petra.

Conſilium Flandriæ.

1409.

Numerus Senatorum.

Primi Conſiliarii.

Nunc Guilielmo van Cornhuſe Præſide hi ſunt: Petrus van Steelant, Marcus de Hertoge, Guilielmus de Wyt, Joannes de la Torre, Screvelius van Driele, Ludovicus Damhoudere, Jacobus de Bloys, Joannes de Coucke, Joannes Jacobus de Brabant, Carolus Trieſt, Procuratore generali Antonio Schoorman, Curatore fiſci Henrico Malachi. Præſidum primæ litteraturæ & prudentiæ, ſeries hæc eſt. Primus Inſulis Petrus vanden Zype Gand. etiam Gubernator Gallicanæ Flandriæ obiit 1404. Petrus van Candonca: Anno 1407. Aldenardæ Simon de Formelis Gandavi obiit Anno.... Goſwinus Selvagius Anno.... Cortraci. Ægidius vande Woeſtine Ipris. Anno... Andreas Colins Gandavi Anno... Thomas de Plaine... Paulus de Baenſt Dominus Formeſelæ.... Joannes Silvagius poſt Cancellarius Brabantiæ... Philippus Nieulant D. Landegem poſt etiam Privati Anno... Richardus Renigher Anno... Nicolaus Utenhovius... Petrus Taiſpel... Ludovicus van Eilwegen... Adrianus Burchtius poſt Parlamenti... Jacobus Martens, Guilielmus à Pamele Privati præſes... Joannes de Blaſer

Series Præſidum Flandriæ.

J. BAPTISTÆ GRAMAYE PRIMITIÆ GANDENSIUM ANTIQUITATUM.

AD NOBILEM EQUITEM
JOANNEM BAPTISTAM RODOANUM
BIESÆ DOMINUM,

Cujus Præſidatu collectæ collatæque & demùm evulgatæ ſunt hæ Primitiæ.

PRæſide Te, emenſo perlegimus æquore littus,
Præſide Te, emenſo prendentes littore portum.
GANDA *mare eſt, littus ſunt tempora, ſcriptio portus,*
Res geſtæ ſcopulus, virtutum ſumma, charybdes:
Navita ſed ſcopulos, prætergreſſuſque charybdes,
Colligit in ripis pro flore & gramine juncos,
Colligit in ſertum, RODOANA *& tempora cingit.*
Neptuno ſacer eſt juncus, ſacrandus & illi
Qui BIESÆ *dominatur, aquæ moderator & alti*
Littoris in GANDA *cymbæ quoque ſutilis auſpex,*
Conſule quæ tali luſtravit ut anxia littus,
Conſule quæ tanto luſtrat cum littore portum.

NOBILISSI-

NOBILISSIMIS,

AMPLISSIMIS

MAGNÆ GANDÆ

SENATORIBUS

CODEX ISTE SACER EST,

ET meritò, Origines, Incrementa, Antiquitatem Urbis totâ Galliâ clariſſimam inveſtigans; normam, viciſſitudines, fata Reipublicæ omnium gentium Hiſtoriis nota ediſſerens; initia, majeſtatem Rei Sacræ, nuſquam toto Belgio auguſtiorem comprehendens; Opidi Auctoribus, Politiæ Magiſtris, Eccleſiarum Tutoribus. Per quos ventura ſuſcipiet & ſuſpiciet Poſteritas GANDAM noſtrâ memoriâ tot auctam operibus, ut foris intuenti nova poſſit videri; Civitatem tantâ gubernatam prudentiâ, dicam an felicitate, ut reſtitutæ ſemel Religioni & Regi Catholicis quietem vix umquam ullus præſumpſerit interturbare; Rem Sacram taliter augmentatam, ut paucos cis annos præter Orphanotrophium, Seminariaque, decem utriuſque ſexûs Cœnobia ſtructa opibus, renata auſpiciis, aut munificentiâ Senatûs intra muros ſint reſtaurata. Mirabitur hanc Hiſtoriarum & Codicis hujus Lector, & in GANDA GANDAM quæret. Nec enim umquam plures authoritate & gratiâ valentes Viros Nobiles habuit Arachnæis potentior ſatellitibus: Nec umquam majori numero Eccleſiaſticos fovit, Viros Scriptis & omni ſcientiarum genere in omnibus Europæ Regnis clareſcentes produxit, pauperes impendiis publicis aluit aut promovit: Nec humanitate in exteros, civilitate inter ſuos, induſtriâ circa rem familiarem, populus magis excelluit; nec quietis, pietatis, honeſtique honoris plebs fuit amantior. Et ad Vos prior potiorque hujus laudis ſpectat gloria, MAGNIFICI SENATORES, quorum vigili curâ efficitur ut nequeant, exemplo ut nolint ulla Reipublicæ membra claudicare, nedum deficere. Meritò, itaque, ad Veſtri nominis patrocinium Codex hic mittitur, GANDAVI tantopere floreſcentis deſcribens fundamenta: Quo facto ſi ſaltem non malè de Republica meritum Senatus Populuſque declaraverit, ſumma votorum ſe attigiſſe fatebitur veſter æternùm cliens

J. B. GRAMAYE.

J. B. GRA-

ſer Anno … Nicolaus Damant Cancellarius Brabantiæ … Jacobus Bogart, Jacobus Liebaert, Parlamenti … Guilielmus Cornhuſe. Inter Conſiliarios etiam clari & hinc ad alias evecti dignitates fuêre plures.

CAPUT XVIII.

Palatium Principis.

DIxi ſupra *Petram* Comitis & carcerem fuiſſe antiquitus & palatium, addo illud obtinere adhuc, hoc non item. Principes enim Maleanus, Nivernenſis, Bethunienſis & Dampetræus, cùm ob ſeditionis plebeiæ metum rarenter Gandavi agerent, vagum vacuumque Palatium hoſpitio ſuo ineptum reddidêre. Interim elegantem in inſula ſolitaria locum occupans prætorium Alexandriadarum (*Tſerſanders*) nobilis hoc tractu familiæ, ab auctore gentis Wallum Alexandri (XANDERS WALLE) dictum, ab illis ipſis poſſeſſoribus, non *Walliis*, ut perperam credit Marchantius, ad pios uſus relictum, interveniens Princeps ſibi arripuit, religioſis virginibus alterum in Brielæ pratis locum in vicem concedens. Tendimus nunc eò, & appropinquamus, & ecce vides pontem ſublicium, aream tribus inædificatam lateribus, Sacellum ibi principale, ex adverſo atria, alibi Gynæcæum, & ſeriatim cubicula ſpecie quàm ſpatio magis commendanda; At ingrediamur, ut cunabula Cæſaris Caroli & anguſtum tam Auguſti puerperium contemplemur, Viden? Hic hypocauſtum ſive focus erat, ex oppoſito cubile, proſpectus in hortum ponte ædibus junctum, aquis ſejunctum. Ædificium hoc totum Philippi Boni bonum opus eſt, camerarum proportio Sereniſſimi Archiducis Alberti, aularum diſpoſita ſeries Philippi Regis Caſtelli. Supernates illæ cellulæ Nympharum ſunt, & avertendæ non tam luci, quàm dolori oculorum hæc feneſtrarum ſunt repagula.

T SANDERS WALLE.

Lapſus Marchantii.

GROENEN. BRILL.

Deſcripta amplius arx.

Natales Caroli quinti.

CAPUT XIX.

RIſit ſuaviter hæc audiens Hamconius, ſed mox in aliam verſus faciem attonito ſimilis, Quid, inquit. Rugitum audio? Etiámne hæc reſpublica *catulum Leonis*, immemor proverbii, aut *animal curvungium* ignara Pythagorici moniti alit? Ita, excepi, maximè nec Leones modò, ſed & Urſos, & nonnunquam Aquilas, non tam memoriæ Caroli quinti hîc nati, aut Majeſtati Urbis in Belgio primariæ, quam antiquitatis merito. Duellum enim Anno 1447. Leonis cum tauro, ubi illius victi ungues pectuſque animoſum, hujus furibunda cornua proſtravêre: conflictus ejuſdem cum Urſo, Anno 1404. ſed impare: Ejuſdem Anno 1360. vincula evadentis furor trium laniena hominum æſtimatus: Ejuſdem ſub Philippo Elſatio viſi ſpectaculi arguunt longe ante Caroli quinti natalem Leones Gandavi alitos aut habitos; ob id opinor, quòd tempore Elſatii Leonem gentilitium Flandriæ inſignibus primò inſculpentis, primi idipſum imitati Gandenſes ſcribantur, æquum rati Flandriæ caput vultum cum Flandria eundem oſtentare; & rei memoriam, regiique ſplendoris monumentum fovere voluiſſe. Nec diſſimulabo Leænæ hujus Gandenſis exemplo veteres quoſcumque Scriptores fidei periculum adiiſſe, uno ore clamantes: Leoni ita inimicum Gallinaceum, ut quidvis priùs, quàm ejus ferat præſentiam; cùm tamen hæc noſtra arena caveaque, iiſdem, non ſemel tulerit præſentem imò crocientem. Nec pigebit audire Viri docti longiùs petitam conjecturam, aſſerentis *ob exonerationes tot Gandæ fluminum*, Leones in armis & caveis hîc oſtentari. Nec dubito quin reſpexerit ad morem Ægypti, quæ ut ſole Leonis ſignum percurrente apertis Nili repagulis inundatur, ita Leonis ſtatuam aut caput ære fabricatum ſolet ore patulo oſtiis domuum, & ſcaturiginibus fontium imponere; exemplo non ad Romanos tantùm, ſed ad Belgas etiam tracto.

Leo ibi alitur.

Etiam ſolet Urſus.

1447.

Idque ab antiquo

1404.

1360.

Cauſa quæſita.

Inſignia Flandriæ & Gandæ.

De Gallinaceo contra veteres.

Exoneratio Fluminum.

Hyeroglyphicon Leonis.

CAPUT XX.

In faciem Cecropi verſo poſt fata Leonis
Galli litabant victima.
Leges Gandavi validas vigilantia ſervat
Meliore quanto victima!

REx Leo quadrupedum eſt, volucrum Regina Aquila, qualem imperio Caroli Cæſaris, & Philippi Ducis tenuit, nutrivit Gandavum; an etiam aliis intervallis neſcio: certè in Blandinienſi cœnobio Aquilam hodieque nutriri ſcio, & cauſam neſcio. Urſum etiam familiariter & aſſiduè aſſervari ſolitum ab aliquot ſeculis in Bavonenſi cœnobio, docent monumenta loci; & ego reor antiquitatem non contemnendam redolere à Vandalis, quorum hoc inſigne. Adeò ut memoriæ datum ſit quatuor nobilitatis Flandricæ Primates *Beros*: Urſos Flandriæ dici; non utique à Banda ſive vexillo, ut iidem ſint cum Baronibus, quod putat Marchantius, ſed quòd in picturis veteribus ſigna militaria quatuor illis credita, ab *Urſis* Geſtari videantur, cùm alii Barones, ſive, ut Procopius vocat, *Bandophori* in Bandarum ſuarum geſtatore varient. Nec veroſimile *Beren* vocem contractam ex *Banderheren*, (ſic Barones appellamus) cùm omnes ad unum antiqui dignentur Berorum nomine ſolos hos quatuor, *Ciſoignæ* nimirum, *Pamelæ*, *Boulare*, & *Heynæ* Dynaſtas, & eodem

Aquila etiam nutrita.

Item Urſi.

Beri Flandriæ unde.

Unde dicti.

Non eſſe eoſdem cum Baronibus.

Quatuor Beri tantum.

dem

dem tempore & pagina alii *Banderheri* nuncupentur.

Petra Comitis poſt hæc egreſſi pontem quoque Comitis tranſijmus, & Mariæ Chriſtum ſcripturientem bajulantis Iconem ſalutavimus, indeque reflexo greſſu ſummum pontem petiimus ſtatuam parentis filium capitis reum truncaturi videntes, quam, ut inſcriptio referebat, *Vetuſtati ob ſoletæ poſt liminio reſtituit* S. P. Q. *Gandenſis Nobilibus Joanne Baptiſta Rodoanio Domino de Bieze, Philippo Seclynio Herpelgemio Coſſ. Anno* 1609. Inſcriptio autem vetus hæc erat.

SGRAVEN BRUGGHE. HOOFT BRUGGHE.

AE GANDT LE EN-FANDT FRAEPE SAE PERE SE TAETE DESMY. MAEIS SE HEPPE ROMPE SI GRACE DE DIEU. 1371.

Qua inſpecta: Hem, inquit Hamconius, quid hoc eſt idiomatis, Gothicumne an Vandalicum? Neutrum; inquam, ſed Romanum adulterinum, id eſt Gallicum: & ſignificat Gandavi filium à patre decollatum, ſed vibratum eſſe Dei virtute ruptum: quod autem pectori carnificis inſcriptum vides, Flandricum.

DIT ES DE WETHELICKHEDE DER STEDE VAN GHENDT
DIE BONDE HEM DIE DAER IS ONTRENT.

Significat reum fuiſſe & à Judice vinctum.

CAPUT XXI.

SErmone ambulario dum ſic diem fallere conamur, fallit nos idem & nigrum Syrma trahens Heſperus divertere monet, & contracto viæ colloquiique velo domuitionem cogitare. Cui vacantes ad paſſus pæne ſingulos velut numerum, eandem Hamconius cantilenam ingeminabat. Dii boni! Quam, quantam, qualemque Urbem! In qua orbem vides, & in orbe miraculum, ut nihil mirer Barlandum in ſuo Urbium Belgii indiculo vocare *fluminibus nobilem, amœnam, ſpacioſam, innumeris cultiſque domibus, facundis virorum ingeniis, antiquis moribus, frugalibus mage quam parcis, cœlo per benigno.* Eraſmum in Epiſtola ad Utenhovium: *non arbitrari civitatem quaqua patet Chriſtiana ditio reperiri, quæ cum hac conferri queat, ſive ſpectes amplitudinem, ſive politiam, ſive Gentis indolem, &c.* Lipſium ſuſpicere in Gandenſi Urbe amplitudinem, populo induſtriam, clero Majeſtatem, Hiſtoria res geſtas, ſi ab æquo judice cenſeantur, quibuſvis veterum conferendas. Maximilianum Vrintzium autem ſic canere.

Encomium Gandæ.

Roma ſuo Tiberi, famoſa Colonia Rheno eſt,
Leodium Moſâ flumine grande tumet:
Dilia Lovanium beat, Atvaticumque Tabuda;
Londinum Tameſis, Sequana Pariſios.
Pulchræ omnes, amplæque Urbes, pulchra omnia & ampla
Flumina, diſtinctis ſingula quæque locis.
Unam ſed Gandam juncto ſimul agmine ditant
Oceanus, Schaldis, Livia, Liza, Cala.

Et alibi idem:

Delicium terræ, Flandri decus orbis, ocellus
Belgicæ, & enixo Cæſare Virgo parens,
Concilio illuſtris, bello horrida, florida pace,
Pulchra ſitu, felix aëre; dives aquis:
Gandavum breviter, nil ultra quære, nec Urbem,
Verùm orbem in tanta mole videre puta.

JANUM porrò LERNUTIUM hoc ei Encomium pangere.

FElix Gandavum Flandri caput orbis honoſque:
Olim Clarineæ quam poſuêre manus.
Seu libet auctorem potiorem agnoſcere Cajum;
Cæſaris auſpiciis fama tibi orta vetus.
Quæ modò macta volat, nomenque tuum omnibus oris
Didit ovans, qua Sol occidit aut oritur.
Tu bello, tu pace potens, nullique ſecunda
Juſtitia antiſtans & pietate viges.
Te facilis frugum tellus, te liquidus aër,
Mitiſque, & rerum copia larga beant.
Terna tibi centum permanant flumina pontes:
Commoda quis credat uni ea nata loco?
Dumque tributa ſuis exponunt obvia ripis,
Murmure compreſſo te venerantur Heram.
Et tua tecta jubent ſemper ſublimia ſtare,
In pelagus prono dum pede lapſa fluent.
Primus carbaſeo ſcapulas velatus amictu.
Celſaque taurina cornua fronte levans
Schaldis iter ſignat, curſuque per arva citato
Velox præcipites volvere gaudet aquas.
Livia mox ſequitur, redimitus arundine crinem:
Impetus eſt illi ſed minor ire citum.
Liſa pari properans lapſu liquidum incitat agmen:
Fratres germanos, tergeminoſque putes.
Sive magis Scaldin libet appellare parentem,
Cujus vis fluvio maſcula major ineſt:
Sanè eat inter eos hoc nomine Schaldis honeſtus,
Dum modò ſit natus Livia, Liſa nepos.
Diffuſa es ſpatio ingenti: non amplior ipſa
Eſt Mediolanum, ſit ſpatioſa licet.
Curia te Princeps decorat; tibi limina mille
Paſſim regifico cultu operoſa nitent.
Templaque Divorum conſurgunt ardua, nubes
Fronte ferire putes, & domum adire Jovis.

Nobili-

Nobilitaſque frequens antiqua à ſtirpe parentum
Floret adhuc, nullos degener inter avos.
Artificum tibi multa manus: manus innumera illa eſt
E lino & lana quæ probè texta ſtruit.
Hanc tamen exſuperat, ſic aiunt, nautica pubes
Tranſtra colens patrias plurima propter aquas.
Sex intrà muros, & viginti inſulæ, amœnam
Atque admirandam te meritò faciunt.
Illic credibile eſt ſalientes aggere in alto
Naïdes feſtos ducere ſæpe choros.
Dux quibus alma Dryas comtis ſpectanda capillis,
Molle jecur juvenum percutit igne novo.
Ante alias laus priva tibi eſt cunabula ſummi
Principis adſerves quod tua in urbe ſacra.
Illa diu exhibeant populis ſpectacula grata,
Hoſpes ab externa quæ procul orbe petat:
Adſpergitque volens violis, nimboque roſarum:
Hæcque ſuo mittens pectore verba ſonet.
Felix Gandavum, talem quæ ſola tuliſti,
Qualis ab Auguſti tempore nemo fuit.
Perge datum pignus ſervare in ſecula ſera:
Tu mihi vel Domina es non minor Urbe Remi.
Tempus erit, nec priſca oberunt, miraculum in orbe
Gentibus octavuum quum memorabile eris.

Dixerat Hamconius, & plura in hanc rem alienis verbis prætulerat, me annuente & applaudente, & interim ad hoſpitium cubiculumque præeunte, ubi vix conſidenti, iterum compellans. Per deos inquit, & lares magnos loci hujus doce me tantiſper, quibus gradibus ad ſtupendam hanc magnitudinem Ganda aſcenderit, quibus occaſione, tempore, auctore hæc ingens amplitudo propagata, ornatus & ſplendor, quem admiratus ſum, adjectus. Ad hæc ego, magna rogas & ingenio meo imparia.

A Gandenſibus iſta potiùs quærenda, qui ut Viros omni litteratura clariſſimos, ita in hac palæſtra populari verſatiſſimos habent innumeros. Quin adimus re & nomine amicum Maximilianum Vrintzium Apollinis & Minervæ nutricium, quæ ex archivis ſuæ patriæ certiùs rectiuſque ſingula ediſſeret. Attamen quia putas etiam me Principum juſſu Belgium, & locorum in eo antiquitates perluſtraſſe. & Gandavi favore & auxilio noſtri Vrintzii non parùm profeciſſe, dabo quædam dumtaxat præambula, primitias inquam antiquitatis, aliàs pleniora & plura daturus in lucem, aut ab aliis danda expectaturus. Tu auribus fave. *Maximiliani Vrintzii laus.*

CAPUT XXII.

Qualiter ad immenſam hanc vaſtitatem Ganda ſenſim devenerit dicturo neceſſe eſt, primordia minimè neglectum ire, & gradatim ad perfectionis faſtigium devenire. Ego itaque, ut memoriæ & doctrinæ ſerviam, ordinem ſervabo, & oppidum trifariàm conſiderabo, quale nimirum ante Normannorum incurſionem, Elſatiorum dominatum, Caroli Quinti Imperium extitit. *Partitio ſequentium.*

Annales vernaculi prodigi venatarum magis, quàm inventarum antiquitatum, pleno ore buccinant Gandavum ante Juliana tempora *Oduean* nuncupatum, non addentes unde aut quare? *Oduea dicta Urbs.*

Sed vetuſtiſſimos Codices dum executio, nominatim Bertinenſem, inveni primam ſyllabam majuſculam *G.* circumflexam, quod *gor* ſive *ger* & *u* lineatum quod *um*, ſive *un* ſignat, eſſe tertiam, legemdumque *Gorduneam* conformiter opinioni multorum aſſerentium *Gordunos*, Cæſari nominatam gentem hîc loci coluiſſe, reſpondente vocis etymo ſitus Blandinienſis montani; Goor enim, uti antea ſcripſit Marchantius, paludem; Duynen colles in ſtagnis aut ripis tam fluminum quàm Oceani: unde, à Blandinio *Corturiacum* quod à *Gorduniaco* haud procul diſſidet, uſque media habitaſſe ſupra dixi. Vetus carmen non ſemel laudat Meierus tale, *Lectus & explicatus codex vetus G. circonflexum.* *Gorduni Cæſaris hic.* *Eorum etymon.* *Habitatio item.*

Hanc Clarinæam *veteres dixêre Coloni,*
Gorduni *populique truces coluêre Sicambri,*
Mercurio Cæsar *Chriſto ſacravit amandus.*

In quo licet Gordunorum nomen & Coloniam exprimat, addit nihilominus locum *Clarinæa* vocatum, unde Lernutius in Encomio quadrimembris Flandriæ. *Clarinæa Urbs dicta.*

Felix Gandavum, Flandri caput Urbis honoſque.
Olim Clarineæ *quam poſuêre manus:*
Seu libet auctorem potiorem agnoſcere Cajum
Cæſaris auſpiciis fama tibi orta vetus.

Quæ illæ *Clarineæ manus?* Cùm non Clarium Apollinem, ſed Mercurium hîc loci cultum meminerint Hiſtoriæ? *Ganda Caſtrum.*

CAPUT XXIII.

Quicquid eorum ſit, ſive à Gaio, ſive à Vandalis dicta ſit, fuit & dicta fuit *Ganda Caſtrum* propriè, ut ſupra docui, locus, ubi nunc arx Carolina. Cæterum pluribus habitabatur locis littoralis hæc planities. *In monte qui Blandinius* olim (quia candicanti vertice olim è declivi venientibus appareret) dicebatur, plures fortunarum ſedem fixerant dicti in reſcriptis Principum *Homines* ſive *de familia Sancti Petri.* Et ne ſuſpi- *Blandinii etymon.* *Etiam id habitatum.* *Homines familiæ S. Petri.*

ſuſpicemur hos clientes intrà Cœnobii ſepta habitaſſe, donationes exſtant *Curtis in Blandinio* per Alelmum, & alterius per Juttam factæ ante annos octingentos.

Curtis.

Similiter habebat Audeburgus ſuas appendices; & diverſabantur præter præſidiarios & cœnobitas in ejus ambitu partim *Fideles Caſtri*, partim *Homines Divi Bavonis*. Sic enim dicebantur alterutrius partium clientes.

Audeburgus.

Fideles Caſtri. Homines Divi Bavonis.

Habitabatur etiam longo tractu ripa Legiæ verſus *Villam Truncinium ubi Caſtellum fuerat*, & Schaldis à plebe parùm culta magis rudi & dura. Ita ut opus habuerint, teſte Audœno, Divus Amandus & alii veritatis Evangelicæ præcones, nimium quantum laboris & authoritatem Regiam Dagoberti impendere ad præſtandum aliquod operæ pretium.

Truncinium cultum & ripa.

A populo rudi.

752\. Et rurſus Anno 752. exorto inter cives ob cultum ſacrarum imaginum tumultu, tanta animorum contentione eam oppugnaverunt, ut non erubuerint Hildeberto Archimandritæ Bavonico, viro ſanctimoniæ laudem adepto, violentas manus inferre. Portus ad extremum à rei nauticæ operariis habitabatur, & claſſis ibi adornatæ luſtrandæ gratia Carolum huc Magnum veniſſe, & hinc Aquas petiiſſe in ſcripta relatum eſt, à Reginone.

Tumultus Gandæ.

Hildeberti martyrium.

Portum fuiſſe etiam.

811\. Unde petita hæc Chronici ad Annum 811. verba ſunt: *Carolus Magnus veniens ad Schalt Fluvium loco qui vocatur* Gant, *naves ad eandem claſſem ædificatas aſpexit, & circa medium Novembris Aquas diſceſſit.* Nec obſcurè colligas ex his ſi portus inſtruendæ claſſi, nauticam; ſi meritæ ab Hiſtoricis celebrari ſeditiones, plebejam; ſi quatuor diverſis ſparſæ locis habitacula, in popularem turbam frequenti numero extitiſſe.

Schalt Fluvius. Locus Gant. Naves ad claſſem ibi ædificatæ.

CAPUT XXIV.

DOcui hactenus qualiter diverſis locis habitata hæc fluminum confluentia, ita tamen ut propriè locus veteris Caſtri, quo nunc Carolina conſpicitur, *Gandæ* nomen obtinuerit.

Vaſtatio Gandæ.

851\. Poſt receſſum Normannorum, qui Anno 851. *Gandavum ferro & igni vaſtaverunt* Vetus Caſtrum & Abbatia *in deſertum*, verbo illo utitur Chronicum, redacta,

91\. monachis poſt 91. Annorum exilia poſtliminio reverſis. Et deinceps apparet nomen *Gandæ*, imò *Caſtri Gandæ*, ſi non alteri loco attributum, certè latiùs extenſum, teſtibus Abbatiæ Blandinienſis ante Bavonicam reſtitui cœptæ reſcriptis.

Nomen Gandæ latiùs extenſum.

Quorum unum donationis Præpoſituræ in Cantio Angliæ Regno diſertis verbis *Eatgarem Regem* tradit *Beato Petro & Cœnobitis Eccleſiæ de* GANT (notate ortographiam migrante in locum veteris deltà affine duriuſcula Tau) *quæ in monte Blandinio trans partibus marinis eſt poſita.*

Præpoſitura in Cantio.

GANT dictum Blandinium.

964\. *Datum Anno* 964. Signatum. *Ego Edgarus Chriſti gratia concedente Anglorum Rex & Rector anno ſexto regni mei menſe Auguſto, hanc donationem Chriſti Crucis Agalmate annotavi & confirmavi, &c.* Obſervandus diplomata cruce ſignandi ritus.

Ritus Cruce ſignandi.

Clariùs autem *Arnulphus adminiculante ſupremi Regis clementiâ Marchiſus* refert *monaſterium à Sancto Amando dedicatum juxta fluenta Schaldis in* CASTRO GANDAVO (notanda vocis hujus antiquitas) *quod Blandinium vocitavit* litteris *regnante Ludovico Imperatore, anno ſexto* exaratis. Ut ex his ſatis appareat montem Blandinium è primis habitari cœptum per monachos.

Imò Caſtrum Ganda dictum Blandinium. Gandavi nomen.

CAPUT XXV.

IN *loco autem tribulis repleto*, ait Chronicum Bavonenſe, *quidam piſcator vidit tres viros*, anno 934. *prædicentes Cœnobii reparationem ſecutam inchoante Eggerico quodam Anglo divite ſed morbido. Qui monitus in ſomnis Gandam firmiſſimum quondam Caſtrum & cœnobium petere, obaudienſque, ſanitatis recuperatæ mnemoſynon reliquit.* 934.

Occaſio reſtituti Cœnobii Bavonenſis.

Dictum firmiſſimum quondam Caſtrum.

Quibus ex verbis colligere eſt etiam haud multo poſt Audeburgum habitari cœptum, ſed à religioſorum quàm civium turba magis. Urbem interim è primis Flandriæ mox reſtitutam docet celebris totius Flandriæ procerum conventus Gandavi indictus Anno 913. formandæ reipublicæ & Provinciæ, ut de loco ſit primùm indagandum. 913.

Audeburgus habitatus. Urbem mox reſtitutam.

Tempore Arcis Otthonianæ per Cæſarem extructæ, id eſt, Anno 049. refert ex veteribus Meierus *Gandenſes* INTER SCALDIM ET LEGIAM *tantùm incoluiſſe.* 949.

Gandenſes inter Schaldim & Legiam habitaſſe.

Magis ſpeciatim Chronicon cùm Arnulphum Comitem dixiſſet *portum in loco* HEREHEM *dicto ſtruxiſſe, habitantes in eo Gandenſes appellatos addit, cùm tamen propriè vetus Ganda fuerit ubi Eccleſia Divi Bavonis.* Et hinc, eſt aliquo tempore ſcriptores loco Gandavi *Portum* aut adjectitio *Portum de Herehem* dixiſſe.

Item in portu Herehem.

Qui pro Ganda ſubinde dictus.

Ita nimirum Withmanni Comitis uxor obiiſſe legitur in PORTU HEREHEM. Ita Henricus Cæſar PORTUM, id eſt, urbem interprete Meiero, *ſumma vi oppugnat; ſed Balduinus Comes cum delectiſſimo præſidio hoſtem fortiſſimè pugnando ſemebant iterum à* MOENIBUS *repulit*, factum anno 1007. 1007.

Portus pro Urbe.

Mœnia Urbis.

Herchem autem quo loco fuerit non obſcurum erit æſtimare legenti fanum Joannis, Anno 941. ædificatum, quod hodierni oppidi ferè occupat meditullium. 941.

Ubi Herehem fuerit.

Portus itaque ſive Urbs in Herehem mediocriter culta, mœnibus & quidem validiſſimis cincta niſi fuiſſet, non ita temerè annis 1007. & 1020. Cæſaris obſidionem & oppugnationes feliciter tuliſſet. 1007. 1020.

Bene munitam fuiſſe Urbem.

Portis aperiebatur quaternis; Imperiali (quæ demum à propinquo Sancti Georgii templo nuncupata)

cupata)

Quatuor Portas habuiſſe. cupata) Brabantica, Torhaltada, Ketelaque undè mos in privilegiis obtinuit vocandi cives intrà quatuor portas habitantes, ſub Elſatiis & Inſulenſi.

CAPUT XXVI.

Plebs qualis. CUjuſmodi porrò plebis fuerit exercitium & nundinatio bina Chronici loca
938. oſtendunt. Ad annum quidem 938. *Erant* inquit, *in territorio & Villa memorati Caſtri*
Coriarii. *laici qui ab officio Coriarii dicebantur.* Et alibi *Balduinum tertium eo nomine Comitem*, ait
Textores. 960. *textores fulloneſque circa annum* 960. *in Flandriam traduxiſſe*, quorum paulò poſt quæſtus popularis opulentiæ baſis extitit, &
A quibus ſæpe motus. 1164. tumultuum inſigne Seminarium. In tumultu porrò plebis ad annum 1164. cùm Principes factionum laudantur textores, fullo-
Piſcatores Lanii. nes, piſcatores, lanii, non obſcurè innuitur, eos primam in plebe lineam feciſſe. Quemadmodùm autem Coriarii in diſtructu Caſtri, piſcarii circa portum, ita textores circa montem Blandinium antiquitus habitarunt, & collaticio ære, quam ibi
Structa Eccleſia à textoribus. Reſpublica. ſpectamus eleganti opere Eccleſiam, extruxerunt. Præfuiſſe reipublicæ Viros Nobiles ex quatuor tum & nunc notis ſtirpibus, refert alibi Meierus: quod mihi pa-
Videri erraſſe Meierum. rùm videtur vero ſimile, cùm inveniam diverſum in urbe regendi morem & plura tri-
Tribunal ſancti Petri bunalia. Archimandritæ enim Gandenſis & Blandinienſis cœnobiorum per ſuos *Homines* ut loquebantur jus dicebant, & videas hodieque in crepidine montis Blandinienſis & Urbanæ juriſdictionis limites deſignatos, & perſeverare juriſdictionem Cæſaris in
Juriſdictio Arcis. novo Caſtro: Præfectus *Arcem & ejus ſuburbium* colentibus præerat. Reliquæ Urbi
Scabini Tribuni Decani. Munita Urbs. *Scabinos* tam tùm *Tribunos*, *Decanoſque* dominatos ex reſcriptis Principum didici, & privilegiorum chartis. Ad extremum munimenta oppidi hujus invenio partim à Bal-
1053. duino Comite ad annum 1053.; partim à civibus ex privilegio Comiti Elſatio per tumultum extorto, perque Margaretam
1119. anno 1119. confirmato non urbem tantùm
Item domus. ſed & domos pro arbitrio ſuas firmare & munire potentibus. Undè ager & vicus ara-
ACKERGHEM. ticus (ACKERGEM) à Dominis tùm loci Gaverorum hac parte anteceſſoribus vallatus in conſpectu oppidi.

CAPUT XXVII.

Oppidi incrementa. REſtat nunc æſtimare oppidum quale per annos ab hinc quadringentos crevit & auctum eſt certis ut gradibus ita intervallis. Sub Elſatiis Comitibus & Balduino Conſtantinopolitano omnibus latè por-
Littus habitatum. tis & portibus littora habitabantur, quamvis necdum vallis cincta, ſub Fernando an-
1213. no 1213. poteſtas muniendi, & annum
1223. reipublicæ moderatores nulla non 1223.
parte pomærium extenderunt. *Regionem* OVERSCELLE.
Transſcaldanam & Divi Bavonis, id eſt, Audeburgum, *Caſtrum vetus*, id eſt, Petram SGRAVEN-STEEN.
Comitis *cum area Divæ Pharaildis*, *Vicum Caſtri & Mudam* civitati applicuerunt, por- MUYPOORT.
tamque ex adverſo Mudanæ cognomento cum ponte Comitis inſtruxerunt. Guido
anno 1254. homines agentes ultra pontem 1254.
Brabantinum hactenus proprios ſenatores habere ſolitos ſubjicit ſcabinagio Gandenſi. Quamquam de Petra Comitis quod interpretatus ſum, ob vicinam Sanctæ Pharaildis aream ibi nominatam, non nihil in dubium vocaverit idem Meierus ad annum Explicatus Meierus.
1275. referens *Vetus Caſtrum de conſenſu* 1275.
Margarita Gandavenſes Urbi adjunxiſſe. Quod illud vetus Caſtrum? Non utique Aude- Vetus Caſtrum pro novo.
burgus nomine tranſſcaldanæ & Bavonicæ regionis ſuprâ dictorum comprehenſus: nec Petra Comitis nomine Caſtri veteris & cum area Divæ Pharaildis expreſſa, ita ut aliud non occurrat quàm *vetus Caſtrum* Meiero hîc ſcribi pro novo, id eſt, Ottoniano circa hoc tempus mœnibus incluſo & urbi etiam cum diſpendio ſui adjecto.

Anno demum 1278. id eſt, triennio 1278.
poſt denuo prolati murorum limites & quicquid agri pontem Divi Bavonis & Muda- SMAESBRUGGE.
num interiacet, rurſuſque inter foſſam nauticam novumque alveum Legiæ flumi- NIEULEYE.
nis ad uſque viam Brugenſem, Comes oppido vendidit quater mille quingentis libris groſſorum, totumque illud ſpacium vallo obſeptum eſt, ita ut ante Guidi Principatum amplitudinis ſuæ faſtigium urbs pœne attigerit, niſi quod alibi, partium acceſſione videri poſſit adjuta. Ita nimurum An- ACKERGHEM.
no 1274. Vicus Ackergemi à Razone Ga- 1274.
vero conceptus. Ita & alia loca, privatis parentia Dominis Senatus, diverſis tempo-
ribus coëmit. Ita præcedenti ſæculo tempo- Munimenta.
ribus Caroli quinti pars mœnium lapideo opere ducta, portæ tres eleganter extructæ, pontes foſſæque alibi è fronte. Ita noviſſimis turbis præter Vallum una oppidi parte ductum, propugnacula etiam omnibus locis diſpoſita moleſque terreæ, & diverticula portarum novo ritu adornata; ita, ut non immeritò cum munitioribus (excepto mari aut hoſti objectas, urbibus queat contendere.

CAPUT XXVIII.

ET cùm ſoleat exteris hæc oppidi am- Amplitudo oppidi.
plitas eſſe admirationi, ſubiiciam dimenſiones ejus ſingulis poſt ſæculis factas.
Anno 1266. ita frequentur intrà & juxta 1266.
portas habitatum Gandam tradunt ſchædæ populares, ut biduum inſumere neceſſe ha- Biduo opus ad obeundum.
buerit, volens extravagantes ejus fimbrias obire. Joannes à Curia Senatorii ordinis vir mandante Senatu ſtationarias vices deſigna-

1397. ſignaturus. Anno 1397. juſſu Philippi Audacis mœnium circuitus dimenſus per Ægidium Grotherum fertur impleviſſe mille ſexcentas & octoginta octo perticas quatuordecim pedum ſingulæ. Et Joanne Duce volente facta dimenſio exteriori ambitu confecit 3300. virgas tredecim pedum ſingulas. Interiori autem longitudinis à Mudana porta uſque ad Lævinæam 1300. totidemque à Tenderweert uſque Hoſpitalis
1427. portam ad Bavonis Anno 1427. juſſa inter Bergarum, Dieſtæ & Weſemalæ Barones ſponſione, ſumptuque mille & trecento-
Collatio cum Lovanio aliiſque. rum florenorum, repertùm Gandam Lovanio in circuitu tribus virgis minus, Leodico quinque, Colonia quindecim; Cæterum Lutetiam Pariſiorum 7. virgis antevertiſſe. Ad extremum dimenſio quam ab hinc 80. Annis Warnewicus, Anno 40. Guicciardinus & Mercator, Anno 10. Bertius & Marchantius ex aliorum relatu inſtituère libriſque editis publicavêre am-
Septem Milliaria Italica. bitum Urbis ſeptem Italicorum ferè miliarium facit, 45640. pedum Romanorum.
Quatuor Leucæ. Leucarum quatuor.

CAPUT XXIX.

Hoc ſpacium: nec tamen inane. Cùm referat Warnewicus ædium ſuo ævo
Numerus ædium. extitiſſe pluſquam triginta quinque millia, & alias decreto in ſingulos caminos tributo inventa, (non venientibus in numerum
Caminorum. caſis proletariorum & ſacris mendicantium ædibus) trecenta & quinquaginta millia. E domibus autem publicæ omnes ſplendent, privatæ plures commodè magis quàm
Domus nobilium duæ in exemplum. eleganter habitantur. Eminent gentilium de Fiennes & Luceburgo olim palatium nunc Egmondana cum ſtirpe devoluta poſſeſſio: Raveſteyniorum aliud, nunc Cliviæ Ducis prætorium.

Refugia cœnobiorum. Inter cœnobiorum diverſoria ſive refu-
1530. gia adornata Bavonicum Anno 1530. nunc Epiſcopali ſubſerviens palatio; Baudelo-
1526. nenſi, Anno 1526. Truncinienſe Anno
1535. 1535. & ſimilia viginti nunc in cœnobii formam redacta. Inter domeſticæ nobilitatis ædes honorarias, fuerunt Serſande-
Mercenierſhuys. riorum quæ nunc Palatium Principis, & Mercinoniorum vocantur: Borlutiorum quæ nunc in Fiennæ, & cœnobium Auguſtinianorum commigrarunt: Serſimoniorum ubi nunc domus biturris ſpectabilem præ ſe fert antiquitatem: Bettiorum ubi nunc Curia Comitum S. Pauli viſitur & aliis locis.

CAPUT XXX.

Fala. Inter opera civitatis Falæ ſunt uſibus
1228. textorum, Anno 1228. erectæ, quas cùm in omnibus veterum ſcriptis tam Lovanii quam Gandæ, Ipreti, & alibi videam FALAS appellari, pro quo nunc Vocis Etymon.
Hallas dicimur, dubito ſæpiùs an non à FAILEN, ſive ut modò lenitâ primâ loquimus VAILEN, id eſt, vœnum exponere, deriventur. Sunt enim loca ſpacioſa & velut prætoria Arachnes, ubi of- Loci Uſus.
ficinatim pannos ſuos venditioni deſtinatos reponunt. Et quanta fuerint Gandavi numerus textorum textrinarumque indicaret. Textores qui ante potiores in plebem par- De textoribus.
tes faciebant, & circa Blandinium incolebant, ſub Guido principe in certas diviſi tribus, pro regionum urbis quas occu- Tribus eorum.
pabant numero viginti ſeptem, demum aucta opibus & commerciis urbe tertium cœperunt membrum civitatis facere, & Reſpublica.
ſuum habere præfectum quem Decarchum textrinulæ vocat Meierus. Feruntur extitiſſe 40. ſubindè textrinarum millia: mal- Numerus.
lem dicerent quatuor aut quatuordecim. Feruntur ad ſtructuram ædis Marianæ illuſtrem illam & ſumptuoſam ſingulę groſſorum libellum dumtaxat tuliſſe & ſufficienter nummorum ad tantam molem congeſſiſſe. Feruntur in tumultibus ſub Maleano Principe ferventibus nihilo ſecius ope- Potentia.
ris armati excurriſſe textores, fullones, & idgenus lanariam exercentes uſque ad octodecim virorum millia, quorum operis definiendis deputata campana anno 1441. Bel- 1441.
laforti appenſa.

CAPUT XXXI.

Bellafortis autem ſtructura admirabili Belfort.
quadratæ turris, supernè quàm infernè 15. pedes latior, & ſua interim ſtans mole annis jam ferè trecentis ſtrui, cœp- 1313.
ta anno 1313. in Maio, faſtigio anno 80. 80.
ſequente impoſito: & nomen priſcis Francorum legibus non incognitum adepta. Hic enim dictæ turres eminenti ſive loco ſive Ejus etymon.
ſtructurâ claſſicum ære campano denunciare conſuetæ, & plebem ad ſigna vocari aut comitia invento plebeiis dominatibus ſubſerviente. Unde Imperatores Cameraci in- Uſuſque.
ſoleſcentem & Epiſcopo rebellem plebeculam repreſſuri inter prima ſuſtulerunt *belfrotum* litteris Anni 1200.: ne ſcilicet ul- 1200.
lum deinceps populi conciliabulum coaleſceret. Gandavi eadem propter Anno 1317. 1317.
aut ut alii 14. Suſpenſa undecies mille pondo gravis campana, cui Rolandus, ignota mihi cauſſa, nomen eſt, & ſcriptum in ambitu: ROLANT ROLANT ALS ICK CLEPPE DAN IS'T BRANDT, ALS ICK LUYE, DAN IS'T ORLOGHE IN VLAENDERLANDT: quæ aliàs horarum nuncia, ſi inſonaret plebs armata cum vexillis forum petebat, & Decanos ſuos velut belli Duces audiebat; cer- Uſus campanæ bannalis.
tiſſimum frequenter diſſidiorum erat ſeminarium

narium. Quinquaginta duo opificiorum Collegia ſuos ſinguli Decanos, & unum omnia Archidecarchum habebant, & ſecundum Reipublicæ membrum conſtituebant, obſervatumque non ſemel ad claſſicum inauditum ſub ſignis habuiſſe raptim advolantes Decarchos hos viginti quinque armatorum millia, non exiguo æſtimandæ civium multitudinis argumento. Numerus civium.

CAPUT XXXII.

Tertium & Secundum reipublicæ membrum conſtituiſſe præcedentes dixi & verè, primum enim conficiebant Cives ſuis proventibus vitam ſuſtinentes, nec mechanicam exercentes, quo numero & Patricii & Nobilitas domeſtica cenſebatur, cujus generis nominat Meierus gentiles de *Bette*, *Borluut*, *Serſanders*, & *Serſimons* antiquitus primatum Gandæ tenentes. Bettios licet à Beſtijs Romanorum familia quidam, alii à Patavio, quod Symbolum gentis eſt, alii à Bettingemio aut Bettenturia oriundos velint; tamen conſtat à quatuor ſæculorum decurſu Gandæ claros extitiſſe, nec foris minùs; utpote qui Hynæ Baronatum, Altæ ripæ & Augerelli Dynaſtias affinitate cum Maſtaignæ Dominis contracta ad ſe tranſtulerint, A conjugiis cum gente *Meerſchia Bellam* & *Helbecam*, à Verderi *Peroniam*, à Gruteria *Schellebellam*, ab aliis alia. Monumenta ſtirpis conſpiciuntur in Schellebellenſi Parthenone Dominicanorum Gandenſium æde, Meſſinis & alibi. Supereſt hodieque caput gentis Adrianus Equeſtris ordinis, Fontanæ & alibi Dominus nuper Archiduci Erneſto à poculis, Cardinali Andreæ honorarius à cubiculo, & Flandriæ renovandis Senatibus ſubinde à Principe delegatus, vir prudentiâ, humanitate, virtute non vulgaribus. Cujus vita functo nupero parenti Jacobo, Vrintzii extat Epitaphium.

Primum Reipublicæ membrum. Nobilitas. De Bette. Gentis Symbolum. Origo. Dominia aliquot rerum. Et conjugia.

Borlutii ſimiliter etſi referuntur eodem cum Bettiis tempore in Comitatu Arnulphi Comitis Genuâ veniſſe, & nomen *Le Cerf* primitivum deſeruiſſe; tamen hoc indubitatum eſt jam inde ab Anno 1120. inter Gandavicos Nobiles reputari. Habuerunt Viros illuſtres Auguſtianorum Fundatores, Claranarum dotatores, Simonem Anno 1452. legatum reipublicæ ad Bonum Ducem, Joannem Equitem bello Groeningenſi clarum & alios. Superſunt hodieque Patricii aliquot ex eis & Rex Armorum Belgii recenter vitâ functus. Juncti matrimoniis genti Bettiæ, Graviæ, Termundicæ. Epitaphium habent in Joannis unicum, plura apud Auguſtinianos, interque plura hoc.

Borluyt. Origo. 1120. Fundationes 1452. Viri Clari. Matrimonia. Monumenta.

De Borluut jacet hic miles fortiſſimus olim,
Joannes dictus nullo certamine victus,
Anno 1290. 1290.

Ser-Simonii propriè & ferè ſoli Gandæ Aborigines dicuntur & orti à quodam veteris Caſtri Comite. Fuerunt populares admodum, & ideo dignitatibus non ita illuſtrati. Habuerunt Petrum Anno 1447. Balivum Blandinienſem, & cognominem Anno 1390. Equitem. Extabant ante Iconoclaſtiam monumenta ſtirpis in Divi Nicolai, nunc degenerarunt aut certè deſierunt.

Ser-Simons. Viri Clari. 1447. 1390.

Serſanders ſcribuntur Româ oriundi & Italis *La Luna* dicti in comitatu Arnulphi Comitis veniſſe. Hoc certum plurimos Senatorii ordinis habuiſſe à tribus ſæculis, & habuiſſe Anno 1470. Philippum Bavonis Præpoſitum, Danielem Waſiæ Balivum, Franſciſcum Flandriæ Watergravium. Et priores his Joannem Ducem in obſidione Iprenſi, Petrum in Groeningano & alios alibi. Atque has quidem quatuor in exemplum dediſſe ſufficiat Meiero ſolum nominatas, alias clariſſimas Urbis ſtirpes ſuis locis ubi dominia poſſident aut poſſederunt deſcripturus.

Serſanders. 1470.

CAPUT XXXIII.

Concludam id una populi Gandenſis univerſim æſtimatione ex hiſtoriis petita. Tanta olim multitudine oppidum inundaſſe, author eſt Froſſardus, ut octuaginta civium millia qui per ætatem quindecim Annos excedentem, ſexaginta non egreſſam arma ferre poſſent, cenſerentur. Ne miremur tanta virium fiducia extitiſſe, ut Anno 1297. Eduardum Angliæ Regem florentiſſimum cum filio & viginti peditum quatuor equitum millibus in vicino hiemantem non ſine clade expulerint. Qui amplius ſub Maleano Principe tam enormi licentia efferbuerunt, ut intrà decem menſes quadraginta ſupra mille homicidia patrata ſint in gaveis, alea, venere, luxu famoſis. In obſidione Aldenardenſi Anni 1372. continuos aliquot menſes hæſiſſe civium decem millia. In pugna Groeningenſi egreſſos 8300. In Gaverana obtruncatos ex Urbe & agro hominum ſedecim millia, vix ullo ab exteris domi deſiderato. Anno 1343. concurrentibus in foro Veneris fullonibus, textoribus, tam cæſorum quàm læſorum numerata duo millia, unde dies iſte notatus atro calculo *Malus dies Lunæ* cœpit vocari. Sicut diem Mercurii indigetant ominoſum ob textorum quadringentos quinquaginta Anno. 1311. feſto Laurentii in tumultu inferiores, & cum ſociis proſcriptos. Et init rationem Mathias Quadius multitudinis Urbanæ, dicens Martinianam Curialem, & illam non

Multitudo populi 10000. Armatorum. 1297. Rex Angliæ repulſus. 1040. Homicidia. 1372. Armati ad bella Cæſi. 1343. Fatales duo dies. 1311.

non è majoribus oppidi, intrà ſuæ juriſdictionis ambitum numerare quinies mille & quindecim ædificia.

CAPUT XXXIV.

IN tanta porrò multitudine quin multi virtute, prudentia, litteris Famam aut adepti aut meriti extiterint, nemo dubitabit. Ego ut ex ungue leonem æſtimandum proponam, ex unaquaque celebrium claſſe non nullos Gandavi natos, in exemplum producam, aliis copioſiorem ſingulorum meſſem relicturus. Cæſar hic natus. Natales imprimis debet huic Urbi Invictiſſimus Romanorum Imperator Carolus quintus vt ſuprà dixi. Debet & Joannes Eduardi tertii Angliæ Regis Filius, & Theodoricus, Hollandiæ Comes, Gandenſes exinde Gandavenſis cognomen aſſumpſiſſe. Debent plures Flandriæ Comitum liberi, etſi minùs curioſè id hiſtorici annotarint. Solent enim, hîc quàm alibi ſæpiùs Reges, Principeſque diverſari.

Nobiles. Ex Heroibus & prima dignitate illuſtribus, tot fuerunt quot familiæ, nec enim unam primariam in Flandria dabis, cujus non aliquot viros Ganda ſibi vendicet. Ex Prælatis Lævinus Torrentius Antwerpienſium laudatiſſimus Præſul & ſcripto in Suetonium Commentario, editis Sacrorum Hymnis notus; Epiſcopi. Raphael de Mar Epiſcopus Roffenſis, Philippus Mus Anno 1275. Tornacenſis, 1275. Petrus ad Vedaſti, Wilhelmus à Ganda, & Walterus Blocq, ad Bertini Abbates, Abbates. Euſtathius Lævinus, & Joannes Bavonicus, cujus extant Quæſtiones Sententiarum, & libellus de Eſu carnium. Antonius de Schoonhoven aliique innumeri. Theologi. Ex Theologis Henricus Mudanus Pariſiis Doctor, ſolennis re & nomine ſcripſit Summam Theologiæ, de Virginitate, de Pœnitentia, & commentatus in Ariſtotelem. Arnoldus Boſcius & Philippus Kersbellus Carmelitæ; Vincentius de novo Caſtro & Petrus Bacherius Dominicani ſcriptis famigerati.

Juriſperiti. Ex Juriſperitis Henricus Mudanus Philippo Pulchro Francorum Regi à Conſilio & familiariter convivens. Philippus Wielandus Eques & ſcriptis de uſu Flandriæ Feudorum clarus. Carolus Rymius Eques, Bellemi Dynaſta & Maximiliani Cæſaris ad Turcos Legatus.

Medici. Ex Medicis Hieremias Brachelius celebris Lovanii Profeſſor, Nicolaus Bieſius Maximiliani Cæſaris Archiatrus. Balduinus Ronſçus, & Petrus Buccius etiam non ignoti, uti & Joachimus Martini.

Philologi. Ex Philologis Maximilianus Vrintzius: Adrianus Damantius: Daniel Henzius, Cornelius à Marca, Franciſcus Himanus, Juſtus Riickius, Lævinus Brechtus, alii & innumeri nomen adepti feliciter ſcriptis: quorum Elogia brevi à Sandero noſtro, ut opera à Franciſco Sweertio publicanda expectabis. Marcus Varnewicus Speculi hiſtoriæ Hiſtorici. Belgicæ author obvius. Dionyſius Harduinus inſignem illuſtrandæ Flandriæ operam locaſſe viſus. Judocus Badius Philoſophiæ & Philoſophi. politioris litteraturæ meritò per Eraſmum laudatus, Epiſtolis, Epigrammatis, variis in Ciceronem, Plautum, Horatium Comentariis ad poſteros tranſmiſſis notiſſimus. Joannes Visbroukius Philoſophiæ titulo apud Cardinalem Moronium honoratus. Joannes Portant Mathematicarum ſcientiarum peritiſſimus. Mathemaci. Caroli Utenhovii Pater & filius variò ſcientiarum genere inſtructiſſimi. Joannes Carnier, à Guicciardino iiſdem laudibus celebratus.

CAPUT XXXV.

NEc mirum, cùm inter Mercurii & Minervæ quæſtuoſam negotiationem, Gandenſes ſemper interim ſcholis & rei litterariæ ſuum attribuerint locum dignitatis. Studium Gandenſium in litteris. Aperuêre etenim ludum Greçæ Latinæque elocutionis ſpectabilem, Ludi Magiſtri celebres. Ægidius & Paulus Haucanus, Joannes Otto & Olearius Marchantio laudati. Gymnaſium Societatis Jeſu, Gymnaſia litterarum. à reducta per Farneſium Urbe tantis coaluit incrementis, ut ſubinde ſexcentos & plures in eo auditores numeraverint, inchoati Anno 1605. templi eorum Annum 1605. ſic Vrintzius exprimit.

Sancte fave, Lævine fave, tibi cœtus JESU
Extruit Hellino Conſule, templa, fave.

Auguſtiniani etiam à paucis Annis maximo fructu juventutem incipiunt formare.

Ejuſdem ævi Seminarium eſt Diœceſanum: Utroque prior Hieronymianorum. Hieronymiani. Schola trivialis & maximo olim juventutis fructu propagata ante ſeſqui ſæculum.

Extat in Eccleſia tumulus cum Epigraphe.

Ægidios lapis iſte duos operit reverendos
Condignos longâ poſteritate coli.
Ut potuit quiſquis domui prodeſſe, ſategit,
Et templum hoc opibus ſtruxit uterque ſuis.

Ægidios intelligit DE WILDE, procuratorem & *Clerici* Patrem illum Anno 1476. Februarii 25. Hunc Anno 1478. 1476. 1478. May 24. defunctum & in ordine quartum. Templi porrò dedicatio annotatur 22. May, Anno 1479. 1479. cœnobii fundatio longè antiquior in Villanis. Ut taceam Curiales literarum diatribes, & alias tota urbe frequentiſſimas Arithmeticæ, picturæ, lecturæ, linguarum, quas numerum accedere ad centenarium didici.

C A-

CAPUT XXXVI.

Curia. AD Curiam & Senatum ordo vocat :
Curiam eleganti opere , atrio, con-
clavibus , frontiſpicio pereleganti cœptam
1481. extrui Anno 1481. auſpiciis Adriani Vila-
ni Raſſegemii , Senatus Præſidis auctam
1516. Anno 1516. ad plateam, perfectamque ſub-
Structura ejus. inde primo ſcabinatu Richardi Utenhovii,
Philippi Gruuteri , Nicolai Triesti Equi-
tum. Cujus hala ſive atrium tribunalis An-
1528. no 1528. perfecta , latus dextrum ſplen-
dido opere inchoatum , quod novum
1580. opus vocant , Anno 1580. cùm decennio
ante 4. Aprilis , ſacellum Scabinale de-
dicatum eſſet, per Cornelium Janſenium
A. Antiſtitem. Quoad Senatus reipublicę for-
Forma reipublicæ ex Meiero. mam , ſi libet, ex Meieri lib. 13. & no-
tis meis ad illum, ſummam rei cognoſces.
Temporibus, inquit, Balduini Hannonien-
1200. ſis, hoc eſt, ſub Annum Domini 1200. per-
Senatus annales. petuis Senatoribus reſpublica gubernabatur:
quorum è numero cùm quis moreretur re-
liqui 12. alium mox in demortui locum ſuf-
1212. ficiebant : Anno autem 1212. Fernandus
Tredecim Senatores. Comes legem tulit ut 13. illi Senatores ,
qui hactenus fuerant perpetui fierent an-
nui , anniſque ſingulis habitis comitiis in
feriis Divi Laurentii martyris innovaren-
tur , idque per quaternos electores ſump-
tos ex quatuor ſacris Curiis ſeu parochiis
B. *portus* (ita nominabant oppidum) utpotè
Quatuor Parochiæ. *Divi Joannis Baptiſtæ*, *Divi Jacobi Apoſto-
li*, *Divi Nicolai* Epiſcopi, &c. *Divi Michaë-
lis* Archangeli , ſicut & Curia Divi Joan-
nis Senatores eligerent quatuor , ex Divi
Nicolai totidem, ex Divi Jacobi tres, ex
Divi autem Michaëlis quæ tum minima
erat, ſub ſcabinatu, quem vocant, dum-
C. taxat duos. Hoc inſtitutum annos omninò
1228. tenuit 16. Nam anno 1228. poſtquàm
Fernandus Comes rediſſet ex captivitate ,
39. Viri. inſtituit ordinem 39. viratus reipublicæ
1275. multo utiliſſimum. Annum autem 1275.
D. Margarita. Comes & filius ejus Guido, vi-
dentes per hunc ordinem civitatem nimis
eſſe liberam ſuâ abſolutâ authoritate illum
abrogaverunt, ſtatueruntque curatores Rei-
30. Curatores. publicæ tantùm 30. Scabinos putà 13. Con-
E. ſiliarios 13. , & ærarios 4. , quos in An-
nos ſingulos pridie feriarum decollationis
Divi Joannis Baptiſtę innovari volebant, ea
ratione ut 30. cedentes alios 30. in locum
ſuum eligerent, cives omnes Gandenſes ac
ſocios ſeu fratres Collegii ejus quod *Coma-
norum* appellatur (teutonicè COMANS-
Comansgulde. GULDE hi tertio gradu neceſſitudine con-
F. tingere ſe non poterant. Verùm in hanc
novationem conſentientes 39. viri appella-
bant mox Curiam Pariſienſem, judicatum-
G. que eſt per arreſtum 39. viratum ſuum debe-
re habere locum abolitâ novâ conſtitutione.

Dehinc Anno 1301. Philippus Rex co- 1301.
gnomine Pulcher ſervans in cuſtodia Co- H.
mitem Guidonem, Gandavum venit: ubi re-
cipi voluit tanquàm proprius Flandriæ do-
minus, ſtudenſque componere diſcordiam,
quæ gravis verſabatur inter Comitem &
39. viratum, curavit, ut ſuo ipſius arbi-
trio omnis permitteretur controverſia, no-
vamque ſtatuit politicam & ſenatum , qui Nova forma.
per annos plus minùs 170. conſervatus eſt, 170.
quamquàm 39. viratu longè eſſet utilitate
inferior. Comitia habebantur per hanc le-
gem pridiè Aſſumptionis Deiparæ Virgi-
nis. Comes aut ejus Legati, quatuor lege- 8. Electores.
bant cives Gandenſes, Civitas legebat to- I.
tidem : qui octo creati electores, 26. ho-
noratos & idoneos eligebant Senatores ,
quem numerum Comes aut ejus vicarii in
13. Scabinos totidem & conſiliarios divi- 13. Scabini.
debant : ſed hoc rerum ſtatu per tempo- L.
rum ſucceſſiones mirus ortus eſt ambitus
inter cives , quum pro ſe quiſque alius ut
maneret, alius ut reciperetur in eum ordi-
nem decertarent; ita ut ſępius graves nunc
contra Principes , nunc inter ipſos cives
ortæ ſint diſcordiæ , & perturbationes ;
undè ſedes Decanorum, Senatorum & bo-
norum civium emanârunt : eoque curſu
temporis introductum eſt ut civitas in ter-
nas partiretur partes, nempè cives , opifi-
ces, & textores. Introductus eſt & iſte Diviſio populi.
abuſus ut externis illis tribubus civitatis 26.
illi eligantur Senatores , ita ut in utroque
ſcamno extent tres cives, primus, quartus, M.
& ſeptimus: quinque ex opificibus ſeu quę-
ſtu ſecundus, quintus, octavus, decimus, Alta forma.
& duodecimus. Ex textoribus item quinque
tertius , ſextus , nonus, undecimus, &
decimus-tertius. Eo item tempore inventa
eſt creatio Decanorum, de quibus in eam
uſque diem nulla fuerat memoria. Creatus N.
Decanus civium, *Decanus quæſtus* , *& De-* Decani.
canus textrinulæ, Decanus civium primus
eſt Senator civitatis imperatque civibus om-
nibus, qui vivunt ſuis proventibus abſque
ullo opificio. Decanus quęſtus pręeſt 51.
Decanis totidem collegiorum opificum ,
ideoque *Archidecarchus* appellatur , crea-
turque ad medium Auguſtum in feriis
B. Mariæ, eſtque Magiſtratus duorum an-
norum. Decarchus Textrinulæ annus eſt :
creatur die octavo poſt Paſcha : imperat
vicis ſeu tribubus 27. , qui & ſinguli ſuâ
habent vexilla. 52. Decani autem 52. Col- Vexillæ 52.
legiorum omnes annui ſunt , & renovan-
tur per Prętorem ac Senatum, ut pactum
erat pace Cadſanti, creationem Archideca-
ni confirmavit Philippus Princeps Anno
1425. aſſenſeruntque Principes in Decano- 1425.
rum omnium creationem: ſed intereà gran-
dis & pernicioſus introductus abuſus , ut
quoties turbatio aliqua orietur in civitate,
Decani iſti perinde ad componendi motûs O.

cauſa cum vexillis omnibuſque Collegiis opificum prodirent in forum, claſſicumque Senatus per campanam (Rolandus nomen) ſonaret, ſicut primus Senator cum vexillis Divi Georgii Flandriæ atque oppidi Gandenſis; ſupremus verò Decanus cum 52. Collegiorum vexillis ad 25. & ampliùs millia hominum ſępenumerò ſecum aggregarent. Eum abuſum Philippus Dux hoc anno 1462. ſuſtulit & abrogavit, omniaque illis vexilla ademit ideò, quòd ritus ille barbarus & intolerabilis eſſet, ſeditionesque civiles cędes bonorum ac innocentium civium frequenter ex illo naſcerentur, taliqne modo Decanos, Pretores, Senatores aliosque rectores ſuos interimerent, ſimul quoſcumque liberet, quo jure, quaque injuria in exilium agerent. Imperavitque Philippus ut quoties turbator aliquis conſurgeret, ex templo à Magiſtratibus ad ſupplicium raperetur, ut ita anticipatus nullum tempus aut ſpacium haberet ſe ſuoſque conjuratos armandi. Nihilominùs tamen Philippo defuncto ad ingenium redierunt rurſuſque in feriis D. Livini Martyris eandem Barbariem innovabant, ſed Carolus Dux ſtatim illos oppreſſit profanumque morem inhibuit. Poſt obitum Caroli rurſus arripuerunt eam dominationem, quam denuò ſuſtulit Divus Maximilianus in pace anni 1485. verumtamen Maximiliano Brugis detento, ad eundem reverſi ſunt motum, & *albatos* inſuper contra omnia jura & paces conſtituerunt: ſed in pace Cadſanti funditus extincta eſt deteſtabilis illa conſuetudo. Invexerunt & hoc, nimis turpem abuſum, ut Senatus, inſcio vel reclamante Prętore Comitis, quos vellent relegarent pellerentque in exilium. Definiebant enim in ſuo conclavi exilia, miſſoque ad ſuggeſtum ſcriba aliquo pronuntiabant: eamque uſurpationem Philippus abolevit. Per hujuſmodi pravas ac pudendas conſuetudines contra omnes leges privilegiaque introductas; fœdiſſimis factionibus graſſati ſunt, non modò alienos, ſed etiam ſuos ipſorum undè viverent agros devaſtantes; unde ſæpiùs miſericordiam Principum implorare ſunt coacti, multa que pecuniâ pacem redemerunt, magno ſuo malo, dedecore aut tędio, ut hiſtoriæ affatim teſtantur. Coactus eſt autem Carolus Burgundio poſt Philippi patris mortem inſtitutum illud Philippi prorſus rejicere & delere, ſancit ut magiſtratus in annos ſingulos innovarentur per Principes, Legatos, ſeu Commiſſarios ut in aliis fit civitatibus, uſque ulla electione octo illorum electorum. Sed Carolo defuncto, eandem illam Pulchri legem rurſus arripuerunt quantumlibet pernicioſam, eamque tenuerunt. Ad uſque annum 1485. quo anno per pacis placita legem Caroli Ducis Maximilianus Cęſar reduxit. Sed capto Brugis Cęſare mox uſi denuò ſunt ea lege, donec à Divo Carolo invictiſſimo Monarcha grande illud atque utile acceperunt privilegium, nempè omnium privilegiorum abolitionem: quæ quidem abolitio, magnam quietem adfert civitati ac ſalutem. Philippus quoque injuſtum & profanum mutavit ritum, quo erat introductum, ut ſententias Scabinorum Gandenſium; nemini per appellationem liceret reformare. Multa alia pravarum conſuetudinum genera fabricaverunt, tenente ac vigente illa lege Pulchri Regis, quamvis noxia planè eſſent communi commodo civitatis, ſed propter privatum quoddam lucrum, mordicus illam Opifices ſervabant, quibus ex abuſibus grave detrimentum inſciis Principibus acceſſit civitati. At nunc per Caroli glorioſiſſimi Auguſti excellentem providentiam, toti medicatum eſt corpori. Ad hunc Meieri locum characteribus à me notatum vide pauca quædam lucem datura annotata.

[Margin, left column: Vexillum Gandenſe. — Lex citra tumultus. — P. — 1485. — Wittingi. — Q. — R. Alia mutatio. — S. — 1485.]

[Margin, right column: T. — Abolitio privilegiorum. — V. Carolina.]

Perpetuos hos è Patriciis deſumptos tribubus fuiſſe certò mihi perſuadeo, & ſcio numerum ſubinde minorem fuiſſe octonarium puto, unde diplomata Annorum 1060. & 1102. vocant ACHT-MANNEN VAN 'T SCHEPENDOM TE GANT, id eſt, octo-viros Scabinatus Gandenſis. Et fieri potuit repertos in Senatu ferè ſemper Borlutios, Bettios, Serſanderios & Serſimonios Meiero occaſionem dediſſe putandi & ſcribendi à quatuor his ſtirpibus olim urbis regimen adminiſtratum fuiſſe.

[Margin: A. Diverſus numerus Scabinorum. 1060. 1102. — De quatuor Familiis.]

Tot erant numero Parochiæ & duplo plures oppidi regiones. Necdum enim Æckergemium cum Martiniana, Blandinium cum Mariana, Amandica etiam Salvatoris oppido annectebatur.

[Margin: B. 8. Regiones oppidi.]

Scabinatus Gandenſis ab oppido diſtinctus fuit. Docui enim ſuprà diverſas intra mœnia Curias juri dicundo fuiſſe, donec paulatim oppidi Comites jus illud tranſcripſere. Similiter Scabinagium extra muros etiam protendebatur, ut mihi videatur idem fuiſſe quod antiquitus *Territorium* dicebant. Invenio enim inter donationes Bavonicas villam ***Herme*** extra muros ***in Scabinagio tamen Gandenſi ſituatam*** dici, manifeſto argumento etiam tum mœnibus non concluſam Scabinorum potentiam.

[Margin: C. Scabinatus ab oppido alius. — Etiam extra oppidum erat. — Herme.]

Triginta-novem viratus perpetui hæc erat ratio. Quot annis eorum 13. (tot enim erant tum oppidi regiones) Scabinagium, alii totidem Conſilium faciebant, reliquis pari numero vacantibus, ſequenti anno dominaturis. Ita ut viciſſim tres hi cœtus eſſent Senatores, Conſiliarii, vacantes, alium annuatim ordinem & dignitatis locum obeuntes.

[Margin: D. 13. Regiones.]

Ex hoc tempore curatores peculii Urbani cœperunt inter magiſtratus collegas haberi,

[Margin: E. Quæſtores.]

beri, qui anteà minùs honorata ſeſſione
erant, nec certo aut definito numero.

F. Quæ illa Comanorum Gulda fuerit in-
quirenti nihil hactenus occurrit, quàm ſe-
lectiores è populo fuiſſe, dicti unius lite-
Comanni qui. ræ in tranſmutatione quaſi GOETMANNI,
Viri boni qui. id eſt, viri boni (familiaris hæc eſt vete-
ribus noſtris locutio) vel additione quaſi
COOPMANNI, id eſt, mercatores vel
mechanicam vitam non exercentes, quæ
COOPLIEDENSCHAP, dicta reperi-
tur.

G. Reſtitutio hæc 39. viratus facta Anno
1277. 1277. ſed Guidonem triennio pòſt cogen-
tem dictos 39. viros ad rationes rei geſtæ,
Tumultus ob mutationem Senatus. coacti pacare 48. librarum milibus annu-
meratis. Nec hoc ſatis, quadriennio pòſt
denuò gubernationi ſuam intermiſcen-
te authoritatem Comite, quod gravatè il-
lis ferentibus diductaque in litem contro-
verſia definivit curia Pariſienſis Gandenſes
peccaſſe & mulctæ reos eſſe, nec exinde
ſolida unquam inter utroſque pax extitit.
Comite reos dignitate exnendos decernen-
te, illis à Curia decretum longè diverſum
impetrantibus pecuniaria plectendos ſta-
1287. tuens, & ìmò Anno 1287. confirmatio-
nem 39. viratus à Franco obtinentibus.

H. Ab hoc Anno extat Senatorum catalo-
gus, ex quo ſubſcriptis electorum nomi-
Commiſſarii legis. nibus paginam finiente manifeſtum evadit
nonnumquam præteritis Commiſſariis Co-
mitum Urbanos Senatum renovaſſe, quâ
licentiâ effectum, ut compulſi fuerint
Principes tot motibus obviàm ituri totum
1446. electionis jus ad ſe trahere. Videantur An-
1449. ni 1446. 49. 77. & alii.
1477.

I. Electorum numerus variavit ſæpè, qua-
litas etiam. Nunc receptum tres ex patria
Commiſſarii renovandæ legis. nobilitate perpetuos à Principe creari: quar-
tum, annuatim diverſum, niſi continuen-
tur adjungi & loco primum, authoritate
præcipuum.

L. Occurrerant quidem non ſemel Senatus-
Leges contra ambitum. conſulto & legibus contra ambitum latis,
ſed in vanum prout exempla ſeditionum
alibi latiorem campum habitura docebunt.

M. Diviſio iſta civitatis tripartita antiqua eſt,
Diviſio populi. nec per tumultus illos inventa, ſed inve-
cta cum ſplendore aliquo & apparatu. Di-
1204. ploma enim Anni 1204. citat *ingenuos* &
Ingenui & miniſteriales. *miniſteriales*, id eſt, cives & mechanicos.
1260. Aliud anni 1260. nominat *gildas textorum*,
Explicatus Meierus. ſed intelligit Meierus tria hæc hominum
genera per tumultum irrepſiſſe in ordinem
Senatorium à quo anteà ſecludebantur. Fa-
ctum primò ſub Nivernenſi, ſæpiùs ſub
Maleano.

De Decanis. Decanorum manet nunc inane & digni-
N. tatis umbra, & cooptantur quotannis Ca-
Hooft-mannen. pitanei tribuum plebeiarum (HOOFT-
MANNEN vocant) 22. Viri nobiles, ſine
quorum authoritate nulli opificum collegio
convenire permiſſum.

Vexilla olim ſingulis propria opificiis Vexilla.
bellorum, ad quæ Comitem ſequi ſolent O.
cives, ſunt monumenta, eaque remanent
hodieque penes lectioris populi partem Sa- Gilde.
gittariorum Collegiis nomina dare ſolitam. P.
Philippi decretum eſt Anni 1453. 1453.
Hęc fusè Heuterus in Auſtriacis, & nos
alibi tangemus.
Factum Anno 1471. 1471. Q.
Carolina ſcripta Anno 1540. qua omnis R. 1540.
hodiernæ reipublicæ norma præſcribitur. S.
Atque hęc quidem rempublicam tan- T.
gunt, cujus decora percurrere non unius
codicis, & neſcio an unius hominis foret.
Plenæ ſunt hiſtoriæ, plena omnis annalium
vetuſtas, ita ut ſupervacaneum videatur ita
obvium omnibus explicare & actum agere:
temerarium pro dignitate velle tantarum
rerum narrationem aggredi, quibus occu-
pata ingenia olim feliciſſima ætatem triviſ-
ſe & immortua cognovimus. Tu mi Ham-
coni, ſi crudis hiſce famem necdum
explevisti, Meierum, Oudergeſtium,
Marchantium, Froſſardum, Heuterum adi,
reperturus paſſim & continuè Gandenſes
paginam facere. Faciam id cum otio, ex-
cepit Hamconius, ſed te modò precor ne
politicis hiſce Gandæ antiquitatibus opti-
mè paſtum ſine fructibus, ſine bellariis re-
rum ſacrarum patiaris cœnulam finire. Nec
enim dubito quin etiam in Eccleſiis cœno-
biiſque habeat Ganda quod memoriam me-
reatur. Ad hoc ego: Res Sacra Gandavi
ſola volumen conficit, ſola hiſtoriam me-
retur, quam cùm ego duobus libris olim
amplexus ſim fundationes dumtaxat ſignan-
do, primò Eccleſiarum, Cœnobiorum,
Hoſpitalium, mox duarum Abbatiarum or-
namenta, ad illos te remitto, imò illos ti-
bi tradò, quorum lectione poteris reliquum
primæ noctis fallere, & quod alius vix an-
no poſſet, una die omnes Gandavicæ an-
tiquitatis angulos perſcrutari. Vix finieram,
cùm Hamconius manu & codice exoſcula-
tis, nec verbum ultra faciens cœpit lectitare.

DE RE SACRA

GANDENSI BREVICULUS.

SPLENDIDISSIMUM D. Joannis Fabrica Templi D. Joannis.
Baptiſtæ (ita enim vulgò ap-
pellatur cùm alioquin Deipa-
ræ & SS. Joanni, Bavoni,
Vedaſto ſacrum ſit) templum
Anno 941. Tranſmarus Epiſcopus legitur 941.
dedicaſſe cryptam Sacellis, amplitudine,
columnarum ſerie nulli toto Belgio ſecun-
dam: Balduinus & Arnulphus Comites in-
ſtruxiſſe chorum altâ concameratione, augu-
ſtâ ſacellorum corona, Senatum Anno 1228. 1228.

PRONAON. 1461.

erexiſſe pronaum ſtupendâ mole ſub ævum Cæſaris Caroli adjectum, Anno 1461. jacta fundamenta ad occidentem Turris egregiæ nuper Anno 1602. de cœlo tactæ. Inſuper in triviis notum eſt Eccleſiam hanc Comitia ordinis aurei velleris ſecundò, id eſt Annis 1445 & 1559. vidiſſe. Baptiſmo invictiſſimi Cæſaris Caroli quinti Anno ſeculari ſeſquimilleſimo funeribus 8. principum, 3. Epiſcoporum, nobilium abſque numero honoratam: cujus ut fabricam tam ſuperiorem quàm ſubterraneam admirantur architecti; ita picturas pictores: Imprimis illam Adami & Evæ, opus Joannis ab Eyck, inventum Juſti Vitii Domini Pamelæ, in quam tabulam ita luſit noſter Vrintzius:

1602. Illuſtria quædam ibi viſa. 1445. 1559. Interior ornatus.

Quos Deus ob vitium paradiſo exegit, Apelles
Eyckius hos Vitii reddidit are Patres.
Arte modoque pari pariter concurrere viſi
Æmulus hinc pictor, fictor, & inde Deus.

Sacrificiis ejus. 1528.

Parochus eam cum 38. ſubſidiariis Sacerdotibus procurabat, donec Anno 1528. impetratis conſenſus Pontificii litteris, Abbatia D. Bavonis in Collegiatam, Canonicis Anno poſt 1537. Calendis Auguſti inductis, & Anno ſequenti 1559. in Cathedralem mutata eſt triginta duorum Canonicatuum, quorum octo dignitatibus ſunt annexi.

Collegiata.

Quinque à Graduatis poſſidentur. Diœceſi autem urbes mœnibus inſtructas octo iiſdem carentes duodecim, Pagos 160. complectenti præfuerunt *Cornelius Janſenius* ſcriptis clarus ex cathedra Lovanienſi ad hanc evectus Annis 11. ſucceſſor Gulielmus Damaſi Lindanus Theologus etiam famigeratus ex Rurcmondenſi Epiſcopatu tranſlatus menſibus tribus diebus ſeptem, & ſurrogatus Petrus Damantius ſummæ vir moderationis recenter obiit dignitatis heredem habens, Carolum Maſium laudatiſſimum ante Ipreti Epiſcopum; Diœceſi & reipublicæ Gandenſi neſcias an utilem magis, an neceſſarium.

Epiſcoporum ſeries.

Præpoſiti celebres fuêre imprimis infulis honoratus Viglius Zuichemius, Arcani Belgici Conſilii Præſes, toti orbi notiſſimus. Cui ſurrogatus Bucho Ayta, & demum Adrianus Varreus Præpoſiti, ſed non mitrati, nec dotis Præpoſituræ veteris Epiſcopatui unitæ compotes; ſed duplicis præbendæ recentiùs annexæ. Decani autem ſibi invicem ſucceſſêre P. Henricus Bloc, Joannes Lobbet, Joannes Holle, Marcus Sterc. Clemens Crabbeels poſteà Epiſcopus Silveducenſis, Petrus Damant poſteà hîc Epiſcopus. Carolus Rhi: à Rodoan poſteà Epiſcopus Brugenſis. Petrus Bernaerts.

Præpoſitorum ſeries. Decanorum ſeries.

Cathedralis autem hæc unica ab antiquo fuit oppidi Curialis, in agro autem Tranſſchaldano, Anno 1072. titulo *Sancti Chriſti* aliam Rabodo Epiſcopus dicavit, Tranſmarus autem eodem quo Joannicùm Anno Eccleſiam *Martini in Ackergem* ſuburbano Vico deſignavit. Et cùm aucta urbe hujus limites latè intra portas excurrerent, neceſſe fuit Sacellum *D. Michaëlis* in communionem oneris aſſumere cujus incendio Annorum 1120. & 28. deformatæ turris, Anno 1440. inchoata, & 40. poſt Annos occidentalior pars templi adjecta, Anno autem 1512. novum opus pronai, & faſtigium turris auſpicio Portelbergici Theſaurarii Cæſaris, Domini de Vinderhout, Merendre, & Wiſſenkercke. Aucto etiam in immenſum numero civium: Sacella *D. Nicolai & Jacobi* ante Annos incendiorum ſupradictorum, quæ non evaſerunt, in Curiales ſunt erecta; ita ut quatuor intra muros, ut aliàs docui, eſſent Parochiæ, quibus accedentes Blandinica Deiparæ, Tranſſchaldana Chriſti, Ackergemia Martini, Septenarium olim etiam numerum faciebant: unde totidem minorum cauſſarum libram groſſorum non excedentium judices annuatim cum Tribunis & præfectis annonæ eliguntur. Cæterùm non omittendum diruta ad ſtructuram Arcis Carolinæ Eccleſia S. Chriſti & S. Amandi, onus ejus in oppido traductum in Eccleſiam S. Salvatoris, in ſuburbano autem in Sacellum Oſtacrienſe. Inſuper præter has ab antiquo Eccleſiam D. Pharaildis Comitum Palatii, domeſticorumque & officiatorum ejus fuiſſe.

Parochia Sinte-Kerst. 1072. Fabricà Templi ſancti Michaëlis. 1120. 1440. 1512. S. Nicolas. S. Jacobs. Judices ſeptem Minorum cauſarum. S. Veerle.

Collegiata B. Pharaildis annitente Flandrorum Comite juxta *Arcem novam* Comitis ſtructa Anno 912. & receptaculum profugi à clade Normannica cœnobii Bavonenſis. Unde cùm ad antiquas ſedes circa Annum labentis ſeculi quadrageſimum monachi poſtliminiò reverterentur, cum Sacris Beatorum pignoribus Arnulphus Marchio, verbis à me ſuperiùs ex Chronico tranſſcriptis, impetravit facilè portionem corporis B. Pharaildis ad rei memoriam ibi relinqui, cui Aſſervandæ clericos cum Præpoſito inſtituit, in canonicale Collegium haud multò pòſt evectos. In tranſlatione porrò harum reliquiarum, Anno 1173. *facta expoſcentibus, Eccleſiæ Canonicis Remleno, Azone, Fulterone, Otgero, Meinardo per Fulkardum Blandinii, & Sigerum Gandenſem Abbates: teſtes aſſcripti Folcardus Caſtellanus, & Lambertus ejus frater Stephanus, cum copioſa utriuſque ſexus multitudine, & duorum Cœnobiorum congregatione.* Cæterùm perierunt hujus Eccleſiæ monumenta vetuſtatis ultimæ incendio Anni 1120., alia decora ultimis, bellorum turbis interciderunt. Præpoſitos interim ſchædæ Gandenſes annotant primæ famæ viros Joannem Giſtellanum, & Petrum Roberti Comitis Capellanum, nunc Leonem Meierium Antwerpienſem eruditum.

Collegiata D. Pharaildis. 912. Tranſlatio S. Pharaildis. 1173. Incendium. 1120. Præpoſiti aliquot.

Cùm

Cùm autem duo hæc duntaxat ſecularium, & totidem de quibus pòſt, regularium Canonicorum Sodalitia hîc videantur, erroris meritò arguatur Mathias Quadius in Itinerario Germaniç referens Gandavi extare Collegiata Sodalitia 13. aut, ſi Typographum culpare libet, 3. utriuſque falſò. *Error Quadii notatus.*

Etſi Truciniensis, Norbertinorum, Boudeloenſis Ciſtertienſium Abbatiæ foris everſæ, in oppido renatæ; Regularium de Mello, Præmonſtratenſium de Waerſcot Prioratus in Urbem commigraſſe videantur hîc memorandi: tamen ego quod alibi illorum fundationes attigerim, ſat habeo hîc nominaſſe, & cœnobia Gandæ nata, & nota primitus percurriſſe initio à mendicantibus ſumpto.

Sigerus Archimandrita Cambronenſis, à Giſilberto Bouc *Manſuram quamdam in Briela juxta Gandavum* obtinuerat à Conſanguineo ſuo Hugone Caſtellano Gandenſi, intra cujus dominium erat miſſus in
1130. poſſeſſionem Anno 1130. Interjecto tempore B. Abbas Cambronæ parùm ſibi ad uſum eſſe hunc fundum obſervans *Fratribus de monte Carmelo*, in Gandavo jam tum, ſed ex conducto habitantibus, tranſſcripti authoritatem faciente Gerardo Sottegemio *Fundatio Carmelitarum.*
1287. Caſtellano Gandenſi ad Annum 1287. Cœnobiumque formari cœptum, paulò pòſt Clemens & Alexander Romanorum Pontifices ſuam in protectionem aſſumſêre. Verùm enim verò locum hunc & ſedem primitivam commodi & commoditatis gratia religioſi deſeruêre, in eum quem modò incolunt commigrantes. A qua tranſlatione
179. elapſis 179. Annis, id eſt Anno Chriſtia-
1466. no 1466. mandato & cura R. P. Generalis Joannis Soret religioſi nonnihil à priſca vitæ & morum aſperitate declinaſſe viſi, in ordinem redacti ſunt, auctumque tam viris quàm viribus Collegium porticu, ædificiiſque à fundamento exædificandis par fuit. *Reformatio Cœnobii. Structura ejus.* Hoc in & è Phrontiſterio ſcripſit Arnoldus Boſtius de Viris illuſtribus ſui & Carthuſienſis inſtituti, de quatuor noviſſimis, & Epiſtolica poëmataque ſacra. Ex eodem Philippus Kersbel pro immaculata Virginis Matris conceptione, ſcripſit contra Vincentium de Novocaſtro. *Viri clari.*

Intrà limites Eckergemi ſacellum vetus fuit inſcriptum Protomartyri Stephano, obnoxium Curiali Martinianæ, circa quod ampliter habitantes Borlutii è nobilitate antiqua Gandenſi. Eremitis Divi Auguſtini ædes ſuas in cœnobium transformandas ob-
1296. tulerunt Anno 1296. pridiè Kalendis Auguſti, factum probante Joanne Nerviorum An-
1350. tiſtite. Cumque ſub Annum 1350. à ſacrilegis tribus ſublatum cum argentea quantivis pretii theca venerabile Chriſti corpus inque prato confini depoſitum ſanguinolentum miraculosè repertum, & Auguſtinianis aſſervatum eſſet ſacra civium, titulo ſacri cruoris Sodalitas inſtituta, etiam Clementis VIII. Papæ indulgentiis decorata, & ſupplicatio votiva annuatim maxima populi frequentia, & anno 1604. ipſa Belgarum principe proſequente honorata. 1604. *Auguſtiniani. Eorum fundatio. Miraculum Eucharistiæ.*

Templum & Cœnobium (cœnaculo excepto, quod in nuptiale triclinium converterunt) ab Iconoclaſtis Anno 1580. profanata everſaque ſunt, platea per medium deducta. Et reſtituta Regi & Religioni Urbe, Petrus Coels Cœnobiarcha, civium eleëmoſynis adjutus, Ambitum dormitoriumque reſtituit, & noviſſimè Senatus patrocinio templi fundamenta jacta ſunt, lapides auſpicales pangentibus Guilielmo de Cornhuſa, Auguſtino de Herrera, Jacobo de Langlee, & Roberto Hellino: id eſt, Conſilii, Arcis oppidi & Senatus Præſidibus, die 28. Martii Anno per Vrintzium ſic expreſſo. *Everſio Cœnobii.* 1580. *Reſtauratio.*

DIVa ædes AUgUſtIne tIbI noVa teMpla ſtrUUntUr
HeLLInI & bLaſerI ConsULIs aUſpICIIs.

Vivente Beato Dominico Prædicatores dono *Sigeri Parijs* domum obtinuerant propinquam valetudinario Bilocenſi, idque ante Annum 1221. Fernandus autem Comes impensè deſiderans ex domo cœnobium efformari, valetudinarium quidem aliò tranſtulit Anno 1227. domum autem & locum in vicino poſt decem ferè Annos monachis aſſignavit: ubi elegantiſſimum totius Provinciæ Cœnobium ſurrexit. Templum quidem Anno ejuſdem ſeculi 40. inchoatum, Dormitorium cum refectorio Anno 1302. perfectis Bibliotheca cum clauſtro ſtrui cœpta Anno 1473. omnia ſplendidè & quadrato lapide adornata, ita ut exteris templi ad unum fornicem latitudo, cœnaculi ſpacioſitas, clauſtrorum amplitudo ſoleat eſſe admirationi. *Dominicani.* 1221. 1227. *Fundatio eorum.* 1240. 1302. 1473. *Structuraque.*

Capitulis quod vocant *Provinciale* hîc quàm ullibi frequentiùs celebratum, nominatim Annis 1506. 1549. 1574. 1594. 1604. 1607. Et antè Annis 1331. 1376. 1410. aliiſque intervallis. Viri ſanctitate & doctrina illuſtres hinc prodiêre Anno 1283. Gilbertus de Ovis commentator in Matthæum & Apocalypſin. Balduinus Anno 1272. miraculo Iconis Marianæ confirmatus in religione. Joannes Agnus miraculis in vita clarus Anno 1296. Et poſt reformationem Anno 1456. invectam Guilielmus Waneſorus Anno 1475. Epiſcopus Sareptanus. Joannes Exmera Theologus Pariſienſis & reſtitutor diſciplinæ. Petrus Bacherius ſacræ Theologiæ Doctor & viginti opuſculorum concinnator eruditiſſimus. *Comitia provinciæ.* 1283. *Viri clari.* 1272. 1296. *Reformatio.* 1456. 1475.

Franciſcanorum non minùs celebre & vetus Cœnobium, ante obitum D. Franciſci cœ- *Franciſcani.*

Fundati. cœpit, auſpiciis ejuſdem Fernandi & Margaretæ Comitum, reformatique fratres ad obſer-
1503. vantiæ normam rediêre Anno 1503. id eſt à
Reformati. fundatione ducenteſimo octuageſimo tertio
ſolet paulò minus centum aliquando fratres habere, & Lectores utriuſque Theologiæ binos, concionatores 30. Templum Apoſtolorum Principibus & Sororibus Magdalenæ Marthæque conſcribitur, appoſitè inſtituto Minorum reſpondentibus Patronis. Produxit hic conventus eximios Theolo-
Viri clari. gos & ſcriptis claros Joannem Wittium, Levinum Brechtum, illum concionibus, hunc poëmatibus editis notum.
Sepulturæ illuſtrium. Sepulturæ locum hîc elegerunt Viri magni aliquot, Margareta in primis Eduardi Anglorum Regis Soror, Caroli Audacis
1503. uxor Anno 1503. defuncta Mechliniæ, eximia Cœnobiorum Gandenſium benefactrix. Similiter Theodoricus Bevernenſis Dixmudæ Toparcha, & Maria ejus filia. Similiter ex Wallia, Serſandriaque gentibus viri primarii.
Capucini. Capucini rigidioris ejuſdem tituli regulæ quando aſſumti, lapidis ibidem inſcrip-
1589. tio teſtatur talis Anno 1589. 6. *Idus Decembris Joanne Beths & Franciſco van Wycbuys Conſulibus Senatus PopulusQue Gandenſis hunc agrum publico ære coëmptum cum ædificiis Patribus Capucinis tunc primùm in hanc ur-*
VOLDERSHUYS. *bem receptis, in Dei O. M. beatæque Mariæ Virginis ac D. Franciſci honorem habitationis ergò conceſſit*, ubi olim fullonum fuerat Curia.

Fratres tertiæ regulæ Franciſcanæ triplicis generis fuerunt: Bogardi, Alexiani, & Tertiarii illi retro Franciſcanos congregati, textoreſque ſub Joanne Divionenſi regulam aſſumpſere, dudum, eò quòd Zepperenſi Capitulo non obnoxii licentiùs viverent extirpati ſunt.

Tertiarii autem griſcis amicti, ſive fratres de pœnitentia Jeſu Chriſti inſtituta tertii ordinis Franciſcanorum profeſſi, ex laicis in commune viventibus, cœperant Gan-
1304. davi ſub Annum 1304. Sed cùm ad inſignem redacti paucitatem, id eſt duos diſciplinâ inſuper flacceſcente, & peculio multùm imminuto minus utiles cenſerentur, Regia & Pontificia authoritatibus locus Carthuſianis *Domus B. Brunonis in eremo* aſſig-
1584. natur Anno 1584. Carthuſianis dico per fu-
1587. rores Hæreticorum Anni 1587. pulſis Cœnobio ſuburbano ad flammas damnato. Quod titulo *Vallis Regalis prope Gandavum* notius,
1320. extrui cœpit Anno 1320.
Carthuſiani. Fundatore è Canonicis Brugenſibus Simone Willebrordi, Ludovici Flandrorum Comitis auſpicio & favore, privatorum accedente munificentia. Floruit in hac ere-
1417. mo Anno 1417. Goſwinus de Beca anteà
Viri clari. Jurium Doctor multiſque Boſtio teſte, circa Canones & Theologiam Scriptis clarus.

Quadraginta poſt eum annis Joannes Divionenſis à Dorlando libro octavo celebratus *tanquam fulgidum lumen inter ſuos emicans*, de indulgentiis, eſu Carnium, participatione Miſſarum, confeſſione Sacramentali, proprietate vitanda libellos doctiſſimos piiſſimoſque evulgavit. Anno 1500. Guilielmus 1500.
Bibantius cujus eruditionem hodieque in ſolennitatibus prælegi ſolitæ exhortationes, prudentiam electio in Generalem totius Ordinis Anno 1521. facta abundè probarunt. 1521.

Alexiani funera curantes ex fratribus communis vitæ Anno 1459. Novembris 1459.
14. regulam etiam Franciſci aſſumpſerunt Pio Pontifice factum probante.

Quadrigam Abbatiarum Virginalium ordinis Ciſtertienſis deſtructo foris mona- Cœnobia Virginum.
ſterio Gandavi inſitam, & faventibus piorum eleëmoſynis novas plantationes facientem dare hîc conſtitueram, puta DORIZEEL, TER HAGHE, OSTECLO, NONNE-BOSCH, ſed quia ſuis locis opportuniùs tractabuntur hîc ſuperſedeo, Gandenſes origine conventus tantùm daturus. Quorum primus facilè Bilocenſis BILOCK.
Hoſpitalario adjuncto celebris, gentem Utenhoviam agnoſcit è primis fundatoribus, nominatim Fulconem Canonicum Inſulenſem & Trunam ejus ſororem circa Annum 1227. celebres; quo etiam Abbas 1227.
Boudeloenſis juſti Roberti Clarevallenſis Abbatiſſam cum tribus Virginibus è novò buſco aſſumptis introduxit, & titulum dedit *Portus B. Mariæ*.

Quod refert Mathias Quadius in Itinerario Germaniæ haberi Gandæ monaſteria Lapſus Quadii notatus.
25. publica peregrinorum Xenodochia 7. Noſocomia 2. Gerontocomia utriuſque ſexus 10. Pœdotrophia, ubi etiam expoſiticii aluntur 2. furioſorum ergaſtula 2. quoad priora tam verum eſt quàm falſum, quoad duo poſteriora. Sed opinor typographum poſitis in locum Romanorum Chaldaicis characteribus auctoris mentem invertiſſe. Certè idem in Theatro Civitatum indies quatuor pauperum millia ære vicatim & in concionibus collecto ali & verè profitetur. Nos ſingula videamus.

Pari quaternario numero Auguſtinianas Cœnobia Auguſtiniana.
dabo ex earum grege quæ *regulares* appellantur. *Agnetanæ* tutelaris appellatione in S. AGNETÆ.
vulgo diſtinctæ, ante duo ſecula coaluerunt; Liberæ antea & exleges, donec Anni 1451. 1451.
Junii Septima, meliuſculè ſibi cautum æſtimarunt, emiſſo ad præſcripta Auguſtini religionis voto triplici. Promovit etiam harum conatus Margareta Comes, & Anno ejuſdem ſeculi 72. primum Eccleſiæ lapi- 1472.
dem poſuit, ubi Joannam Luxeburgicam filiam Comitis Sanpaulini Anno 1478. cum 1478.
pompa introduxit monaſterio habitu induendam.

Curthemenſes, in Deynza opidulo or- SUSTEREN VAN DEINZE
tæ

tæ eodem quo ſuperiores tempore, Begi-
næ primùm, mox tertiariæ, demum cxu-
1427. ſto aliquoties cœnobiolo Anno 1427. Au-
guſtini ſectatrices ſe profeſſæ, Gandavum-
1501. que profugę, Anno 1501. Cœnobium coap-
tare cœperunt circa Parochialem D. Mar-
tini, nunc templum reædificantes *Galilaen-
ſes* ejuſdem ſortis fundatorem reperêre Joan-
nem Eggaert, ab Amſterdamo Batavorum,
1433. qui Anno 1433. duas illo in loco filias Deo
1515. conſecravit, quos Anno 1515. exuſtum
1480. lego, ubi Anno 1480. præfuit Catherina
Burgunda aliæque è gente Haluina, Se-
burgica, Pratia, Virgines monaſticen pro-
feſſæ.

Joris Vranckx. *Vranxianæ* authorem ſuum referunt no-
mine Georgium Vrancx ejuſdem cum ſu-
periore conditionis Virum; titulus eis S.
Barbaræ in Jeruſalem, & extant donatio-
1450. nis litteræ Anno 1450. exaratæ, prima-
que præfuit Jacoba van Ottingem.

Victorinæ autem (ut & eas adjiciam) Au-
guſtinæ ſequaces Serſandrios nactæ funda-
1370. tores Anno 1370. in prata Brielæ per Co-
Groenenbriel. mitem ſunt tranſlatæ, inde *Groenenbriele-
narum* nomen ſortitæ, & Cœnobium no-
vum vulgò dictum. Cujus Abbatiſſa prima
1372. creata Anno 1372.

Franciſcanæ ſuccedant & earum primæ
1462. regulæ Cœnobium Anno 1462. per Hele-
nam Slappes & Barbaram Haleven domi-
cellas nobiles fundatum, non ſolùm norma
vivendi ſtrictiore, ſed exemplo & ſepultu-
ra B. Nicoletę ex Burgundiis oriundæ,
& ſanctimoniâ clarę. Obiit hæc Anno
1447. 1492. 1447. & Anno 1492. oſſa ligneo clauſa ſe-
1536. retro, Anno 1536. poſtquàm in Beato-
rum relata eſſet numerum, plumbeo, ca-
pella ejus nomini per Nicolaum Sarepta-
num Epiſcopum dicata, & in hunc uſque
diem cœnobium optimæ diſciplinæ & nu-
meroſo Veſtalium cœtu commendatur.

Rycke Cle-ren. *Claranæ* ſecundæ regulæ extra ſed juxta
oppidi muros inchoatum opibus Anthoniæ
de Hameyda equeſtris familiæ Virginis
Cœnobium, his turbis deſolatum fugere
compulſa urbem hactenus habitant, &
habuerunt plures primæ nobilitatis Anti-
ſtites.

Parthenones denique tertiam ejuſdem
Franciſci regulam profitentes titulis Do-
muum DD. Jacobi & Joannis cœperunt ſub
idem ferè tempus, & illuſtri fundatorum
ſplendore, illæ Iſabellam Portugalenſem
Philippi Ducis conjugem fundatricem lit-
1472. teris Anno 1472. Aprilis 6. datis monſtran-
tes, hæ Mariam de Burgundia ejuſdem Du-
cis, niſi fallor, natura filiam: ſed hæ il-
lis antiquiores videntur antè aliis aliquot
locis habitaſſe, nominatim in Outbriela &
circa Bavonis, habueruntque Virgines no-
bilitate conſpicuas è gente Grachtia, Heu-
ſta, Wallia & ſub S. Grachtia penſum ho-
rarum cœperunt exſolvere.

Hujus etiam claſſis etſi non regulæ fue- Op 't Sluyseken in de Slyck-Straete.
runt *Magdaleniaaæ* abjurata lubricitate pœ-
nitentes, nunc extinctæ ſunt & Nigræ ab
amictu audientes, quas ut Anno 1470. ex- 1470.
titiſſe & ægris ſubſervire ſcio, templo So-
dalibus D. Urſulæ nuncupato, ita quan-
do cœperint neſcio. Itemque aliæque ex
Eccleſia occidentali tranſlatæ, quibus An-
no 1456. Epiſcopus permiſit regulam aſſu- 1456.
mere, & Anno 1479. Sacellum dedica- 1479.
tum. Itemque Ouderbergenſes titulo S. Ca-
tharinæ, ſub idem tempus Audomaropoli
tranſlatæ, ex cœnobio circa portam Alti
montis.

Beginagium Pratenſe de Hoye titulo Dei- Broeyn-hou.
paræ cœpit extra portas Oppidi auſpiciis
Joannæ Comitis Anno 1234. & Anno 1260. 1234. 1260.
Epiſcopus permiſit Sacellum ſtruere. Pa-
tronoſque habet primos Senatorum. Alte-
rum porrò titulo D. Eliſabethæ eandem S. Elisabetten.
Comitem agnoſcit fundatricem; Męcena-
tes autem & Advocatos Abbates Blandi-
nienſem & Bavonenſem dictante id ſenten-
tia Anno 1531. 2. Maii data. Et hîc aſſer- 1531.
vantur reliquiæ S. Blaſii & caput è Soda-
libus Urſulanis.

Noſocomiorum porrò antiquiſſimum quid
dives à proventu indigetat, *D. Eliſabethæ* Rycke Gasthuys.
ab octo ſeculis volunt cœpiſſe, cui Mar-
gareta Comes frumentariam indulſit exa-
ctionem: Virgines autem ægros curantes
annitente Valtero Epiſcopo Tornacenſi
votis & ſtatutis ſe obſtrinxerunt.

Eſt & Hierocomium cui Anno 1424. 1424.
Valterus Epiſcopus leges dedit aliàs anti-
quiſſimum, ſed ego ad Sacella progedior.
Inter quæ vetuſtatis eſt ultimæ Sacrum *D.* Te Leprosen.
Catherinæ tribus civium Sodalitiis & olim
ſupplicatione votiva ânnali ornatum, ad
commoditatem civium remotiùs à curiali
ſua D. Joannis habitantium ſtructum, &
à Guidone Legato S. Sedis indulgentiis
Anno 1203. locupletatum. 1203.

Georgianum autem à Sodalitio civium
ejuſdem tituli ſtructum Anno 1499. au- 1499.
ctum, & dicatum Anno 1505. Virgini- 1505.
bus in vicino per Maximilianum Cæſarem
collocatis permiſſum ſub Truncinienſium
patrocinio.

Quintinianum Blandinienſi Abbatiæ ob-
noxium à recluſorio volunt inchoatum an-
te tria ſæcula, auſpiciis Arnoldi de Swi-
narda.

Maurianum in Brielæ pratis à Joanne
Abbate S. Mauri Anglia profugo, huc pro-
fugiente ſtructum, ut fama tenet Sacel-
lum patientis Dei, Anno 1452. exuſtum 1452.
memorabili illo incendio, Anno 1380. eſt 1380.
dedicatum.

Guidonianum authorem ſuum Comitem
& Tutelarem præfert, fuit circa Palatium.
Alia Divarum Barbaræ, Annæque quando
cœperint, ſcire mihi non contigit.

Re-

Recluſoria itaque ſubiiciam bina ad Salvatoris ante ſeptennium à Nobiliſſima Virgine, Margareta Traziniaca Principum noſtrorum honoraria contubernali ſtructa, quę eadem ſodalitatis D. Joſephi & indulgentiarum ad eam fuit impetratrix. Item unicum in Sacello Templariorum, alterumque ad Deiparæ in Blandinio, & tertium ad Quintini.

TEMPEL HUYS. Domus & Sacellum Melitenſe cum particulari juriſdictione & immunitate ante
1180. Annum 1180. fundata colligitur ex ſchedis dicti loci: ſequentibus enim illum annis Philippus Comes donationes diverſorum ad
1181. opus Templariorum factas Anno 1181.
1182. Gilberti de Nivella Anno 1182. Wilhelmi Govela, idque ad manus Theobaldi *de furnis qui in Flandria Templariorum beneficia*
1223. *cuſtodiebat*. Item Anno 1223. Comes *terram apud Gandam extra & intra clauſuram*, *Domui & Fratribus S. Templi*, aſſignat. An-
1271. no 1271. Decanus B. Pharaildis collata ab Ægidio Viſchero Canonico confirmat *Domui militiæ S. Templi*.

Arnoldus Abbas S. Petri qui vixit Anno
1209. 1209. fatetur nihil ſibi juris eſſe in terras ad meridiem domus dictæ jacentes. Item
1186. Anno 1186. *Amianus in partibus ciſmarinis domus templi miniſter* cernit Gandavi. An-
1280. no 1280. Gerardus vander Malſtede certa quædam aſſignat *Commendariæ Domuum Templi in Flandria ad opus Templi de Saemſlacht*, Ex quibus convincitur Templarios hos latè in Flandria divites, inprimis *Cuſtodem beneficiorum* in ciſmarinis habuiſſe, ſub quo *Commendaria* Flandriæ erat, & ſub ea *diverſa Templa* nomen ſervantia.

Extirpatis porrò Templariis cùm bona Melitenſibus eſſent aſſignata; eis Anno
1434. 1434. Synodus Baſilienſis Abbatem Bavonicum & Friſidiaconum Cameracenſem dedit Conſervatores, rogatu Rocoaldi de Rochechouart Commendatoris Preceptoriæ Hannoniæ & Flandriæ.

OP DE CRAENLEYE. Gerontocomium *D. Catherinæ* domibus & præbendis inſtructum, quarum ſex cùm ab Ingelberto Immerſelio Vice-Comite Aloſtano, totidemque à Nicolao Serſanderio, & pari numero à Cornelio van Pottelberch, & Joanni Steenlando conferantur, & proventus ab eis eorumque hære-
1571. dibus gubernari ſententia Anni 1571. decretum ſit: probabile ab eorum majoribus fundatum.

WENNEMAERS HOSPITAEL. Aliud vetulis magno numero ſerviens fundatorem ſuum nomine præfert Wennemarum nobiliſſimum Equitem & uxorem in viduitate hîc egenis ſe mancipantem teſte ejus ibidem extante Epitaphio, ad Annum
1590. 1590. renovato.

Interemptus eſt autem dictus Gulihelmus Wenemaer à Roberto van Caſſel in Reckelgem quinta Julii Anno 1328. Uxor- 1328.
que Margareta Sbrune maritum moriendo ſecuta eſt 1352. in Septembri prout ibidem 1352.
annotatur.

Hoſpitale laborantium contage, cura publica fuit aliquando apud Alexianos, ad ripam Liviæ, circà Haut Leyam & Schaldis circà confluentem vulgò DE VYF WINTGATEN dictam, in locum hunc Anno 1598. tranſlatum. PEST-HUYS. 1598.

Habent & Gerontocomia Sacellaque Nautæ & textores, & extant illorum dotationes aliquot, & memoriæ in Saxis & laminis parieti affixis, Anno 1458. item 1458.
1423. & 1529.. 1423. 1529. SCHIPPERS-CAPELLE.

Horum antiquiſſima, quam quidem videre contigit data eſt Anno 1328. Erat & 1328.
Hoſpitale circa ædem D. Gregorii collapſum nunc vetuſtate, aut vitio Curatorum, ſed de cujus initio nihil datum eſt cognoſcere. WEVERS CAPELLE.

Orphanotrophium fuit olim ad Romam Vico Burgenſi: inde in portam arenaceam tranſlatum, & teſte inſcriptione. *Commodiſſimam hanc orphanorum Domum ære publico in bonum publicum emptam prima Kalendis Novembris Anno 1605. adornarunt*, Ro- 1605.
berto Hellino & Ludovico Blazero Coſſ. cui adjacet Pædotrophium *Bonarum infantium*. Huc etiam referendæ ætate aut egeſtate laborantibus obſequentes Virgines Georgianæ Anno 1505. introductæ, & D. 1505.
Joannis in Porcario foro, ejuſdemque tituli & inſtituti vetulæ apud portam Brugenſem à Joanna Comite, quod ſuſpicor, doratæ & POORT-ACKER octo perſonarum Hoſpitalia Warnewicis luculenter dotatum ſub tutela D. Alberti, Capella D. Dionyſio dedicata, ubi primos egiſſe aiunt Minoritas. WEES-HUYS. BONEFANTEN.

Hoſpitale porrò ægris, egeniſque & peregrinis ſerviens, fundationis ſuæ authorem Joannem Hebbrecht nomine præfert, annumque 1327. in craſtino nativitatis B. 1327.
Mariæ Virginis inuſitatis characteribus ad tumulum fundatoris expreſſum.

Biloca denique Anno 1201. per Ttunam Utenhoviam & Falconem ejus fratrem circá Prædicatores ad pauperum ſolatia, & receptaculum inchoata, ſed ſeptennio pòſt in locum, ubi nunc viſitur, tranſlata. Quibus accedunt Hoſpitalia D. Margaretæ, Annæ, ſolo mihi nomine nota; & ad extremum S. Jacobi Geronto Xenodochium BILOCKE. 1201.
cujus ara major Anno 1289. cœmeterium 1289.
Anno 1291. conſecratur & preces fiunt 1291.
quotidianæ nominatim pro Joanne Sloors Domino Giſelberto, & Domina Sibilla Spaeps.

J. B.

J. B. GRAMAYE

AUDENBURGUM.

AMbitus 46. pagorum Urbem quaquaverſus cingentium Caſtellaniæ veteris Burgi titulo cenſitus, more aliorum dividi non incommodè poſſet in Keuram & Vaſallagia, illam à Margareta Conſtantinopolitana præſcriptam pagis alium à Comite dominum non agnoſcentibus, revocatis ad duo tribunalia, occidentale apud Sleidingam, orientale apud Deſſeldoncam ſtabilitum. Hæc à Dynaſtis utriuſque ordinis, beneficio Comitis ſeculare imperium adeptis, aut capitatim poſſidentibus velut erepta communi & utili Principis Flandriæ dominio. Et prout Eccleſiaſtici Prælati potiſſimùm Blandiniani & Bavonenſes loca ſuæ juriſdictionis acquiſierunt emancipata, nec releviæ Comiti debentia, ita ſeculares ferè hæreditatem ſuam à Caſtro Audenburgi in feudum accipiunt, & paribus hominibusque Caſtri ab antiquo ſubjiciebantur. Cùm autem ad commune ſubſidium aut precaria conferant, de quibus potiora Caſtellaniæ membra ſolent diſpicere, tribunal ad hoc & comitia hebdomadatim habentia, & juris conſultos binos (nunc Jacobum Canju Poperinganum & Franciſcum à Zevecote viros prudentes) Quæſtoremque hæreditarium, nunc Joannem Armenteros ſubſtituto Martino à Malaſſii munus obeuntem, tum verò vulgariter in quatuor Balivorum diſtrictus ſolet totam ditionem partiri, Audeburgi nimirum, S. Petri, S. Bavonis & Nevelani, quibus dignitatibus nunc funguntur Georgius la ſaille dominus de Oudegoeden, Bartholomæus van zocte, Jacobus Borluut D. Schoonbergæ, Georgius D'Hont. Etſi autem Juriſdictiones poſteriorum ſeparentur, tamen ego ad majorem lucem malui mixtim ſingula, prout ſitus præſcribet, proſequi.

Evergen. Ad ſeptentrionem itaque egreſſis oppidum inter Moeram & Legiam eſt patrimonium S. Bavonis (quod malè Marchantius Blandinienſium facit) Comitatus titulo nobile à Razone Gavero & Beatrice ejus uxore Anno 1282. partim acquiſitum, intra cujus ambitum varia ſunt, plura tamen fuerunt nobilium prætoria; ut ſunt Boucla Borluutiorum, Stena Helwigiorum, aliud que Prætorum Bavonenſium reſidentia aliquando famigeratum. Abbatia item Ciſtertienſis inſtituti à ſenticeto dicta

Doirzeel. inter vepribus horridos ſaltus extructo ad Annum 1204. ſacello, & triginta poſt Annos advocatis Virginibus fundata opibus Giſtellanorum, auſpiciis Margaretæ Principis. Ubi Abbatiſſam egit ex gente Wallia Aleydis in ordine prima: Ex Pœlia Aleydis Anno 1298. Ex Axpœlia Margareta Anno 1440. & 1450. Ex Utenhovia Margareta 1460. & altera ejuſdem nominis 1420. Ex Steenlandica Catherina Anno 1419. Ex Vilana Gatherina Anno 1330. Recenterque Maria à Burgundia, Anno 1585. cui ſucceſſit Gertrudis de Montenecro. Hùc etiam ſpectat Woudregemium non tantùm arce ſua per Ludovicum Malanum excultum & circa Annum 1369. ædificiis aucta, decennioque pòſt exuſta, ſed etiam Eveſteynio prætorio gentilium van Kathulle pronuper, & denique Mortanienſium. Woudregem.

Adjacet porrò his Sledinga vicino aquæductu nobilis, & juxta ſylvam cœnobio Ciſtertienſi clara (ſui aliaquin juris & privilegii) Waerſcotia, inchoato per Simonem Utenhovium Anno 1404. aſſenſu Joannis Epiſcopi. Cumque locus examine Abbati Villarienſi commiſſo Monaſterio convenire indicaretur, Anno ejuſdem ſeculi 48. dedicatus, Nicolao Suffraganeo Epiſcopi, & ſequenti Monachis è Warmonda Batavorum evocatis eſt concreditus titulo Curiæ noſtræ Dominæ. Exhibuit ſanè mihi Gulielmus Caſtillerius 24. loci Prior & Proabbas tum in Baudelo litteras Joannis Epiſcopi Tornacenſis Anno 1404. Simoni de Curia poteſtatem ſtruendi cœnobium facientis. Et D. Ciſtercienſis ſequenti Anno Abbam Villarienſem viſitando loco deputantis. Nicolai denique Danii Paſtoris Waerſcotani Anno 1445. 18. Martii, cum dicto Simone obſonatore Philippi Principis & Margareta Buſers uxore ejus, ſuper juribus Parochiæ convenientis. Primus porrò Prior Judocus ex cœnobio Doncano Anno 1447. electus eſt, & fundator Monachum indutus Anno 1462. 7. Martii obiit, uxore in Bilocam ſecedente, & ibi Anno 1480. in Hoſpitali ſepultæ, ubi ſe vocat Fratris Simonis viduam. Intra Waerſcotiam porrò erat vetus Prætorium cum Warandia & juribus olim gentilium de Luu, nunc domini de Bieſe ex Rodoanis Berlegemiis viri Gandæ primarii. Ultra Liviam eminent Dominia primæ notæ Ronſela gentilium de Adorno ex patriciis Genuenſibus Brugis inſiti, ubi fundatorem Gerontocomii, Sacelli, & Xenodochii Jeroſolimitani, & monumenta familiæ habent illuſtria, Equites à peregrinatione ſacra, Conſularem Opicium Adornium virum litteris & quovis genere humanitatis inſtructum, & Rectorem Societatis Jeſû noſtra memoria. Lovendegemum Trieſtriorum Caſtro & Dynaſtia ſpectabile, qui Germanicæ originis ante duo ſæcula Palatinis Flandriæ & Senatui Gandenſi inſiti, nunc Waerſcot Ronſel. Lovendege.

nunc habent Gubernatore Safftingano natos ex Archidiacono Gandenſi Magnum Brugenſis Cathedralis Decanum, Conſulares Ridderhoviæ Mecklebecæ, vander Delsh dominos, Gandenſes viros Illuſtres, Ouvegemi & alibi Toparchas, viros clariſſimos. Somergemium Snocartiæ gentis etiam Brugenſis originis, & apud Gandenſes pridem notæ & muneribus publicis nobilitatæ.

Somergen.

Angulus orientalis pridem Croyacorum & Comitis Solrani, nunc Caſenbrotiorum familiæ in Flandria natæ & notæ. Et ut Urſelam prætercam, latiùs ad occaſum vergunt illuſtrium Wooſtinæ Baronum latifundia in Haltertino, & ſolet prætorium Kueſſelaria Dominiis ante Dominos Prætæ, dictos à Flandria, Baronem de Roſin modò, reſpicientibus.

Ooſtwinckel. Vrſel.

Verſus Liviam autem & bicornis Calæ illum augentis ſcaturigines Caſtro ornata viſitur Hansbeca, olim Halewiniorum, nunc dotalitio jure Gubernatorem Gravelinganum Gernonvallum virum genere nobilem, virtuteque apud Belgas ſua nobiliorem Dominum habens: & Bellemum Philiberti de Rym nobilis & clariſſimi viri Dynaſtia. Cujus familia etſi argumento inſignium putetur è Comitibus Cattimellibotii, & argumento ſymboli gentilitii è Caſtello Saxoniæ Byſterveldio oriunda, tamen reperitur ante plura ſæcula Gandavi floruiſſe, & nominatim habuiſſe Balduinum Equitem in Herchem & ejuſdem nominis anno 1177. in expeditione Paleſtina nobilem, Jordanem inſuper Anno 1303. in oppugnata Conſtantinopoli Balduino Cæſari militantem, Simonem teſtibus litteris Philippi Ducis Anno 1374. duello contra Joannem Sicælium ſuſcepto victorem, Balduinum denique Anno 1309. manu Ludovici Comitis cinctum equeſtri Baltheo. Extat ejus gentis in cripta D. Joannis celebris tumulus & in Collecta Teneręmundana extitit alter hac inſcriptione

Ansbeeck. Bellem.

Symon Rym Dominus miles armis decoratus,
Teneræ mondenſis Prætor Regionis & Urbis,
Hic laudes ſtatuit ſub ſaxo Religionis,
Anno milleno centeno quater quoque deno.

Superſunt hodieque inter Senatorios Gandenſes & alibi in territorio hujus familiæ proceres, & in altero ordine Gerardus ad D. Petri in monte Blandino Prior, vir integerrimus.

Inter Legiam porrò & Scaldim Toparchiæ ſunt Abbatiarum Gandenſium Bavonenſis quidem Latemum deſtructo Prætorio eleganti non carens. Blandinienſis autem Affsnedia, Oginæ Comitis donum, Weſtum B. Dionyſii patrocinio celebre, Severgemium & Swinardia hæc caſtro ornata Abbatum aliquot ſenio fractorum aliquoties aſylum & refugentia. Haud procul autem hinc Duerla conſpicitur, & Cortracenſis & Aldenardenſis partim ditionis Nazarethum Damantii Domini de Dinſtvelt Dominium, ante vander Neſſen Conſiliarii, & ad extremum Eeka Scepperiorum, qui à Mortaniis acquiſierant, Gandæ patriciorum nuper; nunc Franciſci de la Cornhuſe V. N. Dynaſtia Cornhuſii origine, quod arbitror Flandri ſunt. Ab Oriente urbis inter Scaldim & Mooram peculia dictarum Abbatiarum ſunt Bavonenſis Ooſtacker, Seveneyke, Mendonc, (oſtenditur locus ubi B. Livinus pœnitentiam egit) Lo-Chriſti, hoc prætorio ornatum: Blandinienſis Deſſelberch & Saffelaria hæc olim caſtro inſtructa, & cum Warandia per Guidonem Comitem Anno 1289. Monachis confirmata, & legibus per Joannem Abbatem inſtructa Anno 1264. Ad alios autem ſpectat Deſſeldonca qua de ſuperiùs dixi. Deſſelberch familiæ de Notarit nuptæ Domino de Potellis, & Hueſdenum gentis de Gandavo à pluribus ſæculis annexa Vice-comitatui Dynaſtię, ſub qua viſitur Abbatia Nonneboſch.

Latum. Afne. Weſtum. Severgem. Swinaet. Duerle. Nazareth. Eeck. Ooſtacker. Severgem. Mendonc. Lo-Chriſti. Deſſelberc.

Quæ domus dicta B. Mariæ de novo Buſco cœpit Anno 1225. in Waſia, ſed titulo Veteris Buſci, conſtituta prima Abbatiſſa Oda, cui ſucceſſit Aleydis & Chriſtina. Anno autem 1247. tranſlatus conventus à Comite in Parochiam de Heuſdene propè Gandavum, ùbi Anno 1464. exuſto dormitorio omnia Eccleſiæ monumenta perierunt. Pręfuerunt ab Anno 1505. hæ, Catherina Bedruan, Catherina Scamans, Elizabet Cabbeliau, Margareta Bieze, Barbara Blancart moderna deſolati conventus ſedula reparatrix.

Succedit caſtro inſtructus ſplendidiſſimo, territorio 12. vicorum latè patenti, juriſdictione ampliſſima Baronatus, & municipium Nevelæ, Baronatus à nobiliſſimis gentibus Villana, Hornæa, Montmorencya, poſſeſſus aut vindicatus, nunc à Martino la Faille viro potenti & induſtrio acquiſitus jure retractus à Lalanis, reperitur municipium nundinis & foro, opificiis & gildis, ante duo ſęcula inſtructum cœnobio virginali Franciſcano & Hoſpitali ante centum quadraginta annos ornatum. Pagi autem Nevelanæ ditionis hi ſunt: Bouſela, Loten, Hulla, & Landegemum ab una fluminis parte; ab altera autem Vinct, Maiegem, Zeveren, Gentis Beveranæ, Baerle, Vorſelaer, Bachten, & duplex Lederne, intra quorum limites eſt Odonca Arx ante incendium Anno 1491. à Gandenſibus procuratum, longè pulcherrima, & dominium Bachtenum & Reckelgemi pons pugnâ commiſsâ celebris, aliaque plura ſubalterna, ſed de quibus aliiſque hujus terræ ornamentis necdum diſtincta mihi deſcriptio eſt communicata, ſecundis

Nevele.

cundis curis magis ampliter ſingula percurſuro.

Reſtant ad alteram Lizæ partem dominia Wouterſiorum Flandriæ patritiorum Venderhoutum caſtro inſtructum cis, & Merendra vetus Bavonenſium & Truncinenſium reſcriptis notis ultra Calotiviam, Marickerka denique Principis & Truncinium gentilium de Coultreau è Galliis productorum, inque Flandria pluribus locis dominatorum, & in Brabantia Baronatus Jaceanum & Aſcanum, in limite Hannonico ſylvam Leſſinienſem poſſidentium Dynaſtia Monaſterio celebri per D. Amandum ſtructo nobilis, & tribus per Baſinum Regem templis ędificatis in honorem Deiparæ, Apoſtolorum Principis, & Jacobi; quorum duo interciderunt, tertium Abbatiale in ruinis jacet à clade nuperis bellis illata. De hac autem Abbatia quæ aliàs ſcripſi ſubjiciam, ſi priùs de B. Gerulpho Merendræ nato, & Blandinii ab Helisæo Epiſcopo Noviomenſi Confirmationis Sacramentum adepto, inque via per Patrinum ſuum necato, & in Baſilica B. Radegundis ſepulto, annoque 915. per Aiccardum Epiſcopum ad Truncinienſes tranſlato, monuero; eum utpotè Flandrum natione in conventu Aldenardenſi Anno 1030. primas obtinuiſſe, in ſupplicatione omnium Flandrię reliquiarum allatione, ſplendida. Truncinienſis canonicorum Regularium Præmonſtratenſium Abbatia vetuſtate eminet, & authoribus D. Baſino & Amando, qui ante annos mille Villa Truncinis territorio Gandenſi, pago Menapiſco clericorum ſodalitatem legitur inſtituiſſe, & templum honori Mariano ad flumen Legiam ubi caſtrum fuerat dedicaſſe. Vivebant ſub Præpoſiti unius obedientia, numero quadraginta tres, donec exuſto per Barbaros cœnobio profugos Balduinus comes Anno 884. reduxit, ideò ſecundarius Truncinii fundator habitus. Hìc moniti in ſomnis Gunteaus Lantbertuſque ſacerdotes comitem, comes Ynardum Antiſtitem Noviomenſem induxit corpus B. Gerulphi ex Merendra vico Truncinium deferre, quod factum anno partus ſalutiferi nongenteſimo quintodecimo, 8. Idus Octobris. Hic etiam S. Baſini Regis & Martyris, filiæque Aldenundis fundatoris, ut volunt, primi ejus Eccleſiæ ſolemniter oſſa ſervabantur, teſte ad 14. Julii, & 20. Junii Molano. Præpoſitorum poſt Balduini reſtaurationem primus Joannes, alter Reinerus, tertius anno 951. ſurrogatus. Arnulphus ſive Aſcelinus Pariſiorum Epiſcopus Comitis Flandriæ frater: Canonicorum autem numerus erat ſedecim.

'S Gravenerde.

Drongen.

R*Obertus autem, Spiritus ſancti gratia commonitus in exordio Principatus ſui quæ Dei ſunt primum quærere, Cùm Eccleſiam Chriſti quæ eſt in Truncinis in honorem B. Mariæ fundatam ab exordio fundamenti in manu anteceſſorum ſuorum, atque ita in ſua ſine ullo reſpectu, ſine ulla poteſtate Epiſcopi comperiſſet, animadvertens nec rectè aut legitimè eſſe ut ſæculari poteſtate, ſine clericali capite Eccleſia diſpenſaretur, Eccleſiaſticis perſonis interpellantibus; Principibuſque ſuæ poteſtatis faventibus ab omni poteſtate ſua & poſterorum, & ſubditorum ſuorum liberam fecit, condonans eis quidquid Comitatus, aut advocationis aut reditus habebat, nihil juris in ea ſervans, niſi hoc tantùm quòd Præpoſitum ipſe daret, & Epiſcopus curam animarum det ei cui Marchio Flandriæ Præpoſituram dabit. Actum in Eccleſia Iſtenſi, Anno* 1087.

Præfuit exinde Godezo Præpoſitus quocum ſimultas fuit Canoni Prætori, fugatique clerici, direpta clauſtra & alibi incenſa, ſed repentina morte oppreſſus Cono reditum Canonicis patefecit. Hoc incendium cùm anno 1131. alterum à Gandenſibus ſecutum eſſet, Iwanus de Aloſto ſeptem pòſt annos invitis & reclamantibus Canonicis Regulares ad Norberti præſcripta degentes ſubſtituit Eugenio Pontifice anno ejuſdem ætatis 47. mutationem à morte Hutgerii Præpoſitorum ultimi approbante. Exinde Truncinium cœpit eſſe Comitum Aloſti & gentilium de Gandavo quaſi Mauſolæum quò illatus Iwanus Comes cum Laurettæ conjuge, Theodoricus cum Swanilde & Sibilla uxoribus, Guilielmus Lickerkius Iwani nepos, Rodolphus Caſtellani ejuſdem frater præter viros nobiles Balduinum de Waſia, Euſtathium de Petegem, Gerardum de Grimbergis, Sigerum de Cortraco, Gerardum Weſemalium Bergarum Baronem, alioſque hìc magnificè tumulatos. Fuerunt certè ex Archimandritis præclari Petrus Bloc infulis à ſancta Sede impetratis Anno 1544. mortuus. Ægidius Baes templo à fundamentis extructo anno 1558. Joannes Voel diſciplinæ ſerius curator, anno 1472. Joannes Colinshaus anno 1417. famam modeſtiæ & prudentiæ adeptus. Razo boni vituli anno 1400. quadraginta Præſes Monachorum, Galterus Boelin anno 1485. & Joannes Kempe 1395. & Oliverius Stappaert anno ſequentis ſæculi 45. œconomiæ laudibus celebrati. Cœnobium, turbis belli civilis Belgici anno 1577. oppreſſum in cineres penè abierat, ideoque malis docti cœnobitæ tutius in urbe ſtruunt Monaſterium, templo anno 1607. dormitorio & clauſtris biennio pòſt perfectis diligentia Prælatorum: Franciſci Scouleti noviſſimè defuncti, anno 1602. & Levini Molinæi Gandenſis nunc regnantis, virorum induſtria prudentiaque non vulgari præditorum.

AMBACTA,

AD

ORNATISSIMOS OPPIDORUM

ET TERRÆ SENATORES.

HULUSTUM.

SIc ferè Meierus in Annalibus fidem & lectionem Chronici Trajectenſis ſecutus vocat oppidum quod nunc muliebri, nunc neutro genere contractim appellant Hulſtum ſive Hulſtam, ſic à noto arbuſti genere dictam, cujus folia Peonem gentilitium in ſcuto prçferri ſolitum circundare, norunt quicumque urbis inſignia. Nec enim aliquo, nec alio quàm fabulæ loco reputandum, quod nonnemo putat Hun-luſt, id eſt, Hunnorum delitias loco ut nominis, ita notitiæ occaſionem dediſſe. Antiquitatem certè arguit D. Wilebrordi Rheno-Trajectenſium Antiſtitis hiſtoria; inter alias regiones hanc Flandriæ maritimæ oram ſalutaribus aquis expiaſſe & ad veri numinis cognitionem idololatras produxiſſe referens, & nominatim Biervlietæ & Huluſti ſacras ædes dedicaſſe. Unde factum ut, licèt longiſſimo diſſita tractu hæc regio, tamen dioceſeos Ultrajectinæ permanſerit, uſque dum per erectionem Gandenſis & aliorum Epiſcopatuum ei, utpotè viciniori acceſſit.

Etſi urbis primordia longè altiùs repetere poſſim conjecturæ anſam præbente Ottonis reſcripto transſcribentis inter alia Eccleſiæ Trajectenſi villam Malaorum & caſtrum Huluſt; tamen non libet, ob rerum & antiquitatis obſcuritatem Philippi Elſatii ævum antecedere, qui Flandricorum Comitum primus Burgenſes de Hulſt ſuam in protectionem accepit, teſte anni 1070. diplomate, ubi Margareta Comes inſerens ad longum Philippi prædiceſſoris ſui litteras ſubjungit: *Noſque Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa ſupranominata, attendentes quòd licèt dictum privilegium ipſius Comitis prædiceſſoris noſtri ipſis Burgenſibus noſtris de Hulſt, prout ſcriptum eſt, conceſſum præcedenti tempore per infortunium in incendio Villæ de Hulſt combuſtum fuerit, ipſi tamen Burgenſes tam ante combuſtionem, quam poſt eandem, prædicta libertate benè uſi ſint, &c. volumus quòd ab omni telonio & conſuetudine per totam terram noſtram Flandriæ in perpetuum ſint liberi, &c. excepto telonio S. Audomari.*

Secundum porrò Urbis ſive incrementum, ſive natalitium rejici poſſet in annum 1350. cùm Ludovicus Comes fidei Hulſtanorum probatæ merito libertatem & legem civitati præſcripſit.

Erat autem id ævi curioſè magis quàm ſecurè habitata, jure quàm muro felicior circa Fanum Caſtrumque vetus luculenter habitata planities, injuriis tamen Oceani & transfretanæ Bataviæ obnoxia, donec his malorum diſpendiis admonitus Joannes Divionenſis Dux, oppidi partem muro, foſſâ, portiſque circumdari, permiſit anno 1413. Mandatum id quidem, ſed executioni non ita mox mandatum; unde neceſſarium fuit ejuſdem ſæculi anno 1426. alterum eodem fine indultum obtinere. Cujus vigore intra paucos annorum decurſus perfecta mœnia, portis quatuor aditum præbitura. Ornatus mœnianarum, turrium & ſplendor duarum portarum circa annum 1460. crevit, propugnacula terraque congeſta moles quas ab uſu defendendi ſcloporum jactibus ad aut interjecta murorum latera Bolwerken Vernæ nuncupant, acceſſerunt Ambacti totius opera & ſumptu concurrente anno 1491. Munimenta portarum inciſaque & alibi aucta oppidi mœnia (tanto apparatu, ut aliam planè grata metamorphoſi ſpeciem induiſſe videantur) recenter ſunt à Principis cura, Gubernatoris induſtria, civium labore. Eiſdem accepta ferunt derivatæ recenter longo canali in medium foſſata aquæ fluviatilis commoda. Eiſdem conſpicuum latè & eminentiora vicorum altè protegens portæ, à duplici repagulo, duplicis nomen adeptæ impoſitum propugnaculum. Ita ut ſtatu hoc rerum Urbs videri queat inexpugnabilis ad tres cœli plagas tam agro quàm aggere ob maritimas illuviones ſtagnantibus. Inſulam diceres niſi ſolitarium verſùs Flandros tramitem interminare vidiſſes. Interior autem ejus facies ante annos centum viginti ſtramineis ut plurimùm tectis ædificia monſtrabat, & demum nitidiores tegularum & laterum operæ videntur intromiſſæ. Habitatur ſic ſatis frequenter, raræque vacivitates ſunt in meditullio, plures horti & viridaria ſecundùm muros. Gaudere ſolet portu tribus ab urbe paſſuum millibus in Oceanum ducente ex privilegio Philippi Audacis per nepotem cognominem, cognomine Bonum, confirmato ſub annum 1420. qui tempore & juſſu Caroli Cæſaris anno 1527. repurgatus, nunc iterum arenis obſepto itinere jacet inutilis.

Calamitates oppidum hoc ingentes tulit, ſed quod pulcherrimum non ſuo vitio, & cum aliquo veræ virtutis concurſu. Quod enim Margareta Comes in diplomate ſuperiùs laudato, incendium totius villæ refert, non obſcurè innuit fortuitum fuiſſe. Quod Meierus ad annum 1452. à Gandenſibus fanaticis occupatam, & planè excepto templo exuſtam notat, non alia propter addit quàm quòd legitimo ſe Principi commiſiſſet. Quòd anno pòſt ſexto-decimo iterum

rum quod à clade priori reliquum aut refectum fuerat perierit cum Halla, portis duabus & turri Eccleſiaſtica igni per incuriam fullonis malè ſopito attribuunt diaria. Quod denique anno 1485. poſtridiè Kalendarum Sextilium miſſo à Gandenſibus perduellibus, Roberto Langio militum copiis ſtipato & multa inſolenter minanti reſtiterint, & profugum cum ſuis in curiam ſubjecto igne cremaverint, juſtum dolorem agnovit & ignovit Princeps quòd ſaucios è ſuis plures, libertatem oppreſſam, jus violenter conculcatum indignarentur, idemque triennio pòſt ſpoliatos à rebellibus cives non vulgari privilegio liberat ab omni Gandæ, Brugarum, Curtraci & alibi contracto ære alieno.

Alterius claſſis ſunt quæ nuper communi naufragio cives involverunt, opprimi cœpta per hæreticos Anno 1566. profanatis templis, religione, re autem publica per eoſdem Gandâ advolantes ſub annum 77. oppreſſa. Et cùm Alexander Farneſius Belgii Prorex ſeptennium poſt Urbem Regi & Religioni vindicaſſet, Mauritius adverſæ partis ductor eandem anno 1591. ſub jugum miſit hærentem donec Albertus Archidux è Patribus tum adhuc purpuratis S. R. E. poſt difficilem obſidionem ſui juris fecit, qua de re diſtichon litteris, verbisque annum exprimens, tale olim ſcripſi.

QUando DUCI ALberto CaDIt hULſt? à VIrgIne partU
LUſtra treCenta M. ter trIa & annUs erUnt.

Ex quo Batavi cum Inſulis Zelandicis rebellarum & limitaneum eſſe cœpit Huluſtum perpetuo inſtructum præſidio peculiarem Gubernatoris titulo reveretur Præfectum, nunc Nicolaum la Biche virum militaris rei gloria, virtutis laude, & acquiſita uſu prudentia nemini facilè ceſſurum, cujus vigilantiæ ſervatum, induſtriæ munitum, moderationi præſervatum à tumultu & clade debetur oppidum. Inclareſcere illud, ait Marchantius, Burgraviatum, ſed ego proprium habuiſſe hactenus non reperio, Vicecomitem tamen Gandenſem certus hìc trientem mulctarum percipere, & nonnullis in tractu prærogativis gaudere. Prætoris munus genti Liedekerkanæ hæreditarium jam inde fuit. Senatus ſeptemviralis per delegatos Principis annuatim innovari ſolitus ab antiquo fuit. Collegia etiam Sagittariorum veterrima, ſed ob frequentes incendiorum clades deperditis litterarum monumentis primitiva non ſuperſunt; nec de collegiis niſi ſub Carolo quinto, de Scabinis niſi ſub Maximiliano, de Scolteto niſi ſub Philippo Bono, data inveni.

Crevit cum ſæculis civium & imò variavit mercatorum opitulantibus privilegiis nundinatio. Anno Chriſtiano 1200. obtenta teloniorum immunitate armentariam Huluſtani exercebant. Sequentis ſæculi Anno 21. impetrato liberi lanificii exercitio per Maximilianum Cæſarem Anno 1490. aucto circa telas multùm occupabantur. Denique Anno 1420. privilegium portus ab avo datum confirmante Philippo Duce cœpit ſalis coctio & ſtabulatio hic uſurpari, & licèt à Biervlitenſibus lite intentata idem ſibi arrogantibus negociatio interciperetur; tamen poſſeſſio penes Huluſtanos manſit, Principe viſis privilegiis ſubſcribente. Et vidi à Senatu præſcriptas Anno 1507. leges ſalariis, audivi qui viderint cacabos & alia hujus nundinationis & opificii inſtrumenta, legi diploma Ludovici Creſſii, coctores ſalarios Hulſtenſes à portorio Audomarenſi liberantis. Univerſales porrò his aliiſque rebus nundinas tam Maio quàm Sextili quis indulſerit, hactenus ignoro. A Divo Willebrordo vindicatos Chriſto, à Cæſare confirmatos Trajectenſibus poſt Willebrordum Epiſcopis dixi ſuprà. Addo primam idolis doliſque pulſis Apoſtolorum Principi nuncupatam Eccleſiam à Normannis everſam, à Roberto Friſio 1072. reſtitutam adhuc ſuperſuiſſe hominum memoriâ. Cui ſubſidiariam poſteri erexêre patrocinio Apoſtoli Willibrordi gaudentem, inſignem illam choro, pronao, turri, ſacellis, re divina, & ſepulchrali. Monumenta fuerunt ante vaſtitatem ultimam marmore conſtructa aliquot, nominatim Alberti Marchionis Badenſis in exercitu & comitatu Maximiliani Cæſaris vita functi & hìc ſepulturæ locum adepti, cujus intuitu Fredericus Antiſtes Trajectinus Marchionis frater, Curatos, beneficiatos, & innatos Sacerdotes, Cuſtodes & Rectores ſcholarum dictæ Eccleſiæ eximit à juriſdictione Archi-presbiterali datis Anno 1502. poſtridiè Kalendas Maiales. Sacra peragentes ad numerum triginta duorum excreverunt munificentia bonorum civium pro remedio animæ anniverſarias conſignata dote preces fundantium. Unde in vulgo Curiales hi Presbiteri, obituarii nuncupabantur, & Rodolphus Epiſcopus ſub Anno 1450. decrevit horarum Canonicarum penſa ab eis quotidiè ſolemniter decantanda. Turris hujus Eccleſiæ Anno 1468. & iterum Anno 1562. cum reliquo ædificio cremata ad priſcam majeſtatem licèt refecta, nunquam pervenit. Templum à Gandenſibus ſub Maximiliano Archiduce, & rebellibus ſub Philippo ſecundo Hiſpaniarum Monarcha profanatum intra paucos annos non parum recuperavit nitoris, Sodalitate Roſarii Mariana introducta, & Sacellis non vulgariter adornatis curante imprimis Anthonio Maio Theologo Pateæco & Decano rurali hujus diſtrictus, viro doctrina, prudentia, integritate famigerato.

Præter Curteriacenſe Capitulum Urbanæ, Abbatias Cambronenſem, Truncinienſem, Dunenſem, Baudeloanam, Douſtenſem ſuburbanarum Parochialium proviſionem obtinentes, ideoque tam in quàm circa oppidum inſtructas oratoriis domos habere ſolentes: Egregium eſt Franciſcani inſtituti cœnobium in mœnium conſpectu per Jodocum Creveninghen Equitem Philippo Duci à conſilio & cubiculis, & Eliſabetham Suilden fundatum, authoritatem faciente Pio Pontifice ſcriptis Anno 1458. Sed cùm à milite præſidiario quæ vix radices egerat domus everſa eſſet Anno ejuſdem ſæculi 80. munificentiâ Senatus intra muros ſe recepêre fratres. Donatio facta Kalendis Februarii Anni 1480. reſtauratio circa octavum ab inde annum, Conventus hic ædificiis ſic ſatis adornatus hæreticorum manibus everſus nunc civium favore, cura P.... Guardiani paulatim reſtauratur.

Alterius ſexus fuiſſe Beginarum in ſuburbano Curiam porta hodieque nomen ſervans demonſtrat. Eſſe & à tribus ſęculis eſſe Xenodochium à Virginibus Auguſtinianis dirigi ſolitum docent memoriæ veteres, & mutato in melius inſtituto Noſocomium Anno 1603. factum norunt omnes, advocataſque ex Antverpienſi conventu Virgines ſuorum more ſuo exemplum ægris ſubminiſtrare. Unum addam, cujus fidem faciat Cornelius Janſenius ex cive & Scholari Huluſtano ad Epiſcopatum Gandenſem evectus, ſolere Huluſtanos erudiendis diſciplina humaniori liberis non obiter vacare, quo ſine tam Antverpiæ quàm Pariſiis (quod mirum, verum tamen) habent à concivibus relicta ſubſidia ad opus ſtudioſorum aliquot hic aut hinc ortorum.

AMBACTUM HULSTENSE.

AMbactum Hulſtenſe, niſi Oceani irrumpentis vehementia incredibile diſpendium pareret, ſoli fæcunditate, ditionis amplitudine, dignitatis eminentia primas obtinens nunc annorum 1606. 1570. & aliàs inundatione melior agri portio ſub undis abſconditur, olim fortaſſis per otium pacis recuperanda. Pagos nihilominus intereſt annotare & in eis Cœnobiorum ampliſſima latifundia Cambronenſis apud Hannones imprimis Prioratum in Stoppeldicka, & juſtitiam in Abbatis valle dudum ex munificentia Caſtellanorum Gandenſium obtinere ſoliti. Dunenſis Curiam Monachorum Arenæ in Houteneſſa agros, arva & paſcua apud Oſſeneſſe dono Comitum Flandriæ poſſidentis. Baudeloenſis hoſpitalitatem in Wendelzea, decimas in Poldro Paulino, & Sacellum in Lamsweerda Deiparæ miraculis clarum habere conſueti, quorum venerationi Anno 1495. annalem ſupplicationem inſtituit Trajectinus Antiſtes. Thoſani apud Clingam Truncinienſis apud Heynsdikium. Domus Melitenſium apud Groudam. Capituli Cortracenſis apud Franconis aggerem latè dominantium. Et notandum Joannem Guydi Flandriæ Principis filium Namurci Regulum Poldrum, inde Namurcenſis nomen inditum, cum vicinis 1500. terræ jugeris olim ab Oceano oppreſſis recuperaſſe, & adjacere aut potius concludi hoc Ambacto nobiliſſima Dominia Malſtedæ, & ſani Joannis ad lapidem, quorum illa vander Grachtiorum dudum, hoc à quinque retrò ſæculis fuit Vicecomitum Gandenſium, & manſit in ſtirpe Gandavica in hodiernum diem, parens Comiti Iſegemio nundinis annalibus, mercatu equorum celebri, privilegiis, francóque Dominio ornatum, decimatione anno 1262. Baudeloenſibus attributa & confirmata.

Stoppeldyck. Ardael. Houteneſſe. Oſſeneſſe. Wendelze. Pauwels polder. Lamsweerde. Clinge. Heynsdyck. Groude. Vracxdal. Polder van Namen. Maelſtede. S. Jans ſteene.

AXELLA.

DE hac Marchantius, in quibus verbis quod de mari lacuque refertur, commodè intelligendum eſt ſive veterem, ſive hodiernum Axellæ ſitum inſpicias. Quamvis enim lacus Moeræ ad Orientem æſtivum Ambactum Axellenſe contingat; tamen oppidum non niſi eminus reſpicit mediis intercurrentibus agris pagorum Beoſterblidæ, & Zuytdorpiæ. Quamvis etiam abſorpta potiori parte Weſtdorpiæ & dominatus Zelandici Oceanus videatur pomerium ſuum extendiſſe; tamen ubi anno 813. Gobertus Dynaſta non contentus 33. pagis Bertinianos locupletaſſe, cœnobium S. Salvatoris legitur dedicaſſe, ne ſic quidem oppido cenſendus eſt impendere, quod directiore fluxu aquagii ad portum, cui à figura adunca Naſi nomen eſt, in mare defert mercimonia & naves ſuas, ex privilegio Guydi Comitis. Abbatia porrò à planitie ſepibus veſtita nomen adepta titulo Domus gaudii anno 1230. cœpit. Et reperio ob maris inſolentiam & periculi metum Religioſas oblatum à Jutta van Bryen fundum intra limites Parochiæ Meckelbecanę ſtruendo cœnobio pręferentes, augente dotem & inſtante Margareta Principe anno 1278. ad priorem in ſuburbano Axellenſi locum revertiſſe, & ibidem hæſiſſe donec per Martiales nimbos Oceano inclementiores pulſæ, Gandam profugæ, cœnobium incipiunt adornare. Nundinæ autem à Carolo Cæſare Quinto confirmatæ, inſigni mercium maritimarum affluentia olim fuerunt decoratæ; ita ut, Stapulæ piſcium vulgò Axella vocaretur. Ambactum verò præter ſupranominatos pagos continet præteritis Eclinga ſub aquis, & Uremdica inter Fanum Wilhelmi juxta eaſdem latentibus

tentibus, Notenam Petri van Houte Præfecti rerum maritimarum ſub Philippo Audace patria, Geertzeam maritimum quid olentem, Aendicam etiam & Saemſlactum à Salmonibus ut apparet nuncupatum caſtro veteri, ſub Philippo Duce anno 1452. & nuperis turbis multùm læſo, ſpectabile, & commendaria Melitenſium nunc, olim Templariorum priore anno 1282. quod reperi data certa latifundia à Gerardo de Maelſtede Equite militibus S. Templi, ad opus Templi de Saemſlacht.

ASSENEDA.

Aſſeneda ſeptem pagorum caput arce veteri ſpectabilis opportunitate rivi hinc ad Philippinam, inde ad Saſſi Gandenſis arcem ducentis non carens, & è propinquo abſorptas æquore terras reſpiciens, oppidi habet privilegia, nundinationes, lanificium, negotiationes maritimas habuit, hoſpitalarium etiam & vicina nobilium prætoria, Locuenſe & Dynaſtæ Wackenenſis. Eccleſiamque anno 1142. titulo S. Crucis erectam. Pagos complectitur ad utramque aquæductus novi Gandenſis ripam, inter rivos ex nemore Waerſcotano & Axella in Moorwateram profluentes; ſolo mihi nomine notos; Angulariam à ſitu; Cluſam à cataractis; Hederaceam ab herbæ, iſtius olim frequentia; Aquas vigilum ab excubiis militaribus; Zelzatenum à voce Anglica nuncupatum. Cui vicina intra juriſdictionem tamen Evergemenſem, Dorizalia à ſenticeto, ubi Ciſtertienſis inſtituti Abbatia Virginalis, inter vepribus horrendi ſaltus anno 1204. ſacello extructo, & trigeſimo pòſt anno virginibus Bernardi inſtituto amplexis, dotatoribus è familia Giſtellana Equitibus, fautrice Margareta Principe ubi præfuerunt anno 1219. defuncta Alcydis de Walle, poſteà Alcydis, anno 1263. Margareta, anno 1285. Maria, anno 1295. Maria, anno 1298. Alcydis vanden Poele, anno 1316. Gertrudis Wittewaters, anno 1330. Catherina Vilain, anno 1342. Margareta Silverberch, anno 1361. Paſcaſia vanden Putte, Alcydis, Sophia, Gertrudis Margareta, Catherina van Steelandt, anno 1420. Margareta Utenhove, 1440. Margareta de Axpoel, & anno 1450. ejuſdem nominis altera, anno 1464. Margareta Utenhove, anno 1483. Margareta Bruan, anno 1492. Joanna Rabauts, anno 1519. Maria Svogels, anno 1564. Catherina Sbocx, anno 1585. Maria à Burgundia, cui ſucceſſit Gertrudis de Montenecro.

Winqele. Cluſe. Ert velde. Wachtetbeke. Zelſalen. Dorizeel.

BOCHOUT.

Bochauta (ut ſcribit Bavonenſis Codex) Villa cive Joanne Sindevindo Pariſienſi Theologo celebri, prætorio; legibus; immunitate; portu, nundinis & Senatu oppidorum inſtar olim inſtructa, à ſilva Fagina nomen accepit, & communicavit terreno in longum ab æſtuario (abſorptis aliquot pagis mirificè aucto; & hinc à Philippi Regis nomine munitionem, inde à Pyro Vicum nominatum habente) ad ſilvam uſque Waerſcotanam tendenti. Quo tractu Agger aquarum eſt eundem cum vicinis aliquot pagis & poldris vindicem, & cedente Principe Dominum adeptus Jeronimum Laurinum Equitem Ærarii apud Belgas Regii, Theſaurarium & Conſiliarium, Oeconomumque Regis Philippi ante annos ampliùs centum. Nec enim contentus pagos aggeris & fluenti aquarum aſſeruiſſe, acquiſitos inſuper dono Ducis, anno 1497. Poldros Ambaſti Iſendicani oppoſitos pago S. Joannis in eremo, poldro Georgiano inter portum Bochautanum & occidentalia Biervlietam à Baenſtiis Guidone Conſiliario & libellorum ſupplicum Magiſtro; & Paulo nuper Flandrici Senatus Præſide, redemit, aliaque ab aliis comparavit, & Oceano excluſo ſationi & paſcuis accommodavit feliciter ſanè, donec ingenti damno idem anno 1570. & aliàs aggeres ſuperans bonam exaggeratorum prædiorum partem reſorpſit, quibus demum reſtaurandis per hæc Alcedonia gnaviter incumbitur.

Bochaut. 'T verdroncken landt. Philippinen. Peerboum. Watervliet. S. Jans ter Ameen. Vulgò & malè vocatur. S. Joris polder. Baſſevelde.

Spectat ad extremum huc Campi declivis & Ecloæ Orientalis Eccleſiæ, illa Ciſtertienſis inſtituti virile diverſorium, hæc Virginalem Abbatiam Gandavo inſitam jactare ſolens. Antiqua fuit illa & de cujus primæva inſtitutione non ſatis conſtat, niſi quòd ex litteris Theoderici Abbæ Bavonenſis diſcamus Simonem dictum de Walle anno 1202. marcam Flandrenſem aſſignare virginibus apud Aelſchoet congregatis, itemque ex allis B. Abbatis Arnulphum Rufum Laïcum Cruce ſignatum in eleëmoſynam dediſſe anno 1226. viginti bonaria terræ jacentia juxta cœnobium de Eclo prope Alſcot. Unde locus primi cœnobii apertè colligitur. Cæterùm cùm anno 1228. Comes Joanna eas in protectionem ſuſcepiſſet remiſſis centum ſolidis quos rationem 40. bonariorum Waſtinæ debebant, Margareta Comes Joannæ ſoror moris & Waſtinis quibuſdam augens dotem occaſio fuit tranſlati in Eccleſiam Sancti Ægidii, veneratione ſalutiferi ſigni Crucis celebrem, Monaſterii, ubi nuperis turbis eſt vaſtatum,

Oosteeloo.

BIER-

BIERVLIETUM

OPpidum hóc templis olim duobus magnificè inſtructum, antiquitate jam inde à Caroli boni Comitis ævo ſpectabile, portu & ſtabulatione mercium ex Oceano invectarum inſtructum, privilegiis & libertate per Flandriam, Angliamque & Hollandiam non carens, ſalis & ſalſamentariorum lucroſâ nundinatione per Maximilianum Regem confirmata, Xenodocheio & Gryſearum ægris operas locantium cœnobiolo pronuper ornatum, quia per belli turbas adire non licuit, primis hiſce curis ea duntaxat dabo quæ ex Meiero ferè mutuatus eſt Marchantius.

A Revera flumine nomen eſſe alias docui.

A fluctu proximo, inquiens, videtur nomen aſciviſſe. Nobile eſt Nicetæ Choniatæ Græca Hiſtoria, Joanni Zonaræ ſuccenturiantis teſtimonio partiſque in vexilli & ſigilli gloriam, inſignibus Conſtantinopolis, cujus muros Biervlietani, ſub Balduino Cæſare inter primos aſcenderunt, ceperuntque turrim portui imminentem. Quorum inſignium Characteres vel ipſis civibus obſcuri ſunt: ſignificatio ignoratur. Sunt autem quatuor majoris formæ 8. Græca, aurea per rectam Crucem ejuſdem coloris in ſolo rubicundo interſecta, atque denotantia, (baſileus, baſileon, baſilenſi, baſileuon) hoc eſt, Rex regum, Reges regens. Oceano ambitur cùm antiquitus continenti annecteretur, & per illud itinere pedeſtri Brugâ Antverpiam ultro citroque commearetur. In has anguſtias circumciſum fuit, quum longus agger mariſque oſtium quod Biervlietenſe foramen dicebatur, fuit anno 1377. interruptum violentia pelagi ſeptendecim pagos tunc alligurientis ob ſocordiam avaritiamque Chomarchorum in cogendo paſſim vectigali marino, privatumque in quæſtum vertendo ſtrenuorum, ſed aggeres mariſque clauſtra negligentium: obſidionem contra Gandenſes Anglis junctos, anno 1383. & adverſus Cæſarem Maximilianum anno 1488. fortiter fauſteque ſuſtinuit, nundinis menſe Junio annuis non infrequens. Parum antiquæ in mari potentiæ & civilis opulentiæ retinuit, ſimilitudine æſtuariorum quod undique proſpicit, inſtabilium, domicilium hìc fixit & morte refixit anno 1349. Guilielmus Bouclenſis, inventor artis ſtipandi condendique haleces in cadis ſalſamentarii.

Ex adverſo hujus oppidi latè patens viſitur Waterlandia & Watervlietum à Jeronimo Laurino avorum memoria ex Neptuni tridente per obſepimenta recuperatum, quod ejus induſtria gratiaque tum oppidi privilegio à principe eſt decoratum, tum ut in cenſu Flandriæ ſubcenſeatur Ipreto, optioni ejus conceſſum. Habuit hìc inter filios Marcum Collegii Donatiani Brugenſis Decanum, à Des. Eraſmo frequenter hoſpitio excepto, Ludovico Vive familiariſſimo, ejuſque ævi viris præſtantibus non leviter commendatum nepotes Marcum & Guydum quos omnium antiquitatum doctiſſimos Goropius nuncupat. Penes eos certè fuiſſe locuples numiſmatum antiquorum, Romanorum, aliorumque Gazophylacium, & Hubertum Goltzium vitæ commoda, calcographiam, famamque ex numiſmatum & Faſtorum Conſularium publicatione ortam, Marco debere in propatulo eſt.

BIERVLIETUM. ELOGIUM.

Quid damnoſa dies non atterit? illa ego quondam
Biervlietum ſolidi pars opulenta ſoli.
Clara Byzantinis ſpoliis, ſaxo indice Grajo,
Quod mihi vix unum poſt mea fata ſuper.
Nunc longo diſcreta ſolo, & propè fluctibus hauſta,
Vix tenui in tumulum jugera pauca meum.
Cætera Neptuni liquido ceſſere Tridenti,
Invidit denti vomeris ille mei.
Invidit Cereri, pecorique, & fertile dorſum,
Ante meum muti nunc gregis agmen arat.
Omnia ſic mutant, tellus, Maria, oppida, ſolùm eſt
Spes ſuper, & priſci nominis umbra levis.

MAX. VRIENTZIUS.

PHILIPPINA.

INter munitiones, quæ in maris tractu Zelandiam reſpiciente ſunt plurimæ, partim Regi Catholico ereptæ, partim ab Hollandis exſtructæ, jacet Philippina ad aggeris cubitum, oræ continentis incumbens ſitu loci & operibus militaribus validè munita, à Philippi, ſecundi nomine ſic dicta. Eam anno 1633. ſuæ poteſtati ſubegit Hollandus, ac deinde adjectis novis munitionibus, vallis, ac ædificiis propugnaculum illud in eam dilatavit magnitudinem, ut militum aliquot millibus ſtationem commodam præbere poſſit.

TERNEUSIUM.

EST hoc non vulgare Flandriæ proprietariæ, ſeu Imperialis municipium, quod jam olim Prætorem ſuum, Scabinos, cæteroſque Juſtitiæ miniſtros habuit, ab Ordinibus confœderatis primùm muniri cœpit, præſidioque inſtrui militari, natura loci & ſitu munitiſſimum eſt: etenim in medio terrarum conſiſtit, quas maris fluctus ſingulis duodecim horis confluente opplent æſtu, unde acceſſus ad illud omnino difficillimus eſt. A naſi figura nomen habet, Flandriæ velut promontorium eſt, & Ancona; in Ambacto Axellenſi, eademque ad mare linea, duabus ferè leucis Axellâ diſtat.

ALO-

JOANNIS BAPTISTÆ GRAMAYE

FLANDRIA IMPERIALIS

EJUSQUE CAPUT ALOSTUM.

UTI Flandriam Imperialem ab altera Schaldis ripa Brabantiam verſùs longo tractu à propriis Comitibus in fide Flandrorum, à Flandris beneficio partim Eccleſiæ Cameracenſis, partim Ducis Lotharingiæ, partim immediatè Imperii poſſeſſam, ita caput ſubinde ab Aloſto diverſum habuiſſe ſecundis curis fusè docebo, ubi Comitum & Principum Aloſti (utroque enim modo appellatos invenias) ab ultima antiquitate ſeriem & res geſtas explicabo. Hic tantùm quæ ex archivis oppidi doctiſſimus Romanus Viſcherius collecta nobis ſuppeditavit de Republica publicaturus, unà cum eis quæ de Baronatibus & Dynaſtiis Territorii licuit nobis indagare, eo conſilio, ut de ſuo quiſque peritior ſuppeditet quæ in primitiis hiſce videbit deſiderari. Ad Aloſtum quod attinet ejus omnis antiquitas à re ſacra meritò petatur, eò quòd Rodolphus Comes, Balduini Ferrei filius, & Advocatus Cameracenſis Anno 870. tradatur Eccleſiam in honorem D. Virginis juxta Caſtrum Hloſt, ejuſdem tituli apud Cameracenſes Capitulo donaſſe, cujus ipſe ejuſque hæredes permaneri ſoli & legitimi Advocati.

Eodem tempore per ipſum D. Urſmarum prædicandi gratia huc delatum inchoatus extabat Prioratus Lobienſis, titulo Cellæ S. Urſmari, idque in loco ponè muros oppidi, hodieque nomen Prati S. Urſmari retinente. Bellis porrò frequentibus in hoc limite Sacellum dejectum eſt & prædia (teſte Chronico Lobienſi) Iwano Aloſtenſi Regulo vili pretio venierunt. Is ædiculam opere modico, ut peregrinorum accurentium ſubveniretur pietati, reſtituit, memoriæque Wilhelmi Normanni Comitis in obſidione Aloſtana ibi necati, Margareta Comes circa Annum 1268. manſionem (ita vocat) S. Urſmari fratribus Gulielmitis ad opus cœnobii aſſignavit. Sacellum hoc anno 1579. cum peregrinorum pietate diſſipatum in oppido reſurrexit, monſtrans inter alia ſepulchrum Theodorici Martini, qui primus artem Typographicam in Germaniam tranſtulit & docuit, extantque codicès antiqui in Urbe Aloſtana typis expreſſi. De Templo autem Deiparæ Martinique, & cœnobio Guilielmitarum hæc reperio, unà cum aliis ſacris notanda. Quoad rem ſacram Curialis Collegiataque Aloſti una eſt hæc opere ſtructuraque inſigni & amplitudine ante incendium & vaſtitatem noviſſimam. Canonici Anno 1498. ex Vico Suburbano Haeltert ſunt tranſlati, & ante circaque id tempus varia circa Chorum, & ad latera pronai Sacella extrui & Epitaphiis cœperunt illuſtrari 12. Retro odeum ſua decorârunt ſepultura unum Gisbertus de Lu Ægidio natus Anno 1470. donatus, cum uxore Margareta Liedekerke novennio pòſt defuncta, ejuſdemque ſtirpis Adrianus de Lu Armiger Anno 1523. mortuus: ſtemmata ferens Lu, Liekerke, Nevele, Heule. In Sacello Deiparæ ex gente Steelandica jacent Alexandrina Anno 1482. defuncta uxor Joannis de Prooſt D. Erdbrugga, & Eliſabeth Anno 1545. mortua uxor Ægidii Trieſt Armigeri, in meridionali hac viſebatur inſcriptione tumulus. Hîc jacet Ægidius Stomelinc miles, qui obiit Anno 1309. tertia Junii. In Trinitatis ex patriciis Anthonius Soriſſe vir Zoſinæ Liedekerkiæ Anno 1515. defunctæ, Joannes Lans vir Philippæ van Pitten Anno 1548. in D. Annæ Dynaſta Freſnoya ex Lannoyenſibus inſigne habuit monumentum.

In S. Crucis Mer Anthonius de Lu Eques Hieroſolomitanus Anno 1525. 2. May defunctus cum Anthonio filio biennio antè defuncto: ſuum habuerunt Epitaphium juxtim in ambitum ex Somergemiis una Joanni de Lemma Anno 1541. mortuo, & demum Nicolao Bolengier elocata, Theodoricus Armiger Anno 1434. cum Philippo filio Anno 1474. defuncto. Habuerunt & Capellam Boſſchii ubi inter alios Gerardus du Boſch Anno 1474. & Joannes Eques Anno 1520. ſunt intumulati. Et ſuam tellingii ubi Joannes Tellinck Eques Aloſti Burggravius, D. in Popenrode & Eeck-

Eeckhouti Anno 1488. 8. *Novembris jacet uxore Elizabetha Schoef Segeri f. Anno* 1481. *moriendo ſecuta, aliiſque plures. Item Uterwanii fundationes tumulumque habent Elizabetha ejus gentes Anno* 1479. *mortua Joannis de Grouve Anno* 1483. *mortui vidua Epitaphium nuper habente. Habent & Brabantegemii Aram ſepulto ibi magnificè Joanne primario Comitatus Zelandici quæſtore Anno* 1559. *affinibuſque de Splytere & Bonderzele, & vander Heyden. Inter ſepultos porrò in Eccleſia anteriori primas Epitaphiorum ſplendore meruerunt gentiles de Migroedi ſive Govaerts, nominatim Wilhelmus Anno* 1539. *Georgius* 1557. *Joannes Eques Anno* 1430. *mortui, omnes publicis clari muneribus. Virilis ſexus Cœnobia in Urbe ſunt bina Carmelitarum (ubi in Choro medio Anno* 1543. *Adrianus de Boſch Gerardi f. fautor domus jacet, & in vitriis inſignia Lannoy, Likerke, Lu, & Schouteta) tranſlatum intra ſepta civitatis ex Muylem prope Liedekerkiam. Probante Henrico à Bergis Epiſcopo quod ſupra limen portæ conſpicuo loco legitur his verbis.* Hic Conventus tranſlatus eſt ex Muylem, in Aloſtum, authoritate Philippi Auſtriaci, Ducis Brabantiæ, Comitis Flandriæ, anno 1497. Januarii 23. *Fundationem autem primam deberi Arnoldo Gavero D. Liedekercæ Lenſii & Rheſſegemi docent litteræ hæredum ejus Anno* 1445. 16. *Januarii datæ, ratum habentes augenteſque dotem aſſignatam. Alterum eſt Guilielmitarum Anno* 1428. *ex ſuburbano tranſlatorum aſſignato eis Xenodocheio D. Virginis ad Stellam pridem à Theodorico Comite ſtructo, & fratribus in commune viventibus commiſſo, qui tertiam D. Franciſci regulam amplexi poſtmodùm, ob neſcio quid laxioris diſciplinæ loco moti ſunt.*

Alterius ſexus in oppido ſunt Collegia, inprimis Beginarum, circa Annum 1260. *attribuente quodam Walterode de Ghier, & Gertrude conjugibus* Terram Boudemaers hof *appellatum, ubi adem* Sacrari in Curia Beginatus *permiſit ſuis litteris Anno* 1266. *Margareta Comes, ſive probavit factum biennio antè à Senatu, privilegia auxerunt Guido Comes Anno* 1282. *Robertus Anno* 1320. *Ludovicus anno* 1324. *Philippus Dux Anno* 1458. *ſunt & Tertiæ D. Franciſci regulam amplexæ Gryſeæ, eandemque Auguſtinianæ mixtam ſervantes Nigræ à veſtitu dictæ, illæ Theodoricum Theerpenninck teſte mortui Anno* 1477. *Epitaphio, fundatorem, hæ Senatum, conferente Anno* 1494. *fundum Joannæ Prooſt & Alexandrina Steelant conjugibus, adjectoque onere curandi ægros, tam intra quàm extra Cœnobii ſepta, & Libitinas (quod Lollardi antè factitabant) curandi. Eſt & Sacellum vetus ad molendina Anno* 1363. *teſte Gallartio, ſtructum, quodam Equite de Tellincx vitream. Principem donante. Eſt & Noſocomium Principale, quod in ſuis paſſim reſcriptis ſuum Comites indigetant, nominatim Thomas & Joanna, Virginibus (quas quinarium non excedere ſtatutum) jus cochlearis in foro competit dono Comitum, itemque præſentandi Capellanum, confirmaturo Comiti, qui omnibus privilegiis Capellanorum Comitis uti frui poſſit. Fundatum eſt ex adverſo collis, qui* Burgum Comitis *appellatur manifeſto veteris ſitus Caſtri indicio, ad ambientis propemodum Teneræ angulum. Burgoque præeſt Caſtellanus hæreditarius, quæ dignitas (non ut Marchantius vult controverſus) ſed proprius eſt Immerſeliorum, acquiſitus nuptiis cum gente Tollinica, nominatim Joannis ſupra-nominati filia. Ante Tollinicos autem Gerdegomii & Liedekerkii poſſedêre, hi matrimonio antiquæ ſtirpis hinc de Aloſto nuncupatæ. Atque hoc Burgum, ſive idem à Gothis contra Vandalos Anno* 411. *ut vult Meierus, ſive à Normannis ſtructum oppidi eſt initium, quod vallo mœnibuſque cinctum validis fuiſſe obſidio Gulielmi Normanni docet. Forma ejus cordi non abſimilis, muro lateritio turribus undique interpolato, portis quinque patet ævum Maleani non excedentibus. Teneræ & per eum Schaldis gaudet commoditate, collegio peculiari & excluſis aliis merces ad & avehenti non carens: forum ſpacioſum reſpicit Curia turri politiſſimè fabricata ad Annum* 1487. *ſe procul aſpiciendam præbens, ſolario curſu Lunæ etiam deſignante inſtructa. Halla etiam panificum ſuum habens Tribunal in pretio eſſe ſolet. Situs ejus ad Limitem Orientalem Flandriæ loco non tam plano quàm calloſo propendente ad Septentrionem, aëre ſalubri nec morbos trahente, ſolo fertili. Cingitur à duabus partibus campis omnium frugum feracibus, & leguminum, & quod viciniæ huic famam parit, lupuli miniique ad tingendos pannos effoſſione. Ab ortu prata habet fluvii aquis irrigua & butyri pecoriſque proventu copioſa, ulterinſque ſilvæ ad lignatioris & fabrilia ſufficientes. Et cùm largiſſimè ex toto agro ad nundinas Aloſtenſes confluant res venales, tum verò non parum ornat ager ſuburbanus ad mille jugera patens juriſdictioni Urbis ſubjectus, adeò ut accolæ ejus immunitate propemodùm & oneribus pares ſint civibus, niſi quòd more forenſium teneantur, ut ſervitute eximantur manus mortuæ civium albo inſcribi conſuetis ceremoniis, & ſi annalem cenſum (ut alii) non teneantur perpendere.*

Atque hæc de Urbe: nunc ad ea quæ de Magiſtratibus urbis Aloſtanæ, & aliis à Viſſchero nactus ſum, progredior.

Eſt in ipſa urbe duplex Magiſtratus, qui juridicundo præeſt, quorum unus, qui conſtituitur ex vaſallis feuda habentibus mota à Curia feudali ipſius Comitis quam *Sgravenſteen* nominant, & curiam Comitis, eſt perpetuus, iiſque præeſt ſummus Prætor, ſeu ejus vicem tenens. Habet cu-

ria

ria cognitionem & judicaturam omnium cauſſarum, quæ de feudis eorumque proprietatibus coram ipſis moventur, immediatè tamen ipſi curiæ ſubjectis, aut mediatè non habentibus aliud refertum ipſa curia inferius. Item juriſdictionem criminalem omnium criminum & cauſſarum, quæ prædictus Prætor aut vicem tenens proſequitur adversùs perſonas forenſes ab ipſo pro delicto deprehenſas: item omnia crimina commiſſa a forenſibus in viis Regiis, quas *Heerſtraten* vocant, quaſi vias ſupremi Domini: competit iiſdem vaſallis jus cum Ballivio ipſius oppidi (quem *Poortbaillin* & dictæ curiæ monitorem vocant *Maenheere*, eò quòd ad ejus monitionem dicti vaſalli jus dicant) viſitandi ſingulis annis prædictas vias Regias, eaſque curare refici non debitè refectas ſumptu confinium, negligenteſque condemnare multa longa conſuetudine inducta, aut principalibus reſcriptis conſtituta.

Alter Magiſtratus eſt ipſius urbis qui conſtituitur ex Burgimagiſtro quaſi capite & magiſtro urbis civiumque, & octo Scabinis quamvis olim ſeptem tantummodò connumerato Conſule creabantur, additusque binarius numerus creſcente populi multitudine ab octoginta circiter annis. Eſt autem penes hunc adminiſtratio & juriſdictio omnium, quæ concernunt tam ipſos cives, quàm ipſam urbem: iſque non perpetuus, ſed annuus ſolummodò, qui ſingulis annis integrè renovatur à Commiſſariis ad hoc à Principe deputatis, nec poteſt quiſquam in ſequentem annum prorogari, ita ut ne quidem Quæſtor poſſit ſurrogari Scabino, nec Scabinus Quæſtori, ſed toto illo anno à munere publico vacare debent, idque ſpeciali Principis privilegio à Joanne Duce Burgundione & Comite Flandriæ, ejuſque filio Philippo anno 1414. conceſſo, & hactenus inviolabiliter obſervato. Eſt autem apud dictum Magiſtratum, & præcipuè Burgimagiſtrum jus convocandi Senatus, quoties id expedit, & Reipublicæ negotia requirere videntur. Habet & auctoritatem convocandi Senatum ipſius Comitatus (qui, ut dictum eſt, conſtituitur ex legatis ambarum civitatum & Bailliviis quinque membrorum) quoties id neceſſitas exigit. Præterea legum municipalium condendarum & ſtatuendarum interventu conſilii, & notabilium civitatis. Et quamvis ſupremus Baillivius Burgimagiſtrum ubique præeat, nullam tamen habet neque in ipſa ditione, neque in urbe juriſdictionem, ſed omnium criminum & delictorum perſecutionem, & ex Scabinorum ſeu judicum feudalium judicato executionem: itemque in urbe, dum præſens eſt, ejus claviumque cuſtodiam. Civilium autem rerum judicatarum executio penes ſex officiarios eſt, qui principali authoritate omnes Scabinorum ſententias exequuntur, ſive in urbe ipſa, ſive in territorio. Quorum unus, qui *Meyerius* vocatur, hæreditarius eſt, & jure ſui feudi ordinarius Scabinorum monitor, ad cujus monitionem jus partibus dicunt: item juramentorum exactor, nec non partium forenſium citator, eorumque, qui carceribus mancipantur, cuſtodiæ Præfectus ipſius civis conſenſu. Secundum genus eorum eſt civium, qui ipſam urbem inhabitant, qui cives incolarii appellari poſſunt, ſuntque partim originarii, partim adventitii, eodem tamen jure & privilegiis utentes, nam habitatione unius anni continua acquiritur jus incolatus, ut non minùs gaudeant libertate & privilegiis, quàm ipſi Originarii, & qui à multo tempore urbem incoluerunt, idque privilegio Comitum Aloſtenſium, quod ipſis poſteà Philippus Elſatiæ & Flandriæ Comes adeptus Comitatum Aloſtanum poſt obitum Theodorici ultimi Comitis Aloſtani, approbavit anno 1174. Sunt autem dicti cives incolarii multis & variis privilegiis dotati, ipſis tam à Comitibus Aloſtanis, quàm Flandricis ob ſinceram in eos, & perpetuam fidem conceſſis. Quorum primum quòd plena fruantur libertate, nec ulli ſint ſervituti obnoxii, quòd nihil juris intra muri ambitum ſibi Princeps adſcribat, nec bona vacantia partiri deſideret, uti dicto privilegio ſtatuitur, ſed omne hoc jus partim in civitatem, partim in cives tranſtulit, ut multis exemplis doceri poteſt, quòd bona vacantia civitati addicta fuerunt excluſo fiſco. Gaudent præterea immunitate vectigalium, tam per omnes Principum noſtrorum ditiones, excepta Hollandia, Zelandia, & Geldria, quam per totum regnum Galliæ. Idque partim longæva conſuetudine, partim ſpeciali privilegio ab ipſis acquiſito, uti in archivis notatum videre licet, & in quodam antiquo manuſcripto ab hinc ferè ducentis annis ſcripto, in quo inter alia ſingularia hæc habentur: *Alle de Poorteren ende Poortreſſen van Aelſt, ende haerlieder goedinghen, hebben van ouden tyden ghegaen, ende gaen alnoch vrye, quyte ende exemt van alle tollen, yſſue, van 5. denier, van 10. denier, ende van allen tributen onder den Coninck van Vranckryck, ende inde tollen van Peronne, Beaulpalme, ende daer ontrent, ende daer pleechmen aen henlieden te ſchryven opene placaet, onder den ſtadtzeghele, gheteeckent met s'Clerckx manuel.* Unde & vulgò *Witvoets*, quaſi albos habentes pedes vocari exiſtimo, eſt enim communis opinio equos albis pedibus frui libertate vectigalium, & inde alluſionem ad Aloſtanos ſumptam. Ab omni quoque confiſcationis jure immunes habentur, nec ob quodcunque delictum, ſive ex deſpe-

ratione, ſive ex conſpiratione procedat bona ſua committere poſſunt, idque privilegio ipſis à Joanne Burgundionum Duce anno 1414. conceſſo, quo itidem cavetur, ut ſi quæ controverſia verbis vel re inter cives, ſive intra, ſive extra urbis pomœria oriatur, poſſe Scabinos partes controverſas compellere, ut invicem tranſigant, aut ſe arbitrio Scabinorum ſubmittant, & ſi mandatis parere recuſant, incarceratione aut relegatione eos compellere. Uti & eodem privilegio criminis accuſatorum in tertium diem, quo elapſo eos tradit Ammanno, qui criminalium omnium poſt dictum tertium diem jure ſui feudi perpetuus eſt cuſtos: reliqui, qui ob debita detinentur apud dictum Meyerium perpetuò remanent. Secundus ex conducto à Principe officium poſſidet, qui Baillivius ipſius civitatis dicitur, habetque jus portandi albam virgam in omni actu publico, præſertim ſi quem actum judicialem exercere velit. Eſt & penes eum cura viarum, ponderum & menſurarum, competitque ei perſecutio omnium multarum non excedentium tres libras Pariſienſes, & quæ ex tranſgreſſione ſtatutorum municipalium ipſius civitatis committuntur. Reliqui quatuor Officiarii à Principe conſtituti ſunt, ut ſententias Scabinorum executioni mandent, & ſummo Baillivio adſint in proſequendo malefactores. Adſunt præterea Magiſtratui à conſiliis Penſionarius, qui & Syndici partibus fungitur, & duo Graphiarii, qui omnes Magiſtratus actus expediunt & ſignant. Competit autem Magiſtratui urbis cognitio omnium cauſſarum, quæ adversùs cives forenſes intentantur, & ſi quando ad alios judices intra ipſum Comitatum vel inde dependentes citantur, habet jus cauſam ad ſe evocandi, cujus evocationi parere Magiſtratus coram quo civis citatus eſt, cogitur ſub mulcta ſexaginta librarum Pariſienſium, niſi juſtam ſe excuſandi cauſſam habeat, quam continuò, parte adverſa vocata, coram dicto Magiſtratu exhibere tenetur: ſub ſimili pœna omnes totius ditionis Officiarii ad monitionem ſaltem ternam dicti Magiſtratus tenentur omnes forenſium ſeu etiam incolarum civium perſonas ab ipſis captivas detentas, aut bona mobilia apprehenſa liberare vel Officiario Principis tradere privilegio ſpeciali à Philippo Burgundionum Duce civitati conceſſo anno 1453. & hactenus inviolabiliter ſervato.

Duorum civium genera agnoſcit ipſa civitas, primum eorum quos forenſes vocant, qui certa annua præſtatione jus civitatis acquirunt ſub ſolennitatibus ad hoc requiſitis, & inprimis ſub juramento, quo & fidelitatem civitati promittunt, & ejus Principiſque juriſdictioni ſe ſuaque mobilia, excluſis omnibus, ſubjiciunt, ita ut nulli Vaſallorum quicquam in ipſorum corpora aut mobilia juris reſervetur, ſed immediatè juriſdictioni civitatis ſubjiciantur, nec quiſquam eos alibi evocare poſſit abſque conſenſu ipſius Magiſtratus, ſeu magni Baillivii ejuſque locum tenentis, non obſtante interdictum eſt omnibus Principis Officiariis quenquam civium apprehendere, aut ejus bona detinere ob quodcunque delictum, niſi de eo ſit convictus, & in mulctam condemnatus. Præterea adversùs dictos cives non licuit ſine expreſſo Principis indulto ad torturam procedere intra ipſam urbem & ejus franciciam. Cujus ego exemplar inter archiva reperi, quod ob ſingularis rei memoriam hîc lubet inſerere.

Philippe par la grace de Dieu Duc de Borgoigne, &c. A nos Bailly & Eſchevins de nôtre Ville d'Aloſt ſalut. Il eſt venu à nôtre connoiſſance que puis certain tems ença un nommé Luys van Aſſche bourgeois fourain de nôtre Ville d'Aloſt, a été mis & conſtitué priſonnier par vous nôtre dit Bailly, és priſons de nôtre ditte Ville. Pour ce que l'on dit, que puis nagaires il a batu & feru un jeune enfant de l'aage de 11. à 12. ans, qui gardoit les bêtes & vaches de ſon maiſtre, en & ſur la Signorie de nôtre aimé & feal Chevalier, Conſeiller & Thamberlin Meſſire Pierre, Seigneur de Goux, en telle maniere que depuis ledit enfant eſt allé à cauſe deſdites bleſſures de vie à trépas. Et combien que ce ſoit aſſés notoire, & que l'on s'eſt mis en tout devoir de le queſtioner & examiner de paroles, pour ſçavoir la pure verité dudit cas: toutefois ledit Luys ſçachant les droits, franchiſes & libertés entretenus & obſervées par privilege en icelle nôtre Ville être tels, que dedans nôtre ditte Ville & Eſchevinage d'icelle, on ne peut mettre à queſtion ne gehenne aucuns bourgeois ou bourgeoiſes en laditte nôtre Ville ſans nôtre Octroi, congé, licence & conſentement, il n'a voulu connoitre ni confeſſer ledit cas. Par quoi ſi pourveu & remedié n'y étoit ledit priſonnier pourroit demourer impuni dudit cas au très-grand blame & vitupere de juſtice. Pour ce eſt il que nous deſirans droit raiſon & juſtice être fait de tous delinquans & malfaiteurs, nous avons donné & donnons congé & licence par ces preſentes, ſi métier eſt, de mettre ledit Luys van Aſſche à queſtion, s'il vous ſemble être expedient ſelon raiſon & vos conſciences, & en faites telle juſtice que au cas appertient, en enſuivant leſdits droits, franchiſes & libertés de nôtre ditte Ville entretenus comme dit eſt. Pourveu toutefois que laditte queſtion, examen & juſtice ne porte ou puiſſe porter aucun prejudice à iceux droits, franchiſes ou libertés par eulx pretendus, ores ne pour le tems advenir en aucune maniere, car ainſi nous plaitil être fait. Donné en nôtre Ville de Lille le 7. jour de Juin l'An 1464.

Etoit

Etoit ſoubſigné par Monſieur le Duc, à la relation du Conſeil, & ſigné N. Domaneſſent, ſigille avec les armoiries dudit Duc en cire rouge. Illud etiam longa conſuetudine invaluit, ne quis civium ſive forenſis ſive indigena concivem ſuum, aut ejus bona apud exteros poſſit ſiſtere ſive arreſtare. Quod ſi fieri contigerit, mulctabatur ſiſtens mulcta ſexaginta librarum Pariſienſium in commodum Principis, arreſtumque declarabatur nullum. Meminique aliquando ejus juris mentionem me legiſſe in rationibus magni Baillivii, quibus ſimilem mulctam in rationes acceptam ferebat. Nullus de capite ejus cognoſcere, neque judicare poteſt, niſi Magiſtratus ipſius civitatis, ita ut ſi apud ſuperiorem judicem detineatur captivus, ſoleat remitti, & judicio Magiſtratus urbis committi, idque olim adeò ſtrictè obſervatum invenio, ut anno 84. (milleſimum centeſimum non exprimunt archiva) petente Burgundionum Duce, Comite Flandriæ quendam Joannem de Hamere civem Aloſtenſem accuſatum alicujus conſpirationis vel criminis in Principem ſibi tradi, ut per conſilium ſuum ſuper delicto ſibi impoſito inquireret, non aliter eum Principi conceſſerint, quàm fide data ſe eum reſtituturum, ubi ſuper delicto ipſi impoſito eſſet quæſitum, remiſſurumque, ut ad proſecutionem Baillivii Aloſtenſis ſecundùm leges civium apud Magiſtratum Aloſtenſem judicaretur. Et quoniam res memoria digna eſt, lubet ipſius reſcripti verba referre, uti ad libellum ſupplicem ipſius Magiſtratus Princeps reſpondit, eum priùs aliquoties dictum captivum per litteras ſibi mitti mandaſſet, & Magiſtratus eſſe excuſaſſet. Sunt autem hæ: *Myn gheduchte Heere, ende die van ſynen bloede ende grooten Raede neſſens hem weſende, en zyn in gheender meeninghe in eeniger-wys te verminderen die van Aelſt in hueren Rechten ende Privilegien, maer die onderhoudende, hen-lieden te laeten de kenniſſe van hueren poorter, dan oft in deſe ſupplicatié gheroert es, de welcken ghelaſt es by eenighe ghevangenen alhier, van ſaecken grootelyckx aengaende mynen voorſz. gheduchten Heere, ende ſynen lande van Vlaenderen, ende ſoo wanneer t'proces van den ſelven ghevangenen volmaeckt wort, men ſal den Baillin van Aelſt ſenden in gheſchrifte den ticht van den ſelven poorter van Aelſt, om teghens hem gheprocedeert te worden, alſoo't behooren ſal, naer de rechten vander ſelver Stede. Actum te Brugghe den 12. in Meert, Anno 83. Ende was onderteeckent N. de Beere.* Cives utuntur mixtim tam lingua, quàm moribus Flandrorum & Brabantinorum, fide perpetuò optima in ſuos Principes, à quibus vix unquam defeciſſe leguntur, niſi obruti ad hoc redacti fuerint, ad quam etiam prima occaſione ſeſe ſemper receperunt. Ob quam cauſam tanta ſuperiùs enumeravi, multaque plura ipſis conceſſa ſunt privilegia, quibus adhuc hodiè inviolabiliter gaudent, uti cognoſci poteſt ex eorundem tenore, quo Principes fidem eorum teſtati ſunt. Quale eſt illud Philippi Audacis Anno 1399. quo Forenſes cives à ſervitute manus mortuæ liberat, in quo inter alia hæc recenſentur verba: *Veu auſſi & conſideré le bon portement deſdits de nôtre Ville d'Aelſt, envers le feu nôtre Seigneur & Pere, & nous, & les bons & agréables ſervices qu'ils ont fait tant à lui, comme nous durants leſdits commotions, & autrement en pluſieurs manieres.* Nec non aliud Joannis Comitis prædicti Philippi filii, in eo privilegio, quo inter alia jure confiſcationis cives Aloſtanos eximit, cujus juris remiſſionis cauſas inter alias refert fidelitatem civium, qua in ipſum ſuoſque majores uſi fuerant his verbis: *Pourquoi nous les choſes deſſus dites conſiderées, & à la bonne leauté & vraye obeiſſance, en laquelle leſdits d'Aloſt ont toûjours été trouvé envers nous, & nos predeceſſeurs, & les bons & notables ſervices qu'ils nous ont fait par pluſieurs fois, & en divers lieux & places, vueillans iceux ſervices reconnoître envers eux, &c.* Atque in ea fide perpetuò perſtitêre, ut ſuperioribus motibus aliquoties ſubrepti, & direpti tamen ſuum ſint perpetuo Principem ſecuti, & quamvis ab hoſtibus civitas capta fuerit, ſolum potiùs cives verterint, quàm Principi ſuo fidem ſollerent. Et cùm ſuperioribus annis maxima Flandriæ pars à Regia Catholica Majeſtate deficeret, ſola in fide perſtitit cum Hannoniæ & Artheſiæ Comitatibus Anno 1579. conciliata ſuo Principi. Nec minor ejus in religione perſeverantia, nam deficiente propemodùm tota Flandria à vera religione & in turpiſſimam prolabente hæreſin, nunquam ab avita religione reflexit, nec quemquam unquam hæreticorum dogmatizantem admiſit, ſed jure & armis reſtitit, ut gratias ipſis eo nomine egerit magnus Philippus Rex Catholicus & Hiſpaniarum Monarcha, litteris ſuæ Majeſtatis manibus ſubſignatis, uti eæ adhuc exſtant in archivo civitatis, multique cives in invaſione urbis, quæ anno ipſis contigit 1582. religionem vitæ prætulerint. Nam ut taceam innumeros cives tunc occiſos, ex novem Scabinis quatuor cum Penſionario & Secretario interfecti, plerique alii capti, & omnibus bonis exuti, aut in exilium acti ſunt, aut ne religionem & Principem abjurare cogerentur, ſpontaneum exilium elegerunt, donec civitate rurſus ſuo Principi reſtituta domum revocati ſunt. Fuit hæc ſincera in ſuos Principes fides Comitatui & urbi maximorum malorum & cladium cauſſa. Nam ſub Theodorico

 dorico

dorico Elſatiæ Principe, dum eum contra Wilhelmum Normanniæ Ducem recipit, & defendit, innumeris afflicta fuit calamitatibus, partim à Brabanto Normanni auxiliario, partim ab ipſo Normanno depopulata & vaſtata, Normanno tamen interfecto Principem in tuto & Comitatu conſtituens. Similia ſub Margareta Conſtantinopolitana perpeſſa, dum à Joanne Avenione matri rebellante adjutoribus Brabantiæ, Hollandiæ & Leodienſium Principibus ferro & igne vaſtatur. Augeſcentibus deinde Flandrorum opibus & inteſtinis ſæpiùs diſſenſionibus mutuò & rebellionibus in ſuos Principes inſurgentibus, dum iis ſartam tectam fidem ſervare conantur, à Gandenſibus ipſis finitimis plurimùm infeſtati ſunt, ut verè illis illud Maronis conveniat: *Mantua væ miſeræ nimiùm vicina Cremonæ.* Et primùm quidem ſub Ludovico Malano Comite circa Annum 1348. deinde ſub eodem circa Annum 1380. dum Principis partes contra Gandenſes ſuſcipiunt, tota ditio devaſtata, civitaſque ab ipſis aliquoties tentata fuit, ſed ſtrenuè à civibus ſuis defenſa inſultus hoſtium repulit, & dum per pratum quod *de Herthaghe* vocant (locus ubi Wilhelmus Normanniæ Dux occiſus fuit) urbem occupare conantur; apertis clauſtris & catharactis Teneræ fluvii ad mille centum hoſtium partim aquis obruti, partim occiſi ſunt, ut inde apud nos proverbio locum dederint: *Wat is't gheſlaghen? elf hondert inde Hertshaghe.* Non tamen ea clade; inimicis illata furorem eorum evadere potuerunt, nam circa finem æſtatis ejuſdem anni à Præſidio derelicti & inopia coacti, à Gandenſibus invaſi ſunt, omneſque cives internecioni dati, aut in exilium ejecti, ipſaque civitas incendio propemodùm extincta fuit. Cujus in antiquo Deiparæ Cappellæ velo ferro incluſus hîc exſtitit incarnationis annus: *Octobris quinti fax ardens vicit Aloſtum.* Similem ejuſdem Principis tempore incendii calamitatem, ſed fortuitam, tulit circa annum 1360. annis viginti ante prædictam deſtructionem. Quo tempore tantam ferunt fuiſſe ignis vaſtitatem, ut Gandavum uſque viſus ſit, & civitas propemodùm tota conflagrata, prodigium fortè ſubſecutæ internecionis. Nec minora ab iiſdem Gandenſibus Principi ſuo rebellantibus pertulerunt circa annum 1453. cùm totus Comitatus ob Principis fidem ab iis eſt devaſtatus, igne & ferro conſumptus, donec tandem Pugna Gaveriana Principis arbitrio ſe ſubmittere ſunt coacti. Graviter quoque afflicti ſunt bello, quod tum Gandenſes, tum Brugenſes Maximiliano Romanorum Regi Mariæ Flandriæ hæredis marito intulerunt circa annum 1480. eò quòd Maximilianum recepiſſent, parteſque ejus ſequerentur. Quæ porrò pertulerunt ſuperiorum temporum motibus, nemini incognitum; nam ut in Principis fide perſiſterent, à reliqua non modò Flandria, ſed pleraque Belgia ſe ſeparârunt, & anno 1579. cum Hannoniis & Arteſiis ſe Principi adjunxerunt, iiſdem quibus Hannonii & Arteſii conditionibus, in eoque perſtiterunt, donec veteri præſidio deſtituti, ab hoſtibus intercepti & obruti ſunt, anteà ſæpiùs tam à Gandenſibus, quàm aliis rebellibus vicina loca occupantibus tentati. Quo tempore tota ditio depopulata & deſerta, ipſa verò civitas bis uno biennio capta hoſtibus præda fuit, unde ad extremam inopiam redacta per aliquot annos veluti deſerta fuit, nunc Dei beneficio paululum reſtituta. Morborum & peſtis infeſtationes (laus Deo) non multas pertulit, ob aëris opinor temperiem, earumque tantummodò duarum memorabilium meminiſſe poſſum, unius quæ contigit circa annum 1485. quando menſibus Septembri, Octobri & Novembri ita fuit civitas peſte infecta, ut brevi illo tempore in parva civitate ad mille ducentos ſuſtulerit contagio, ut notatum inveni in veteri quodam ſcripto libro, narratque tantam fuiſſe infectionem morbi, ut præcipui Nobiles, Magiſtratus, & maxima pars civium civitatem deſeruerint, ſeque in loca & pagos vicinos tranſtulerint. Secunda contigit circa annum 1580. urbe ab hoſtibus cincta, tantaque fuit, ut vix ulla domus ab infectione immunis fuiſſe narretur, ob multitudinem, ut opinor, exulum, qui eò ex aliis vicinis civitatibus & pagis circumjacentibus ſe receperant.

Principum & nobilium familiis perpetuò floruit Comitatus, namque quinque Baronatus ad hæc uſque tempora à Principibus familiis fuêre poſſeſſi, veluti Borboniorum, Buranorum, Egmondanorum, Lalaingnorum; uti & multi pagi, quales ſunt, qui Comiti Boſſuet Iſeghem parent. Et ex antiquis Flandriæ annalibus videre eſt, nullum ferè fuiſſe pagum, qui non privatum habuerit dominum, cujus præferebat familiam, veluti ſunt Pamelii & Liedekercæ Baronatus, Toparchiæque Wiſana, Ghyſegemia, Herdeſſemia, Erpana, & aliæ innumeræ, quarum magnam partem qui operam impendere vellet ex veteribus documentis & Hiſtoricis eruere poſſet. Nec in ipſa civitate, nobilitate & Patritiatu claræ defuêre familiæ, nam & Lannoia & Vilana familiæ, dum hîc ſumma funguntur Prætura, non parum ſua virtute & prudentia rempublicam condecorârunt. Fuêre & Eggremondanorum & Boucatiorum apud nos familiæ, quæ poſteritatis virilis defectu in familiam Lumeniam tranſlatæ ſunt. Item Salaertia, Proſtia, Stom-

Stommelins, Somerghem, Hoorenbeke, & vande Viſſcherye familiæ ſuis temporibus egregiam Reipublicæ operam navârunt. Sed hæ omnes dum ſine virili ſtirpe moriuntur, eſſe defierunt, ut pauciſſimi ex multis ſuperſint, quorum induſtria & vigilantia Reſpublica hoc tempore adminiſtratur. Inter quos non minimum locum obtinet Nobilis Vir D. Stephanus de Coutreau, cui hoc tempore ſecunda in Republica à Principibus eſt concredita cura, antiqua Coutreanorum familia, & à temporibus Philippi Boni hiſtoriis memorata, dum pugna ad montem Heritium objectu ſui corporis Robertus Coutreau Carolum Principem defendit, & hoſtium manibus eripuit. D. Franciſcus de Vremde, qui uti & majores ſui à centenis aliquot annis primatum in hac Republica obtinuerunt, ſeſeque in ea adminiſtranda ſtrenuè geſſerunt. D. Jodocus Tollinius, ſolus ex antiqua Tolliniorum familia, quæ multo tempore Burgraviatum obtinuit, ſuperſtes. Sunt præterea Boſciorum & de Lu nobiles habitæ familiæ, quæ, ut aliæ ſupra dictæ, à centenis aliquot annis, & ipſæ operam ſuam Reipublicæ impenderunt, ſed eorum poſteritas partim defecit, partim ſibi alias ſedes elegit, ita ut à Rep. deſiderentur. His ævo poſteriores, ſed meritis in Remp. non inferiores ſucceſsêre noſtro tempore Nobilis Vir D. Cornelius Cabbeliau, qui quindecies Conſul hujus Reip. prolapſam ſuperiorum temporum injuria, longo rerum uſu & ſcientia inſtructus magna ex parte reſtituit, ſuoque conſilio & prudentia rexit & adminiſtravit, cujus memoriæ non parum Reſp. debet: Nobilis deinde Vir D. Henricus Vilanus, qui decies Conſul non exiguam operam in Rep. adminiſtranda poſuit, nec parvas moleſtias in ea ſuſtinuit, dum hoſtilibus armis exhauſtæ & turbarum plenæ gubernaculis adhibetur. Patritiæ quoque in ea numerantur familiæ, quales ſunt Waernervicorum, Pape, Piſſote, Splytere, Smetiorum & aliæ multæ injuria temporum demortuæ, ut tres præcipuæ ſolùm reſtent Smetiorum, Waernervicorum & Pape: alias nova ætas ſubſtitutura, quas Reipub. prudentes ejuſque amantes precor.

Habet ipſa civitas varia opificum Collegia quæ ſuis vivunt legibus & ſtatutis, uti aliæ Flandriȩ civitates, qualia ſunt mercatorum, nautarum, textorum, fabrorum & aliorum. Quorum prȩcipuum eſt lanificorum, & eorum qui pannorum curam gerunt, qui jus dicunt de omnibus rebus, quæ ad lanificium ſpectant, veluti de lana, pannis, cardinis, & omni materia, quæ in ditione Aloſtana venditur ad tingendos pannos apta, & aliis ad opificium ſpectantibus, eſtque eorum juriſdictio confirmata Principis indulto à Comite Philippo Bono Anno 1434 conceſſo, uti & collegium fullonum eorumque ſtatuta ejuſdem Principis privilegio, ut apparet ex litteris datis 10. Februarii 1464. Sunt & nautarum & mercatorum grani collegia, quæ ſingula ſuos habent juratos, apud quos omnes difficultates exercitium opificii uniuſcujuſque concernentes, vel componuntur, vel judicantur, ſub medio tamen appellationis ad Magiſtratum civitatis, ſi pars condemnata ſe læſam judicet. Sunt deinde quinque Collegia Confraternitatum, quarum tres ſunt Jaculatorum, duȩ Rhetorum. Inter eos autem, quæ jaculando ſe exercent, primum & prȩcipuum, nec non antiquiſſimum eſt Collegium Baliſtariorum, quod ſub auſpiciis D. Georgii Martyris & Equitis colitur, longè ante tempora Philippi Boni inſtitutum, uti videre licet ex confirmatione privilegiorum & ſtatutorum dictæ Confraternitatis ab eodem Principe 16. Octobris Anno 1431. renovatorum, ex cujus narratione patet multò illo Principe antiquiorem fuiſſe dictam Confraternitatem, dum inibi narratur priora ipſorum privilegia ſuperiorum temporum turbis & urbis invaſionibus deperdita fuiſſe. In hanc Confraternitatem adſcribi ſolent omnes, qui Principibus & civitati juramento adſtricti ſunt. Eſtque omnibus confraternitatis fratribus dicto privilegio conceſſum liberè gerere omnis generis arma, non obſtante quacunque prohibitione, nec ob id ab Officiariis mulctari poſſunt, ſi modò apud ſe gerant ſymbolum ipſius Confraternitatis, etiamſi privatis armorum uſus interdictus ſit. Notatumque invenio quòd celebribus iſtis Sluſæ habitis Baliſtariorum ludis Anno 1424. Aloſtanis baliſtariis ſupremum ceſſerit prȩmium, necnon & Gandavi majorum memoria, ubi ultimo ictu re propemodùm deſperata tam propè metam attigiſſe dicuntur, ut eam ferè loco ſuo moverint, unde & prȩcipuum obtinuêre prȩmium. Alterum collegium eſt eorum, qui manuali arcu jaculantur Divo Sebaſtiano Martyri addictum, quod inſtitutum fuit circa annum 1421. & ſeptimo die menſis Junii ejuſdem anni confirmatum à prȩdicto Comite Philippo Burgundionum Duce, ea lege ut omnes Confratres ſe cogantur adſtringere juramento benè & fideliter Comiti adeſſe, & armis ſuis inſervire in omnibus expeditionibus, ad quas eos evocare voluerit, & ad quas reliquæ Flandriæ Confraternitatis eodem juramento obligatæ comparebunt, juſta tamen mercede, quam Princeps ipſis ſolvere promittit, ſub pœna quòd pro abſentia ſinguli incurrent mulctam quinque librarum Pariſienſium, tenenturque perpetuò eſſe inſtructi duobus arcubus, & quadraginta octo ſagittis, habentque

bentquȩ

bentque inde titulum Prætorianorum militum, quos nos *Archiers* vocamus. Et propterea ipſis fuit conceſſum omnis generis gerere arma, non obſtante quacunque prohibitione, uti patet ex ſententia in confirmationem eorum privilegii lata à conſilio Flandriæ, qua condemnavit Baillivium Teneramondanum reddere & reſtituere arma cuidam Henrico Caillebert fratri confraternitatis adempta. Eſtque ejus ſententiæ tenor ob rei raritatem hîc inſertus : *De Raets-lieden myns Heeren s'Hertoghen van Bourgoingnen, &c. gheordineert in Vlaenderen. Alle den ghenen die deſe preſente letteren ſullen ſien oft hooren leſen, Salut. Doen te weten dat gheſien den heeſch, antwoorde, replicque ende duplicque, ons overghegheven by den Coninck Dekens, ende gheſworen van de Gulde van S. Sebaſtiaen binnen der Stede van Aelſt, meyghe Hendrick Calbert hueren Gulden-broeder, heeſſchers over een zyde, ende Ghelant van Maſſeme Bailliu van Dendermonde V. op ander zyde.* Deinde narratis meritis cauſæ, & in ea deductis, ſic concludit & pronuntiat. *Wy gheſien 'tvoorſz. Privilegie, condemneren den voorſz. V. te ontſlaene den voorſz. Hendrick ende ſyne borghe, van allen vangeniſſen, borchtochten, beloften ende verbonden by henlieden ghedaen, ter cauſen vande dragene vande voorſz. meſſe, ende henlieden dan of payſivelyck ende ongemoet te laetene, reſtituerende den voorſz. Hendrick ſyn mes, op dat hy't noch onder hem heeft, hem verweerdere voort condemnerende inde koſten van deſe inſtantie t'onſer taxatie. In kenniſſe der waerheyt hebben wy den Zegele vander ſaecken van de Kamere van den Raede in Vlaenderen hier aen doen hanghen. Ghegheven tot Gend, den 28. van Hoeymaent, in't Jaer 1469. Ende was gheteeckent T. Vaernewyck.* In ludis publicis ſæpiſſimè præcipua præmia obtinuit, veluti iis quæ Anno 1428. Gandavi habiti fuerunt, quibus Aloſtenſibus pro ſecundo præmio duo canthari argentei adjudicati fuerunt. Et Anno 1530. magnis ludis Bruxellenſibus ſolos Aloſtenſes præmia obtinuiſſe, in quodam manuſcripto notatum inveni. Quin & ipſi Anno 1426. ludos inſtituerunt, ad quos conveniſſe invenio notatum triginta quinque Reges diverſarum civitatum & Confraternitatum, obtinueruntque ſummum præmium Nienevenſes, ſecundum confratres Sancti Amandi propè Tornacum, impenſaſque à confraternitate in præmia quadraginta & unam libras Flandricas, magnam tum temporis pecuniæ ſummam. Subſecuta deinde tertia confraternitas, quæ Divo Antonio addicta bombardis ſe exercet, quarum uſus uti recentior, ita & confraternitas ſeriùs inſtituta circa Annum 1509. ab hinc centum annis, annoque ſequente certis legibus & ſtatutis conſtituta à Magiſtratu confirmata eſt. Nec exigua harum confraternitatum, præſertim eorum, qui Divum Georgium colunt, inveniuntur collegia in ipſo Comitatu, nam quilibet Baronatus, & pleræque celebriores Parochiæ ſua habent tum baliſtariorum, tum manu jaculantium collegia, qui eo exercitio ſe plurimùm exercent.

Quantum ad confraternitates Rhetorum attinet; duo eorum habentur collegia, unum & quidem antiquiſſimum Divæ Catharinæ virgini ſacrum, cujus confratres variis temporibus (ut ferunt) in publicis conventibus primaria obtinuerunt præmia: ut Gerardimonte Anno 1545. & à paucis annis Antverpiæ prima compoſitionis meritricę præmia Aloſtanis ceſſerunt. Alterum D. Barbaræ titulo privilegiis Pontificum & Comitum ſimiliter dotatum, inter alia exhibet Epiſcopi Cameracenſis Anno 1475. datas litteras inſtitutum probantis & ornantis, Statuta utriuſquo Senatus Anno 1503. probavit.

JOANNIS BAPTISTÆ GRAMAYE

GERARDIMONTIUM

OPPIDUM.

OPpidum hoc Flandriæ proprietariæ à quibuſdam fuit aſſcriptum ex norma veteris ſtatus, eò quòd proprium fuerit Comitis Flandriæ allodium in parte, nec Aloſtano Comiti obnoxium, niſi inquantum portio aliqua ejus, ut nunc res ſunt à Boularienſi Barone, & ſic mediatè ab Aloſtanis ſoleat dependere jure feudali. Ex quo autem coacervatis pluribus membris unum Civitatis corpus eſt conſtatum privilegiis & conſuetudine, imò & dominio ſubinde fuit diverſum. Imprimis enim dictante id ſententia anno 1385. cùm cives Aloſtenſes, (Aloſtum autem Imperialis Flandriæ caput eſt) hic ſiſti poſſent, è contra Gerardimontenſes Aloſti ad judicium trahi aut detineri non poſſunt. Deinde conſtat ex releviis per Guidonem & Ludovicum Comitem factis Gerardimontium cum Bornhemo à Leodino Antiſtite in feudum accepta quæ libera antè fuerant, nec Imperio, cum Aloſtanis obnoxia. Ut taceam, quod clarum eſt inſpicienti archiva legum & conſuetudinum utrobique diverſam eſſe rationem. Nec inveni hactenus quod ante annum 1385. quo confirmata ſunt per Philippum Ducem privilegia inter Comitatus Aloſtani proceres Gerardimontanum Senatum comparuiſſe. Nec ante pugnam Gaveranam ſcio, anno 40. illos ſubſidiarios pagos acceperit. Porrò extra controverſiam eſt, Oppida Terræ controverſæ, Angiamque Hanno- Terre de debat.

pida

nicam & quædam alia ante trecentos annos hinc relatione ſine conſultationis via jus petere ſolita.

Etymon. Derivationem nominis ipſius à Gerardo fundi, cui inædificata eſt primo Domino & monte cui inhæret, etymon ipſum denotat cui correſpondent Balduini Comitis litterę originem, progreſſum & privilegia urbis continentes, quorum exemplar libet hîc adſcribere.

Conditus. EGo Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, Univerſis notum fieri volo, quòd prædiſceſſor noſter Balduinus tam Flandriæ quàm Hannoniæ Comes, Allodium quoddam in Parochia de Hunigem à quodam Geraldo magnæ auctoritatis viro emptum ſibi vendicavit, in quo oppidum conſtruendum elegit, quod à Geraldo Geraldimons nuncupari placuit. Viſo autem quòd per dictum allodium pro parvitate & brevitate ſua minimè ſufficeret ad ea, quæ oppido conſtruendo forent neceſſaria, de parte prædicti allodii Dominum de Boulaer feodavit quæ ad uſus Gerardimontenſium eſſent neceſſaria provideret. Dedit igitur Dominus de Boulaer in recompenſationem feudi prænominati Balduino Comiti ad uſus Gerardimontenſium Buſimont, ſicut ipſe poſſedit, & Cortſlade, & paſturam à ponte ſuperioris Boulaer uſque Hunighem à Tenera uſque ad terram arabilem, & ab Herſebeke ſicut Dutſchem prӕterfluit uſque in Teneram. Dedit etiam omnem paſturam à Boulaer caſtello, uſque Grimeghem: addidit inſuper, quòd quibuſcunque aquis vel paſcuis homines ſui uterentur, liceret Gerardimontenſibus uti communiter. Prӕtereà prædictus Comes Raſpaliam acquitavit Gerardimontenſibus, qui poſteà communi conſilio & aſſenſu totius villæ Domino & patri meo Balduino Comiti Flandriæ & Hannoniæ & Marchioni Namurcenſi liberè contulerunt, in cujus reſtitutionem prædictus Comes dedit Gerardimontenſibus medietatem Hallæ in omni jure ſuo perpetuo poſſidendam. His ita ordinatis Balduinus Comes conſiderans quòd prædictum oppidum, quod ſitum erat in Marchis Flandriæ, Hannoniæ & Brabantię, ad inhabitationem ſui minimè quenquam invitaret, niſi maximæ libertatis ope tutaretur, convocatis Flandriæ, Hannoniæ, Brabantię Baronibus, aſſenſu quorum & conſilio omnia præordinavit in oppido Gerardimontenſi hæc libertatis jura conſtituit, quæ cùm eo Barones prędicti pręſtita cautione juramenti in perpetuum ſervanda compromiſerunt: Sunt autem ſequentia. Ex quo ſi aliquis in oppido Gerardimontenſi hęreditatem acquiſierit, ſi oppidi inſtituta ſecundùm judicium Scabinorum tenuerit, liber erit, cujuſque conditionis fuerit, idem ſi voluęrit, habet libertatem dimittendi oppidum, ſi de pacto vel debito ibidem ſatisfecerit. Item nemo cogatur inire duellum, niſi ſpontaneus, vel ſubire judicium ignis & aquę. Item laïcus pro querela laïci non debet citari coram Decano vel Epiſcopo de debito, vel pacto, vel hæreditate, quamdiu voluerit ſtare judicio Scabinorum: ſed de his quæ pertinent ad jus Eccleſiaſticum, ſicut de fide, de matrimonio, & de cæteris hujuſmodi reſpondere debet Eccleſię. Item ſi quis fuerit abſque hęrede, libertatem habet erogandi ſua, & hæreditatem ſuam tam Eccleſiis quàm pauperibus in eleëmoſynam. Item nato puero ex conjunctis legitimè, ſi intra luminaria domus tantùm auditus ſtatim obierit, moriente patre vel matre, viventi hæreditas & pecunia judicatur. Et notandum quòd hæreditas in eleëmoſynam data poſt annum transactum debet ad Scabinatum reverti. Item ſi filii vel filiæ hæreditatem vel pecuniam à parentibus acceperint, altero parentum mortuo, ſi partiri voluerint, quod priùs acceperunt in commune referatur. Item ſi burgenſis allodium alicujus in oppido coram francis hominibus & Scabinis invadiaverit, vadimonium ſuum ibidem judicio Scabinorum obtinebit. Item ſi quis burgenſi debitum ſuum ſolvere noluerit, quod Scabinis notum fuerit, auxilio Comitis & poteſtate compellatur ei ſatisfacere. Item ſi Scabini de aliquo judicio dubitaverint, inquiſitionem ſuam à Scabinis Gandenſibus accipient. Scabini autem eandem legem & eadem judicia, quæ huc uſque tenuerunt, deinceps teneant. Præterea ſi quis aliquem occiderit, vel membris truncaverit, caput pro capite, membrum pro membro, niſi ſe defendendo hoc fecerit. Item ſi quis alium vel verberaverit, vel pulſaverit, vel ad terram proſtraverit, vel capillaverit, ſexaginta ſolidos ſolvet Comiti, & ſi feria ſecunda hoc contigerit, ſex libras. Item ſi quis aliquem Scabinorum vel villicum in ſervitio Comitis exiſtentem conviciatus fuerit, ſexaginta ſolidos ſolvet, & ſi feria ſecunda hoc contigerit, ſex libras. Hæc itaque libertatis jura à prædeceſſoribus noſtris cum maxima diſcretione inſtituta, & à Philippo illuſtri Comite Flandriæ & Viromandiæ confirmata, ut rata in perpetuum & inconvulſa permaneant Gerardimontenſibus, præſentem contuli paginam ſigilli mei auctoritate, & teſtium annotatione roboratam. Conditum eſt autem circa annum milleſimum ſexageſimum octavum à Balduino Montano Flandriæ & Hannoniæ Comite, qui, ut ex tenore privilegii apparet, in oppidi formam redegit, idque legibus & privilegiis dotavit, quæ privilegia ipſis poſteà confirmavit Philippus Elſatius Flandriæ Comes circa annum 1190. additque prædictum Balduinum Raſpaliam

Mons eſt qui jungitur veteri.

Paluſtria ſunt ad portam dicti montis.

Nunc ſilva Raſpalia à multis poſſidetur.

Hallæ memoria nunc obliterata.

Lex oppidi.

alii 1067. vel 1081. notant.

Sacellum eſt in agro ubi ajunt repertam in puteo teſt.

quiam S. Crucis, & viſitatur feria tertia Paſchatis, eò eunte proceſſione Galmatenſi.

ſpaliam Gerardimontenſibus acquitaſſe, ſicut vetus ſemita à Moerbeke ducit ad ſanctum Paulum uſque de ſilvis de Mourbeke uſquo ad Rivam Ingelram, & uſque ad ſilvam Domini de Schendelbeke, & uſque ad montem de Grimminghem, & uſque ſilvam de Waerbeke, & ſilvam de Galmardia. Fecit itidem & Balduinus Conſtantinopolitanus Comes Flandriæ circa annum 1200. & nepos ejus ex filia Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis circa annum 1274. quibus addidit, ut ipſi Gerardimontenſes liberè poſſint diſponere de officio Scribæ ſive Graphiarii ipſius oppidi, & quòd ipſi cives intra ipſum oppidum & Scabinatum, ut vocant, omnis generis arma gerere queant ad eorum defenſionem abſque periculo alicujus mulctæ, aut quòd eo nomine conveniri aut moleſtari poſſint: eximitque illos à juriſdictione hominum feudalium Curiæ Comitis Aloſtani. Quod autem in prædicto privilegio dicitur inquiſitionem ſuam Gerardimontenſes à

Obnoxii Gandavo anteà.

Gandenſibus accipere debere, derogatum huic legi eſt pace Gaveriana inter Philippum Burgundionem & Gandenſes ad Gaveram inita, qua omnia oppida Flandriæ

Libertas oppidi.

Orientalis liberavit ab omni ſervitute & juriſdictione, quibus anteà in iis utebantur Gandenſes, & ſpecialiter hoc jure eos conſultandi. Fuit oppidum utcumque magnum, uti murorum rudera, quibus cincta fuit, oſtendunt in ambitu circiter milliare continens, in qua ſunt ſex regiones, quondam florentiſſimum in omni genere artium & opificum, & ob id & multitudinem incolarum reputata in ordine & numero quarta civitas Flandriæ, ut privilegiis ejus docetur. Sed quod Hannonię vicina & in limitibus Flandrię ſita ſit, tantis internis & externis motibus & bellorum calamitatibus afflicta fuit, ut vix ſpecies veteris civitatis ſupereſſe videatur. Exſtat in ea campus ampliſſimus platearum disjunctus interſtitiis, raris domibus habitatus, ubi vetus civitas, quam inferiorem vocabant, inque ea forum equorum vetus & celebre ad occidentalem partem Teneræ ſita fuit, conſpiciunturque ibidem duo antiquiſſima Templa, quorum unum D. Catherinæ ſacrum, alterum D. Virgini Deiparæ in Hunnighem, quod omnium antiquiſſimum, nam locum & Parochiam, priuſquàm civitas

Hunnighem.

illic conſtrueretur, Hunnighem dictam ex ſupradicto privilegio comperitur ejus Parochialem fuiſſe, uti hodieque habetur, commune incolarum eſt judicium. Situm eſt ipſum oppidum ad montem, quem antiquum vocant, in ejuſque parte Occidentali, cui quaſi inhæret, dividitque illud Tenera fluvius ab Hannonia, Teneramondam in Scaldim præterfluens, vocaturque ad Orientem ripæ ſuperior, ad Occidentem inferior civitas. Irrigatur prætereà crebris & limpidiſſimis fontibus & torrentibus ad bibendum ſuaviſſimis, quæ tantam aquarum copiam effundunt, ut oppidum ſuperius ab omni purgent immundicia, in ipſum flumen prolabentes. Cingitur ipſum oppidum undequaque mœnibus quondam elegantibus exornatis turribus exciſo lapide conſtructis, inter quas & illa annalibus Flandricis commemorata, quæ, Den Diercoſt, vocatur, & eſt retro Eccleſiam D. Bartholomæi, certis locorum ſpaciis diſſitis, non modò ad hoſtium inſultus propellendos aptis, ſed etiam plurimum formam civitatis exornantibus. Patet ſex portis adeuntibus & tranſeuntibus terra aditum præbentibus, quorum prima in Brabantiam, ſecunda & tertia in Hannoniam, quarta in Flandriam inferiorem, quinta in ſuperiorem itinerantibus viam demonſtrat, ſexta autem ad campos vicinos & Septentrionali civitatis parti adjacentes ducit. Habet & duas fluviatiles pontibus impoſitas, quibus Tenera tranſitur, quæ ſuperiorem & inferiorem civitatem dividunt. Loco ſita eſt civitas amœniſſimo & commodiſſimo & hominum uſui aptiſſimo, nam à Meridiè & Septentrione paſcuis & pratis abundat, quibus ex prędicto privilegio cives incolarii partim communiter utuntur, partim ipſa civitas ſibi vendicat, eaque in uſus ſuos locat. Ab Oriente ultra antiquum montem ſilvis nemoroſis & ampliſſimis, quales ſunt Raſpalia, Ardennesboſch & Hinnensboſch omnis generis ligna præſtantibus incolis & advenis. Ab Occidente terra arabili, feraciſſima omnis generis frumenti, quale ab exteris non adportatur, necnon leguminum lupuli, & quibus tinctores plurimùm utuntur, Wauwe. Eſt ibi campus de Igem exteris ob præſtantiſſimum frumentum non incognitus ultra bis mille paſſus, hoc eſt, ad magnum medium milliare ſe extendens in unam propemodùm planiciem, cujus frumentum præ reliquo ob bonitatem & abundantiam laudatur. Quibus accedens Tenera fluvius præter piſces, quorum incolis largam præſtat copiam, & navigandi addit beneficium ut merces ſuas navi Nieneven, inde Aloſtum, dein Antverpiam transferre poſſint. Inſignia ipſius urbis ſunt Crux rubra in campo fulvi vel aurei coloris, cui à dextro latere appoſita eſt Aquila biceps nigri coloris, inſigne Rom. Imp. eò quòd ſub Imperialis Flandriæ parte comprehendatur, à ſiniſtro verò Leo coronatus ejuſdem coloris, Flandriæ adjunctam urbem indicans. Duorum itidem generum cives, uti Aloſtana civitas, agnoſcit, unum eorum, qui forenſes vocantur, ſimilibus cum Aloſtanis gaudentes immunitatibus & privilegiis. Exempti ab omni

Opera urbis. Portæ & pontes. Situs oppidi.

Vaſal-

Vaſallorum juriſdictione nullibi conveniri poſſunt, niſi apud Magiſtratum Gerardimontenſem ſuum judicem, exceptis iis parochiis, quas quondam Guido Comes ab Abbate Indenſi acquiſivit, in iis nullum Gerardimontenſibus cum effectu jus concedendi civitatem aut evocandi cauſas competit, in cæteris pari cum Aloſtanis jure utuntur, ut non neceſſe ſit, quæ de jure forenſium civium in Aloſtano tractatu ſcripſimus, hîc repetere. Hoc ſolum addendum omnes inhabitantes & incolas ipſius Comitatus ſervituti olim fuiſſe ſubjectos, ita ut nihil proprii haberent, ſed omnia ipſorum bona ipſis morientibus ad Principem aut ejus vaſallos jus ab eo habentes devolverentur, ipſæ verò civitates eaſque habitantes plena libertate donatos fuiſſe omni ſervitute remiſſa. Qua ut incolæ ipſius Comitatus frui poſſent, & Comitatus meliùs habitaretur, obtinuerunt dictæ civitates privilegia, quibus ipſis conceſſum jus ſuæ civitatis & libertatem, qua incolæ fruuntur, communicare omnibus, qui ipſum Comitatum inhabitant, quibus privilegiis ab omni tam Principis, quàm vaſallorum ſervitute liberantur, nec modò ipſi, ſed & liberi eorum, quamdiu ſub poteſtate ſunt parentum, & uxor, dum in vivis eſt, morientes autem, niſi ipſa ſe in libertatem viva vindicaſſet, mobilia ſibi vendicarent. Quæ jura ipſis poſteà diverſis ſententiis & judiciis comprobârunt Flandriæ Comites, & in primis Ludovicus litteris ſuis datis Anno 1353. & Anno 1363. pluribuſque aliis in ejus confirmationem à diverſis tam Comitibus quàm ſuperioribus Judicibus promulgatis, ita ut hoc jus extra omnem ambiguitatem ſit conſtitutum, & pro lege apud eos habeatur. Alterum civium genus eorum eſt, qui incolarii ſeu originarii vocantur, qui pluribus & amplioribus, quàm forenſes, beneficiis gaudent, & ex copia privilegii ſuperiùs relata colligere licet. Et quod ſupra dictum eſt, ſoli Magiſtratui in cives tam originarios quàm adſcriptos jus competere, hoc eò etiam extendunt, ut locum habeat in caſibus privilegiatis & ad ſolius Principis ſeu ejus Conſilii cognitionem ſpectantibus, quales ſunt aſſaſſinatus, vis publica & privata etiam in officiarium officio ſuo fungentem illata, nec non in Eccleſiaſticam perſonam exiſtentem ſub Principis defenſione, ut pluribus ſententiis tam in conſilio Flandriæ quàm Mechlinienſi latis ſe obtinuiſſe Gerardimontenſes aſſerunt, tam contra Vaſallos, quàm contra ipſum Principem datis. Nec poteſt civis ſive forenſis ſit ſive inquilinus, concivem ſuum coram alio Magiſtratu, quàm eo, cujus civis eſt, in jus vocare nec ſiſtere ſub mulcta ſexaginta librarum Pariſienſium, præterquàm quòd citatio ſive arreſtatio nulla erit, nec arreſtatus parere cogatur, ut diplomate ſuo narrat antiquitus conſtitutum Joannes Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ Anno 1409. promulgato Cives moribus & lingua utuntur Flandrica, inclinantes nonnihil in Hannonienſes cui vicini, & propter quotidiana cum iis commercia promiſcuè ea loquuntur. Addictiſſimi perpetuò Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ fidei & religioni, à qua nunquam induci potuerunt, ut vel latum unguem recederent, & cum præteritis temporum tumultibus tota propemodùm Flandria à vera religione & fide in ſuum Principem deficeret, perpetuo firmi & fidi permanſerunt, & cum furori inſanientium hæreticorum reſiſtere non poſſet potiùs quàm ſe iis adjungeret, omnes cives cum Aloſtanis ſuo Principi addicti, dulce relinquentes natale ſolum, ſpontaneum exilium elegerunt, & deſerentes domum & agros in Hannoniam ſe tranſtulerunt, ubi tamdiu morati ſunt, donec tota ditione in fidem Principis recepta avitos lares repetierunt, quos injuria militum & temporum laceros & dirutos refecerunt. Magiſtratum habet ut aliæ multæ Flandriæ civitates, ſeptem Scabinorum, quorum primus Burgimagiſter vocatur, reliqui Scabini nomen retinent, qui de omnibus cauſſis ſive realibus, quatenus pomæria ſe civitatis extendunt, ſive perſonalibus in cives tam forenſes quàm incolarios directis cognoſcunt, nec poteſt quiſquam in primâ inſtantia cognoſcere de cive intra Comitatum, niſi prædictus Magiſtratus; quod ſi alii id conati fuerint, & cauſa ab ipſis evocetur, nec evocationi pareant, mulctam incurrent tam monitor quàm Judex refragus ſexaginta librarum Pariſienſium Principi ſolvendarum, ut innumeris præjudiciis præjudicatum, & ſummorum tribunalium confirmatoriis ſententiis adprobatum eſt. In adminiſtratione ditionis (quæ penes Magiſtratum ambarum civitatum & Ballivios quinque membrorum eſt) ſecundum obtinet locum, atque in indictione collectarum ſeu contributionum, nec non locatione impoſitionum ſeu gabellarum quadraginta ipſi ſubſunt pagi, quibus ipſi ex ſtatuto conſilii patriæ collectas ſive gabellas indicunt, & per Quæſtorem ipſis à Principe conſtitutum recipi curant, qui de receptis & expenſis apud Magiſtratum ſive conventum patriæ annuè rationes reddere & reſpondere tenetur, idque alternis vicibus in prædictis urbibus. Adeſt ipſi Magiſtratui à conſiliis & ſecretis Graphiarius, ſub cujus ſigno manuali expediuntur omnia negotia tam Reipublicæ quàm privatorum, quinque cum Burgi-magiſtro & primo Scabino nec non Quæſtore (qui ordinarii ſunt ipſius civitatis delegati in conventu ditionis) aditum habet in dicto conventu, ut cum

Privilegia.

Mores & Virtus civium.

Forma Senatus.

cum Graphiario Aloſtano publica acta conſignet & reſolutiones excipiat. Officiarios habet Baillivium ſive Prætorem urbanum, qui à Principe locato officium poſſidet, habetque jus præferendi virgam in ſignum Juſtitiæ; omniumque criminum perſecutionem, quæ in urbe committuntur, ſententias Scabinorum exequendi, & civiliter mulctandi ipſi jus eſt. Locum tenentem ſupremi Baillivi, qui per univerſum eorum diſtrictum & crimina proſequitur, & ſententias Scabinorum executioni mandat. Eſt & Meierus, qui hæreditarius eſt, officiumque ſuum in feudum à Comite Aloſtano tenet; is ad jus dicendum Scabinos monet, & eorum partiumque juramenta recipit, nec non ſententias civiles inter partes latas executioni mandat. Sunt prætereà alii plures particulares, qui partim à ſummi prætoris vicem gerente, partim ab ipſo Senatu, & partim ab ipſo Prætore urbano conſtituuntur, quorum nullum eſt aliud officium, niſi ut Majoribus officiariis adſiſtant, & ſi in delinquentes incidant, eos capiant & ſuperioribus tradant, aut ſi de civili mulcta agatur, ad eos deferant, ut mulctam jure proſequantur, vel de ea tranſigant. Gladii poteſtatem ipſa civitas non habet, ſed ſi quis capitale cogatur ſubire judicium, is lata ſententia à ſupremi Baillivii locum tenente vel urbano Prætore, traditur Domino de Boulaere vel ejus Baillivio, qui ſuis expenſis ſententiam executioni mandare cogitur. Quo hoc jure fiat, inter ipſos controvertitur, dum ſervitutem Gerardimontenſes, poteſtatem Boularius reputat. Illud in quadam ſententia Anno 1313. per Robertum Flandriæ Comitem inter Baronem de Boulare ex una, & Gerardimontenſes ex altera relatum eſt, nihil Baroni de Boulaere à morti adjudicatis cedere, quàm quòd penes ſe, hoc eſt corpus ſuum habent, dum condemnantur, eoque contentus, ſuis ſumptibus ſententiam exequi cogitur. Authoritatem & ſplendorem ipſius Urbis præfert, quòd antiquitus ſicut & nunc in litium definitionibus Scabini civitatum de Edinghem, Nienove, Lembeke, & Dominorum de Sotteghem, Flobeke, Secrou, Albede, Bavau, & Papignies pleraque ſita extra Comitatum Aloſtanum ex conſilio & judicio Magiſtratus Gerardimontani indicare cogerentur, idque ad Magiſtratum primum vocati, jurando in caput S. Veronicæ (is erat ipſorum jurandi mos & forma) promittere debebant. Habet & ipſa civitas ſua quædam opificum collegia, quæ antiquitus ſuos juratos & Decanos habere ſolent in majori Urbis conſilio, quorum loco nunc vocantur notabiles Senatorii, uti & Confraternitatum, Rhetorum, & Baliſtariorum, qui tum elegantia & artificio compoſitionum, tum exercitio jaculationis non exiguam variis temporibus laudem meruerunt: item Muſices ſub Divæ Cæciliæ patrocinio, cujus exercitio unicè ſe addicunt non pauci, nec exiguæ authoritatis apud ipſos viri, plurimumque illud colunt, ut meritò colendum eſt.

Le Meieur.

Baro Boularius Juſtitiam habet.

Quoad rem Sacram, etſi antiquitus Hundelgemi Mariana primatum loci, ubi pòſt oppidum coaluit, occupaverit, tamen ſtructa Abbatia Curialis Divi Lucæ proxima, parochiale jus videtur obtinuiſſe, cujus adeò Templi frontiſpicium præfert ſigillum oppidi ad cauſas obligationum, ſed ob commoditatem civium, jus cum fonte baptiſmali (qui hodieque duabus hiſce unicus eſt) tranſlatum aut communicatum Eccleſiæ D. Bartholomæi. Et extant unionis per Leonem decimum litteræ de anno 1515. & aliæ non præjudicii, quòd non teneantur ad ſarta tecta chori D. Bartholomæi, eò quòd odeium D. Lucæ teneantur conſervare. Et meminerunt dictæ litteræ priores Parochiæ Bartholomæi cum Capellis B. Mariæ de Hundelghem, & B. Catherinæ, quæ ſunt in inferiore oppido & explent numerum in vulgo quatuor Curialium. Quarum ſplendidiſſima quæ forum reſpicit duodecim Sacerdotum ad exſolvendas preces horarias ornata collegio, & Sacellanis compluribus. Cœnobia porrò Virginum in Urbe terna ſunt, Beginarum, Gryſearum, & curantium vetus valetudinarium, præter extinctos utriuſque Sexus Leproſarii curatores, & Xenodochei Adrianenſis Hoſpites, de quorum initiis plura dabo ſecundis curis. Virile cœnobium Carmelitarum titulo Vallis Joſaphat Mariam vander Gracht viduam Rogeri de Scornaco militis agnoſcit Fundatricem, Abbatia autem Benedictina Balduinum Hieroſolimitanum, tranſlatorem ex vico Declinio, ubi tempore Severaldi primi Abbatis repoſitæ B. Adriani martyris Nicomedienſis miraculis coruſcantes perpetuis reliquiæ non Abbatiæ tantùm Apoſtolorum Principibus nuncupatæ, ſed & oppido nomen fœnerarunt.

Parochiæ.

Cœnobia.

Abbatia.

Præter quas & aliæ præſtantiores mulctæ piè hîc aſſervantur, quarum indiculum, cum prolixa oſſium D. Adriani tranſlatorum hiſtoria, litteris fundationem & geſtis Abbatum & Epitaphiis Nobilium ſecundis curis Lector expectabit. Hîc tantùm intererat clariores nominaſſe, Adrianum Vleyſch ob reſtauratam incendio anno 1343. abſumpti cœnobii partem optimam: Gulielmum à Voordis ob adornatum D. Adriani feretrum circa annum 1430. Nicaſium de Fraſne ob favores Ludovici II. Regis, & Philippi Ducis quorum erat Conſiliarius, Joannem de Cruce ob ſtructuram domus Abbatialis & ædificiorum areæ inferioris ſtructuram: Simonem de Warpuzeel ob generis claritatem, & quod Parmenſi Principi ab Eleëmoſynis eſſet: Hieronymum de Moncheaulx ob deſolatum hiſce turbis ædificiis omnibus aut incenſis, aut disjectis, bonis ingenti ære grava-

tis

tis reparari formarique cœptam Abbatiam, quod Henricus de Buſſignies ſucceſſor gnaviter proſequitur, & pluſquam afflicta rei familiaris ratio patiatur animo magno incumbit, ut religione & diſciplina refloreſcat, gemens ſub pondere domus reſpiret, & ſarta tecta omnia ſerventur, lapſaque reſurgant.

J. B. GRAMAYE

NINIVE

FLANDRORUM.

Urbem hanc olim quàm nunc feliciorem lætioremque cum feudorum codex antiquior Nieneven, (quod novos nepotes, aut novum vicino latere ſonat,) Meierus Nienoviam: Marchantius Nienhovam, quaſi novam villam, Niniven ego vocavi, præeunte Iperio & diplomatis Cœnobii Corneliani, Deſpauterio etiam Grammaticorum Coriphæo hinc ſe Ninivitam, (quæ vox aliunde quàm à Ninive non aptè derivaretur) appellante. Cujus hæc epiſtola ad Badium ſunt verba. *Patria mea: cùm nihil præter nomen commune cum Aſſyria Ninive habeat, non contemnenda tamen floruit inter Flandriæ urbes, pro Tygri Teneram bibens, qui nova rivi ſuburbani acceſſione intumeſcens largiore alveo arcem & muros oppidi alluit.* Hæc ille, & optimè. Tenera enim, ex quo Flandris ſe ingerit, à Scaldi abſorbendus, ſingulis duarum horarum ferè ſpatiis novo aſpectu oppidi recreatur, & ſecundo quidem loco, noſtræ Ninives, quam per præterque fluit, pontes aliquot dorſo excipiens, nec vulgari cives commodo commoditateque beans.

Nomen. Etymon. Situs.

Oppidi initia. Oppido initium ab arce, arci à Gothis, qui Vandalorum Gandam tenentium viribus obviam ituri fluviorum, rivorumque ripas præſidiis, præſidia arcibus congeſta gleba & ceſpite muniebant ſub annum redempti per Verbum incarnatum orbis 490. Hæc arx iterum & ſæpiùs à Barbaris dis aut dejectis turribus duabus, muro moleque lapidea cingi cœpta tempore bellorum, quæ inter Flandros & Lovanienſes Regulos ante quinque ſæcula extiterunt, & addunt alii pace inter utrumque Principem Hallis compoſita ad annum 1194. permiſſum Ninivitis vallum, quod planitiem arci oppoſitam cingebat, ſecuritati habitantium reficere. Hoc vallum opinor iis locis ductum ubi hodieque veteris oppidi limites, & alibi mœnium foſſarumque veſtigia. Munimentum enim exterius tempore Henrici à Flandria ductum accepi, cùm inſuper conceſſa urbi urbium aliarum privilegia, appellatique cives, qui municipes anteà duntaxat fuiſſe videbantur. Excludebatur adhuc hoc circulo & murorum complexu Abbatia, quam, aut veriùs, cujus portionem ſub initia Principatus Maximiliani Archiducis, cives foſſa & aggere munierunt. Anno 1487. fruſtra reclamante Archimandrita. Taceo hîc, ut quæ ætatem non tulerint, munitiones temporibus Malani, dicti Maximiliani, turbarum anni 1579. citò factas, fractas citò & demolitas, jacente ſub tot malorum mole, vana, atque vaga ſine viribus urbe. Malorum mole preſſam, tantumque non oppreſſam Niniven dico, & doceo: nimirum recenti patrum avorumque memoria, ſextò exuſtam.

Muri. Pomœria producta. Inciſa. Calamitates.

Primum ſub Maximiliano incendium ut refert Coævus ad D. Cornelii ſcriptor. *Venerunt, inquiens, 8. Julii cives cum Balivis & Scabinis & impetu in Monaſterium facto, pontem unum fecerunt cum adjectis mœnibus, quem perfecerunt 16. Julii, & circa illud tempus Civitas arſit.* Alterum anni ſexti ſupra ſeſquimilleſimum docuerunt me rationes oppidi pro triente abſumpti ad Septentrionem inprimis: Tertium, è piſtoris domo & incuria natum media in urbe media omnia abſorbſit feriis D. Bartholomæi anno ejuſdem ſæculi 63. A qua clade immunes Halla, Arxque duarum uſu turrium nomen ſervans. Itemque Curia cum ære campano & Bella-forti eodem anno (niſi mentitur epigraphe) reſtituta noviſſimi civilis belli anno tertio & quarto, tam ferro, quàm flamma tantùm non perierunt. Necdum ſatis Vulcano factum, qui efferatiore quàm aliàs pertinacia non ita pridem debacchatus undecim duntaxat ſui furoris expertes domos ſolidiore tecto munitas reliquit. Factum Anno 1603. propridiè Kalendas Sextiles, authore puero, excitandis in thuribulo carbonibus ad rem divinam, ventos captante. Unde ex inflammatis unus in fimum æſtivo ſole ſicciorem decidens, illo flammam capiente & in horreum adjacens propagante, cœnobium, templa, urbem totam brevi ſpatio Vulcano ſubjecit.

Incendia.

Vulcano nihil ſegnior, Gradivus gradu ferreo: minitans fatalem ictum, ſæpiculè repetivit. Ego ne tædioſa repetitione nauſeam lectori pariam, Gothorum, Vandalorum, Normannorum funeſtum nomen ingeminando: clades è vicino Brantuſpantio huic urbi cum aliis aliquot communes iterum refricando ad Aloſtam mea lectorem remitto, hîc recentiores ab inteſtino ferè hoſte calamitates tribus verbis recenſurus. Tumultu illo, qui Franciam & Flandriam armis damniſque ſub Malano Principe feralibus involvit, Gandenſes Ninivem Comitis, quàm rebellium magis ſtudioſam invaſe-

Calamitates ab hoſte.

invaſerunt, incenderunt: arcem ſpecioſam magis quàm ſpacioſam, munitam tamen opere & præſidio. Iidem ſub Maximiliano incautam ſuas in partes armatis precibus pertraxêre. Iidem Anno 1578. proximè elapſo occupârunt, inermemque tam muris quàm viris firmârunt. Sed quam Egmondæ Comes inſequenti anno eripuerit & tenuerit ad uſque penultimam Martii Anno octuageſimo, quo à Francis capta, & cum & in ea Comes. Francis autem rebellium auxiliariis Alexander Farneſius ſpeculam Bruxellæ impendentem, & Hannonibus infeſtiſſimam erepturus Anni 1582. finiente Octobri obſidet, oppugnat, tormentis petit, & non ſine pulvere capit 13. obſidionis die, munitiones (parum aberat quin & urbem) ſolo æquat. Ita deſtitutam ſuo robore Angli præſidiarii Aloſto miſſi biennio pòſt facilè intercepcrunt, ſpoliârunt, deſertam reliquerunt. Et cùm à tot malis reſpirare inciperet, Bergenſes Anno 1588. 17. Kalendas Februarii denuò abductis in captivitatem plurimis deprædati ſunt.

Sic flamma & ferro fama fameſque venit.

Domini Urbis. Urbis quam hactenus vario colorum apparatu depinximus: Dominium fuit ante 4. ſæcula penes Amelricum, & denique penes Gerardum ejus filium Conſtabularios, id eſt, Comites ſtabuli, ut olim; Coneſtabules, ut nunc loquuntur; (niſi Marchantius l. 1. magè placet, derivans è germanico fonte vocem, Coninckx-ſtapel, quod idem ſonet cum Regis fulcro, ſit cum militiæ & Equitum imprimis Præfecto, quorum hic in dotatione Cœnobii Præmonſtratenſis Advocatum ſe Ninives indigetat, & imitati, quod opinor, hæredes Likerkæ, Grimbergæ, & Aloſti Principes, & ſubinde Domini eodem titulo uſi repериuntur. Cùmque ad Flandriæ corpus avulſum hoc membrum poſtliminio revertiſſet, bis quod invenio, naturalibus ſuis Comites hoc peculium aſſignaſſe, bis ſine hærede extinctis naturalibus ad Comitem rediiſſe. Hi Dominos ſe Ninives tantùm ſcripsêre quorum celeberrimus Henricus à Flandria civibus jura lanificii ceſſit, immunitatem à telonio Rupelmundano impetravit. Interjecto autem tempore alios oppignoratitio titulo urbs Dominos accepit: hic anno ſeculari ab hinc altero Montfortius Dynaſta ejus potiebatur, & dotem filiæ Gaesbecano Baroni enuptæ dabat: Anno 1515. Cæſar exoneratam ad ſe traxit, ſed Anno 1559. Duci Brunſvicenſi obligatam, & per eum Egmondano Comiti permiſſam, cujus hæredes etiamnum fruuntur proventibus amplis & juribus curiæ feudorum, quæ motum Burgo ſuum accipiunt, telonii & juſtitiæ

Reſpublica. triplicis. Iidem ſubſtituunt ſibi adminiſtros juſtitiæ & juriſdictionis, Criminalem & Civilem Balivos: Iidem biennalem Senatum conſtituunt juri dicundo Conſulem cum 7. Scabinis. Anno 1436. Scabini novem erant, & jurati totidem, quod arguit populoſiorem id ævi urbem fuiſſe. Lectior civium pars ſua habet contubernia virtuti & ingenio exercendis. Quorum illud D. Georgio ſacrum Anno 1514. renovatum, illud D. Sebaſtiano Anno 1518. utrumque arcu ſed diverſo exerceri ſolitum. Rhetores autem Populus.
ſub tutela D. Annæ quando cœperint ſcire mihi non contigit, certus ante Annum 1472. quo Curtraci inter alios ejus ſtyli comparuerunt, claruiſſe. Commendat Senatum lex reſcripto Principis conceſſa, quæ mulctat 60. libris Pariſ. appellantes, ab ejus ſententia, medietate ad Scabinos ſpectante. Commendat ſupradictos guldarum collegas quòd Anno 1460. Curtraci, 1472. Aldenardæ, 1512. Aloſti in ludis ampla retulerint donaria. Commendare plebem ſolet pannificii ſolertia, cujus nundinationi & Dies Martis hebdomadatim & 14. Septembris annuatim privilegio Ludovici Malani conceſſa. Commendant hunc nativitatis locum ſortiti Joannes Deſpauterius Bel- Viri clari
gii Priſcianus: Adrianus Dorpius Angienſis Carthuſiæ Prior, vir præclarus, viſitator provinciæ, aliiſque aliàs dignitatibus celebris. Anthonius & Joannes Vlamingus, ille Juriſprudentia ad Iprenſem, hic Theologia ad Caſletenſem Decanatum evectus. Robertus Guens Thorholti Præpoſitus, Petrus Rocquet hujus tractus Archipreſbiter, & alii.

Curialis. Quoad rem ſacram unica Divæ Virgini inſcripta Paræcia à Præmonſtratenſibus curata in vicino fundatis. Erat ea olim extra muros, & in ea aliquot Canonici eleemoſynis Dominorum ad peragendum rem ſacram ab Amelrico Heroë inſtituti. Quorum tribus Prҿmonſtratenſis inſtituti vitam amplexis quarto etiam cedente perſuaſi facilè Gerardus & Giſla Domini, utriuſque collegii tam Secularis, quàm Regularis fundatores, illorum peculia horum doti augendæ contribuerunt. Ita manſit, manetque licèt tecto diverſa, unius tamen patrocinio concredita Prælati Parochia, in qua 7. totidem horis canonicis decantando aſſumuntur presbyteri. Nec virilis ſexus præter Abbatiam, de qua pòſt, ullum Ninive habet Aſceterium, niſi quòd Anthonii Vlamingi opibus non ita pridem erectum ſit, fovendis ſeptem ſenibus Gerontocomium ædificiis & dote ſic ſatis ſplendida. Nazareth.
Fœminei porrò ſexus, Beginagium fuit, (unde ponti vicino nomen hæret) in conventum Franciſcanarum tertiæ regulæ, autho- Beginenbrugge. Grawſuſters.
ritate Pontificia mutatum Anno.... Nec taceam Xenodochium mediocriter dotatum virginibus Anno.... Aldenardâ evocatis ad earum præſcripta formatum, quod plurimum debet familiæ Likerkanæ. Sacella etiam

etiam fuerunt, ſed fuerunt tantùm, Caſtrale in arce, Georgii in urbe, Leproſorum in ſuburbano nunc funditus everſa.

Terrenum, quod tenuis ſpatii nonnemo vocat. Niniven ſe complectitur partim ſuburbanos, partim beneficiarios vicos ſi nominis, certè non antiquitatis ultimæ. Primi generis eſt Herlingi Curia, (Herlingi nomine unus è Gothorum Ducibus innotuit, fortè hîc olim diverſatus) Sacello D. Virginis & agro fertili conſpicua: Secundi eſt Curia equeſtris, intra limites Velteicanos Dominium Romanæ antiquitatis, & numiſmatum repertorum non infrequens.

Herlinckoven.

Riddershoven.

Denique in tractu procul hinc Inſulenſi ab eodem Domino ex gentilibus de Tourones poſſidetur Vandalorum villa, in Templo Martiali feuda Burgi Ninivitici, utrumque gleba divite fœneratam meſſem domino ſuo afferens. Ne autem cui ſuſpicio incidat vicorum hæc nomina mea authoritate latinè reddita, ſubjiciam liberatura fidem meam teſtimonia duo: In codice miraculorum Virginis Gratioſæ cis Inſulas, legis. Mulierem quandam ex pago non procul ab Inſulis, quem antiquitas Vandalorum villam dicebat, &c. Præter Vendevillam autem nullus toto illo tractu, vel per umbram accedit ad dictam appellationem. Author pugnæ Bovinienſis ſimiliter ait.

Vendeville.
Tempelmars.

Nec grave Siclinum, nec Phalepinia dives,
Nec Martis Templum, nec clade Perona carebat.

Sunt autem loca Seclin, Phalempin, Perone, in circuitu vici de Tempelmars.

Pro coronide addam Abbatiæ Præmonſtratenſis in veteri Ninives ſuburbano fundatæ decora: Annus volvebatur à Verbo incarnato 1137. & rerum hîc loci potiebatur vir nobilis Gerardus Conſtabularius Giſlæ pari natalium ſplendore illuſtris conjunx, Mathildis de Dune, & Ermengardis de Woma lectiſſimarum virginum pater, qui divinę remunerationis intuitu ſuo in fundo cœnobium inchoavit, in quod Norberti aſſeclarum candidi ordinis è Parcenſi circa Lovanium cœnobio duxit coloniam. Venêre primùm ſeptem & numero ſuo & virtute quid æternum promittentes, adjunxerunt ſe venientibus canonici Eccleſię Ninivenſis. Quorum unus nomine Balduinus de Wala, apud piiſſimam Giſlam tantùm profecit, ut Canonicorum loco ſecularium, regulares Præmonſtratenſis inſtituti introducerentur. Factum illud & facti fama, integritatis odor, novellæ plantationis fructus tantam animis propè proculque diſſitorum indidit admirationem, ut certatim plures ſua ad religioſorum uſus conferrent pecuia. Inter alios Yvanus de Aloſto apud Liedekerkam Dominus Eccleſiam (cui anteà Evermarum Abbatem Jettenſem præfecerat) in perpetuum Ninivenſem aſſignat anno 1140. quam titulo Abbatis Prælatus inſuper olim gubernavit, nunc vices ſuas agentem mittit è ſuis Præpoſitum. I. de Trazenies Hoſpitale de Reverſarto eidem contulit, Prioris titulo à Ninivenſibus nunc adminiſtratum. Abbatia hæc à Tutelaribus Cornelio & Cypriano quorum gaudet reliquiis anno . . . delatis, & feretro ſolenniter impoſitis nomen aſſumſit. Inchoata fuit loco decliviori ſed vicino, unde in conventum templumque nova aſcendit anno 1146. Officinas denique & clauſtrales domos meliori ſchemate exornatas tradunt à Rodulpho Abba ſub annum 1246. vita functo. Abbatialem domum cum hoſpitio Gandenſi acquiſita à fundamentis innovatam tribuunt, Cornelio de Hamme anno 1391. mortuo. Cubicula hoſpitum, villici & officiatorum ſtructa Cornelio de Heye Bredano viventi anno 1530. ornatum templi & ſtructuram chori Corneliani Joanni ab Avena decendenti anno 1567. loca cibo, ſomnoque capiendis cum appendentibus refecta poſt clades & exilia nuperis turbis Anthonio Langio Malinati cui anno 1600. ſurrogatus Chriſtianus Alelius ultimi incendii damna vidit & reparare paulatim incipit. Erant in templo nunc flammis exhauſto fundatorum nobiles tumuli, & fautorum complures, cum inſcriptionibus memoria dignis, ſi earum inſpectionem Vulcani rabies non invideret. Inter Prelatos peculium monaſticum imprimis auxiſſe leguntur & diſciplinam conſervaſſe, Sigerus anno 1250. Ægidius Ninivenſis anno 1320. Gerardus Cardekius anno 1490. Adrianus Waſteels anno 1590. Doctrina & concionibus excelluerunt Matthæus Abbatum quintus, Henricus anno 1192. clarus, Daniel prudentiæ merito ad Jettenſem, Grimbergenſemque Abbatias evectus. Joannes Mellys anno 1314. Bartholomæus van Hoeven Baſiliani teſtis concilii, ibi, ſed ſibi duntaxat infulas meruit, quas ſucceſſoribus etiam impetravit Cornelius de Heya ſupradictus: Anthonius de Langhe ordinum Flandriæ Commiſſarius, aliique plures. Nec tacendi Balduinus Diaconus ſcriptor hiſtoriæ Flandriæ, uſque ad annum 1230.

ALDE-

ALDENARDA.

Etymon.

ALdenarda, ait Marchantius, nominis auſpicium traxit ab Ald, ſive Aud, ſynonymis vetuſtatem ſignantibus, & Naer, per diphtongum pro Ner, hoc eſt ab antiquis Nerviis, quorum Curia fuiſſe exiſtimatur, ad quam Ambiorix poſtridiè quam Atvaticos eſſet allocutus, ſcribitur appuliſſe, & hinc improviſus caſtra Q. Ciceronis invaſiſſe. Ita planè: & conſtat dimenſio, & propinqua ad ſecundum lapidem

Romanæ antiquitates.

Veltſica, dives Romanorum antiquitatum pagus, apertè campum, ſive caſtra Ciceronis ſonans, abraſis, noſtratium more, poſterioribus litteris. Et planius Aldenardę viciniores vici Caſtre, ad latinum nomen, & Amoregem (pro quo nunc breviùs Moregem dicunt) quàm propè ad Ambiorigem, ſive Ambioregsheym, accedat, nemo non videt.

Ambiorix Rex.

Situs loci.

Exhibitaque mihi ſunt utroque loco reperta numiſmata Romanorum habitationes arguentia. Quia imo L. Petum volunt quidam Petegemio nomen communicaſſe. Nec id ulli mirum videri debet, cùm ſchaldis pleno alveo affluentiam, & ſitum circa paluſtres & hibernis una parte aquarum evagationibus obnoxios agros, veroſimile ſit à Romanis non habitam neglectui, ideoque à Barbarorum, Hunnorum, Gothorumque colluvie occupatam,

Arx Barbarorum.

quidem Anno 411. Arcem Aldenardæ, ait Chronicon vetus, ſed Anno 489. eandem contra Vandalos Gandavum tenentes munitam, & eliminato in perpetuum Romano præſidio defenſam. Ab Hunnis quin nomen ſervet Hunnegem, Huynſſe, Hunſſel, pagi haud procul hinc noti nemo dubitat, nec ego ambigam quin à Gothis fidei noſtræ paulatim initiatis, totus hic in ambitum ager fuerit excultus, regiâque Petegemii conſtituta.

Petegem Regiæ.

Nec deſtituitur fundamento hæc mea conjectura, illo imprimis, quòd videam (ut ſimiles in Aloſtano tractu altera in Schaldis ripa alibi nominatos præteream) omnia penè vicorum nomina in Heym, quod domum ſonat, deſinentia, additum nobilis poſſeſſoris ſui nomen circumferre:

Pagorum nomina in heym.

nec enim Petegem, Avelgem, Huyſſem, Moregem, Elzegem, Wannegem, Giſelbrechtegem, Audegem, Iſelmoringem, Goygem, Tidegem, Edickem, Wortegem, Mullem, Waregem: qui omnes ſunt Caſtellaniæ Audenardenſis, aliud ſignificant (prout ſimilibus docere poſſem) quàm Peti, Avelini, Hunni, Mauri, Elizabethæ, Wannemari, Giſelberti, Audoeni, Iſelinæ, Godefridi, Troderin, Eduardi, Wortemari, Wulmari, Warelmi domos, & qui volet inter aulicos illuſtres Theodorici Regis apud Vedaſtinos ſepulti, omnia hæc nomina inveniet ad unum, prout, niſi moleſtiam vererer, diplomatum ſchædis docere poſſem. Sicut autem Theodericum Regem hîc diverſatum & Tidegemio imperaſſe conſtat,

Tidegem.

ita manifeſtum faciunt Cœnobii Gandenſis diplomata, Carolinos Principes ſimiliter Aldenardam & vicina coluiſſe. Extant litteræ Caroli Regis Anno 865. datæ 5. Idus Octobres indictione 13. Anno regni 25. & datæ apud Petigehem villam. Ad quem locum optimè Meierus conformiter Iperio. Notandum, inquit, Petegem antiquitus fuiſſe Regum domicilium. HLudovicus autem Pius Anno 840. inter Altaria (ſic vocat Curiales antiquas) Tornacenæ Cathedrali conceſſa quarto loco nominat Aldenarde.

Altaria quid.

Cæterum an hoc tempore proprios Aldenarda Dynaſtas habuerit, aſſerere non audeo; Pamela certè habuit, fidem faciente reſcripto ejuſdem Caroli Regis apud Bertinicos, ubi teſtis ſubſcribit A. de Pamella miles, Datum regni anno quinto.

Pamele.

Poſt receſſum autem Normannorum mox & Pamellam Caſtellani titulo, & Aldenardam Comitis appellatione Dominos habuiſſe ſcio diverſos.

Comitatus Aldenardæ.

Hildulphus Caſtellanus de Pamella cum uxore Jutta in Laubienſes reperitur munificus eſſe anno 920.

Vice-Comitatus Pamellæ.

Ebroinus (Heribrandum vocant annales Gallici) illuſtris Comes regni Francorum Bavone Comite patre, Barmio de Anſalonia avo, Numerico Comite Narbonenſi proavo, Ermengardi ſorore Bonifacii M. Principis Paduæ proavia natus, tempore Luduvici ultimi Francorum Regis (ait codex Walciodorenſis) Aldenardam inter alia poſſedit ſed an à majoribus acceptam, an ab uxore Elbetta filia Wederici & Evæ Comitum Florinenſium non addit. Succeſſit filius Gerardus, Comes de Oldenarde, cujus ſtirps (ait idem) apud Flandros propagata.

Stirps Comitum.

Nec plura hîc codex ante aliquot ſæcula fideli manû exaratus. Vixit hîc Gerardus frater Elberti Comitis fundatoris Walciodorenſium anno 922. & infenſus Franco Regi ob cladem acceptam à Redulpho Comite Cameracenſi Regiis auxiliis ſuffulto apud Quintinopolim, duxit affinem Raginerii Longicollii Comitis: unde pater

pater effectus plurium. Ex nepotibus Fulbertus fuit Haſvigis Namurcęæ vir & ex ea pater Beatiſſimi Arnulphi Sueſſionum Epiſcopi: fuit etiam Hugo de Aldenarda qui ducta hærede Pamellenſi cis & ultra flumen latè imperavit, & Burgum Aldenardenſe multùm nobilitavit. Hæc ex Archivo Walciodori, Florinarum, & Laubii, quæ quantum lucis dent hiſtoriæ veteri quivis annotabit. Liſiardus Abbas in vita B. Arnulphi matrem ejus nobiliſſimam ex ſtirpe Lovanienſium, Montenſium, Namurcenſium, & Loſſenſium ait fuiſſe, patrem Fulbertum vocat quem ex Aldenardenſibus Dominis fuiſſe arguunt Arnulphi inſignia gentilitia apud Audeburgenſes extantia, eademque quę nunc ſunt Pamellenſium, & ampliùs quòd Arnulphus de Aldenarda puerum ſacri Baptiſmatis lavacro ablutum, teſtis & ſponſor excipiens, à ſe voluerit appellari, non facturus temerè, ſi nulla intercesſiſſet affinitas. Sed quomodò, inquies, ſi Hugo tam Pamellæ quàm Aldenardæ potens fuit, Comiti aditus ad ejus dominium factus? Non una ratio aut via eſſe potuit: beneficium erat, ideò forſan arrogavit; opportunum ideò fortè arripuit; aut etiam ſi jura requirimus inter Eccleſias ab Epiſcopo Tornacenſi Anno 1027. cum omni patronatu & dominio transſcripto Balduino Comiti Aldenarda fuit. Tum fortè pluſculum competere ſibi, plus deberi putavit, & per leges Concordiæ Anno 1030. initas ſibi Regalia, ſervans, Pamellæ Baronem (eo enim tunc titulo honoratus) in Aldenardenſis dominatus communionem denuò certa norma admiſit.

B. Arnulphus.

Genus ejus.

Conjecturæ de Comitum Dominio.

Et delectatus loci amœnitate, nobilitatis vicinæ frequentia, fluvii commodo; ſi quis à Flandria ſuperiore motûs aſſurgeret, ſecuritate Einhamo arce in cœnobium verſa, Petegemio ad venationis delitias ſervato, in Aldenarda ornanda totus erat. Et obſervabis nullum fuiſſe Comitum qui non illuſtri aliquo aut dono, aut facto, hanc urbem Regiam ſæpè ſuam, nobilitatis ſedem ſemper voluerit nobilitare. Balduinus Barbatus quidem triennio poſt donationem à Tornacenſi factam, id eſt, Anno 1030. celebrem pacis gratia hîc indixit conventum, advocatis Hugone Epiſcopo & Flandrica nobilitate, adductis corporibus Sanctorum Gerulphi (cui utpotè Flandro primi honores dabantur) Waudregeſili, Ansberti, Vulfranni, Bavonis, Amandi, Pharaildis, Donatiani, Amelbergæ, Walburgis, Landoaldi, Vincinnæ, Vedaſti, Bertini, Winoci. Ex quibus advertere eſt quanta celebritate peractus ſit.

Comitis ſtudium in ornanda urbe.

Comitia hîc.

Filius ejus à natali Inſula cognominatus, contra Cæſarem ſe firmaturus inter alia repagulum hoc Schaldis Anno 1053. munivit, & arcem alteram inędificavit, ſive Burgum, quod arbitror prima oppidi eſſe exordia, nec dubito ubinam extiterit, cùm referat Meierus ad Annum 1110. in novo Burgo ſtructam ædem Deiparæ. Novum Burgum vocat ad differentiam veteris Gothorum ævo inchoati, quod Pamellani Barones Aldenardæ Domini incolebant. Nominatim Fulbertus Anno 1000. per Comitem equeſtri baltheo ornatus, & demum Arnoldus Anadoxos B. Arnulphi qui filios reliquit, Arnoldum Anno 1064. Advocatum Einhamæ, & Hugonem. Idem Comes comitiis regalibus ad Annum 1063. ubi legati Hollandiæ Roberto ejus filio viduam Florentii primi in matrimonium, liberos in tutelam, Hollandiam in adminiſtrationem obtulerunt, Aldenardam potiſſimùm honoravit, ubi recenter & palatii ſui ſedem, & Petram clientelis nobilem erexerat, primumque filium de acceptis inſulis Zelandicis, comitatu Aloſtano & quatuor officiis voluit beneficium profiteri, & fidei ſtabilitatem jurare. Hæc Petra locus erat ad columnam ſubdialem cruce ſaxea inſignitam, haud procul à foro tum conſpicuam, ex adverſo palatii, & perſeverat nomen & ampla feudorum Curia. Quia autem ſedem quodammodò ſui Principatus hoc in Burgo Comes figebat, Eynhamum caſtrum propinquum minùs uſui eſſe putans, Anno 1034. everſum, lapidibus Aldenardam convictis, cœnobio Benedictino extructo Anno 1074. attribuit, eadem libertate quâ ipſe à Montenſi Comite Hermanno acceperat. Filius Inſulani Montenſis æquè in hunc locum propenſus turres duas fertur extruxiſſe ad flumen, & monetam illuc traduxiſſe: undè occurrit nonnunquam denarii Aldenardenſis in reſcriptis donationum Eynhamenſium mentio. Moriturusque Anno 1070. nobilitatem cum Eccleſiaſticis & SS. Reliquiis advocans ultimæ voluntatis edictum tulit, commendans filios impuberes ordinibus, tutelam & adminiſtrationem fratri. Secuti Comites Roberti quòd foris bello ſacro, aut domi inteſtino occupati fuerint, nihil admodùm otii reliquum habuêre ad reſpiciendum Aldenardę decus, ſub Roberto tamen patre pontem flumini injectum lego, Roberto filio autem ad annum 1110. conditam in novo Burgo à Principibus Ædem Deiparæ, ab Odone Epiſcopo Cameracenſi dedicatam, præbentibus aream Mathilde filia junioris Arnulphi Aldenardenſis, & Leberto quo & Sigillinde conjugibus indictione tertia. Unde certò colliges Pamellanos etiam in novo Burgo Comitis jus habuiſſe, & privatos alios latifundia poſſediſſe. Mathildis autem hæc Arnulphi ſive Arnoldi Advocati Einhamenſis filia nupſit Gerardo Domino Aldeburgi camerario Comitis, mater facta

Arx ſtructa.

Duo Burgi.

Petra Aldenardenſis.

Curia feudorum.

Einham cœnobium.

Moneta.

Pons.

Templum Deiparæ.

Advocati Einhamenſes.

Balduini in Libitinario cœnobii Aldeburgenſi nati. Eadem porrò quæ Roberto Comiti conjugi juncta paulò antè, ut dixi, urbem ornaverat anno poſt 1119. affini ſuo Guillielmo Iprenſi poſt mortem filii aditum factura ad Comitatum, Clementia, inclementer Aldenardam invaſit, incendit, cives quoſdam ultimo affecit ſupplicio, ubi etiam Iderus Prætor tertio Kalendas Decembris, legitur trucidatus. Nec ſolitaria fuit hæc calamitas, duplicata anno 1127. cùm Balduinus Montenſis à morte Coroli Boni Flandriam ſibi à rege negatam armis arrogans Aldenardam per iram incendit, ubi in principe æde (ait ex Floriacenſi Meierus) multi exuſti feruntur mortales. Nec proclive fuit Theoderici Elſatii principatu à tot malis reſpirare, quam rem miſeratus Philippus Theodorici filius, omnem movit lapidem, ut oppidum è pulcherrimis ſui comitatus, & nobiliſſimis priſtino nitori reſtitueretur; cives itaque à ſervitute eximit anno 1172. eoſdem anno 1189. legibus, privilegiis, inſtitutis iiſdem, quibus tum utebantur Gandenſes, uti frui permiſit, quo factum ut oppidum ambitu, quam anteà ampliore mœniretur, turribus & ponte inſtrueretur, prætorio & vicis inſterneretur.

Vaſtatio oppidi.

Incendium alterum.

Jus civium & privilegia.

De ponte verſus hi extant in codice Aldeburgenſi.

Pons.

Pons Aldenardi factus fuit ante Gerardi,
Ac ope Liberti, duplici te munere certi
Annus lætitiæ fuit octageſimus M. C.

De muris in Einhamenſi codice verſus extat,

Muri.

Muri Aldenardo fiunt regnante Philippo.

Non parum autem ad incrementa redivivi oppidi fecit Giſliberti Arnordo tertio Dynaſta, & Maria nati potentia, qui, Principem ſe vocans, & Guiſiano aliiſque vocatus, Leſſiniæ, Flobecæ, & territorii inter Marcam & Renam imperavit, maritus Richildis Martaignienſis Everardi ex Richildi Hannonica filiæ, anno 1186. & 1191. & 1199. in Einhamenſes munificus, gener Rogerii & Aleydis Namurceæ, pater Arnulphi de Aldenardo, Qui anno 1225. *Oppido ſuo de Pamela eandem dat libertatem, quam Philippus Comes dedit oppido Aldenardo ut qui in eodem ſunt Scabinatu, eadem jura cuſtodiant, & ſimili gaudeant beneficio libertatis.*

Princeps Aldenarda.

Libertas Pamelenſium.

Ex quibus litterarum verbis æſtimare licet Majeſtatem Pamellæ, quæ oppidum, cujus Baro privilegia dare potuerit & dederit, quòd in eodem cum Aldenarda fuerit Scabinagio. Mos enim ille ad noſtra tempora duravit, Pamellanis & Scabinis, & juratis cum Aldenardenſibus idem tribunal facientibus, in quo ante duodecennium jus ſuum & ſuorum urbi Baro transſcripſit. Ex hoc etiam tempore inſignia Pamellenſes jurati caſtri veteris effigiem monſtrantia accepêre, & legem & ſanctiones de mulctis. Hujus etiam Arnoldi opus eſt aucta Deiparæ Paræcia ab Eynhamenſi dependens cœnobio. Hujus fundatio eſt Abbatia Vallis virginum anno 1233. ex Vloesbergica curiali tranſlata, de qua alibi fuſiùs. Hujus donum ad oppidi muros inchoatum Hierocomium, & intra muros Hoſpitale Arnoldo ex Alcide Roſeti Domina liberi fuêre Ægidius anno 1228. Eynhami ſubſcribens, & Joannes in donatione Einhamenſibus facta anno 1240. ſe indigetans militem dictum Dominum de Aldenardo, ſive Gallico, *Jehans appeilles Sires de Pamele & de Roſeit* anno 1343. Hic Franciſcanos anno 1230. in urbem receptos favore & opibus ſuis proſecutus cum uxore Mathilde de Creſecques D. de Picquegny anno 1261. elegans caſtri ſacellum fundavit, anno 1273. de Balivatus dignitate diſponit, pluraque in pauperes domeſticos erogat, filiorum, Joannes anno 1282. Roſeti uſus titulo reperitur, Arnoldus vir Iſabellę Hannonienſis Fontaniæ & Seburgi Dominæ anno 1279. vixiſſe. Quo ipſo anno licèt 8. Maii inteſtino incendio Aldenardam deflagraſſe ſcribat Maſſæus, tamen non ideò fortunæ ſuæ curſum videtur intercepiſſe ad annum 1290. à civibus ubi valla duntaxat erant, muris firmata, poteſtate per Regem Comiti facta arcem Petegemiam ad delitias uxoris cœptam perficiendi. Quæ profectò intantum exornata fuit ab Iſabella Comite non ædificiis tantùm, ſed & cœnobio Clarano pereleganti, ut parem vix Flandria illo ævo habuerit. Cùm autem ob munitiones exſtructas contra leges pacis & mandata Regis judicarentur Aldenardenſes privilégiis ſuis excidiſſe anno 1301. invenio per Francum in integrum reſtitutos & ſub idem tempus vetus in Burgo ſacellum ab Odone Epiſcopo in protectionem aſſumptum, Beginis poſteà traditum. Locus etiam ubi Auguſtinianæ nigræ pòſt fuerunt, ſacro uſui deſtinatus.

Inſignia Juratorum.

Maegdendal.

Domini Pamelæ.

Incendium.

Muri.

Cœnobium D. Claræ.

Sacellum Burgi.

Nigræ ſorores.

Hactenus veterem Aldenardam nullo niſi quem temporum objecit ſucceſſio, ordine deſcripſimus, tria quæ ſuperſunt ſæcula totidem capitibus diſtincturi, Urbis, Reipublicæ, & Sacræ, ubertate tamen non ea fortaſſe quam lector expectabat, cùm nullibi toto Comitatu Archiva magis jejuna offenderim, credo incendiis aut expilationibus diverſorum annorum diſſipata.

Urbs itaque, licèt ad tres cœli plagas habuerit ſuburbia, tamen continuit ſe intra terminos priſcorum mœnium, aucta nunquam (poſt annum 1300. intelligo) ſed munita ſæpiùs. Opportunitatem enim ſitus Comites, quoties cum Gandenſibus res fuit aut bellum, ſemper arripuêre, magnis oppidi tum jacturis, tum conſtantię ornamentis.

Suburbia.

mentis. Anno enim 1379. & iterum quadriennio pòſt à Gandenſibus Ludovico Comiti rebellibus capta & ſpoliata eſt, & per eaſdem tempeſtates annis putà 1379. 1382. & 1451. ab eiſdem in vanum obſeſſa celebrem reddidit imprimis annum 1382. utpotè per ſex totos menſes obſidione preſſa, & quidem ab exercitu tota Flandria Cymbrica collecto, ita ut Artevelde oppugnantis Caſtra oppidi inſtar eſſent, domibus, foro, tribunali ornata. Et noviſſimis hiſce turbis quamvis ab hoſtibus Regis & religionis Catholicæ intercepta miſerandum in modum ſpoliata, fædataque fuerit, prout erudito carmine deſcripſit Yetzwertius, anno 1582. à Farneſio Duce redacta in poteſtatem; tamen & ſub hoc, & ſub illis munitior evaſit propugnaculis & molibus alibi adjectis, alibi refectis. Ad interiorem porrò urbis faciem quod attinet ea multum accepit ornamenti, cùm Joannes Divionenſis Dux Regiam ibi ſuam ſtabilivit, nec quiſquam nobilium primæ notæ eſſet, qui non ſua ibidem haberet diverſoria, ita ut exteris Sedes nobilium vulgò vocaretur. Curia forum reſpicit pulchro ſchemate, ad annum 1540. erecta, forum nundinis annalibus in Martio & poſt feſtivam aſcendentis in cælum Chriſti memoriam, frequentatum quidem, ſed non ab arreſtis immune, quales eſſe permiſit, tertias in Octobri nundinas Ludovicus Comes litteris anno 1369. Ad rempublicam quod attinet, ejus caput ſummum Comes Balivum magnum & Porti-balivum perpetuos ad juſtitiæ miniſteria creati, & video illam dignitate functos nobiliſſimos quoſque Vilanos, Lalanos, Cortwilerios, Warnewitanos, Cornhuſios, Suevegemios, & poſt reductam urbem Dominum de Manni ex Aubremontiis Nicolaum Equitem ſtrenuiſſimum & fidei & virtutis principibus probatæ, denique Dynaſtam Blommervallium ab iiſdem dotibus commendandum. Princeps etiam ex lege Carolina ad annum 1540. lata novem Scabinos, primo Conſulis ritu & titulo Præſidatum tenente renovat. Erant ii quidem anteà eodem numero, ſed majore authoritate, & adjunctos è plebe habentes juratos velut à conſiliis, quæ res nunc obſolevit. Nec plebi præter contubernia ſua Sagittariorum, & tribus aliquot opificum inermes quicquam ſupereſt authoritatis. Excellit autem tapetiorum & periſtromatum textrina privilegio & legibus anni 1544. ſi non introducta, ſaltem fortunata, quæ famam Aldenardæ per totius Europæ Principum aulas propagat. In altera porrò fluminis parte, qua Pamella Schaldi ſeparatur, ponte conjungitur, diverſæ ſtirpis Domini præfuerunt. Iſabella enim circa annum 1300. Gerardo de Gramprez Hoſſaliſiæ Domino, anno 1321. & demum Guilielmo de Mortaigne Domino de Templove & Deſſemere, & ex hoc ſuſtulit inter alias Jolenthidem Goſwini de Queſnoy Braſſienſis Domini uxorem anno 1345. & Mariæ matrem Joanni Blondello elocatæ. Cujus maſcula linea in quarto ramo cùm deficeret, affines vander Grachtii in bona ſucceſsêre, & per Annæ Grachtiæ conjugium Joannes de Locquengem Berchemi Dominus Eques celeberrimus, & prudentiæ nunquam ſatis laudatæ cœpit poſſidere, & ad liberos tranſmittere, è quatuor Flandrenſis Comitatus Beris ſive Paribus exiſtentes & magnis gaudentes prærogativis.

Oppugnationes variæ.

Sedes nobilium hic.
Curia.
Forum.
Nundinæ.

Reſpublica.

Domini Pamellæ.

Ad triarios, id eſt, rem ſacram venio. Imprimis itaque Eccleſia Aldenardenſis ante nuperas turbas magnifica & ampla, ornatuque ſplendido Perſonatum habet veterem, Curiones quatuor partitim Sacramenta adminiſtrantes regionibus oppidi, & Collegium cum ſubſidiariis aliquot Sacellanis horarum Canonicarum penſa exſolventibus firmantes, de cujus initiis nihil admodùm reſcire contigit, niſi quòd annales referunt Anno 1027. cum aliis hujus Eccleſiæ jus ab Epiſcopo Comiti permiſſum. Dignitate hîc functi, nuper Ser. Saſſenus prudentiæ ſingularis & doctrinæ & facundiæ Theologus, anteque eum Joannes Pynappel Confeſſor Comitis.

Curialis.

Nominanda hîc etiam nobilioris ſexus cœnobia quæ bellorum tempore huc perfugerunt, Eynhamenſis putà Benedicti Abbatia, Anno 163. per Comitem fundata, per Dynaſtas Aldenardæ ſubinde dotata & Prioratus Canonicorum Regularium in Elzegem à Joanne Eggaert Theſaurario Hollandiæ Anno 1419. loco, ubi recluſorium dumi Mariani fuerat inchoatum, & ſequenti mox anno Capitulo Windeshemenſi unitum. Alterius ſexus eſt Regularium Prioratus Vallis Virginum tenuibus initiis ad paludem Aleydis intra Parochiam de Vloesberghe inchoatus, ubi adhuc Curia & locus primitivi clauſtri viſitur, ſed per Baronem Pamelium Anno 1233. huc tranſlatus, & ampliter dotatus; ubi hoc evenit memorabile, quòd cum fundatori, quid præmii recepturus eſſet in vicem, requirenti Antiſtita addixiſſet vitam æternam, & animę ſuæ obſidatum offerret, nunquam deinceps lætitiæ ſigna edere viſa ſit, donec vita functus Arnoldus fundator oranti fortè viſus, & ſalvum ſe profeſſus anxiam ſecuritati reſtitueret. Antiſtitarum prima Aleydis vitæ ſanctimonia claruit. Quæ ſucceſſerunt Lucia Vrancx templum inchoavit, Catherina Berlegemia Anno 1325. claris orta natalibus, Amelberga anno 1337. clauſtrum muro clauſit. G. de Mons anno 1350. œconomiæ laudem retulit, Maria de Seruſa 1351. claruit, Urſula de Gottignies

Eynham.
Elzegem.
Maegdendal:
Aelbeec.
Series Abbatiſſarum.

tignies anno 1361. integritatis famam adepta, Catherina de Munte anno 1370. Veſtalibus quadraginta laudabiliter præfuit, Agnes Marcana 1391. dignas genere dotes habuit, Margareta Cruyckeninc anno 1397 deſiderium ſui reliquit, Maria van Lummen anno 1416. uti diu ita feliciter imperavit. Catherina Marcana anno 1423. gaudens ipſa inter lachrymas ſuorum exſpiravit. Elizabet de Schoriſſe anno 1466. Cœnobium renovavit. Elizabet Oliviers anno 1489. ejuſdem reformati & ad ſeveriorem vitæ normam revocati laudem tulit. Joanna van Crombrugge anno 1524. laudatiſſimam vitam feliciſſimo fine coronavit. Margareta van Crombrugge ſuperiori ut ſanguinis ita virtutis affinitate conjuncta, anno 1553. oppetiit. Martina Coppyns anno 1584. inter tot adverſitatum nubes ſerena ſemper mente. Cui ſurrogata Maria vander Planken cum laude & fructu gubernat adhuc, Beginagium quando cœperit & creverit præter ea quæ alibi attuli, ignoro.

Sacellum Divi Georgii litteris Gregorii II. datis anno Pontificatus quarto, confirmatum didici. Gryſeas ante annos centum ſacellum habuiſſe: Nigras ante ducentos ſcio, cætera neſcio.

Viri clari. Debet natales Aldenardæ Margareta Carolo V. cælibe nata, mater magni illius Alexandri Parmæ Placentiæque Ducis, cui Gallia & Belgium faſces ſubmiſit. Mathias Caſtellanus Poëta non ignobilis. Jacobus Varentius Medecinæ Doctor & Lovanii Profeſſor, Judocus Brakelius Eques, I. V. Doctor, & conſilii Flandrici Senator. Joannes de Aldenardo clariſſimus Elnonenſium Abbas.

CASTELLANIA
ALDENARDENSIS.

CAſtellania hæc longo tractu Schaldis ſiniſtram ripam occupans nobilium frequentia, dominiorum celebritate, caſtrorum elegantia, terreni bonitate, paſcuorum lautitia meritò commendatur, & tenet veteris pagi Corturiacenſis partem; fidem facientibus locis cœnobio Gandenſi donatis, quæ olim in dicto pago, nunc in hac ditione ſita in Cortracenſibus demonſtravi. Gubernatur à Magiſtratu Hooftpuncterorum quibus à capitum cenſione nomen eſt, & ſunt primates numero ſeptem: Petegemii nimirum, Aſpræ, Avelgemi, Houthemi, Emſtenrodæ, Heynæ, Huiſſeni, Toparchæ. Ego ordinem, quem natura ſitu dedit ſervaturus à Gandavo egreſſus primam ſupra Arcem Gaveranam offendo, Aſpram & Sanguinium Meiero dictum, Singenhem Lothario Regi in donatione ejus, id eſt, Villæ cum Eccleſia & manſis decimis cæteriſque appendiciis, Bavonenſibus facta, Dynaſtias recenter J. Richardotto Sanctioris conſilii celeberrimo Præſidi à Principe conceſſas. Quibus adjacet Aldengemum nobilium de Triſt à vetuſtate dicta & commendanda Dynaſtia, & ulteriùs Holthem à celebri olim Crucis ſaluti ferę cultu agnominatum Dominorum de Maſtaing, ex Vendeviliis, avita Huyſſem familiæ de Bouters, Inſulis & alibi opulentæ acquiſita poſſeſſio. Colonia Dionifii cum Wandalica gentilium de Quicquelberge hęreditas. Mullemum familiæ de Cabelliau veteris & rebus geſtis olim claræ peculium. Horna Baronis Heynæ, Heyna Nobiliſſimi Philippi de Langele Magni Gandenſium Balivi nunc, anteà Maſtaigniorum, ſemper non Baronatus tantùm titulo, ſed & Patriciatus Flandriæ (Beros eos vocant quarto numero) laudatiſſima Oyka à Bernagiis ad Ægidium vander Meren devoluta. Nokera Graſſiorum à Vichtiis. Qui in vico cognomine inter Cortracum & Aldenardam Arce egregia ad Gentiles de la Faille devoluta, orti aliquot Cortraco M. Prętores dedêre à duobus ſæculis Dominos Niewenhoviæ, Bevervarti, & cum aliis Wortegemi, Waregemi, Otegemi, Edickii.

Aſpere & Singen. Auwegem. Cruys Holtem. Huyſſe. Lede. Wannegem. Mullem. Hoerne. Heyne. Oyke. Nokere. Beveren. Wortegem.

A diverſa autem parte Coloniæ Maurorum duplici cum aliis & Pætianæ Baronis titulo ſolus ceſſione Principum imperat Præſes Richardottus ſupradictus. Et ſanè fuit hæc Dynaſtia inter Flandriæ primas arce ad venationis commoditatem circa annum 1030. ornata per Comitem, illa quidem tempore bellorum deſtructa, & per leges pacis ſecutæ reparari vetita, ſed poſtmodùm permiſſu Philippi Regis anno 1286. reſtitui permiſſa. Quod mox factum à Comite in gratiam uxoris loco mirabiliter delectatæ, ibidemque cœnobium Virginum D. Claræ ſùis impendiis fundanti, ubi tali ſepulta, ante nuperam cœnobii profanationem viſebatur Epitaphio.

Moregem Iſſchoeregem, Petegem.

Hic Iſabella jacet Guidonis altera conjux
Hæres Namurci, Luciburgique propago.

Obiit anno 1298. 25. Septembris, die Coſmæ & Damiani, & ad meridiem viſebatur alius tumulus ut putat Meierus ad annum 1311. Guidonis ejus filii in Italia mortui, huc tranſlati. Ulteriùs conſpicitur Giſilberti Lotharingiæ Ducis nomen referens Vicus, alterque Elzæ ejuſdem filiæ Rockegemio, Caſtro Domini de Mannui ex nobiliſſima & ob Principibus præſtita ſervitia celebri gente d'Aubremont, & Prioratu Canonicorum Regularium non egens fundato anno 1419. per Joannem Eggart Theſaurarium Hollandiæ, loco ubi recluſorium dumi Mariani ante fuerat. Deinceps ut

Giſelbrechtegem. Elsegem, Rockem.

ut caſtri nomine notam Pamellenſium Dynaſtiam prætercam, clarus eſt ſub Dominio Baronis Anglo-Monaſterienſis Vicus Tiedegemius ob natalem, reliquias & miracula B. Arnulphi Sueſſionum Epiſcopi apud Aldeburgenſes ſepulti, qui anno 1457. leguntur huc portionem reliquiarum ſubmiſiſſe. Reſtant in Goyegemum Dominium vander Motte è gente Aldenardica, Anſegemum cœnobii Blandinienſis peculium, intra cujus Parochiam Emſterodium eſt gentis Marcanæ Lumnæ. Nec procul hinc Gruthuſiorum veteres Dynaſtiæ in pagis Waremarc, Kerchove, & Avelgem, quorum poſterior prætorio inſtructa à Blandinienſi Abbate in feudum tenetur cum ampla juriſdictione. Nec præter Nazaretum gentis Damantiæ, Boſſutum, Eynhamenſium, Mau Bernaigiorum, aliud ſupereſt quàm Antonium Ciſſchaldanum Principis Ligniacenſis Baronia, & oppidum, Caſtro Canonicorum Collegio, ampliſſimiſque juribus ornatum, quod aliàs ſpeciatim deſcribam.

VICECOMITATUS.

ALDENARDENSIS.

HUjus Dominii non incelebris & antiqui, nullam fieri mentionem in Scriptis vulgatorum auctorum *Meyeri*, *Oudegerſtii*, *Oliverii*, *Marcani*, *Guichardini*, *&* *Eſpinoii*, & aliorum permirum mihi videtur. Vicecomitatus eſt, emptus olim per *Gerardum de la Temerie*, à *Franciſco Cruypeninck*, & *Catharina* ejus Conjuge, ad inveſtiendum eo *Gulielmum de Rechem*, ut patet è tabulis coram Prætore & Feudalibus viris Petræ Aldinardinæ exhibitis, à qua præfata Toparchia ſive Vicecomitatus movetur. Poſſeſſio autem ejus Dominii capta fuit 4. Februarii Anno 1422. ut tabulæ ea de re exſtantes apud Toparchum de Mullem docent. Videtur ab eo tempore titulus hic neglectus fuiſſe per hæredes & ſucceſſores ejuſdem *Gualteri*, qui uxorem cepit *Catharinam de Grammez*, ex qua duo filii ſuſcepti, quorum natu major itidem *Gualterus* Præfectus fuit Caſtelli Aldenardenſis, à Maxæmiliano & Philippo Auſtriacis conſtitutus, uti per litteras etiam de anno 1484. etiamnum apud Toparchum eundem de Mullem exſtantes conſtat, is uxorem habuit *Margaretam* è familia Lumenæa dicta de Marq. Secundò genitus fuit *Richardus* Scutifer, Dominus de Boulancii, ſine prole mortuus. *Gualtero* autem filius fuit *Iudocus* Schutifer, Dominus de Kerckhove, Boulancii, &c. Duxit hic *Barbaram Stommelin*, è quorum conjugio unica filia ſuperſtes, quæ ultima nomen & inſignia tulit gentilium *de Rechem*, nomine *Florentia*, nupſit *Philippo* Baſtardo *de Lalaing*, Equiti, Domino de la Mouillerie, Maſle, & cauſa uxoris de Kerckhove, Boulancii, &c. Hic dum viveret, nomine Cęſaris Caroli V. Legatus fuit in Gallia, & Oeconomus Duciſſæ Sabaudiæ, quæ nomine Cæſaris Belgio præfuit. Habuêre porrò proles non paucas, quarum una *Iſabella* hæres, juris ejuſdem Vicecomitatus fuit, cum cæteris prolibus, & matri ſuæ ſupervixiſſet, atque in manus venit cum *Ludovico le Poyvre*, Scutifero, Domino d'Hoiſſye, ab iiſque nati ſunt liberi plures. Habet autem, ut ante notavi hæc Poyvræorum familia originem ſuam in Gallia, quorum aliqui jam à quatuor ſæculis Valentianas venere, & *Ioannes de Poyvre* Scutifer, Dominus de Hellibus, fixit Domicilium Aldenardæ, à quo nati in eadem urbe, & circumcirca ſedes ſuas habuerunt. Familia decus & vetuſtatem nacta eſt, ut è variis in urbe Valentinianenſi monumentis patet, tum ex ſepulcris eorum & epitaphiis. Creati ex iis etiam fuere non pauci equites, Præpoſiti quoque Valentianenſes, & Aldenardæ, multis vicibus Conſules. Connubia & illis fuêre honorifica cum gentilibus de Croix, Marchipont, Solemmes dict d'Aubenchoeul, Wadripont dict de Cordes, Daſſignies, Deſprets dict de Cipli, Genly, Grebert, Quarouble, Lignieres, Louchier, Harchies, Beaufremez, de le Walle, Chaſtelet, Ranlin, Spalmire, Baron de Bouvignies, Huerne, Bette, Lalaing, Lamouillerie, Serlin, Blaſere, Cabelliau, Grutere, & aliis in Flandria nobilibus & honoratis.

ELOGIUM ALDENARDÆ.

Ganda caput Flandrum, Gandæ Aldenarda gubernal
Dici amat, & vertex verticis eſſe ſui.
Adflua divitiis, & grandibus adflua lymphis,
Mœnibus incluſâ Pamelâ, & arce potens.
Pulchra foro, & templo, pulcherrima luce tapetum,
Qua ſuperat Phrygias, & Babilonis acus.
Hoc illi proprium dedit ingenioſa Minerva,
Artis at invidiam Gallo, Italoque dedit.

MAX. VRIENTIUS.

J. B. GRAMAYE

ANTIQUITATUM GANDENSIUM

PARS SECUNDA,

In quo illuſtrata oppida ſubſidiaria Gandæ, imprimiſque

CORTURIACUM.

AD VOS

NOBILISSIMI AMPLISSIMI
PRUDENTISSIMI

REIP. CORTRACENÆ

PATRES,

VESTRUMQUE PATROCINIUM
LIBER HIC MITTITUR.

QUi qua eſtis in Urbis ornatum Diligentia,
In Reipublicæ rem & Honorem Sollicitudine,
In Virtutes & Pietatem affectu,
In Humanitatem & Eruditionem Propenſione,
Scriptum hoc de Urbis, Reipublicæ & Sacræ
Antiquitate, & laudibus ſcriptum

BENEVOLE SUSCIPIETIS

A mente & manu clientis veſtræ Flandriæ,
& in ea veſtri

J. B. GRAMAYE.

CORTURIACUM.

Situs Oppidi. Dignitas, Antiquitas.

OPpidum hoc agri amplitudine pagos 67. complectente, in Comitatu Franco-Flandrico ſitus ad utramque Lizæ, & Manderæ ripam opportunitate, ante alia Flandriæ, dignitate, conſeſſu, authoritate, & titulo, poſt Metropoles ſive quatuor membra primas omnium ſuffragii obtinens, antiquitates etiam laudem habere imprimis doctum eo. Nec id frivolâ conjecturarum fide, ſed certâ diplomatum probaturus, præteritis Gordunis, (quos perperàm hîc collocatos à nonnullis Gandavo aliàs aſſerui) *Centrones Nerviorum* apud Cæſarem *clientes* hîc ſediſſe.

Centrones hic habitaſſe. Non autem in Hasbania. Error Huberti Thomæ.

Errat enim Hubertus Thomas Leodius in Hasbania eos collocans, loco ubi nunc Trudonopolis viſitur, reclamante non tantùm ſitu regionis longiſſimè à Nerviis, & proximè Eburones, ſed etiam reſcripto *Ottonis Auguſti ad Annum 962. pro cella S. Trudonis in Sarcinio ſuper fluvium Ciſindriam* dato, omnibuſque ad unum Abbatiæ & oppidi Trudonenſis codicibus & monumentis, clarè oſtendentibus locum iſtum olim quidem SACKINGEN, poſteà à Tutelari *Trudonopolim* fuiſſe nuncupatam. Pro Cortracenſibus autem facit authoritas Divæi, Molani, Goropii, ſummorum Virorum

Item Ortelii.

Centrones hîc ſtatuentium, niſi quòd falſò hunc ſecutus Ortelius *Curtracum* ad Schaldim nominet, quod Lizæ incubat. Facit eòdem vocabulum populis à centro inditum, quòd in medio clientium Imperii Nervici

Etymon Centronum.

habitarent. A centro dixi (nequis Belgicæ gentis nomen è Romano fonte trahentem explodat) voce Germanica idem penè, quod centrum Latinis ſonante. RON enim ſive RONT circulum; KEN ſive KERN medium alicujus rotundi ſignificat; unde granum pomi medio, cardo circa quem volvitur appendiculum KERNEN appellamus. Quamvis nec ita abſurdum videri debeat populis Romanam inditam appellationem,

Centrones in Graiis Alpibus.

qui potuerint è Graiis Alpibus (ubi Cæſar & Antonius alios *Centrones* deſcribit) Italiæ obverſis deſcendiſſe, & has Nerviorum beneficio ſedes accepiſſe, & patrocinio ſervaſſe.

Sed hæc conjectura eſt, inquies, tantùm probabilis. Dabo peremptorium, & habitationis veſtigium ex diplomate Cameracenſis Eccleſiæ eruam. Datum illud ab Ottone Cæſare ad annum 944. ubi inter

944.

alia *Fratribus ad honorem glorioſæ Virginis cælorum Reginæ congregatis apud Camaracum Caſtrum aſſignatur in Curteriaceſi pago Mons Ceuteron dictus cum omni decima & indominicato, &c.*

Mons Ceuteron. Moſcron pagus ſuper Cortracum.

Mons Ceuteron (Moſcron nunc vocatur veteri Dynaſtia & Arce diruta nobilis) quaſi montem Centronum dicas; benè enim notavit Ortelius in pleriſque Cæſaris codicibus pro tertia littera n legi u Metamorphoſi hercle minori, quàm ſit illa Pliniana, ubi pro Centronibus *Acitavones* leguntur.

Centrones Acitavones. Pagus Curturiacenſis.

Hoc itaque veteris illorum habitationis indubitatum veſtigium *in pago Curteriacenſi*. Galli quippè provincias in pagos diſtribuentes, pagis mutuata populorum, aut civitatis primariæ nomina indebant, & è poſteriorum genere Curteriacenſis non à populo *Centronum* cladibus ſuis obruto, & velut altâ oblivione ſepulto, ſed à *Curtriaco* Oppido primario rationem nominis accepit.

Unde dictus. Pagus Tornacenſis.

Primò quidem declinante in Belgica Romanorum imperio, totus hîc Lizæ ſive Legiæ tractus parebat *Tornaco* Nerviorum, indeque *pagus Tornacenſis* uſque Gandavum extendebatur, teſte Meiero, ſed poſteà magis ampliter habitata regione,

Explicatus Meierus.

cœpit à *Cortracenſi Metropoli* pars pagi Tornacenſis diſtinctam juris & nominis ditionem nanciſci: & hinc factum, ut Blandinium nunc in *Tornacenſi*, nunc in *Corturiacenſi pago* ſitum in diplomatis annotetur.

Cortracenſis Metropolis.

Metropolim Cortracenſem indigetavi non ſine auctore Audoëno nimirum, B. Eligium ſcribente *Noviomenſi, Tornacenſi, Flandrenſi, Gandenſi, Curtracenſi Metropoli præfuiſſe:* unde ampliùs colligas hanc noſtram ſeparatam fuiſſe à Flandria, Tornaceſio, & Gandenſibus.

SINGEM. BEVEREN. 1120

In quo ſitam *Villam Singenhem cum manſis decem & Eccleſia & reliquis appendiciis* confirmans Cœnobio Bavonenſi Lotharius Rex anno regni duodecimo indictione decima: In eodem Carolus Comes ſituata *Bevernaert* & *Pherſelim* anno 1120. Blandinienſibus attribuens: Meierus ad annum 956. in eodem collocans præter

WERTEGEM. ELSEGEM. OUWEGEM. CRUYSHOITEN. Limites provinciæ Centronum.

montem Blandinium Villas Eliſachra, Aldenghem, Holthem Cœnobio Gandenſi allatas ablataſque. Hi, inquam, & omnes alii manu nos ducunt ad verorum veteris pagi Corturiacenſis limitum cognitionem. Ita ut nullam ex ſuprà dictis Villis niſi inter Schaldim & Legiam reperiens, audacter ſtatuam hos terminos: & velut olim Liza Pleumoſios, Schaldis Atvaticos excludebat, ita poſtmodùm Lizam medium Menapiſco, Schaldim Bracbantenſi,

bantenſi, confluvium utriuſque Gandenſi & Flandrenſi, paluſtria Pevelano & Melanteſio (ſimiliter è Tornacenſi procreatis) pagis terminos fuiſſe, & medium Cortuniacenſem concluſiſſe illum ab oppido, ſicut hoc à trajectus Lizani compendio Nerviis Audenburgum tendentibus, nuncupatum. Quamvis enim ſtabiliti à nobis in Ganda Garduni videri potuiſſent aggerem hunc ſibi oppoſitum velut GORTRYCK appellaſſe: Quamvis etiam nummus Traiani & aliquot M. Aurelii & unus Nervæ pronuper in præurbio Cortracenſi reperti, & Dynaſtæ Cominæo donati anſam præbere poſſent ſuſpicandi, non abs re ceciniſſe Meierum de Cortraco, quòd

Item Pagi Curtracenſis. Cortiiaci Etymon.

Non à Gorduniis.

Nec à Trajani Curia.

Olim Traiani Curia dicta fuit.

Terminationes in acum. Ay, YCK.

Quamvis denique ea, quæ de terminationibus obviis locorum in *acum* Latinis, YCK Teutonibus, *ay* Gallis alibi annotavi, alicujus eſſe poſſent; tamen neſcio an ſitum oppidi ſeriò æſtimanti ulli aptior videri poſſit originatio, illâ quæ ſecum oppidi docet conditum & conditionem.

Pons & Trajectus Lizæ.

Lizæ enim injectus pons ad mercatorum commoditatem accolas littoris invitabat hîc potiſſimùm fortunæ ſuæ ſtabilire domicilia, ubi commeantium & commerciorum aſſiduitas rei familiaris augendæ perpetuam daret occaſionem. Itaque coaluit populus, & contra vim denique ſe munivit, quod magis proclive erat, aquis, fluvii aliqua parte inciſis agris derivata, quæ pòſt paululùm alveo ſuo reſtituta inſulam faceret. Sed quando & quo auctore hoc factum nemo tradidit, præter Joannem Bouchet in Chronicis Aquitaniæ, vitam Caroli Calvi Regis referentem oppida *Gandavum*, *Cortracum*, *Aldenardam*, *Caſletum*, condita ab Odoacre undecimo Flandriæ Saltuario mortuo 827. Harlebecæ prope Cortracum ſepulto; quam ſententiam juvat Philippi Wielandi Equitis Domini D'EVERSBEKE, Concilii Flandriæ quondam Præſidis in libro, cui titulus *Inſignia Nobilium Flandriæ*, aſſertio. Ait enim, *Dominos & fundatores Urbis Cortracenſis geſtaſſe ſcutum argenteum, cauterio & orâ circumdentatâ rubris ornatum, & Symbolum vocale habuiſſe: Harlebeca*, haud dubio, quia conditor oppidi Harlebecæ Dynaſta. Si tamen lubet noſtratibus etiam ſuffragium dare, Meierus ad annum 880. Iperium ſecutus, B. Rhenanus annalium fidem allegans, Molanus c. 9. militiæ ſacræ ubi de Pipino ſecundo, conformiter tradunt *Suevos Flandrorum populos & Menapios à Normannis Cortraci hibernantibus ad internecionem deletos, uti in Hiſtoriis Francorum memoriæ proditum eſt*. Unde colligas Barbaros hibernantes locum aut munitum occupaſſe, aut occupatum muniviſſe. Illis porrò dilapſis Balduinum juniorem ſive Barbatum, ut vult Oudegerſtius, ſive

Inſula Liza oppidum vetus tenebat.

De cujus auctore qualitum.

Inſignia fundatorum Urbis.

Item Symbolum.

Ad Normannos relata primordia.

Arnulphum Comites, certum eſt *Arcem Cortracenſem* reſtauraſſe, illam à Balduino Conſtantinopolitano Collegio duodecim Canonicorum ornatam, etſi Meierus videatur innuere, deſtructam fuiſſe cùm *capitulum* fundaretur, referens, *loco ubi vetus Caſtrum fuerat, Eccleſiam inſtructam*. Hujus locum & amplitudinem, codex cenſualis Capituli ſatis oſtendit, & ſententia Tornaci pronunciata anno 1451. Maij 28. hæc narrans Joannem Iſegemium ante 20. annos defunctum ſibi comparaſſe domum in Villa Cortracenſi loco anteà OUDEN CASTEEL dicto, qui nunc ONSER VROUWEN-STRAET dicitur; ille juxta quem anno 1398. Dux Burgundiæ molam habebat aquaticam: domos latè ultra forum deſignans omnes ratione Dominii fundi in Caſtro à Comitibus Eccleſiæ tranſcripti ſolidos aliquot pendentes. Stucturæ porrò veteris nihil reliquum ſupereſſe, præter portam nunc Canonicorum olim Caſtri dictam, & rudera ingentia ſubinde fodientibus ſub terra obvia, tantaque firmitate compacta, ut vix ulla arte poſſint ſeparari.

Dominium fundi dicebam Canonicis attributum, omnimodum intellige anno 1411, cùm Joannes Burgundio illud abdicavit, Canonicis in vicem remittentibus 800. menſuras avenæ mollis, quas HONTS vocant, olim ſibi à Joanna Comitiſſa relictas. Aliquale autem jam inde à prima fundatione acquiſitum, cujus ratione foſſarum & portæ Caſtri jus ad ſe ſpectare contendentes, aliquamdiu cum Senatu ſunt altercati, controverſia anno 1358. deciſa. Serviebat olim hoc Caſtrum habitationi Comitum, qui etiam potiore ejus parte Sacris uſibus applicatâ Cortraco interim delectati, *domum prætoriam* ibi ſuam habuerunt. Ita nimirum legis Margaretam Principem anno 1244. Menſe Februario Beguttis Cortracenſibus aſſignare ſexaginta ſolidos *ſuper prato* (notanda verba è quibus palatii locus noſcitur) *circa domum noſtram*, inquit, *Cortraci*. Ita Beatrix vidua Guilielmi Dampetræi, teſte Oudegerſtio capite 128. aſſiduè Cortraci in *ſuo degebat palatio*, & Robertus Comes anno 1289. Filiæ Jolentidem cum dote 19000. librarum Pariſicarum dedit Galtero Anghiano *Cortraci in camera ſeu cubiculo Comitis Flandriæ* Ita, teſte Meiero, Ludovicus Comes anno 1323. Cortraci diverſabatur anno 1335. ibidem Gandenſes in gratiam recipiebat anno 1338. nobiles infernatis Flandriæ eò evocabat. Imò anno 1439. ſupremum provinciæ Senatum Philippus Dux eò tranſtulit, monetam etiam anno 1192. ſtabilitam, denarii & ſolidi *Cortracenſes* nomen ſervantes, & in diplomatis ſæpè obvii. Ulteriùs habet Caſtrum ſupradictum *Pares* ſuos, *homines*, id eſt, Vaſallos ſuos, & *Curiam feudorum*

Dominium Caſtri.

Foſſæ & porta ejus.

Palatium Comitis Flandriæ. Hic frequenter diverſati.

Conſilium Flandriæ hic. Et moneta Comitis.

Pars Caſtri Curia feudalis.

dorum inſignem. *Caſtellanum* etiam ſive Vice-Comitem olim hæreditarium, cujus generis invenio anno 979. *Dilbodonem* Præfectum ſplendido ortum loco (verba ſunt Meieri) contempta nonnulli Principis ætate conjurationem facere multitudinis, omnemque Curtracenſem *Comitatum* (notanda vox Comitatus) aſſerere; ſed cùm non diu pòſt moreretur, rebellio tandem à Comite extincta eſt. Valnerum anno 1085. peregrinationi Hieroſolymitanæ cum Roberto Comite vacantem, apud Meierum, Sigerum anno 1096. in militia ſacra Duce G. Bullonio proficiſcente. Margaretam Flandrenſem anno 1091. *Sacellum Deiparæ & SS. Martini & Nicolai*, in monte Blandinio (teſte Epitaphio ejus) *reincipientem*. Galterum anno 1111. ſubſcribentem legi talionis per Comitem Balduinum ratæ. Rogerium anno 1144. de cæde Iwani Calvi Aloſtenſis Reguli notatum. Et cognominem ejus filium anno 1194. Comiti poſt cladem acceptam conciliatum, qui anteà anno 1175. (teſte Oudegerſtio) Philippum Comitem in Palæſtinam comitatus, & anno 1183. libertatis Dammenſis privilegium firmaverat, & alteri Cortracenſium privilegio anno 1190. ſubſcripſerat. Margaretam filiam Guiſnenſis Comitis anno 1222. defunctam & Wevelgemii fundato à ſe Cœnobio ſepultam. Galterum Nevelanum anno 1284. in Junio Joannæ Beveranæ deſponſatum, aſſignata per fratrem Theodericum D. Dixmudæ & Agnetem ejus uxorem dotali terra de *Pouſſiela* & feudo de Dixmuda, eundemque anno 1290. conceſſioni fortificationis Gandenſis decreto ſubſcribentem contra placita pacis anno 1228. cum Rege Philippo factę magnas Cortraci munitiones excitantem: & anno 1297. promittere 1800. libras Pariſienſes in ſupplementum Dominæ Beatricis de Brabantia *Dominæ Cortracenſis*, id eſt, uſufructuariæ. Et manſit deinceps penes Nevelanos hæc dignitas ab expeditione Sacra crucem rubeam ſcuto candenti pro inſigni adeptos. Cæterùm quando hęreditaria hæc dignitas eſſe deſierit, & an in M. Balivi munus & nomen tranſierit, necdum mihi ſcire contigit. Videntur ſanè ab illa olim profluxiſſe officia Prætoris, Scolteti, Amanni, etiam hæreditaria: primum anno 1320. ſecundum anno 1348. cum agro dicto Neveldrieſch longè lateque extenſo versùs capellam S. Georgii, à Joanne Giſtellano Domino Waſtinenſi & Nevelano & Magareta Longevallenſi, ejus conjuge; tertium à Valeranno Luxerburgico ſani Paulini Comite anno 1339. tribus Francorum millibus Comiti venditum. Cęterùm quamvis primò genitorum, ut fit, per nuptias ſtemma Coitracenſium in filias dudum deſierat, & cum eis dignitas ad Nevelanos devenerit; tamen primigenium in ſecundò genitis nomen & ſanguis dudum adhuc perſeveravit. Et hinc fuit Cortricimus ob præfecturam Inſulenſem anno 1302. cum elogio *fortis & nobilis Equitis* Meiero nominatus. Sigerus Curtracenſis ob ducatum Gandenſium anno 1325. (*cujus fortitudo hoſti formidinem incuſſerit.*) anno 1337. à Rege Philippo captus, & velut auctor fœderis Anglici, Brugis decollatus. Sigerus Cortroiſin ob Dominia Mellenſe & Herſeavenſe anno 1394. defunctus relictâ unicâ Jolentide nupta Othoni Barens Domino de Moucron, Robertus à militia clarus anno 1410. Sancta Uxor Perchevallii de Houcqueron ob filium Gerardum & filiam Mariam anno 1400. Danieli à Laes D. de Capryck Queſtori Ducis nuptam.

Caſtellani. *Curtracenſis. Comitatus.* *Sacellum Caſtellani in monte Blandinio.* *Libertas Dammenſis.* *Filia Comitis Guiſnenſis.* *Filia Ducis Brabantiæ Domina Cortraci.* *M. Prætor. Scoltetus. Ammannus.* *Familia de Cortraco.* *Viri ex ea clari.*

Hi omnes à *Cortraco* ſive *Courtroſiani à Flandria* dicti *canterio ſive tigno* (ut Wielandus loquitur) *uno vel pluribus pro inſigni gentis uſi* in colore (qui mos olim obtinebat) diſcrepantes, ramos diſtinguebant quidam poſt nuptias cum Flandris, ut cognomen, ita umbram Leonis adjicientes.

Inſignia gentis.

Atque hæc ſuffecerint de Veterrimo Cortraci Caſtro; cujus gloria nonnihil obſcurata eſt extructione novarum Arcium. Quarum una per Jacobum Caſtellionem Gallorum Præſidem excitata anno 1301. haud multò pòſt à Flandris occupata, à Philippo Rege præcendentium annorum & cladis & obſidionis ignominiam expiaturo anno 1317. dirui juſſa nec unquam reædificari. Promiſſum hoc quidem, ſed illud factum tantùm. Invenio enim litteris Regiis anni 1337. iterum factam poteſtatem Cortracenſe Caſtrum reſtaurandi, & mox permiſſum executioni mandatum, cò quòd Comiti in novo Caſtro à Senatu vinum oblatum anno 1343. referant oppidi rationes certiſſimo argumento eam tum ſtructam fuiſſe. Situm erat ubi viſitur retro Noſocomii hortos inſignis flumine cincta eminentior in quadro planities, ne temerè credamus aut Oudegerſtio, aut etiam Marchantio aſſerentibus reſtitutum tam hoc, in loco antiquiſſimi, quàm tertium, de quo mox dicam, in veſtigiis ſecundi.

Nova Arx ſtructa. *Deſtructaque.* *Reſtaurata.* *Ejus ſitus.* *Notatus Oudegerſtius & alii.*

Miror interim neminem tradere qua occaſione aut fato ſecundum hoc interciderit. Suſpicari liceret aut incendio anni 1382. abſumptum fuiſſe, aut turbis iſtis ſub Malcano dirutum, & ſuſpicari tantùm. Hoc certum Philippum Audacem Burgundiæ Ducem anno 1385 paulò infra locum ſecundæ Arcis jam dictę, tertiam coërcendis potiſſimùm Gandenſibus erexiſſe, cui oppoſitam planitiem intra & extra muros oppidi ampliter extenſam, cum portione fluminis præterlabente Joannes Dux aſſignavit, & Gubernatorem pro arbitrio dare cœpit. Quales anno 1438. Latinus Voniglandius Comes ſtabuli Ducalis, anno 1474. Dominus de

Arcis ſecundæ dirutæ tempus indagatum. *Structa tertia.* *Ejus Gubernatores.*

de Beaumanoir anno 1479. Guilielmus Baro de Heules & Leewergem : anno 1491. Dominus de la Mouce anno 1495. Galienus de Lannoye anno: 1501. Franciſcus Grachtius Baro Guyſananus anno 1540. Franciſcus Grachtius D. Maelſtedæ. Nunc Caſtri oppidique Præfecturam obtinet Franciſcus Damantius Eques & legatus aurei Velloris vir Nobilis. Et obſervabis munus utrumque ultimis hiſce temporibus ſæpè junctum, vix niſi magno loco natis delatum. Quod ut clarius evadat, Prætores ſive Summos Balivos Urbis & ditionis hujus quos reperi dabo.

Series Prætorum Cortracenſium.

Joannes de Flandria anno 1260. Galterus D. de Hames anno 1272. Henricus Meerkerekius anno 1328. Joannes Viehtius Dominus Niewenhoviæ anno 1334. Daniel Nikereanus anno 1336. Thomas Schoonvelt anno 1390. Jacobus Lichterveldius D. Coelſcamp Eq. ann. 1392. Jacobus Meerkerkius anno 1400. & ejuſdem ſæculi anno 1412. Joannes Ogierlant anno 1413. Ludovicus D. Mourbecæ & anno 1414. Joannes de Stavele D. Iſegem. anno 1417. Ludovicus Haveskerkius anno 1422. Guilielmus Holbecanus anno 1423. Hector Vocholtanus anno 1432. Theod. Barens D. de Moucron anno 1438. Gerardus de Giſtelle Eq. anno 1444. Joannes .D. Mourbecæ anno 1448. Jacobus Scaceqz Eq. D. de Hames & Scardaw, anno 1465. Philippus d'Oignies anno 1466. Judocus de Varſenaer Eq. anno 1467. Joannes D. de Hames anno 1469. Ægidius Bavelaer, anno 1472. Robertus vanden Hoede anno 1474. Joannes Bael anno 1476. Gerardus Coyegem D. de Haleumis, anno 1477. Joannes D. de Walle anno 1485. Judocus de Woeſtyn anno 1492. Jodocus Baens, anno 1495. Joannes de Giſtele D. Mottæ. Et poſt annum ſeſquimilleſimum ſecundo, Petrus Leonis anno 1505. Joannes Giſtellanus D. Mottæ anno 1507. Anthonius Barens D. Moucron anno 1514. Wilhelmus Claerhout D. Coolſchampii & Putthemi anno 1517. Joannes D. de Walle anno 1522. Anthonius Barens iterum anno 1528. Petrus Boukart anno 1532. Ludovicus de Giſtelle D. Mottæ anno 1534. Ludovicus Georgius D. Ælbekius anno 1537. Petrus Boukart iterum anno 1548. Joannes Vichtanes D. Nieuwen-hoviæ. Ferdinandus Barens anno 1556. Philippus Liedekerkius D. de Heeſtert, Eversbeke, *&c.* Franciſcus Scouteta Eq. D. de Werp, Laerne, Wondelgem, *&c.* anno 1579. turbarum tempore Joannes Pottelberch anno 1580. Franciſcus Halewyn D. Zwevegem: omnes, ut videtis, notarum ſtirpium.

Urbis initia.

A Caſtris ad Urbem progredior, id eſt, ab ovis ad pullos, & quamvis dubio procul ſit, ante & poſt Normannorum tempeſtatem Caſtri præurbia frequenter habitata fuiſſe; tamen ego certa duntaxat & illuſtria daturus, auſpicabor ab ævo Balduini junioris, qui anno 958. nundinas cum ſolenni mercatu diebus Lunæ & Veneris Cortraci reperitur ſtabiliiſſe & jus municipale condidiſſe, & Philippi Elſatii anno 1190. civibus & advenas etiam ſervos poſt quadrageſimum habitationis diem Cortraci liberos declarantis, onere ſervitutis remiſſo ſoluturis duntaxat duos nummos Pariſienſes ad opus D. Virginis Tornacenſis. Confluxerunt enim immunitate allecti plures, & apparet ex veſtigiis murorum alibi extantium ad utramque Lizæ ripam cives vicatim habitaſſe, munitos ad meridiem aquæ ductu ex Liza derivato, & partem veteris oppidi inſulam faciente, aliaque parte muris anno 1290. perfectis.

De Doyley.

Poſteà creſcente incolarum numero, habitatiſque paſſim ſuburbiis anno 1345. poteſtas à Comite facta producendi pomœrium, & loca muniendi, inſtituto ad hoc curto vectigali.

Incrementum.

Anno autem 1386. Inſulis Philippus Regis Franciæ filius Burgundiæ Dux permiſit augere oppidum ad ſeptentrionem, ubi ante turbas fuerant ſuburbia, ſcilicet à flumine *uſque ad capellam dictam Hoſpitalis* redempturis interim ſuo ære agros occupandos, ad ſtructuram Arcis versùs Inſulam, ſecus flumen, loco ubi turris dicta *l'eſtancq* ſita fuit, & ſoluturis biennio proximo 2000. Florenos aureos in munitionem Caſtri inſumendos, & uſurpaturis Jus uſui partem prati Comitis, *Broyl* dicti, quantum contigerit muris concludi, & ad murum foſſaſque eſſe neceſſariam. Mox itaque ad opus ſe accingentes ſequenti maximè ſæculo rebus lautioribus, & nonnunquam pace lætioribus magno ànimo ornatum & munitionem oppidi procurârunt.

Item alterum.

Turris l'eſtancq

Pratum Broyl.

Sed cùm ne ille quidem ambitus capax eſſet grandeſcentis fortunæ Cortracenſis, & ſuburbia bina Ultra-Lizanum & Ultrabecanum ampliter excolerentur; Philippus Dux anno 1453. permiſit inchoatas leviter eorum munitiones abſolvere, codemque anno muris à Caſtro ad broylum uſque cum quotuor turribus ſurrexit, porta media, quam Lizæ vocant, anno 1400. inchoata., & tota velut civitas novis aut renovatis veſtita mœnibus intra paucos annos ſplendidior apparuit. anno 1457. turris quam *nucis* vocant, ad meridionalem plagam centum ante annos fornice tenus ſtructa, duabus augetur fornicibus adque altitudinem 1476. pedum attollitur, ut ſpeculæ loco eſſet, aliaque firmior in *Broylo* ſtruitur, tertiaque cum cataractis è vivo lapide ad molam S. Spiritus in campo *Neveldrieſch* cœpta, anno 1462. abſoluta: Quarta item ad portam Canonicorum anno 1486. munitiſſima etiam *l'eſtancque* dicta inter portas Tornacenſem & S. Joannis erecta. Aliaque

Præurbiorum munitio.

Porta Lizæ.

Turris nucis.

Cataracta.

Porta lapidea. que ad portam lapideam anno 1425. Anno autem 1511. fundamenta portæ lapideæ cum duabus turribus, & propugnaculum ex aquis eductum. anno 1516. murus poſt templum D. Martini à fundamentis renovatus, aliique aliquot. Pontium Lizæ duabus munitus utrimque turribus inferior ſtrui anno 1411. cœptus, 1413. perfectus ſumptu 10000. corovalorum: ſuperior auſpicalem lapidem ponente Rogerio de Maldegem Præpoſito ex ligno lapidiùs factus anno 1465. Curia in fori medio, amoto veteri opere poſt incendium anni 1382. adaptato, quoad anteriorem ſui partem anno 1418. auctaque fundis domuum adjacentium & ædificio Leonum dicto anno 1519. frontiſpicio à fundamentis renovata anno 1526. ſolidò lapide & ſtatuis Comitum deauratis, alioque apparatu ſectili eſt exornata. *Prætorium Caſtellaniæ* non contemnendi operis unà contignatione anno 1607. auctum, inſignia præferens quinque virgarum, ut vocant, aliaque emblemata.

Fontes Lizæ.

Curia.

Prætorium Caſtellaniæ.

Hallæ. Hallæ veteres turri altiſſimâ anno 1513. quòd ruinam minaretur, uſque ad ſecundam tæniam dejecta, & horologio olim inſtructæ cantatiſſimo, quòd 24. horas interdiu noctuque ſonabat: poſt excidium Urbis Philippus Dux anno 1382. Divionem tranſtulit. Novæ porrò ad uſus pannificum anno 1411. ſtructæ, auctæ poſtmodùm, anno 1547. ornatæ, ſpacioſæ admodùm longitudine 171. latitudine 75. pedum, quarum pars ſuperior officinis linificum, inferior nundinis nuptiiſque ſubſervit. Forum Boarium coëmpto ad annum 1426. loco, ex agro in Urbem tranſlatum.

Horologium.

Novæ Hallæ.

Forum Boarium.

Piſcarium. Forum piſcarium etiam ſub idem tempus diſpoſitum, & macellum, domuſque Gildarum pronuper ædificatę. Ita ut nihil ad ornatum Urbis deſiderari jam tum potuerit, & ne ad firmitatem aliquid deeſſet impetrato ad annum 1543. privilegio & 1549. confirmatione ſenſim munitiones acceſſerunt, nominatim mœnium anno 1549. turres & faſtigia, anno 1577. & ſequenti octo propugnacula è ceſpite ad exterioris, duo ad interioris oppidi defenſionem. Auctæ etiam foſſæ antemurales & mœnium procurrentes fimbriæ. Ita ut modò inter meliora Comitatus oppida meritò cenſeatur. In meridionali parte Flandriæ Teutonicæ ſitum, & Gallicanam reſpiciens, forma ovali à ſeptentrione, ad meridiem nonnihil in clivum ſurgens. Liza abluitur ex adverſo Caſtri in duos diviſo alveos, altero urbem, altero mœnia perlabente, ea commoditate, ut navigia rectis malis tranſmittantur, qui in egreſſu oppidi reunitus ſuburbia ſecat.

Munitiones.

Deſcriptio oppidi.

Caſtrum. Caſtrum ab occidente forma quadrata, foſſis prealtis, egreſſu duplice, decem ſublimibus è vivo lapide cœlo minatur turribus. Civitas interior foſſis, aggere, & muro latericio unà cum viginti ſeptem turribus, & duobus è ceſpite propugnaculis opportuna ad quoſvis inſultus eludendos. Portas habet quinque, totidem latioribus reſpondentes plateis, ad forum grata munditie conſpicuum ducentibus. Ad ſeptentrionem & orientem duo habet præurbia (neapoles meliùs dixeris) adæquantia magnitudine & munitione oppidum utrumque duabus firmiſſimis portis patens: alterum Trans-Lizanum aggere perpetuo, quinque propugnaculis & foſſâ aquis ſcatente munitur. Alterum Ultra-becanum flumine duntaxat diviſum tribus propugnaculis, aggere & foſſâ ſimilibus clauditur. Utrumque è propinquo reſpicit prata amœniſſima æſtivis diebus lineorum pannorum ſoli expoſitorum dealbationi ſervientia. Ut non immeritò Vrintzius noſter canat.

Civitas interior.

Portæ.

Suburbia.

Prata.

Luſus Vrientzii.

Qui breve me regnum dixit, nihil ille feſellit;
Liberior nullâ regnat in Urbe lepos.
Non joca, non rythmi, venereſque ſaleſque faceti,
Quilibet has largè poſſidet Irus opes.
Audit & intendens operi ſubtilis Arachne,
Miratur ſtamen pronius ire ſuum.
Doctior haud alibi percurrere pectine telas
Et mirè intextis ludere imaginibus.
Excipit has levi qui flumine Liza per urbem
Labitur, & toto longiùs orbe vehit.
Inſtratos ridere putes nive & arte nitentes;
Ridentis genium ſcilicet Urbis habent.

Reſpublica. Ad rempublicam quod attinet, præter *Magnum Balivum* tàm Urbis quàm Caſtellaniæ primarium in ſexaginta ſeptem pagis & Urbibus quatuor juſtitiam, ſaltem pręveniendo adminiſtrantem Scoltetum juri dicundo intra muros, *Locum-tenentem* in Curia feudali præfectus, *Amannus* eſt, & ſuum habent D. Vicarium, omneſque ſolent è Nobilibus & ferè hæreditarii eſſe. Ultimus enim Amannorum hæreditarius Waleranus, Luxemburgicus fani D. Pauli Comes anno 1339. munus id Comiti vendidit. Ultimus Scoltetorum Joannes Giſtellanus Nevelæ Dynaſta anno 1348. dignitatem eidem transſcripſit. Ultimus Rationariorum Caſtri. (Locum-tenentes feudorum ſic appellati videntur) Joannes Claerhoutius anno 1247. feudum ſuum ad manus Comitis repoſuit. De magnis Balivis ſuprà dixi. Conſtabat porrò Senatus olim ſeptem Scabinorum Collegio, viginti quatuor Conſiliariorum (Tribunos meliùs dixeris ex plebe) perpetuorum, Senatu in locum demortui alterum ſubſtituente, è quibus Præpoſiti duo annales aſſumebantur, prout in confirmatione privilegiorum anno 1324. nar-

Juſtitiæ adminiſtri.

Rationarii Caſtri.

Forma ſenatus.

Variè mutata. rat Comes. Mutatus autem Scabinorum numerus per Comitem, & anno 1359. auctus uſque ad tredecim, totidemque fuiſſe conſtat anno 1387. & aliis. Anno autem 1400. & 1418. iterum ad ſeptem redacti, anno 1422. denuò ad tredecim anno 1429. rurſus ad ſeptem, & denique ad novem; quæ ratio perſeveravit uſque ad annum 1540. cùm authoritate Cæſarea omnis Rei-
Carolina ſanctio. publicæ ferè ratio eſt immutata, ſtatuto undecim Senatoribus Collegio, cui *Burgi-magiſter* præeſſet, abrogatis & Præpoſitis & Conſiliariis. Et habent hi ut cognitionem omnis generis cauſarum, ita plenam in cives eorumque res etiam alibi in territorio
Privilegium Civium. Contracenſi, ut Oppidis ejus, exiſtentes, etiam habitantes juriſdictionem, & illi eorumque actiones ad Senatum evocari poſſint à quocumque tribunali.

Paysiers. Ad minores porrò cauſas ſine ſtrepitu decidendas ſeptem viri cooptantur, parique & numero & munere fuerunt anno 1385. Ad pupillares quaterni aſſumuntur bini è primis Senatu defungentibus, & to-
Weys-Heeren. tidem à Commiſſariis Principum electi privilegio anno 1497. muniti. Ex ſubſidiariis
Quæſtores. porrò & miniſterialibus reipublicæ. Quæſtores ſunt anno 1387. duo, anno 1392. unicus, & rurſum annis poſt milleſimum quadringenteſimum 8. 23. 25. 32. & aliàs
Scribæ. ſæpiùs duo. Scribæ autem duo ferè poſt annum 1408. fuerunt, ante annum 1400.
Penſionarii. unicus. Syndici ſive Juriſconſulti Penſionarii Civitatis noſtrâ memoriâ duo, anteà unus extitit. Cæterùm cùm Senatus pars melior olim conſtare ſoleat Viris Nobili-
Patriciæ aliquot tribus. bus & Patriciis, ego aliquot velut in exemplum proferam. Ex veteribus hîc natis gens *Tolnaria* claros armis recenter Franciſcum & Jacobum fratres dedit. *Brandia* Joannem in ordine Senatorio Franciſcum in ſupremo Flandriæ Senatu Conſiliarium noſtrâ memoriâ produxit. *Geyſia* Joannem ſæpiùs Senatorem modò, olim Conſules & Scabinos, pronuper Jacobum Chiliarcham ſtrenuiſſimum. Ex inſitis ſtirps *Grachtia* M. Prætores Conſules, Caſtellanos olim, noſtrâ memoriâ Galterum Schirvelde Dominum, filiis Joanne in obſidione Hulſtana anno 1597. deſiderato; & Franciſco Equite Joroſolymitano felicem ejuſdem nominis Maelſtedæ Toparcham, & ſæpiùs hîc Conſulem. *Wallia* Prætores Præpoſitoſque ſæpiùs, Ludovicum Moſtaviæ Dynaſtam patre Conſulari editum nunc habet. *Halewinia* Balivos Præpoſitoſque olim frequenter: noſtro tempore Gubernatorem Suevegemi Dominum Virum Nobiliſſimum produxit.

Ex intermortuis porrò celeberrimi & in Senatu frequentiſſimi fuêre Scaecchii, Boetelini, Vlienderbecani, Coſterii, Coyegemii, Wielandi, Ruebenii, Heckii de quibus alibi, ubi domi natos invenio, dicam.

Populi pars manu aut ingenio promptior *Populus.* uni ex quatuor Collegiis militaribus, aut tribus poëticis nomen dare conſuevit. In priorum genere fama & antiquitate eminet *Georgianum* arcu chalybeo utentium, cui *S. Joris* ut indulgentiarum theſauros Pontifex, & *Gulde.* poteſtatem extruendi ſacellum anno 1342. Epiſcopus, privilegia ante annum 1323. Comes largitus eſt, ita nobiliſſimi quique ſuâ honorârunt præſentiâ: nominatim anno 1448. Matthæus D. de Hamme, anno 1455. Rogerius Halewinius, anno 1478. Wilhelmus Heulæ Baro, anno 1543. Jacobus Hornæ Comes, anno 1527. Reinaldus Brederodius, anno 1559. Gempiaci Dominus, Anthonius de Croy, anno 1585. Gilebertus de la Bare Moſcronii Dominus, imò verò anno 1440. ludis Gandenſibus Philippus Dux inſtar gregarii ci- *Rarum de Duce* vis ſe miſcens cum Collegis hiſce jaculatus *Philippo.* eſt. Cur miramur? Virtuti hoc & arti debebatur & dabatur. Hi enim præ aliis conſortibus laudem in ludis, victoriam in certaminibus, præmia in palæſtris meruêre. *Præmia repor-* Nominatim anno 1392. Ligniaci Hanno- *tata.* num argenteo ingenti ſcypho, & ſequentis ſæculi anno 1440. Gandavi duabus amphoris argenteis, anno 22. Athi, 16. Viroviaci, & Audomaropoli, 18. Arkegemii ad Lizam & Iſegemi, 43. Brugis, 80. Dami primum collegiis aliarum urbium præmium præripuêre, aliàs anno 13. Ipreti navem argenteam ſeptem marcarum pondere, & cervum parem auratis cornibus Inſula anno 18. ſcyphum quaternis deauratus inſiſtentem leonibus Bapalmæ Arteſiorum, & Ipreti ſcyphum elegantem, 16. Ipreti ſecundas, 34. Minariati, 59. Lovanii, 64. Gandavi, tertias abſtulerunt.

Alterum *Collegium Sebaſtianæum* quadraginta virorum arcu corneo certantium ante annum 1400. floruit: & de more ſolet in Curiali diebus feſtivis rem divinam curare, & audire, privilegiis anno 1424. ornatum, & præmiis Condati Hannonum anno 1487. Lovanii anno 1553. & Brugis anno 1434. ſummo duarum amphorarum è ſolido argento, & Nivellæ cingulo argenteo anno 48. Falcoburgi ſummo, 62. Brugis, 71. Roſſelariæ 41. Berchemi ad Schaldim, 46. Ipreti, 83. in fano Leodegarii, 94. Meninis, 1500. Lannoyæ 1459. Giſtellæ, Viroviaci, Dadiſaliæ decoratum.

Tertium Bombardiorum, etſi paulò poſt annum 1500. extitiſſe conſtet, tamen principis diplomate anno 1511. demum eſt munitum, ſicut *Quartum gladiatorum* anno 1553. leges à Senatu accepit, hoc D. Adrianum, illud Barnabam peculiariter colens. Acuendis porrò ingeniis Rhetorum *Rhetorycken.* con-

contubernia anno 1516. ab Iprenſibus laudata & recognita fuerunt. Quorum *Barbariani* anno 1427. florebant cum legata eis certa pecunia, anno 1474. Sacellum adornabant cùm ab Epiſcopo indulgentias ſubſidiarias obtinuerunt (ſolennia in ludis præmia adepti Brugis anno 1431. Sluſæ anno 1441. Aldenardæ 1462. Tenerę-mondæ etiam & Mechliniæ poſtmodùm, *Anthoniani Fontanenſes* anno 1510. confirmati, aliàs ex vetuſtioribus reputati, & anno 1553. Hondſcotæ, 1540. Aldenardæ victores. *Cruciani* ad extremum priores anno 1451. Brugis reperiuntur anno 1517. primâ honorati laureâ revertiſſe. Præter quæ ſunt augundæ pietati ſodalitia ad horem V. Euchariſtiæ, Deiparæ, Martini, Cæciliæ indulgentiis ornata annis 1518. 1540. 1560. 1573.

De re ſacra.

Tornacenſis Diœceſis.

Ad rem ſacram quod attinet, Chilpericum Francorum Regem anno 578. Craſmaro Epiſcopo Tornacenſi *fiſcum Regium in Tornaco* cum aliqua juriſdictione in Flandris dediſſe tradit Meierus conformiter Ariſino Tornacenſi. Unde ampliùs liquet Ludovicum Pium Imp. altaria duodecim inter quæ primum *Corturiacenſe* Epiſcopo ad augendum dotem Canonicorum transſcripſiſſe magnarum poſteà litium inter Comites & Epiſcopos datâ occaſione, his jus, illis poſſeſſionem mordicus tuentibus. Tradiderat quidem illa Epiſcopus Comiti anno 1027. ſed ad tempus Simon Epiſcopus anno 1128. nihil intentatum reliquit ut in integrum reſtitueretur, fretus etiam tam Regis quàm Comitis authoritate, ſed contranitentibus iis, qui dicta altaria poſſidebant nihil effectum. Comes enim manu & potentia melior retinuit, compenſato tamen Epiſcopo in communionem patronatus Canonicalis recepto. Balduinus quippè Conſtantinopolitanus Comes aucto Caſtri veteris Sacello, quod nunc in domum capitularem eſt verſum, Collegium duodecim Canonicorum fundavit cum Decano, dotavitque cenſibus & patronatu Eccleſiæ Parochialis, mediocriter; Joannâ & Margetâ filiabus voto exemploque paterno liberaliter reſpondentibus : & reperitur anno 1348. Comes hujus Eccleſiæ miniſtros ab acciſia oneribuſque civium exemiſſe. Parochialis, quam dico Præſuli Turonenſium Martino ſacra, B. Eligium creditur habuiſſe authorem anno 663. Curtraci Apoſtólum cum Amando jure habendum. Latè ad meridiem in agros extenditur, duos habere ſolita (quales Janſenius & Simonius ad Epiſcopales in Flandria cathedras evecti) Curiones. Beatus enim Amandus circa Lizam oratorium conſtruxiſſe, quod hodicque viſitur, & Fratres ibidem collocâſſe *Hoſpitalitatem* curaturos legitur, & eſt hodieque *Prepoſitura*, appendix Abbatiæ Elvonenſis, ubi extat Clementiæ Comitis diploma dantis *Hoſpitibus S. Amandi Comitatum de Bonarda* (bonam ſive fertilem terram ſonat) *juxta Curtriacum*, qui complectitur non mediocrem agri trans-Lizani portionem.

Collegiata D. Mariæ.

Franciſcani.

Ad cœnobia quod attinet, *Franciſcanum* virile cœpit anno 1455. authoritate Calixti III. & Philippi Ducis favore lapidem auſpicalem pangente Gulielmo Halewinio, fundo per Joannem de Vriendt danato, impenſarum portione bona per Ivanum Geys, Gulielmum & Martinum Noppe, officinis & clauſtro civium eleëmoſynis brevi adornatis, Templo per Gulielmum Barellis ex Minorita Tornacenſi Sareptanum Epiſcopum dicato, quod furore anno 1578. vaſtatum ſacris anno 1582. ſequenti eſt reſtitutum, & incendio anno 1603. cum toto cœnobio abſumptum, mox civium nunquam ſatis laudandâ munificentiâ reparatum, à Jacobo Blaſæo iſtiuſmet conventus olim religioſo, demum Namurcenſi, nunc Audomarenſi Epiſcopo eſt dedicatum.

Dominicani.

Dominicani Inſulenſes anno 1545. Sacris concionibus hîc vacantes ædes acquiſierunt.

Patres Societatis.

Patres Societatis anno 1580. advenerunt, datæque ædes, ſeptennio pòſt, & Sacellum S. Spiritus cum Gerontocomio ſenibus in plateam Caſtri tranſlatis; auctum deinceps ædificiis collegium aſpirante Senatus munificentiâ non vulgari, & anno 1607. novi templi jacta fundamenta. Alterius porrò ſexus, ut Abbatias binas foris ubi cœperunt deſcribendas, præteream, in Urbe viſuntur. *Beginaſium* vetus ante annum 1242. cùm dono Comitis domum & ſolidos aliquot obtinuit, inchoatum, quod à Canonicis & Senatu anno 1250. ſtatuta quædam accepit : exuſtum à Gallis anno 1303. eleëmoſynis fidelium reſurrexit. Regulares in *Sinay* (malè enim vulgus *Sion* vocat) cœperunt auctore Petro Heeſe viro conjugato, qui ſuperiorum permiſſu evocatis tribus Franciſcani ordinis Virginibus Aldenardâ domum ſuam in platea Caſtri anno 1429. aſſignavit, ipſe poſteà in monaſterium Audomarenſe ſe concludens. Virgines autem anno 1432. acquiſita monaſticis uſibus commodiore domo in *Neveldrieſch*, Cœnobium ædificare cœperunt ſub patrocinio Decani & Curionis Curtracenſis, qui *matres* eligebant ſive conſtituebant, donec anno 1447. impetrârunt numerum ſuum & locum augendi, & Confeſſorem proprium aſſumendi poteſtatem, Templi fundamenta anno 1494. jacta ſunt Joanne Geys Præpoſito primum lapidem ponente; dedicati 21. Novembris anno 1502. Et utebantur coloris cinericei togâ & pallio, capitegio autem humerali nigro, donec anno 1504. Præfecta Amaldina

Beginaſium.

Synai Cœnobium.

Snel-

Snellaerts læthaliter decumbens cum bona ſororum parte ſuſcepit regulam D. Auguſtini, pluribus annis uſa Priore Cœnobii Oigniacenſis religioſo, & Viſitatore Priore Viridis Vallis. Tertiariæ. *Franciſcanæ* Tertiariæ nunc ægris operam locantes, olim mendicantes, debent prima ſua initia Gregorio Hoochſtratano Paſtori ædis Martinianæ anno 1417. domum cum omni ſupellectile leganti. Tranſtulerunt porrò ſe anno 1433. in ædes ab Ægidio de Tollenare acquiſitas, ubi anno 1473. Sacellum exſtruxerunt fuſcis amictę. Hoſpitale. Virgines *Hoſpitale* opulentum D. Virginis curantes, ægriſque & peregrinis ſubſervientes regulam à Joanne Epiſcopo Nerviorum acceperunt peculiarem, & inſtituto iſti accommodatiorem, priorisſam anno 1210. cùm à Comite Joanna centum ſolidos annui reditus acceperunt. Cùm autem anno 1325. Hoſpitale devaſtatum eſſet, Comes trecentas libras Pariſienſes anno 1328. ad reſtaurationem invenitur contuliſſe, quas civitas ei debebat. Prioriſſa votis Virginum & interventu trium-virorum à Comite, Epiſcopo, Senatu ad gubernacula peculii hujus domus electorum deſignatur, ferè claris orta natalibus, & in locum demortuę alicujus Virginis alternatim Senatus & Prioriſſa aliam ſurrogant ex lege arbitrii per Comitem anno 1368. lata.

D. Nicolai. *Hoſpitalariæ* octo numero *D. Nicolai* peregrinos excipientes, & aliàs erudiendis puellis, operâque manuariâ rem facientes ad Sacellum olim à Sodalitio S. Nicolai ſtructum; fundatę à Daniele Walenhem triginta raſerias frumenti annuatim legante anno 1359. ad opus Xenodochii probante Philippo Epiſcopo anno 1372. dirutum bellis anno 1400. & incendio anno 1488, mox reſtauratum, auctum noviſſimè & in hanc formam coaptatum.

Præter hęc autem Xenodochia ſunt D. S. Georgii. Georgii à Sodalitio ejuſdem tituli civium olim inſtructum, juxtà Sacellum ubi rem divinam fieri permiſit Epiſcopus anno 1342.

Eligii. D. Etiam Eligii pone Sacellum vetus eidem Divo nuncupatum, quod anno 1308. floruiſſe monumenta loci declarant, Senatu an. 1325. de prædio quodam ejus diſponente.

Leproſaria. Leproſaria denique Sacellum à clade nuperi belli recenter reſtitutum, vetus illud anno 1502. ſacris reſtitutum anno 1297. dedicatum; contingentia Virgines habere ſolent infectis ſubſervientes, ſed ante duo ſęcula eis amotis ſubſtituti ſeculares, quorum directioni anno 1451. Senatus cum Capitulo quædam ſtatuta concepit.

Gerontocomia. Nec tacenda Gerontocomia utriuſque Sexus, viduarum quidem antę annum 1387. (cùm earum in rationibus Urbicis mentio) viduorum recentiori memoriâ ordinatorum; domumque & portiones cibi à menſa eleemoſynaria habentium.

Nec Scholæ pauperum, (ubi educan- Scholæ. tur docenturque & veſtiuntur, donec per ætatem & artem ſibi ſufficiant) puerorum pronuper cœptæ, puellarum anno 1608. Guilielmo Braye Presbytero & Joanne Dondelet primis fundatoribus, illo domum, hoc dotem aſſignante aliquam. Nec Biblio- Bibliotheca. theca inſignis teſtamento Franciſci Potens Archipresbyteri & Curionis legata Senatui, nunc Patrum Societatis & Franciſcanorum uſui fructui tantiſper permiſſa. Nec Sacella Deiparæ ad Nucem, ad Ulmum, Sacellæ. ad Waeyenbergam, ad Puteum: Hieroſolimitanum in ſuburbano, Curiale ubi anno 1434. Sacra peragi permiſit Pontifex, aliaque id genus à piis civibus ædificata, etſi temporis rationem majorum incuria, bellorum injuria nobis cognitam non fecerit.

Videndum nunc quibus gradibus ad fortunæ faſtigium, quo fato proſtrata aliquoties reſpublica nunc inter Flandrię primas effloreſcat invitantibus advenas privilegiis, meritis virtute aut tolerantia.

Primum itaque cum Philippus Comes Privilegia Urbis. anno 1190. Servos omnes ſuos infra oppidum Cortracenſe manentes Eccleſiæ Tornacenſi donaſſet liberos futuros perſoluto annuatim cenſu duorum denariorum, & in quolibet contractu, ſex, in morte duodecim; ita ut nemini liceat mortuam manum ab eis exigere, nec ullo caſu bona partiri, addit: Servum cujuſcumque Do- Reſtrictum id ad ſervos Flandros & quadraginta dies producti ad annum, poſteà. mini intra terram agentis poſt quadraginta dies extrà habitantis poſt anni habitationem nemine reclamante Cortraci liberum, & municipem effici, ſoluto cenſu prædicto. Ex eo itaque tempore confluente inſigni multitudine civium duplex eſſe cœpit ratio Urbicorum & Foraneorum, quorum hi tres aſſes annuatim pendere ſoliti, quos anno 1570. Rex oppido tranſſcripſit quadraginta Florenorum millibus. Et ſubjiciuntur utrique legibus, gaudent immunitate oppidi, etiam alibi in agro degentes, tam ipſi quàm eorum liberi, adeòque ſi quiſpiam extra ditionem Cortracenam migrare, aut bona ad non civem devolvi contigerit, decimam ærario applicari mos obtinet, freta his legibus civitas Comitibus deinceps debitam eò magis fidem & obſervantiam non deſiit rependere, quæ Ferdinandum Comitem anno 1211. à Gandenſibus rejectum humaniſſimè excepit, etiam gravi ſuo diſpendio. Raſſegemius enim & Aldenardenſis Nigellanum Gandenſemque æmulos coactâ Gandenſium tumultuaria manu intercipere parantes Cortracum ex inſperato irrumpunt, vix elabente Duacum Ferdinando, & Gandenſibus, ne nihil egiſſe viderentur oppidum diripientibus, quod biennio, poſt non admodùm, teſte Meiero, munitum Gallorum Rex invaſit,

vaſit, diſpoliavit, incendit; captis Daniele Markelienſi & Philippo Wotinio oppidi Præfectis, prædaque Inſulas avectâ. Sub hac calamitatum gemuit pluribus annis, facultate reſpirandi continuis bellorum motibus ademptâ. Circa annum porrò 1268. invecta pannificii commoditas, & circa annum 1290. adjectæ loco huic contra Gallos Gallicanam Flandriam tenentes limitaneo munitiones aliquid ſpei fecerunt, ſuccurrente Principum benevolentiâ. Qui quo loco cives habentes abundè docuerunt Guido quidem anno 1297. Joannem filium eis aſſignans Gubernatorem Virum fortem, ſed Regio 60000. exercitui reſiſtere non valentem. Unde captum oppidum & præſidio Arceque fortiſſimâ, ut dixi, firmatum, anno 1302. à Guidone Namurcæo Comitis Filio Gallis ereptum, vidit memorabilem illam & Gallicæ nobilitati tum, Cortraco poſteà luctuoſam, pugnam Groeninganam, Arce Comiti deditâ, & anno 1315, (teſte Joanne Beka in Chronicis Hollandiæ) Rege Guilielmi Comitis & Hollandorum, Hannonumque auxiliis ſtipato obſeſſa in vanum. Quorum meritò Ludovicus Comes rara eis & exorbitantia dedit privilegia litteris anno 1324. Julii quarta datis confirmans inprimis Senatum & immunitatem conſuetudineſque antiquas. Statuens ut Prætor annuatim habeat apud Senatum generales verificationes noxarum diu commiſſarum, idemque aut alius Comitis juſtitiarius perſonam aut rem civis apprehendens teneatur dimittere præſtitâ cautione, civemque injuſtè detinens requirente Præpoſito Senatus mox libertati reſtituere, juſtitio, dum id factum ſit, futuro, & ſi reus ſive vinctus jus implere teneantur omnibus poſthabitis Scabini id adminiſtrare.

Pannificium. — *Quanti Comes oppidum hoc fecerit.* — *Pugna Groeningana.* — *Mutata Senatus hæc forma.* — *Mutatum id poſteà.* — *Carceres anno 1564. Urbs à Rege redemit 1400. florenis.*

Nec civis convinci aut conveniri poſſit de crimine juſſu ſuo per alterum patrato, nec perſona réſve alicujus niſi coram Senatu domeſtico ſiſti, mulcta ſexaginta librarum. Par judici poſt inhibitionem Senatus, cauſam proſequenti irrogata, & illas inhibitionis litteras per Caſtellaniam & etiam Viroviaci in Dominio Guilielmi Nevelani locum habere ſententiâ arbitrariâ anno 1364. pronunciavit.

Abrogatum hoc utpote iniquum.

Licere autem è diverſo externum debitorem per duos cives imploratos, donec advocatur ſatelles publicus, detinere, & implorato renuenti decem, externo reluctanti aut aliàs manum civibus inferenti ſexaginta lib. mulcta infligitur. Et ſi civem à cive lædi per malitiam contigerit, læſuſque *Communitatem* inclamet, opem ferens quidquid patrârit impunè ferret, negans 100. libris luit, injuſtè auxilium implorans patratorum per eos reus & ſeptennio exul denunciatur.

Abrogatum id poſtea.

Civem vitâ privans aut membro mutilans igne aut mulctâ judicio Senatus pro qualitate delicti puniretur. Raptor aut ſtuprator civis centum annorum exilio ſub pœna capitis & bonorum fiſco addicendorum, Matrimonio cum filia contrahendo renuncians ſeptennali exilio aut membro mulctaretur. Nec civis ad duellum provocari poſſet, idemque Comiti in bello ſerviens, ab omni alia ſervitute (exceptâ feudali) abſolveretur.

Supplicium ignis in exilium poſt mutatum.

Liceretque ad diſſolvendum æs alienum Senatui promiſcuè tributum tota Caſtellania indicere. Magna hæc & rara, ſed ſine quibus oppidum difficulter potuiſſet Martis & Vulcani injurias ſuperare. Ecce enim ſequenti mox anno dum Comes Curtraci ſe armans, ut hoſtes Brugenſes oppido incumbentes longiùs removeret, ſuburbanum ultra Lizam incendit Aquilone ignem ultra muros propagante, magna ædium pars abſumpta eſt, Comeſque in captivitatem abductus Brugam.

Vetitum id poſteà niſi accedat placitum particulare Comitis.

Et quamvis Joannes Namurci Regulus Comitis nomine Præſes Flandrorum mox Cortraci, aliaque inter Schaldim & Lizam Caſtella occupans præſidiis firmaſſet; tamen ſuperveniens Robertus ejus nepos Brugenſium Dux cum copiis Flandriæ occidentalis, miſſis Cortracum Sigero Janſſonio, Lamberto Edio, Paulo Boelâ, recuperavit deperdita. Succedentibus porrò ſeditionibus & regnorum Anglici & Gallici viribus in Flandriæ arena concurrentibus imprudentiores Cortraceni Arteveldæ anno 1339. adhæſerunt, & Anglis opem tulerunt anno 1342. legatos ad Anglum anno 1345. miſerunt, cædem Arteveldæ excuſaturos. Ita ut non parùm his velut nævis deformata ſit reipublicæ facies, quam tamen pannificii privilegio anno 1348. Fullonibus confirmato, celebritas ab egeſtate vindicabat, & imò animis, opibus augmentabat.

Variæ oppidi calamitates.

Quod me docuit ſeditio anno 1351. cùm Galterum D. Halewinium tyrannidis in plebem culpare, & exemplo aliarum Urbium in Præfectos auſi fuerunt inſurgere. Et ſententia anno 1464. inter oppidum & Caſtellaniam lata, ubi allegatur in ſubſidiis & Collectis precariiſque Comitum illud nonam duntaxat partem, hanc octo reliquas pendere ſolere, & cùm à 14. retrò annis notabiliter illud fuerit locupletatum, definitur, duas deinceps ex novem portiones pendere debere. Oppugnatio item oppidi anno 1352. à tribus aciebus Gandenſium incaſſum facta, incenſo paſſim ſuburbio penſata. Quæ tria convincunt munitum, opulentum, populoſum tum fuiſſe oppidum, ex affluentia porrò rerum in plebe nata inſolentia, cùm frequentes inveheret abuſus Ludovicus Comes anno 1378. poſt Roſebecanam pugnam victor omnia ſupra-

Seditiones. — *Incrementum fortuna oppidi.*

Abrogata privilegia. dicta anno 24. privilegia audaciæ & iniquitatis frequenter incentiva abrogavit, quod primum corruentis reipublicæ claſſicum, & ſecutæ deſolationis fuit portentum.

Anno enim 1380. junctos Gandenſibus Dixmudam obſidentibus Cortracenſes apud Wommam Comes fudit, oppido deditione, aut juxta Oudegerſtium, vi capto, lectioribus civium uſque ad 200. in cuſtodiam abductis: & cùm Principi ſuo cives conciliati in obſidone Gandenſi militant, magno numero cæſi, agro per hoſtem bis oppido tenus vaſtato, ſuburbanis incenſis, molendinis anno 1384. per Gandenſes omnibus inter Aldenardam & Cortracum exuſtis. Exacerbatos ob populationes paulò antè in agro Gandenſi factas, interfectum præcedenti anno Præfectum Petegemenſem cum parte cohortis ab Agricola iſthìc collocatæ, civeſque frumentatum egreſſos inſidiis nobilium cæſos, nonnulloſque captos Cortraci ſupplicio affectos.

Ad quæ pro coronide acceſſit anno 1382. Gallorum irruptio, cæde, rapinis, ferro & igne omnia replentium. Mordebat eos cladis Groeninganæ memoria, & quòd ejus ludibrium in trivio à pueris decantari, ultra 500. auratorum calcarium paria in templo ſuſpenſa didiciſſent; itaque exacerbati fortunas omnium diripuerunt, domus, quatuor exceptis, exuſſerunt, cives abductos cum jactura totius penè patrimonii vitam redimere coëgerunt.

Ablatum etiam tum à Burgundo horologium longè ſplendidiſſimum; profanatum à Britonibus Sacellum Comitis. Ita ut ad extremas Urbs redacta anguſtias vigere, imò vivere deſiiſſet, niſi miſertus tot calamitatum Comes veteribus eam privilegiis

Reſtitutio privilegiorum. anno 1385. reſtituiſſet, ſublatis tantùm aut mutatis quæ iniquitatem ſapere, aut ſeditiones parere poſſe videbantur, ſuperiùs ad marginem à me citatis, & Joannem Jumontium Virum Nobilem & ſtrenuum Urbi everſæ præfeciſſet, qui operæ pretium facere ratus contra Gandenſes & Anglos eam reſtaurat, & munit, ſucceſſu votis reſpondente.

Crevit enim operibus publicis ut ſuprà tetigi, munitionibus, & opibus, attigitque felicitatis ſuæ faſtigium ſub Philippo Bono Duce. Reſpublica legibus munita & privilegiis ornata.

Lanificium. Pannificium telæ ſubtilioris à Joanne Duce anno 1408. privilegiis munitum, quæ nupero incendio periiſſe anno 1401. fatetur Dux, idemque liberum fulloniæ opificium anno 1348. Lanionum anno 1377. Piſcariorum ſub idem tempus factum agnoſcit.

Nundinæ. Nundinas inſuper equorum anno 1365. impetratas tridui incipere ſolitas Dominica ante feſtum Laurentii, tranſtulit in poſtridiè Bartholomæi.

Bona item naturalium civium ad proximos à matre heredes devolvi anno 1454. & aliàs pronunciavit, idque ex conſuetudine Cortracena.

Populus numero etiam crevit fidem faciente Bullâ Eugenii Papæ datâ Florentiæ anno 1434. ubi committitur Decano Brugenſi cura tres Parochiales in Urbe inſtituendi, eò quòd una hactenus exiſtens impar eſſet oneri 25000. perſonarum in oppido, ut ferebatur, exiſtentium. Populi frequentia.

Anno autem 1464. extitiſſe textorum ſena millia, docuit me indiculus ad D. Eligii repertus. Ædificiorum autem ante incendium ſub Maximiliano Rege fere tria millia.

Virtute etiam bellica valuit & Principibus inſignem navavit operam Joanni quidem Duci anno 1410. in Armeniacos militavit *egregia Cortracenſium manus*. Virtus civium.

Philippo obſidenti Caletum anno 1416. eoſdem Gerardus Giſtellanus adduxit. Eoſdem anno 1452. Comes Stampanus in Gandenſes eduxit, & manum conſerere coëgit, Urbe per Bellomontanum Burgundiæ Mariſcallum defensâ, Ecloniaque per præſidiarios fuſis Gandenſibus & fugatis exuſtâ.

Et aliàs ſæpè, imò ſemper Ducibus Burgundiæ præſto fuerunt cives, utpotè armis inſigniter exercitati, & fide probatâ.

Cæterùm ſæcularis videtur duntaxat iſte flos fuiſſe, vileſcente pannificio, quod obſervare licet factum poſt occupatam anno 1487. Gandenſibus Maximiliano Regi rebellantibus Urbem, diripiendam, niſi pretio 12000. florenorum militi numerato præveniſſet, munitum interim præſidio 400. ſub 4. Ducibus Gandenſium, & interjecto aliquot annorum tempore exuſtis per eoſdem Gandenſes ſuburbiis, oppidum cœpit ad ruinam & deſolationem vergere, quod in privilegiis anni 1496. & 98. & 99. narrat Princeps, permittens in locum telæ ſubtilioris, cujus nundinatio evanuerat, aliqua genera rudioris pannificii introducere, cujus ſtatuta anno 1525. aucta ſunt à Senatu. Idemque litteris anno 1529. ad reſtaurationem oppidi, bellis Gallicis mirum in modum afflicti, decernit illud gravandum 1600. libris groſſorum erogandis in emptionem lanarum Anglicarum pannificibus diſtribuendarum; operaturis commodo publico duplici, ex lucro pannorum venditorum, & reſtaurando pannificio reſultante. Vaſtatio oppidi.

Sed nihil illo effectum, nec aries iſte erat ad egeſtatem expugnandam. Novum itaque genus indulto Principis invectum linificii, quo famam per univerſas mundi plagas acquiſivit Cortracum.

Lineis quidem pari tenacitate & ſubtilitate operantur etiam aliæ Urbes, ad cando- Laudatum linificium.

rem

rem etiam telæ ſoli expoſitæ accedunt aliæ, nemo tamen ad artificium. Intexunt enim non tantùm inſignia Regum & Principum, animalia, flores, ædificia, perſonas, verùm etiam rerum geſtarum hiſtorias, venationes, pugnas, triumphos, & quod omnem ſuperat induſtriæ humanæ captum, territoria ſilvis, & pratis, agris, hortis, collibus, planitie diſtinctâ tanto artificio, ut vix penicillo Apelles quiſpiam meliùs delineare; tantâ varietate, ut penè quicquid rerum creatarum oculus poſſit diſcernere, manum judices poſſe imitari; tanto candore & gracilitate, ut velut natantes niveo æquore luxuriantis naturæ opes contemplatus, intendentis oculi aciem mireris hebetari.

Landatum linificium.

Ad harum porrò aliarumque mercium diſtractionem Carolus Cæſar addidit, ſuperiùs à me nominatis annalibus nundinis, alteras octidui circa Paſcha litteris anno 1530. datis. Dedit & alias immunitates non contemnendas, ita ut ejus ævo novam & civitas & reſpublica faciem induerit, ut ſuprà docui.

Nundinæ.

Benè profectò cum Cortracenis fortuna ageret, ſi non felicitatis curſum belli noſtri civilis contagio interciperet. Reſtiterant ſanè viriliter cives novatoribus ab anno 1566. multos exilio mulctantes, & cohortem 100. virorum ad tuitionem oppidi conſcripſerant, & ſuo ære fovebant, teſtibus Regiis hac de re litteris acciſiæ alicujus conſtitutionem indulgentibus ad annum uſque 1577. cùm Gandenſes miſſo trecentorum agmine, favore quorundam ejuſdem farinæ civium oppido potiti, primùm ut ſolent, templis & exercitio Catholicis relicto, mox duabus aucti militum centuriis templa & monaſteria ejectis Eccleſiaſticis, invadere, ſpoliare, imaginibus contractis profanari cœperunt.

Viſi quidem poſt aliquot menſes edicto utriuſque religionis exercitium reſtituere ordinis; ſed brevi numero potiores Calviniani orthodoxos denuò excluſerunt.

Ægrè id jugum ferentes boni plerique anno ſequenti, junctis capitibus adverſarios opprimere cogitabant, ſed re proditâ benè multi patriâ excedere compulſi.

Geſta his turbis breviter notata.

Interim miſſus à Gandenſibus Gubernator Pottelbergius & 18. Viri rempublicam pro libidine adminiſtrantes, ſeriò muniendæ Urbi intendebant, conſcripta ad operas ruſtica multitudine, quibus propemodùm abſolutis, inter alios præerat Joannes du Gardin frater Rogerii Caſtellani Moſcronienſis.

Hi fratres tot popularium ſuorum fortunis exutorum & exulantium miſerti, collatis capitibus facillimum capiendæ Urbis aditum per aggerem inter Caſtrum & flumen (quà deforis via patebat ad arcam uſque Caſtri, nullo obſtaculo prǽterquàm aggere, & foſsâ exiguis ad pedem magnæ turris, & portâ ſimplice ad arcam) Alennio Chiliarchæ peditum oſtendit, & imò Joanni de Corbeſin ſtrenuo militi ruſticanâ veſte per noctis ſilentium loca pertentanti fidem faciunt.

Venit itaque Moſcronium Alennius ſe comparans, & impetratis à Marchione Robaſio 500. militum expeditâ manu & centuriis Equitum ducibus (ad intercipiendos Harlebecâ fugituros ex Urbe Gandavum) cum fratribus Jardiniis ad oppidum tendit, ſcalis, aſſeribuſque, & ſimili apparatu comportatis, ſed niſi fortuna deuſque faviſſent exiguum facturus operæ pretium. Illuſtri enim per lunam nocte inſidias ſenſiſſent excubiæ, ſed milites errore viarum decepti ante crepuſculum diei non aderant. Atque ne tum quidem feſſi latêre diu potuiſſent, niſi ingens repentè nebula proſpectum impediret.

Præmiſſi ergò triginta admotis ſcalis & aſſeribus aggerem foſſamque ſuperaverant, ſtationario interempto portam patefacturi, cùm aſſer pondere irrumpentium ruptus cadit, & ſtrepitu vigiles & præſidium ad arma excitat.

Urbis recuperatio.

Pugnatum in foro acriter & dubio Marte, nunc his, nunc illis cedentibus & cadentibus, & periclitabantur noſtri, niſi bono Alennius mandaſſet portam Inſulenſem quocumque tandem modo aperire.

Quod factum à Rogerio, repertæque palantes, Ducis defectu Harlebecam non profectæ Equitum turmæ ſuæ admiſſæque in Urbem omnia turbantes victoriam ſtabilivêre, deſideratis hoſtium circiter 50. viris, noſtrorum perpaucis præter Alennium ex vulnere ictu lapidis contracto haud multò pòſt mortuum.

Et ad rei memoriam 28. Februarii anno 1580. patratæ votiva annuatim celebratur ſupplicatio, manſitque civitas licèt ſæpè tentata, à tumultuantibus infeſſa ſæpiùs, ſæpiſſimè afflicta; Religionis & Regis obſervantiſſima.

Anno enim mox ſequenti 81 legio Walonum, quòd non ſolutis ſtipendiis præſidio excedere juberetur, tumultuata impendiis civium aliquandiu ſuſtentata eſt, donec ære conflato à vicinis menſtrua aliquot civitas eis perſolveret à Principe poſtmodùm reſtituta.

Biennio autem ſequenti cùm omnis ruſtica multitudo huc profuga domibus, imò antris non ſufficientibus, plateatim etiam ſub dio miſeram vitam traherent, morbi & peſtis crudeliter graſſata ad ſexaginta hominum millia fertur abſumpſiſſe, duobus novis cœmeteriis (quorum unum hodieque ruſticorum vocatur) dedicatis, ubi catervatim foveis cadavera injicerentur.

Nec multò poſt Pochepotius Gallorum Dux Brugaſque contra Regem gubernans conſideratâ ſitus & munitionum qualitate, præſidiique ad defenſionem tanti ambitus raritatem (tres enim duntaxàt duce Domino Suevegemio cohortes erant) Urbis occupationem ſpe devoraverat, miſſis duobus agminibus eam à meridie aggreſſuris primùm, mox ipſe cum tertio validiori adverſa parte impreſſionem facturus.

Monitus à Præfecto Caſtri Anglomonaſterienſis gubernatore ſuos noctem inſomnem fallere jubet, & hoſtem præſtolari; ſub auroram autem nemine comparente ad quietem patitur ſe conferre.

Sed ecce longè aliter ac decretum fuerat advolans hoſtis, ad portam Brugenſem ſuburbia occupat, mœnia, ſegniùs defendentibus præſidiariis, ſuperat, urbe potiturus, niſi pro aris & focis certans plebecula pedem retroflectere coëgiſſet.

Anno autem 1590. Vigilia B. Mathiæ ſexdecim cohortes Joannis Mauricques in ſuburbano hibernantes ſuſpicati miſſos à Parmenſi Commiſſarios vacuos veniſſe, urbem, ſine ſanguine tamen invadunt, & accedentibus octo Hiſpanorum ſignis oppido Meninenſi hęrentibus ſtipendia flagitabant, per 5. menſes à civibus deniquecollecto à vicinis & mutuato ære in ſingulos hebdomatim diſtributo ſuſtentati, & in officio contenti, qui aliàs exactionibus hebdomadariis agrum, Urbeſque circumjacentes, ut ſolent, erant exhauſturi. Atque hęc ſunt varia Cortracenæ civitatis in & decrementa breviter ob oculos poſitura.

Abbatia de Groeningen.

Ad ſuburbanum quod attinet, in eo præter Sacella aliquot viſitur Abbatia Ciſtertienſis inſtituti à viridario nomen adepta, illa anno 1238. per Joannam & Agnetem filias Valteri Rodeburgici intra limites Curialis Marcanæ fundata, ſed à Beatrice Joannis Ducis Brabantini filia Guilielmi Dampetræi uxore anno 1285. huc tranſlata. Præfuit autem prima hîc Eika, deinde Agnes de Rodenburch, quæ 3. Virginum ſodalitii Urſulani capita cœnobio reliquit, Maria de Leſſines, quæ cor & inteſtina Margaretæ Comitiſſæ plumbeo clauſa feretro hîc ſepelivit.

Maria de Leſſine claris orta natalibus. Iſabella de Houplines quæ Sygim R. Majoricæ in prœlio Groeningano cæſum in capitulari loco ſepelivit.

Beatrix de Klokettes, quæ Abbatiam muro cinxit. Agnes de Leſſines, quæ templum auctum curavit dedicari. Maria Patine œconomiæ laudem adepta, cujus ævo allata huc portio candelæ miraculoſæ Atrebat. Margareta Mols defuncta anno 1384. Margareta Papentryce anno 1409. Elizabeth à Duaco anno 1444. Margareta de Duaco anno 1463. Catharina Buſſchia anno 1507. Elizabeth Sclercq, anno 1518. Joanna Goeſſins anno 1532. Beatrix Bevers 1535. Chiroſtophora Barbençonia anno 1546. Cæcilia Denys anno 1573. Maria vander Beke, quæ exuſto anno 78. cœnobio Virgines in Urbem traduxit, ab anno 83. Elizabeth vanden Berghe, templo, dormitorio, officinis in Urbem ſtructis anno 1608. neptem dignitatis hæredem & virtutis reliquit Mariam de Pickere feliciter præſidentem.

J. B. GRAMAYE.

CASTELLANIA
CORTRACENSIS.

Quo loco Caſtellum vetus Cortracenſe fuerit & quibus concluſum limitibus, & cujus familiæ & authoritatis Vice-Comites habuerit in Cortracenſibus meis, docui: hîc tantùm additurus inſignem feudorum Nobilium copiam hinc moveri, & vulgò ſubcenſeri magis quàm ſubeſſe quatuor Oppida & Pagos complures qui ſolent ad quinque præfecturas ſive virgas ut loquuntur, referri, Harlebecanam putà, Thieltanam, Denſanam, Meninenſem, & 13. *Parochiarum quas ex ordine deſcribemus. Caterùm cùm ſingulæ hæ præfecturæ, imò ſingula dominia ſuos habeant Senatores, Balivos & officiatos, tum verò maximè unum eſt generale collegium in oppido conſtans Hoofspuncteris, à capitum cenſione nomen adeptis quatuor, & Scabinis ſeptem, ad quos deferuntur querelæ & controverſiæ omnium tota Caſtellania ſubditorum circa collationes ſubſidiarias & id genus onera. Et ſolent annuatim in hoc Collegium aſſumi ad Scabinarum Pratores Conſiliarii ſive Graphiarii Dynaſtiarum aut Oppidorum, aut alii prudentia magis valentes, ad Hoofspuncteratum autem ferè viri nobiles & clientes fiduciarii, aut pares caſtri Cortracenſis. Quo tempore porrò hæc Reip. norma ſit introducta, necdum ſcire potui, ſed ſuſpicans tantùm abrogata aut imminuta parium caſtri authoritate circa peculium Caſtellaniæ pro hæreditariis hos annales ſubſtitutos. Ad particularia nunc venio Oppida Dominiaque, certus quidem non me omnia attigiſſe nec indagare potuiſſe, quæ privatus quiſque (quod unum opto) ſupplere & ſuppeditare poterit in ſecundas curas auctiores utique & limatiores futuras.*

HAER-

HAERLEBECA
OPPIDUM.

HAllebecam vocabant antiqui in reſcriptis ſuis Principes, Haclebecam ſcriptores aliquot, utrique à torrente Gavrebecani rivuli elice: & circa Urbem, quam mediam ſecat Lizæ permixto. Et ſunt, qui aquas haſce ab aquilis Romanorum inſigni nomen priſcum Arensbeca habuiſſe contendunt, quorum opinioni ne fidem addam, aut demam, hoc extra controverſiam eſt pluribus in propinquo locis Romani operis rudera, numiſmata & inſcriptiones repertas certiſſimo habitationis illorum indicio. Exhibuit mihi nummum veterem Auguſti Arnoldus Andreæ, Vir Conſularis, & aſſeruit ſuo ævo inventa in ſuburbano agro Storſteck dicto pluſquàm duo numiſmatum millia teſtis recondita, aliudque vas figulinum elegans. Refert Werwiltius in ſpeculo, in ripa Lizæ circa Haerlebeccam anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono effoſſum ingenti mole cadaver, cum tabella plumbea litteris Gothicis referente L. MANC. L. F. Et vitrea ingenti nummis referta.

Gavrebeec.

Hæc indubitata Romanæ habitationis monumenta, quæ tamen non probant etymon fluvii, & ex eo urbis, quod certiùs rectiuſque ſecuti diplomatum fidem ab Halla, derivabimus. Hallam Franci veteres qui ſub annum Chriſti quingenteſimum, exacto Romanorum præſidio, Belgicam & in ea Flandriam occupârunt, locum nundinarum appellabant, teſte Lipſio lib. 1. Virginis Hallenſis: & talem hunc locum inter Schaldim & Legiam opinari licet, hærente adhuc vocabulo in dominio ſuburbano. Occaſione itaque Nundinationis celeberrimę, confluxus hominum erat, & Principis habitatio. Elegerant quidem veterrimi Flandrorum Foreſtarii palatii ſui ſedem apud Inſulam, ſed pater Liederici ſecundi Haerlebecam tranſtulit, unde hic cognomen à natali ſolo eſt ſortitus Harlebecâni. Occaſio autem tranſlationis unica, ſitus loci in Comitatus ſui medio, ad flumen Legiam ſive Lizam, qui ejus ævo diviſo alveo traductum Inſulam facere cœpit. Et imminebat veteri ripę Caſtrum, ſive Regia Comitis, unde in hodiernum diem jus piſcandi in veteri Liza ſervat Caſtellanus Harlebecenſis. Liedericus porrò Comes uti ex paterna hæreditate inter duo flumina latè imperans Advocatus Eccleſiarum Tornacenſis & Cameracenſis, Abbatiarum Blandinienſis, Truncinienſis, Martinianæ, ita dono Caroli Magni Imperatoris ditionem propagavit. Traducti erant pridem in Flandriam Saxones, coloniæque eorum in longam poſteritatem excreverant; has itaque tutari & unà littus Oceani ab incurſionibus defendere juſſus eſt Liedericus, teſte P. Emilio, qui & illum titulo Imperatoris maritimi honorat. Nec exigua erat hæc ditio prodentibus chronicis à Cæſare in virtutis fideliſque in bello obſequii mercedem donatum fiduciaria perpetuaque littoris maris & nemoris Flandrici (finientis ad Occidentem Arduennam) ditione. Quam ſylvam etiamnum Flandri cognovêre, cum ajunt Boream flare ab Arduenna, Auſtrum à Francia. Factum anno ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo, & exinde crevit Harlebecæ fama, ubi reſidens Foreſtus, id eſt, Foreſtarius Flandriæ Sacellum extruxit, & anno octingenteſimo octavo, defunctus ſepultura honoravit. Sicut & Engelramus filius & Odoacer nepos. Et quamvis Marchantius & alii referant tumulos eorum inſignibus ornatos ante chorum Collegiatæ Harlebecenſis ſupereſſe, tamen Eccleſiæ & Bertinienſium monumenta, moſque ſepeliendi veterum, longè aliter perſuadent, ante fores nimirum Eccleſiæ, ut nunc res ſunt, in clauſtro ſepultos, ubi ſaxa eorum inſignibus ornata ante incendium nuperum viſebantur, inſignibus dico ſeptem pegmenta diverſos alternatim colores referentibus. Quæ & Harlebecani tunc pro inſignibus ſuis acceperunt, utpotè Palatini Principum. Memoriæ traditum eſt à Liederico datum civibus privilegium, quo jure natalium habeantur Nobiles & domeſtici Principis, ideoque obtinuiſſe, ut illo ultra Legiam arma parante, hi tentorio proximi ſolerent adequitare. Fuit certè tempore horum Comitum Oppidum hoc legibus inſtructum, ſed ſuperveniens Normannorum rabies, anno octingenteſimo octuageſimo ſecundo, illud cum Templo parochiali & ponte delevit. Unde totus in reparando locus exiſtens, Arnulphus Marchio Flandriæ Palatium, Sacellumque reparans conditoris mercatur nomen habere. Muros enim ſtructos ab eo accepi ad loci munimen, delatum iſthuc Beati Bertulphi corpus ad ornamentum Eccleſiæ, refert & verè Molanus, ita ut oppidum contra vim ſatis munitum eſſet forma triangulari. Unde & factum, ut in hodiernum diem tignum per modum valli trigoni ſervet gentilitium in ſcutis, idemque ſed nonnihil immutatum adjectitio aliquo aſſumpſerunt Civitates Cortracena & Thieletana, cum privilegiis Haerlebecanorum veteribus ſunt donatæ. In veteribus quippè à me viſis privilegiorum raſtauratorum chartis ſemper annotant Principes Harlebecam totius Comitatus Flandrici oppidum eſſe antiquiſſimum:

't Goet te Halle

Comitatus intellige veteris intra Scaldim & Legiam. Manſit autem hæc rerum facies ad annum uſque nongenteſimum octuageſimum octavum, cùm à Cortracenſibus Principi obluctantibus clam noctuque intercepta urbs cum arce, temploque eſt exuſta, & funditus everſa, qua de re extat in veteri codice hiſtoria miraculo illuſtris. Theodradus Sacerdos dum corpus Beati Bertulphi & Guduwaldi à Comite Blandinium transferretur, impetraverat portionem Reliquiarum ſuæ Eccleſiæ tum in honorem D. Bertulphi dicatæ, quæ dum flammis omnia depaſcentibus eripi non poſſent, agmen formicarum ex incendio viſum erumpere, oſſaque in ſinum Bertulphi ſacerdotis aſtantis detulerunt, ipſo, totoque Clero ad miraculum obſtupeſcente. Et tum deinceps magna cum reverentia in feretrum ſunt depoſita anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, & iterum anno milleſimo quadringenteſimo ſecundo, prout ſcædia ibi reperta me docuerunt.

Ab hac clade etſi vix integrum fuerit Haerlebecanis reſpirare, tamen nihil non conati Comites ad decus oppidi inveniuntur. Ita ut anno ſequentis ſæculi quadrageſimo nono, Balduinus Comes, ædem Collegiatam ibi extruxerit. Qua de re vidi litteras Philippi Regis Francorum datas anno milleſimo ſexageſimo tertio, confirmantes fundationem Abbatiæ Canonicorum in loco qui Haerlebeca vocatur, per Balduinum Comitem Juſtitiæ & Pacis cultorem inſtinctu Adeleydis uxoris, amitæ Regis factam, probantibus & dotem augentibus Epiſcopis Nerviorum Balduino, Gerardo & aliis, prout aliàs fuſiùs dicam, ubi de Eccleſia. Cæterum cùm aucto Imperio alibi ſæpè agentes Comites palatium ab Adela Comitiſſa pone Templum diu habitatum Eccleſiæ tranſcripſerunt, Caſtro Præfectum hæreditarium dederunt, Vice-Comitis titulo. Quæ dignitas cum magnis juribus dominio Ronchevallenſi annexa, cum eo venit ad Nevelæ Barones, qui in feudum dederunt ante tria ſæcula Halewiniis probante Francorum Rege, hæſitque donec ab Anthonio Halewinio emit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Rolandus le Febure Dominus de Themſick & Heuſt Ducis Conſiliarius, ſed brevi tranſcribens Carolo Carondeleto D. de Champuans anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo florenti, qui ad hæredes cognominis tranſmiſit, niſi quòd modò Joannes Sanctorum, Dux militum ſtrenuus dotali titulo poſſideat Vice-comitatum cum Prætorio & triente mulctarum, conſtituens Scholtetum Senatus ſubmonitorem, & carceribus præfectum. Simili modo cum Princeps hîc agens ſoleret ad neceſſarios uſus culinæ, ſtabuli, domus, & familiæ ſuæ proventus certos dominicales annuatim percipere, alibi agens canones illos in pecuniam fere vertit, eiſque Quæſtorem Ammannum hæreditarium, qui idem nunc cum Vice-comite, Præfectoſque dare cœpit, more adhuc perſeverante, ut annuatim ſeptem Scabini Spicariæ per legatos Principis creentur, quod Collegium quia Urbano poſterius eſt, Novum, alibi vocatur Scabinagium, & quia de rebus terras Comitis tangentibus agit, Comitis, ſæpiùs vocatur.

Amman vande Spyker.
't Nieuwe Schependom.
S'Graeve Schepenen.

Senatus Urbici mentionem feci, qui fuit ab omni hominum & ſcriptorum memoria celeberrimus, conſtans Præpoſito, Conſule & ſex Scabinis, præſidente illo in civilibus Cameræ & pacificatoriis, hoc in criminalibus aliiſque. Et cùm tota ferè Flandria obſervemus immutatam Senatus faciem, abrogatos Prępoſitos, imminutam authoritatem ob demerita rebellionum aut alias cauſas, ſola Haerlebeca fidei tenax, & Principi ſuo devotiſſima, etiam cum fortunarum ſuarum diſpendio antiquum obtinet. Tulerat expilationem tempore Roberti Friſii, ſed ſecuti Comites conceſſâ immunitate teloniorum & fiſci mala compenſarunt. Tulerat tempore Elſatiorum Theodorici & Philippi, ſecundò fortuitum incendium, ſed impetratis ab illo legibus quas, Keuram, vocant, ab hoc juribus Viarii & Nundinarii ſe refecit, adeoque Margareta Comes anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, forum hebdomadale diebus Saturni, Balduinus Imperator ſub idem tempus raras exemptiones, jura & privilegia dedit (fuſiùs hoc privilegium deſcribam in ſecunda editione) itemque certa prædia hoſpitalario loci aſſignavit: unde etiamnum inſignibus Conſtantinopoleos utitur urbs. Ut taceam potiſſimas Biervlietanorum conſuetudines & exceptiones Haerlebecanis à Margareta confirmatas; & benè agebatur cum civibus, ſi fortuna ſtare didiciſſet. Sed enim tumultibus Gallicis poſt annum milleſimum trecenteſimum oppidum in communionem cladis Cortracenę immeritò venit, exuſtis trina vice ſex ædium millibus, & duobus lanificum millibus Poperingam dilapſis.

Prooſt, Borgemeeſters, ende Schepenen.

Meminerunt profectò litterę Philippi Ducis anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo quinto datæ, dantes lanificium antiquitus florere ſolitum reſtitui poſſe, & pannos ſignari, forumque reſtitui, additis cum immunitate Nundinis annalibus tridui vigeſima prima Septembris incipientibus. E quibus colligere eſt paulò ante vaſtationem fuiſſe, cùm anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo primo florens oppidum delectum fuit illuſtri conventui in quo Princeps ipſe, omniumque Flandrię oppidorum primarii Magiſtratus, & Gandenſium deputa-

deputati, cum Brabantiæ, Hannoniæque & Leodienſium legatis interfuére, concordiamque inierunt, ſed à Gandenſibus legatorum ſuorum acta improbantibus ſubitò diſſolutam, Harlebeca malè mulctata. Pari modo quo iidem Philippo Duci adverſantes & iterum Maximiliano direptionibus, noviſque incendiis Urbem exhauſère; adeò ut tres duntaxat ædes ſupereſſent, & neceſſe fuerit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, quòd Civitatis peculium ferendo ſumptui impar eſſet, & locus velut in deſertum redactus, ſancire ſingulis tantùm bienniis Senatum renovandum, quod hodieque obtinet. Nec ſurrexit deinceps oppidum quod anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo à Gandenſibus, & iterum ſub Maximiliano, ut dixi, Archiduce fidelitatis ſuæ pœnas luere debuit; adeò ut Carolus Quintus deperdita privilegia opus habuerit reſtaurare anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo, & triennio pòſt Gildarum duarum liberarum diverſo arcu certantium (tertia enim bombardariorum anno milleſimo quingenteſimo ſecundo, confirmata demum fuit) libertatem confirmans addat Urbem planè per tumultus ad extrema redactam, diſertis interim verbis anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo profeſſus hos cives culpæ rebellantium affines non eſſe, nec ob id privilegiis excidiſſe. Qua re freti Cives paulatim ad mediocrem fortunæ capacitatem ſe comparârunt, ita ut ante noviſſimas turbas facilè ſexcentos poſſet armatos ſubmittere, Cereviſiarios coctores viginti ſex numeraverit, & ædes tam in oppido quàm ſuburbano quingentas.

Sed quid? ſuperveniens exitialis Belgici belli calamitas, aliaque fortunæ adverſantis incommoda, felicitatis hujus curſum interceperunt. Et quamvis ſub annum 79. vallo, propugnaculis, repaguliſque ad avertendas hoſtium incurſiones fuerit munita, tamen non ideò deſiit in partem contagionis per Flandriam latè ſerpentis venire, fortuitum incendium anni 70. à Torrente Septentrionem verſùs, procurata autem decenni pòſt & anno 91. & 94. Cicatrices in hodiernum diem vulneris reliquerunt veſtigia, peſtis etiam poſt annum 79. & expilatio Ooſtendanorum bina, non facilè è ſuperſtitum abibit memoria; capti enim cives, abacta pecora, direpta bona, exuſtæ ædes tam ſacræ quàm publicæ & privatæ ruinas alibi & rudera reliquerunt poſteritati. Sed nunc ad rem ſacram venio, quæ tota ab illuſtri Canonicorum S. Salvatoris Collegio dependet. Illuſtre dico, imò Regiæ fundationis. Quamvis enim Balduinus Comes, cum Adela uxore actor ſit & dotator primus; tamen quia is fiduciarius erat Regis Galliæ, nihil ſolidum niſi probante Rege effici potuiſſet. Philippi autem Regis in anno 1063. litteris hæc ſunt verba. *Comes Balduinus Juſtitiæ & Pacis cultor, inſtinctu ſuæ conjugis & amitæ noſtræ Adelaidis, noſtræ ſerenitatis adierit præſentiam, rogans & obnixè poſtulans, ut noſtræ authoritatis præcepto Abbatiam quamdam canonicorum quam monitu & precatu ſuæ Venerabilis & Religioſæ conjugis, & Adelaydis fundaverat in loco qui Harlebecca vocatur, & in titulo ac memoria S. Salvatoris prænotatur*, & interjectis paucis, *addit bona omnia contradita libera à comitatu*, & amplius inquit, *Hæc omnia prælibata præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, & etiam ſigilli noſtri impreſſione adſtipulanter firmavimus ut ſicut Aquenſis Abbatia Caroli magni inſtitutione & largitione fundata, à Dominatione Leodienſis Epiſcopi eſt libera, & Sancti Medardi abbatia à Sueſſionenſi Epiſcopo manet quieta, nec non S. Martini ab Archiepiſcopo Turonenſi, ita eſt iſta ab Epiſcopo Noviomenſi.*

Magna herclè comparatio cum auguſtioribus orbis Chriſtiani Eccleſiis, major immunitas ab Ordinarii juriſdictione, & immediata Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſubjectione, maxima autem dignatio tanti Regis in favorem Amitæ ſuæ, quę adeò habitationis ſuæ juxta templum Harlebeccenſe dudum elegit domicilium. Sed quid Abbatiæ nomen ſuprà nominatum niſi Majeſtatem aliquam ſibi velit, ignoro, certus paulò pòſt, id eſt, anno 1070. Pontificatus Alexandri ſecundi anno 8. de electione Præpoſiti inter alia agi, ex quo tempore reperi Nobiliſſimos quoſque hanc dignitatem obiiſſe, cum juriſdictione & præbendarum collatione, ampliſque juribus. Ita nimirum anno 1165. Robertus de Dovia Cancellarius Flandriæ, anno 1540. Philippus Myer Cancellarius aurei velleris, anno 1557. Georgius ab Auſtria Maximiliani Cæſaris nepos, Cancellarius Academiæ Lovanienſis hîc præfuerunt, & ex Croyacis, Gerardus anno 1468. Gerardus anno 1463. ex Lalanis Arnoldus anno 1459. Anthonius anno 1535. ex Hornanis Nicolaus anno 1490. Conſiliarii item Principum Henricus de Rughenſmeer anno 1419. mortuus, Ægidius de Schornaco 1420. præter alios plures quorum ſeriem unà cum vetuſtiſſimarum donationum & privilegiorum chartis, dabimus in altera editione. Præter Præpoſitos autem Decanus eſt, cui anno 1246. aſſignatæ duæ partes perſonatus Eccleſiæ de Moelenbeeck, quo etiam munere functi plures litterarum & prudentiæ laudibus inſignes. Cæterùm admiſſis in ſeriam cogitationem omnibus collegiatam alicubi commendantibus, paucas video cui hæc noſtra debeat cedere. Sæcularem juriſdictionem requiris? Habent aliquot pagorum integram, perplures autem latè ſparſam

ſam juriſdictionem, & amplius tribunal juxta Eccleſiam, & placita generalia convocatis ad diem juridicam omnibus ſubditis, & clientibus translizanis in Hulſt, cislizanis in Gavere, quem diem Goet-dach vocant.

Curiam etiam feudorum habent principalem, & video ſententia anni 1363. Clientes, ſive ut loquuntur, cives Canonicorum, ad aliud tribunal evocari non poſſe, & decedentium aut diſcedentium ex bonis decimamquintam partem dominis cedere. Habent & M. Balivum & Scholtetum, Ammannumque olim hæreditarios, niſi quod feudum præconatus in Hulſt promper Eccleſia acquiſierit. Vis ſanctas Divorum reliquias? præter oſſa D. Bertulphi & Guduwali decenter in loculo aſſervata, invenio Sigerum de Bera Præpoſitum, anno 1373. Crucem inauratam donaſſe, in qua reponi volebat Reliquias de ligno Domini, de Sudario ejus, de veſtimentis B. Mariæ, de cruce S. Andreæ, S. Laurentio, Vincentio, Matheo, Nicaſio, veſte Magdalenæ & capillis, veſtimento S. Catherinæ & Agnetis, Margaretæ & Apolloniæ. Invenio etiam Rogerium Caſtellanum Cortracenſem Reliquias de ſancto Sepulchro attuliſſe. Jam ne quis monumenta Principum deſideret, primi tres Flandriæ Foreſtarii in Eccleſia hac ſacello tum palatino ſepulturæ locum elegerunt. Itemque ex militibus de Harlebeeck cognominatis, Rogerius, Wilhelmus & Margareta, ex Maldegemiis Arnoldus, Rogeriuſque & Oliverius Halewini, ex Swevegemiis Gerardus & Henricus: ex Giſtellanis, Carolus: ex Grachtiis, Wilhelmus, prout me Anniverſariorum codex docuit, cùm Epitaphia injuriis bellorum interciderint, excepto unico Jacobi ab Halewyn domini de Mercken &c. Pro-Comitis Harlebecani anno 1524. Nec Eccleſias diſſimulabo ſive altaria, ut olim loquebantur, Harlebecanis aſſignata, inter quæ ſunt Parochiales trium oppidorum & totidem Baronatuum. Jam verò ſi Eccleſiæ hodiernam faciem intuearis, cripta inſignem redolet antiquitatem, chorus eſt amplitudine etiam inſigni, cujus excelſum recenter unaque totius templi bellorum & temporum injuriis multùm læſi & deformati, reſtaurationi & ornatui ſeriò vacant Capitulares. Odæum quidem trium Foreſtariorum titulis & pegmatibus, vitream autem mediam feneſtram inſignibus Principum noſtrorum ornantes.

Concludam in celebri anni 1294. die ſexto Idus Februarias, quo in Templo Haerlebecano rigidiſſimo in gelu, duæ Philomelæ cecinerunt melos ea tempeſtate rariſſimum, & fortè ominoſum, ſubſequentibus mox Cometa, Guydi Principis captivitate, belliſque diuturnis & pernicioſis.

VIRGA HARLEBECANA.

De Comitatus Harlebecani veteri amplitudine ſuperiùs dictum eſt. Reſtat nunc Præfecturæ ejus hodiernæ loca breviter decurrere. Imprimis itaque notandum intra primum ab oppido lapidem ruſticos omnes molendino Principis bannali obnoxios eſſe; agros & prædia diverſis in pagis plurima exiſtere ad ſpicam annariam Comitis pertinentia, propriumque ob id unà cum prædiis nulli particulari domino obnoxiis, tribunal in Oppido ſortita eſſe, quod tempore Burgundicorum Principum ſtatutis & Conſuetudinibus formatum aliàs Scabinagium Comitis, aliàs novum video indigetari, & Senatum annalem renovantibus Principum mandatariis Conſule & ſex Scabinis conſtantem accipere. Habere etiam ab antiquo Quæſtorem & Ammannum hæreditarium, quorum hoc ab omni ſcriptorum memoria fuit vice-Comitum Harlebecenſium, illud dudum gentis Walliæ, dein Mortaviæ, nunc Joannis Jacquelot M. Balivi Harlebecenſis viri prudentis & induſtrii.

Imprimis itaque in pomœrio Oppidi Harlebecenſis dominium eſt Hallenſe, à Nundinarii veteris loco nuncupatum, Scabinatu & dominiis duodecim non carens, ſed nec Sacello, domoque prætoria, & fundamentis caſtri per bella Gandenſia ſub Maleano diruti. Quæ omnia anno 1385. Philippus de la Poelle Comiti à Conſiliis interjecto tempore videtur ceſſiſſe Joanni Condé. Et quamvis medio tempore Reygerſvlitus videatur poſſeſſionem adiiſſe, tamen relapſa eſt illa ad Condatenſes, quorum Joannes anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio vendidit Waltero Poillyn ducis Conſiliario. Poſtmodùm anno 1513. Joannem D. de Walle ex cognomine familia video dotali titulo cum Margareta Poillinia ejus potiri, & ejuſdem ſæculi anno ſeptuageſimo Philippum Grachtium D. Melſenæ, & pòſt Mortaniæ Beneficium profiteri Bathazari Andreæ recenter tranſcriptum. Hallen

Simile ſuperiori feudum eſt Ultra-agrenſe Senatu & ſubalternis ſeptem conſtans, effoſſaque nuper alta ſub humo ingenti mole rudera monſtrant Caſtrum; quod opinor, & fuit antiquitus familiæ Wterſwaene, donec anno 1486. Philippus armigero Valtero vander Gracht conceſſit, in quam familiam, & ſi ſubinde à Gaesbecanis, Horniis Croyaniſque poſſeſſum, rediit, domino de Scardauwe poſſidente, & tranſcribente Triſtiis, nominatim Riddershoviæ domino, Viro Nobili. Overacker.

Venetienſe dominium Senatus & feudorum quatuor campos, à Jacobo Scaeccio Venetien.

obtentum, Legato ad Venetos nomine Brugenſium, quod reperio anno 1442. ejuſdem nominis & familiæ Nobilem Gerardo Giſtellano tranſcribere, in cujus ſtirpe hæſit, & dominis Beveræ Deſſelgemique titulum honoris dedit, uſque ad annum 1461. cùm Rogerius de Halewyn, & 1478. Andreas de Walle obtinuit, anno autem 1560. Petrus van Houte, cognominis loci dominus, cujus filia Merkemi Dynaſtæ ex Halewiniis dotem attulit. Atque hæc primaria ſunt dominia, prçter quæ plures ſunt ſecundi ordinis dominationes, ut Wedergrachtum Gulielmi vander Mandelen, Caterolles & Camphen Brandiorum, nuper Reynarts-vlietiorum, Ecke, & Roodepoort, Joannis Denterii Principum in Financiis Commiſſarii, aliæque id genus ſtudio brevitatis omiſſæ. Et obſervare liceat infinita hoc tractu loca eſſe in clivum aggeſta, & foſſis aqua etiam ductili aut pluviali munita certiſſimo nobilium in vicino palatii agentium indicio.

Weder-gracht. Caterolles. Camphen. Ecke. Roodepoort.

Terlcea (quod molliuſculè nunc Deerlicke pronunciant) veterem à D. Amando dicatam, eidemque pòſt inſcriptam habet Eccleſiam, Altaribus affabris è ligno ſectili inauratis non carentem, anno milleſimo ſexageſimo tertio, à Philippo Francorum Rege, *Abbatia apud Harlebecam fundata confirmatam, cum manſis ſex terra liberis à Comitatu.*

Cui adjacens ſacellum D. Columbæ recentiùs eleëmoſynis peregrinorum undecumque affluentium ſurrexit. Dominium porrò ſæculare dudum fuit gentis Coſteriæ, Prætorium & jura non contemnenda habentis, niſi quòd in Diependalia olim Schaeckii reperiantur dominati, gens apud Cortracenſes longè clariſſima, è qua Præpoſiti, & Senatores plurimi, nominatim anno 1425. Thillo Eques, Jacobus à conſilio Ducis Burgundię, Commiſſarius renovandæ legi apud Flandros, Scholtetus Brugenſis, Prętor Furnenſis anno 1444. & quadriennio pòſt Cortracenſis, Hammæ & Scaerdouwæ dominus, Mathæus ſępè Præpoſitus, ſocer Joannis Claerhoutii, Baronis Puthemii, gener Dynaſtæ Brigdamii, Nicolaus anno 1391. Prætor Brugenſis, Sigerus Prætor Harlebecæ, idem hic dominus, ſed hæreditate per alias aliaſque ſtirpes ad Franciſcum Tacque devolutâ, exinde jus venationis in hac ditione habentem, munuſque apparitoris hęreditarii Curiæ feudorum, quæ eadem jura & onera incumbit Judoco vanden Broucke ratione feudi Bekenſis.

Diependal.

Ter beke.

Francx inſuper dominium homines 12. & Scabinos 7. complectens gentilium de Calon anno 1395. & poſteà de Roſe, ab anno autem 1414. Tollenariorum, & nunc ex eis Joannis Keurnæ domini, Conſularis apud Cortracenſis viri nobilis & litteraturæ, prudentiæque, ut callentiſſimi, ita amantiſſimi. Winghena denique & Buſſelt octo feudis dominantia, quæ fuerunt gentiorum olim anno 1436. Joannis Bernaigii Domini de Mouwe cum Margareta uxore, filia Mariæ Gentiæ, anno autem 1481. Halewinii, anno 1507. Voſſii obtinuerunt, à quibus anno 1569. Anthonius Vichtius eſt conſecutus, & poſſident hæredes cognominis Niewenhoviæ Domini; præter hæc porrò ſunt & hìc ſecundi ordinis dominia & feuda, ut Stebrugganum Anthonii Payllii V. N.

Francx. Wingene Buſſelt. Steebrugge.

Sequuntur ad fines Aldenardenſis Præfecturæ, in qua & faciunt partem: Vichta nobiliſſimæ gentis cognomentum, unde Præpoſiti, Balivique Curtracenſes, itemque Iprenſes, & patricii Franconatus, aliique tam toga quàm ſago dignitatibus infinitis olim functi. Dominata eſt autem hæc ſtirps, quod rarum, ſola huic Parochiæ, & pluribus non interrupta ſerie ſæculis: filia hodieque Philippi Vichtii cum marito Raphaële vanden Boſche hæreditatem avitam Martino de la Faille Baroni Nevelano tranſcriptam vendicante, cum Caſtro non inelegantí & juribus amplis.

Vichte.

Cetegemum dominiis pridem ad Ampliſſimi nominis Præſidem Richardottum ſpectantibus, domoque prætoria & Couwerburgo Hoſpitalis Cortraceni feudo per Philippum Audacem ducem Burgundiæ donato non ignorabile.

Cetegem. Couverburg.

Sicut Heſtertum Baronis Heulii ex Liedekerkiis dominio, & Dienſtveldio Damantiorum, Croſmotta Hallenſium, de quibus ſuprà, peculio celebrata.

Heeſtert. Dienſt-veldt. Croſmotte.

Et fanum Dioniſii, Slavathia Toparchia, Principis dudum fiſco addicta, dono Balduini Montenſis Comitis ad Eynſameum devolutam comprehendente hæreditatem nobilem.

S. Denys Slavatze.

Adjacet porrò his vicinum in agrum Aldenardenſem procurrentibus paræciis Mouda vetus gentilium de Bernaige Dynaſtia perelegante prætorio, foro, & Nundinis oppidorum more exornata. Cæterùm gentiles hi palatinis tempore Burgundicorum Principum muneribus functi produxerunt exinde viros clariſſimos & equeſtris ordinis, de quibus aliàs magis ſpeciatim.

Monde.

Introrſum autem in mediterraneis conſpicitur à Suevorum procul dubio habitatione nomen ſortita Swevegemia Eccleſiam habens titulo Capellæ de Swevenghem donatam Canonicis Harlebecanis à Balduino Comite & fundatore eorum dominium alioquin familiæ de Berghes ex Arteſia, quod opinor, oriundæ & Caſtrum cum ampla Juriſdictione & feudorum Curia dudum illuſtris familiæ Halewiniæ, recenter Griboralliorum, nominatim

Swevegem.

minatim N. Dynaſta Jenmontio nati Viri Nobilis.

Ab alia parte porrò Gandam versùs longo tractu viſuntur in ſacris Eccleſiæ Tornacenſis, in foro Baronis Anglo-monaſterienſis, peculia, Vivia D. Ludovici, & Warigemium, ubi amplius beneficio dicti Baronis poſſederunt Potegemum prætorio inſtructum, & Nieuwenhoviam Vichtii nuper, ſed nunc Blangervallæ dominus hoc acquiſivit.

Vyve. Wareghem. Poteghem. Nieuwenhoven.

Blandinienſium porrò dono Arnulphi Marchionis Flandriæ ſunt Deſſelgemum & Bevera, niſi quòd in illo concurrat dominus Merkenii, hæc in feudum ſit data jam inde cum vicino Avelgemio, & laudatur in Diplomate Ottonis Imp. *Villa Deſſelgem cum cambio & decem manſis & indominicato, altare item dicta cum appendiciis beveracalla in pago Corturiacenſi ſitis liberis ab omni advocatione, & Comitatu & Placito.*

Deſſelghem. Beveren. Avelghem.

Ultra Lizam ad extremum ſuperſunt non ultimæ notæ dominia Oyeghemum, Joannis de Gros V. N. à nullo dependens Toparchia.

Keurna Tolnariorum ceſſione Regia dominium in cujus parœcia Nieuwenhuſia & Philippi Borſackes peculium Scabinatu & novem feudis nobile, à Guilielmo ejus genti decano Cortracenſi acquiſitum & Martino Hornio Barone Gaesbecano poſſeſſum, itemque à Grachtiis. Bavinchovia Grachtiorum domini de Sardouw nominatim poſſeſſio, à Wilandis & antè Brandiis derivata ad Bavonenſem olim ſpectare ſolens Abbatiam. Cujus Religioſi ob metum Normannorum profugi in Gallias Noviodunenſi Cœnobio ad memoriam hoſpitii & beneficiorum exulibus impenſorum decimas ſunt elargiti. Poſſident tamen ut hîc, ita in vicina Hulſta hæreditates ampliſſimas Canonici Harlebecani. Et invenio litteris anno 1190. Valterum van Eſpleke allodium anno 1163. Balduinum de Lapſcure anno 1192. Ægidium de Ottogem, alioſque alia latifundia & hæreditates aſſignare. Cæterùm viſuntur intra limites Curiales D. Scherveldæ & Juſti Damantii M. Balivi Cortracenſis Virorum Nobilium prætoria cum latifundiis & Juribus amplis.

Keurna. Nieuwenhuſen. Bavinchoven. Hulſte.

Supereſt Anglo-monaſterium Baronatus, qui antiquitatis merito, Majeſtatis titulo, ſitûs gratia, rerum geſtarum magnitudine famam inter primi ſubſellii Dynaſtias meretur. Sive enim terræ genium, agris tam arvis, quàm paſcuis florentem, nec Sylvulæ oblectamento, nec fluvii Manderæ in Lizam ſe effundentis, & per eum Schaldim, & cum hoc Oceanum petentis commoditate deſtitutum conſideres: ſive ſedem in Flandriæ penè meditullio tutam, nec minùs utilem inſpicias: ſive Baronum latè patentem per pagos viginti tres juriſdictionem cum triplici Juſtitia, Venatione maxima, aucupio & piſcatione non infelici, & privilegiis (inter quę primarium quòd gratiam delicti faciat) ampliſſimis intuearis: ſive arcem ęſtimes, foſſis altitudine & latitudine inſigni, ſtructuraque foris tam munita, ut hoſtilem exercitum ſemper expectare, ſępiùs contemnere, oppugnationem & tormenta ſemel ferre auſa fuerit, armis etiam intus nunc, nuper præſidio tam inſigniter inſtructa, ut eludendis inſidiantium conatibus par eſſe poſſit, aulæo interim, Sacello, turribus, antemœnianis, pennariis in quadro ſic diſpoſita, ut maximi Principum ſufficere poſſit diverſorio.

Engelmunſter.

Omnia, inquam, hæc magnifica, quæ tamen minima ſunt antiquitatum portio, laudiſque quam hiſtoriarum & archivorum monumenta ſuppeditant, vix umbra. Ab ovo itaque & primis incunabulis ſingula rimari & excutere incipiam.

Prima Religionis noſtræ fundamenta per Scotos, Angloſque in oppoſitum ſibi littus prædicationis gratiâ delatos, jacta, in confeſſo eſt, ab iiſque intra Manderæ & Deveræ decurſum extructam Eccleſiam, juxtimque Monaſterium, ſub clericali diſciplina tradit Iperius, juxta quod Monaſterium B. Amandus Epiſcopus (teſte Placentino) mortuum aquis abſorptum ad vitam revocavit. Cujus memoriæ datum ut Eccleſia à fidelibus poſt trinas Barbarorum incurſiones reſtaurata D. Amandum acceperit tutelarem, ſervetque cum B. Sylveſtro in hodiernum diem.

Hæc itaque nominis ratio, & famæ, forſan occaſio. Cùm enim Liederico Comiti ſub annum Chriſti octingenteſimum per Carolum Magnum concrederetur Flandriæ Foreſtum, nominatim committuntur Cellæ, (ita Abbatias vocabant.)

Wormholt ſuper fluvium Pena,
Torholt ſuper fluvium Rura,
Hulshont ſuper fluvium Mandera.

Quam poſtremam noſtram eſſe puto; & ampliùs, puto illis temporibus ſylvam ad hanc Lizæ ripam longè ſe extendiſſe, Hulsholti vocabulo, cujus veſtigium ſervat pagus quingentis hinc paſſibus diſtans, Hulſt vocitatus. Et cœpit ex hoc tempore Comes Flandriæ Advocati titulo Anglo-Monaſterium poſſidere, id eſt, ſummam dominationem, ut ſolent Advocati, obtinere. Cæterum erat dominium ſeparatum, fuitque ſemper, etiam poſt everſam funditus anno octingenteſimo octuageſimo ſecundo Abbatiam, bonaque ab Epiſcopo Tornacenſi uſurpata, donec interjecto tempore Gerardus Epiſcopus, litteris anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto datis, Altare de Ingle-Munſter, id eſt, Eccleſiam Curialem cum omnibus juribus donavit, Roberto

berto Præpoſito, & Canonicis Harlebecanis. Et tum in cenſu tota Flandria acto, Harlebecenſi virgæ, ut loquuntur, cœpit hoc dominium magis ſubcenſeri, quàm ſubeſſe. Verùm enimverò nihil Monaſticum tum locus redolebat, ſed bellicum magis, utpotè per Robertum Friſonem tempore belli Hannonici munitus arce Præſidioque. Fuit deinceps peculium Roberti Caſletani Comitis Flandriæ filii, unde factum, ut inter Flandriæ Baronatus, & quidem feuda diviſionis, ut vocant, liberorum Flandricorum, numeretur Anglo-Monaſterium. Cùm autem inveniam varia donationum hîc loci diplomata poſt annum milleſimum ducenteſimum decimum confirmari à Roberto, aliiſque Teneræmundæ Bethuniæque dominis, libenter crederem horum aliquando fuiſſe dominationem, quæ etiam nunc veteri ritu à Caſtro Teneræmundenſi movetur. Quicquid tamen eorum ſit, rediit ad Comites Baronatus; noviſſimè cum aliis hæreditariæ portionis loco, per Ducem Burgundiæ aſſignatus filiæ Clivenſi Regulo elocatæ, quæ adeò familia rerum potita eſt hîc, donec Henrica Clivenſis cum Ludovico Gonzaga Nivernenſii Duce marito, transſcripſit eum Gaſpari van Schonberg Comiti de Nantheüille Regis Conſiliario, & is poſteà Ottoni Edelheere von Ploto Chiliarchæ ſtrenuiſſimo, qui nepoti ſuo Gaſpari, cujus ex fratre rurſum nepos Wolfgangus juvenis heroicis inſtructiſſimus virtutibus poſſidet cum ampla feudorum curia.

Duo addam, & videri locum hunc in municipalem aliquando honoris communionem veniſſe, & forum hebdomadale, nundinaſque habuiſſe, æquè ac libertatem pannificii à Roberto Nivernenſi, & poteſtatem ampliandi alveum Manderæ, (cui etiam vel nunc intenditur) ut eo compendio ex Ipreleto per Manderam Liza Schaldiſque poſſint peti, à Guidone Comite obtinuerunt.

Habuiſſe etiam Xenodochium cum virginibus ægros egenoſque curantibus jam inde ab anno Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono cùm prædium quoddam eis confirmat Epiſcopus, & Eccleſiam undique ſplendidam, ubi ſacram ſupellectilem quantivis pretii: & Miſſale anno Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, ſcriptum, calicemque (teſte inſcriptione) anno Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo à Rogerio de Mandere donatum, per has Belgii turbas aſſervatum ſum miratus. Interim fuiſſe ſemper arcem contra Gallos Flandriam tenentes Gallicanam, & rebelles toti inhiantes, contra Gandenſes Comiti obluctantes ſub inde propugnaculum, adeoque cum totius dominii diſpendio; etiam quater incendio fuit area ejus arena certantium, Prætorium fugientibus azylum, miſeris ſolatium, hoſti metus & victoriæ meta, Principi præſidium, Flandriæ clauſtrum, ſive ut uno verbo dicam, Mediterraneæ ocellus.

Quod exemplis ex omni hiſtoria petitis docere poſſem; & in vulgo famam habet recentem ob arcem à Regiis præſidiariis defenſam, à Chiliarcha de la Noüe adverſariorum duce obſeſſam, ſed auſpiciis Marchionis Robazii ex inopinato pontem Iſegemium, quem dejectum ille opinabatur, ſuperantis liberata, exiguis copiis hoſtium multitudine ipſoque duce in captivitatem abducto, prout tabulæ & Geographorum, & hiſtoricorum oculotenus exhibent ſpectandum.

TIELETUM.

Oppidum hoc à Tiliis an nomen habeat, incertum; certè eſt antiquiſſimum à Gulielmo Normanno, quod volunt jure & privilegiis civium Harlebecanorum donatum, formato Senatu, & Keura, domoque principali feudorum, additiſque inſignibus ab Harlebeca tranſlatis, adjectis ad differentiam tribus clavibus. Cauſa autem evehendi locum huic videtur fuiſſe, ſitus in Flandriæ propemodùm umbilico, aëre ſalubri, agro circum circa fertili, imprimis lini. Deinceps anno 1105. inveni Eccleſiam Curialem non inelegantis fabricæ per Epiſcopum Capitulo Harlebecano donatam, & anno 1172. munitionem juxta eam excitari, impetrato conſenſu foſſas ducendi, vias ſternendi, Hallam ſtruendi. Anno autem 1220. Joannam Comitiſſam forum & mercatum, opificiorumque ſtylum indulgere. Hoſpitale etiam oppidi auſpiciis Margaretæ Comitis inchoatum, Guidone circa annum 1294. jus ſuum nundinarium, quod Cochlear vocant, granorum conferente. Sed bellis Gallicis ejus & ſucceſſorum ævo exortis, aliquoties urbs redacta in cineres, incenſa & vaſtata, opus habuit novis conditoribus. Itaque litteris anni 1359. impetravit liberum pannificium, jus ſignaturæ, & Scabinatum textrinulæ. Anno 1365. aſſignatus ei locus ante Donſanos in conſeſſu & expeditionibus, eò quòd probatum eſſet in Leſſinenſi bello cives immediatè Curtracenis ſucceſſiſſe. Anno 1383. confirmationem privilegiorum deperditorum, declarante Philippo Duce. Antiquam eſſe villam & legalem, commotionibus & bellis inteſtinis ſæpè exuſtam, ſitam in Flandriæ medio, & ſolitam forum diebus Jovis habere,

bere, recenter autem ad producenda pomœria coëmiſſe à Galtero de Mullem certum prædium, annexum libertati urbanæ, concedente ideò nundinas liberas, inſtar feſtorum de la Compaigne, tridui, incepturas Dominica poſt Sacramenti. Præter quas habent & alias frequentari ſolitas die Jovis prima poſt feſtum S. Mathęi & quarto ante Pentecoſten. Ita reſtitutum ſibi oppidum floruit aliquandiu vectigalium immunitate in portubus & urbibus aliquot conceſſa, donec idem ille Mars & Vulcanus omnia ſubverterunt. Ita & ſequentis ſæculi anno 88. Maximilianus Princeps debuerit incendio abſumpta reſtaurare, privilegia nominatim tribus ſagittariorum gildis. Idemque permittere & Gerontrophio viduarum Franciſcanum virginale erigi, cujus prima fundatrix & mater vigeſimo ſeptimo præfecturæ anno obiit 1523. Nicolaæ Schoth. Jam verò populus opibus, oppidum Halla & ædificiis, nundinatio quæſtu, pollebat ædibus facilè 600. in & juxta urbem habitatis, cùm civilis belli turbæ & incendia nominatim annorum 1579. 82. 85. 97. graſſante etiam contagio felicitatem oppreſſerunt, civibus vix modò reſpirantibus. Ornatur Thieletum (ait Marchantius) Judoco Raveſteyno Theol. Doct. Lovanii, ejuſdemque Academiæ ſubinde Rectore, ſcripſit adversùs Catechiſmum Confeſſionis Auguſtanæ Antverpiæ editum, Petro Symonio in eadem academia Theol. Doct. Epiſcopo Iprenſi perquàm laudato: ejuſque gentili Gulielmo hiſtorico: Petro Pantino: qui ſacros hymnos publicavit cujus agnatus Gulielmus Pantinus fuit diu Brugę medicus celebritatis non inferioris quàm Gulielmus Bernartius Thieletanus Lovanii Medicinæ Doctor, quem ſcholaſtici ob vultus morumque gravitatem, Catonem vocitabant, Stephano de Metere Jurium Doctore, & burſarum apud Lovanienſes fundatore, Alexandro etiam Spierinco qui anno 1402. menſe Martio Conſiliarius Ducis & ſupremus Flandriæ Balivus cùm quendam capitis damnaſſet, à reo morituro injuriamque ſibi fieri aſſerente, ut intra octiduum Dei conſpectui ſeſe & judicio ſiſteret, citatus eſt. Octavo die cùm pila Tileti luſiſſet, inter confabulandum, eram, inquit jocabundus, ab illo reo intra dies octo vocatus ad Dei tribunal. En dies octavus adeſt, & me ſoſpitem adhuc conſpicitis. Vix hæc locutus, ſubitò incidit in morbum tam præcipitem & exitialem, ut ante octavi illius diei, & vadimonii terminum vitam finierit. Quod exemplum neque ridiculum eſt, neque Ferdinando quarto Caſtellæ, Petro Ceremonioſo Arragoniæ Regibus, & Franciſco Britanniæ Duci ad eum modum citatis extinctiſque incompertum, neque Magiſtratibus aſpernandum aut obliviſcendum, & inſontium preces non obſcurè exaudiri manifeſtat. Ad extremum intra limites & extra oppidum quemadmodùm etiam in ſingulis pagis diverſiſſima ſunt dominia, quemadmodùm Dynaſtia Curiæ Tiletanæ annexum habens patritium caſtri Cortracenſis olim Gruthuſiorum, nunc Richardottorum: Tumme dominorum Stadenſium, Hage Abbatum Elnonenſium, Willeron Brakelenſium, Vanderelſt & Lombeek, Wytiorum Oyeghem Groſiorum dominia. Fuerunt etiam non ultimę notæ prætoria nobilium, ſed bellorum occaſione collapſa, vaſtata, aut deſerta.

DISTRICTUS THIELETANUS.

Portio hæc Caſtellaniæ Cortracenſis ab Harlebecano tribunali diverſum accepit Balivum, ex quo Urbs ipſa Thieletana privilegiis Harlebecenſibus per Comites eſt donata: complectitur autem Pagos hoſce.

Ruyſlede hoſpitalario Equitum Melitenſium per Balduinum Comitem aſſignatis prædiis inſtructa, dominia continet Maelſtapele & Audegoet olim ab Heckiis poſſeſſa, qui inter Patritios Cortracenſes clari, Præpoſitos Conſuleſque numerârunt frequentes, interque alios Rogerium anno 1467. & 91. Waltherum anno 1352. Hubertum 1462. claros. Ruyſlede. Maelſtaepele. Audegoet.

Wonterghem. Wonterghem.

Wackena opportunitatibus Manderæ Lizam augentis foro diebus Martis hebdomadali prætorioque Dynaſtarum inſigni quondam ornatum, fuit pronuper Andreæ Andreani Scabini terræ Francæ, à quo in dotem cum filia Anthonius de Burgundia dominus de la Chapelle familię ſuæ aſſeruit, poſſidetque hæres Carolus vir primæ nobilitatis & virtutis. Wackene

Moelenbeka ad Deveram Manderę clicem latè patens dudum habuit è gentilibus de Beer dominos juſtitiæ utriſque compotes, & prætorium non contemnendum poſſidentes. Eccleſiam porrò Gerardus Epiſcopus Nerviorum aſſignavit Capitulo Harlebecano anno 1165. intra cujus ambitum plura ſunt dominia. Moelenbeec.

Pithemum antiquitate ſua nobilis pagus, nec ſacris minùs quàm profanis titulis, Baronatus enim titulum, ampliſſimaque privilegia obtinent Claerhoutani nobiliſſimæ gentis propago. Eccleſia autem perſonatu inſignis inter illas reperitur quæ olim à Comitibus Flandriæ donatæ erant Canonicis Tornacenſibus, ſed poſtliminio recuperatæ & aſſertæ. Nunc dominatur loco N. Croys per uxorem Annam Claerhoutanam. Pitghem.

Winghena & Suevezalia eoſdem olim dominos reperiuntur habuiſſe de Winghene cognominatos, quorum Majeſtatem veterem hodieque oſtendunt aquis cinctę planities Wingene. Sweveezeele.

nities caſtri veteris veſtigia & monumentum. Cæterùm, Sucvezaliam ante paucos annos obtinuit Joannes Luicx ducta hærede & filia Hellini Steelandii, qui ipſe Hellinus dotali titulo cum Margareta Halewinia dominium obtinuit, & Margaretæ pater Joannes Præſes quondam Hollandiæ, & à peregrinatione ſacra eques Hieroſolymitanus ducta Beatrice vanden Vyve Joannis filia.

Winghenam autem nunc poſſidet Joannes van Haveskerke per uxorem Ludovicam Meſdach filiam Ludovici Conſiliarii Flandriæ generi Hugonis de Grammez Equitis, domini Winghenæ, Wulfberghæ & Grammezii, & commiſſarii Cęſareæ Majeſtatis in renovatione Senatuum Flandricorum.

Heyghem. Heyghemum Prętorio ante turbas non inelegānti dudum fuit familiæ de Griſperre apud Cortracenſes claræ, unde prodierunt Galterus miles ante tria ſæcula, dominium gentis in Parochia Hulſtana tranſcribens Canonicis Harlebecanis Petrus Senator anno 1340.

Canighem. Canighemum pago Menapiſco per Arnulphum Marchionem Flandriæ donatum Abbatiæ Bavonenſi recluſorium olim ex dicto phrontiſterio conſlatum habere ſolet.

Poucques Poucques Baronatus titulo celebre dominium & cognomentum gentis nobiliſſimæ, è qua poſtremus Joannes de Poucques equeſtris ordinis hæredem invenit Maſteignæ dominum, in cujus poſteris hodieque perſeverat. Duo autem ſunt in vulgo obſervata, alterum in re ſacra, alterum in publica; cùm enim pagus latè patens rivulo ſeu torrente cingatur, & viarum ambages ſolerent eſſe olim impeditiores, poteſtatem factam aiunt domino circa Principis familiam occupato agros paſſim incidendi, iterque rectum Gandam, Cortracum, Brugas ducendi, unde in hodiernum diem remanet nomen viarum Poucquenſium, ſimiliter cùm in pagi medio decreviſſent incolæ Paræciam ædificare ſaxa cœmentaque, aiunt noctu divinitus tranſlata in locum ubi poſteà nutui divino acquieſcentes Eccleſiam ſtruxerunt choris lateralibus recenter per Baronem adjectis, & remanet priori loco vocabulo Kerckvelt, id eſt, agri Templaris.

Artzeh Artzela dono Gruthuſiorum pridem Abbatiæ Baudeloënſis peculium, qui tamen alteram dominii partem reſervantes pridem Comiti Egmondano obligaverant, recentiori memoria vindicatam per Richardottum præſidem, poſſeſſamque à filio Lumbecano Barone.

Gothem. Gothem neſcio quid Gothicum nomine redolens, repertis aliquando numiſmatibus Romanam quoque antiquitatem poteſt jactare dominum nunc habens Franciſcum Sicleers.

Oſelghem. Denterghem. Oſelghem cum Denterghemo veteres Gruteriorum Dynaſtiæ nuper, nunc Lanckhalſiorum, quorum illi Flandricæ originis Patricios & Conſulares terræ Francæ habuerunt, Janumque Gruterum variè doctum & ſcriptis clariſſimum, hi Hooftpuncteros Præpoſitoſque Cortraci & Conſiliarios Principum aliquando.

Marchemum gentis Utenhoviæ pridem, nunc Steelandicæ dynaſtia, herum habet Senatus Flandrici Conſiliarium. Merchem.

Wilsbeca, & Roesbeca, cum Vivario D. Bavonis, Baronem Anglo-monaſterienſem agnoſcunt dominum, ſed an alios unquam aut antè cognoverint needum mihi ſcire contigit. Cæterùm, in Roesbeca circa Thieletum meminit D. Columbanus Vrancx Abbas Blandinienſis in libello de miraculis Deiparæ infantis puerperæ, infantem mortuum parientis, & graviter ob non ſuſceptum Baptiſmum indolentis, fuſiſque ad Deiparam precibus, magnaque fiducia maritum requirentis, ut ſepultum jam aliquamdiu aperto tumulo repræſentaret. Quod ille uxoris precibus indulgens fecit, & puerum viventem reperiens, ſacri baptiſmatis lavacro curavit expiari. Wilsbeec. Roesbeec. S. Baefs-vyve.

D E I N S A

O P P I D U M.

Dönza hoc oppidum olim vocabatur, etymo mihi hactenus ignoto, niſi quòd libenter crederem ab aliquo Barbarorum, Gothorum, ſive Wandalorum Duce inditam appellationem, hæſiſſe caſtro ad ripam Legiæ exſtructo contra Romanos; Lucius enim Pætus Romanorum in Belgica Dux celeberrimus, Oppido ultra flumen forſitan à ſe condito nomen ſuum communicavit. Wandali autem, & reliqua Barbarorum Hunnorumque colluvies, ſub annum à nato Servatore quingenteſimum, Gandam occupârant, & diſpoſitis non uno loco caſtellis, Legiæ ripas coronârunt, quod certum; duce aliquo illorum Donzam condente, quod probabile. Extra tamen controverſiam eſt, fidem faciente omnium hiſtoricorum conſenſu, ſtatim à clade Normannica, quę incidit ad annum octingenteſimum octuageſimum oppidum hoc notum fuiſſe, & Eccleſiam capitalem perſonatu illuſtrem habuiſſe, quam ante annos ſexcentos Flandrię Comes cum aliis duocecim donavit, ſed recuperatam poſteà à Balduino Comite. In diplomate autem Theodorici Elſatii Comitis pręcipui, quod arbitror, Donzanarum libertatum propagatoris, difertis verbis Caſtrum & Villa Donza nominatur, additurque ob demerita Bertulphi Stratenſis, Præpoſiti D. Donatiani, & Caſtellani de Petenghem, villam ejus de Petenghem omni honore privatam, ejuſque privilegia Donzam tranſlata, Deinze.

 ut

ut ſit deinceps particula villæ de Donza, quæ fuerat domina fluminis & campi. Datum anno 1152.

Ex eoque tempore, quicquid intra libertatem Caſtri Petengchemenſis fuerat, juriſdictioni Donzanæ acceſſit, remanetque in hodiernum diem unum utriuſque loci Scabinagium, & Tribunal. Nec injuria hinc redivivæ civitatis Donzanæ repetam exordia, & credam audacter inſignia duplicis aquilæ, quæ Romanorum eſſe ſolent, & Petegchemenſium Romanis auctoribus gloriantium fuerunt, tunc accepiſſe.

Deinceps invenio conſenſu Margaretæ & Joannæ Comitiſſarum oppidum ad utramque partem fluminis muro cinctum, unde colligitur majus aliquando fuiſſe quàm ſit modò, & ex reſcriptis Tornacenſium colligitur, duas parochiales habuiſſe, alteram nimirum Deiparæ & Ægidio, alteram SS. Martino & Anthonio inſcriptam, quarum utraque ſupereſt; ſed hæc intra limites Petengchemii, illa in oppido. Ita ut ante annum milleſimum trecenteſimum videatur majeſtatis ſuæ apicem attigiſſe.

Guido enim Comes confirmans authoritatis privilegio forum Mercuriale hebdomadarium, nundinas addit annales feſto D. Lucæ recurſuras, quæ nunc in diem ſequentem ſunt tranſlatæ. Idem ad preces Galteri Nevelani Vice-Comitis Donzani nundinas PaſchalesPetengchemenſes in diem Martis poſt octavam Paſchæ incidentes, Donzanis confirmavit, quæ duæ nundinæ à manuum injectione & arreſtis ſunt liberæ, omnique gaudent immunitate. De Vicecomite Donzano, & caſtro ibidem, quod dixi, tam certum eſt mihi, quàm incertum ubi Caſtrum fuerit, & quò Vice-comitatus devenerit. Etſi non ignoremus Curiam ſive domum Principis hic antiquitus extitiſſe, unde plurima moventur feuda, nec latet munus Scholteti jam inde Baronatui Nevelano annexum eſſe, qui curam carceris & vinctorum habet, unaque per annum die ſolari dominatum in urbe obtinet ſupremum, ad memoriam credo veteris juriſdictionis Comiti Flandrię conceſſæ aut uſurpatæ. Dies autem idem eſt, qui encœniorum, id eſt, aſſumptę in cœlum Deip. ſacer. Nec me præterit munus Ammanni hæreditarium (cui pupillorum cura & ſubmonitio tribunalis incumbit) recenter à Martino la Faille Barone Nevelano acquiſitum à Mayartiis & Gentiis anteà poſſeſſum, antiquitus etiam Nevelanorum fuiſſe. Ut taceam quod ipſum etiam oppidi dominium gentis Nevelæ videatur fuiſſe, per nuptias ad Lutzeburgicos devolutum; unde adeò perſeverat privilegium, quo poteſtas ſit Senatui civem ſuum à Nevelanis captum aut in jus tractum vindicare, coram tribunali Domeſtico conveniendum. Hęc itaque prima ætas eſto hujus oppidi, quæ nec caruit in re ſacra ſuis laudibus; cùm enim Eccleſiæ perſonatus eminentiæ ſuæ alas latè extenderet, tum verò acceſſit Pontificis Principiſque opera, & privatorum eleëmoſynis elegans hoſpitale, quod paulò poſt annum milleſimum ducenteſimum floruiſſe monumenta loci me docuerunt, in quibus reperio confirmationem Iſabellæ de Troncin factam hoſpitali de Donza anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo, aliamque triginta duos poſt annos Walteri perſonæ de Donza factam decimæ collatæ ad uſum fratrum & ſororum dicti hoſpitalis; unde diſcimus utriuſque ſexus perſonas in hoſpitalaria vacaſſe operibus miſericordiæ, cùm à ducentis retrò annis virgines ſolæ inveniantur regulam ab Auguſtiniana parum differentem accepiſſe ab Epiſcopo Nerviorum. Beginagium etiam Guidonis ævo videtur coaluiſſe, quod poſtmodùm in Parthenomen Franciſcanarum tranſiit anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, & ad extremum anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo virgines Auguſtini regulam aſſumpſerunt, combuſto cœnobio multoties Gandavum profugæ, & nunc relicto primitivæ fundationis loco ibi cœnobium ſtruentes.

Alteram hujus oppidi ætatem libet inchoare ab anno milleſimo trecenteſimo decimo ſexto, quo deſiit dominos peculiares habere, & cœpit Comitibus Flandrorum ſubjici. Robertus enim Bethunius quinque millibus librarum pariſicarum illud emerat à Walteramo Luxemburgico Ligniaci Comite, ejuſque uxore Guyotta Caſtellana Inſulenſi, hac uſufructui ſuo dotali coram Eccleſiæ Officiali ſolenniter renuntiante. Et mos invaluit inde quotannis ſeptem viros cum Quæſtore, à Legatis Principum creari ad juris Juſtitiæque adminiſtrationem. Accepit deinceps immunitatem à Thelonio Schaldis, itemque à portorio Sluſenſi, & aliis locis civitas. Authoritatem quoque ſternendi flumen Legiam ponte ſublitio, ſtruendi Bellamfortem, habendi opificia privilegiata, & ſolennem pannorum textrinam. Impetravit etiam Comitum indulgentia vectigal aquarium, portorium, nundinarium, & plura id genus, ad urbis, mœnium, portarumque opera ſarta tecta ſervandum. Nec deerat Comes, qui ſitu inter Gandavum & Cortracum opportuno, agrique tam arvi, quàm paſcui bonitate delectatus, in ſupercilio Lizæ & ruderibus veteris Caſtri, novum ędificavit, fundamentis adhuc alibi conſpicuis, & nomine aulæ Principis remanente. Sed quid? Neſcit fortuna conſtantiam; ter enim diverſis temporibus per Gandenſes Comiti obluctantes, capta urbs & incenſa, præſertim anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſecundo cùm nobilitati

licati præſidiariæ extorta portiſque ædificiiſque dirutis ſolo æquabatur. Emicuit tamen non multò pòſt è cineribus in oppidum non contemnendum; adeò ut tempore Philippi Boni Ducis in urbe & ſuburbano cenſerentur capitum terna Millia, & ſub Carolo ejus filio mittere potuerint ad ſubſidia belli centum & quinquaginta cives lectiſſimos, & ampliùs referantur incendio anni octuageſimi ſecundi ſupra milleſimum quadringenteſimum abſumptas lanis operantium officinas paulò minùs ducentas. Ita ut perditis illo caſu omnibus privilegiis opus habuerit Maximilianus tum Archidux, poſteà Cæſar; omnia renovare, conſuetudines putà, privilegia, nundinationes, pecorum imprimis & granorum, gildas ſagittariorum, & Cameram Nazarenam Rhetorum, dans inſuper oppido præfectum, qualis fuit reipublicæ promotor eximius & fautor Lalanus Dynaſta Eques aurei Velleris in cœnobio Auguſtiniano ibidem magnificè tumulatus. Erat porrò oppidum perelegans, trecentis facilè domibus habitatum, cùm in luctuoſa hac Belgicæ laceratione, ſæpiùs occupatum, ſpoliatum, incenſum, & tantùm non ſolo eſt æquatum. In templo curiali rem ſacram peragebant ſex numero ſacerdotes. Parœcus eruditione & facundia ſingularis, qualis erat Laurentius Metzius, hinc ad Sylvamducenſem Epiſcopatum evectus. Gymnaſium politioris litteraturæ erat egregium, unde efficiebatur ut plures hinc nati emergerent, qualis Judocus d'Hont Abbas Nizellenſis: cœnobium multas claris ortas natalibus virgines fovebat, ex gente Hornia, Gentia, & aliis. Nec carebat ſimilibus Xenodochium, nec Senatus, donec Mars & Vulcanus hunc fœlicitatis curſum intercepêre tanto auſu, ut meminerint ſuperſtites decem vidiſſe & deploraſſe incendia. Anni porrò ferales maximè notantur præcedentis ſæculi, & ſequentis duo, quibus totum, quantum erat, oppidum non una vice deflagravit, civibus relicta patriá exulantibus, fortunaſque omnes militari inſolentiæ propinantibus. Qui cùm poſtliminiò reverſi capto Gandavo ſperarent ſe tutiùs aliquantò reſpiraturos, ecce de repente irrumpens hoſtis Sluſanus, urbeque necdum ſatis firmata potitus omnia ferro & flamma demetere, Curiam, hoſpitale, vicoſque urbis exurere, bona diripere, cives abducere; cui ſimile poſt viginti ferè annos pervigilio Pentecoſtes anno 1605. accidit iiſdem per intempeſtæ noctis ſilentium oppido potitus, & quicquid reliquum aut reſtitutum fuerat exurentibus, adeò ut tres tantùm ædiculas calamitati ſuperfuiſſe intelligam. Nec integrum facilè caput attollere deinceps, etſi animo contra adverſitates magno nitantur, publica privataque priſtino nitori reſtituere. Pontes tam Lizanum quàm alios duos hoc anno vidimus inſtaurari, hoſpitale virginum diligentia reſurgere, Templum etiam paulatim reſtitui, aſpirante Principum favore & civium diligentia.

DISTRICTUS DONZANUS.

AD diſtrictum, ſive ut nunc loquimur, virgam Donzenſem ſpectant pagi ſex, qui antiquitus fuerunt clientelares, & ſubſidiarii arcis Petengemianæ, præter Grammetum translizanum. Habebat quidem Donza à quatuor ſæculis obnoxios ſibi pagos aliquot, ad ſiniſtram fluminis ripam, hodieque conſpicuos, ſed neſcio quo fato, aut bellorum viciſſitudine; hi tranſierint in jus Tiletanorum, à quorum Curia, hodieque gentiles de Beer dominium Prætoriumque ſuum Grammemſe videntur relevare. Gramez.

Primùm Ganda venientibus occurrit Aſtenum paſcuis & aquarum defluxibus gaudens, nec ſylvula, erica, aut virgultis carens. Intra cujus ambitum pronuper Guilielmus Stoppellaer Balivus Donzanus, (idem enim hujus loci & ſequentis eſſe ſolo Balivus cum Donzano) nunc ad Sampſonem Claerhouti Chiliarcham devolutum ſtruxit Prætorium, à difficili ſolutione nuncupatum. Itemque aliud Judocus Baenſtius, nunc per Gonzalios in Serclaſiorum dominorum Horenſeen hoc tractu quieſcens familia. Aſtene. Quaede betaelinghe.

Præter quæ Waelbeecana eſt domini de Groſilii gentis de Havré comarchia domo turrita non carens. Waelbeec.

Peteghem forenſe à Balivo Senatum accipiens & latè in agros fertiles ſe extendens, ubi decimas, amplaque latifundia poſſident Cœnobitæ Truncinienſes dono Philippi Elzatii Comitis, qui ampliùs ut propriam habere ſolent præpoſituram, ita habent diverſorium, & in feudum dederunt jam inde titulo novi peculii prætorium non incommodum Judoco de Schitere Malſtapelæ domino viro nobili, cjuſque majoribus, primario Cortracenſis Caſtellaniæ moderatori, quem Hooſtpuncterum vocant. Peteghem buyten. Nieugoet.

Machlinia à maris acceſſu receſſuque Schaldi, & per eum Legiæ olim communicantis impulſu nomen accepit, à D. Cornelii miraculis famam & multis hominum millibus peregrinantium cum donis affluentium quotannis celebritatem accepit; & quemadmodùm in ſacris hoſpitalarias Aldenardenſes, ita in foro Comitem Frentziacum ex Merodiis agnoſcit olim gentis Lalanæ & Wichtiç.

Succedunt Olſena & Zulta, utraque caſtello & ante illud plantariis longè exquiſitiſſimis ornata; hæc per uxorem Baronis Heulii filiam Annam Liedekerkiam nuper

per Georgio de Baſten Chiliarchæ in Turcas celeberrimo nuptam poſſeſſa & reſtructa, illa in liberum allodium à Lanchalſiis nobilibus Flandriæ dudum poſſeſſa.

MENINÆ

OPPIDUM.

COllimitium hîc bilinguis Flandriæ Liza medio, & pontem ſublitium excipiente, quo aurigæ currus mercibus onuſtos dirigere ſueti, quod Meenen nobis, minare Romanis dicitur, videntur loco nomen communicaſſe. Diploma Haſnonenſe Meninas vocat numero multitudinis, & vult nonnemo hanc urbem ſolam penè Menapiorum, & pagi Menapiſci veſtigium nomine circumferre. Menapen enim contractim Menen dici poſſe norunt omnes, qui Teutonicam, & Menimas veteris Menapiſci pagum fuiſſe, aut villam, ut tum loquebantur, ſciunt qui Haſnonienſes ſchedas excuſſerunt. Ubi ampliùs ad ripas Legiæ collocatur, quem nunc Lejam, & triviali Latiniſmo Liſam vocamus. Qui pleno tumidior alveo gyrabundus duo oppidi latera alluit, peculiari quodam fundi genio ad cereviſiæ præſtantiſſimæ coctionem accommodus; quod experiuntur illi, qui littus oppido proximum habitantes eodemque è flumine aquam haurientes, diverſi interim ab urbano ſaporis potum conficiunt. Et hinc factum, ut præcipua circa coctoriam hanc civium extiterit opulentia & opera expetito tota Flandria, Arteſia, Hannoniaque à gulonibus hoc liquore; & Principes prudentium patrum familias ad inſtar, ſingulis membris ſua velut munia, & emolumenta partituri, hanc plebeiæ negotiationis velut ſummam Meniniis confirmârunt, poteſtate facta liberè cereviſias quòcunque inferendi, nec, quod aliæ Comitatus urbes pendunt, ratione cereviſiarum, foras efferendarum molagium exſolvendi anno 1590. & poſteà. Et imò cùm Inſulenſes vicini æmulatione quadam Meninienſis coctoriæ inciperent pinguiuſculas illas diſpenſare ſuis civibus, & ſic extraneas partim excludere, etiam novo vectigalis potorii genere Meninenſes cereviſias gravare, Audomarenſes alias cereviſias invehi non paterentur; hi ſententiæ Imperialis authoritate anno 1548. illi anno 1510. & aliàs repreſſi ſunt, & ampliùs nullas duplices, ut vocant, cereviſias domi miſcere, ſoliſque Meninenſibus ſe oblectare juſſi. Et hinc, ut per ſtratum elegans Inſulas ducens, etiam hac temporum iniquitate efferantur hebdomadatim ampliùs mille vaſis. Et mihi quantùm hæc nundinatio, & quanti eſſet, & fuerit, indaganti demonſtratum, fuiſſe ante has belli Belgici tempeſtates, centum & quatuor officinas coctorum; & cùm in ſingula vaſa ſemiſſem percipere ad oppidi uſus, & ſarta tecta ſervanda Senatui permitteretur, quinque id vectigal millibus florenorum fuit elocatum, inaudita & ſtupenda vaſorum multitudine hinc æſtimanda.

Percipit utpotè dominus Legiæ Princeps Thelonium in ſingulas merces, exile quidem, ſed quod quotannis ordinariè ſex florenorum millia producat.

Ampliùs habet molam granariam procurato Legiæ impetu circumactam, octodecim Raſaria horis ſingulis facilè terens tanti proventus, ut ejus locatione ſexies mille floreni annui ad Principem redeant, tantæ juriſdictionis, ut nemini liceat intra primum ab Urbe lapidem aliò frumentum convehere, & Balivo ſingulorum luſtrandi gratia domos obire pro libitu. Inſuper cauſa dictæ molæ granariæ Principis Magno Balivo dominii Meninenſis cum feudatariis competit luſtrare vias ſubditas molæ granariæ, non habendo reſpectum ad alterius juriſdictionem, idque uno milliari in circuitu, quo commodiùs ſubditi dictæ molæ non excuſabiles ſint, ſi non veniant, & non obedientes mulcta ipſo facto eſt executorialis.

Hæc de flumine cui benignitate terra nequaquam cedit, caponum impinguatione ſolita commendari, quò reſpicit diſtichon è popinis tranſcriptum:

Quos ſitis atque fames cruciat, properate Meninas;
Qui capiat capus eſt, Cereris vis quæ capiatur.

Textrina etiam & imprimis ſtapula filariorum hîc eſſe ſolet copioſo quæſtu. Ludovicus enim Comes anno 1351. recenter dominium Meninenſe fiſco ſuo aſcriptum ornare volens, leges dedit Balivo & Scabinis poteſtate mulctas definiendi, forum diebus Saturni & Nundinas tridui incepturas 18. Octobris. Ita ut hic meritò urbis conditor haberi debeat, in fundamento per eum poſito graviter aſſurgentis.

Philippus Regis Franciæ filius litteris anni 1399. innuens feudum fuiſſe ob cædem fratris à domino patratam confiſcatum, inſuper nominans Collardum proventuum Meninenſium amodiatorem receptum, morem creandi Scabinos ſeptem (eligentibus dominii Meninenſis feudatariis) confirmat, cujus confirmatio perſeveravit uſque ad annum 1577. à quo tempore occaſione belli Flandriæ Princeps per commiſſarios creat præter morem antiquum. Unde fit, quòd dummodò per commiſſarios Principis Scabini creantur, computus tamen civitatis ipſis Commiſſariis non fit, ſed Præſidi Cameræ Inſulenſis, & Quæſtori generali

Flan-

Flandriæ Occidentalis, qui per apoſtillam in computu mandat M. Balivo & Scabinis, quatenus juxta antiquum morem à feudatariis dominii Meninenſis Scabini eligantur magno Balivo (ita vocatur in litteris Philippi) cum beneficiariis, ut minùs quatuor nominante, & quatuor nominatis reliquos tres, Magno Balivo verò & Scabinis junctim octo conſiliarios. Et ſi cùm ſupremi Judices juſtitiæ triplicis ſub dominis compotes eſſe non ſolerent, Philippus Rex anno 1463. vocans oppidum caput 13. Paræciarum Balivo junctim, & Scabinis triplicis juſtitiæ curam demandat. Privilegio etiam Maximiliani Sagittariorum invecta ſunt contubernia, & plebs mechanica in claſſes ſeparata, quarum eminebant Cereviſiarii, & tam lani, quàm linifices, & ducentos operariorum præfectos utrobique hominum memoria ſunt qui numerârint. Cùm autem neſciam an par parvitate ullum ſit toto Belgio oppidum Domino ſeu Principi ſuo tantum emolumenti afferens, tum etiam, quę Principum eſt clementia, hoc præ omnibus Vaſallorum locis maximè gravatum præſidio & oneribus belli, virium aliquantum acquiſivit, ſplendoris infinitum perdidit. Ordines enim Provinciæ rebellis cœperunt foſſâ mûroque ingens ejus ſpatium circumdare, ſed ob nimiam ambitus capacitatem deſtiterunt, donec Montiniacus anno 1578. coarctato nonnihil circulo mœnia portaſque exſtruxit, hodieque conſpicuas, cujus tempore ad annum 1585. domus partim incendio, partim ſpecie munitionis dirutæ, nulluſque pannificum remanſit, Cæreviſiariorum vix triente reliquo. Animo nihilominus magno cives adverſa hæc quæ conſuetudo ferendi leviora facit, vincunt, recenter Curiæ elegans capitolium imponentes, & accedente Joannis de la Couſture Canonici Cominenſis munificentia, Capucinis cœnobium exſtruentes anno 1602. Templo anno 1608. per Iprenſem Epiſcopum conſenſu Tornacenſis, cui ſubſunt, dedicato 19. Novembris.

Nullum enim ante hæc virilis ſexus cœnobium erat, ſolaque Parthenone Auguſtinianarum ab anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo in Noſocomio D. Georgii peregrinis ſubſervientium.

Præter Sacella Deiparæ, & Magdalenæ Curiales ſunt, vetus decollati Joannis, & nova D. Vedaſti, utraque ab Haſnonenſibus pendens, & hæc ante annos 70. choro novo muris fidem facientibus ornari cœpta, tempore Valtheri Patin prætoris laudatiſſimi, qui etiam Molendinum putatur inveniſſe. Epitaphium hîc extat tale. *Avete, favete humanis manibus quotquot propter ſepulchrum non pulchrum D. Criſpini vanden Berghe, pulchrè de civitate Meninenſi meriti, hoc monumentum mentem veſtram movere, imò movere humanitus experimini. Faviſtiſne uno Ave? Avete, valete, optimè merenti marito ritè vidua mœrentes filii optimo parenti poſuerunt.* Et aliud Rolandi de Vicque dicti Nooſtove Balivi de Waurin anno 1580. in pugna glorioſam mortem mortui in conſpectu oppidi & ab hoſtibus hîc ſepulti. Gerontocomium 30. ſenibus auxilia præbere ſolens patrum memoria coaluit. Gymnaſium etiam litteraturæ politioris olim non ignobile fuit, quo factum, ut viri plures clari ex hac civitate emerſerint. Ut Jacobus Gargantius è Societate Jeſu, Joannes Robaixius Canonicorum Eccleſiaſtes, N. vander Elſt, & Joannes Snepgats Loënſes Præpoſiti, Petrus Papius Gymnaſiarcha, qui inter plures, Vendivilum Epiſcopum Tornacenſem erudivit. Cùm autem oppidum hoc cum 13. pagis vicinis unam Cortracenſis Caſtellaniæ virgam faciat, & in, & cum ea conferat, pagos intereſt ſubjungere.

Quorum primarius tituli merito Iſegemium caſtro, nundinis, halla, pannificii celebritate, fluvii commoditate, municipum induſtria, terreni fœcunditate, curia feudali nobilis. Fuit à duobus retrò ſæculis nobiliſſimæ gentis Stavelæ per nuptias Margaretæ cum Adriano Gandenſi dicto Vilain tranſlatus, & ob merita Maximiliani horum filii, dum viveret, Conſiliarii ſtatus, & præfecti ærarii Regis Catholici, Gubernatoris Flandriæ Gallicanæ, Comitatus titulo ornatus: prǫeſtque modò Comitum ſecundus Jacobus Philippus de Concilio ſtatus, & Principum œconomiæ magiſter, vir heroïcis clarus dotibus, & feliciter in nobiliſſimarum ſtirpium indagine dum per curas publicas licuit verſatus. Et ſolet olim inter Barones & pares caſtri Cortracenſis Dynaſta hujus loci conſidere, municipiumque præter hoſpitale Parthenonem virginum tertiæ regulæ oſtendit fundamentis per Joannem Stavelum Iſegemi, Emelgemi, & Guedelgemi Toparcham à conſiliis & cubiculis Philippi Ducis Burgundiæ ſub annum 1451. jactis. Eccleſia etiamnum elegans præambulo horario olim inſigni pronao fornicibus non carente. Imprimis autem ob B. Gillonis natalem & celebritatem in Martyrologiis paginam faciente.

BAronatus Heulæ agri & juriſdictionis amplitudine intra limites oppidi Viroviacenſis latè procurrit ratione dominii de Weſthoven; patriciatu Caſtri Cortracenſis, & dominorum titulis inclaruit, qui fuerunt ante duo ſæcula gentis Boetelinæ Cortraco oriundæ. Unde prodierunt, Walterus de Hula anno 1221. in Archivis Harlebecenſibus anno autem 1279. in Archivis Iprenſibus S. Martini alius Walterus Hule Heule.

prioris fortè filius. Simon anno 1272. clarus à militia Conſtantinopolitana (unde primus ſuis tres aquilas aureas cauterio inſternens, prævivit.) Legimus & in ea gente Danielem, teſte Meiero ad annum 1320. contractus antenuptialis à Comite facti teſtem, eundemque anno 25. ejuſdem ſeculi Senatorem Cortraci, Sigerum & Rogerium equites clariſſimos ſub Comite Maleano, Margaretam anno 1399. Matrimonio Sigeri Gandenſis claram, Joannem de Heule dominum de Verbois, & Rogerium Boetelinum ejus fratrem anno 1437. dominum Heulę & Lichterveldæ, à quo deſcendunt trium iſtorum locorum dynaſtæ, Heulani quidem omiſſo gentis nomine Baronatus cognomen mutuati, qui prætorio ornatus non ineleganti devolutus ad Liedekerkios poſſeſſuſque, unà cum Morſela, Arcis antiquę domos jactante vander Grachtiorum olim nobili reſidentia, Gulegemio, Emelgemio, Biſſegemio. Ab ipſo porrò Anappenſi Comite Joanne de Robles dotali parte Liedekerkiorum poſſidetur Wevelgemium Abbatia virginali ordinis Ciſtercienſis celebre, cujus in vicino Jodocum de Punte adoleſcentem vidi anno nempè 1607. viginti trium annorum, in pueritia nullo membrorum uſu deſtitutum cui grandeſcenti altera tybiarum ab imo clunium ad pedem uſque intumuerat ad craſſitiem trium ulnarum cum media, materia nullis medicorum auxiliis decreſcente, niſi quòd ſudore nonnihil videretur moles attenuari. Et decumbebat macie penè confectus lectum replente iſta maſſa, ſub qua facilè erat ipſi pedis digitos movere, & niſi cruris attrectando os diſcernere.

Abbatia porrò quam dixi in parochia Morſelenſi cœpit auſpiciis Joannæ & Margaretæ Comitum Flandriæ ad annum 1214. huc ob commoditates Lizæ poſt annos viginti duos tranſlata per Margaretam Caſtellanam Cortracenſem in chori medio tumulatam, cum tali Epitaphio lapidi inſculpto.

Hic jacet Margareta Caſtellana Cortracenſis, filia Comitis Ghiſnenſis, hujus Eccleſiæ fundatrix. Obiit anno 1222. ab Eccleſia fundata anno ſeptimo.

Unde colligis adventum Monialium ex Morſella poſteriorem eſſe Eccleſia, conformiter memoriis loci aſſerentibus Margaretam hanc primo Morſtellæ ſepultam à Sacra Abbatiſſarum prima, ab Adelizia autem ſecunda huc tranſlatam. Poſt quas Antiſtitæ præfuerunt hæ. Domina Chriſtina, Templi, Ida de Morſella, dormitorii, Agnes Stavelana, officinarum, Ida de Senſelles, murorum cœnobii reſtauratrices: Succeſſit Agnes de Beaulieu mortua anno 1352. Maria Urbaen an. 1360. Catharina Loz anno 1373. Mabelia van Rolleghem anno 1382. quæ capita quatuor ex ſodalibus D. Urſulæ cum aliis reliquiis monaſterio impetravit. Machtildis van Coyeghem anno 1396. Elizabeth Stuckaerts anno 1400. Joanna de Tolenaer anno 1408. Godefrida de Cordes anno 1414. Margareta vander Marke anno 1429. Maria van Woeſtine anno 1439. Germana van Daele anno 1463. Jacoba van Coyeghem anno 1477. Joanna Sbeulx anno 1497. Gerarda du Pont anno 1511. Maria vander Stoot anno 1517. Joanna van Waſſenaer anno 1544. Anthonia de Bailleul anno 1553. Elizabeth de la Traumerie, quæ ut cum gaudio ſuſcepit anno 1561. donatam cœnobio à Nicolao du Puis equite Hieroſolymitano ſpinam coronæ Dominicæ; ita cum luctu vidit gliſcentibus turbis virgines anno 1578. exulare, Templum ſequenti anno à Scotis Meninæ rebellantibus exuri, & mox cœnobium devaſtari, vix ruinis murorum alibi remanentibus, animo interim ingenti in reducta anno 1580. Cortracena civitate oves ſuas diſperſas colligens, in domo privata rebus divinis vacantes continuit, donec per pacem liceret ad rudera cœnobii eas poſtliminiò reducere. Obiit ætate grandi Elizabeth anno 1594. ſuccedente Anna Gargant anno 1599. moriendo eam ſecuta & demum Beatrice vanden Abeel prima totius Belgii Antiſtitarum, ex nominatione Principum Alberti & Iſabellæ evecta, ſerioque reſtaurationem cœnobii meditante, ſi Deus & fortuna aſpirarent.

Reſtant in hoc tractu Lendeleda ad familiam de Beere pridem ſpectans.

Geluwa pluribus parens domicellis, primo Comiti Sanctæ Aldegundis.

Dadeſalia par Caſtri prætorio dominioque Joannis de Croix ornata 1364. ad Raſſegemios ſpectante.

Tempelmarſa Ligniacenſi Principi beneficio . . . Dynaſtæ.

Cathenum Domini de Melomeſe.

TREDECIM PAROCHIÆ.

Regiuncula, ſive virga tredecim Parochiarum inter Legiæ & Schaldis defluxum patens complectitur imprimis agrum ſuburbanum Parochiæ Cortracenſis Abbatia & hæreditate Groeningana Ciſtercienſis inſtituti, & variis tam latifundiis quàm dominatibus ornatum. E quibus poſſidet gens Grachtia Walliam, Scouteta Moſcram, Brantia Vierſcaeram, Lalana Houtam, aliæque alia: Nec Canonici Curteriacenſes tantùm decimis anno 1270. per Joannem de Boevekerkem, anno 1228. per Sigerum de Moſcron militem, anno 1246. per Walterum dominum de Heſtruck, & aliàs per alios acquiſitis gaudent, aut gaviſi ſunt olim, ſed etiam dominio Gaverano per Ludovicum Malanum Comitem anno

no 1374. tranſcripto, cum omnibus juribus, feudis, hominiis & pertinentiis ejus, confirmante ceſſionem Philippo filio Regis Franciæ genero. Fuerunt certè in præurbiis hiſce Sacella aliquot; unum quidem circa Wallam brevi reſtaurandum, alterum D. Virginis montis refugii loco poſt pugnam Groeningenſem à fidelibus frequentato & recenter cura Mathæi ab Ypra Archipresbyteri reſtauratum auctumque ſicut Sacellum Deiparæ ad puteum per Comitem d'Anappes Baronem de Billy gubernatorem Flandriæ Gallicanæ reſtitutum. Notandum etiam circa villam domini de Fontaines, inventa recenter & inveniri in dies, Romanæ inſcriptionis numiſmata, non ærea tantùm, ſed & ſubinde aurea: venationem autem & aucupium ad Principis vicarium M. Cortraci Balivum & Caſtellanum ſpectare.

Ad ripas Lizæ viſitur longo tractu Halewinium uſque, Marca ob fundatam Ciſtertienſis inſtituti Abbatiam anno 1238. per Joannam & Agnetem filias Walteri Rodeburgici, ſed anno 1285. in præurbium Cortracenſe tranſlatam: nobilis dudum ad gentem Anchemantiam Brugis inſitam ſpectans, & nunc ad Cornelium ejus familiæ è domo magni Lipſii Juriſconſultum, & Senatorem Gandenſem.

Lauwa per Halewinios Croyacorum Dynaſtia, Roddelgemum etiam & Reckemum pronuper in Halewiniorum propinquo ſplendidè dominantium fuit: nunc hoc Henniniorum de la Vallée: illud Philippi du Chaſtel domini de Blangerval, qui exinde Quæſtor hæreditarius eſt Spicæ Annariæ Curteriacenſis. Nec aliud notabile eſt niſi quòd initio turbarum Montiniaco Meninas occupante congregati hoc loco magno numero ruſtici ab equitatu regio ſupervenientе miſerum in modum cæſi fugatique fuerint, templo tum exuſto, & res geſta omnium hiſtoriarum ſcriptis commendata.

Introrſum autem in mediterraneis Aelbeca eſt D. Cornelii patrocinio nobilem jactans Eccleſiam & dominium Vlienderbecanorum olim, qui Cortraco inſiti anno 1325. Senatorem Rogerium, anno 1392. Gerardum, anno 1419. Oliverium habuerunt, & anno 1325. Euſtathium ob fidem Principi probatam notum. Poſteà fuit Barenſium etiam primæ nobilitatis & magnificè dominatorum, tam hîc quàm Moſcronii & Ligniaci, hæreditate nuptiis ad Liedekerkios devoluta.

Cæterùm eminet hoc tractu, & Caſtro, & paſcuis, & Eccleſia Moſcronium, belli tempore, præſidio militari inſtructum & munitum ſatis. Erat quidem antiquitus alio loco arx munitiſſima in medio ſylvæ quam adhuc hodiè, Bois de la Chaſtellenie, vocant, forma quadrata, foſſis duplicibus, & propugnaculo ſylvis dominante, ſacelloque tranſlato in modernum caſtrum non carens, cujus fundamenta & rudera hodieque conſpiciuntur. Præter Curiam autem feudalem domini, in Eccleſia D. Bartholomæi, à Monachis Martinianis dependente, epitaphia viſuntur egregia DD. Ottonis de la Bare Conſiliarii Ducis Burgundiæ & armigeri Ducis Brabantiæ defuncti anno 1446. Itemque Cornelii de la Bare, armigeri ſimiliter Ducalis, & primi œconomi Margaretæ Anglicanæ, deſponſatæ Carolo Duci Burgundiæ mortui anno 1489. & Ludovicæ de Lannoy uxoris Antonii de la Bare domini de Mouſcron Valle, & Aelbeeck anno 1554. mortuæ. Poſt hos illuſtris Anthonius Liedekerkius anno 1592. per Ludovicam de la Bare uxorem dominio cœpit potiri, & caſtro non ineleganti. Cæterùm maximè notari intereſt, quod hîc anno 1605. Maii 23. accidit Joanna Carette puella quadriennii poſt dolores, & ut videbatur, geſtamen quatuor menſium enitente puerperarum inſtar monſtrum quoddam vivum magnitudine grandiuſculæ gliris caput habens mediatim inſtar canis, cum barba felina, dorſo glabro alia parte piloſa, cauda inſtar gliris, pectore, ventre, umblico inſtar hominis, humeris armis pedibuſque propemodùm humanis, deſinentibus tamen in ungues recurvos, lingua craſſiuſcula, dentibus duobus, quod ipſum Jacobo de Hond Medico Cortracenſi donatum & per anatomiam compertum interiora omnia humanis ſimilia & perfecta habere.

Adjacet ei Herſeauxum illuſtris familiæ de Cortraco olim avita poſſeſſio cum inſigni feudorum copia, nunc ad Bernagios devoluta, nominatim D. de Perque, niſi quod particulares etiam domini ſuas habeant dominationes intra parœciam, ut Moſcronienſem, Leſpinettam & Oultrepræam; Blandinienſem, Buyſam, alii alia.

Et Ottiniacum Baronum Gaesbecæ ex Hornanis olim, à Præſide Richardotto acquiſitum.

Et versùs Schaldim Spira vetus Gruythuſiorum dynaſtia, nunc domini de Beaurepaire ex Oigniacis Baronatus titulo. Bellegemum rudera veteris caſtri monſtrans & prætorium, veteremque S. Amandi Eccleſiam olim Coſteriorum, nunc Hertogiorum nominatim D. de Paddeſcot V. N. dominatio, quorum illi Cortraco inſiti habuerunt anno 1386. Senatorem Simonem, Rogerium præpoſitum anno 1352. Gerardum anno 1419. nuptiis Joannæ de Lannoy clarum, Iſabellam D. de Carnoy conjugio Faſtradi de Barlaymont domini de Glayon anno 1458. Anthonium anno 1473. & 74. propoſitum ſororium Joannis D. de Croix dominum Derlickæ, Ægidium anno 1479.

præpoſitum. Rogerium anno 1506. Senatorem Hectorem Bellegemii dominum anno 1404. Præfectum turmarum Gandavi contra Turcas delectarum. Cæterùm intra limites parochiæ Toparchia eſt de Walle & Mortainſſche, cum ampla feudorum curia ad Dominum Morſcronienſem ſpectans, quemadmodùm dominium etiam habent diverſo loco Tolenarii, Haveskerkii, Croixii, aliique plures.

Coyegemum denique Gentilium de Eſclaibes, nunc nominatim Hadriani de Clairmont V. N. ante Gaesbecanorum, Hornanorum, Naturalium, hoc titulo parium caſtri Cortracenſis. Antiquitus autem Cortracenſium, qui ſervato quidem ſymbolo ſuæ originis cognomentum hoc à dominio induerunt, & claruerunt inter patricios Cortracenſis oppidi, Jacobus præpoſitus anno 1472. & 81. & 96. Rolandus dynaſta Clerchampi filius Joannis equitis domini de Coyeghem ex Maria Tolenaria domina de Rodes, Hanneri, Grammæ, & vir Margaretæ Halewiniæ Senator anno 1418. & 30. pater Margaretæ Abbatiſſæ Wevelgemenſis. Præter dominium autem principale amplo proventu & plantariis arborum patronatuque Eccleſiæ D. Bartholomæo inſcriptæ & feudis 38. ornatam, habent ſuas ibidem curias Baro de Pecques & dominus de Schardouwe.

Atque hæ quidem ſunt 13. Parochiæ nulli oppido ſubjacentes, etſi libenter crederem olim Viroviaco ſubcenſitas, eò maximè quòd inter pares caſtri Cortracenſis nominetur dynaſta Viroviaci; de his tamen aliiſque fuſiùs ſecundis curis agemus cùm pro temporis ratione nunc integrum non fuerit plurium notitiam habere. His itaque tantiſper lector fruere, quorum pars non ultima Gerolpho vander Haeghen P. G. Hooftpunctero, & Joanni Blodens J. C. Caſtellaniæ quæſtori nomine Collegarum deputatis meritò debetur.

JOAN.

JOANNIS BAPTISTÆ
GRAMAYE
BRUGÆ
FLANDRORUM,
SIVE
PRIMITIÆ
ANTIQUITATUM
BRUGENSIUM.

PRIMITIÆ ANTIQUITATUM BRUGENSIUM,

Ut amat nuda videri veritas,
Sine verborum apparatu & fuco,
In ordinem dumtaxat compoſitæ,
Et velut materies ad ſtructuram; collectæ,
Quam, ſi proba, apta, congrua judicetur,
Orationis comptiori veſte amictam,
Ad erigendum illuſtratæ Urbis
Tentorium inſumet Architectus,
Phœbo & Minerva auſpicibus.

Quod ut vos,

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
PRUDENTISSIMI
REIPUB. BRUGENSIS
PATRES,

Probetis, & Embrionem hunc
Formam, vitam, robur accepturum
Ab Archivis, clementia, authoritate veſtra
Tantiſper fovere, & favere dignemini,
Quoad parenti per Lucinam liceat
Fœtum numeris ſuis abſolutum edere,

Orat Cliens veſter

J. B. GRAMAYE.



PARS PRIMA.

Dialogiſticè ad majorem lucem ſcripta, Capitibus XIX. abſoluta.

CAPUT PRIMUM.

SErum autumni erat, ſerenum interim, niſi quâ Circius inter decidivas arborum frondes circumlabatur, cùm de more & munere meo peregrinatus Neoportum invectus ſuffragante non velo aut vento, Neptuni mancipiis, ſed ejuſdem invento ſonipede. Hîc nonnihil recreatis viribus viam repeto per Aldeburgi ruinas, & famoſum antiquitatis Flandricæ ſepulchrum Brugas petiturus: cùm ecce ex diverſo itinere Comes factus è patruelibus meis Thomas Franconatium Conſularis, vir in rebus agendis dexter, & ingenio promptus, manu & voce compellat: Gramayus Gramayo ſalutem. Tantundem & totidem verbis tibi, inquam, ego, Agnotorum agnitiſſime; ſed

Quo via, quave iter eſt, novus unde ſupervenit hoſpes.

Ex Atrebatibus reſpondet ille, per Flandriam infernatem Brugas tendo. Ad hęc ego: Indidem & nos, non ita nuper reverſi, exiſtimabamur *extremos hominum* adiiſſe, nunc demum *Flandrias* adituri, cùm paludoſa ad occiduum ſolem Flandriæ noſtratis regio, haud dubiè Morinorum fuerit; hęc verò quam terimus terræ portio, *Flandrarum* & poſteà *Flandrenſis pagi* nomine cenſita ſit. Plura dicturum ab nutu & cachinno excipiens Thomas: An ignoras, inquit, mihi vel de nomine inditum non credere, niſi viſum, non videre niſi demonſtratum? Tu itaque niſi rationum pondere, teſtium fide convincas, nunquam vincas. Utrumque factum, excepi ego: quid enim vetat per hanc viam otioſitatem, ſi non ſole, fabulis ut minùs diem comburere, & faciam quod Architectonices providi periti, molis extruendæ idæiſmum à mente ad manum, à manu in papyrum prælineabo, tum varia ſcriptorum & diplomatum fragmenta velut materiem deſtinatæ fabricæ congeram. Congeſtamque debito in operas ordine diſtribuendam tibi, & judicio tuo permittam.

CAPUT II.

POno itaque *Flandras* numero multitudinis propriè prope Oceanum terras dici, fluctuum flatuumque ejus damno obnoxias: & ampliùs exinde litoralem plagam à *Mardiciaco* (*Mardyck* modò eſt) *Safertingehemum* (*Saffiinghem* nunc dicitur) pagi Flandrenſis nomine vocitatam à Francis, quem aliis intervallis à Ryenſi Schalda, à Braebatenſi Durma, à Turnacenſi Liza, à Menapiſco paludes, à Morinenſi pago Hypra, ferè ſeparabant, donec aucto incolarum numero, pagorum numerus cœpit etiam variare, & circa Schaldis Durmæque perfluvium Gandenſis & Waſianus, intra Schaldis & Lizæ ambitum Curteriacenſis, & in Menapiſco aliis nominibus pagi cœperunt innoteſcere. Dictum hoc à me ex aliis doctum eo. Imprimis à læva & occidente occidentalium more lineam auſpicaturus, video, Iperium deſcribere, præeuntibus veterum reſcriptis.

Mar-

Mardiciacum nobilem in pago Flandrenſi portum.

Docui Oſtburgum & Rodeburgum emporia, Audeburgum & Thoroltum oppida *pagi Flandrenſis* præcipua ante decem ſecula extitiſſe. Memini me id legere in tuis Antiquitatum Belgicarum codicibus, intercipit Agnatus, ſed tu perge. Pergo inquam, & velut pugno laudatos in Schædis cœnobiorum Gandenſis, Blandinienſis, Bertiniani *pagi Flandrenſis* vicos ſubjungam, qui ſunt Swellegem, Wendune, Jabbeke, Baillieul, Bombourg, Torholt, Recashem, Bettingem, Holthem, Oſthold, Adingem, Baltershold, Lapſcure, Veltheym, Clehem, &c. Et rurſus Groenenberch, Fanum Willibrordi, Wormholt, Dicaſmude, Garneſton, Pona, Zonſpeca, &c. Qui omnes licèt paululùm diverſis nomenclaturis efferantur, tamen quò loco ſiti ſint facilè dignoſcuntur, re docent eis quos poſui limitibus pagum Flandrenſem deſcriptum, cujus membra eſſe dicuntur.

CAPUT III.

Ludovícus Imperator pietatem quam & nomini induit Eccleſiæ Trajectenſi probaturus in donatione anni 821. recitat Safertingihemum, & *Axellam*, & *Tamiſich* in pago Flandrenſi. Cùm tamen illud ipſum Tamiſich in vita D. Amelbergæ & Chronico ad annum 772. ſcribatur ſitum in pago Waſienſi, & vicinus ei vicus *Waeſmunſter* in diplomate anni 956. apud Meierum collocetur in pago Gandenſi cum aliis Haſſ, Henthorp, Huſdinc, Berginc, Merender.... Quod nemo unquam conciliaverit, niſi aſſerens eundem locum duobus pagis ſitum confiteatur, vel meliùs Gandenſem & Waſienſem Flandrenſis partes fuiſſe. Rurſus cùm ex diplomate Blandinienſi Elſa inter Schaldim nunc conſpicua ſcribatur pagi Flandrenſis eſſe, neceſſariò dicendum etiam huc eum ſe extendiſſe. Et cùm ipſum Blandinienſe cœnobium (quod in Gandenſibus meis docui) nunc in Tornacenſi, nunc in Corturiacenſi pago fundatum, unà fatendum hunc illius, illum alterius partem extitiſſe.

Ad Menapiſcum quod attinet, veriſſimè ſcripſit Meierus cum corruptè Mempiſci nomine dictum, & potiorem Flandriæ partem comprehendiſſe; addo ego frequentiſſimè eundem locum, & in *Flandrenſi*, & in *Mempiſco* pagis citari, ut neſciam utri primas & potiores partes tribuere oporteat. Libenter crederem duo hæc ejuſdem rei ſignificativa eſſe vocabula, inditum à genio loci per Francos alterum, à primis habitatoribus Menapiis alterum hæſiſſe. Ita tamen ut proxima Oceano loca magis propriè & frequenter *Flandræ*, remotiora versùs Nervios frequentiùs *Mempiſcus* vocitentur. Qua in opinione libens hærebo, donec quiſpiam authoritate diplomatum convincat, aut locum circa Nervios, & interiora Flandriæ in *Flandrenſi*, aut aliquem circa Brugas, & extima in Mempiſco collocari. Sed ecce Audeburgum itineris noſtri prima meta, Flandrenſis pagi, de quo agimus, caput.

CAPUT IV.

Aldeburgus nomini induit conditum conditionemque ſuam, ne quis vel de nomine notum ambigat è primis Flandrarum urbibus eſſe, Brugis priorem, Ipreto potiorem, *Caſtro Gand* (ſic olim loquebantur) ut nomenclatura, ita ævo parem. Dagoberti Regis temporibus fuiſſe peregrinatio B. Urſmari ante annos mille viventis & vigentis nos docet: & imò Romanis frequentatum ſuſpicari poſſes, in veteteri Codice legens, reperta in murorum veſtigiis vaſa fictilia, cum numiſmatibus & *Scutellas ob excellentiam auro incluſas*, quales vidiſſe teſtatur auctor Chronici Aldeburgenſis. Atque hinc eſt, quòd cùm aliæ urbes antiquæ in ſcutis ſuis circumferre ſoleant Caſtri ſpeciem, quia à Caſtris earum primordia, hæc portam oſtentat, non vano honoris argumento indicans, ab omni hominum & ſcriptorum memoria urbem fuiſſe, nec è Caſtro velut ovo excluſam. Ubi notatum à me occurrit: *Portæ* nomen & hieroglyphicum Belgis noſtris oppidi & libertatis notam fuiſſe; adeò ut ab ea civitatem *Portum* genere maſculeo, cives *Portheros* quaſi dominos oppidi vocent, & ſolenne Principibus virum aliquem jure civitatis honorantibus; in diplomate portæ ſuperpoſita loci inſignia depingere.

CAPUT V.

Antiquitatum oſtendi ſplendorem non prætериturus, & verbis non meis dico: *munitiſſimam fuiſſe, muro ſeptam firmiſſimo, nigris & duriſſimis lapidibus, alibi, ab Aquilone quadratis & magnis, quos ferro & plumbo infixis antiqua fundaverat manus.* Ita ſcriptor quem ſuprà laudavi, qui & profitetur vidiſſe ſe, ad reſtaurationem templi lapides ex fundamentis mœnium erui & applicari. Nec diſſimulandum quod conformiter Bertinenſi Chronico hoc noſtrum aſſerit, antiquitus *Metropolin Flandrarum* fuiſſe Aldeburgum & caput regionis maritimæ; ubi priſcos Flandriæ Saltuarios prætorium habuiſſe, & nominatim Lidericum, perſuadere videtur, hodieque perſeverans, cataractæ appellatio, *Lirinex Sluſe* & Liderici repagulum, odorem obiiſſe tradit inferiùs,

ſerius, alios frequenter diverſatos. Latiſſimè autem patebat tum oppidum versùs mare & paludes, ſed poſt tertiam vaſtationem exigui ſpeciem aſſumpſit, fortunæ ſuæ congruam, Ipreti fluminis allapſu, & nundinatione Hiberna contentum: ita ut formam olim quinquangularem, nunc rotundam videatur amaſſe.

CAPUT VI.

DUcit nos is ſermo, & iter ad rudetum. Viden hoc oppidi cadaver, & ſupina Martis infeſti, Vulcani infenſi monumenta? Hìc forum erat, hìc curia, hìc Hallę; ibi fanum Deiparę *ad Aquilonem Villæ*, dedicatum olim à B. Urſinaro, dedicatum ſecundò ſub annum 1056. teſte verſiculo,

Anno milleno quinquageno quoque ſexto,
Hujus opus templi cœptum dignoſcitur eſſe,
Lignea baſilica fuerat quæ condita primo.

Quod alia parte vides, prætorium fuit Giſtellanorum. Quod ex adverſo, regio Martis & Bellonæ, & arx præſidiaria, militibus inſtructa, ubi anteà primæ famæ extitit cœnobium. Sed quomodò, inquies, unico calamitatis impetu in tantam vilitatem & penè nihilitatem oppidum hoc venit? Non ita, pluribus petitum fortunæ telis tandem ſuccubuit. Primùm quidem verba ſunt Chronici *à Barbaris inſularum ſæpè vexata, per Attilam & Hunnos denique obſeſſa*, capta, everſa reſpiravit quidem, ſed non tanto conatu, non tanto ſucceſſu. Iterumque à Normannis ſolo æquata tantùm non periit, ex ſuperſtitibus alibi muris ſurgente Brugarum oppido, reliquiis longè poſt exciſis.

CAPUT VII.

VErùm quia ſonipedum ventres ſonoros, ſtomachum inanem reddidit producta longiùs ambulatio, ſinamus eos, nonnihil in prato pabulari, nos in ſtrato fabulari, &

--------- *campos ubi Troia fuit*,

recognoſcere. Curialis Mariana periſtyliis & laqueari excelſo conſpicua, ſodalitio clericorum à B. Urſinaro honorata, memoriam feſtivam habens famæ mortui ad annum 1062. quem ſummo diliculo repertum, cùm ſepulturæ mandarent, nec Godobertus ſacerdos æs campanum ſonare pateretur, omnes ſimul campanas nullo movente ſonuiſſe, in ſcripta relatum eſt. Ejuſdem B. Urſinari opus eſt Apoſtolorum Principi nuncupata Eccleſia, clericorum collegio commiſſa per Dagobertum Regem, poſt cladem Barbaricam ſacris reſtituta per Rabodonem Epiſcopum Noviomenſem, anno his verſibus expreſſo.

Chriſti milleno ſimul anno ſeptuageno,
Hoc templum S. Petri à Rabadone ſacratum eſt.

Et eſt D. Petrus non templi tantùm, ſed & Abbatiæ Tutelaris. Sed ingrediamur & dolenda metamorphoſi converſum in ſpeluncam, non auſim dicere latronum, intueamur.

CAPUT VIII.

HÆc ara ad lævam Urſinaro inſcripta erat, *qui* (verba ſunt Chronici) *anno Domini* 614. *de licentia Regis Dagoberti Templum D. Petri in Aldenborch conſecravit. Quod diuturna ſtabilitate viguit, longa ætate ſenuit, & prolixa vetuſtate corruit, poſt multa verò annorum curricula, id eſt anno* 1056. *reinceptum eſt à Rabodone, & conſecratum* 1. *May* 1070. Juris autem titulum quo ad Rabodonem pervenit Eccleſia, his verbis exprimit Chronicum. *Eam nobilis vir Conon Camerrius Flandriæ in beneficium Caſtrenſe poſſedit, & hortatu Haſeccæ conjugis tradidit Roberto Comiti, Robertus autem Rabodo Epiſcopo, Epiſcopus Waltero Archidiacono & clero laudante liberam, & expeditam condonavit Arnulpho Sueſſionum Epiſcopo, illique Canonicam de eadem fecit inveſtituram. Qui Arnulphus eam fundavit in Abbatiam & congregationem monachorum ordinis S. Benedicti, anno* 1084. & præfuit eidem annis tribus.

Quæ poſtrema verba contrariantur ſcriptis à Molano in Natalibus ad 16. Sextilis, aſſerenti Arnulphum quidem cœnobio primùm præfuiſſe, ſed magni hujus & beati ex fratre nepotem, qui patruo ſucceſſit demum, & poſt ſe habuit Gervinum in ordine tertium, non ut Molanus, ſecundum. Aſſervabantur in ſacrario Miſſale & Pontificale Beati Antiſtitis cogente miraculorum fama elevari & Divorum numero aſcripti. Vitam ampliter deſcripſit Liſiardus Abbas, alia denotant triti verſus.

Oſtagenus erat, millenus ſeptimus annus,
Dum terra corpus Arnulphi tollitur almi,
Hic per quem primo monachi tum conſtituuntur.

Et rurſus:

Milleno, centeno, bis deno quoque primo,
Præſulis Arnulphi conſtat tranſlatio facta.

Et iterùm:

C. quater, X. quinque, ſex I. ſemel M. facit annum
Cum feretro aurato, grex Præſulis oſſa reponit.

Non inſonant fortè delicatis litteratorum auribus, ita ſuaviter hæc carmina, ſapiunt tamen antiquitatem, & fidem merentur. Corpus hujus Divi nunc Brugis aſſervari audio, niſi quòd portio aliqua per Ananum Abbam, anno 1458. Tidegemenſi, unde natus eſt, Eccleſiæ donata eſt.

CAPUT IX.

COEnobium hoc ab initio fundationis ſuæ Abbatiali titulo inſignitum fuiſſe ſcio, etſi Cœnobitæ D. Richarii apud Sueſſiones nihil intentatum reliquerint, ut ſibi obnoxium efficerent Prioratum, diligentia imprimis Hariulphi Abbæ ad annum 1042. rejecti. Primitus inſtituti erant Cluniacenſes, donec Oliverio Archimandritæ circa annum 1550. florenti viſum, unionem Burſfeldicam amplecti. Cujus ævo inſigni campanarum harmonia turris altitudine ſpectabili decoratur, & Ambitus (rudera ad ortum & medium diem vides) perficitur. Cœnaculum ad lævam erat auguſtum, Jacobi Coci opus, dormitoria plus vetuſtatis habebant, & Joanni primo ejus nominis debentur. Omnium autem inſtar chorus eſt Henrici & Ananini Prælatorum fabrica, ſplendoris non exigui, ſacrario venerabilis Sacramenti per Antonium Cortewilium inſigni ornata, ita ut nihil ad majeſtatem deſiderari potuiſſet, ſi ſtabiles fortuna moras didiciſſet.

CAPUT X.

VIdens ſed dolores oculorum, partim eraſis, partim eroſis characteribus tumulos Nobilium, & Prælatorum: è quibus quatuor Ducum Conſiliarii prudentiæ merito audierunt, Doctores aliquot, Epiſcopi, reformatores aliorum cœnobiorum, univerſum 40. viri lectiſſimi, & ſuis dilectiſſimi. Numerus religioſorum aliquando quinquagenarius, è quorum numero unus in villa Brombergica ſub annum 1458. acquiſita ſacris operari, alius hoſpitalitatem in vicino Xenodocheio per Margaretam comitem inchoato adminiſtrare, alius Veſtalium Geſtellæ ſacris præeſſe, alius alibi velut in piæ functionis colonias ablegari ſolebant. Sed fallunt nos colloquia, maturandum, ſi quidem Brugas animus eſt attingere, priuſquàm nos nox. Eamus, eamus, niſi mavis, ad huc, dum equos & adducendos curo, Epitaphiorum has reliquias legere. Placet, ſubinfert Affinis, & in verbo cœpit Abbatum trium tria reliqua, & omnia ſyllabatim legere.

EPITAPHIUM
JOANNIS DE GREBOVAL.

HIc jacet Abbatum decus, & clariſſimus Abbas,
Hujas JOANNES *gloria magna domus.*
Hinc Grebovalla domus celebris produxit, & ampla
Flandria progenuit, Artheſium nutriit.
Hunc juvenem excepit, Benedicti norma refinxit
Quam ſubit oſtenus religione flagrans.
Sic beonucriere ſuum ſumpſit Criſtina priorem,
Qui prior effectus altius emicuit.
At Deus omnipotens ſimul & pia numina cuncta,
Ne malè pervertat ulla procella virum.
Hinc alio properare ſuo dat lumine ſancto,
Oudenburga datur ante petita domus.
Quam rexêre patres celebreſque piique triginta
Et duo, per celebris tertius iſte fuit.
Magna dedit vita miſeris ſolatia, magnum
Jure malo preſſis præſidiumque fuit.
Præripuêre virum nobis verum invida fata,
Intempeſtiva mors tulit arte nimis.
Excoquitur morbo quicquid contraxerat orci.
Terra tegit corpus, ſpiritus aſtra tenet.
Da Pater Omnipotens regnum Cœleſte, paratum
Quod Cruce reſtituit filius ille tuus.
Tu quoque lector amans, manes ne flamma perurat,
Hunc veſtris precibus exonorato piis.

ALIUD.
CHRIST. VAN BASSENELDE.

HIc ſitus eſt Abbas à CHRISTI *nomino dictus,*
Nomine cum vita conveniente pia.
Moris erat ſoli, & litterarum cultor, amandus
Religionis honos, cœnobiique decus
Dum ſolemnis erat, feſtis Vincentius horis,
Liquit mortales corporis exuvias.
Baſſevalem victa cocyti peſte frementis,
Elyſii CHRISTUS *collocet arce ſoli.*

TERTIUM
OLIVERII VANDER HULST.

HOc jacet in tumulo, dederat cui nomen olyva
Ipſa cognomen Taxaus acuta, pater.
Prima reformati viguit qui gloria clauſtri,
Auguſtuſque ſacræ religionis honos.
Cujus erat (nomen fuit ut virtutibus æquans)
Innocuis placidum, ſontibus eſſe trucem.
Pungentes iræ ſtimulos notat hiſpida Taxus,
Indicium mentis præbet oliva piæ.
Wetter naſcentem prior hunc concernere ab alvo,
Promeruit, literis Ganda fovere bonis.
Andreas Moſchum hinc crucifer facit, atque priorem,
Abbatem Aldemborg, poſſidet inde ſibi.
Sextus ter denis Abbatibus additur Abbas,
Nec fuit è cunctis quolibet ipſe minor.
Quicquid in antiquis virtutis imagine luxit,
Pervolat innumeris dotibus iſte bonis,

Præ-

Præfuerat luſtris Abbas ita ritè quaternis,
Annus & accrevit inde ſecundus ei.
Tertius acceſſit (malè ſed complendus) iniquo
Omine: quem nunquam ſic properaſſe velim.
Morte nonis rapitur non digna quippè Decembris,
Hei mihi pro meritis qualia dona refert!
Quod ſupereſt, meritum precibus comitare parentem,
Et memori ſemper corde teneto virum.
Et quiſquis tranſis non ſit grave dicere, quæſo,
Patris OLIVERII *molliter oſſa cubent.*

CAPUT XI.

SUbjunxi ego, fiat.
Finiat & tumulos, incipiatque viam
Ex veteri ad novius Burgum ducturam. Ecce autem dum agros cerno, iter uligine quaſi ſepultum, deterimus, ventus à Septentrione crudior & crudelior cœpit aures verberare. Tum ego: Qui ignoraſſet hactenus, undenam Flandrici nominis etymon derivaretur, manibus & pedibus in ſententiam Iperii deſcenderet, ad flatuum crimina & fluctuum diſcrimina reſpicientis. Quid enim magè ſolens hîc eſt, quàm ventorum pugna cum frugibus, mortalibus, & ſecum? Quid magis familiare quàm anniverſarias agrorum inundationes ſentire? Nec novum illud aut nuper obſervatum. Majores veſtri perpetua cum Oceano bella geſſiſſe comperiuntur, & dubio ſæpè eventu. Recens eſt memoria irruptionis in Waſiam factæ virorum aliquot excidio penſata. Nec excidit, quinque urbium, vicorum ad 3. millia, anno 1404. hoc tractu depreſſio, ut alteram ejuſdem ſeculi anno 21. pręteream ulteriùs. Meminerunt etiam hiſtoriæ anno 1378. multa is Bierflitum præſcribentes. Alterius etiam anno 1240. aggere ſuperato meſſem & autumnum abſorbentis. Alterius etiam tempore Elſatii Comitis Brugas uſque penetrantis, alterius anno 1357. omnia penetrantis; ne miremur Eberum in Coſmographia Flandriæ maritima ſemiterras appellantem, quarum nempè pars melior annalibus aquis afflicta, potior Neptuni violentiæ eſt ſubjecta. De ventis fruſtra adjiciam; legerunt abundè, qui annales, quam frequenter non domuum tantùm, & turrium caſu, ſed arborum evulſione, frugum omnium decuſſione, fructuum diſpendio, ventorum hæc conſpiratio ſit æſtimata, nec ullum fugit, Neptuni cum Æolo familiaris conſuetudo, nec latet ullum, qui etſi non ſedem, eodem ſaltem in Flandriæ hoc ſolo fixerit, quæ damna, quas clades, quos timores venti ſoleant incutere.

CAPUT XII.

POtior certè hujus mali ratio eſt, regionis planitas nullo montium intercurſu defenſa, & interim rabido patens parenſque Oceano. Et ſanè ab hac declivitate, & ſoli humilitate æquè ac humiditate, arbitror primos habitatores nomen inveniſſe, *Levacorum*, quaſi dicas in inferis excubantium, quomodò *Bavaci* in ſuperis. Nominat Levacos Cæſar & Nerviorum clientes, & eoſdem primus circa Brugas collocavit Dunenſis, aſtipulante & pluribus conjecturam firmante Crucquio. Quò facit ex veteri Codice nomenclatura *Lewenburgi* pro Brugis, voce nôn à leonibus ſcuta oppidi demum ab anno 1305. occupantibus, ſed à Levacis detorta.

CAPUT XIII.

VIx ego finieram, reſumit Germanus. Dii boni! Lędis Brugas, dum circa Levacos tuos ludis; inveteratæ opinionis fidem fruſtra ſuſpectam facis, ita tenaciter hærentem, ut Brugis nomen citiùs ſis ablaturus, quàm Brugenſibus illam mentem, præſentim quæ fundamento nititur, & applauſum, & authores habet. Pons erat & pone pontem taberna ad nundinas Aldeburgicas, Rodeburgicas & Torholtanas proficiſcentibus olim frequentari ſolita & *Brugſtock* veriùs appellari. Nec ſine capite reris fabulam, tradentibus id conformiter annalibus, monſtrante veteri pictura juxta pontem Burgò Brugenſi contiguum, & quod omnium eſt maximum, repręſentante pontem ſublicium fulcris duobus ſuſtentatum, velut Romani operis, ſigillo urbis antiquo, quod in Crucquio inſpicere potes.

CAPUT XIV.

NOn abeo in diverſum, reſpondi ego, ut qui dicta à te jam antè viderim, jam antè legerim; ſed nihil iſte aries ad meam arcem; nihil pontis fabrica ad evertendum Leucoburgum, imò verò neceſſaria mercatoribus Flandris pontis frequentatis arguere poſſit arcam propinquam non habitam neglectui, ſed propugnaculo firmatam, habitatoribus cultam. Et cur quæſo Balduinus Comes Brugarum, ut aiunt, conditor locum hunc neglectis aliis ſitu longè melioribus muniviſſet, contra Normannos, ſi ſolitarius, ſi nullo anteà caſtro aut viro inſtructus fuiſſet. Et cur B. Eligius, quem Templi unius Canonicalis omnes authorem profitentur, hîc neglectis Audeburgo, & aliis ædem ſtruxiſſet ſacram, ſi locus à frequente populo, aut honoratis non colebatur; nec eſt quòd opi-

netur aliquis eum, aut ſolitudinis deſiderio ſibi, aut Audeburgi & magnis Urbibus non admiſſum ſuis hîc oratorium deſignaſſe, cùm in Flandriam non niſi prædicandi gratia is diverterit, & ante eum Evangelii dogmata Audeburgi ſparſa, & templa bina fuerint erecta. Nec vero ſimile eſt Principes Flandriæ in novellam plantationem, ita munificos futuros fuiſſe, ut omnia honorum chariſmata, velut uno impetu conferrent loco, inter paluſtres quiſquilias ſito, ſi non aliqua priſcæ venuſtatis & vetuſtatis inſignia habere prænoviſſent. Sed hæ conjecturæ ſunt, dices. Eſto: ſed tales quæ ſcriptorum penuria laborantibus opitulari debent, non niſi à ſimilibus refellendæ, maximè cùm veteres Codices Balduinum Comitem Burgum Brugenſe non condidiſſe ſcribant, ſed muniviſſe.

CAPUT XV.

HInc verè Meierus verbis ex Chronico Bavonenſi tranſſumptis ait: Balduinum Ferreum *Burgum & Caſtrum Brugis muniiſſe contra Danos*, opere per filium conſummato. Factum illud anno 865. quem natalem Urbis vulgò faciunt, hoc vicennio pòſt, lapidibus ex Audeburgo tranſlatis. Atque hoc eſt quod refert Iperius *ex ruderibus hujus illam creviſſe*, Dunenſis, *ex ruinis conſtructam*, Chronicon Audeburgenſe, *ex lapidibus dejectorum mœnium per Hunnos tranſvectis Burgi muros ædificatos*. Forma hujus ferè rotunda, hinc aquagio, inde foſſa, alibi alto ad muros vallo circumcincta, & duabus portis, quarum nomen reliquiæ locis invicem oppoſitis viſuntur; aditum faciens. Oratorium in medio erat, ubi nunc orcheſtra D. Donatiani, Regia Comitis ex adverſo. Prætorium Curiale & carcer verſùs medium diem, ubi loca ſuperſunt nominibus veteris Burgi & Saxi. Loca in circuitu alibi *Reyæ* allapſu commoda erant, & quia derivatis in canales aquarum decurſibus, retationum uſus erat celeber, hinc plura etiamnum loca *Reyæ* ſervant cognomentum. Cæterùm generalis velut abyſſus, & aquarum ſordiumque confluvium erat, ubi adhuc vicus veteris ſacri appellationem retinuit. Potior autem ad occidentem ſolem, & meridiem plaga paludibus inacceſſa Arcem illa parte reddebat inexpugnabilem, quæ paulatim hominum induſtria paſcuis apta fecit, & hinc tam obvia Brugis platearum nomina in *Meerſch*, quod pratum paſcuum interpretamur, ut ſunt *Moelenmeerſch*, *Ooſtmeerſch*, *Weſtmeerſch*, &c. deſinentia.

Veſtpoort.

Oudeborch. Oudeſteen.

Caeſreie. Spiegelrei. Oudenſac.

CAPUT XVI.

ET ſanè ex quo tempore Comes Regiam hîc ſuam, figere decrevit, Burgum non tantùm Sacello Principali ad Annum 846. Fano Audomari tranſlato, ſed etiam moneta 70. poſt annos ſtabili in hodiernum diem decoravit. Dignitates etiam tam palatinas, quàm militares eòdem tranſtulit, ita ut primariæ etiam nunc in Dynaſtiis intra aut juxta Brugas hęreant. *Cancellarii & Magiſtri monetæ* domus Comitis munus Anno 1088. Præpoſito B. Donatiani attributum, cum juriſdictione in Burgo, nunc ad Epiſcopum ſpectante. Abbas Querceti *Sacellanus major* Comitis in remotis agente Bertinico audiit, cum titulo juxta Burgum apud ſucceſſores perſeverante. Geſtellanus Toparcha *Maris Præfectus*, jure telonii, & emolumentis non contemnendis apud Brugenſes gaudere cœpit, quod Oceanum à Pyratis immunem reddere teneretur. Audeburgi Dynaſta honorarius à cubiculis habitatione intra Burgum frui ſolebat, & immunitate. Oeconomiæ magiſter hęreditarius cum latifundiis pone Burgum, & vectigalis potorii perceptione erat quis è gente Gruthuſia. Caſtellani ſive Vice-Comitis Brugenſis cum dominio in agrum latè patentem, & juriſdictione intra Burgum, dignitatem gentiles *à Brugis* inde dicti obtinuerunt, donec devolutam ad Nigellanos Anno 1224. Joanna Comes redemit, & locum tenere videtur Franconatium juſtitię, ſicut Comitis alteras vices Senatus facere. Venatoris Magni obit munus Major Brugarum Balivus, & juſtitiam intra Burgum obtinet. Comitativam Aggeris jam tum Ziſelani Dynaſtę obtinebant cum ampla intra Burgum authoritate, Anno 1303. partim à Senatu acquiſita. Quâ autem dignitate honorati gentiles de Lopez etiam intra Burgum juſtitię compotes, necdum ſcire contigit, aliqua tamen functos nolim dubitare.

CAPUT XVII.

TAnta honorum acceſſione non poterat, non Burgum & circumflua ei planities creſcere frequenti accolarum adventu, qui aggeribus paſſim exaltatis fortunarum ſedem in conſpectu Principis figere ambiebant, & hinc tam frequentia vicorum nomina in *Dyck* ſive *Dam* terminata. Et imò ut ſecuri eſſent muros circumduxerunt, & foſſas hodieque non uno loco ſuperſtites. Ducebantur autem ſecundum Burgum verſus Ædem Marianam, (ubi veteres foſſarum reliquiæ viſuntur) pone Noſocomium S. Joannis, ad forum Boarium, mox inciſis orientali, & occiduo

Sweverſdyck.

Steenhouwersdyck.

Houtbrekers Dam.

Ooſtmeerſch.

Weſtmeerſch.

Wolfshagen Brugge.

pratis

pratis forum Veneris petebant, & pontem à ſepimento lupi nominatum. Aquæductus porrò conſpicuus ſecus ædem D. Jacobi & Auguſtinianos, & juxta pontem Carmeliticum Reyæ influens portio, etiam foſſati veteris eſt. A ponte autem Carmelitico Reya navigabilis foſſæ vices facile ſupplebat, ad
Blind-eſel-brug. pontem cæcutientis aſini Burgo propinquans. Hæc urbs ſub Balduino Anno 1053. cincta, frequenter habitata, ſed non minùs præurbium Eccleſiis S. Crucis, Ægidii, Catharinæ, Annę in parochialis munii communionem receptis veſtita. Quamvis autem poſt necem Caroli Boni videantur Principes fixam ſedem alibi quàm Brugis eligere maluiſſe, horrorem tanti ſceleris velut execrantes, tamen non ideò Brugis malè fuit, Mercurio cum ſuis clientibus ſuccedente, portu ad famam veniente. Quamvis enim *Portum* Brugis extitiſſe à primis oppidi cunabulis ex 30. geſtis B. Eligii, & tranſlatione S. Donatiani, ubi *Portus* mentio, diſcam; tamen celebritas demum pòſt receſſum pompæ Palatinæ acceſſit, Comitum privilegiis roborata.

CAPUT XVIII.

Necdum erat ambitus iſte capax fortunæ Brugenſis, producenda erant pomeria, & producta ſub Annum 1274.
Marchant. 1270. conſenſu Margaretæ Comitis à ponte Dancartio Xenodochio D. Joannis tenus. Foſſas ampliores cum portis & turribus ab Anno 1297. firmatas accepi, munimenta partim à Valeſio Gallorum Duce, ornamenta omnia à civibus ſunt, non hercle à P.
Marchant. id ait. S. D. Pulchro, cujus Legatus ad annum ſequentem, primùm ſeditiones plebis vindicaturus turres portaſque dejecit, & Arcem, ubi nunc molendina, condere cœpit. Sed Turres cum vallo brevi reparatę, facta poteſtate Anno 37. portæ ævo Philippi boni per Curatores Reipublicæ ſunt reſtitutæ; nominatim Crucia; Gandenſis & Catharinæa, prout narrat in expoſtulatione plebis ad Annum 1407. Meierus. Nec deſiit ædificiorum & hominum numero repleri hoc ingens ſpacium, licèt frequentes Vulcani iras ſenſerint. Incendio Anni 1116. forum, quaquaversùs, Anni 1184. oppidum penè totum; anni 1215. ut vix 40. ædes ſuperfuerint, anni 228. urbs media cum centum eoque ampliùs hominibus; anni 280. fori quaterna latera, anni 364. centum quinquaginta ædes, anni 473. ſacellum piſtorum cum centum focis periere. Sequenti circa coriarios. Nunc tamen ſi Brugas ingrediare, Vulcani veſtigia vix obſervabis; ea enim eſt civium alacritas, is genius, is animus, ut fortunæ ſuæ lamenta aliquando, radices numquam patiantur ſepeliri.

CAPUT XIX.

Cæterùm Mercurio intra muros recepto nobilitas delitias ruris & ſuburbana prædia magis amare cœperunt, & hinc tot ſpecioſa in conſpectu oppidi Prætoria, nunc quidem inteſtinis bellorum furiis deformata, olim ſplendidiſſima. Malea, quæ Ludovico Comiti natalem, & nomen indidit, jam inde à quatuor ſeculis à Comitibus frequentabatur, teſtibus litteris fundationum Collegii Baſiliani ad annum 1187. & memoriæ Quercetanæ anno 1210. datis *Malea Caſtro*, nunc poſſidetur V. N. Joanne de Lopeſgaille Baronatus titulo, cum portione Sirelenſis Dynaſtiæ anno
1303. fiſco Comitis addictæ. *Ribaldi* Burgum Catherianæ portæ obverſum Joannis Rabbauwen-burg.
de Groz Neenlandiæ Domini, Brugenſium Scholteti peculium non contemnendum, hodieque in oculis aſpicientium.
Penſerium gentilium de Oignies olim, re- Penſe.
center Joannis Tempſicii poſſeſſio.

Bellopratum anno 1390. cùm à Bru- Beaupre.
genſibus ſolo æquaretur Comitis ſancti Paulini erat, nunc Voſſiorum Dynaſtia.

Tillegemium Boveriæ portæ contiguum Tillegem.
Collegii Cathedralis vicina habet latifundia, cum ſacello Archangeli Michaëlis, & Macello Sylveſtri, olim Baronum de Boſques hæreditas. Nunc D. Sylveſtri de Matanca jure ſucceſſionis à Ferdinando de Matanca patre.

Rodegemium inter Orientalem & occiduas portas juxta cœmiterium anno 1349. à Comite, ſepeliendis contagione mortuis deſtinatum.

Stratum potentiſſimæ gentis olim pecu- Straten.
lium caſtrenſe, ſed quæ parricidio Caroli Principis contaminata excidere honoribus, & fortunis, excedere patria incepit. Atque hæc quidem memoriam ſuî reliquerunt, alia plura bellorum civilium igne conſumpta antiquitas ſepelivit.

PARS SECUNDA,

Complectens ornamenta Urbis, & eorum initia, Capitibus XIX. finita.

CAPUT PRIMUM.

AMbitus urbis ædium, hortorumque cultu veſtitæ, excluſo mœnium foſſarumque velut pallio, & laciniis ſuburbani mille ſeptingenta ſexaginta octo perticas, quas virgas vocant, 14. pedum ſingulas, implet; & ſi adjiciantur excreſcentia aquarum, murorumque ad portas cataractarum & Leonardi, circuitu exteriori conficiet mille octingentas, & quinquaginta octo cum dimidia, prout ex dimenſione ſub Carolo Cęſare facta didici, aut juxta dimenſionem Marci Gerardi Pictoris & Geometræ anno 1573. factam continet decem millia quadringentos & ſeptuaginta duos paſſus, duorum cum dimidio pedum ſingulos ex Geometricis dimidio minores. Forma eſt ad rotundam & capaciſſimam, & perfectiſſimam accedente, ideoque expeditus pedes ſeſquihoræ ſpacio ſi totam circumambulet, nec laboris minimum, nec nimium ſit habiturus. Quin & ſi libet ad normam eorum æſtimare, qui ex cœli revolutionibus terrarum ſpacia metiuntur. Complectitur longitudo ejus ad uſque gradus, . . minuta . latitudo autem . . . .

CAPUT II.

ET quamvis ad tertium lapidem Oceano propinqua, non tamen ob id inſolentiis tam rabidi elementi multum eſt obnoxia, emolumentorum, nihilominus & compendii particeps. Perrepit ex maris elice fluvius Reya quem fruſtra anno 1379. defoſſo canale aduſque Lyſam Donſæ proximum derivare conati Comitis conſenſum ſuperante Gandenſium potentia. Fuſcus ratione fundi lutulenti, & cunctabundus, & diverſas in oppidi regiones derivatus ripis, hinc inde muratis, & pontes arcuato fornice dorſo excipiens plurimos. Is augeſcente maris æſtu ad Sluſam & Damum navigabilis, aliàs immiſſus in novum alveum anno 1560. magnis impendiis perfoſſum, neque ob ingens repagulum mari reciprocanti obediens, merces è portu ad & intra portas urbis exponendas defert; ita ſe res habet modò, quę aliter olim, cùm referant annales Bertinici in Leonio Abbate, ſacrum cruorem delatum Brugas, repoſitumque in Burgo *quinque millibus ab Oceano diſtante*. Dunenſis ad annum 1220. Maris alluvionem omnia Brugas uſque inundaſſe.

CAPUT III.

NEc verò ingens illud ſpacium, quod muris clauditur, fluvio rigatur inane, ſed platearum concinna ſerie interpolatum ædificiorum, ſplendore & amplitudine coronatorum, civium frequentia habitatum; Regiones Urbis olim tres, poſt incrementa & reſtitutionem anni 1337. fuerunt duodecim, ab ęvo Philippi Audacis, ſex tantùm ſunt à Commiſſariis cum Senatu creatis, ſuis ſingulæ vigilum Pręfectis creditæ: qui ab Eccleſiis Joannis, Donatiani, Deiparæ, Jacobi, Nicolai (quod nunc Auguſtinianorum cœnobium eſt) Carmelitarum ſua in regione ſitis appellatonis diſcrimen ſortiuntur, & civibus quiſque ſuis Ducatum præbent, *Portæ* unius *claves aſſervare*, & *Principis edicto monetaria* (ſic juramenti tenor habet) *cum reliquis Senatoribus* cuſtodire ſolent, ſtipatoribus certis comitati latis platearum 268. Ædificiorum intra & circa muros ante decrementum fortunæ Brugenſis fuiſſe audio viginti quatuor millia, ex capitatione porrò, ut ſic dicam, caminaria ſub annum 1600. decreta repererunt funibulorum non venientibus in numerum proletariorum caſis, & cœnobiorum latifundiis. Nec vanum hunc numerum, nec inutilem copiam quis æſtimabit, qui ex calculo Damhouderi, in libro de Politia Brugenſi, ſubduxerit in Curialibus oppidi 8. haberi ætatis provectæ & aptę ad perceptionem Sacramenti Altaris, hominum triginta octo millia, à quo numero excluduntur pueri omnes, Eccleſiaſtici & Religioſi utriuſque ſexus omnes, ſtudioſi etiam litteris, linguis, aut picturę operam dantes. Quorum ſi ratio ineunda, reperies in Collegiatis Curialibuſque tam beneficiatos, quàm officiatos paulò minores quadringentis, in cœnobiis Virilibus oppidi & pręoppidi, nòn ita pridem

Hooft-mannen.

dem numeratos ducentos quadraginta, in Virginalibus utriuſque ſortis, tam velatas, quàm converſas, & Beginas, aut liberas in cœlibatu viventes ultra quingentas. Gymnaſia autem formandæ juventuti, ſexaginta, unde diſcipulorum copia poteſt æſtimari.

CAPUT IV.

QUæ omnia admirationi ſunt, & erunt magis, ubi numero platearum, ædium, hominum ſua, aut ineſſe, aut adeſſe cognoveris ornamenta. Plateas commendat nitor, proportio, & ferè amplitas; ne miremur Ænæam Silvium inter tres Europæ pulcherrimas urbes hanc reponere. Inter quas Area Caſtri ſive Burgi eminet in longum quadra, ubi anno 1371. viſum reos à quinque diverſis tribunalibus, quinque, in Burgo quoad juriſdictionem concurrentibus ſupplicio affici, quem ob id annum rara executionis confluentia celebrem populares annotârunt. Forum majus re & nomine, oblongum, poſt flammas anni 1230. elegantiùs veſtitum. Boarium cujus uſus & fama olim magna, nunc omnium in Flandriis maxima, leges ab Elſatio accepit.

Frumentarium: quod ut locupletaretur, indulſit Philippus Rex anno 1296. civibus ſine vectigalis perſolutione, frumenta poſſe Duaci (ubi eorum ſtapula) coëmere & advehere. Linarium ſaxo inſtratum diſco ſub annum 1323. ære publico. Coriarium autem haud multò pòſt.

CAPUT V.

ET ſanè non exigui quæſtus eſt hæc domeſtica nundinatio, confluentibus ad forum & nundinas; non tantùm qui agrum, ſed & qui urbes circumvicinas habitant. Forum, dico, quod hebdomadatim recurrit feriis quarta, ſexta, & ſabbatho. Nundinas quæ annuatim menſibus Januario & Majo plurium dierum munitæ privilegio & libertate, anno 958. per Balduinum juniorem ſtabilitæ, & ſubinde aliis intervallis per Comites amplificatæ. Ita nimirum donatione Ludovici Creſſi ad annum 1323. ſtapula exoticarum mercium urbi data, ita ut quicquid in portum (Zuynum appellabat) nuſquam venditioni poterat exponi, niſi priùs in foro Brugenſi ſiſteretur, paucis & vilioribus mercimoniorum Damo, Houkæ, & Monicredæ ſervatis; cujus rei gratia non exiguum cum Sluſanis bellum, Joannis Namurcæi captivitate, urbis everſione, civium clade finitum, Brugenſibus tamen in jure ſuo perſeverantibus.

CAPUT VI.

AD extremum de foro mercatorum, eorumque celebritate, licèt Marchantii verba adſcribere.

Tantę hoc emporium amplitudinis fuit, ut ſeptendecim regnorum, ſive illuſtrium nationum negotiantes tribus, ædes quæque ſuas, & collegia hîc conſtituerint: In quibus Angli, Scoti, Franci, Caſtellani, Portugalli, Arragonii, Navarri, Catalauni, Biſcaini, Hanſa Teutonica (Lubecam, Hamburgum, Viſmaram, Roſtochium, Dantiſcum, Rigam, Revelam, aliaſque plurimas urbes complexa) Veneti, Florentini, Genuenſes, Lucenſes, Mediolanenſes, eminebant; merciumque cornucopiam adducebant. Italia pannos Cymatiles, quos Cambellotos & Grogreinios vocant; ex tenuiſſimo pilo caprino in Galatia, in fila deducto contextos, tergora bubalina, fila ſerica, aurea, argentea, ex iiſque pannos, margaritas, vina Cretenſia, alumen, ſulphur, oleum, aromata, Mythridaticum, Rhabarbarum, Mumiam, Senæ folia, Caſſiam, Tutiam adferente. Francia ſal crudum, lintea Britannica; vina rubra albaque, oleum, papyrum. Anglia lanam, plumbum, ſtannum, cereviſiam. Scotia vervecum, cuniculorum, aliaſque pelles, & laneos pannos denſos villoſoſque apportantibus. Hiſpania in diverſa regna diſtincta cum Portugallia, coccum, aurum, argentum, ſericum, ex iiſque fila ac texta, lignum Gaiacum, ſalſam parillam, uniones, aromata (cunctis Indicis illis mercibus, poſteà Antverpiæ auctioribus) advehente. Germania cum Dania, Ooſtlandia Poloniaque, mel, ceram, frumentum, ſalnitrium, lanas, vitra, pelles precioſas, argentum vivum, arma, vina Rhenenſia, ligna architectonica in hanc panegyrim, mercatumque ſtabularium tranſmittente. Exteris viciſſim ex Flandria educentibus, equos mole ſpecieque præſtantes, boves opimos, butyrum perquàm ſapidum, caſeumque multiplicem, aleces tum conditaneos, tum fumo duratos, diverſiſſimoſque ex mari piſces ſalitos: Pannos laneos linoſque & tapetes rariſſimæ varietatis & elegantiæ, picturas mirificas: quidquid denique arte manuaria excogitari conficique poterat: tam diffuſa celebritate, ut ceu orbis compendium haberetur, & Flandriæ nomen, per eam occaſionem totam Belgicam obfuſcaverit, ſuumque in nomen tranſſcripſerit.

CAPUT VII.

IN plateis loca præcipua velut in exemplum produxi, idem facturus in ædificiis, quorum aliquot publica deſignabo Principis Senatus, mercatorum, civium, gentium, & familiarum.

Principis erat olim hoſpitio deſtinata area cum domibus ad lævam in Burgo, ut nunc res ſunt, quorum ſacellum honorarium

Ædes

Ædes D. Donatiani, domeſticum Capella D. Baſilii. Sed producto in eam amplitudinem urbis pomœrio Philippus Burgundiq Palatium aliud ſibi comparavit & adornavit aëre libero, area ſpacioſa, porticu in ambulationibus oportuna, portis duabus tricliniorum amplitudine, cubiculorum gratia non utique contemnendum.

Ejuſdem eſt monetaria officinarum ſerie, artis privilegio & uſu hodierno commendatiſſima, nec Gandenſi, nec Antverpienſi argyrocopio quoad commoditatem cedens. Lego autem in reſcriptis Comitum vetuſtioribus mentionem fieri *Brugenſis monetæ* ſolidorum, denariorum, unde mihi certum evadit ab ultima antiquitate cudendi prærogativam, etiam Brugis communicatam, quamvis privilegia monetariorum reperiantur, dumtaxat ab ævo Guydi Comitis, & anno 1389.

CAPUT VIII.

CUria ſplendido opere Burgi medium occupans quadrato lapide, frontiſpicio pegmatibus, & ſtatuarum ſerie exornato, atrio, conclavi, cubiculis neſcias, an ſpecie, an ſpatio melioribus, Ludovici Maleani, ætate Prætorio veteri, quod Gizelhuſam vocabant, complanato ſubſtituta eſt Comite ad annum 1376. auſpicalem fundamenti lapidem pangente. Hic tribunal eſt Senatorium, & clavus Reip. tenetur à Conſule & Scabinis 12. aſſiſtentibus, velut à Conſilio pari numero Juratis cum Tribuno plebis(illos Conſiliarios, hunc Burgimagiſtrum corporis vocant) qui annuatim poſtridiè Kalendas Septembris per delegatos Principis quaternos nominantur more non à multis, ut quidam ait, ſed vix à duobus recepto ſeculis, nimirum ab anno poſt milleſimum, unde-quadringenteſimo. Ante quem licèt ferè, non tamen planè eadem fuit inſtitutio.

Proximum eſt ut ſitu, ita dignitate Curiale Franconatium recenti memoria anno 1576. renovatum, ornatumque ubi 27. viri perpetui, quibus terni quotannis Conſules, quarto ex nobilitate Forenſi, velut ad primatum advocato jus dicunt pagis ampliùs nonaginta, tribunali per Ludovicum Creſſium anno 1323. in Burgo Brugenſi ſtabilito. Nec mirum cùm ab ultima antiquitate tractus ille *Caſtellaniæ Brugenſis liberæ* obnoxius eſſe ſoleret Caſtellano, donec eam dignitatem à Nigellanis redemit Comes anno 1224. & Scabini cum feudalibus in Burgo pro tribunali ſedère numero non quidem eodem, eadem tamen dignitate, & methodo ſaltem ab ævo Philippi Elſatii, qui leges novas ſancivit à Nivernenſi & Audace Comitibus confirmatas, & ad mores illorum temporum conformatas, ante quarum promulgationem jure Brugenſium, & conſuetudinibus ejuſdem oppidi utebantur, prout ſingula hæc alibi fuſiùs ediſſeram.

CAPUT IX.

HAllæ publicæ area in longum ampla, officinis undique commodis, turri procul ſpectabili, porticu & pulchro columnarum ordine caput fori occupans extructa perhibetur anno 1364. ubi arcana Urbis & archivum rationeſque annuæ, (quæ per quæſtores binos, eodem cum Senatu die à Legatis nominatos, & coram eis, Senatu, Præfectis regionum, & opificum poſtridiè qua defunguntur redditæ) conſervari ſolent, adeòque memorabilis extitit annus 1230. fortuito Hallarum incendio, quo aſſumpta oppidi privilegia cùm Comes ſollicitatus reſtituere differret, ad annum ejuſdem ſeculi 81. non exigui in plebe tumultus dedit occaſionem, ſedati tamen auctoribus malè mulctatis. Quæſtores porrò de quibus ſuprà dixi, peculii urbani collectores, & diſpenſatores, majore olim erant numero, & dignitate ad hanc paucitatem redacti ante duo admodùm ſecula.

Hallæ pannificum capaces quàm maximè, & ſtructura non ineleganter ad longum fori porrecta, opere ſubtus fornicato, ut navigia etiam ſuffluant, & imò appellant, factæ notantur ante duo ſæcula. In quibus ſolent officinatim telas ſuas, & non unius generis pannos vænum proferre, tanto olim quæſtu, ut ſolùm circa pannos occupati plebis totius quadrantem conſtituerent, dignitate etiam, ita ut Textorum Decanus, hodicque inter ſui ordinis octo (nonus enim Decanorum gravium è patriciis eſt) primatum obtineat; nec ullum ſit opificium aut artificium majore miniſteriorum conſtans ſequela. Quippè quòd inter Decanos 74. ſuæ ſortis, & quodammodò circa rem pannariam occupatos numeret 12. cum ſubſidiariis centum viginti, clericis octo, ſignatoribus aliiſque minoris notæ ſtipendiariis. Water-halle.

Nec mirum, cùm urbis bono faventiores Flandriæ Reguli vetuerint ad annum 1384. ne Franconatium in pagis ullum exerceretur ſolenne pannificium, imò etiam ne in urbeculis aliquot ſub alternis pannorum ſignatura haberetur.

CAPUT X.

COntubernales civium lectiorum in ſex velut claſſes ſe diſtribuentium, & ſtatis diebus exercentium horti cum ædificiis etiam merentur paginam facere, in quibus Baliſtarii majores ducentorum numero, Gilde.

mero; juniores trecentorum, arcu chalybeo : Manuarii ducenti ſemper arcu oblongo corneo : Sclopetarii ter centum bombardis; Gladiatores cùm pauciores centum, tam enſe, quàm pugione; & pari numero globarii ſphæris & tragulis ſe oblectantes, omnes annuum è publico ſtipendium percipientes, & non vulgaribus à Comite privilegiis exornati, ideoque ad corporis ejus cuſtodiam olim adhibiti, ad tuitionem urbis primam adhuc obligati, ad curiam, & id genus ſacroſancta loca excubare conſueti. Privilegia autem ſingulis data, & ludi celebrati frequentes.

Quia autem ſingulæ ſupradictarum gentium domus amplas & ſplendidas habere conſueverunt, non inutile erit annotaſſe, quibus annis Brugenſes cum ſingulis nationibus Mercuriale illud fœdus inierint, & pacta conceperint, unde liquidò conſtabat, & quando hîc fragulæ cœperint nundinari, & quando Ædes extructæ.

Factum hoc anno 1392. cum civitatibus Hanſeaticis, cum Teutonicis, & Romani Imperii incolis anno 1340. cum Norimbergenſibus anno 1361. cum Anglis anno 1390. Hibernis anno 1383. cum Scotis anno 1386. cum Catalaunis anno 1389. cum Luſitanis anno 1386. cum Algarbitis anno 1387. cum Arragoniis anno 1419. cum Hiſpanis anno 1348. cum Genuenſibus anno 1414. cum Venetis anno 1405. cum Caletenſibus anno 1453. cum Ambianenſibus anno 1399.

Ex quibus evadit clarum ante tria ſæcula Germanos, Angloſque & Hiſpanos fortunæ ſuæ domicilia hîc habuiſſe, & habitaſſe, Italos autem paulò ſeriùs. Cęterùm frequentiſſimum illud Emporium, ait Marchantius, partim Sluſani portus fluentique Brugam ducentis anguſtiis, moleſtiiſque agglomeratis, ac è diverſo, Schaldis Antverpiam amplitudine & commoditate divulgatis, partim bellis civilibus & rebellionibus anno 1485. cœpit exareſcere, hac præſertim accedente occaſione, quòd Portugalli occupato Indię Orientalis Calicuto, viciniſque Regibus conciliatis aromata ſua precio, fama & copia celeberrima, Antverpiam ad nundinas anno tertio ſupra ter quingenteſimum trajicerent, eaque cum urbe tranſigerent : Germanos illuc traherent. Poſtremò Galteroti Florentini, Bonviſi, Lucenſes, Spinolæ Genuenſes, ceteræque Mercatorum nationes, excepta Hiſpanorum parte, Bruga relicta circiter annum ſextum decimum ſupra ter quingenteſimum ſedes, tribuſque ſuas Antverpiæ collocârunt; dotium ubi uxoriarum prærogativis multarum ſæpè fraudum velamentis, etiam invitari, quibus fœminæ, ubi mariti vel vivi conturbarint, menſaſque verterint vel mortui inveniuntur decoxiſſe, cæteris omnibus anteferuntur, dotemque recuperant. Bruga nihilominùs in Flandriæ cenſu generaliter ſancito (ultimus etiamnum in uſu eſt) ad publicas indictiones & neceſſitates, aliquantulò plus adhuc tribuit quàm Gandavum.

CAPUT XI.

GEntes mercaturæ hîc vacantes domicilia ſibi peculiaria habitaſſe, ſuprà dixi, coempta ferè ſub idem tempus, quo privilegia impetrârunt, exculta ſubinde. Ita Prætorium Genuenſe, ſaltem quoad priorem ſui partem, quæ plateam reſpicit, refert ædificationis annum 1441. Hiſpanicum renovationis tempus 1544. aliorum ætatem ſtructura convincit biſſæcularem ferè.

CAPUT XII.

SOlent etiam diverſi Nobiles, præſertim ſub Maleano & Philippo Bono Duce ſua habere Brugis diverſoria, nunc alios ad uſus & poſſeſſores tranſlata. Eminent tamen Palatium Gruuthuſię gentis, cui à Brugis cognomentum, & nominis etymon à vectigali potorio, quod diſſipandæ Grutæ (Gruutgelt.) (viridis lenticula eſt ſtagnis ętate innatans à natibus gratiſſima) ad puriorem aquæ cereviſiariæ coctionem pendebatur illis proprio : cognomenti ratio, quòd intra limites Burgi antiquitus juriſdictione aliqua uterentur, utpotè Caſtellani hæreditarii. Cęterùm palatium, de quo loquimur, adornatum à Ludovico ejus familiæ Winceſtriæ Regulo, Principe Steenhuſano, ordinis Equitum Aurei Velleris, & Magno Duci à Conſiliis & Cubiculis, conſpicitur circa ædem D. Virginis, ſicut altera Malæ Baronum ſeptem conſpicua turribus circa Donatiani, hæc illâ, nonnihil antiquior & Comitibus nonnunquam habitata. Quæ dico in exemplum protuliſſe ſufficit.

CAPUT XIII.

NEc Caſtellum aquarum eleganter à Marchantio deſcriptum tacere convenit, quod ad Urbis muros cum admiratione & voluptate conſpicitur; ubi per lebetes aheneos rotæ verſatili inſertos, equo ceu piſtrinenſi gyrante, aqua ſurſum attrahitur in aquæductus, varieque per canales occultos ſub terra in puteos diſpenſatur : neque non in area illic ſubdiali aquæ per inſidioſas fiſtulas aſperguntur nec opinantibus cum arte & joco. Cæterùm ut huic ſpecialis Cuſtos, ita & aliis operibus publicis ſuus ſingulis, cum ſtipendio aſſignatur; præter quos 12. quotannis à Senatu, & ferè è Senatoriis elapſi aſſumuntur Ædiles, qui certis intervallis vicos obeunt, ut ſi ædificium ruinam mi-

netur, interveniant; controverſias de terminis, ædibus, parietinis, muris, cloacis, fimariis dirimant, Scribas ſuos, & Decanos à conſiliis habentes.

CAPUT XIV.

UT nihil mirandum ſit republica tam curioſè quoad omnes ſui partes procurata Brugas pulchritudinis famam omnibus ferè Belgii Urbibus præripere, nec injuria ab Ænea Silvio Orbis inſpectore accuratiſſimo, inter tres, quas unquam viderit, pulcherrimas, relatas, de quibus Caſſander in Panegyrico, & Barlandus his verbis. Publicarum privatarumque ædium in hoc oppido, ſplendor, & magnificentia omnem orationem, omnem dicendi facultatem ſupergreditur. Ut paucis omnia dicam: totus hic locus paſcendis oculis, recreandis animis dicatus eſt. Nec exiſtimandum alia propter Philippos Elſatium, & Burgundionem, itemque Carolum Bellicoſum cum regii ſanguinis virginibus matrimonia hîc celebraſſe; prima Aurei Velleris Comitia hîc celebrata, Fredericum tertium Cæſarem, Eduardum IV. Angliæ, Philippum Pulchrum Franciæ Reges hîc potiſſimùm à Principibus Flandriæ exceptos, quàm quòd digniorem majeſtati perſonarum, nullius oppidi majeſtatem judicarent.

PARS TERTIA,

Complectens ornamenta & dotes Reipublicæ Capitibus XVI.

CAPUT PRIMUM.

CIvitatem & ejus ornatum hactenus rudi penicillo adumbravimus, & ne aëreum quid aut inane quis imaginetur, ædium, civiumque copia refertam docuimus; imò ne cui aliquid vulgare occurrat, aut Urbs una è multis, ornamenta aliquot ædificiorum velut unguem Leoni æſtimando projeci; idem in civibus jam jam facturus, & ſicut ibi privatis, quæ numerum dumtaxat faciunt, neglectis publica tantùm aliqua excerpſi, ita hîc individuo, ut Philoſophi loquuntur, poſthabito ad ſpeciem aſcendam Brugenſium, ejuſque dotes in triplici virtutum ordine conſiderans, unum uniuſcujuſque par, orationis ſchemate condiendum ſeligam. In genere quidem Theologicarum pietatem inſtar bifrontis Jani, Deum & proximos reſpicientem. In genere moralium Prudentiam in conſervando æquè, ac defendendo promptam: In genere politicarum Magnificentiam utilitati publicæ conjunctam, quas exemplorum velut luce illuſtratas producam.

Pietati in Deum probandæ faciunt ſexaginta ampliùs intra muros templa, perſonæ Eccleſiaſticæ circiter mille, dotata beneficia, ut vocibus utar vulgatis, ferè quinquaginta intra muros nota, ita ut nihil in republica, nihil publicitus agatur, niſi ſacro auſpicio.

Habet Curia ſacellum ſuum, & flaminem anno 1372. dotatum ex decreto Comitis Margaretæ componentis inter Gildolphum Gruthuſium, & Joannem Moelenbekium ob cędem Joannis de Ridervoort patratam. Habent & ſacellanum ſuum Hallæ anno 1460. inſtitutum.

Habent & ſuam D. Amando ſacram Ædiculam aromatarii jam inde ab annis ducentis.

Item Fabri B. Eligio inſcriptam anno 1320. Denique Pictores D. Lucam colentes ab anno ..... Etiam Nautæ titulo S. Clementis notam anno 1425. Ampliùs Proxenetæ Deiparam peculari veneratione obſervantes ſacello erecto anno ..... Demum Textores Jacobi Apoſtoli patrocinio inſignitum monſtrantes ab anno 1510. Sicut Fullones ſub invocatione B. Martini. Piſcatores, S. Judoci Capellam habent, & habuerunt anno 1342.

Propolæ etiam tutelarem Nicolaum Antiſtitem, & Aurigæ titulo flagellorum Chriſti templa habentes ab anno 1490. Et ut verbo dicam, ne quis pietatem opulentiorum opificiorum dumtaxat, quæ ſacella ſeparata ita ampliter dotata poſſident, ambitu concluſam putet, ne unum quidem eſt è numero 74. (malè enim Marchantius numerat 52.) tribuum, quod non altare ut minùs ſuum in aliqua Collegiatarum, aut Curialium habeat, & ſtatis diebus rem divinam cum pompa, & ad invidiam peragi curet. Quid? quòd ipſis quoque carceribus de miſſæ ſacrificio proviſum ſit, ex inſtitutione Joannis de Weeck anno 1390. facta.

CAPUT II.

PIetatis alterum velut cornu eſt humanitas, id eſt, amor & affectus in conſortes ejuſdem nobiſcum naturæ, qui aut corporis, aut ætatis, aut fortunæ vitio, ad vitam honeſtè ſuſtinendam non ſufficiant, ideò proximorum ope, opera, & opibus juvandi. Primi generis ſunt cum morbo luctantes, aut perpetuo, ut elephantiaci, cæci, phrenetici, aut temporariè. Infeſtis autem lepra anno 1160. ſemotum à populo receptaculum cum ſacello Mariæ Magdalenæ Comes aſſignavit, & utriuſque ſexus *fratres ſororeſque* ad miniſteria ordinavit. Cæcis etiam, ſed quo auctore vel anno, incertum, deputatum hoſpitium ante annum 1310. Inſanis ſimiliter ergaſtulum cum ædicula D. Huberti ſubſerviebat; ſed pronuper viſum ſatius Hierecium hoc Julianæo annectere, quod à Beginis adminiſtratur. Inſtitutum ante annos ducentos.

Ad extremum morbidis cujuſcunque ſexus, & conditionis patet ampliter dotatum Valetudinarium S. Joannis, & à Virginibus in communi vitam regularem viventibus foventur infirmi, curantur à Medicis, & Chyrurgis ad hoc à Senatu conductis. Fundatum autem eſt ante annum 1236. cùm à Senatu urbano leges accepit.

Traditur etiam à Meiero ad annum 1278. Brugis à Margareta Comitiſſa erectum Hoſpitale; ſed ego cùm pluribus illa beneſecerit, definitè quodnam ſit, ignoro.

CAPUT III.

IN ſecundo ordine decrepitos, & capularis ſtaminis ſenes labori impares, & ſecundùm naturæ leges quodammodò emeriti non uno loco ſuas habent, velut munificentiæ officinas. Viduæ quidem 12. juxta Sacellum Deiparæ *de Potterie*, quod vulgò verecundorum, collegiatim à quatuor ſeculis, vixerunt cum pari aut majori numero Virginibus profeſſis, quæ dicto ſuperiùs anno 1226. à Senatu decreta quædam acceperunt dominatum hujus & aliorum ſimilium locorum ſibi vindicante diſertis verbis. Statuta tamen alia Epiſcopus Drutius adjecit. Pari numero & conditione vetulis domum, dotemque aſſignavit anno 1441. Petrus Adornius Principali Genuenſium familia procreatus, Vir Conſularis, & Eques à peregrinatione Hieroſolymitanâ, cujus memoriæ egregium illud titulo Hieruſalem Sacellum dedicari curavit, in hoſpitium & ſepulturam peregrinorum; ubi ad pedem Geometricum Dominici ſepulchri cella repræſentatur, & viſuntur gentis Adorniæ tumuli aliquot, cum inſcriptionibus. Ampliùs de expoſititiis publico impendio fovendis, donec per ætatem & artem ſibi ſufficiant, decreverat anno 1361. Senatus ſed an tum primò, an poſteà magis, incertum hactenus mihi. Quin etiam juxta ſacellum D. Judoci 12. Senibus primarii ſexus domus conſecrata eſt fovendis, Auctore Domino Judoco Lambrecht, Cathedralis Eccleſiæ Canonico, aliis primariis Civibus adjuvantibus ſub annum 1570.

CAPUT IV.

SEnatus Brugenſis (verbà ſunt Damhouderi) Anno milleſimo quingenteſimo decimo, perpendens quanta infirmitate laboraret, ſuæ Reipublicæ pars infima plæbeiaque tenuitas, quæ rerum multarum inopia, & penuria preſſa ſuos liberos ad honeſta, pia, ac Catholica, non ſatis pro votis docendos curare, neque vel ad minimum honeſtatis gradum educare potuit, quin potiùs ipſa ſpontanea ſua inopia, & ſqualore quaſi contabeſcens, ac penè collabens negligentior facta, ſuos liberos præter naturalis charitatis uſum ſegniùs curare cœpit, à ſe vagari permiſit, & ad laſciviam, petulantiam, atque ad vitia quæque laxatis correctionis habenis imprudenter ruere ſinit. Deinde animadvertens, quanta ex ea tenuium parentum inopia, atque ex hoc dolendo puerorum neglectu, proſilierint mox mala, ſtupra, furta, ſacrilegia, homicidia, latrocinia, aliæque id genus Reipublicæ peſtes noxiæ, atque iſtiuſmodi malis, cum eorum cauſis Senatus Brugenſis mederi cupiens, huic ſuæ parti infimæ non minùs clementer, quàm prudenter, opem ferre, & collabentem plebeculam hoc educandorum liberorum onere, tam graviter premente, levare ſtatuit. Quod ut efficeret fœliciùs binas huic rei inſtituit ſcholas, alteram in Parœcia D. Virginis Mariæ, loco Gallorum, alteram in Parœcia D. Ægidii, utpotè in quibus locis pauperum maximus degebat numerus. His autem ſcholis Senatus ſtatim binos tutores Judocum de Roo, avum meum (fœlicis memoriæ) maternum, & Joannem Ghiſelincx, cum ſex aliis moderatoribus præfecit, qui paupertimos quoſque in eas reciperent, pia ſedulitate ad certum numerum alerent, docerent, veſtirent, tractarent, de neceſſariis abunde proſpicerent, & ad honeſtum ſtatum proveherent. Alios verò pro ſua prudentia in ſolum ſemiconvictum reciperent, ac poſtremò quoſvis ad ſcholaſticam diſciplinam & inſtitutionem gratis admitterent. Hi itaque tutores cum ſuis ſex collegis moderatoribus, has ſcholas triennium fœliciter, ſanctèque in locis prædictis rexerunt,

xerunt, donec Bogardorum monaſterio-lum (à quo adhuc ſchola Bogardica dicitur) ad eaſdem transferendi daretur occaſio. Tranſlatione autem facta, & Monachis docentibus, nihilominùs permanebant ſeminarii hujus tutores, primi duo ex Senatu, cum aliis ſex Moderatoribus; quod etiam monaſterio extincto perſeveravit.

Totum enim illicò hoc monaſterium cum ædificiis, fundis, ac univerſa ſupellectile comparant, ædes extruunt, eaſque erudiendis alendiſque pueris aptant, & tum ambas prædictas ſcholas ſimul in eum locum piiſſimè transferunt & conſtituunt, in quas platearum fæces, vel potiùs miſerandos miſerorum parentum liberos reciperent. Atque ab hoc loco Bogardicam ſcholam ſuum nomen retinuiſſe, ex prædictis nunc ſatis conſtare puto. Huic itaque ſcholæ (ut cuncta & digno, & debito moderamine durent) Magiſtratus quoque ex optimatibus civitatis, ſex pios prudenteſque moderatores præfecit, qui pauperculos civium pueros, atque etiam (ſi opus ſit) egenos exteros, pro ſuo arbitratu in eam recipiant, eoſdem ibidem veluti pii patres alant, educent, veſtiant, de neceſſariis proſpiciant, & piè fideliterque erudiendos curent, à Magiſtris quaternis aut quinis, quos hi moderatores ad hanc piam functionem pro ſua prudentia delectos, in hanc præclaram Chriſti meſſem, veluti pios meſſores immittunt, ut tenellam hanc, & docilem juventutem, tum honeſtis ac piis moribus, tum litteris ad quaſvis functiones publicas, & ad altiores diſciplinas, perneceſſariis erudiant & inſtruant. Hujus autem juventutis pars maxima docetur vernaculè, donec promptè legere, ſcribere, ac ſupputare noverit, ingeniis acutiores ſimul linguam addiſcunt Gallicam. Qui verò fœlicioribus videntur ingeniis præditi, à primis Grammatis ſtatim ad Latinæ linguæ ſtudium applicantur: atque hoc modo fieri conſpicimus, ut in hoc Pædagogio varia puerorum excolantur ingenia, & Juvenes in eo adoleſcant, ad quævis ſubeunda munera apti; adeò ut vel cives quilibet, vel ipſi quoque exteri ex hac ſchola, cum permiſſu præfectorum, petant, eligant, ſibique (quos volunt) in famulos adoptent, alii verò alios, quos ſuis opificiis & miniſteriis aptos judicant, aſſumant. Porrò ſi quando eoſdem poſteà ſibi ineptos compererint, hos denuò præfectis reducere, alioſque ipſorum loco magis idoneos eligere licet, quos tandem cum præfectorum adminiculo ad ſtatum aliquem honeſtum provehunt. Cæterùm ſi qui à civibus aut ab exteris non expetiti, æquo diutiùs permanſerint, hos idoneos effectos ipſi Moderatores pro ſuis ipſorum ingeniis alicubi cum opificibus, aut cum doctis, ad honeſtum ſtatum provehendos elocant. Doctos & ingenioſos majorum diſciplinarum gratia ad Academias emittunt, quos ibi ſui Bogardici collegii ſumptibus honeſtè in ſtudiis alunt, adjutrices manus ab iis non retracturi, donec eoſdem ad ſtatum honeſtum, cum certa ſumma pecuniaria dotis loco elargita provexerint.

Ex Bogardicæ ſcholæ proſpero ſucceſſu paucis pòſt annis Senatus, ſimili exemplo puellare inſtituit Seminarium, & ſcholam, à Cœnobiolo D. Eliſabethæ occupato, dictam, cui ſimiles quatuor Moderatores præficiuntur; Juvenculas ſuum in collegium recipientes, & Magiſtratibus ad hoc delectis committentes. Docentur autem characteres noſſe, & formare, nere, & ſarcire, & miniſteria domeſtica ſubire, ut bonorum civium uſibus, & futuris maritis idoneæ reddantur, nec moderatorum vigil animus unquam retrahitur ab iis, donec ad honeſtum ſtatum, elocatæ fuerint; porrò numerus earum ad ducentas accrevit, ſicut puerorum ad quadringentos. Et debent Brugenſibus exemplum hoc ſuum plures Belgicæ, & exteræ civitates, magno cum fructu Reipublicæ id inſtitutum imitatę. Primò quòd cernant, quòd hoc pręclariſſimo modo debiliſſima Reipublicæ quæque membra ab objectis vitiis & periculis præmuniantur, à malis imbibitis ſanentur, ad virtutes confirmentur, & ad præclariora munera lætiſſimè grandeſcant Reipublicæ alioquin membra (juxtà Paulum,) non minùs neceſſaria, quàm quæ vulgò præſtantiora ac digniora cenſeri ſoleant. Deinde non vident quid Deo præſtari poſſit gratius, quàm ſi ex divino charitatis ardore hujuſmodi ſublevationis adminiculum conferatur, in hanc pauperculam plebem, atque adeò in miſellam pueritiam ſuaptè inopia ſordeſcentem, ac prorſus pereuntem quam Chriſtus nobis curandam ſeveriſſimè commendavit.

Poſtremò ſibi perſuaſum habent, quòd multos hoc inſtitutum ædificet, incitet, ac trahat, ad ſimilem pietatis imitationem, aut ad eò conferendas ſuas eleëmoſynas: aut certè ipſis eſt plauſibile, viſuque jucundiſſimum, ex tali pædotribo quotannis eligi præſtantibus ingeniis juvenes, quorum aliquot ex iis ad Epiſcopale faſtigium evecti ſunt. Plureis cœnobiis monachorum Præfecti. Plurimi in uſus Eccleſiæ neceſſarios admoti miniſteriis ſacris, utilem quotidiè rei Chriſtianæ operam navant pretium inſtitutionis, & alituræ quale debent aut poſſint civitati rependentes: & moraliſſimas juvenculas in honeſtiſſimas adoptari familias, & ad præclaros vitæ ſtatus fœliciter emergere. Qui tandem ſuis ipſis tenuibus parentibus in ſenectute ipſorum fiunt

præſi-

præſidio, à quibus nimia inopia preſſis, priùs ipſi ali, educarique nequiverant.

CAPUT V.

AD tertiam claſſem ſpectant Xenodochia adventitiis pauperibus hoſpitium, & alibi alimentum præbentia: Quale D. Juliani quod validorum vocant peregrinantium anno 1035. leges à Senatu accipiens, ſacello diu antè occaſione miraculo dedicato. Quale aliud per Joannam Comitem anno 1244. dotatum teſte Meiero propter utriuſque ſexus decrepitos. Quale ſecus ædiculam D. Nicolai privatorum opibus ſuccrevit ab annis ter centum, recenter auctum privati civis munificentiâ. Quale reducibus ex peregrinatione Hieroſolymitana opibus P. Adornii Equitis ante ſeſquiſeculum cœpit. Quale reverſis ex peregrinatione Compoſtellana D. Jacobi eſſe ſolet, ſed nunc ob litteratum, ſicut & redactis ad egeſtatem mercatoribus. Imò verò ſingulis oppidi portis videas ſingula adjacere Hoſpitalia, ut verbo dicam. Ut taceam hebdomadales in ſingulis curialibus Eleëmoſynas, larga panum & eduliorum in pauperes domeſticos diſpenſatione.

Ut omittam etiam quotidianas in carceribus largitiones cereviſiæ, panum, butyri, pulmentorum, & ſimilium, legatas jam inde partim à Joanne Camerlinck ad annum 1451. partium à Lamberto de Aloſto anno 1402. & Joanne Nievenhoven anno 1451.

Ut præteream alteri loco reſervanda pauperculorum utriuſque ſexus adoleſcentium Gymnaſia, ubi non tantùm legere, characteres formare, ſupputare, & alia Arithmetices principia capere, latinam etiam & liberales ſcientias proſequi docentur, ſed etiam in eis quæ ad victum amictumque ſunt, providetur inſtituto ſalubri ante centum annos introducto. Ut diſſimulem etiam Hoſpitale Nazarethi; nunc profugis ex ſuburbano Virginibus Magdalenianis aſſignatum: Item aliud titulo columnæ. Sororum denique S. Spiritus congregationem, quarum exordia necdum ſcire mihi contigit.

CAPUT VI.

JAni utramque frontem inſpeximus, ejuſque auſpicio primam reipublicæ Brugenſis dotem; ad alteram ordo vocat prudentiam aptè ſuccedentem. Uti enim clavem pietas —— (*nec enim ſine numine Divum*,

Quicquam homini tentare licet;) —— ita hæc clavum porrigit ad rem gerendam regendamque. Quanti autem illa Brugenſibus fuerit æſtimare poſſe videar, auro ad Lydium applicato, tribus notis: Amplitudine nimirum Imperii, Stabilitate regiminis, & Felicitate; probare exemplis à quolibet hominum genere petitis. Amplitudo hinc patet, quòd nullam toto Belgio, Metropolim latiùs juriſdictionis ſuæ alas extendiſſe ſciam, ut quæ urbes 36. olim, nunc 24. ſibi obnoxias habeat, pagos & Dynaſtias ultra quadringentas. Quod enim Ipreto, nunc ſubeſt, olim aliter erat; quod Franconates; licèt membrum quodammodò nunc ſeparatum, etiam ei ſuberant. Unde hodieque in oppido Brugenſi tribunalis ſtabilitatem coguntur habere.

Imò verò cùm in confeſſo ſit Brugas cum muris Oudeburgi etiam dignitatem induiſſe, Oudeburgum autem Flandrarum caput ſemper fuiſſe, docuerim ſuprà; jure etiam Brugas eodem titulo honoraverit, cùm Ganda ſemper aliquid Imperiale redoluerit olim, & adeò *Flandræ* propriè dictę vocabulo nunquam, niſi Brugas reveritæ ſint. Ut taceam quod Brugæ hactenus non veniente in ſubſidium pagorum Caſtellanię membro pluſculum adhuc in precariis Principum quàm Ganda conferant. Territorium habeant latius in occiduam plagam, & ortum diffuſum, portus maris plures, cœnobia plura, adeò ut veteres Poëtæ in geſtis Philippi Auguſti de Flandria verſùs nulli æque territorio conveniant.

Flandria Marte potens, variis exercita bellis,
Flandria gens opibus variis & rebus abundans.
Parca cibis, facilis expenſâ, ſobria potu,
Veſte nitens, membris procera, venuſta decore,
Splendida cæſarie; vultu rubra; candida carne,
Innumeris piſcoſa undis & flumine multo,
Foſſatiſque vias ita præpedientibus, ut vix
Introitus pateat venientibus hoſtibus extris.
Frumento quam ditat ager, navalia merce;
Lacte pecus, butyris armentum, piſcibus æquor.

CAPUT VII.

AD ſtabilitatem quod attinet, evolventi meos de aliis Flandriæ, ut Belgii urbibus libellos facile erit obſervare vix ullum ullibi ſupereſſe, cujus reſpublica tantam ætatem tulerit; cùm legamus ante ſexcentos ferè annos tempore Barbati Comitis permiſſum 13. Scabinis ex novem membris oppidi unum adſciſcere Conſulem, quem gentiliter Burgimagiſtrum vocabant, teſte Meiero ad annum 1036. & quamvis ævo Thomæ Comitis anno 1240. cum perpetuis ſubſtituti annales aliquid videri poſſit immutatum, tamen & perſonarum numerus, & qualitas, & membra etiam in-

ferioris populi novem ſuperſunt, quorum Præfecti (Decanos graves vocat Damhouderius) hodieque clavem ſinguli unam archivorum habent, & arcæ ubi ſigillum urbis obligatorium reconditur; nec niſi illis præſentibus, & Conſule qui decimam clavium ſervat, extrahendum, non defuerunt quidem in tam pulchro corpore nævi, ſed pulchritudine aliarum partium, & faciei inprimis facilè obſcurati, ſed nec ſeditionum nubes, & velut morbi quidem fatales magnorum corporum, ſed tanta arte curati, ut vix ſtigma aut cicatricem reliquerint. Alii rebellârunt, ſed cum ruina & internecione totius oppidi: alii tumultuati ſunt, ſed cum privilegiorum jactura: alii alia patrârunt, & alio diſpendio. Brugenſes licèt non minora, non pauciora aliis deſignârint, ut eſt prona in quidvis ferocientis plebeculæ audacia, tamen hoc omnes annotârunt in emolliendis Principum quos offenderant, animis; & gratiam demeritis perditam recuperando cautiores fuiſſe, & feliciores arcano quodam divinæ miſerationis in hanc rempublicam affectu.

CAPUT VIII.

Et quæ quæſo felicitas major, quàm profuſa Principum liberalitas, & privilegiorum in unam hanc urbem velut neceſſaria confluentia? Non ſatis erat Comitibus anno 1232. ſervitutem optimi capitis, anno 1240. Balfartum (de his nominibus aliàs dixi) vectigalia Flandriæ anno 1302. remiſiſſe: publicum libripendium anno 1282. vectigalis potorii ordinationem anno 1229. & anno 1299. pannificium ſolenne anno 1283. nothorum libertatem anno 1331. & alia id genus indulſiſſe, verumetiam rara quædam & paucis communia addiderunt, ut videantur Comites obliti dignitatis ſuæ in ornanda hac urbe totos ſe velut ſpoliaſſe. Quid enim illud eſt anno 1334. conceſſum ut ſi privilegiis fortè prætor contraveniat, idem patiatur ex tempore tota urbe juſtitium indici, donec in integrum reſtituatur.

Idem anno 1414. partim pretio, partim fidelitatis remunerandæ gratia, omnes natalibus, dono, emptioni, aut conjugio civitatis jus adeptos ab omni bonorum ubivis ſitorum confiſcatione liberos facit nullo caſu aut crimine exceptis. Nec minùs alii in propinquo Principes beneficii ſui expertem hanc nympham eſſe voluerunt. Ita Philippus Rex Gallorum in Francia anno 1288. Ita Anglus anno 1296. in Britannia, Fredericus Cæſar in Germania, libertatem Brugenſibus conceſſerunt. Ita Joannes Mauritaniæ Dynaſta anno 1288. à telonio Pontis Verdini, Philippus Rex annno 1390. à Duacenſi, idemque à Tornacenſi.

CAPUT IX.

Ad exempla venio hoc effectura, ut nemo aut ampliter, aut diu, aut feliciter imperaſſe Brugenſes admiraturus ſit. Senatum vide prudenter eligi, prudentiùs curas partiri, prudentiſſimè ſingulas adminiſtrare. Conſtat is ex optimatibus partim nobilitatis, partim populi, quorum nimirum conditio authoritatem augere, fortuna amorem conciliare, ingenii cultura, uſu rerum valere conſuevit; nec patet ad hunc apicem aditus, aut Dardanario, aut infami, aut ſpurio. Atque hoc etiam obſervare ſolent, ut mixtim cum ſenibus juvenes coöptentur, ut nimirum ab illis hi imbibant dogmata prudentiæ, & horum vivacitas illorum experientiæ, ingenium judicio, diligentia maturitati conjuncta ſtatum producat longè beatiorem Laconico, aut Platonico ubi ſolis decrepitis, & paucorum dierum Senibus reipublicæ adminiſtratio committebatur.

Sic electi onus commodè partiuntur, ita ut bini ad *leves cauſas* decidendas 15. libellas non excedentes, deſignantur, quas compendio, ne querula ſæpè & pertinax ad vindictam plebecula longo litium ductu ſeipſam conſumat, examinant, & dijudicant. Invenio ad annum 1303. à Philippo Theatino litteris in pignus fidei deſuper confectis centum viros ſedandis civium rixis, & diſcordiis electos dictoſque pacificatores, ſed opinor hoc temporaneum duntaxat fuiſſe. Et quia orborum tam parentibus, quàm conſorte thori prima ratio habenda primi 12. virorum bis hebdomadatim pupillaribus cauſis intendunt accedentibus in oneris, & patrocinii communionem è Penſionariis uno, è Conſiliariis primo. Et quia non parùm intereſt, ut peculium oppidi utiliter diſpenſetur, & interim ſarta tecta omnia ſerventur, bini etiam de operibus jubentur deſpicere, & cum Quæſtoribus conferre: & quia frequenter uſu venit in Emporio, & urbibus Mercurio, & fortunæ litantibus, multos ad extrema protrudi calamitatum, bini etiam obæratorum negotiis intendent, ut media remediaque oportuna, & tempeſtiva adhibeantur. Pari etiam numero examini reorum, & carceri mancipatorum deputantur, omnes autem omnibus juri dicundo. Ne autem annalis illa Senatus innovatio, ad frangendas potentiæ popularis vires inventa, ignorationem rerum agendarum procreet, adſunt, & conſilio juvant perpetui Penſionarii octo. Major putâ Carcerarius, Pupillaris, Theſaurarius, Commiſſarii tres, & Stapelarius, & Graphiarii duo, civilis

&

criminalis, omnes ab officio & munere, ad quod convocantur diſtinctionis ſortiti cognomentum, omnes juris & legum non ignari, ſæpè etiam laurea ornati Academica.

CAPUT X.

NE optimatum hoc tribunal, aut plebi ſuſpectum, aut alioquin communitati minùs utile eſſe poſſet, velut frenum quoddam ab antiquo injectum eſt, Conſilis & pari cum ſuperioribus numero Senatorum præſentia, qui *Communitatem*, ſive corpus populi repræſentant, nec unquam à conclavi excludi poſſunt, & unà opinantur, conſulunt in rem, ſententias dicunt, quamvis ne par undecunque authoritas turbationem inducere poſſet, & nimium quantum Senatoriæ dignitati derogare, ſuffragia eorum colliguntur. Imò verò ne largius, ut fit ſubinde, peculium Urbis aut negligentius diſpenſetur, nec rationes annuæ accepti expenſique, niſi præſentibus his, & ampliùs teſte toto populo in 74. opificiorum Decarchis repræſentatæ audiuntur, nec ſigillum oppidi majus educi ex area poteſt, niſi aſſentientibus & aſtantibus, ut ſuprà tetigi, novem Decanis gravibus: quæ omnia prudenter adinventa, ne optimatum potentia plebem ullatenus queat opprimere.

Cęterùm ut Conſuli, Jovis inſtar conſilio Magnorum Deûm præſidenti, non vacat exiguis rebus adeſſe, ſubſidiarios habet, inferioris ſubſellii magiſtratus & officiatos; Ædiles, ut dixi, duodecim, cum Decano primate, in cauſis ædificia tangentibus, Decanos 73. ſingulos cum ſuis ſubſidiariis, in eis, quæ rem opificii ſui concernunt, diſponentes, ut verbo dicam, non eſt ad benè beatèque adminiſtrandam rempublicam, quod poſſit meritò deſiderari, omnibus ad amuſſim, ſingulis ex æquo & bono ordinatis taliter ut juſtitiæ, cujus adminiſtri ſunt Prætor urbanus cum Sculteto vicem Principis gerentes, ſuus honos; juri ſua conformitas, politiæ ſuum decus, civitati generatim ſua permaneant ornamenta, conſpirantibus in hæc junctis quaſi viribus, clero, Senatu, communitate.

CAPUT XI.

SUpereſt in triade mea, Magnificentia, velut color quidam virtutis, hoc agam, ut ſplendidiore forma, & ſuprà communem in oculos incurrat, ideò Diis & Deorum in terra Vicariis commendatiſſima, & huic inprimis reipublicæ tam foris, quàm domi, tam extra ordinem, quàm aſſiduè. Norunt qui hiſtorias norunt, quanto apparatu Legatos ſuos Brugæ tertiò Pariſios miſerint, nonnunquam contra Comitem Regi ſupplices, & largitione, clientelis, & famulitio admirandis, alias cum ipſo. Unde elegans jocus in ore eſt, eos in Comitatu Ludovici Principis ſuis Franco juramentum dicturi, cùm fortè inter prandendum pulvinaribus carerent, pallia ſive mantellas ſibi ſuppoſuiſſe, eiſdemque in cœnaculo relictis, abceſſiſſe, rogatoſque reſpondiſſe, moris ſui non eſſe, ſicubi pranſitarent, pulvinaria cum cibis auferre. Salſè profectò reprehenſa Gallorum incivilitas, & è diverſo laudata Grudiorum urbanitas.

CAPUT XII.

NOtum eſt quanto ſplendore byſſinis, ſericis, aureis argenteiſque veſtibus ornati ad ludos ſoleant procedere Gandavum, Bruxellas, Antverpiam: in primis autem Tornacum, ubi ludis baliſtariorum anno 1394. indictis, præmium de ſplendido ingreſſu, ut loquitur Meierus, quadraginta octo urbibus præripuerunt. Et ſi quando bellis aut rebellionibus ponendo fini, aut ineundæ concordię à Flandrię membris legati mitterentur, alii ſæpiùs plebeios, & obſcuris ortos natalibus, Brugenſes vix unquam, niſi claro loco natos obſervarbis ablegaſſe, & horum partibus longè plures ſemper nobiles faviſſe, quàm aliorum, ubi factionis plebeiæ capita quidvis pro libidine deſignabant. Ut nihil mirum Philippum Archiducem Maximiliani filium euntibus ad palęſtram Gandenſem baliſtariis Brugenſibus inſtar indigenæ civis ſe miſcuiſſe, non vulgari popularitatis exemplo.

Nec domi minùs illuſtres extitère: ut enim diſſimulem Comitum nuptias Regales, Comitia aurei velleris, pompas funebres Principum, in quibus aliquam profectò nec contemnendam magnificentiæ partem tulit civitas. Ut taceam aliis etiam Urbibus communia in Principum inauguratione ſolennia: famam meruit dies illa, qua Philippum Bonum cum Duce Aurelianenſi introeuntem ſumptuoſo octoginta argentearum buccinarum clangore, & ſtupenda magnificentia ſalutârunt. Eduardum quartum Anglia profugum tam honorificè per hebdomades quinque ædibus Gruthuſiis coluerunt, ut reſtitutus ſceptro, per litteras Senatui gratias ingentes egerit. Fredericum Imperatorem anno 1485. filium nepotemque viſitaturum tam ſplendidè exceperunt, ut nullam toto Belgio urbem vel acceſſiſſe ad eam feſtivitatem confeſſus ſit.

CAPUT XIII.

SEd hæc extra ordinem facta, ideòque forſan minore digna admiratione. Ad quotidiana venio. Bruganæ Virgines, ut formæ gratiam præ cæteris Belgii apud exteros

ros reperiſſe putantur, ita ornatus venuſtatiſque laudem, adeò ut Joanna Navarræ Regina, Pulchri Gallorum Regis uxor, cum anno 1302. huc ingreſſa fœminarum pulchritudinem, & in amictu luxum indignabunda intueretur, exclamaſſe ſcribatur: Ego me ſolam Reginam arbitrata, ſexcentas hîc conſpicio. Viri quamvis formæ neglectum laudem reputantes vulgò nitidi magis quàm compti ſint, tamen in convictu opipari, atque liberales in exteros præſertim, morum dexteritate fortunata præditi, ut non immeritò ingenia eorum Atticis ſimilia Eraſmus ſcripſerit, Philippus Rex dixerit, & animos Joviales magis, quàm ſaturninos.

CAPUT XIV.

NObilitas autem urbana, nuſquam tota Flandria major & ſpectabilior eſſe conſuevit, adeòque ſuperſunt aliquorum intra ipſos muros aquis, & pontibus ſublicis contra ſubitos impetus prætoria, primatum, ut opinor, habitationes antiquitus, & contra furibundam plebem aſyla: nec ſciam, an ullo totius Belgii loco intra mœnia ejuſmodi munitiones privatis permiſſæ ſint; ut taceam regali impendio in ſuburbanis extructa à Nobilibus Caſtella, ad oblectamentum & ſecuritatem, quorum pars melior inteſtinis Flandriæ, aut nuperis Belgii civilibus bellis in rudetum concidit.

CAPUT XV.

SI Senatum aſpicis, vide quot ſtipatum clientibus & miniſteriis. Satellites 12. Oſtiarii 6. Scabelletii, (ſic à damno avertendo vocantur, aut ut antiquitus, ut ex civitatis antiquis Rationibus conſtat *Scharrewetters* ab obſervandis turbis, quas *Scharen* vocant, corrupta tunc uſitata Gallica dictione *wetter*, quod obſervare ſignificat) præter eum quem primo quis Conſulatu proprium ſibi ad vitam eligit, 14. Nuncii, Citatores 12. Curſores equites 3. pedites 12. Clerici univerſim 13. Præfecti diverſis oppidi locis omnes 16. Patroni Cauſarum, & procuratores publici, tam domi, quàm foris 7. Medici & Chyrurgi 4. obſtetrices 8. Tabelliones publici ſex, Ludiones & Muſici decem, Profeſſiones publicæ tres, Gymnaſia publica novem, jurati plerorumque opificiorum 10. Naucleri cum aliis, circa mare & portum vigilantes centum quindecim, atque hi omnes ſtipendia aut honoraria è publico accipientes, præter quos infiniti alii ad placitum, nulloque obligati juramento, tam Senatui, quàm privatis ſubſerviunt.

CAPUT XVI.

QUia Gymnaſiorum & Profeſſionum incidit mentio, ne tenebras lectori offundam ob raritatem rei, ſpeciatim adjicio, Joannem de Witte Cubenſem Epiſcopum ultimis teſtamenti tabulis anno 1539. partim ut ſacerdotum otio conſuleret, & adoleſcentum gratificaretur induſtriæ, ternas in ſalis prælectiones inſtituiſſe litterarum, Philoſophiæ & Theologiæ, quas Georgius Caſſander auſpicatus, Jacobus Crucquius, & alii ſcriptis noti, obtinuerunt. Curiales inſuper ſingulæ ludos elementarios habent, & habuerint ante tria ſæcula; cum reperiam de ludimagiſtris decretum anno 1304. Denique recenti memoria Patres Societatis Jesu favore Senatus & munificentia Gymnaſium magno fructu aperuerunt, templum ſtruere cœperunt, & Collegium adornare ab annis plus minùs viginti. Ad extremum utriuſque ſexus binæ ſunt pauperum Scholæ, de quarum utili inſtituto ſuprà dixi.

PARS

PARS QUARTA ET ULTIMA.

CAPUT PRIMUM.

REm ſacram Brugis auſpicari intereſt à famoſiſſimo Donatiani D. Antiſtitis templo, quod in Burgo viſitur antiquiſſimum. Et quia minùs probabile ſit ab ipſis Brugarum cunabulis, & reſtauratione per Comitem Eccleſiam muris excluſam, cùm nulla ejus ævi intra illos reperiatur, occaſionem arripuerunt plures, exiſtimandi Ædem D. Virginis anno 801. per Lydericum Harlebecanum inchoatam, & quinquaginta poſt annos à Ferreo abſolutam illam eſſe, quæ ob tranſlatas eò Donatiani Rhemorum Epiſcopi reliquias nomen mutavit. Nec vana fides: eò quòd Comitis Regia in propinquo extiterit, & referant annales, Sacelli Principum, quod catenus Audomaropoli fuerat, honorem anno 863. in ædem Deiparæ & Donatiani (hos duos conjungit codex Bertinenſis) tranſlatum.

Hoc ſi ita eſt, dicendum unà Arnulphum Comitem anno 940. Donatiani patrocinio jam tum gaudentem ampliaſſe, ita ut multis extructor fuiſſe credatur, & ſcribatur. Quicquid ejus ſit ſuperbum illud chori ædificium, hodieque conſpicuum: ferrei opus eſt, quippè quod tempore cædis Caroli in ambulacro ejus ſuperiore nequiter patratę extiterit, pronai tamen ſtructura nonnihil videtur recentior, ex jocalibus Reginæ Gunildis conflato ære, & turris recentiſſima, cùm legamus anno 1316. eam collapſam, & centum ferè poſt annos deflagraſſe, & jam tertiò reſtitutam ſupereſſe. Fornices templi medios & concamerationem operoſam alibi vix ſeſquiſeculi eſſe judicant artifices, indicant operæ.

CAPUT II.

A Prima hujus Ædis conſtitutione ad rem divinam Clericos Comitis munificentia deputatos, non eſt quod dubitemus. Arnulphum certè Marchionem tradunt anno ſuperiùs laudato tredecim Canonicos dotaſſe, unius Prępoſiti velut curę creditos. Quorum numerus poſteà auctus ad 27. uſque prębendas majores, & minores quatuor, & Prępoſito frequenter ſecularibus intricato ad regimen domeſticum adjectus Decanus ......

Codex miraculorum D. Donatiani, quorum pars in lectionibus matutinarum precum decantari conſuevit. Canonicos non alio quàm *Fratrum Eccleſiæ* dignatur vocabulo, quia nimirum vitam regularem licèt nullis aſtrictam votis agebant. Superſunt adhuc loca Scholæ, cœnaculi, dormitorii, imò cellularum memoria recens eſt, in quibus Canonici non ita pridem ſolebant feſtis majoribus quieſcere, imò ampliùs annum, quem vocant, reſidentiæ, non niſi in clauſtri ſepto dormiens explebat. Degenerârunt autem Canonici ab hac morum ſeveritate bellis frequentibus, & difficillimis, viam libertatis aperientibus.

CAPUT III.

CAput ab antiquo hujus Principalis Collegii Præpoſitus erat, & Præpoſiti ferè ex præcipuis Flandriæ optimatibus Comitum filii, affines, palatini. Quos tanto Comites favore proſecuti ſemper, ut non contenti eos Sacellanos & Confeſſores palatinos nominaſſe, anno 1089. Canonicos quidem perpetuis domeſticis aſſcripſerint. Præpoſitum verò Magnum Flandrię Cancellarium, & monetæ magiſtrum hęreditarium declarârunt, rara, nec ullis aliis provinciis communicata prærogativa. Quod jus poſteri ita mordicus retinuerunt, ut recuſante nonnunquam Comite eos ad muneris officia recipere, tota regio diris Pontificiis fuerit involuta, quod factum anno 1295. procurante Leonardo Præpoſito.

CAPUT IV.

COllegiata hæc in Cathedralem anno 1559. ſublimata Præpoſituræ dignitas Epiſcopo acceſſit, cujus diœceſis ampliſſima ad quinquaginta quatuor in longitudinem, & 25. millia paſſuum Italicorum in latitudinem porrecta, complectens illo ambitu oppida 14. pagos centum triginta ſex, inque eis municipia 17. cœnobia Benedictini inſtituti octo, Ciſtercienſis 6. Præmonſtratenſis unicum, Canonicorum Regularium 6. ſecularium Collegia 7. Franciſcana 20. Dominicana 2. Carmelitica totidem, Auguſtiniana 5. Carthuſiana 2. Hieronymianum, Gulielmiticum, Annunciatarum, Victorinarum unicum, Ho-

ſpitalia, & id genus Hieræcia 35. venientibus in numerum etiam eis quæ nunc defecta injuriis temporum, & denique quæ ad alios uſus recenter applicata, prout ſuis ſingulorum poſteà locis afferam.

Epiſcopum nunc agit ſummo cum applauſu & fructu Carolus Philippus à Rodouan Berlegemius, ante Middelburgenſium Antiſtes, Vir generis ſplendore, & virtutum heroicarum inſignibus apprimè nobilitatus. Præceſſerunt alii tres in Donatiani ſepulturæ locum nacti talibus cum Epitaphiis.

Reverendiſſimo D. Petro Curtio Brugenſi, primo hujus civitatis inſtituto Epiſcopo, perpetuo Flandriæ Cancellario quondam apud Lovanienſes S. Theologiæ Profeſſor ordinariæ hoc monumentum extremæ voluntatis deſiderio poſitum eſt. Sedit in Epiſcopatu annos 5. menſes 3. dies 9. vixit annos 76. Obiit 16. Kalendas Novembris anno 1577.

Sepultura Reverendiſſimi D. Remigii Drutii Caſletani Brugenſis ſecundi Epiſcopi, Cancellarii Flandriæ perpetui, Regis Catholici in Supremo Conſilio Mechlinienſi, 13. annos Conſiliarii, cùm munia Epiſcopatus 24. annos, & menſes 6. exercuiſſet, & annum ætatis ſuæ 75. exceſſiſſet, caducam hanc vitam cum alia feliciore commutavit, 12. Maii, anno 1599.

Sepultura Reverendiſſimi D. Matthiæ Lambrecht Franconatis, Theologi, qui poſt functionem primùm Pœnitentiarii, deinde Archipræsbyteri & Archidiaconi, tandem tertius factus eſt Brugenſium Epiſcopus. Sedit annos 5. menſes 9. dies 14. obiit 1. Junii anno 1602.

Reverendus Generoſuſque Dominus Claudius Carondelet, Eccleſiæ hujus Cathedralis Brugenſis ultimus Præpoſitus, perpetuus Flandriæ Cancellarius, Decanus Eccleſiæ Metropolitanæ Biſuntinæ, Carolo quinto Imperatori ſemper Auguſto à privatis Conſiliis, futuræ corporum reſurrectionis memor ſibi & ſuis teſtamento fieri juſſit, vixit annos 51. deceſſit 3. Idus Auguſti, 1564.

Reverendiſſimus Dominus, D. Joannes Carondelet, Archiepiſcopus Panormitanus, Primas Siciliæ, Præpoſitus S. Donatiani Brugenſis, Cancellarius Flandriæ perpetuus, Decanus Metropolitanæ Biſuntinæ, Abbas Commendatarius B. Mariæ montis Benedicti, Præpoſitus S. Walburgis Furnenſis, & S. Piati Siclinienſis, Caroli quinti Rom. Imp. Aug. Secreti, aliorumque Conſiliorum in Belgica Præſes primarius, humanæ fragilitatis memor ipſe ſibi poſuit. Obiit 7. Februarii, anno à Chriſto nato 1544. ætatis 75.

CAPUT V.

PRincipum etiam qui hanc ædem ſua honorârunt ſepultura, non tacebo Epitaphia. Margaretæ inprimis, cujus tumulo talis appendet inſcriptio.

Hæc fuit Margareta uxor Balduini Comitis Flandriæ & Hannoniæ, primi Marchionis de Namur, mater Elizabeth ſanctiſſimæ Francorum Reginæ, Filia Theodorici, & Soror Philippi Comitum Flandriæ. Hæc fuit plurimorum meritorum, præcellens in omni opere bono cunctas mulieres viventes tempore ſuo. Obiit 17. Kalendas Decembris anno Domini 1194. *menſe Novembri.*

Ludovici demum Nivernenſis Epitaphium, cujus ex Gallico traduxi, de verbo ad verbum.

Iſthic jacet Princeps potens & Nobilis
Benè cui precari convenit,
Memores, Neverſii & Comes Retelii,
Et Flandriæ. Defunctus eſt
Sexta die ſextilis & vigeſima,
Anni ſupra milleſimum.
Sexto, quater decimo, atque ter centeſimo,
Orate ut animæ ſit benè.

Gouildia denique Danorum Regis nata, ab Henrico Cæſare divertens, apud Balduinum Comitem conſanguineum recepta, ut Pſalterio Latino cum enarrationibus Saxonici idiomatis, & aliis Eccleſiam ditavit legatis, ita ſepulchro honoravit.

CAPUT VI.

ASſervatur in Cathedrali hac æde B. Donatiani corpus (undè non Eccleſia tantùm, ſed & urbs *Caſtrum S. Donatiani* vocitatum) ſeptimi Rhemorum Epiſcopi anno 863. huc tranſlati è Torholto monaſterio per Balduinum Marchionem Flandriæ, quæ id *Ebonis* Rhemorum Epiſcopi dono accepit. Ebonis litteræ ad Balduinum citantur à Molano ad 14. Octobris, vita quotannis in officio matutinali prælegitur, & eſt poſterior ejus pars transſcripta ex libro Heriberti Abbatis Haſnonienſis, de reſtauratione ſui monaſterii, prior ex Frodoardo, niſi quòd exſcriptorem fefellerit numerus Romanus, dum Dionyſium Papam à Clemente XVIII. poſuit XXII.

Vixit autem B. Donatianus, non ſub Conſtantio, quod opinatur Matthias Laur. in ſuis Eccleſiaſticis annalibus, ſed quod vita ejus, ſub Aurelio, non Philoſopho, ſed Heliogabalo anno 220. & cùm laudatur eodem tempore, Dionyſius Papa, quem demum anno 261. incepiſſe prælaturam conſtat, & Eccleſia B. Nicaſii quem demùm quarto poſt Donatianum loco præfuiſſe ſcimus, id per anticipationem intelligendum, pro æde poſt Nicaſii titulum adepta,

adepta, & Monacho poſt Pontificatum adepto. Tranſlationis porrò primæ dies trigeſima Aprilis, ſecundæ dies eadem, quæ Theophaniorum; tertia ſub Curtio Antiſtite facta; & quarta ſub Rodoano, repertis inter tot hæreſeon procellis ex integro theſauris hiſce.

CAPUT VII.

Aſſervatur præterea translatum ex æde proxima Feretrum D. Baſilii, cum parte oſſium ab Elſatio ex oriente tranſvectorum. Inſuper peculiari Feretro reliquiæ B. Maximi Regienſis Epiſcopi, Bononiâ per Balduinum ſecundum Comitem adductæ, unà cum oſſibus B. Ilheri, Antiſtitis etiam, ſed de quo nihil in ſcripta relatum eſt: Ut taceam caput magni illius Chryſoſtomi, quod opinor, Bizantio tranſmiſſum, & Cryſolii à Cominenſibus communicatam portionem, & Eleutherii, aliorumque è primis fidei in Gallias propagatoribus; ut taceam etiam Caroli Boni Marchionis & Martyris Flandriæ, qui in ſuperiori templo Divi Donatiani pro juſtitia martyrii coronam adeptus eſt.

Quo loco crux à majoribus collocata quaternis clavis confixa. Longus erat novem pedes, & hauſtus è vulnerato cranio liquor ſæpè febricitantibus ſalutaris fuiſſe viſus. Extat ejus vita per Walterum Archidiaconum Morinenſem, & alios, & alibi hic verſus.

Templa, Deum, viduas, reparando, colendo, cibando,
Martha, Maria, pius Samaritanus eras.
Servus, juſtitia, templum, Martiſque ſecunda,
Caſor, cauſa, locus, lux tibi mortis erant.

Dies enim Martyrii erat ſecunda Martii, Burchardus Stratenſis cum nefariis complicibus, alioquin ſubditus Comitis, auctor parricidii, de quo fuſiùs alibi.

CAPUT VIII.

De ſplendidiſſimo Virginis Matris fano quæ apud ſcriptores reperi adſcribam. Annales Lydericum Flandriæ Foreſtarium aiunt ædiculam B. Mariæ inchoaſſe ſub annum 801. Balduinum Ferreum quinquaginta poſt annos perfeciſſe, Carolum Bonum tranſlatis monialibus D. Bonifacii in vicum Oedegemium, templum elegantiori opere augmentatum Canonicis inſtruxiſſe 12. Præpoſitum pro capite habentibus. Hæc illi. De monialibus porrò illis quicquid ſit, necdum ſolidè licuit cognoſcere. Videmus certè præter dictos Canonicos & Curiones tres, quatuor Sacriſtanos, Symphoniacos ſeptem, Sacellanos intra chorum 20. extra 18. Vicarios 4. Spectabiles. Sunt tumuli Inviċtiſſimorum Principum Caroli Pugnacis, & Mariæ Imperatricis. Ludovici etiam Gruthuſii Winceſtriæ Comitis, & Margaretæ Borſelæ uxoris ejus, & aliorum.

Inter reliquias aſſervant portionem oſſium B. Bonifacii, & ſalutiferæ crucis per Flandriæ Comitem allatam. Inter diplomata exhibent Rabodi Epiſcopi litteras Canonicorum inſtitutionem probantes. Veſtes & ſuppellectilem ſacram mirantur exteri, ſtructuræ etiam elegantiam.

CAPUT IX.

Tertia denique Salvatoris 20. Canonicorum cum Decano Collegio ornata à B. Eligio putatur inchoata, ejus aſſervans reliquias; cæterùm poſt incurſiones Normannicas aucta, & per Tornacenſem Epiſcopum Canonicis honorata, aſſignatis Beatorum Walburgis & Jacobi parœciis. Habent certè hîc (teſte Damhouderio) præter Cantores, Paſtores, Cuſtodes, alioſque numero cum Marianis pari, Sacellanos complures diverſis intervallis fundatos. Ab incendio anni 1358. quod templum 5. Idus Aprilis totum abſumpſit, haud multò pòſt pulchrius caput extulit.

CAPUT X.

Capella D. Baſilii Collegiata olim teſtibus Romanæ Curiæ indiculis, nunc appendix Cathedralis Canonicis Sacellanorum titulo nunc contentis, & per leges concordiæ Anno. . . initas ſigillo, aliiſque Collegiatarum juribus renunciare coactis. Opus eſt Theodorici Comitis Sybilla Balduini Solymorum Regis filia in uxorem ductu nobilis, qui pretioſum Chriſti cruorem è depoſiti corpore Spongia deterſum per Joſephum ab Arimathia incomparabile donum per manus Leonii Abbatis Bertinici (teſte Iperio) huc tranſmiſit anno 1148. & quatuor ad ſacra peragenda clericos inſtituit, hebdomadatim per vices præſidatu chorali fungentes, & cum ſubſidiariis aliquot penſa horarum quotidiè exolventes. De hoc cruore Clementis Papæ in litteris Avenione, Pontificatus anno 5. datis, verba ſunt. Eccleſia D. Baſilii quam ineffabilis altitudo providentiæ, recti cenſura judicii cœleſtia pariter & terrena diſponens prærogativa ſublimavit honoris & miraculorum aſſiduitate decorat.

Exiſtit non modica quantitas ſacratiſſimi ſanguinis pretioſiſſimi corporis humani generis redemptoris, & qui per omnes dies hebdomadæ, die veneris duntaxat excepto, quaſi quandam in modum lapidis duritiem repreſentat, die verò prædicto ut plurimùm hora ſexta liqueſcit, guttatimque diſtillat, quod miraculum anno 1309. 14.

 eodem

Calendas Maii ceſſavit triſti augurio. In eodem diplomate refert Burgimagiſtros, Scabinos, Conſules, & Univerſitatem dictæ Urbis Brugenſis à ſeptennio citrà, vel circiter proceſſionem inſtituiſſe in feſto Inventionis S. Crucis. Quam confirmat celebratam primo anno 1311. Et ſanè ſolent ad hanc annuam ſupplicationem indulgentiis mirificè ditatam omnes è vicino Prælati & Nobiles evocari. Sodalitas inſuper triginta virorum, è quibus annalis eligitur Præpoſitus conſtans ferè primariis Oppidi, inchoata eſt ab eodem Comite. Quanti autem theſaurum hunc Brugenſes ſemper fecerint, vel ex eo licet æſtimare quòd non ceſſaverint, donec à Philippo Rege Francorum perpetuum obtinuerint promiſſum, quo decernebat nunquam ſe ex hoc loco incomparabilem hunc theſaurum tranſlaturum, ſcriptum anno 1296.

CAPUT XI.

CUriales ab antiquo in urbe & præurbio erant Donatiani, in Burgo & Deiparæ in Mareſco. Et videtur poſteà Sacellum S. Crucis in villa Jera (ita enim in litteris anni 1088. vocatur) & Ægidii in Dorpo in communionem oneris paſtoralis aſſumpta. Et denique veterem Salvatoris Eccleſiam cum ſecundariis Divorum Jacobi & Walburgis eodem jure receptam. Ultimò autem B. Annæ & Catherinæ templa, de quorum ſingulis plura aliàs dabimus.

CAPUT XII.

COEnobia utriuſque ſexus plura in agro ſuburbano & adjacenti fundata olim, nunc autem cogente bellorum furore intra muros reſtituta, aut ſaltem hactenus in urbe exulantia leviter duntaxat hîc viſum perſtringere, ſuis locis ampliter deſcribenda. Ita nimirum Abbatiarum S. Petri Aldeburgenſis, & Andreæ Stratenſis Benedictinæ Regulæ Archimandrita laudatiſſimus Joannes Bonrier, hactenus cum ſuis monachis Urbem & domum refugii in ea habitat. Ita Abbatia de Toſan Ciſtercienſis, & de Dulci Valle Regularium inſtituti, illa menſæ Epiſcopali, hæc Collegio Societatis Brugis unitæ, Brugis cenſentur commigraſſe. Et in altero ſexu ad familiam Benedicti ſpectantes Godolevicæ Virgines è Giſtellano oppido: ad Bernardi claſſem referendæ Spermalienſes ex Sicelano vico: ad Auguſtini regulam viventes Sareptanæ ex Dammenſi agro, Gertrudanæ ex Trudonenſi Parochia advenerunt omnes Brugas, velut aſylum nactæ. Utriuſque ſexus inſuper Carthuſienſe Cœnobium, etſi in Urbe ſit reſtauratum, & ſecundariò velut fundatum, tamen quia ſuburbanæ eſt originis, cum aliis deſcribam ubi in agros me ſcriptionis ordo vocaverit.

Abbatia ad extremum Quercetana Canonicorum Regularium celeberrima, etſi à pluribus ſeculis intra pomœrium Urbis extiterit, tamen in Baſilica Trudonenſi primitus reperitur fundata ſuo ibi loco oportuniùs enarranda. Hic porrò tantùm breviter ſat habens monaſteria tam celebria Brugenſi oppido inſita nominaſſe, cætera intra aut juxta muros nata proſequar.

CAPUT XIII.

QUadrigam itaque prima pagina trahet cœnobiorum virilium nec ordine, nec authore, nec tempore eiſdem conſtructam. Bogardicam enim à laicis tredecim textrinam curantibus accepit initium, qui ſub Annum 1370. ab Archimandrita Eeckhoutano locum juxta muros oppidi, ut tamen res erant, redemerunt, & in communi vita labores manuum manducabant. *Fratres Textorum* primùm & denique *boni pueri* Bogardici vulgò audiebant, non ab hortorum amœnitate, ſed à D. *Begga*, ſive *Lamberto le Begge* Leodino, ut aliàs docui. Cæterùm authoritatem faciente Nicolao quinto Pontifice Anno 1450. titulo Fratrum de Pœnitentia JESU-CHRISTI, tria religionis vota emittere, & Franciſci tertiam amplecti regulam cœperunt, Franciſcanorum Miniſtro Provinciali aliàs obnoxii.

Sed cùm in hac vitæ & morum aſſumpta ſeveritate non perſeverârent, & liberiùs debito viverent, Senatus Anno 1513. adhibito in conſilii communionem Guardiano Minorum, Virum probum Laicum, ſartorem peculio monaſtico præfecit, F. Joannem Camerlinck vulgò dictum, & Religioſos ne otio, quod vitiorum mater eſt, deinceps torpeſcerent, certo numero pauperibus docendis juſſit occupari; feliciter ſanè, niſi haud multò pòſt contagio graſſata cœnobium invaſiſſet, tanto diſpendio, ut vix unus ſuperſtes evaderet. Quo factum ut Senatus cœnobium ad ſe trahens Seminario pauperum aſſignarit, hodieque nomen ſervanti.

Guilielmitæ quo fundatore cœperint, necdum ſcire potui, certus Anno 1377. Auguſti 16. templum eorum à Tornacenſi Antiſtite dedicatum fuiſſe præſente Maximiliano pòſt Cæſare.

Fratres Hieronymiani, ſive *Alexiani* dicunt ſe temporibus Maximiliani Cæſaris è ſuperiori Germania adveniſſe, ut ægris operam impenderent, admiſſi.

Tertiarii ab adverſo ædibus eorum inſignio *Stael-yſer-broeders* nuncupati cœperunt privatorum opibus ante ſeſquiſeculum templo circa Annum 1472. aucto & dedi-

dedicato, quod nunc Trudonenſibus Virginibus attributum eſt, monachis vitio temporum aut ſuo extinctis.

His ſubjungam Beginaſia bina Virginum inprimis profeſſarum D. Auberti, de quarum initio nihil dum cognovi, eò quòd Cœnobium Carthuſianis acceſſerit, & Liberarum quæ Anno 1244. Joannam Comitem Flandriæ fundatricem invenêre.

CAPUT XIV.

AUguſtini ſigna ſequentes hîc ſecundus faſciculus colliget, & colligabit Eremitas in prima acie veluti arietes hujus gregis, receptos in agro Brugenſi ante quatuor ſæcula ſuburbano primùm, denique urbano. Mœcenates primi novorum hoſpitum Gruthuſii, primarii fundatores Giſtellani, nominatim Joannes de Giſtella miles Dominus de Formoſellis, & de Waſtina, qui (verba ſunt diplomatis) ad honorem Dei omnipotentis, & omnium Sanctorum, & præcipuè Confeſſoris ſui S. Nicolai omne jus quod habebat in fundo, in quo ſita eſt Capella S. Nicolai in Brugis, ac in ipſius attinctiis cum omni jure Patronatus ad ampliandum divinum officium in eo Religioſis Fratribus Eremitis S. Auguſtini purè & liberè contulit, & donavit, Anno 1275. Sabbatho ante Epiphaniam. Hæc itaque Cœnobii hodierni primigenia formatio, quod licèt duobus alibi locis cœperit, diverſa alibi duo Sacella habuerit, velut ſemina novellæ plantationis, tamen hîc primùm radices agere, pomeria ſuæ habitationis extendere, officinas adornare maluerunt. Invenio annexum à Gulielmo Halewinio Anno 1445. alterum ſuperiori ſacellum, invenio Annis proximè elapſi ſeculi primis viginti maxima templum ſumpſiſſe incrementa, quod Iconoclaſtarum manus nimium quantum ſenſit, & è ruderibus ſuis ſurgit annitente plurimùm Joanne Silvio Cœnobiarcha digniſſimo.

Erantque (ut unum è multis exemplum producam) ante nuperas turbas ſex Theologiæ Doctores præclariſſimi hujus domus alumni Chriſtophorus Sanctotitius Vicarius Generalis, Rogerius Juvenis, Judocus Ruyngout, Jacobus Veldius, Provinciales, Philippus Liſanius, & Walterus Rotarius Priores. Tales rami, taliter frugi & fructiferi, ſub quorum ferè umbra latent inferioris ſexus Cœnobia hæc.

Alterius porrò ſexus ſunt Auguſtini ſectatrices præter Victorinas, de quibus alibi, Sorores S. Spiritus nigris utentes, à trecentis quinquaginta Annis, ut volunt, fundatæ.

Betanicæ etiam Anno 1361. ſub patrocinio D. Magdalenæ leguntur inſtitutæ.

Caſtanienſes autem circa eadem tempora, etſi de authoribus nihil dum ad notitiam meam pervenerit.

CAPUT XV.

EREmitas Eremitis ſubjungam, Aſiaticos Africanis, *Fratres* puta *B. Mariæ de Monte Carmelo* ſub idem ferè cum Auguſtinianis tempus civitate donati privatim habitârunt, donec Margareta Comes bonarium terræ vel circiter (ita ſcribit litteris anno 1260. apud Brugas datis) in quo fratres dicti ædificare cœperant, catenus quatenus ibi Eccleſia, cœmiterium, & clauſura monaſterii ſe extendent, tali tradit libertate, qualem ipſa, & anteceſſores ejus Eccleſiis ſuæ terræ dignoſcitur conceſſiſſe. Scriptis hîc claruit Joannes de Arundine Usbitenſis Epiſcopus ad annum 1492. Tritemio laudatus.

Ejuſdemque inſtituti virginale Cœnobium titulo Syonis initia ſumpſit Anno 1487. favore Principis acquiſita habitatione in aggere Flandrico, intra limites curialis Ægidianæ templo honori Deiparæ & Confeſſoris Alberti dedicato.

Dominicanorum quis fundator Brugis fuerit, nemo qui vel à limine Flandricam ſalutari hiſtoriam, potis eſt ignorare. Ille nimirum, ille Ordinis non Patronus, ſed pater Ferdinandus Comes Joannæ maritus, cujus extant hac de re diplomata ad Annum 1333. exarata, etſi non ignorem etiam antea hîc viſos & admiſſos Prædicatores, adeòque Januarii diem 22. auſpicalem Anni 1233. fundationis annotari. Habuerunt Viros claros Nicolaum quondam lectorem viſo ante mortem ſervatore lætum, & expirantem in cantu verſus: in Galilæa JESUM videbimus, &c. ut narrat author Chronici Dominicani lib. 5.

Habuerunt hîc ſepultos Symonem Epiſcopum Saliburenſem, & Joannem Epiſcopum Cubenſem, Archieleëmoſynarium Helionoræ Reginæ Francorum. Viſitur etiam tumulus Joannis Alphonſi, qui Philippo Duci à Confeſſionibus fuit.

Virginale porrò Dominicanorum, ut ſic dicam, Cœnobium inferioris paululùm ævi eſt, quàm ſit maſculinum, auſpiciis ſimiliter Principis perfectum.

CAPUT XVI.

TRes hæc pagina dabit Franciſcani inſtituti congregationes. *Capucinicam* à proximo 12. Annis cura Senatus & eleëmoſynis privatorum introductam, cœnobio extra turbas urbis conſtructo, & templo per Epiſcopum Matthiam Lambrechts Anno 1596. ſacris initiato. Alteram *Fratrum de Obſervantia*, ſecundùm oppidi muros

amœno loco per Coſmam Medices avum Leonis decimi Pontificis Maximi fundadatam & ædificatam propriis impendiis, unde ad arctioris diſciplinæ normam invehendam Anno 1515. Religioſi evocati, authoritate Pontificia in urbem tanſlati monaſterium Virginibus de Annunciatione permiſerunt. Tertiam jam inde à D. Franciſci cœptam, ſed extra muros loco per Henricum Rym militem attributo, ſed ob incommoda aquarum à fratribus relictum. Quibus Margareta & Joanna Comites intra muros aucti recenter oppidi locum *Cromberg* aſſignârunt, cœnobium extruxerunt, templum Anno 1257. à Waltero Epiſcopo dedicari curârunt, cœnobium Innocentii IV. Papæ litteris muniri, tantis aſpirante Principum gratia, mercatorum, inprimis Florentinorum munificentia propagatum incrementis, ut pulcherrimum totius Provinciæ fuerit, nec niſi cum præfatione Magni ſoleret nominari.

Sepulturæ locum hîc elegit Balduinus Comitis Filius anno 1290. aliique Principes & Nobiles permulti in Ordinis habitu tumulati. Numerus Religioſorum ſæpè fuit major centenario, & Theologiæ utriuſque ſtudium florebat præſertim à reformatione ſuperiùs laudata, adeòque triginta quinque numero extitiſſe accepi, cùm Anno 1579. ab hæreticis ejicerentur, conventu temploque funditus everſis. Puteus à D. Bernardino benedictus febricitantibus utilis aliquando repertus oſtenditur. Inter reliquias etiam monſtrabant ſiniſtram Beatæ Margaretæ Comitis fundatricis donum 7. frequentibus clarum miraculis circa puerperas periculosè laborantes; Capita quinque & brachia de ſodalitio Urſulano, & notabiles B. Chriſtophori, Panthaleonis, Thomæ Cantuarienſis, aliorumque plurium reliquiæ. Nunc Præfecti cura reſtauratur Cœnobium, & faventibus ſuperis templum reſurget à cineribus ſuis.

Spectant etiam ad eandem Franciſci claſſem etſi inſtituto nonnihil diverſo Annunciatæ, quas à rubea pectoris cruce Rubeas vulgus nuncupat, cœnobium ejus ſectæ tota Flandria unicum, & velut Phœnix quædam per Margaretam Maximiliani Cæſaris filiam Caroli amitam Brugis invecta. Tradux eſt monaſterii Biturigum, unde piiſſima Princeps voti rea octo lectiſſimas veſtales evocans huic velut coloniæ præficiendas, adjunctis ex Conventu S. Eliſabethæ 23. virginibus, poſtridiè Kalendas Februarii Anno 1518. ſolenni pompa omnes in ſuburbanum Minoritarum paulò antè deſertum, cœnobium tranſtulit, ubi religiosè admodum vixerunt, & fundatricem ſuam magnifico tumulo ſepelierunt, noviſſimis bellorum turbis in urbem coactæ reverti, & deſtructo foris loco, Phœnicis inſtar è cineribus ſuis reſurgere.

Conventus autem Eliſabethicus, quem nominavi, ante ſeſquiſæculum ſecus oppidi muros cœpit, Maria Bruynſteyn Theodorici vidua Anno 1471. mortua dotem aſſignante ſororibus ægrorum ſervitio ſe mancipaturis, Divamque hoſpitalitatis magiſtram, Eliſabetham tutelarem habitârunt. His initiis bonæ Virgines favorem, docendo etiam puellulas civium gratiam luculenter, & opes accepêre, ſub unius Præfectæ viventes obedientia, quam Matrem vocabant. Donec tædio tot laborum dubium, an arctioris vitæ deſiderio ſub Annum 1511. regulam clauſtrumque aſſumpſerunt, & ſeptimo pòſt Anno ſeveritate hac non contentæ Annunciatarum ordinem concordibus animis aſſumpſerunt, cœnobio per Senatum ad uſum Gymnaſii puellaris pauperum coempto.

Spectant eòdem Virgines Franciſcanæ regularum diverſarum. Primæ Anno 1469. per Principes fundatæ: Secundæ Anno 1260. per Nobilem Dominam Ermentrudem: tertiæ quæ nunc cœnobium ſuum Godelevianis ceſſerunt, ſub annum 1422. per cives aliquot honeſtos: quartæ Gryſearum ex conventiculo veteri circa Minores anno 1455. in alium à Duce donatum commigrantes.

SUBUR-

SUBURBANUM BRUGENSE.

Extra portas BrugenſesDamum verſus Eccleſia eſt S. Crucis, intraque ejus ambitum titulo Vallis Gratiæ Carthuſia litteris Ducalibus anno 1398. munita. Et legitur ejuſdem ſæculi Anno 18. ductu Joannis Maldegemii Archimandritæ primi, ex cœnobio Audomaropolitano adveniſſe Monachos, Robertuſque Bethunienſis Comes donatam per Joannem Cockelare Presbyterum Eccleſiæ ſtruendæ aream confirmaſſe, & auſpicalem fundamenti lapidem poſuiſſe, Ludovicus Nivernenſis dotem auxiſſe, Petrus ab Aloſto Canonicus Marianus Brugis, & Euſtathius Eccleſiaſtes D. Walburgis novellæ plantationis incrementa promoviſſe. Petrus Adornius vir Nobilis, & ex Conſulari Monachus. largiter benefeciſſe, ita ut è pulchrioribus hoc phrontiſterium haberetur. Ubi claruit, Anno 1428. Henricus Petri Trithemio laudatus ob conſcriptos ſermonum lib. 6. Henricus Prudens Anno 1486. ob Dialogos variaque opuſcula Boſtio commendatus, & comparatus fluvio in ſacris litteris unde bibunt homines & pecora. Remotior aliquantò eſt Siſela ampliſſimæ olim juriſdictionis Dominos cognomines nacta, qui potentiæ ſuæ alas per plurimos terræ Francæ pagos, ipſamque adeò Brugenſem urbem ſolent extendere. Intra hujus Apoſtolorum Principi ſacram curialem tranſlata fuit ex Hugeflieto Abbatia Sanctimonialium Ciſtertienſis inſtituti (malè enim Damhouderio Auguſtinianæ dicuntur) Ægidio de Brene S. Salvatoris Præpoſito locum Sparmaliæ aſſignante, & novæ Jeruſalem cognomentum indente. Factum Anno 1241. confirmatumque à ſancta ſede Anno 1245. Ægidio in alteram vitam vocato, & pone aram maximam tumulato ad Annum 1270. Virginibus poſt cladem Anni 1566. & ſequentium in oppido Brugenſi Hoſpitium Dunenſe habitantibus. Hinc ad ſuburbanam D. Catharinæ Eccleſiam tendenti occurrit Malca Arx aliquot Flandriæ Principum tum domicilio delitiiſque, tum natalibus clara, nuper cum Sicela in Baronatum nobilem evecta, & Joanni Lopez-Gallo nobili Hiſpano, & ſubinde Catholicæ Regiæ Majeſtatis factore poſſidetur à Rege Gallorum Anno 1301. Roberto à Spineto, qui Riolam in Vaſconibus prodiderat Roberto Atrebati donata fuit.

Ad latus porrò conſpicitur pagus Aſſenbrocanus non tam ſuo, quàm cœnobii Vallis Angelorum ibi fundati nomine celebris. Factum autem id Anno 1284. in feriis Theophaniorum, locum angelicis modulationibus aliquando auditis notum aſſignante Comite. Regulam S. Auguſtini ſub directione Patrum S. Dominici introducentibus Heymeſoeta & Sybilla van Damme Sororibus, Margareta Gandenſi, & Criſtina Iprenſi, cœnobio eleganter ædificiis exornato, ſed nuperis bellis vaſtato, Virginibus ſub 48. in ordine Prioriſſa Brugenſem urbem tantiſper incolentibus.

Ulteriùs ut Rabawoburgum caſtrum prætercam, titulo non unó celebris eſt Odegemenſis vicus. Refert enim auctor vitæ D. Trudonis Hasbani ante 5. ſæcula florens libro 1. cap. 14. Beatum illum in ſuo Dominio villæ Brugis cœnobium cùm 80. monachis inſtituiſſe. Sed qui illi Monachi, non addit; nec proclive ſuſpicari, eò quòd fundatio hæc prior ſit Sarcinienſi. Et tamen poſteriori ævo huc illud ſubfuit, non à Monachis, ſed à Canonicis habitatum. Cæterùm per Normannicas vaſtationes veroſimile Cellam hanc S. Trudonis apud Brugias (ita enim vocatur in reſcriptis Cæſarum) degeneraſſe, imò deſiiſſe, donec Anno 907. ibidem circa lapideum pontem coaluerunt fratres de Capella dicti, nigris Gulielmitarum more amicti, ſed qui Anno 1010. evocatis ex Aroaſia fratribus normam veteris inſtituti Auguſtiniani aſſumpſerint, & ſexto poſt Anno in Quercetum ſuburbani Brugenſis tunc, nunc in urbe locum commigrantes ejuſdem ſecum Profeſſionis Virgines in communionem bonorum admiſſas ſubſtituerunt. Quæ permanſerunt eo in loco, & ſtatu, donec Anno 1248. Walterus Epiſcopus bono pacis conſulturus eas à juriſdictione Abbatis Quercetani liberas ex præſcripto regulæ ſancti Auguſtini & Victoris Abbatiſſam & bona ſeparata habere permiſit, & decimo tertio poſt Anno exuſtis fulmine ædificiis cœnobium hinc aliò, circa viam Cortracenſem eſt tranſlatum, nunc Anno 77. turbis dirutum clauſtrum, habitantibus virginibus Hoſpitium Bavonenſe & Tertianorum in urbe.

Canonici porrò quos in Quercetum commigraſſe dixi, titulo S. Bartholomæi Templum & cœnobium ſtruxère, & Abbates (omnium ſeriem & geſta magis amplitèr aliàs dabo) habuerunt. Lubertum Haveſcilten virum nobilem, reconditæque doctrinæ & Matheſeos peritum, ſpiritu clarum prophetico, & Duci à conſiliis, infulif-

fuliſque in conſilio Conſtantienſi per Cardinales donatum, dormitorii & clauſtri forte exuſtorum reſtauratorem, Antonium de Mil Juriſperitum, Philippum de Berſt Jubiliarium Eccleſiæ adjecto Bartholomæi tutelaris Sacello amplificatorem, Carolum Trotin à Pontifice confirmatum, Cornelium Poncaſtel J. C. Petrum Bellechiere Jubiliarium Anno 1571. defunctum ſucceſſore Mathæo Long-eſpeo, cœnobii per adverſarios religionis Catholicæ Romanæ multùm læſi reſtauratore ad Annum 1601. defuncto & hæredem dignitatis relinquente Joannem Montanum Gentilitia cognatione junctum celebri litteraturæ Græcanicæ & Latinæ Doctori, Philippo Montano Brugenſi. Cæterùm aſſumpti ex hoc phrontiſterio in Abbates Dulcis Vallis Walterius de Brune, Quintinus van Heysberge, Franciſcus Joncman, Balduinus Tollin, Joannes Boud, In ſonnebecam vocatus Jacobus de Campen Juris Doctor. Celebres etiam Proceres & Prælati in fratres aſſumi hîc voluerunt, nominatim Joannes Reykenſis Archiepiſcopus, Henricus de Percy, Comes Northumbriæ, Joannes filius Regis Franciæ. Quibus ex intervallo adjici poſſent Nicolaus de Biervliet, Wilhelmus Bielman Canonici. Celeberrimus autem B. Everelmus Anno 1048. Anachoreticam hîc profeſſus exemplo priſcorum in Thebaide Patrum Anno 1060. felicem vitam cum morte feliciore commutavit. De tabella ad extremum Luberti Abbatis validica refert Marchantius, quem lector conſulet.

Cæterùm hinc urbem reſpicit Dynaſtia nobilis Baronatus titilo dudum cum Guyſiano & Toparchiis pluribus ad Claerhoutanos gentem nobiliſſimam devoluta. Cujus ſi amplitudinem conſideres, per 15. pagos ſparſam notabis juriſdictionem: ſi eminentiam, privilegia venationis ubique, piſcationis & aucupii etiam. Curiam feudorum inſignem, Prætorium, & olim jus nundinationis & aſyli invenies: ſi rem ſacram, Templum curiale invenies litteris Regiis Anno 1065. confirmari, collegio Canonicorum Harlebecenſium datum à Balduino Comite.

Et cùm Anno 1170. legas Epiſcopum Tornacenſem arbitrum inter Canonicos dictos, & Bavonenſes Religioſos vetuiſſe, ne horum Abbas poſſit in ſacello de Papinglo, ſub Maldegemenſi paræcia ullos, niſi Religionis habitum ſuſceperint, fratres ſepelire, colligas tum congregationem aliquam Monachorum hîc extitiſſe.

Eiſdem porrò Canonicis Altare de Adegem donatum, & Eccleſia Eclonienſis & Coolſcampi, quorum Eclonia cum duobus aliis municipiis Lembeca & Caprica videntur olim Gandæ ſubfuiſſe: ſitu loci & conſuetudinum conformitate ſuadente, denique ſub ævum Guydonis Comitis ſeparata, & ſui juris effecta, tandem Franconatibus acceſſêre, & habuit Caprica Anno 1400. Dominum Danielem Alaert Quæſtorem Principis, Lembeca Anno 1390. Joannem Crequy, ſed utraque poſt ad Principem rediit.

ALtera Suburbani Brugenſis parte Templa ſunt D. Bavonis & Michaëlis, cum Tillegemio caſtello & cœnobio carthuſienſi fœmineo Vallis S. Annæ. Quod licèt Dorlandus coronæ ſuæ l. 6. referat fundatum à Balduino quodam ſervilis conditionis, ſed heri ſui facto hærede, idque cùm voti reus fieret, loco ubi à paſtoribus candidati ſpiritus viſi fuerant, tamen ego ex Archivis publicis diſco duntaxat Anno 1349. formatum cum templo cœnobium, cui Anno præcedenti Gulielmus Scotus, & Margareta par conjugum, terræ portionem hoc fine aſſignaverant. Debet autem plurimùm Heresbergiis Joanni patri & filio latifundia, debet Voſſiis numinos augendæ doti, debet Senatui oppidano auxilia, tam foris excitata, quàm in urbe ſuſcitata liberaliter ſuppeditanti.

Ulteriùs versùs Ipreletum progredienti occurrit Abbatia nobilis D. Andreæ, cujus hoc exordium. Abbatia Benedictina virilis Apoſtolo Andreæ nuncupata, inter Brugas & Oudeburgum ad annum 1098. Authore Meiero & chronico Affligemienſi, quamvis unum ſuperioribus annum addat codex Andræanus; cœpit curante Roberto Friſio in Paleſtina contra barbaros occupato, fundante Clementia uxore, ibique Sacello exſtructo Reliquias Apoſtoli ex oriente tranſmiſſas reponente. Cellam autem ſive Prioratum Affligemienſibus Sanctitatis famam tum adipiſcentibus contradidit, qui per annos admodùm octuaginta ſeptem, è ſuis Religioſum ſubmittebant, cum aliquot ſubſidiariis ad rem divinam fratribus, donec interventu Comitis, authoritate Epiſcopi factum, ut Abbatem è ſuis elegerint. Priorum primus Eudolphus poſt feliciter jacta hujus ſtructuræ fundamenta primus Ooſtburgum Abbas mittitur. Scripſit de fundatione cœnobii epiſtolam, ubi fusè meminit Taymari militis ſecundarii dotatoris. Succeſſor Alardus dono Lamberti Epiſcopi Nerviorum obtinuit Eccleſiam Giſtellenſem Anno 1118. ad quam regendam Oſtrogonem Monachum integerrimæ vitæ ſubmiſit, collectorem miraculorum S. Godelevæ. Ultimus præfuit Walterus, quem Præpoſitum video appellari, licèt priores duo Priores dicantur. Occaſionem porrò extructi cœnobii tradunt, in obſidione Antiochena deſignatum per B. Andream fortè Comiti (alii Comitis Sacerdoti apparuiſſe volunt) locum,

locum, ubi lancea, quæ ſuſpenſi è lignò Servatoris latus aperuit, abſcondebatur, partamque de hoſte victoriam. Donatio autem loci per Robertum univerſæ Flandriæ poſt Deum Principem (ita enim ſe inſcribit) facta Fulgentio Abbati per Balduinum Epiſcopum roborata Anno ſæculari undecimo teſtibus Stephano de Boelaer, Amelrico de Ninive, Waltero Flaminc, Theodoro Caſtellano de Burbuch, Licolfo Caſtellano de Bergen. Indigetat autem locum Betſenkerkam, qui nunc Stratenum dicitur. Inſignia porrò manent à fundatore Leo coronatus & crucem præferens. Seriem, & geſta Abbatum ſecundis curis dabo.

AGGERIA

vulgò DAMUM.

OPpido huic, quod maris oſtium, clavem Emporii Brugenſis, Bacchi ſtativa, portuum emiſſaria meritò dixeris, agger ſive obſtaculum reprimendis aquarum decurſibus nomen fecit. Opus eſt Batavorum, quæ gens inter aquam nata, pluſculum aliis ad frenandum, domandumque ejus inſolentiam poſſe creditur. Horum itaque

Alii 1189. pars ad annum 1179. huc delata inexplebilem reciprocantis Oceani voraginem ululante, moroſoque cane in foramen cavernæ injecto, & ceſpitibus mox coöperto obturârunt, indeque factum, ut canis inſignia ſtructum in vallo oppidum, & diſtinctionis portiunculam nomini aſſumeret, Agger-

Hontsdamme. caninus vulgo nuncupatus. Ita annales Batavici, tacitè offuſcantes viri docti opinionem, ſentientis inſigne illud & originem loci ab eiſdem eſſe, Alanis nempè, quos uti canem prætuliſſe norunt omnes, ita nemo ignorat, cum Suevis & reliqua Barbarorum colluvie Flandriam olim tenuiſſe. Quicquid ejus tamen ſit, hoc indubitatum, lapſu ævi loca hæc à Neptuno violenta quadam uſurpatione poſſeſſa, ab Hollandis vindicata, extruſo expulſoque aggeribus à Damo Sluſam uſque, ut nunc loquimur, Oceano, eoſdemque à foſſione perpetua Didolforum cognomen induiſſe, & genti multis pòſt ſæculis adhuc in Flandria notæ principium feciſſe: nec contentos aggere agroque oppidum ſtruxiſſe ad Reyæ & Liviæ confluentem, canalibus interpolatum.

Ampliùs ædem Virginis matris, quæ intra mures Parochialis unica eſt, erexiſſe, & ſequenti anno immunitatem à teloniis tota Flandria obtinuiſſe, jura libertatemque cum aliis communem dono Comitum Flandriæ, nova hac occaſione principatus ſui terminos propagatos gaudentium, impetraſſe. Atque hæc ſunt oppidi cunabula, quæ producere libet uſque ad incendium Anni 1213. Notandumque venit non obiter, brevi illo vix ſex luſtrorum ſpatio Hollandicorum corporum more in tantam molem excreviſſe, coloniam hanc Hollandicam, ut omnium penè gentium mercatores bona iſtuc ſua tranſportarent. Portus erat illo ævo foſſa ad bis mille paſſus opere manufacto in Oceanum vergens, claſſis tam Anglicæ, quàm Gallicæ tutum receptaculum. Foſſis cingebatur mediocribus, & vallo ſimplice defendebatur, tribus aditum abitumque portis faciens. Cæterùm qui aliàs incrementi, ſemel decrementi extitit occaſio, portus nimirum. In quem claſſis Gallica Anno 1213. invecta, & ab Anglis deprehenſa Jovis ante ferias Pentecoſtes, quadringentarum & ampliùs navium jacturam excidio oppidi nihil meriti voluit æſtimare. Angli Ferdinando Comiti auxiliares dum navibus ſubductis militem in littus exponunt, oppidum, quo omne inſtrumentum bellicum hoſtis contulerat petituri, Philippus Rex Francorum raptim advolans poſt acrem pugnam ſuperior, cæſis bis mille, captis pluribus eos in oppoſitam Zelandiæ oram, & alio coëgit delabi; & ne poſtliminio reverſis naves in portu hærentes præda eſſent, univerſas unà cum oppido contra datam negotiatoribus exteris fidem incendio abſumſit. Adminiſter hujus ſceleris & direpta de urbe triumphum ducens Auriacus præfectus claſſis Gallicæ erat, pyrata nequiſſimus, vivis coloribus in Epitaphio alibi adumbratus, quod aſcribere placet.

Concepit facinus mens, ſuaſit lingua, peregit
Dextra, malus, pejor, peſſimus ille fuit.
Concipiendo malus, ſuadendo pejor, agendo
Peſſimus, hinc turpis vitaque morſque fuit.
Mors ea non habuit planctum nec vita favorem,
Nec facinus veniam, nec cinis exequias.
Mors lætam, triſtem mora mortis fecerat urbem,
Cujus mors placuit, non bona vita fuit.

Quam cladem eleganter deſcribit ejuſdem ætatis Poëta, de Gallica claſſe inquiens.

Portum læta ſubit à Damno nomen habentem,
Qui tam latus erat, tantæque quietis, ut omnes
In ſe ſufficeret noſtras concludere naves.
Quo valdè ſpecioſus erat Dan nomine vicus,
Leniſluis jucundus aquis, atque ubere gleba,
Proximitate maris, portuque ſituque ſuperbus.
Hic Savaricus opes cunctis è partibus orbis,
Navigio advectas ſupra ſpem repperit omnem.

Hactenus oppidi infantiam tot cladibus, velut morbis quibuſdam, ſuperiorem produximus, ad adoleſcentiam & vegetiores Annos ingreſſuri termino ad Annum ſæcula-

rem trecenteſimum ſupra milleſimum conſtituto. Aggeriam itaque ſaxeo muro cives ad Annum 1238. ædificiis plateatim negotiatores privilegiis Comites exornare cœperunt. Senatus formam ad inſtar Brugenſium conſtabilitam, ſanctiones de mulctis, & id genus reipublicæ ſcita concipi viſa & publicari Anno 1241. A quo tempore per legatos Comitis annuatim lectis novem Patribus, Senatus innovatur, exilio calumniatores punire, & tota Flandria à portorio immunes eſſe, permiſſum.

Falas ad mercimonia exterorum conſtruere, quod factum Anno 1242. pontem flumini injicere, quod certum Anno 1252. & alterum veteri aquæductui, quod ratum habitum Anno 1417. portas pontibus firmare, & muros propugnaculis; quod perfectum Anno 1270. Ea tamen omnia hac lege, ut ne Brugenſibus Aggeriæ incrementa damno eſſent, aut moribus patriæ contraria. Ita nimirum cautè cautum Anno 1303. ne hæc illis portas occludere ullo poſſit tempore. Nec pontes adornare integrum fuit aut ſervare, niſi adjecta lege de ſubvertendis quoties id Brugenſibus videretur. Definitus etiam ad Annum 1268. numerus tribuum in urbe plebejarum & opificum in claſſes velut diſtributorum. Ædificatum, dotatumque à Margareta Comite Xenodochium teſte ad Annum 1278. Meiero. Sodalitia etiam melioris notæ & fortunæ civium inchoata arcu aut chalybeo, aut corneo exerceri ſolitorum, quod ex ludis Gandenſibus, ubi inter conſortes affuêre, didici. Cæterùm cum anno 1297. portus à claſſe Anglicana Eduardi Regis auſpiciis, Flandro opitulatura occuparetur, Francus, alia quàm ſuperiùs fortuna, Carolum Valeſium omnia vaſta daturum ſubmiſit, venit, & claſſe in altum reducta, oppido potitur, ſed imbelli & raptim, ut ſtatione hoſtis excludatur, muniendo. Aſt re animadverſa Robertus Nivernenſis, Eduardus Walliæ Princeps cum Alberto Duce Saxonum & lectiſſima manu Gandavo egreſſi, oppidum adorti, manus cum Gallis conſervere 400. cæſis, porta portuque potiti, ſed Valeſius à Guidone Comite fortiter munitum, anno 1300. octavo Kalendas Maias auctam poſt obſidionem, & à Gulielmo Robertoque Guidonis filiis, inanem defenſionem, iterum ſui juris fecit, & aliquandiu in fide retinuit. Hæc Martis alea, Mercurii aream non obiter læſit, non tamen colliſit, & velut vernales nymbi naſcentibus virgultis, etſi opprimere videantur, ſuccum tamen præbent, ita hæc adoleſcentis oppidi infortunia animum ferendo nonnihil obdurârunt, & fortunæ capacem utriuſque reddiderunt.

Quæ deinceps ſequitur ætas, virium virorumque merito virilis meretur appellari. Jam enim non contenta ambitu mœnium ſuorum Aggeria, capaciorem fortunæ alveum ſtatuit præparare, & mœnium pomœria alibi extendere, forum erat hebdomadale diebus ... nundinas annales adjici placuit . . . Mali & imò Emporium eſſe vini Gallici, ſub Annum 1331. à Rupellanis & Sancte-Angelicis aſſenſu Ludovici Principis inchoatum : & imò halecum, butyri, ſevique cadis incluſorum ſolennem mercatum. . . . .

Nec abs re Gallicus ſcriptor conformiter Meiero ad Annum 1384. ait, Dammus oſtium & clavis Oceani, quem Brugenſibus claudere poteſt & aperire, civitas eo tempore populo frequentiſſima, & valdè opulenta, tantique roboris, ut à Franciſco Agricola Gandenſium tribuno militari intercepta, & vix mille & quingentorum præſidio defenſa Carolo ſexto Gallorum Regi exercitum 80000. ducenti reſtiterit, indies ferè oppugnanti, nec ante ſeptimam obſidii hebdomadem manus datura, nec datura, niſi obſepto portu commeatus, ſubducto canali, aqua dulcis è Malcano vivario affluens intercepta eſſet, niſi etiam ab Agricola fuga delapſo cives cluſi eſſent, exinde hoſtium arbitrio ſe, libidini ſua credere compulſi. Ita tertium miſeræ huic civitati à Gallis malè fuit, non tamen ita, quin fomitem & radicem famæ ſuæ & vigoris retinuerit, oppidi dico firmitatem & nundinationis commoditatem, quarum hæc extabeſcente bellis civilibus Brugenſium Emporio declinavit, illa quamvis & aliàs, & Anno 1488. exercitus Cæſarei obſidionem ferre potuerit, citra noxam & aſſilientes ſumma vi depellere, tamen ſenio & veterno quodam fatali non deſiit fatiſcere.

Atque hæc quidem de veteri Dammenſis oppidi ſtatu reperi, plura his de republica, privilegiis, Eccleſia, Cœnobiis, Hoſpitalibus, & recenti memoria geſta adjecturus, ubi ex Archivis ſubminiſtrabuntur.

ISENDICA.

Pagi Flandrenſis, ſeu malis, Flandriæ propriè dictæ vocabulo loca nunc intereſt perſcrutari, & veteris Caſtellaniæ Brugenſis appendices quartam in Flandriæ quadriga rotam conſtituentes Franconatus titulo. Et incipiens ab ultimo Septentrione in oppoſitam plagam, totam à Biervlieto uſque Gravelingam littus legam, eodemque filo & oppida, quæ alioquin Brugenſibus ſubjungi debuiſſent, & Ambacta eis adjacentia perſtringam. Imprimis itaque ſicut Bevelandiam, Zelandiam nihil minùs quàm à tremore, & Biervlietum nihil minùs quàm à cerviſia aut proximo fluctu dictam Iſendyck.

ctam aliàs docui, ita hîc probare conabor Iſendicum promontorium, ut ſic dicam, Flandriæ, caſtro & præſidio nunc inſtructam validiſſimis, non ab Iſide, quod Poëta Flander alibi canit, ſed à glacie nuncupatam. Diplomata Eccleſiæ Trajectenſis meminerunt villæ Iſendic in pago Gaſterna ſuper fluvium Beverna, unde colligis loca hæc tum Anno 984. non Oceano, ut nunc, ſed flumini Bevernenſi incubuiſſe. Et ampliùs Villam tunc, id eſt, Oppidum Iſendicam fuiſſe, & Gaſterna, (quod nomen nunc in Gaſterneſſe perſeverat) pagum, id eſt, regiunculam extitiſſe, in qua titulis Divorum Margaretæ, Catharinæ & Joannis extructæ poſtmodùm Eccleſiæ, & vici Ambactum (Gaſterneſſa mari abſorpta) Iſendicanum à caſtro nominatum conflârunt. In cujus ſolitudine Joannes Monachus Bertinenſis anachoretam olim egit, & initium dedit cœnobio bellis ſub Guidone Principe deleto, hærente in hodiernum diem appellatione S. Joannis in Eremo, quod malè vulgus ad pauperes indigetat.

Iſendyc. Gaſterneſſe.

AUSTROBURGUS.

EMporium hoc Flandriæ antiquiſſimum à ſitu caſtri nomen invenit, etſi inferioris ævi diplomata frequenter Osbroeck, aut Oſthbore ſcribant, quomodò Gilbertus de Nivella Anno 1181. trecentas menſuras terræ inter Iſendyck jacentes & Osbroeck, aſſignans Templariis, & Philippus Anno 1223. filium Vicecomitis de Oſthborre, indigetat, quorum illud à palude, hoc à fonte videtur derivare: Oceano incumbebat & dominabatur, opibus florens, operibus ampla, urbs, cum labore & vigilantia B. Eligii relicto idolorum cultu ad Evangelii lucem oculos aperuit Anno 648. Eligii autem opus erat Eccleſia: Anglorum munitio littoralis, cùm Hunnorum, Vandalorumque populationibus exhauſta, decus & vires perdidit, tantumque non periit, & quominùs ſemiſepultam cum ruderibus fortunam potuerit reducere, iterum iterumque ſuperveniens Normannorum rabies videtur prohibuiſſe. Quibus dilapſis, & augeſcente vicinorum fortuna, licèt minùs integrum fuerit plenè aſſurgere, continuit tamen ſe inter meliores, acceptiſque ab Elſatio immunitatibus, à Margareta Principe legibus, à Guidone ad Annum 1296. tridui circa ferias Laurentii nundidis, à Creſſio funiculorum mercatum, viſa fuit ſuo honori non parum reſtituta, etſi dignitatis priſcæ & felicitatis præteritæ ſummam nunquam potuerit attingere, imò ne quidem ſperare. Abbatiam Benedictinam ibi fuiſſe diſco, cùm Ludolphum B. Andreæ cis Brugas primum Priorem, hîc in Abbatem primum electum lego Anno 1201. Sed quid deinceps factum, ignoro: caſtrum ad portus & canalis ſecuritatem etiam per Comites extructum, & Vicecomiti hæreditario demum commiſſum, cujus generis fuit Balduinus eques Anno 1210. filium Philippum nactus in Paleſtina Anno 1223. militantem, & militibus S. Templi terras apud Crodam ſuas illas videlicet, quæ intra & extra clauſuram erant, donantem, cum 2. domibus apud Oſthborre. Ex quibus litterarum verbis colligo clauſum tunc mœnibus oppidum fuiſſe. Obſervabis autem non mediocre malum huic oppido bella civilia attuliſſe, & inter alios Gandenſes nocuiſſe, qui Anno 1271. ſpoliatum Vulcano tradiderunt, & ſequentis ſæculi Anno 84. iterum prædis exhauſtum incenderunt, ſed non impuniti, eò quòd bona prædantium pars agro per aggerem inciſum inundato malè perierit. Nec abfuit à damno Anno iterum ſequentis ſæculi 88. ab exercitu Germanico inſeſſum planè, ut cum ſæculis vitas & mortes non injuria poſſit numerare. Situs ejus nunc opportunus in medio Terreni fertilis & cincti undis reciprocantibus: ſtatus non infimi ordinis, ob negotiatorum gratas conventiones: Templum ſine honore, Noſocomium, quod Anno penultimi incendii erat, ſine uſu, telonium celebre olim, ſine nomine: cœnobium, quod ab Eligio clericis deſtinatum erat, ſine memoria. Cæterùm municipes lauti, agricolæ læti, Senatus Anno 1366. Brugenſi par chirothecarum quotannis offerre juſſus, non contemnenda authoritate. Ambactum porrò Ooſtburganum fertilitate inſigni canalem habet Oceano influentem, & inſulas plures, unam à Pulchro aggere, verum nomen adeptam, alteram rivis & aquæductibus interciſam, novi portus celebritate claram, & à paluſtri ſolo dictis Eccleſiis inſignem, imprimis autem Breskinſanto navigantibus quaquaverſùs non ignorabili. Intra limites etiam hos putatur à quibuſdam extitiſſe Prioratus D. Petri Blandinienſis nomine Elmara, nunc aquis obrutus, ille per Notholdum ejus loci monachum Anno 1144. inchoatus, & ſubinde excultus ædificiis & templo egregio per Joannem Archimandritam ad Annum 1342. ſtructo; quæ omnia inundatione Anno 1424. perierunt.

Ooſtbroeck. Scondyck. Niewerhaven. Breskinſant.

RODEBURGUS.

OPpidum antiquitatis merito nulli ceſſurum, ſed nec dignitatis, caput olim fuit maritimarum Flandriæ urbium, amplitudine bis mille paſſuum, portu ſexcentarum navium capace, Arcibus ad Orientem, & medium diem duabus inſtructum, Eccleſia per B. Eligium honori Mariano nuncupata, cœnobio per B. Urſmarum & altero

Aerdenborch.

altero per D. Amandum fundato, portis quatuor & muris ex griſeo lapide circumdatum, his enim coloribus in veteri codice depingitur, qui adeò ævum ferre nequiverunt, ut quæſituro veſtigia nihilum quidem tanti ſplendoris appareat. Ita funditus Hunni, Vandali, Normanni, & his inclementior Oceanus omnia abſumpſerunt. Planè ut neceſſe ſit, temporis illius quodammodò oblivisci & novam quodammodò à Barbarorum receſſu vitam urbium metiri. Hoc itaque manifeſtum urbem mœnibus, foſſa, portis & portu opportuno inſtructam fuiſſe ante tria ſæcula, libero mercatu poſtridie Trinitatitis Anno 1248. & foro nundinario rerum venalium Anno 948. impetrato. Templum D. Bavonis Anno 940. dicatum, & etiam Deiparæ, cui par tota hæc Flandriæ ora non habet occaſione miraculorum ibi frequentium ſuperbo opere exædificatum, anno 1296. collegio Canonicorum per Michaëlem Epiſcopum auctum, & donariis Regum & Principum voti gratia confluentium, refertum ſplenduiſſe. Ita nimirum Philippus Rex debellata provincia, ita Eduardus ſuperatis prælio navali Gallis, ita Brugenſes aliis intervallis victoriæ trophæa hic potiſſimùm ſuſpendere deſiderârunt. Civilibus bellis Anni 1202. à Liliatis inſeſſum, à Petro Rege Brugenſium Duce receptum, anſam arripuit vallo firmiſſimo ſe includendi, & parem hoſtilibus armis locum exhibendi. Unde ejuſdem ſæculi Anno 24. & 94. novis firmatum munitionibus legas, & Anno 82. defenſum à Gallis Gandenſes non niſi ſumma vi, & magna ſuorum clade in poteſtatem redegerunt, ea re tantùm exacerbati, ut eodem bis Anno ſpoliatum exuſtumque, domo vix ulla, præter Templum totius Flandriæ pulcherrimum, ſuperſtite, vallo & mœnibus nudaverint.

Poſt hanc vaſtitatem manſit aliquandiu deſertum oppidum, donec Vicecomes Meldenſis Dux Nobilitatis Flandricæ ad Annum ejuſdem ſæculi 85. molem terream, quæ novum ei ſub Creſſio nominis auſpicium dederat, confirmans, denuò ſuo nitori reſtituit, quod eodem Anno quo minùs à Gandenſibus jam foſſas & vallum tenentibus, per inſidias noctis captum fuerit, trium militum fortuitæ vigilantiæ attribuunt hiſtorici, qui fortè obambulantes, obſervato conſcendentium ſtrepitu haſtis tamdiu reſtiterunt, donec ad clamorem evigilantes excubiæ ſuccurrerent. Ita reſtitutum ſibi oppidum Anno 1300. principio Maii delectum celebri conventui Principum Valeſii, Sabaudi, & Guydi, paulatim reſumpſit vires, Nundinis quindecim dierum à Comite Ludovico impetratis, Noſocomio à civibus reſtituto, quod Margareta Comes olim inchoaverat, Virginali cœnobio adjecto, ita ut inter pulchriora cenſeri mereretur, niſi ſuperveniens Anni 1488. tempeſtas, & hæc noviſſima quicquid rarum, pulchrum, notandum, abripuiſſet. Templi materia in Vliſſingæ plateis jacet, portus frequentiam Sluſæ obſcuravit incrementum, populi animos Martiali claſſico obrutos inopia premit, & ſi quid acceſſit, in mœnibus eſt, nova arte munitis, fortunam urbis ne evagetur, conſtringentibus. Ornatur civibus Waltero, Iſenbrantio Auguſtiniani inſtituti Theologiæ Doctore & Carolo Roſacio J. C. Poëta & Furnenſi oppido à conſiliis & actis. Dynaſtas proprios habuiſſe diſco ex diplomate Anno 1369. interdicente D. Aerdenburgico libripendium publicum 60. pondo excedens habere. Supra hoc oppidum fanum Laurentii eſt inter ſylvas, ob pugnam & ſeditionem domeſticam Anno 1299. 16. Kalendas Februarii, inter Brugenſes Gallorum ope fultos & Franconates commiſſam, his ſuccumbentibus Fanum Crucis, Deiparæ & Bavonis cum Heyla antiquitatis ultimæ vico & Inſula Cadzanto.

INSULA CADSANTI.

Inſula porrò Cadſanti plures vicos, portus, Eccleſias, & per has turbas munitiones habet, fœcunditate inſigni famam peperit, olim Rheno-Trajectenſi obnoxia Epiſcopo, qui & decimationes primarias Abbatiæ D. Bavonis apud Gandenſes aſſignavit. Quo & antiquitus Monachos huc aliquos hoſpitalitatem curaturos mittere ſolet cum Præpoſito. In hoc etiam tractu oppida privilegiis & immunitate per Comites Margaretam & Joannam donata, ob maritimas potiſſimùm inundationes famigerata: alterum ab Hugonis flumine, alterum à ſitu in longum oppoſito Ardenburgi muris nuncupatum, utrumque inundatione ſupradicta obrutum.

SLUSA.

Sluſa, quod ſonet repagulum, à claudendo nomen Sluſis indimus, id eſt, repagulis aquarum curſus, ſi attrahas, tranſmittentibus, ſi deprimas, ſiſtentibus, & à repagulo ſimili antiquitas loco, & loco confinem vicum, & vico ſuccedens oppidum nominavit. Promebat autem hæc velut cataracta fauces Oceano inhiantis fluenti, à Lamberto foſſore Anglicano, Lammensvliet appellati, quod proinde vocabulum hæſit oppido ad uſque Annum 1331. cum reſurgens è calamitatum ſordibus, & renovatum, Sluſæ nomen videtur elegiſſe. Invenio ad Annum 1132. portum Sluſanum à Gulielmo Iprenſi inſeſſum, munitum, & populationibus agrorum in propinquo infamatum, donec ibi obſeſſum Princeps Elſatius

ſatius coëgit terga dare, & in Angliam profugere. Sed non inde conſequens eſt oppidum extitiſſe, cùm demum temporibus Margaretæ Comitiſſæ, hominibus de Lammenſvliet libertas & Scabinagium fuerit conceſſum, & interjecto annorum aliquot tempore, vallo vicus in orbem cinctus, & foſſa ſimplice, qua parte aquis non defendebatur.

Præcipua autem urbis incrementa accedebant circa finem principatus Guidonis Dampetræi cujus filius Joannes ejus potens omnem mercaturæ gloriam transferre moliebatur, conſenſu Ludovici nepotis facilè impetrato, & rem feciſſet, niſi Brugenſes hoc incrementum ſuſpectum habentes, armata manu & jus emporeticum à Comitibus olim ſibi datum tueri, & Ludovici Comitis conceſſionem irritam facere coëgiſſent. Oppidum obſidetur, capitur, & in eo Joannes Regulus Namurci, ſpoliis exhauritur, flammis ſubjicitur, ſolo æquatur Anno 1323. Nec à cladis ejus tempore integrum fuit Sluſanis, niſi bona Brugenſium gratia aſſurgere. Ita nimirum Anno 1330. cum novis portum munimentis firmare niterentur, Brugenſes intervenêre. Anno 1366. cùm eorum obſequiis in republica minus obaudiiſſe putarentur, ad mulctam annalem quartæ vini rubei Rhenenſis pervigilio Theophaniorum repræſentandæ damnati. Cùm ſtabulationem aliquot mercium ſibi arrogare conarentur, ſententia Anni 1423. repreſſi ſunt.

Vires autem reſumpſit ex quo ſub alis Comitum, velut aquilæ licuit volare & ſurſum ferri. Philippus enim audax oppidum ad ſe retractum, Anno 1385. munire cœpit ſaxeo muro, Turrim in portu excitavit juſſu Caroli V. Cæſaris everſam, Burgundicæ nomen à conditore nactam, & vulgò Caſtellum minus vocatam, ad majoris differentiam, quod impenſa Caroli Regis ad populſandum Anglos, ædificatum eſt, & noſtro ævo permunitum. Sequenti etiam ſæculo ad Annum 1470. portus dilatatus eſt, portæ elegantiori ſchemate exaltatæ, curia, Hallæque fabricatæ, plateæ & ædificia ampliter conſtructa. Adeò ut Carolus ſextus Rex aulam hîc multis menſibus fixerit, claſſem 1400. navium in Anglos adornans. Adeò ut Anno 1468. claſſis mercatoria centum quinquaginta navium uno obtutu appulerit. Adeò ut Anno 1405. Anglorum obſidionem cum ſucceſſu & hoſtium clade potuerit ſuſtinere. Adeò ut ſola nonnunquam auſa fuerit ut Anno 1436. Brugenſes eorumque imperia detractare, agrum vaſtare, ſententiam ab eis latam contemnere, obſidionem expectare, & hæc omnia Comitum quibus parebat, murorum, quibus defendebatur, Caſtri quo muniebatur, & præſidii militaris fiducia. Ad rempublicam quod attinet, Dominium à Comitibus deſcendit ad Joannem Namurceum Guydi filium, hæſitque in poſteris, donec Philippus Audax portus gratia judicans intereſſe, reprimendæ etiam Brugenſium potentiæ non parum intereſſe, Betuneam Gulielmo Namurcæo tranſcripſit, Sluſam in vicem recipiens, quam ab eo Principes tum Flandria poſſederunt, donec Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ ævo & ceſſione Brugenſis Senatus redemptum oppidi Dominium ad ſe traxit.

Senatus forma eadem ferè eſt, quæ aliarum urbium, Conſulibus binis & Scabinis 7. Juratiſque conſtans. Sodalitia baliſtariorum jam inde à Joannis Namurcæi ævo extitêre, & ſunt quaterna. Opificum contubernia octo, è quibus eminent nautæ & mercenarii, privilegium fori hebdomadalis . . . & nundinarum recurrentium bis in anno cum immunitate, & privilegiis obtinuit à Comite, aliaque plura, quæ, quod ob temporum iniquitatem oppidum adiri à me nequierit ſecundis curis, minutatim recenſebo.

Declinare porrò cœpit oppidi celebritas temporibus ſeditionum ſub Maximiliano, Muſculorum frequentiſſima alioquin piſcatio evaneſcere, vectigali per Principes eis impoſito ad Annum 1441. quod miraculi inſtar habitum, eò maximè quòd ſublato onere illo rursùs affluxerint cum lautitiæ fama. Sunt autem in opibus obvium alimentum, & conchylæ mytilæque doctis vocantur, ſaxis marinis, ſalebris ligniſque adhæreſcentes. Mercatorum confluentia diſſipari Orientalium Anno 1436. cùm diſcordia inter eos & cives orta quadraginta eorum partim cæſi, partim læſi ſunt, authoribus tamen mox ad ſupplicium raptis. E quibus Eligius Jordanus dum oculos velatus expectat lictoris enſem, conſternatis repentino tonitruo omnibus elapſus evaſit Weſenacum ad memoriam ſacri ſanguinis Chriſti profectus in ſpontaneum exilium, aut peregrinationem.

Rem ſacram adminiſtrant Sluſæ Curiones duo, alter in D. Joannis fano recentiori memoria dedicato ad Annum . . . alter ad Deiparæ. Quorum hoc longè ſplendidiſſimum ſub Gulielmo Namurcæo auctum eſt Anno 1393. pridiè Calendas Junias, Ludovico Epiſcopo ad conferendos ſacros ordines parato exuſtum in parte Anno 1412. quinto Idus Septembres fulmine tactum veteris elegantiæ multum deperdidit. Cœnobia Franciſcana utriuſque ſexus Dynaſtis Namurcenſibus ſua debent exordia. Virile Joanni, quo annitente evocati Gandavo fratres advenerunt, Virginale Gulielmo, ſub quo cœpit & Iſabellæ Portugallenſi à qua auctum eſt & dotatum. Xenodochëium Margaretæ Comiti dotem primam acceptam fert, Gerontocomium privatis.

MUDA.

TUmulum aquis emergentem hac voce ſignificant noſtrates, & eadem oppidum Sluſæ proximum nundinatione privilegiata picis piſciſque ornatum per Ludovicum Creſſium Comitem, nundinis annalibus ineunte Vere & Autumno, & hebdomadali foro Anno 1241. impetrato. Accepit autem anno eodem legem libertatemque eandem qua Brugæ fruuntur, accepit, inquam, à Comite Sluſanis parum æquo, fortunæ ſuæ primordia, ſed fortunæ, quæ Sluſanis nihil admodùm potuit, etſi voluit, nocere. Templum curiale eſt elegans ob venerationem D. Annæ olim peregrinis notiſſimum, tumulo Thomæ Pemebrochii Comitis, Anglorum Maris-Præfecti jaculo è mœnibus Sluſanis vibrato confoſſi Anno 1405. fortunatum, ut cui hac propter incendiarii hoſtes pepercerint. Cæterùm vici facies obſcura modò; quæ lauto licèt & læto piſcationum proventu gaviſa frequenter, nunquam tamen ob vicinorum potentiam privilegii ſui capacitatem æquare, beneficia complecti, fructus potuit omnes adipiſci.

HOUKA.

ANgulum ſonat, & eſt circa Oceani reflexum, oppidi jure, legibus, Senatu, libertate gaudens, jam inde ab ævo Guydonis Principis mercatu circa Nonas ſextiles ſolemni frumentariæ & ſalariæ rei. Sed quid? apud vicinum locupletem diteſcere haud in proclivi eſt, ita nec florere juxta urbes magnas, voraginum inſtar omne negotiationis decus ad ſe trahentes & ſorbentes. Brugarum & Sluſæ propinquitas huic angulo nimium quantum detraxit, etiam ternæ Anglorum irruptiones, etiam bina incendia, Annis putà 1405. & 1528. à quibus ne nunc quidem reſpirat callo vulneribus, oblivione doloribus inducta: Paræcia inſcripta eſt Deiparæ Virgini, cui accedere ſolet Hoſpitale nauticum, velut altera poſt naufragium tabula fovendis ab expeditione maritima reverſis, nec ad vitam ſuſtinendam paribus, ſed nunc interiit. Adjacent versùs Oceanum pagi à Sacellis Occidentali & Rammelini nomen habentes, itemque Cnocka & Heiſſa ſolo mihi nomine notæ.

MONACHORUM IDA.

NOmen invenit non tantùm à Gandenſis olim cœnobii peculio, ſed & à cœnobio hoſpitioque Balgeri monachi, ex Monicrede. Anglia B. Leewinnæ corpus anno 1038. deferentis. Cœnobium exinde obnoxium fuit Beſgenſi, quo ad fuit: nunc ne loco quidem aut memoria ſui relicta, videtur evanuiſſe. Jus oppidi & nundinarum quando hic locus impetraverit, necdum cognoſcere potui, niſi quòd Anno 1330. Ludovicus Comes legatur eis ſimilia Damenſibus privilegia conceſſiſſe. Malorum nauticorum & ſimilium circa claſſis adornationem mercatus habere ſolet non infrequentes. Idem enim Anglicæ expeditionis impetus, expilatio, exuſtio: eadem vicinorum magnitudo coëgit Monicredam intra & imò infra limites ſui ſtatus deliteſcere. Cui obverſum eſt Ambactum ſani orientalis Ooſtkerke. & ulterius Dadizalienſe utrumque nobilis Dudzelle. cognomentum & neſcio ſi non peculium familiæ. Quibus adjacet intra limites Liſwegienſis paræciæ Abbatia Thoſana. Sacellum erat haud procul ab urbe, antiquis Thoſan, quaſi dicas ad Sanctos nuncupatum, juxta viam Eliſiam (Liſwegam Liſwegen. vocat Meierus) in quod Everardus Nerviorum Antiſtes Ciſtercienſes è Dunenſi Morinorum cœnobio transferri exoptans, locum ſacris & monaſticis uſibus ampliorem aptioremque reddidit, coëmptis latifundiis partim ab Archimandrita B. Richarii Laurentio, (in cujus patrocinio à Lamberto de Liſwegs milite dotatum ſacellum fuerat), Prioratus titulo ab Anno 1106. notum, partim à Prætore loci Gerombaldo, factum Anno 1175. & vaſtatum his turbis cœnobium augendæ doti Epiſcopatus Brugenſis deſtinatum nunc eſſe deſiit, olim formoſum. Sepultura Petri Epiſcopi Roskilenſis cognati Regis Daniæ, qui cruce ſignatus in itineratione ad Domini ſepulchrum hoc in loco obiit, teſte Molano ad 8. Januarii, ubi etiam mentio B. Torphimi, hoc eodem in loco à religioſis humaniter excepti, quos aiunt ante 70. tumulum ejus elevatiorem Reliquiæ planitiei æquare volentes ſuaviſſimi inde halantis odoris perceptione ab incepto deſtitiſſe, inſcripta autem ſaxo fuiſſe hæc verba.

Hic jacet D. Torphimus ex Regno Norwegiæ Civitatis Hamariæ Epiſcopus, qui pro jure Eccleſiæ de terra ſua exulatus, & in mare naufragatus, huc tandem veniens pauper eſt attenuatus, per 30. *ſeptimanas infirmatus, hoſpitans & amore Chriſti miſericorditer ſuſtentatus, Sancto fine quievit anno Domini* 1284. *ſexto Id. Januarii.* Abbatum primus Hubertus ex Decano B. Donatiani Brugenſis huc, & hinc ad Abbatiam Dunenſem evectus, ſicut ex ſucceſſoribus ejus Salamon de Gandavo. Inter alios autem Prælatos celebres ſunt Joannes Sandelryn Anno 1253. ob novi templi ſtructuram. Nicolaus Layenweerd ob juris ſcientiam, ſtructâque converſorum dormitoria, infirmariam & aquæductum Anno 1274. Joannes

Servaes

Servaes ob officinas & cataractam. Wilhelmus de Hemma ob refectorii, templi, novique dormitorii ſtructuram Anno 1284. Wilhelmus Smeth ob commentarios in Magiſtrum Sententiarum ſcriptos, & inchoatum novum Clauſtrum perfectum, cum Aula Abbatiali, per ſucceſſorem Joannem de Hulſt Comitis familiarem. Martinus Weyth, ob doctrinam, facundiamque. Adrianus Lanchals ob generis morumque ſplendorem. Joannes Wettegraet ob fundationem Capellæ SS. Trinitatis notus.

ALBIMONTIUM.

Blankenberg. OPpidulum hoc littorale à Batavis paulò poſt Aggeriam ſtructum perhibetur, ſtatione fida navium & piſcatione felici habitatores alliciente. Cingebantur vallo & palis præacutis mari obverſis contra pyratarum ſubitas irruptiones; unde & à lignis acutis primum accepit nomen, privilegium à Margareta Comite, ſtatuta à Brugenſibus Anno 1320. Curialem à Transmaro Epiſcopo patrocinio Virginis Matris gaudentem & miraculis aliquando claram. Ita ut videretur ſumma votorum attigiſſe, cùm inſolito fremitu Oceanus ruptis littorum repagulis ſe diffundens Anno 1334. oppidum cum Eccleſia ſubvertit, ita ut ne veſtigium reliquerit, niſi quòd ſubinde per maximam æſtus declivitatem appareant putei littorales olim lapide muniti. Poſt hanc cladem à candore tumuli arenacei, cui inſidet, novum nomen & auſpicium accepit in vicino reſtauratum oppidum, cœmiterio mox, Eccleſia Anno ejus ſæculi 58. Dominica ante feſtum Matthæi Apoſtoli dedicata, mœnibus non ita, quamvis de veteri urbium loco noluerit ideò excidere.

Noſocomium tempore Philippi Ducis fundatum, jus civium Anno 1433. contra Judocum Halewinium Wtkerkæ propinquæ Dynaſtam gnaviter defenſum, Gildæ, opificia inſtituta, nec præter muros quicquam videretur poſſe deſiderari, quos ipſos adjiciendos Balena ad Annum 1489. appellens & capta videtur judicaſſe. Sequenti enim ſæculo muniri cœpta cum aliquot plateis, area, & portis ſecludi, inter conſortes videri & laudari potuit, hoc ſacro bello magis contra vim armata.

Natales debet Albimontio Michaël Gerardi Nauclerus & Mathematicus inſignis, Dignitatem Jacobus Meierus fideliſſimus rerum Flandricarum ſcriptor, & lautiore fortuna digniſſimus.

Aſſidet huic oppido Prætorium & Dynaſtia Wtkerkana cognomen pridem nobilis familiæ, & aurei velleris ornamento illuſtratæ, nunc Claerhoutanorum poſſeſſio. Et paulò ulteriùs fanum Joannis ad aggerem veteri dudum reclusorio innotuit. Interque eoſdem duos Brugam verſùs ducentes rivos Ambacta ſunt, à fanis Demetrii & Severini nuncupata; à quibus per D. Petri ad aggerem vicum, Brugas tenditur. Ultra autem rivum alterum Liswega eſt Ciſtercienſi Abbatia Toſana celebris, cujus initium alibi poſui. Meetkerke. Sunkerke. Liſſewege.

Inter Ipreletum verſùs Oſtendam ſe inclinans, ejuſque ilicem apud Wendunenſe fortalitium Dunis & Oceano permixti Ambacta ſunt Bredunenſe à latitudine collium arenariorum nomen adeptum, Cella de cœnobio Benedictini inſtituti olim inſtructum, cujus Priori Bernardo Anno 1106. Lambertus de Liswega miles egregius mundo renuncians Sacellum Thoſanum donavit; ſanctè ibidem diverſatus, & monaſticam auſpicatus exemplo ſuo converſationem. Videtur autem hæc Cella Abbatiæ S. Richarii obnoxia fuiſſe. Fanum Clementis ſimiliter Parthenonen Virginum habuiſſe creditur, imò traditur, (niſi quis alium eadem appellatione pagum deſignet) unde primas Godelevici cœnobii apud Giſtellam virgines adventaſſe, evocantibus Abbatibus Andreano & Oudeburgenſi traditur. Nunc ne umbra quidem aut veſtigium eſt cœnobii.

Vliſſinga Zelandorum, nomine conjecturam ſuppeditante; colonia, olim re cunicularia famam adepta apud propè proculque diſſitos Novum Monaſterium appellatione ſua ſacrum quid refert, nec ambigere oportet cœnobium fuiſſe, fortè à DD. Wilbrordo, Eligio, aut Amando horum locorum Apoſtolis inſtitutum, atque clade Normannica reſtauratum. Portus lignorum ſive ligneus officium ſuum & celebritatem antiquam prodit nomine, cui adjacet Staelhilla vicus cœnobiolo tertiæ regulæ Franciſcanæ ante duo ſæcula fundato, ante ſeſquiſæculum Brugas tranſlato non ignorabilis à chalybea promuſcide nomen, ut ſæpè leves tituli præbent occaſionem, adepta. Vliſſinga Flandrorum.

OSTENDA.

A Termino orientali vocabulum accepit, ſicut proximus Neuporto vicus ab occidentali, nec eſt ultimi nominis, nec contemnendæ antiquitatis. Gobertus enim Steenlandienſis cum Ebertrude conjuge, eam cum Groeneberga, Steenlandia, Lampernesſa, Squerda, & Sempio, aliiſque 33. vicis cœnobio Bertinico aſſignavit, ubi filius cognominis Anno 814. monachum induerat. Robertus Friſius Anno 1072. ædem Apoſtolorum Principi erexit, cujus ævo oppidum erat, ſed muro carens, portu & piſcatione felici inſtructum,

ſtructum, unde factum, ut Margareta, Homines de Oſtenda (ita eos vocat ab aggere mari objecto) ſuam in protectionem acceperit, eademque leges quaſdam de alecum ſalſilagine hîc uſitata, ſciverit.

Cæterùm qui tempore Philippi Elſatii hîc interceptus quadraginta pedum longitudine, roſtro aquilino, criſta gladiata, piſcis, calamitoſæ inundationis videtur fuiſſe nuncius, qua ſemel iterumque latus hoc & littus Flandriæ malè oppreſſum eſt Anno imprimis 1334. cum abſorpto Terſtrepo vico Oſtendæ proximo, tum Eccleſia Deiparæ, ipſa etiam in malorum communionem venit luculentiſſimè, felicior, quia potuit reſurgere per Ludovicum Comitem Anno 1330. anteà privilegiis ad exemplar Damменſium inſtructa, addito Senatu per Miſſos Comitis annuatim renovandos, per Robertum Comitem privilegio annuæ nundinationis honorata, per Brugenſes paucis poſt illam eluvionem annis formata republica, per nautas & piſcatores vallo ſimplice Anno 1372. cincta, per cives alios hoſpitalitio celebri indulgentiis ad Annum 1402. per Pontifices ornato inſtructa. Sed hæc minuta ſunt, præ ſequentibus portentoſa porci & Balenarum captura velut præfiguratis.

Harum octo ad Annum 1403. longæ pedes 70. emorientes in littoris ſabuleto, mole ſua horrerem aſpicientibus incuſsêre, tanta altitudine, ut per ſcalas aſcendi, exoſſarique ſecuribus opus fuerit, abdomine tanto ut 24. vaſa adipis ſingulæ impleverint. Porcus autem marinus ulnarum 5. cum dimidia quindecim poſt Balenas annis captus, vivuſque Tornacum uſque delatus ibi væniit. Hæc inquam lautitiæ & majeſtatis, quam oppidum ſub Philippo Bono induit, dicamus fuiſſe præſagia, cum muro, portis tribus, portu ampliato, decoratum, quamvis arundineò tegulo ad noſtra uſque tempora domus fuerint obductæ, non opum defectu, ſed ſimplicitatis amore, & animi intra ſuos limites contenti. Primus quod ſciam Ducum civibus juramentum dixit Carolus Anno 1470. & oblatum à civitate inſignis magnitudinis Sturionem (eorum hîc eſt felix captura) humaniter accipiens, & oblatum à Curione V. Euchariſtiæ oſculum humiliter renuens, contentus Blaſii Martii reliquias baſiaſſe.

Cæterùm licèt oppidum hoc per turbas ſub Maximiliano nonnihil labefactatum fuerit, tamen ſequenti ſæculo deperdita non obiter reparavit, adeò ut ſacro hoc bello vallis, propugnaculis intromiſſo in agros Oceano noxa totius Flandriæ & frenum inacceſſibile, nedum inexpugnabile videretur, donec auſpiciis Archiducum, Illuſtriſſimus Marchio Spinola, poſt productam in Annos obſidionem oſtendit Oſtendam nihil habere, quin virtuti & patientiæ locum facere compelleretur. Mirabuntur poſteri, qui res ad Oſtendam geſtas legent, & nihil apud veteres ſimile unquam viſum fatebuntur. Produxit Cornelium Muenicx Mechlinienſem Conſiliarium recenter, olim Joannem Diric poëtam.

Circa Oſtendam vario nuper propugnaculorum ordine coronatam titulis Deiparæ & virginis Catharinæ emicant Eccleſiæ, & Ambactum Leſſinganum à pago principe ſic dictum, ſicut pagus non à Livino, ſed à Liederico Flandriæ Foreſtario, ut volunt ſcedæ Oudeburgenſes: Cui eadem linea ad flumen proxima eſt Slypa ab acuendo dicta, quam credidi aliquando eandem eſſe cum Acuda municipio in cenſu Anno 1408. inter oppida Flandriæ nominato, donec re meliùs inſpecta errorem ſcriptoris obſervavi, Acudam pro Muda collocantis. Hoc certum inter limites hujus Paræciæ extitiſſe ſacellum D. Petri de Hunkenvliet, (quod an idem ſit cum Hugenvliet municipio inter oppida in cenſu Anno 1309. numerato & Anno 1404. aquis obruto me latet) circa quod opibus Gelæ cujuſdam lectiſſimæ virginis erectam Ciſtertienſem virginum Abbatiam confirmavit litteris quarta Auguſti exaratis Innocentius tertius Pontifex indigetans Cœnobium novæ terræ. Cæterùm tranſlata ob cœli & ſali vicinam inclementiam, in Sieclanam ditionem, ut aliàs dixi.

Leſſinge. *Slype.*

Commendaria etiam Equitum Melitenſium à Templariis derivata titulum à Sclipenſi domo aſſumit, cujus dotationem primam certus ſum à Comitibus eſſe, etſi donationis litteræ 35. menſurarum terræ jacentium in littore maris juxta Scluſam Bertulfi per Wilhelmum Govela veterrimæ omnium ſint quas videre me contigit datæ anno 1182. aliæque Anno 1186. ſcriptæ, quibus Magiſter Templi Amianus de Ans, terram, quam habebat in Hulſt, conceſſit in excambiationem redditus terræ de Sclipis. Trajectum Mammæ ex re nomen, ex ſitu ad ripas Ipreleti uſum, cui adverſum eſt à Longobardis dictum oppidum.

LONGOBARDORUM IDA.

Lombardhyde.

Vicus hic ignobilis, olim oppidum famoſo portu nobile, nec incommodum nundinationi maritimæ, nomen invenit à Longobardis, cum alia Barbarorum colluvie Flandras ingreſſis, ſub annum ſalutis per Deum incarnatum partæ quingenteſimum. Lombardhyde populares vocant, & ego nonnunquam quaſi Longobardorum latus, dictum putavi, donec edoctus fui de vero vocis vernaculæ, Yde ſignificato, quod licèt non nemo interpretatur ruſticam tuguriorum ad piſcationem maritimorum compagem, qualem videre eſt, mille paſ-

ſibus

ſibus à Neoporto, circa Ooſdynkerkam, tamen ego derivari ſcio ab Ydel, quod vacuum ſonat, & denotare loca ad littus juſtæ profunditatis, ad ingreſſus navium apta, ſive aptata, quo modo Neoportani hodieque oſtium navale circa portum novam Idam appellant, quòd nimirum iter nautis pervium à vadis vacet, & præruptis littorum aut fundi tuberibus careat, voce non abſimili inter Hiſpanos nota, qui locum profundiorem in maritimis Iſlam nuncupant. De hoc ita *Moraus* noſter.

Quòd fœneratos redderet fructus hero
Latus meum obverſum mari,
Vocabar olim: ob verſam in hoc ſortem, modò
Ida Longobardorum vocor.
Ida Phrygiis eſt, ego frigoris, ea perfida,
Ego fida Flandriæ & maris.
Injuriam Dii vindicate nominis,
Et facite, rediviva potiùs Ida Dia ſit.

Dixi de initio, dicturus conſequenter de oppidi hujus decrementis, cui ut famam pepererat pelagi vicina commoditas, portus vicinitas commoda, Dominorum vigilans ſolertia; ita eandem minuit Dominorum remota incuria, pelagi vicinior injuria, portus obnubilita ſecuritas. Factum enim ut tempeſtate Anni 1116. nocte natalitiorum Divi Baptiſtæ, totum cum littorali hac plaga Oceanus abſumpſerit: & ſæculo ferè recurrente, tantus arenarum cumulus, evomente ventis agitato pelago, Lombarſidam clatus eſt, ut portum penè obſcpſerit: & Princeps ad quem emptionis titulo oppidi Dominium pervenerat occupatus circa plurima, ſingulorum non æquè minutiis potis erat intendere. Hæc infortunia declinantis oppidi proclivis occaſio, non tamen ita quin Principis jus emporeticum, & nundinarum vernalium privilegia beneficio, maris ad ſuos reducti limites, portus ad ſuam redacti, exhauſtis arenis vacuitatem redintegratione potuerit reſpirare, ſed & intervenit urbis novæ, in vicino conditus, Noviportus, inquam, cui & portum hæc ſuum vendidit, & nundinationes transſcripſit (nundinis lapſu ævi obſoletis) & fortunam viſa eſt ſuam tranſcripſiſſe. Extat de hac re Comitis Diploma Anni 1269. diſſentiones hac propter enatas compeſcentis.

Nec tamen exiſtimandum ſubitam fuiſſe hujus oppidi oppreſſionem à novercali fortunæ odio profectam, cum Anno 1309. in contributionem oppidorum Flandriæ, Longobardorum Ida, ſive ut ibi legitur, Lombardye, penè cum Neuporto, in ſequenti ſæculo, id eſt, Anno 1408. planè æqualiter contulerit: cui & Guido Comes Anno 1274. vectigal potorium quod gruitam vocant, legitur aſſignaſſe: Ludovicus Comes Anno 1330. privilegia renovaſſe juxta formam Furnenſium. Summa autem capitis diminutio ei contigit, ex quo Novoporto urbi mœnibus inſtructæ faventior Comes Dominium vicini hujus oppidi vendidit Anno 1413. decretumque ſequenti mox Anno incorporati, ut verba ſonant, oppidi cives à Neoportenſi ſenatu jus juſtitiamque accipere debere: quod hodieque ſervatur, Balivo quidem peculiari hîc tribunal conſcendente, ſed ex ſententia Scabinagii per Neoportenſes conſtituti pronunciante. Ita jacet hîc nobile oppidi cadaver, & fert maximarum fata urbium Babilonis, Athenarum, Carthaginis, quibus laudi datur etiam cum jactura nominis in vicino reædificari potuiſſe. Felicior Ida noſtra, quod & nomen mordicus ſervat, ut videri poſſit in Neoporto revixiſſe.

Eadem ad Oceanum linea cis Ipreletum & Oſtendam viſuntur pagi cognomentis Limitis occidentalis, Templum Wilhelmi & medium, Idaque Wilranorum ſolo mihi nomine nota.

Atque hæc Oceano ſunt obverſa, versùs mediterranea autem ultra Ipreletum conſpiciuntur vici 51.

Fanum ſuperius & Cocklearia Bertinenſis Eccleſiæ decimas & Prioratum olim dono Goberti Steelandenſis habentia, à quo Patronatus Ichtegemi & Lichterveldæ ſolent dependere. Nec procul hinc Dynaſtia & Arx Winendalæ 4. pagis & curia feudorum plurium ſpectabilis, illa à Roberto Friſio ad venationes aprorum in nemore vicino & ampliſſimo ſtructa à Guidone Dampetræo exculta, demum à Joanne Namurcenſi Comite acquiſita, & ad hæredes transmiſſa, ſed poſtliminiò Comitatui reunita, & extremum in dotem aſſignata filiæ Ducis Burgundiæ Clivenſi Regulo elocatæ, ut aliàs dixi, & inſigniter à Philippo Raveſteyno ornata. Et prout dependet hinc Municipium Roſlarii elegans, & nuper opulentum, ita etiam antiquitate eminens Thoroltum.

NOVOPORTUS.

Urbem hanc Marchantius non à portu, ſed à novo porto, id eſt, oppido, quaſi Neapolim dictam putat aliter ac ego. Quamvis enim facilè concedam, concluſum mœnibus, aptumque mercibus in & ex portandis locum antiquitus à noſtris, *Poort* nuncupatum, (unde voces, *Poorter*, *Poort-Bally*, *Poort-meeſter*, *Poort-recht*, etiam Latinam terminationem nonnumquam amictæ in reſcriptis inveniuntur, pro cive, Prætore, Conſule, jure Civitatis) vocabulo à Latinis mutuato, qui ædium urbanarum aliàs Inſulas,

las, aliàs Portas indigetabant, teſte & exemplis confirmante Perotto in Martialem: tamen antiquorum lectio diplomatum jubet me potiùs, priuſque credere à portu, quam à porta novis, inditam appellationem. Fateor quidem à diligentiſſimo hiſtoricorum Meiero ad Annum 1164. tradi in Latinis Philippi Elſatii legum Noviportenſium tabulis vocari oppidanos, De novo oppido, ſed adjicio in ſententiam meam reſcripta Margaretæ Anno 1271. compellantis Burgenſes de Novo portu, & ejuſdem 1274. concedentis immunitatem teloniorum Communitati villæ Noviportus, quæ dicebatur Zandishoveta. Quid apertius voce Portus inflexionis quartæ, quæ præter fidam navium ſtationem Grammaticis nil ſignificat.

Zandishovetæ porrò nomen primitivum ſonat arenaceum caput, à ſabuleto nimirum per agitatum Aquilonibus mare exaggerati mole, incolis hujus oppidi ad propugnaculum ſervire ſolita, ut ſuo Neptunus gladio, propriis Triton excrementis oppugnetur. Deſiit autem Zandishovetæ nomen in ore & uſu eſſe, ex quo portus Idæ Longobardorum vicinæ deficere. Tum enim venientes ad famam Neoportenſes illius jure coëmpto, ductaque in longum foſſa alium coaptârunt, unde oppido hæſit novum Noviportus nomen. A quo ad rem venio: Debet hæc civitas gloriæ ſuæ adoream Philippis duobus Comitibus Elſatio & Audaci; illi, quòd leges & libertatem incolis ad Annum 1163. vivo adhuc patre dederit, mortuo circa Annum 1168. confirmaverit; huic, quòd funditus everſam reſtituerit, facta poteſtate litteris Anni 1367. Joanni Giſtellano & Colardo Clitio hoc Cominæi, illo Warneſi Toparchæ pomeria oppidi ad Orientem producendi, muros ſaxeos ad munimentum circumducendi. Non ignoro tamen etiam ante Elſatium in Zandeshoveta caſtrum extitiſſe permunitum Elſatio in minoribus agente, ſæpè diuque habitatum, ſicut & vallum cum foſſis Guydonis Dampetræi ævo erectum, ſed hæc ſepimenta melioribus ſunt tempore Audacis mutata, illud Anno 1579. dirutum, ruinas ſui roboris teſtes monſtrat.

Et obſervavi urbem ut ab Elſatiis Comitibus amatam, ita & à Guidone Dampetræo cultam, qui cataracta ad novum aggerem fabricari Anno ejus ſæculi 93. pontem, qui ab eo Comitis dictus, ad occiduam oppidi plagam (qui nuperis turbis concidit) Anno 87. emiſſarium, quod novam Ydam indigetant, circa Dunkerkam Orientalem Anno 46. Pharum ad dirigendos nautarum illuni nocte curſus Anno 84. Hæc primæ urbis ornamenta flammis communibus ſub Malano Principe malè involuta, renovari ſub Audace cœpta & ſucceſſoribus. Ita lego canalem illum longiſſimum dilatatum Anno 1402. Ita exhibitam Philippo Bono oppidi non ita paſſim habitati planitiem, ab Ædilibus Anni 1442. pulcherrimam illam platearum directionem & ſymmetriam, (qua Neoportus nulli Flandricarum urbium cedit) cogitantibus, ſi pace ipſius liceret publica quædam ædificia amoliri.

Ita Curiam circa Annum 1480. Hallam frumentariam, non contemnendi operis ſub Annum 1500. pontem lapideum aſſenſu Principis Anno 1510. cœptum extrui versùs medium diem, ſed cœptum tantummodò, quo loco nunc non inelegans, ſed ligneus conſpicitur. Propugnacula in muris vetera Anno 1487. ferè ſtructa, ad portas & littus pleraque his turbis adornata, unà cum fortalitio Pharum tangente. Domus in oppido ſic ſatis concinnæ, poſt incendium Anno 1513, partim ſunt coaptatæ.

Clades fato & fortuna vindicibus à Neoporto acceptas, non altiùs quàm à Philippi Auguſti ævo auſpicabor, qui ductu Roberti Atrebatis oppido vicinorum malis territo potitus eſt Anno 1297. ſed per leges pacis recuperato à Flandris. Minoris hæc Francorum dominatio fuit, quam interjecto unius ferè ſæculi decurſu Anglorum Gandenſibus rebellibus aſſiſtentium, qui benevolentiam civium erga Comitem ſuum detectam vindicaturi, urbem captam ferro & flammæ ſubjiciunt, à quibus nec ſacrarum, nec profanarum ædium quicquam ſuperfuit, præter lapideam arcis turrim, quæ urbem ibi fuiſſe poſteris teſtaretur. Factum Anno 1383. Poſt hæc vulnera formoſius caput exerens civitas, inſignem retulit virtutis & fidei laudem Anno 1488. menſe Sextili, cùm Philippi Crevicordienſis & Comitis Vendocinenſis 18. armatorum millia ducentium obſidionem, & tertiam oppugnationem ſuſtinuit, fœminis ipſis galeatis fortiter vim repellentibus. Ad extremum extremo hoc ſæculo in communi Belgarum naufragio deceptam, Parmenſis Princeps Anno 83. Sextilis 22. Regi ſuo reconciliat, quam poſt memorabile in Neoportenſi ſuburbano Anno 1600. prælium inter Archiduces & Batavos commiſſum 1. Julii, biduo pòſt hi regreſſi obſederunt diebus 14. ſed pluvia & vento adverſantibus retroceſſerunt.

Quemadmodùm Novo portus tertium maritimarum & portu celebrium oppidorum caput, hinc Oſtendam, illinc Dunkerkam ſolet ad communia negotia evocare, ita ejus Vice-comes ſive Caſtellanus inter quatuor Burgravios littorales primatum tenere. Qua olim dignitate gentiles de Dixmuda, Cominæo functi, noviſſimè

mè Croii, è quibus cedente Carolo Duce Arſcoti obtinuit è primatibus Flandriæ Baro de Poucques vir primi nominis & famæ. Cæterùm Balivus Juſtitiæ civilis executor conſtituente Principe (qui mos à Philippi Audacis ævo invaluit) perpetuus eſt.

Senatus erat etiam olim, donec Guido Comes decrevit litteris Anno 1287. conſignatis Conſulem cum 9. Scabinis eligendum poſtridiè Feriarum Purificatæ Virginis, & mos perſeverat in hunc diem, die ſolùm poſt Annum 1579. in Junii menſis aliquem mutato. A Senatu autem quotannis cooptantur, & ferè è Senatoriis Ædiles ſacrarum largitionum & Curatores Seminarii pauperum, utrique rationibus reddendis obnoxii.

Leges à Meiero & Cujacio citatas eis præſcripſit Anno 1163. aut ut Latinum Diploma habet, 1164. Philippus Elſatius Theodorici hæres futurus, quas factus Anno 1168. ratas habuit. Vide eas apud dictos authores, & Marchantium.

Habet & contubernia 4. civitas nobiliore civium parte conſtantia, & quidem arcu chalybeo ſe exercentibus Anno 1423. corneo, ludos obeuntibus anno 1446. Bombarda ad ſcopum jaculantibus Anno 1527. à Comitibus immunitates & privilegia conceſſa. Rhetores autem titulo ſerti Mariani Anno 1492. à Gandenſibus approbati. Vilior mercenariorum plebecula in 13. tribus opificum deſcribitur, quæ & ipſæ titulum & tutelarem è Divis, Decanum è ſuis habent. Antiquitus re lanaria occupabantur potiſſimùm, ſed ea tepuit creſcente portus & navigationum commodo, à quibus ceſſantes in texendis ſtragulis, vericulis, ſageniſque canabinis occupantur, reſtibuſque texendis. Ut autem majore urbis compendio hæc negotiatio procederet, Ludovicus Comes Anno 1364. novem diales indulſit nundinas circa D. Michaëlis feſtum, Maximilianus alteras circa D. Joannis addidit Anno 1494. virtutis merito, quam in reſiſtendo Gallorum impreſſionibus cives oſtenderant. Eademque cauſa idem eoſdem à Brugenſium jugo, cui more aliorum oppidorum ſuberant, exemit Anno 1490. ſtapelam halecum conceſſit Anno 89. intra medium milliare cerevisiariam tabernam conſtituere vetuit Anno 88. Concludam in privilegio veteri oppidanis dato, & plurium reſcriptis firmato, ubi Margareta Anno 1274. liberat totam Flandriam à telonio, traverſo, winagio, pedagio, & conducto.

Voetboghe. Hantboghe. Cloveniers. Onſer Vrouwen goude Croon.

Sacra res omnis hîc loci ab una dependet Deiparæ nuncupata Paræcia, cui de Curione & collegis aliquot providet Archimandrita B. Nicolai Furnenſis. Eccleſia eſt perampla magnificis nuper Epitaphiis referta, quæ piorum manium hoſtes ſuſtulerunt. Horas hîc Canonicas quotidiè decantari permiſit Philippus Dux reſcripto Anni 1458. quod ita ſolenniter factum olim, ut proverbio locum fecerit, & Carolus Dux anniverſariam ob id obitus ſui diem hîc ſanciverit celebrandam anno 1470. largitus ideò halecarium vectigal.

Nobilioris ſexus cùm nulla in oppido ſint Monaſteria, Evangeliſtis & viatoribus Ordinum mendicantium domus ſunt deputatæ, & ſingulis ſua ſupellex, inſtituto non veteri, verè tamen commendando. Alterius ſexus Beginagium eſt D. Joannis titulo, cujus initia necdum ſcire mihi contigit. Sororibus autem tertiæ Franciſci regulæ Griſeis amictæ Senatus Hoſpitale Marianum aſſignavit, anno 1469. à Wilhelmo de Ram fundatum, cum onere operam ægris civibus locandi. Xenodochio inſuper amplo leges præſcriptas, Anno 1460. invenio. Concludo in pauperum Seminario, neſcias an pulchriori an utiliori, ubi nonnumquam 40. tenuioris fortunæ pueri educati, eductique, donec per ætatem & artem poſſent vitam honeſtam ſuſtinere, quo exemplo hoc oppidum, inter omnes ſuæ conditionis palmam refert, & Brugenſes non ſegniter imitatur.

Nieuſuſters.

Juriſdictio oppidi ex lege per Guidonem Comitem lata Anno 1293. uſque ad novum aggerem ſe porrigit, nec præter Longobardorum Idam oppidano Senatui incorporatam, ullum oppidi terrenum eſt: agger tamen cum ſuo canali & poldra portæ Stregenſi obverſa Anno 1310. coëmpta, dominio urbis adſcribitur. Natales autem huic ſuos debent Joannes à Nieuporta Ordinis Minorum concionator celebris, Petrus Bergis Winoci Prælatus, præter memoratos à Marchantio his verbis: *Ornatur*, inquiente, *Nieuportus Judoco Clichtoveo Joannis Clichtovei Furnenſis ambacti Conſularis patruo Theologiæ Doctore Pariſienſi: quem Carnutum canonicatu & ſancti nomine viventem cohoneſtabat, & Deſ. Eraſmus, ſcribens ad Ludovicum Epiſcopum Tornacenſem, nuncupat uberrimum fontem rerum optimarum, in quem edidit dilutiones, & appendicem de ejus ſcriptis. Scripſit autem de vera Nobilitate: De officio Regis. De neceſſitate peccati Adæ. De Doctrina moriendi. De laudibus D. Ludovici. Propugnaculum Eccleſiæ: variaque Commentaria in libros Ariſtotelis. Cornelio Scheppere Ekæ ad Schaldim Comarcho, & Concilii privati Regii Senatore. Scripſit in Aſtrologos futurum Anno 1524. cataclyſmum prædicentes, & pro Chriſtierno ſecundo Daniæ Rege Apologiam: inque mortem Iſabellæ ejus uxoris, ad D. Petri Blandinienſis, non procul ara maxima ſepultæ ſolemnem elegiam parieti aureis litteris inſculptam, cujus odœporicum Conſtantinopolitanum nondum liberi evulgârunt valdè expectatum: quibus propinquus Jacobus*

Marchantius hic natus, Furna oriundus eſt. Hæc ille.

TORHOLTUM.

HUic loco, ſi vera eſt popularium traditio, ſeptingentis ante natalem Dominicum annis Thoroaldus Cymbrorum Rex nomen communicavit, teſte apud Meierum Achille Gaſſaro in chronicis. Non fallunt certè annales, dum Flandriæ Emporium ante mille annos celebrant, nundinaſque ex quatuor Belgii cantatiſſimis habuiſſe addunt, & Abbatiam à Dagoberto Rege fundatam (quæ an eadem ſit cum Cella D. Michaëlis in Torholt, pago Flandrenſi, per Felicem presbyterum Anno 742. Bertinencibus oblata, judicent alii) à Ludovico Imperatore donatam B. Anſchario Epiſcopo Hamburgenſi, itemque à dicto Anſchario aliquandiu habitatam, à Remberto etiam Bremenſi pòſt Epiſcopo ſub idem tempus Anſcharii veſtigia & diſciplinam ſequente: ubi D. Donatiani Antiſtitis reliquias primùm repoſitas, & inde Brugam tranſlatas tradunt hiſtoriæ. Unde apparet præciſè uſque ad tempora Normannica Abbatiam hanc in Occidentali Gallia, quæ nunc Flandria dicitur, (ita ſonant diplomatis verba) ſitam perduraſſe, & cum reliqua Lotharingia in partitione hæreditatis ad Carolum Calvum perveniſſe; quæ cauſa fuit ut Anſchario per Ludovicum promoto migrandum fuerit. Nunc quo loco cœnobium extiterit, nemo facilè dixerit, nec Remberti, qui tamen his locis ortus natuſque fuit, nec Anſcharii ulla apud Torholtanos extat memoria, Barbarorum impreſſione ita omnibus diſſipatis, ut vix nomina perſeverârint locorum.

Poſt eorum autem receſſum novas beneficentiâ Principum vires recepit oppidum, inter mœnibus deſtituta vetera primum, nundinis annalibus Junio & Julio ante 4. ſæcula datis primarium, negotiatione pannaria ſub Balduino Ferreo ſtabilita nobilitatum, libertate & legibus ab Elſatio acceptis famoſum, & collegiata Apoſtolorum Principis per Robertum Friſium, Xenodochioque per Margaretam, Comites inſtituto auctum, inprimis autem exemplo, meritis, miraculis B. Achaz pueri ſeptennis Anno 1220. vitâ functi, qui teſte Cantipratenſi coætaneo, hîc natus, anteque annos animumque gerens curamque virilem, quinquennis Franciſcanorum fortè viſorum habitum ſumma ambitione expetivit, docens, increpans, monens ſuos prudentia pluſquam virili; & cùm vicinus morti petitam SS. Euchariſtiam non impetraret ob ætatis defectum, in verbis ad Deum querulis expiravit, nomine, quod ſanctimoniæ indicium fuit, ad ſepulchrum ejus Pſalmum 129. abſolvere potente; quod ſe expertum fatetur *cap.* 28. Cantipratenſis.

Succedit ad occaſum Vlaertsloa, quinque pagos complectens Ambactum & in eis ſacra Blandinienſium peculia, & olim Hoſpitalarium peregrinorum, ob vicinam inſtituti Ciſtertienſis Abbatiam Werkenenſem (de cujus initio in Dixmundanis dixi) non ignorabilis, cujus vocabuli affinitas nonnullos feſellit Geographos & ſcriptores, exiſtimantes eandem eſſe cum Abbatia Benedictina Merkemenſi, per Clementiam Comitiſſam fundata, intra limites dominii nunc ad Halewinios devoluti, nec prætorio aliiſque prærogativis deſtituti, ſitique juxta ſylvam Clerckemenſem, quod apparet, à clericis nominatam. Subcenſetur porrò Clerchemum Ambacto Eſſenenſi Heſſuorum ſive Heſſorum aliquid ſonanti, ut Merkemum Wommenſi. Diverſa autem parte, ut ambacta quædam ſolo mihi nomine nota, præter eam Dynaſtiæ ſunt nobiliſſimæ, Orſcampi & Coolſcampi, & Lichterveldæ per varios pagos ſe extendentes, & privilegiis & juriſdictione inſigni, de quibus exactè ſecundis curis agam, ubi Dynaſtiarum Archiva contigerit vidiſſe. Hoc etiam tractu prætorium eſt illuſtriſſimæ gentis Gruthuſiæ, & Baronatus Praetæ Gentilium à Flandria dudum hæreditas, diverſoque itinere Oudeburgum, cum Ambacto Kamerlingano & Giſtella oppido.

GISTELLA.

A Stallo nomen urbi eſt, cui origo ab Arce, libertas à Carolo Bono, privilegia à Guidone Dampetræo, honos à Dynaſtis, circumvallatio prima à Nobilibus Anno 1280. munitio altera à Ludovico Nivernenſi ad Annum 1324. foſſarum eminentia à ſenatu Anno 1434. murorum alibi ſtructio deſtinata, & inchoata à civibus Anno 1511. planè ut videatur oppidum cum ſæculis creviſſe, & unum ſingulis majeſtatis gradum conſcendiſſe appellatum, privilegiatum, vallatum, munitum, clauſum, muratum in parte. Modò civilium bellorum fructus ſentit, horum pluribus deſtitutum, & caſtrum duntaxat veteris elegantiæ monumentum oſtendens, amplum ante quadriſæculum ferè, foſſarum & valli non egenum, Dynaſtarum commoda & auguſta ſedes. Qui fuère olim è primis Flandriæ, telonii Brugenſis, jam indè præceptores, ut eo velut auctoramento Oceanum pyratis immunem præſervarent. Gens ſupereſt hodièque apud Brabantos, licèt Dynaſtia nuptiis tranſierit in familias Betunienſem & Luxemburgicam, nuper per Regulum

lum Briennæ vendita Joanni Carolo Affaitado patricio Cremonenſi. (ut pretio hoc à captivitate, in quam Anno 1544. inciderat, Gallica ſe eximeret) in cujus poſteris, & nomine perſeverat Baronatus titulo. E Dominis veteribus clari fuêre Bertulphus, auctor quidem parricidii à famulis in Godolevam conjugem deſignati Anno 1070. ſed qui ſcelus inſigni pœnitudine in D. Winoci Monachum indutus defleverit, jejuniis, cute loricata, aliiſque ſalutaris reſipiſcentiæ ſignis editis. Ex illis fuit etiam Judocus, ſive ut Goropio vocatur, Juſtus à Geſtella Itinerarii Hieroſolimitani author. Joannes Giſtellanus in expeditione ſacra eques clariſſimus, & alter eodem prænomine præfectus maris Flandrici, pluresque Magni Balivi Gandenſes, Ipretenſes, Cortracenſes, à Conſiliis belli Ducum Burgundiæ & Comitum Flandriæ.

Sunt juſtitiæ triplicis compotes Toparchæ & Senatum formant Scabinorum, & jus venationis, curiamque feudalem habent. Sodalitia terna ſagittariorum ſuis probârunt litteris, & in ordinem opificum octo tribus diſpartiti ſunt, è quibus Sayettariorum primarii ſunt, quorum ſtabilis nundinatio hic à Carolo Cæſare confirmata eſt, ſicut nundinæ Novembris diebus aliquot recurrentes, & denique forum hebdomadale. Eccleſia Deiparæ per Lambertum Epiſcopum Anno 1118. contradita eſt Alardo Priori tum Andreano juxta Brugas, unde miſſus è Religioſis unus rem divinam curabat. Qualis fuit Drogo, auctor vitæ Beatæ Godlevæ (Theophilam ſonat) martyris & miraculorum ejus ad tumulum patratorum. Occaſione quorum Benedictini inſtituti in vicino Virginum ſuccrevit Abbatia auſpiciis Comitûm & Epiſcopi, opibus Bertulphi parricidæ, ubi puteus oſtenditur, cujus aqua potantibus ægris aliquando valetudinem attulit.

S. Sebaſt. S. Georgii & S. Godelevæ.

Noſocomium etiam eſſe audio & Hierocomium in agro circum circa fertili, ſed de quorum initiis nihil ſcire contigit.

DICXMUDA.

DIploma Cœnobii Dunenſis, conformiter Iperio datum anno Virginei partus 1128. Dicaſmudam vocat oppidum, quod poſteriores uſque ad Annum 1300. Dieſmudam, nunc eadem litterarum vi, numero minore Dixmudam ſcribunt, dictione conglutinata ex Dics, id eſt, aggeris gignendi caſu, numeroque unitatis, & Mude; quod eminentem ad, aut inter aquas tumulum ſonat, Etymo tam veteri, quàm moderno urbis ſitui ſtatuique appoſito. Quam enim nunc pleno largus alveo Iſara lambit Zarrani, Iprenſis, Loani, fluentorum abſorptis curſibus intumeſcens, eam olim Noviporto necdum cognito irrumpentis fervor Oceani, allapſu ſuo recreabat in canalem mediocris ſpacii, & opportunus nundinationi. Et inde hærent vicis aliquot maritima vocabula à conchis, navibus, velis: inde reperias in veteribus reſcriptis memoriam catharactæ littoralis, quæ moles ſaxea ad exonerationem navium, cum fabrica lignea attractoria, quod tympanum verſatile nonnemo vocari putat. Hæc itaque opportunitas oppidi jure optimo ſibi vendicet exordia, ut cui ſervandæ opus fuerit arcem extruere, præfectum eidem dare, præſidiis firmare. Nolim autem quis opinetur me antiquitatem venari, & præſenti Caſtello, per Theodoricum Beveranum Anno 1415. extrui cœpto, Hamadryadum Annos attribuere, cùm hoc ſolum aſſerere mens ſit, arcem aliquam unde Caſtellanorum munus, ſecuritati habitantium littoralem hanc plagam à primis Flandriæ Comitibus erectam, non illo, quo moderna eſt, loco, ſed alio extra muros, nunc ad æqualitatem redacto, nec præter nomen corruptum ſervante.

Auctores in capite hujus ſcriptionis laudati à me Villam Dicaſmudæ dumtaxat appellant. Tempore Guidonis Comitis vallo & mœnibus, portiſque ornatam, ſed non ſufficienter munitam diſco, illud ex immunitate per Theodoricum Caſtellanum Anno 1270. data Noviportenſibus, ubi foſſarum mentio, hoc ex Caroli Gallorum Regis Anno 1299. bellis, qui eam exercitui minùs reſiſtere valentem ſui juris fecit, vallumque non nihil fortificavit, (ſic enim ſcriptor vitæ ejus loquitur.) Unde licèt aliquoties incendio fœdata, munitior tamen, & ſaxeo muro circa Annum 1300. cincta, par fuit tolerandæ obſidioni Gandenſium Anno 1380. Creſcebat indies, ut fit, privilegiorum illecta prærogativis, inhabitantium multitudo, unde ſatius viſum extendere pomæria, & murorum ambitum amplificare. Quod executioni mandatum authoritatem faciente Joanne Duce Anno 1411. per Theodoricum de Bevera Caſtellanum, & ſuperſunt ad Orientem & Meridiem ruinæ mœnium tunc cœptorum, ſed poſt ferè ſæculi decurſum, id eſt, poſt incendium Anni 1513. disjectorum, urbe ad priſcos limites velut poſtliminio revocata. In quibus perſeverat, indies ædium concinnitate, & tam interiori quàm exteriori ornatu ſpecioſiorem induens faciem. Ita à ſeptennio proximè elapſo videre eſt pedem clivi antemuralis in circuitu ferè oppidi ſepimento perenni veſtitum, arboribus ſeriatim in longum directis amœniſſimum oculis præbere ſpectaculum. Ita fortim cis muros armentarium longo ordine, & velut in quincuncem diſpoſitis ſaxeis columellis, ad illigandum pecora opportunis; inſtru-

ctum ante turbas. Ita curiam in fori medio majoris, commodis circumdatam officinis ante Annum 1550.

Commoda dixi; nec incommoda diſſimulaturus urbi, tam gravia quàm frequentia; ſed juvat meminiſſe malorum; animumque ſui compotem ſupra fortunæ nubes extollere. A captivitate ordiar Annorum 1297. cum Dicaſmuda in Francorum manus devenit, minore quidem diſpendio; quia inermis, diſpendio tamen, cùm vitam & fortunas militum libidini, hoſtis clementiæ permittere juſſerit neceſſitas. Sequentis ſæculi Annus 33. longè luctuoſior damnoſiorque, abſumpta fortuito incendio tota, quanta erat, urbe, ædibus tam ſacris quàm publicis ad tertium Kalendas Octobris, de quo tale vidi Chronicon.

Vulcani Dixmuda eſt uſta periclo.

Formoſius ab hac calamitate reſplenduit civitas, viris viribuſque potens, cùm Anno 1480. à rebellibus obſeſſa per Comitem Ludovicum erepta diſcrimini. Similiter Anno 1489. à Brugenſibus incaſſum tentata ferrum evaſit, fœlix ſi ſequentis ſæculi flammam æquè didiciſſet évadere. Tertius à decimo & ſeſquimilleſimus Annus volvebatur, & Aprilis lux ſeptima dena, cùm fortuna fortitudinis ſuæ in Dicaſmuda periculum factura Vulcani ope totum rurſus abſumpſit; cùm prætorio, Hallaque oppidum redactis in cineres pluſquàm 300. domibus, tanta civium, tanta civitatis jactura, ut major nequierit timeri. Noviſſimis funeſtiſſimi belli civilis temporibus à Francis ſpoliata Anno 1583. à Farneſio ejuſdem Anni Kalendis ſextilibus capta, non ſine damno, Principi ſuo eſt reſtituta. Nec deinceps præter fulmen nuper Annorum primi & ſeptimi in turrim non nihil debacchatum, à Vulcano aut Marte calamitates memoria dignas reperio, niſi quis longam præſidii militaris moram, & in mora ut fit, afflictionem earum numero judicet reponendam.

Poſt Comitem Dicaſmudæ imperat Caſtellanus, qui ſolus omnium Flandriæ Vice-Comitum priſcæ majeſtatis eminentias ſervavit, quippè Baronis titulo aliàs honoratus, ad quem ſpectat oppidi dominatus, triplicis juriſdictionis compos, magnaque in foro libripens, portorium, mulctæ infrà tres libras pariſienſes ex aſſe, ultra, triens, dodrante ad Comitem redeunte, triens bonorum à nothis improlibus relictorum, albinagii ſævus, facultas creandi Rectores oppidi, tam perpetuos quàm annales, ut taceam jus monetæ minoris, & alia nunc exoleta. Fuit ea dignitas antiquitus gentis Diexmudiæ, (è qua Arnulphus fuit Anno 964. ob munificentiam in Canonicos Brugenſes notus) tum Dynaſtarum Beverenſium, è quibus Theodoricus ob vindicatam Caroli Comitis mortem laudatus, & Bertoldus ob donationem Anno 1128. Dunenſibus factam, Joannes ob ſepulturam in Winocimontano cœnobio. Poſtremus ſtirpis Theodoricus (quem litteris Anni 1411. cognatum ſuum Joannes Dux vocat, non vulgaris honoris exemplo) in alias Dominium familias vidit tranſire, unius ex Maria Dommedalia, pater filiæ Joannæ primis nuptiis Arnoldo vander Beerſt, ſecundis . . . . Percevallio enuptæ, & cum aliquamdiu dicta in filiis perſeveraſſet Dynaſtia, tandem devoluta rediit ad Beveranos Theodorici ex fratre nepotes, è quibus Margareta Anno 1472. marito, Renaldo Haveskerkio dotem attulit: quo ex matrimonio procreata poſt alios Antonia Joannis Sacqueſpæi uxor, & Gulielmus filius & nepotes ex ea, gaviſi hæreditate, ſicut & proneptis Magdalena de Penſé ex Baronibus Flandriæ, quæ recenter Illuſtri Frederico Comiti Tsherenbergico totam tranſcribit. Unum addam, videri antiquitus Dicaſmudani Dominii limites latiùs in agro ſe extendiſſe. Cur enim vetus caſtrum in ſuburbano, ut nunc res ſunt? Cur Werkenſi fundationi Dominus Dicaſmudæ authoritatem præſtet? cur Anno 1270. capitaneus oppidi hujus, pagorum incolas ſub ſignis cogat, niſi quod eatenus pateret juriſdictio.

Cùm jure directi dominii nonnulla Comes Flandriæ jura habeat & emolumenta, ad ſervandum & curandum ea Advocatum conſtituit, & legatos audiendis rationibus, nec quicquam aliorum circa rempublicam, aut Senatum uſurpat. Caſtellanus enim uti Balivum & Scoltetum (qui commentarienſis vicem obit, carceri publico præfectus) perpetuos, ita annuatim format Senatum 13. Scabinis, 2. Conſulibus conſtantem, quibus adjunguntur Conſiliarii ferè pari cum Scabinis numero. Atque uti Advocatum conſtituiſſe, primus legitur Nivernenſis Ludovicus; ita formam Senatus Anni confirmaſſe Guido, uterque Flandrorum Princeps. Et facit ad authoritatem illius, quòd niſi teſte eo aut ſaltem vocato, actus ſummæ juſtitiæ, id eſt, capitali nullus ſupplicio damnetur: ad hujus majeſtatem, quòd tam Dunkerkani quàm Grevelingani, via appellationis ad hujus recurrant ſententiam, à qua niſi ex iiſdem actis nulla in Concilio Provinciali altera profertur, teſte Anni 1548. privilegio. Icon Deiparæ in conclavi Senatus viſitur, à Germano milite his turbis confoſſa, & ſanguinis aliquot guttas emittere viſa, manente adhuc cicatrice, in quam ſic à Moræo noſtro ſcriptum,

Icona Germanus qui lædere ſe putat, errat;
Chriſtipara vulnus, quam referebas, erat.

Gande;

Gaudet ſchiſmaticus Chriſti læſiſſe parentem,
Duplex, ne nimiùm gaudeat, ictus erat.
Virgo læſa quidem eſt, miles magis, atque cruor qui
Cernitur, hunc ſentit, ſentiet atque diu.
Quam nece docta manus curare, nec unda lavare,
Nec purgare Erebi flamma vorax poterat.

E lectiore populi parte conſtare ſolent tria Sagittariorum collegia, & totidem Poëtarum, tutelaribus, munere, privilegio iiſdem, quibus alia alibi gaudentia, & non rarò ampla in ludis præmia, ut Tornaci Anno 1394. ſecundas, Aldenardæ Anno 1404. primas tenuêre. Præter quas ſuis ornatè indulgentiis Sodalitates ſacræ ſunt diverſæ ad venerationem SS. Euchariſtiæ, Deiparæ, DD. Ludovici, Nicolai, Eligii, Annæ, Catharinæ, Barbaræ. Plebs reliqua in plures opificum tribus diſtributa, ſubvectionibus ex agro, & mari vicinis, caſei, butyri, armentorum nundinationibus rem faciens. Quo fine hebdomadatim lunari die, caſeorum, & butyri mercatus celeber, annuatim nundinæ bis recurrentes, Martis die ante feſtum D. Magdalenæ, & aliàs confirmatæ per Cæſarem Carolum. Et ſanè generi præſtantiſſimo butyri Dixmuda nomen ſuum communicat, quia nimirum ibi convehitur & libratur, cùm revera agri Furnenſis, & Franconatus ſit. Unde vulgi joco renibus adipe multa veſtitis, per ſe alioquin macris urbs confertur, quæ omni deſtituta territorio, nec vicos habens ſubſidiarios, agri tamen circumjacentis opes in ſui fori ſinum recipit. Solent etiam textores magnam in plebe lineam facere, illi factionis caput, qua Ludovicus Creſſius huc à nobilitate evocatus, (niſi vi effractis portis fuga dilapſus fuiſſet) Brugenſium in manus veniſſet. Denique cereviſiarii coctores, quorum commodo vetuit Princeps intra 500. ab urbe pedes cereviſiam aut coqui, aut divendi, privilegio variis tam contra Furnenſes, quàm Franconates, ſententiis concilii roborato. Concludam in triade virorum clariſſimorum natales ſuos Dicaſmudæ acceptos ferentium, Joannis Abbatis Warneſtonenſis Anno 1280. Franciſci Cæſaris, Theologi Pariſienſis Anno 1290. famigerati, & Petri Dixmudii poëtæ vernaculi Anno 1525.

Eccleſiam de Dicaſmude Anno 964. ab Arnulpho Domino oblatam D. Donatiano, decimis collegio Canonicorum Brugenſium aſſignatis lego: Eccleſiam dico, ſive ut tum loquebantur, Altare, ſed quæ ſecundaria duntaxat, & ſubcenſita parochiali de Eſna, à qua per Terovanenſem ſeparata eſt poſtmodùm, & cùm Anno 1044. majori ſchemate conſtructa eſſet, per eundem dedicata, incendio Anni 1333. demolita, & altero Anni 1513. læſa, ſupereſt tamen hîc ſatis elegans, & antequàm nefariorum ſenſiſſet furias, marmoreis Dynaſtarum Epitaphiis referta. Evaſit autem manus impias tumulus Anthonii de Sacqueſpée Domini, ultimi ſuæ gentis, Gubernatoris Dunkerkani, defuncti Anno 1564. cum uxore Jacoba de Recourt, item Arcembaldi monumentum, cum Epigraphe tali.

Hic jacet Nobilis & potentiſſimus vir Arcembaldus de Haveskerke in ſuo tempore miles & Dominus temporalis Dixmudenſis, Walvia & Henilles, qui migravit ab hoc ſæculo, quinto Kalendas Junii Anno 1507.

Erant & alia permulta vetuſtatis & Magnificentiæ ſuæ titulo veneranda, ſed quæ perierunt. Curiones 2 ſunt, quibus ad rem divinam aſſiſtunt 10. Sacellani, ſubjecti omnes electo, plurium ſuffragiis obedientiario, ſic enim appellant. Horum è numero quatuor Vicariatus, circa Annum 1400. dotati reperiuntur, Scholarchæ dignitas Anno 1530. invecta, cùm antè eſſet munus. Sacellanus caſtralis à Theodorico Bevernenſi inſtitutus. Horæ autem canonicæ ſolemniter decantari cœptæ, aut ſi id antè factum, mos cantandi revevectus Anno 1514. Epiſcopali, & Senatoriâ auctoritate acceptâ. Curionem hîc egit hodiernus Ipreti Epiſcopus, egregius tum fidei Zelator, Antonius Wouters Calvinianorum terror, qui pulcherrimum Eccleſiæ theſaurum caſulam, calicemque D. Thomæ Cantuarienſis vidit, & videre deſiit ab hoſtibus direptum cum alia ſacra ſupellectili. Exuviæ hæ erant ſanctiſſimi Præſulis & apparatus ſacer, cùm hic exularet, domo adhuc effigiem præferente & ſuperſtite.

Potioris ſexus cœnobium eſſe ſolet, in oppido unicum Alexianis à duobus ferè ſæculis deputatum, per Scabinos, licèt non ignorem longè etiam antè, ſed alibi privatim hos diverſatos, prædia coëmiſſe Anno 1309. Cæterùm cùm licentiùs viverent, ſub tertia D. Franciſci regula alium habitum & ordinem aſſumpsêre in provincia fratrum de pœnitentia JESU CHRISTI numerum facientis ab Anno 1483. Nunc eſſe deſierunt: Franciſcanis, quos de Obſervantia vocare conſuevimus, in locum ſurrogatis, & ex ſuburbano (ubi per Margaretam Joannis de Perceval uxorem, Dominam Dixmudæ, ſub Annum redemptionis humanæ 1440. fundati erant, gliſcentibus turbis deverſo cœnobio in oppidum profugi) Anno 1584. tranſlatis, adeoque recenter Recollectorum inſtituta amplexis. Sexus Secundarii Franciſcanæ nomine, ab habitu Griſeæ dictæ, Anno 1432. à Senatu locum habitationis ſunt adeptæ. Ejuſdemque inſtituti, ſed habitu diverſo, Nigrarum Anno 1490. colonia Brugis huc eſt

traducta,

traducta, ab eodem ſenatu. Antiquiores his Beginæ à tribus hîc agunt ſæculis, licèt earum Eccleſiola demum Anno 1435. dedicata ſit 4. Septembris. Venit etiam nominanda, licèt alterius loci, Abbatia Ciſtercienſis, titulo Domus Cœli in Werken fundata, Anno 1237. per Balduinum virum Nobilem, Margaretæ & Aleydi filiabus exemplo ſuo probantibus, Joanna etiam Comitiſſa & Elizabeta Bevrenſi, Dixmudæ, Domina ſequenti anno factum ratum habentibus. Virgines nuper deſtructo earum cœnobio, ex Werken ſive Heſendael profugæ ſedem fortunarum Dicaſmudæ figere videntur. Nec prætereundum D. Joannis Noſocomium inſigne 15. egenis excipiendis, fovendiſque ægris omnibus largiter dotatum. Neque domus S. Spiritus 7. pauperculis dedicata, licèt necdum authorem noſcere potuerim. Sicut nec dotatorem Leproſarii ſuburbani, Hoſpitalis 14. calamitoſorum, ſacelli Alemanici à Teutonicis equitibus dependentis, & alterius ſalutiferæ Crucis titulum præferentis. Sacelli autem ad vineam dicti, antiquitatem docuit me Bulla Indulgentiarum ad ejus refectionem juvantibus datarum anno 1225.

ELOGIUM.

Me butyri, & preſſi commendat copia lactis,
Jupiter hoc oleo noſtra per arva pluit.
Mella alibi, aut fœta veniant feliciùs uvæ:
Non ſua deplorat munera noſter ager.
Promiſſam toties quid terram hebrae requiris?
Aut hic, aut nuſquam flumina lacte fluunt.

MAX. VRIENTIUS.

POPERINGA.

Anthonii Sanderi.

QUam præſente ævo vocamus *Poperingam*, antiquitas, *Pupurningaheym* appellavit. Ad Annum 877. *Pupuringahem villam* confirmat S. Bertini Monaſterio Carolus Magnus. Elegans taliter etiam à Vredio & Malebranco vocitatum, prorſus nunc, & amœnum in occidua Flandria oppidum, lanificio etiam, at olim magis, textrinaque pannorum tam denſorum, quàm levidenſium, & villoſorum, quas *Baias* vocant, celebre ac famoſum, lupulo etiam ſalictario, qui cereviſiæ incoquitur, felix, cujus hoc in loco nata maxima copia, non per Belgicam modò, ſed in Angliam quoque tranſportatur. Vicos & ædificia habet ſpectatu digna, Xenodochium, & Nundinas annuatim in Aprili recurrentes. Anno 1563. miſerabili caſu hoc oppidum flammis correptum, duarum horarum ſpatio totum ferè conflagravit; cùm, quod mirandum, quinquaginta annis priùs, eâdem anni die ſimilem cladem paſſum fuiſſet, Templis exceptis. Sunt autem ejuſdem oppidi Templa curialia tria, opere pulcro ſurgentia, quorum primum D. Bertino ſacrum ſub Patronatu Abbatis Bertiniani conſtitutum eſt. Juxta quod domus viſitur præpoſiti Poperingani, qui è Monachis Cœnobii Bertiniani ſemper aſſumitur, & hîc agere ſolet cum uno & altero ſæpiùs Religioſo. Pulſus campanarum in hac & duabus aliis Eccleſiis, gratiſſimus & ſuavi modulatione aures mulcens: quædam hujus oppidi magnitudine ſua, maximas totius Flandriæ accedunt. Præter Collegia Rhetorum, ut aiunt, vernaculorum Gildæ in hoc oppido tres, videlicet Sclopetariorum ſub titulo S. Andreæ, Arcubaliſtariorum S. Georgii, & Sagittariorum S. Sebaſtiani, quæ ſuas à Principibus Flandriæ immunitates, & privilegia nactæ. Eſt in hac æde etiam Gilda, venerabilis Sacramenti fundata, primum per Gilebertum de Rupele Regium in Flandria Quæſtorem, per Chriſtianum, item Lauwyck, & Petrum Malleblyde. Solvit ea Gilda quotannis Curioni octodecim libras Flandrenſes, Subcurioni tredecim: Capella quoque ut pro animabus fundatorum ſex quotannis anniverſaria fiant. Canuntur quotidiè hac etiam in æde horæ canonicæ, & olim fertur habuiſſe Sacerdotes duodecim. In ſummo Altari viſitur elegans Imago, Chriſti flagella patientis, ab Everardo pictore Audomarenſi. Alterum Deiparæ Virginis eſt. De quo ſicut & de ſequente, Meyerus in Annalibus ad Annum 1290. *Apud Popringam creſcente populo cùm Curia, Templumque Divi Bertini non ſufficeret, ſuperadditæ duæ Parochiales Eccleſiæ, Deiparæ Virginis, ac D. Joannis Baptiſtæ, per Nicolaum quartum, Jacobum Epiſcopum Morinorum, & Galterum Abbam D. Bertini.* Sumptibus autem, & impensâ ejuſdem populi ædificatas fuiſſe has Eccleſias, extra controverſiam eſt. In hac Æde Virginis inſtituta nuper eſt confraternitas S. Roſarii.

Tertium D. Joanni Baptiſtæ ſacrum eſt Templum, ſub patronatu itidem Abbatis Bertiniani. Intra limites hujus parœciæ via Iprenſi, quæ ſilicibus ſtrata, viatoribus commoda eſt, ſtructam vides ædiculam in honorem B. Mariæ Magdalenæ, cum annexo beneficio, ubi quotannis ipſo divæ Feſto officium peragitur. In Eccleſia hac videre eſt imaginem non incelebrem de Carmelitico Scapulari, quæ circa annua amburualia, magnâ adfluentis populi devotione honoratur. Ante decennium circiter, admiſſi ſunt etiam Poperingæ Fratres Minores, quos Recollectos vocant, qui nunc ſtrenuè erigendo Cœnobio, & Templo incumbunt, collectis undiquè fidelium eleëmoſynis. Sunt & in oppido Sorores Religioſæ,

gioſæ, quas ab habitu Griſeas vocant, ſub regula D. Franciſci militantes. Curam ægrorum habent, ſicut & Nigræ ſub divi Auguſtini legibus conſtitutæ, per quas Hoſpitale Poperinganum etiam adminiſtratur. Agnoſcit Dominum, & jam pluribus ſæculis agnovit Poperinga Abbatem S. Bertini, ex pientiſſima largitione Walteri Comitis Arkenſis; cujus meminit Meyerus in Annalibus ad Annum 668. & Marchantius in Flandria, Locrius item in Chronico. *Is Comes*, inquit Meyerus, *cum Umwurga uxore nihil potius duxit, quàm ſanctis ditionem ſuam ædibus exornare, quarum magnam partem aut Petro Apoſtolo, aut Dionyſio martyri dicavit.* Factus eſt & ipſe poſteà Monachus, ac Abbas Luxovienſis, cujus & ſoror Phæra ſombris Parthenonem exſtruxit, vir potens & locuples, qui latè in Morinis ſuo tempore imperitavit. Donationem autem hanc confirmavit Carolus Calvus, & poſt eum Balduinus Securicula Flandriæ Comes. Cæterùm præter cladem quam cum aliis multis Belgicæ civitatibus paſſa fuit à Normannis Poperinga, de qua Meyerus ad Annum 880. cum Balliolo, utpotè nec muro nec foſſis cincta, & defenſoribus vacua, ad Annum 1436. ab Anglis, Ducibus Gloceſtrio & Eboracenſi direpta & incenſa fuit. Cùm autem illa ad Annum 1380. ſeſe Iprenſium ſubſidio viriliter protexiſſet adversùs arma, inſultumque nobilitatis indignabundæ quòd Iprenſi factioni eſſet illigata, Anno 1382. à Gallis Maleano opitulantibus, Britonibus præſertim, flammis atque cædibus fœdata fuit, at civium impenſis citò reſtaurata. De fortitudine autem Poperinganorum, ſic ad Annum illum 1380. Meyerus libro 13. annalium: *Nobiles ſub Caſleto adunati, Poperingam acceſſerunt, ut diriperent, incenderentque, quòd cum Iprenſibus eſſet colligata: ſed viriliter reſtiterunt Poperingani, ſeque ſuumque oppidum Iprenſium auxilio defenderunt, fortiter cum nobilitate depugnantes, cadenteſque & fugantes eorum exercitum.* At alius rerum ſtatus fuit cùm ad Annum 1343. ſub Kalendas Maii infenſi Iprenſes Poperinganis, eò quòd ad æmulationem pannorum Iprenſium ſuos pannos conficerent, ita ut inter hos atque illos parum diſcriminis vidiſſes, Duce Joanne Holtkerckano ſeditionem moverunt, profectique ſunt Poperingam, ut oppidum caperent: ſed reſtiterunt fortiter Poperingani. Superiores tamen fuêre Iprenſes, multoſque Poperingenſes, & inter eos Jacobum Bets eorum ducem occiderunt, ac captivos multos Ipram duxerunt. Magiſtratum habet Poperinga quotannis ab Abbate Bertiniano conſtitutum omnis Juſtitiæ compotem. Conſtat ille Prætore, Ammanno, Conſulibus duobus, & decem Scabinis, aſſumptis inſuper tot Juſtitiæ adminiſtris, quot lubet. Hi ſic cônſtituti, & jurati duodecim quotannis creant duodecim viros, qui ſint Reipublicæ regundæ à conſiliis, notabiles inſuper quatuor & viginti: in Abbate prædicto, ejuſque conventu eſt auctoritas conſtituendi Syndicum, & Actuarium, alioſque oppidi ejuſdem officiales. Quotannis item parœciarum trium æditųos, pauperum rectores, hoſpitalium præfectos, tutores ſacelli Magdaleniani, quæſtores ac præfectos Gildæ in honorem ſacroſanctæ Euchariſtiæ inſtitutæ, & aliarum in præfatis parœciis fundatarum, alios item iſtic officiarios omnes, pauperum ac leproſarii curatores, auditis tamen deſuper priùs Coſſ. & Senatu. Adeò ut præfato Abbati, ejuſque Conventui, per ſe vel alios ad id deputatos competat præeſſe cum Magiſtratu rationibus accepti, expenſique, quoad Hoſpitalia, Gildas, Parœciarum bona, aliaque antè nominata. Præter alia jura eximia ac magna, inter quæ poteſtas ordinandi in commune bonum, oppidi politiam, cæteraque ad publicam civium ſalutem ſpectantia. Habet & præfatus Abbas in hoc oppido ratione dominii ſui, Curiam Feudalem. Tranſiit hoc oppidum Anno 1625. ſereniſſima Princeps Iſabella Clara Eugenia Hiſpaniarum Infans, Alberti pii Archiducis Auſtriæ vidua, Caſleto Ipram veniens, in cujus Comitatu cùm eſſem, vidi iſtic cives armis ac egregiè veſtibus ſplendidos, qui in ſuburbano rure per cohortes diſtributi, tranſeuntem Principem honorârunt, & eâ pompâ exceperunt, quâ non in magnis urbibus majorem vidi: tantus tum Poperinganornm fuit animus, tanta generoſitas.

Fuêre porrò ſcriptis etiam celebres Poperingani. *Andreas Eligius Baccherius* P. J. U. D. & in Curia Flandriæ Advocatus, poſteà in Schola Biturigum anteceſſor. Scriptas reliquit, & diſputandi gratiâ propoſuit Theſes novem ſupra ducentas, quarum titulus eſt hujuſmodi: *Rationes de Jure, perſonis & rebus extra contractum acquirendis.* Has Biturigibus 1560. apud Joannem Gamerium impreſſas, dedicavit ampliſſimo Viro Michaëli Hoſpitalio Galliarum Cancellario, qui ipſi Andreæ in Bituricenſi Schola (quæ Hoſpitalio Curatore clarebat) adoleſcentiæ in legibus inſtituendæ curam injunxerat. Obiit Biturigibus, ubi uxorem Gallam duxerat circa Annum 1562. Jura civilia in eadem Academia docentibus Jacobo Cujacio, Hugone Donello, & Antonio Contio, totâ Europâ notiſſimis J.C. Collegis ſuis.

Jacobus majus P. Poëta non inelegans, teſte Dionyſio Harduino. Quædam ſcripſit, quæ operibus Jacobi Sluperii inſerta exſtant.

Ludovicus Makeblidius, Societatis JESU Sacerdos, in opuſculis piis conſcribendis præci-

præcipuè ſe exercuit. Quæ nomine ejus circumferuntur, hæc ſunt: Conſolatorium ægrorum; Theſaurus precum; decem exercitationes ſacrarum Orationum; octo item aliæ exercitationes ejuſdem argumenti; Theſaurus doctrinæ Chriſtianæ, ſeu Catechiſmus Mechlinienſis; Mons Spiritualium delitiarum, ad Senatum, Populumque Poperinganum. Omnia hæc vernaculo idiomate prodierunt.

Petrus Oudegeerſtus, J.C. Inſulenſis, at *Poperingâ* oriundus: inſigni in patriam pietate & laudabili diligentiâ poſt Annalium Flandriæ conditorem Meyerum, primus conſcripſit Flandriæ Annales Idiomate Gallico, nece Caroli Audacis ad Nanceium terminatos. Editi ſunt in 4. apud Plantinum.

Fuit & Poperingâ oriundus, Frater *Joannes de Haezebaert*, Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, S. Theologiæ Doctor Lovanii creatus ad Annum 1512. cum *Joanne Driedone*. De quo vide Faſtos Academicos Valerii Andreæ.

ELOGIUM POPERINGÆ.

Non formoſa pales, non hoſpita in urbe napeæ,
Non agiles radii, Palladiique coli;
Non celebres baiæ (quæ dos tua propria) tantis
Nominibus celebrem te Poperinga vehunt:
Quantùm larga manus, pietaſque inſignis avorum,
In ſuperos templis teſtificata ſacris.
Omnia de nobis prædantur fata: Tonanti
Quas damus, has ſolas ſemper habemus opes.

MAX. VRIENTIUS.

VIROVIACUM.

Ex Anthonini Itinerario notam vocem Flandrorum *Wer-wyck* eſſe annales Bertinici ante Neſtoris annos in ſcripta retulerunt, ne exiſtimemus loci hujus antiquitatem Longolium primò in lucem typographicam edidiſſe, aut Longolio longè priorem Meierum, aut Meiero majorem Paulum Diaconum. Certè horum ſuffragiis accedente tam Mercatore quàm Marchantio, nec abeunte in diverſum Dindo, Licebit & nobis priorum in veſtigio pedem tutum figere, & fingere nobis antiquam Julianis & Romanorum temporibus majeſtatem. Qualiter via Regia militarique non ignorari, Lyſæ grato anfractu non vileſcere, ſitus opportunitate & gratia perire non potuiſſe videatur; Sed Morinos, Nervios, Menapioſque inter tum; nunc Ipretum Inſulam, Curteriacum Turnacum intermedia, omnium alis glutino connexis poſſe elevari, omnium armis defendi, & ſuis omnes viciſſim defendere, ne otioſum credatur Wer-wix vocabulum loco inditum qui naturæ munificentiâ, aut Hoſpitalis, aut armatus Vicus eſſe quiverit, prout aut amicos aut hoſtem peragrantes offenderit.

Medium in quadro potentiſſimarum urbium eſſe dixi, & hinc felicitatis ſingulorum participem aliquando fuiſſe, aſſiduo mercatorum commeatu nobilem, nunc Martis quàm Mercurii diverſorio nobiliorem, nec ſurgere è paupertatis cœno potentem dicat:

fuimus Troes, fuit Ilium & ingens
Fama Wiroviaci colit ignorata ſepultos
Sub tumulis cineres.

Oppidum enim ex antiquioribus Flandriæ
Ante Brugas, Gandamque, & pulchri
nomen Ipreti
paginam faciebat in hiſtoria, jus municipale non à Regum aut Comitum beneficentia, ſed majorum tradita per manus fide ſervans, frequenter habitatum, novem putà Regionibus, & ſolemniter habitum, utpotè ſeparatim (non ut modò cum & ſub Ipretenſibus) collatitias penſiones conferens aut patriæ aut Principi. Mœnibus non arbitror unquam inſtructum fuiſſe, ſed foſſa alibi ſimplice communitam extitiſſe apparet. Prætorium Comitis ſubinde habitaculum ampliſſimæ ſtructuræ in ruderibus adumbratur: Sicut & Curia Hallæ, Macelli, fororum veſtigia quæ fatalis maximarum urbium carnifex Mars omnia demetens reliqua fecit, ut ne ſuæ tyrannidis unquam poſteros capere poſſit oblivio.

Erit fortaſsè qui querentem me audiens quærat ecquæ Romanæ, quæ Franciçæ, quæ Flandricæ antiquitatis ſuperſint, aut ſuperfuerint avorum memoria reliquiæ? Dicam quæ vidi, legi, aliiſque viſa, lectave audivi. Viſitur in oppidi medio ædificium inſignem loquens antiquitatem, opere, forma, fama, Fanum nunc D. Martini, olim Deaſtri Martis, cujus ſtatuam ſtantis mediatim armati, partem inhoneſtam (quæ res plurimis anſam dedit ſuſpicandi non Martem ſed Priapum repræſentari) exerentis ſpecie vidiſſe ſe profeſſi ſunt viri fide digni, relictam haud dubiè à majoribus vetuſtatis monumento. Repertum denique Anno poſt ſeſquimilleſimum quarto decimo numiſma Julii, & non multò pòſt plura Anthoninorum, Georgio Halewinio Cominienſi Dinaſtæ, per Senatum oblata. Hariolantur etiam nonnulli viam, vulgò *Stanſwech* dictam Conſtantini appellationem Magni reſervare. Hoc extra controverſiam eſt Francis Flandriæ potientibus, potentibuſque, à loco hoc utpotè primario *Pagum Viroviacenſem* nuncupari, quem non ſemel in Tornacenſium & Atrebatum

batum diplomatis obſervo deſignari, denique ex ſpacio, quod circa ferias, & cum Icone miraculoſa aſſumptæ Mariæ, clerus proceſſionatim incedens metitur, volunt antiquæ urbis ambitum poſſe & debere æſtimari.

Poſt Normannorum tempora maximam capitis diminutionem obtigiſſe reperio huic urbi per Richildem Comitiſſam Anno circiter 1070. everſæ. Altera ſæculi ſecundi poſt decimum Anno 6. accidit fortuito igne bina ædium millia abſumente. Tertia proximæ ætatis Anno 82. cum à Gallis oppidum, teſte Froſſardo tunc ſatis amplum, & divitiis plenum, ſpoliatum, & conbuſtum, aut quod alii magè privatim referunt, officinæ 2260. in cinerem reductæ. Quarta Anni 1460. Sextilis undevicesima, cum nocturno infortunio mille ampliùs ædes perierunt, nec multò pòſt Veſpillones peſti curandæ adhibiti, ampliùs quàm mille civibus pro remedio, contagem venenatam, pro vita necem propinàrunt, licèt non impuniti. Quinta quater denis pòſt Annis à Ludovico undecimo Galliarum Rege venit vaſtitas, aliquot domuum centenis æſtimata. Sexta, omnibuſque major nuper incidit in Annos poſt elapſum ſeſquimilleſimum ſeptuageſimum octavum quatuor ſuccedentes, quibus militari furore pluſquàm duo ædium millia ſolo proſtrata ſunt, tanto cum diſpendio, ut neſciam an majus urbs ulla Flandriæ experiatur.

Dominos habuit veteri memoria non ultimi nominis, inter equeſtres reguli Flandriæ beneficiarios ſæpè occurrentes; verùm cùm cædis in Carolum bonum patratæ conſcius haberetur Gulielmus Viroviacenſis, victus prælio, prædio pulſus per Curteriacenſem præfectum, apud Argentinam Germaniæ longis cruciatibus interlit, uxore Turnaci vivâ defóſsâ, bonis & Dynaſtiâ fiſco addictâ Annó 1118. Ex eo titulo & tempore Comes hic rerum potitus, in partem tamen dominicæ juriſdictionis aſſumpſit alios aliquot clientes Viroviaci nomen poſteà indutos; quorum hæreditas ad gentiles de Anthonia devenit Duci Burgundo per Joannem Dantoing, D. de Bryſeul vendita Anno 1412. Ita denuò unitum directo Dominium utile, niſi quòd una quædam portio poſt primam confiſcationem gentilibus primæ ſtirpis reſervata, ad Lidèkerkanos interjecto plurium ætatum lapſu devoluta, nunc Baronis de Heule avita ſit patriaque poſſeſſio, hac ratione villam orientalem inter honores ſui titulos præferentis & ſeptem viros juri dicendo annuatim declarantis: qui unà cum novem oppidi Scabinis à Principe creatis junctim politiæ civilis negotia adminiſtrant; Alia enim tam criminalia quàm civilia in ſuó cuilibet territorio ſeparatim cognoſcit, ex lege per Comitem Guidonem lata Anno 1302. Cæterùm ex quo Dux Philippus oppidum hoc ad ſe traxit, præcipua donavit; aut confirmavit privilegia, agnoſcens Anno 1427. oppidum privilegiatum juſtitiæ triplicis compos Anno 1431. Senatum habens ſtatuta validè condentem Anno 1441. habens Keuram, ſigillum ad cauſas Anno 1458. Stylum, judicaturam, pannificium, opificia.

Idem Guido Nundinas Auguſtales quatridui dedit. Carolus V. confirmavit, libertatis uſu fructu inchoato, recurrente. Saturni die prima poſt aſſumptæ in cœlum Virginis feſtivitatem, & hoc potiſſimùm, ob celebrem hîc loci texturam, tanti olim quæſtus, ut ampliùs mille officinis lanæ operarentur, non tantùm viſuri jam ab Anno 1357. & antè uſitatæ, ſed & aliis quatuor novis generibus privilegio Caroli V. Anno 1517. conceſſis. Quid? quòd Venereo, Saturnino, Lunari, cujuſlibet hebdomadis die tanta advenarum fori gratiâ turmatim accurrentium multitudo confluceret, ut neceſſe fuerit frumenta curribus advecta, plateatim venire, foro licèt ampliſſimo, mercium tamen minùs capace. Ut taceam in Halla Ipretenſi aliis ferè urbibus unico intercolumi loco contentis Viroviacum tribus opus habuiſſe, tanta nimirum pannorum illatitiorum copia reliquis (ubi nunc ſtragulis vilioribus quæ Carpettas vocant cogitur famam venari) antecellens. Sed enim

Quis talia fando
Temperet à lachrymis? in telas tela vibravit
Ignea Vulcani, Mars fortunæque Miniſter.
Effugêre procul vigiles ad perfida Nymphæ
Claſſica, deſeruitque quieta Minerva Arachne,
Deſeruit Fortuna ſuos benèſuada Penates.
Succeſſêre & fletus iners & triſtis egeſtas,
Inque vocata fames tentoria livida figit,
Et rotat & torquet fallax mortalia vota.

Etſi ædes B. Magdalenæ titulum præferens lanificorum cura & ſtipe collatitia ſub Annum Chriſtiani natalis 1214. ſtrui cœpta, in communionem Paſtoralis curæ nunquam venerit; tamen indiculus Archipresbyteralis Eccleſiæ Morinenſis, unicam dumtaxat agnoſcit Curialem Eccleſiam, Deiparæ, Divoque Medardo ſacram, illam poſt incendium Anni 82. ſupra trecenteſimum auctam in duplum ſuccurrente Comitis, antecedente civium munificentia; Ita ut inter auguſtiſſimas totius Flandriæ cenſenda eſſet, niſi impuris latronum manibus profanata, & demum circumducta mole terrea in ſpeluncam nequitiæ verſa, à fugientibus tandem flammæ ſubjecta fuiſſet. Poſt Annum elapſæ ætatis octogeſimum primum, Chorus major interſtitio marmoreo, & jubilæo eleganti diſtinguebatur: Sacella hinc inde quaterna eminebant, turris ad aliquot paſſuum millia aſpiciendam ſe præ-

præbebat, pronaum vario Sarcophagorum genere inſtructum, nobiliſſimis Equitibus magnificam dederat ſepulturam. Unum ſupereſt in Sacello D. Margaretæ nigri marmoris tabernaculum ſuper tumulo Hectoris Mirriadach nobiliſſimi Herois. Alterum ex diverſo latere obverſum Heliæ de Fontanis pari nobilitate Equitis.

Conſpicitur ampliùs in nonnullis nonnunquam parochianæ ſortis compos Ædicula vetus ex Martis, in D. Martini titulum à primis noſtræ religionis præconibus converſa, more Apoſtolicæ functionis viris admodùm recepto, qui ut tenacem nominum numinumque ſuorum gentilitatem pia fraude circumvenirent Idolis beatos cœlites ſimili delineatione ſubſtituebant. Ulteriùs habetur ad civium ſolatia Franciſcanarum tertii ordinis conventus. Habetur regularium ægris ſubſervientium in valetudinario ampliter dotato Cœnobium. Habetur civium indefinito numero eleëmoſynaria, cujus proventu debiles ſenio aut morbo inepti foventur juvanturque, & ſingula hæc ut duobus antè ſæculis extitiſſe, ita præcisè quando dotata incertum, Archivis ultimo incendio abſumptis: Concludo ſi triadem celebrium hîc natorum, alibi notorum adjecero, Joannem Paneſium Equitem Maleani Comitis Palatinum, Gulielmum Lapidanum Philoſophiæ, quod editu methodo Dialectica prodidit, doctiſſimum, & Martinum Caſtellanum plebeii Lignatoris filium, ſed ingenio non plebeio præditum, qui à triennio è fatis cæcus, nec interim ullo uſus inſtructore, ſuo marte tantus evaſit Torneator, ut ſimilem Belgica, imò Europa non haberet, ligneum Organum, tubam, fiſtulas, non tantùm fabricans, ſed eò neceſſaria efformans, aut effingens inſtrumenta, pluraque incredibilia patrans, mihi, niſi ab ocu-latis teſtibus intellexiſſem, numquam crediturо. Obiit Antverpiæ Principi Auraico acceptiſſimus.

ELOGIUM.

Bella, vetuſta, decens, Lizæ opportuna fluento
Splendidius poteram Wervice ferre decus:
Ni lue veſpillo, Mars ferro, Mulciber igne
Vaſtaſſet cives, arva, meoſque lares.

MAX. VRIENTIUS.

LOA OPPIDUM.

LOa cum Ecloa Calloa & aſſimilibus olere quibuſdam videtur, ut ait Marchantius, Latinæ vocis Coloniam reliquias atque teſtimonium, addo ego & Aquilam, quam ſola penè Flandricarum urbium hæc in ſcutis oſtentat, Romanæ antiquitatis poſſe videri veſtigium. Non deſunt tamen, qui eminus hæc petita, originemque Germanicam eſſe ſuſpicentur à Lo, quod locum altiorem notat, è ſtagnis aut torrentibus prominentem. Sed in noſtra hac Loa nihil tale, ſaltem nunc, apparet, utpotè quæ pratis, paſcuis, agris etiam cingatur, & torrenti duntaxat incumbat lato, ſive Ipretum illinc versùs Neoportum, Dixmudam, Furnam, & Dinocleſiam nomen Loanum retinenti: & imò ampliùs portum habuit olim apud Lombarſidam angulo nomen retinente: & coloniam egit olim in vicinos agros, ubi hodieque montis & Templi Loani ſupereſt pagus, notior eò, quòd iſthic comprimantur, & væneant caſei præcipuæ notæ & celebritatis, Parmenſibuſque lautitiæ gloriam cedere dedignantes, unde loci hujus antiqua celebritas queat æſtimari, ſicut etiam ex viis regiis militaribus tribus: una inſigni latitudine & rectitudine Eterram versùs nomen ſervante in hodiernum diem; altera versùs Caletum & portum Iccium, & mare, pridem à Comitibus Flandriæ, prout archiva cœnobii me docuerunt, obſtructa; tertia Gandam versùs, in hiſtoriis ſæpiuſculè nominata. Quantâ autem fuerit celebritate oppidum ante tria ſæcula; quivis obſervet qui ex diplomatis cœnobii iſthic fundati diſcet Comitatus titulum habuiſſe, Advocatiam principalem, Telonium, Stalla, creditionem, cenſuram, expeditionem, Manſionarios S. Petri, jus gladii & monetæ, cæteraque regalia. Caſtrum autem, opus caſtrenſe, ſuburbium, villæ Caſtellanum ſive Vicecomitem, Scabinos, generalem veritatem, bannum, legem, muros, juſtitiam, mercatum, bannum panis & vini, forum, communitatem, Senatum perpetuum, Miniſtros Comitis, placita, caſtrum & domum Comitis, Burgenſes, reſortum ſub Atrebatenſi, ſenatum habuiſſe cum ampla immunitate eiſdem illis verbis docet reſcriptum Philippi Flandriæ & Viromandiæ Comitis, quod cum aliis aliquot, ſecundis curis dabo. Nunc ſat habeas reliqua hodierni oppidi decora percurrere, comitatum & telonium oppidi cunctumque ibi jus ſuum ſæculare, exceptis gladio & moneta, dederat cœnobio canonicorum Philippus Roberti Friſonis filius Anno 1093. & videtur illo ævo needum habitatam fuiſſe oppidi partem, quæ potior nunc Flandriæ Comitem reſpicit, niſi dicere malueris totum aliquando oppidum cœnobitarum fuiſſe, & bellorum, aut alia occaſione, poſtliminiò hanc partem ad Comites rediiſſe. Certè nunc partitim Princeps & Præpoſitus oppido dominantur (etſi ille meri imperii exercitio potior) & uterque Balivum habet, & Conſulem, & Scabinos annales conſtituit, hic 4. ille 5. junctim utriuſque dominii incolis jus juſtitiamque adminiſtrantes, etſi Anno 1332. (teſtibus Ludovici Comitis privilegia Furnenſium, Loæ communicantibus

tibus litteris) ſeptem duntaxat, & à Principis Flandriæ commiſſariis annuatim creatos Senatores cum conſule fuiſſe ſciam, à quorum ſententia provocationis ſive conſultationis via ad Furnenſes recurritur, dictante idipſum Anno 1429. ſententia & conventione. Caſtrum Comitis fuiſſe videtur versùs ſeptentrionem extra muros, imò territorium oppidi, ubi locus nomen ſervat valli Comitis: Caſtellanique dignitas hæreditaria, videtur partim in Seneſcallatum tranſiiſſe, gentis Polinchoviæ modo, plurima ſub ſe feuda, & eminentias, imò & una dierum Anni (in quam nundinæ incidunt) Dominium omne obtinentem. Nundinas dico 8. Octobris inchoatas, & libertatem tridui Anno 1446. quatridui Anno 1450. conſecutas. Præter quas forum eſt hebdomadale diebus Jovis. Erat autem ab antiquo rerum omnium celebris affluentia, portæ ad quatuor cœli plagas lapideæ patebant: pontibus, foſſiſque, & alibi muro, & aquis oppidum cingebatur: ſed frequentia bellorum effecit ut nequierit aſſurgere, & jaceat obrutum calamitate ſua. Cui rei occurrere volens Princeps Anno 1444. poteſtatem fecit pannificium exercendi, Anno 1530. ſayettariorum operas introducendi, confirmans Anno 1410. gildas binas, 80. virorum ſingulas, arcu diverſo certantium, & Anno 1566. tertiam bombardiorum 60. viris conſtantem, ſicut & cameræ Ipretenſis, & Gandenſis, tres Rhetorum ſocietatis paulò poſt Annum 1500. publicè agnoverunt. Et videbatur aliquod operæ precium feciſſe, eò quòd ante turbas nuperas plures trecentis elegantibus ædificiis, oppidi medium ornaſſe acceperim, curia Anno 1566. erecta in formam quam videmus ſuperſtite; aliis incendio & vaſtitate Anno 1578. 81. 83. proſtratis, exarmatione etiam oppidi, & demolitione portarum, murorum, Anno 80. imperata disjectis. Populi etiam juſta erat multitudo, ſed viginti & ampliùs tam hoſtium quàm militum irruptionibus, omnes profugi, ne nunc quidem incipiunt reſpirare.

Sed de his aliàs fuſiùs. Nunc ad rem Sacram ordo vocat, quæ videtur olim ex patrimonio B. Adelardi latè in Menapiſco dominantis acceſſiſſe Corbeienſi Abbatiæ, quæ adeò homines, & manſionarios ſuos, ſive ut loquebantur, S. Petri habuit, quorum Advocatiam Philippus Comitis Flandriæ ſecundo-genitus in hæreditatis diviſione ſortitus, donavit cœnobio Loenſi Canonicorum Regularium Anno 1093. Cœnobium porrò illud tradux eſt & colonia Aroaſienſis apud Arteſios, unde veniens Thomas Abbas religionis monaſticæ Anno 1050. jecit fundamenta. Et præfuerunt exinde triginta duo Præpoſiti, ut nunc loquuntur, ſed inſignibus & prærogativis Abbatum ornati, quos adeò ſæpiùs Pontifices Romani Abbates indigetant. Seriem eorum ſecundis curis dabo, hîc tantùm celebriores: Iſaacum Anno 1106. ob impetratas Principum & Pontificum confirmationes: Gerardum ob Joannis Epiſcopi Anno 1199. privilegium obtentum: Walterum ob Anno 1172. acceptam ab Epiſcopo Eccleſiam Vinckemenſem; Stephanum ob fundatum circiter Anno 1490. novum dormitorium: Petrum Stulti ob adeptam Juris Canonici in Academia lauream: Carolum de Wagemaker ob Refugii Ipretenſis fabricam: Martinum de Roye ob domus Abbatialis ſtructuram: Joannem Snepgat ob fundatum in dicta domo ſacellum, & incenſi vaſtato cum templo cœnobii muros reſtaurari cœptos: Remigium de Zaman, ob ſtructa Anno 1608. templi & bibliothecæ, Anno 9. dormitorii & clauſtri, mox domus Abbatialis ædificia, reductos ex exilio Religioſos, profeſſionis ſuæ habitu & diſciplina inſtructos, curamque inſignem rei ſacræ publicæ, & familiaris. Addam etiam tribus verbis, ſepulturæ locum in hac Eccleſia elegiſſe filium, nepotem, duoſque pronepotes Comitum Flandriæ, evocatóſque hinc ad gubernanda cœnobia, Sonnebecanum 3. Formeſelenſe 2. Watenenſe totidem. Alterius porrò ſexus Parthenone eſt, & inſtituti Tertiariarum, quam titulo Hoſpitalis Griſearum ſub invocatione S. Catherinæ video ſub Annum 1492. adornari cœptam, allaborante Adriano de Vogele Canonico Furnenſi, ſacello paucos poſt Annos aſſenſu Prælati, & certis ſub conditionibus dedicato. Hoſpitale porrò alterum oppidi vetus eſt, & Scabinorum curæ demandatum, etſi Anno 1226. legam Adamum Epiſcopum Morinenſem Præpoſito id committere, Engerramo ſucceſſore litteris Anni 1313. profitente ſe Capellaniam in hoſpitali fundaſſe: erantque olim regulares fratres ſororeſque ægros peregrinoſque curantes.

Loæ natales debent Jacobi Budſinius & Claiſſius; quem Paulus Leopardus Nicolcon vocat & doctiſſimum, Juriſconſultus & multarum diſciplinarum peritus, prout & eorum propinqui Rolandus, Arnoldusque Zegerſlappius, & Carolus Claiſſius fratres litterati, ille Furnis, hi Bergis Conſulares tradente & laudante Marchantio. Quibus adjiciendus Georgius Arkbout Medicus Imperialis Baesdorpii celeberrimi Archiatri gener.

DINOCLESIA, VULGO DUNKERKA.

URbem hanc quamvis Neoportus pulchritudine, Oſtenda famâ, Gravelinge munitionibus videatur antevertere, tamen

tamen antiquitatis merito, conſilii Neptunii ſtabilitate, piſcationis felicitate, virtutis opinione primatum inter conſortes hujus oræ ſibi poteſt arrogare. *Dunum* ampliſſimarum Europæ urbium terminatio familiaris, exemplo innotuit Lugduni, Meloduni, Novioduni, & his ſimilium. Sed non inde Dunkerka noſtra; quam *Duni* Græcis Dines, Romanis colles arenacei littora coronantes ſic appellârunt. Cujuſmodi à Sluſano portu Caleſium uſque longo & perpetuo tractu, Neptuno Flandrico album dorſum prætexunt Maris eructatione, & quodam velut Tethydis vomitu ejecti, ventorum conſpiratione acervati, & ſterili omnia vicina calvitio replentes. In his B. Willibrordus fidei Chriſtianæ dogmata ſpargens Ædiculam Apoſtolorum Principi dedicavit, Curialem littoris tanti quanti futuram. Hinc Dinocleſiæ nomen, hinc auſpicia urbis, & ſuperſunt ponè muros ſacelli, quod interjecto tempore conditoris ſui titulum aſſumpſit, veſtigia, paræcia ante ſeſquiſæculum intra muros tranſlata, dono Elſatii Comitis, propinquæ Winobergenſium Abbatiæ attributa, ante quinque ætates, litteris etiam tum citantibus. *Altare in Duncherkes cum omni decima villæ, &c.*

Villam vocat, & probè; utpotè quam Philippus ſuam in protectionem accepit, Joanna pòſt Comite ad Annum 1218. factum probante. Verba autem litterarum Philippi Flandriæ & Viromandiæ Comitis hæc ſunt. *Sciatis quòd Burgenſes de novo oppido de Duncherca in conductu meo & protectione ſuſceperim, & quòd eos ab omni telonio & conſuetudine per totam terram meam, excepto telonio S. Audomari, ubicumque ſit; liberos in perpetuum dimiſerim.* Ex hoc itaque tempore littus & locus hîc ſparſim habitari cœpit, & prætorio & navalibus inſtrui ſub Godefrido inprimis Cameraceno Antiſtite; qui dominium oppidi à Laurentio Hiſpano, equite, conſobrino Ferdinandi Principis Flandriæ redemerat, & quoad vixit ornare non deſtitit, licèt à morte ſua ad Comites Flandriæ revolvendum, prout venditionis tabulæ dictitabant. Dictitabant quidem, ſed non ita factum, Joanne Aveſnenſi Hannonum Comite, partim ſuo, partim conventionis jure hæreditatem apprehendente, illam majoribus indies, & grandeſcentem incrementis, portus inprimis commoditate & famâ. Qui licèt anguſtior, & intrare volenti propter brevia & areolas ſuſpectus; tamen ex Mardiciaci, & Longobardorum Idæ declinationibus non obiter cœpit aſſurgere, deditque ea felicitas occaſionem Guidoni Comiti Anno 1288. avulſum hoc à Flandrico corpore membrum recuperare, hæredibus Joannis Aveſnenſis pretium empti reponendo.

Quamvis autem exiguo ſub Flandriæ Comitibus tempore hæſerit, tamen non exiguo legum & privilegiorum beneficio eſt locupletata. Invenio certè ſanctiones politiæ urbanæ tum conceptas: Conſules binos, alterum civitatis, alterum peculii urbani Præfectum tum introductos. *Borger-meeſter. Poort-meeſter.* Collegium Scabinale duobus auctum Senatoribus, novemviros habere cœpiſſe: Halecum capturam felicem, ſalituram ingenioſam, mercatum ſolemnem uſurpaſſe, tribus his in hodiernum diem unicè Dinocleſiam commendantibus. Imminente hujus venationis velut meſſe, in altum navigant centum quinquaginta & ampliùs Myoparones, *Myn-huys.* nec alibi magis onuſtæ, nec meliùs revertuntur. Reverſi propolio ad hoc deſtinato venum ſuos quiſque proſtituit, & nefas, niſi hîc propoſitos aliò transferre. Cives emptores hac inprimis arte valent, ut nuſquam aptiùs, delicatiùs, utiliùs, haleces ſaliantur, & ſaliti vaſibus concluſi totam per Belgicam exportentur. Et obtinuerunt eo fine raras immunitates, adeò ut etiam ipſos vietores legibus contineri, nec niſi à peritis, ejus opificii collegio probatis, ulla aut fabricari, aut diſtrahi voluerit vaſa Carolus Quintus eo nomine Cæſar, diplomate Anni 1515. Gandavi ſcripto, & ſubinde adjectis contravenientium mulctis roborato.

Roberto Caſletano jus ad Comitatum abdicanti Dinocleſia cum aliis per Robertum Comitem pignori data, per Ludovicum Creſſium omninò transſcripta, novam ſub hoc faciem inducere occepit. Quamvis enim beneficiario duntaxat nomine poſteriores hæc loca poſſederint, tamen Dynaſtæ ita merum in urbem eſt imperium, ut ſine præſcientia ejus nequaquam liceat urbem debito aliquo illigare. Ipſe Prætorem ſive Balivum hodieque ſtatuit, Capitaneum etiam dignitatibus per nobiliſſimos adminiſtratis: ipſe Senatum annalem conſtituit, potentem reipublicæ, (licèt pari cum ipſis numero Conſiliarii è plebe aſſiſtant) munere frequenter a gentilibus de *Cortewyle*, *Poucaſtel*, *Cant*, *Riel*, *Helle*, *Baldecem* adminiſtrato: ille tribus Baliſtariorum contuberniis Georgiano, Sebaſtianæo, Barbarico privilegia & conſuetudines præſcribit: ille decretas à Senatu conſtitutiones ſeptem tribubus opificum authoritate ſua ratas habet. Ille triplicis compos juſtitiæ, reis inſuper delicti gratiam facere, & ſupplicium in mulctam convertere poteſt: non tamen in præjudicium authoritatis Senatoriæ, aut publicæ: adeò ut nec directo nec utili Domino permiſſum etiam ipſo inaugurationis die, ullum à Senatu proſcriptum reducere, prout ſententia annorum 1413. & 1446. pronunciatum invenio.

Atque hæc quidem tanta majeſtas à ma-

gno illo Roberto robur accepit, & ab eodem civitas magnitudinem. Cujus filia Jolenthis Henrico Barenſi regulo enupta, in aliam tranſtulit hæc loca familiam, ſed non fortunam. Poſt incendium enim per Anglos Anno 1388. urbi omnia extrema parantes ſuſcitatum, ſerenius longè caput extulit ſupra belli nubes. Arcis Oceano dominantis reliquias ad meridianam plagam oppidi videmus, cujus turris reliqua fundatricis nomen dominæ Barenſis hodieque præfert, mœnia videmus, & Roberti Barenſis conſenſu ſtructa legimus, permittentis reſcripto Anni 1400. certum vectigal mercibus adventitiis inſcribere, & triennio pòſt curam dantis Huſtino Haveskerkio Balivo diſpiciendi, ut everſio ædium, foſſarum derivatio, murorum ſtructio quàm commodiſſimè diſponeretur. Et reperio foſſionem inchoatam, ejuſdem Anni Auguſto die 29. portas fuiſſe ternas, vicos 16. turriculas murales 28. Debetur etiam Barenſibus juris adminiſtrati renovatio. Nec veteribus incendio abſumptis Codex, actorum tribunalis (quem olim rubeum, nunc exulum vocant) Annum excedit 1398. cujus in exordio vetuſtæ artis & moris, depicta eſt exoculatio, reo ad equuleum ligato & lictore forcipibus pupillam evellente. Barenſium ævo quoque eductus ſecundùm mœnia fons aquæ dulcis; quod mirum in ſolo maris ſalſedini nunquam non obnoxio, loco fluctibus tam vicino, ut nequeat magis.

Ballincboec.

Roberti Barenſis ex Joanna Giſtellana hæres, Ludovico Luxemburgico Comiti Sanpaulino ſecum hanc dotem trahens, aliam Dinocleſiæ ſtirpem dominaturam attulit, ſed herclè feliciter dominatam. Hujus enim ævo, cùm fori extremum duntaxat urbs Colmæ allapſu clauderetur, in adverſam ripam procul ad ortum extenſa pomeria. Ab hoc Anno 1451. conſignatus ſtruendæ intra muros curiali locus opere ſequenti anno multùm promoto; quod arguit inſculptum frontiſpicio Chronicon.

Hiccine me fundat de Dunkerck turba benigna,
Acriùs ut reſonet Chriſto, quæ ſunt ſibi digna.

Reſpicit autem ad turrim tota Flandria ſpectabilem, unde albicantes Angliæ montes è plano conſpiciuntur. Sub hoc Franciſcanis Anno 1438. Audomaropoli traductis cœnobium elegans coaluit. Sub hoc Tertiariæ virgines adornando magis ampliter cœnobio, indulgentias nominatim 1446. impetrârunt, & Gryſeæ eandem profeſſæ regulam octo, ad curandum S. Juliani Hoſpitale, per Davidem à Burgundia Epiſcopum deputatæ litteris Anni 1452. Erant quidem anteà duo hæc Hieræcia, ſed illius ex ſuburbano tranſlati habitatrices Beginæ primitus, recenter tùm religionis voto ſe obſtrinxerant, hujus Hoſpitalitas per Laïcos etiam conjugatos adminiſtrabatur. Erant etiam antiquitus circa flumen S. Joannis Noſocomium, & circa templum, ut nunc res ſunt, Gerontocomium aliquot vetularum, ſed & hujus & illius proventus dicto S. Juliani Xenodochio accreverunt.

Witteſuſters.

Grauſuſters.

Hæc magnitudo eſt urbis, quam neſcio an non ingens illa pedum octuaginta & ampliùs balena Anno 1404. ipſo Paraſceves in arena ſuburbana expirare viſa portenderit. Certè hoc fatendum quamdiu penes Luxemburgicos ſtetit res Dinocleſiana, felicem fuiſſe, non tamen ita cùm per nuptias Dynaſtia ad Vendomicos, Borboniosque deſcendit. Tempora enim bellis magè obnoxia, & perinde injuriis illa fuerunt. Non deſunt interim quæ paginam facere mereantur. Defendendo portui Carolus Imperator Anno 1535. arcem præſidio inſtruendam militari versùs Septentrionem ædificavit. Leproſaria ſecus muros terna, Senatus Anno 1515. reſtauravit. Nec multò pòſt pharum duplicem nocturnum iter nautis dirigentem. Præfectus rerum maritimarum ſtabile domicilium circa idem tempus hîc cœpit eligere. Qualis Anthonius Briard Marchionis Verani Vicarius fratre Lamberto Mechlinienſi Præſide qui ſtylum Flandriæ publicavit, notiſſimus. Exteris autem maximè admirationi eſſe conſuevit ornatus Eccleſiæ, & imprimis Altare majus amplum, latumque marmore variegato, lapide Lydio, & alabaſtrite conſtructum: ſumptu pluſquàm viginti millium florenorum, tantoque ſplendore ut aſpiret propemodùm ad faſtigium admirationis. Sed hoc excepto reliqua urbis ornamenta, cum templo Gallorum Anno 1558. irruptione procuratum obliteravit incendium.

Planè ut nova è cineribus Phœnicis inſtar revixiſſe videatur, propugnaculo opportuna, portis validioribus, mœnium complexu nitidiore, platearum elegantia, aquæductus Bergenſis commoditate, Colmæ allapſu, Oceani fluctibus, Templorum ornamentis ad ſtuporem, non obſtante Belgicorum tumultuum calamitate, elegantibus, conſilio maritimo recens adornato ſub Præfectis Rentiaci Marchione, & Mansfeldico, Arembergicoque Principibus ſucceſſivè eam dignitatem obeuntibus, virtuteque bellica, quam obtinent non tam cives quàm Præſidiarii apud exteros famam, apud populares gloriam, apud hoſtes terrorem & victoriam ſæpiſſimè aſſueti obtinere, & per apertum vitæ diſcrimen ad laudis triumphum proficiſci. Et quamvis Anno 1592. & aliàs inſidiis petiti, pluribusque annis à navibus hoſtium velut obſeſſi, non tamen ideò quicquam de animo aut virtute remiſerunt.

Admiraliteyt.

Terri-

Territorium Dinocleſia habet modicum, & cingitur ferè Bergenſi, intra quod civis prædia ſua alteri tranſcribentis nequaquam aut decimam pretii pendere aut aliud onus ſuſtinere coguntur, declarante id ſententia diſertis verbis Anno 1510. pronunciata Gandavi. Imò verò ne Bergenſes quid in delinquentes Dinocleſiæ cives deſignent, definitum reſcripto Principis Anno 1310. eum Dinocleſianum qui in territorio Bergenſi peccaſſet, ſiſtendum ſuo judici Senatui, præterquàm ſi pyrata, prædo, & repertus in flagranti crimine; tum enim Bergas trahi poſſe.

ELOGIUM DUNKERCKÆ.

Littore in occiduo quà ſata feracibus arvis
Flandria vicinum vergit ad Oceanum:
Claſſibus & portu, Dunkercka ſuperba Britannum
Deſpicit, & Gallum, Mattiacumque ferum.
Una tribus populis urbs Marte timenda minaci,
Una eadem populis Marte colenda tribus.
Nautica gens ſcopulis, rigidiſque edurior ornis,
A puero fluctus provocat atque notos.
Nec dubitat, remis mare dividat annè lacertis,
An trabe, vel prono pectore nixa natet.
Robur ineſt animis, faciuntque pericula fortes,
Neptuni invictum dixeris eſſe genus.
Iſta viri. Matres mulctralia plena, juventus
Sedula vel merces, vel ſata læta colit.
Paſcua læta boves, capiunt vix horrea meſſes,
Vix grave Mercurii ſuſtinet alnus onus.
Æmulus hæc Gallus, rivalis & adſpicit Anglus,
Spectandoque ſuum cor ſibi livor edit.
Invidiâ major ringentes ſpernit, & intus
Tot Dunkercka ſuis gaudet onuſta bonis.

MAX. VRIENTIUS.

GRAVELINGA.

AD occidentem ſolem ultima hæc mœnitarum Flandriæ Urbium, in limite Gallico, versùs Atrebates excubans nomine novi oppidi vocabatur, cùm à Theodorico Elſatio Libertatem cum aliis oppidis communem adepta eſt, ideoque adepta eſt ut contra Anglos præſidium eſſet, contra Gallos murus. Quamvis autem ad Annum 1160. hæc Comitis exarata ſit donatio, tamen Anni ampliùs centum abierant, cùm vallo muniri cœpta urbs, occaſione canalis, & portus à Comite derivati longo tractu, & anguſto, ſecuro tamen. Poſt incendium denique ante tria ſæcula ab Anglis immiſſum reſpirans, majori ambitu palis, & tandem muris lapideque ſe cinxit, à Carolo Quinto Cæſare inſtructa Caſtro firmiſſimo, & propugnaculis undique vallato, ad Annum 1528. ex quo tempore munitiſſimi oppidi famam cœpit adipiſci, Gubernatore & perpetuo militum præſidio gnaviter defenſum. Senatus ejus forma eſt per Guidonem, & Nivernenſem Comites ſtabilita. Forum & nundinæ per Philippum Bonum Ducem, & Carolum V. Cæſarem confirmatæ; imprimis autem portoria Lanarum ex Anglia & Caleto invehendarum hîc fixa, occaſionem dant aliquali nundinationi. Rei ſacræ Archiſtrategus Gravelingæ (id enim nomen ab aquarum ductu per Comitem effoſſo obtinuit) eſt B. Willebrordus, non Eccleſiæ ſolùm olim, ſed & toti vico nomen de ſuo faciens. Cæterùm Parœciæ proſpiciebat antiquitus archimandrita Bertinianus. Parthenone Virginum Anglicanarum inſtituti Franciſcani rigidioris, à paucis proximè Annis inchoata eſt. Xenodochium ubi ſexus fœminei aliquot peregrinis ſolent ſubſervire, vetus eſt, & Adam Epiſcopus Morinorum, reperitur aram dedicaſſe. Leproſaria etiam & ſacellum littorale merentur annotari. Nec aliud quicqam de celebri hoc loco reperi, ſecundis curis plura daturus. Terrenum oppidi vix ullum eſt, at fluvii Agnionæ allapſu & Oceano occurrentis Commodum: cui nomen fœneravit & famam auxit conflictus Anni 1558. in vicinis agris initus, ubi Thermus Galliæ Mareſcalcus, auſpiciis Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ diligentia & audacia Lamoraldi Egmondani Comitem victus, ſpoliis exutus atque captus fuit. Agniona porrò ſive malis cum Liebardo Alpham, ſive cum aliis Romeram appellare, in pago Rumillijo agri Bolonienſis tenuiter ortus per Vreſecum (teſte Marchantio) Faſquumque repens perluit foſſas arcis Rentijæ & falcobergæ, ſemperque torrentium ſocietate augeſcens, & Arkas & Audomaropolin ingrediens incurrit mari ad Gravelingam, poſtquàm ad Watenum & Linkas cataractis obſequens emiſit illic Colmam per Bergas & Dunkerkam ſe exonerantem.

JOANNIS BAPTISTÆ

GRAMAYE

FLANDRIA

FRANCA,

ID EST,

MUNICIPIORUM, DYNASTIARUM, VICORUM, ABBATIARUM,

Cœnobiorum quarto Flandriæ membro comprehenſorum illuſtratio, unà cum Oppidis omnibus ſecundi ordinis in Comitatu veteris Flandriæ ſitis.

AD

NOBILISSIMUM, AMPLISSIMUMQUE FRANCONATUS BRUGENSIS SENATUM.

VOBIS,

AMPLISSIMI CONSULES, NUMERO,
AUTHORITATE, FAMA, TOTIUS


FLANDRIÆ MAXIMI:

VOBIS,

MAGNIFICI SENATORES, ETIAM NUMERO, STABILITATE, DIGNITATE POTIORES, ET NOBILITATE, PRUDENTIA, INTEGRITATE NULLI CEDENTES:

LIBER HIC LABORQUE INSCRIPTUS EST.

Quia nimirùm de vobis veſtriſque tum ſociis, tum clientibus ſcriptus,
Etſi nec ad amuſſim, aut trutinam, aut ſextarium collatus,
Mutila, manca, imperfecta producens.
Sed ut aves captans noctuam exponit aeri,
Ita ego tenebras haſce in publicum & vulgus,
Confidens fore, ut è privatis nobilium & eruditorum archivis
Advolent mox rariores antiquitatum deliciæ ceu paſſeres,
Quibus ſtipata mea noctua noctiluca fiat,
Et prodeat hoc Flandriæ membrum illuſtratius
Unaque in famæ curru rota illuſtrius,
Deo, Minerva, & favore veſtro auſpicibus
Nobiliſſimi, Ampliſſimi Franconatus Patres.



JOANNIS BAPTISTÆ
GRAMAYE
FRANCONATUS BRUGENSIS.

ANtequàm particularem Caſtellaniæ Brugenſis & locorum in ea deſcriptionem aggrediar, libet præmittere quæ è Meiero collegit Marchantius rempublicam quarti hujus Flandriæ membri tangentia: Sic autem ait. Quæ terra Franca, aut Vrilatorum, hoc eſt, Liberorum vernaculè nominatur, hinc nomen illud videtur eſſe nacta, quòd pretio, officiis, obſequiiſque in magna annonæ caritate, tempeſtivis, gratiſque à jurisdictione Brugenſi diſſui impetraverit, ut Caſtellani Brugenſis juri imperioque laxiori & imbecilliori ſubderetur: qua in opinione Jo. Lud. Vives eſt: exueritque optimi capitis Balfarti, ſimileſque ſervitutes. Cui ſenſim in magnum corpus amplificatæ, Philippus Alſatius, terræ proprietarius, à Brugenſi Caſtellano rogatus, juris formam legeſque præſcripſit, Curebrevi, hoc eſt, ſelectorum ſtatutorum diplomate, à Ludovico Nivernio, qui & Creſſius, & à Philippo Audace confirmato, ac ad illorum temporum mores accommodato: ubi cavetur, ut inſidiarum letalium auctor, quique illis hortum domumve ſubminiſtrat, homicidii reus: qui auxilio fuerit (ſalva vita membriſque) Principis & Caſtellani voluntati obnoxius eſto. Fur in rerum ablatarum æſtimationem, & in mulctam trium librarum Pariſicarum damnas eſto: Prædeſque duos, ſe deinceps abſtenturum, in eam ſummam ſingulos dato: mulctæ autem ad Comitem, Caſtellanumque æqualiter accedebant. Impuberis puellæ, hujus hæredibus inconſultis, matrimonium eblanditus, bona committito. Virorum criminis peractorum pœnæ mulctæque, uxores liberoſque inſontes, non tenento. Idem Philippus viginti ſeptem Scabinorum Magiſtratum illic inſtituit: quibus nimirùm viventibus functio non adimitur; niſi aut principem mutantibus, aut falſi convictis; ex quibus tres ſolummodò, Burgimagiſtri putà, ab Oriente, Septemtrione, Occidente, Ludovici Creſſii ad Annum 1330. juſſu denominati, per Principis vicarios ordinatos, circiter Nonas Septembris, ſtatim poſt Brugenſem Magiſtratum renovatum, quotannis creantur: quarto conſule ex Vrilatis (qui ex magiſtratu Scabinorum non ſunt) primario adjuncto. Coëmit hanc Joanna Conſtantinopolitana à Joanne Brugenſi Caſtellano, Neellæ Gallicæ dynaſta; quem P. Æmilius, & Budæus Joannem Nigellanum vocant, cui priùs Joanna irata, chyrothecam duelli teſſeram per virum nobilem obtulerat. Is in tabulis venditionis, confectis Meloduni, anno vigeſimoquarto poſt milleſimum ducenteſimum, menſe Februario, affirmat, ſeſe Joannæ hæreditariè vendidiſſe & ceſſiſſe, Caſtellaniam Brugenſem, & quicquid tenebat feudi homagiique illinc dependentis, ac pretium ſibi perſolutum, quod fuit viginti tria millia, quingentæ quadragintaquinque libellæ, ſex ſolidi, octo denarii Pariſier contractui

tractui

tractui velut teſtibus adhibitis Ludovico 8. Gall. Rege, Philippo ejus fratre, Boloniæ Comite, Garino Epiſcopo Sylvanecti, Cancellario, Matthæo Mont-morencio, Coneſtabile, aliiſque proceribus. Hæc terra Franca valdè ampla eſt, fertiliſque & opportuna, Iſaræ, Liviæ, mariſque affluxu & includit trigintaquinque Ambachta, cum appendentibus & contribuentibus. Ambachta ab Aerdenburgo, Giſtella, Leffinga, Aldenburgo, Ooſtburgo, ſimilibuſque nomen ſortita, & pagos nonaginta complexa, unius terræ Francæ tribunalis in Brugenſi urbe atque Burgo per Ludovicum Creſſium Anno 1323. ſtabiliti, judiciis decretiſque parent: Appendentes contribuenteſque (ſic enim vulgò appellantur) vigintinovem pagis inſtructi, ſuis quidem ſinguli toparchis obſequuntur; ſed in publicis comitiis, conſiliis, tributiſque, Ambachtorum ſubſidiarii ſunt atque partiarii: Appendentibus ad terræ Franciæ: Contribuentibus, ad concilii Flandriæ tribunal appellantibus. Inter quos ſubſidiarios ſpectare eſt, Præpoſituram Donatianam Principe viro dignam: Wincendalæ, Pratæ, Maldeghemi, Guiſæque Baronias: cum Wtkerca & Hardoya gentis Claerhoutæ: Merkemo, Halewinæ: Lichtervelda, Heulæ. Pagis autem illis vaſallicis, dynaſtiæ pluſquam centenæ, templorum conſortio annexæ, juriſdictione ſejunguntur. Statuit Ludovicus Creſſius, ut exulibus Brugenſibus aliorumque oppidorum tutò liceret in terra Franca agere: E diverſo, ut Vrilati nuſquam captivi detineantur, niſi priùs in jus vocati convictique, quod à patre antiquatum fuerat, Joannes Digeonius indulſit, vendiditque terræ Francæ magiſtratui, ſeptem ſcutatorum Francorum millibus, ſcribatum tribunalis, hoc eſt, ejus muneris conferendi cui velit facultatem. Enimverò Philippus Bonus ejus filius, tum ut nobilium aulæ aſſuctorum obſequentiumque, qui ibi ferè in magiſtratu erant, operâ ad commodum ſuum, publicis in comitiis uteretur, tum ut Brugenſium potentiam frangeret; conſtituit (quemadmodùm anteà perſtrinximus) ut Terra Franca, quartum membrum tribus aliis adjungeretur, quum priùs ad tres, quas dixi urbes, quaſi tripolim, cetera Flandria Teutonicæ linguæ obnoxia referretur; atque ſignum militare, ſigillumque non ſecus atque aliis membris, ad annum trigeſimum ſeptimum poſt milleſimum quadringenteſimum attribuit. Invitâ ſanè quàm maximè Brugâ atque obmurmurante. Quam indignationem, ortâ in Mariam, Philippi neptem, Maximiliano poſt enuptam, tempeſtate; velut vomicam patefecit, ut fiſtulæ diu interclusæ, aut interceptæ, turbidiores aquas ejiciunt; quum à tumultibus non priùs abſtinuit, quàm impetravit, ut quarti membri prærogativa terræ Francæ adimeretur. Sed hanc Carolus Quintus Cæſar reddidit, atque ſanxit.

FURNÆ BELGICÆ.

AD differentiam ſic voco aliarum in Germaniis, & ſic voco, ſecutus Meierum, & Meiero majora diplomata. Bulenbergenſe quidem de Anno 1120. *Datum Furnis 12. Kalend. Junii*: Philippi Comitis datum *Burgenſibus ſuis de Furnis* Anno 1176. Extat unicum de Anno 1237. per Scoltetum & Scabinos de Antverpiâ ſcriptum *Scabinis de Vorne*. Acceditque hoc quàm proximè ad teutonicum *Vorne*, illa ad Gallicum *Furnes* urbis nomen.

De etymo nihil admodùm quod mereatur didici, præter luſus & conjecturas tam frigidas, quàm frivolas. Giſlenus regius Poperinganus rex ſui ævi Rethorum, ſic alibi inter vernas canit.

VOOR EN NA IS VOORNA SOO ALS DE CLOUCKE
VERVOLGENDE DIE KLAPPERS EN SNAPPERS IN ALLE HOUCKE.

Quod de conventiculis hæreticorum agens ſic verto:

Anteque poſtque ſapit tantundem Furna,
Cerdones & vaniloquos per devia.

Quamvis autem parum interſit, tamen ne nihil ſomniare videar, dicam videri à maris propinquitate & portu forſitan ante Dunkerkam noto nuncupatam; FUREN enim, quod nunc molliùs WEREN dicunt navigio vehi, NAE vicinum, NAE WEREN appellere ſonat. Liceat certè inter hæc ingenii ocioſi deliria ex Moræo noſtro carmen ſubnectere.

Mulciber & Triton Furnas venêre, ſuamque
Mordicus hic urbem nuncupat, ille ſuam.
Et quid ni, Vulcanus ait, ter perpete flamma
Tecta viroſque coquens *Furnea*, furnus erit?
Furnus erit, Triton ait; at Neptunius, æſtu
Quæ coquere & gremio condere ſueta ſuo
Velivolas claſſes: auditis partibus infit
Jupiter, hic palmam nunc feret; ille tulit.
Gaudebat Triton, & verſans plura parabat
Oceani antiquo reddere Jura loco:
Idæ ſed malè tuta ſuæ matura timebat
Edictum extorquens ſedula tale Jovi.
Tam propè, ſit pelagi mea furna fruatur ut uſu,
Tam procul ut pelagi damna nec ulla ferat.

Et ita ſe res habet, quantum conjicere licet

ret & augurari ante Normannorum vaſtationem perflante Flandras Borea, & necdum injecto fluctibus aggerum fræno, Neptunum paſſim ſe ingeſſiſſe, & Furnas, Bergas, Borburgum, caſtra attigiſſe; cur enim, hodiè Vicecomes Furnenſis, inter littorales Flandriæ Caſtellanos, primatum obtineret niſi aliquando Littoralis exſtitiſſet? Cæterùm, ut nunc res ſunt, urbs quantò longiùs à mari, tantò longiùs ab ejus cruditate, & inclementia receſſit; felicior ſi quàm longiſſimè etiam à ſtagno, (infidis repulſi Oceani reliquiis) receſſiſſet; quod tamen ipſum ſua urbem beat commoditate, terræ quàm aëri gratius, aquagium ſuppeditans urbem interfluens, (ad ortum æquè ac occaſum in turribus, & clatratis repagulis, in & egreſſum tuentibus) haud procul, oppido ſe rivo permiſcens, hinc *Neoportum*, inde *Dunkerkam* tendenti. Cæca eſt omnis antiquitas, dicebat ille; addo, cæcutientes, qui in lucis illius adultam lucem affectant; & ideò quamvis *Furnarum* natales ante *Normannorum* adventum, id eſt, ante Annum à nato Salvatore 880. quærendos judicem, legens iſtorum manibus communi involutas ſacrilegio tamen non altiùs hîc quàm à *Balduini* Ferrei ævo repetam, Arcem *Furnas reſtaurantis & vallo villam munientis contra Barbarorum, qui redire dicebantur, incurſiones, ut refert Dunenſis.* Produxit deinde Arcis & villæ veteris pomærium alter eodem nomine Comes, & alibi munivit Anno 958: teſtis Meierus. Caſtrum vetus jam inde dirutum, fuit haud procul à foro, versùs Septentrionem; urbis antiquæ limites, versùs medium diem rivo muniebantur. Secundæ vallum ulteriùs producebatur; Vallum dico, muri etenim ſaxei cum foſſis ampliatis conſenſu Margaretæ Comitis Anno 1390. ducti, præfectis operi Ricardo Breſlano, Balduino Crana, Ludovico ab Leinſela equitibus. Munimenta poſtmodùm acceſſêre turrium, Anno 1414. & ſequentibus: portarum vicennio poſt: propugnaculorum Anno ejuſdem ſæculi 80: quibus acceſſêre Anno 1578. & deinceps opera, moleſque hoc efficientes, ne inter infirmiora, oppidum poſſit recenſeri. Quod interim intus elegantibus repletur ædificiis, Curiis præcipuè ſpatioſi fori latera ſtipantibus duabus, tempore, ut opinor, Caroli Quinti exſtructis, ut prætercam quæ olim fuêre ſplendida, palatium principis exuſtum Anno 1201. & 1497. Delphini, id eſt, Ludovici undecimi tum Delphini Franciæ hîc agentis, cujus conclave adhuc monſtratur: Machthildis Comitis disjectum Anno 1204. & 1460. ut taceam Dunenſis Roesbrugani, Everſamienſis abbatiarum diverſoria, hîc ſatis ſpectabilia; Bonæ deæ filios crederes Furnenſes, niſi hæc ſupereſſet pagina, nigras ductura lineas, per martis mortiſque iter, per flammæ fumique globos, ad perniciem decolorandam. Anno liberatæ per incarnatum Deum carnis trigeſimo ſexto ſupra centeſimum, veniens ab Aquilone tempeſtas, cum fulgure & tonitru horrendo, urbi ingentia damna attulit. Majora dicam, & cum ſeculis clades numerabo. Bello gallico Guidonis Dampetræ ſub Annum 1287. Robertus Atrebatum regulus, ex factione Liliatorum victorem ducens exercitum, *Furnas* diripuit, direptas incendit, abſumptis, prout privatorum memoriæ referunt, in & circa urbem duobus Ædium millibus.

Naturæ Martiſque hæc duo iræ debentur infortunia; fortunæ tertium, ne quis ſuperſit, impollutas ab hoc oppido manus potens oſtentare.

Anni agebatur 1364. december, cùm feriis Antiſtitis Nicolai potior ejus pars deflagrat incuriâ caculæ dormitabundi, & candelam negligentiùs curantis. Meminerunt quoque veteres popularium ſchædæ fortuiti Anno 1452. incendii, ſed quàm latè vagatum non exprimunt. Clades ſub hoſte tam domeſtico, quàm externo urbi illatas *ſub Maleano, & Maximiliano* principibus, ſub Philippo duce & rege, alteri loco ſervavi; nunc ſatis habens laudare annum 1488. quo à Francis duce Philippo Crevicordio Eſquerdio oppugnata, ad Annum 1583. quo per Alexandrum Farneſium in Catholici regis redacta poteſtatem.

Ædes privatas & publicas uti ſtrui, ita deſtrui vidimus; Templa nunc ſubjecturi & religionis fundamenta, pietatis incrementa ſcrutaturi; utraque Balduinis Comitibus bonô jure adſcribenda. Eorum Ferreus ſocerum Galliæ regem in *Sueviam* comitatus, inde reliquias D. Walburgis Anglo-Saxonis, cui fratres fuêre Wilibaldus & Winiboldus, huc tranſtulit. Reliquias dixi, cùm potior teſte *Molano* ad 4. Auguſti corporis ejus Divæ pars, in Aichſtadienſi cœnobio ſervetur, & oleum hodieque variis remedium languoribus ſtillet. Fuiſſe nonnulli volunt (cum Goropio loquor) Ricardi regis filiam, Bonifacii Maguntinenſis Epiſcopi neptem, Willebrordi coëtaneam in Heldenheim primum virginum antiſtitam, ubi per Odogerum Epiſcopum Aichſtadenſem elevata & in urbem epiſcopalem tranſlata portionibus aliquot Ferreo communicatis Anno 870. traditur; qui *Furnis* religioſiſſimè eas repoſuit oratorio adornato, & monachorum ad rem divinam fundato cœnobio. Hoc an Normannorum incurſione, an temporis lapſu incertum, periit, & poſtliminiò, Canonici ſurrogati cum Præpoſito, ſed regulares, quod doceo ex veteri pictura ſupra Sacrarium, ubi Almutiis nigris humeros amicti conſpiciuntur, & cur quæſo

in antiquioribus reſcriptis & tranſlati ne D. Walburgis teſtes adhiberentur ſoli, regularium in vicino cœnobiorum Præpoſiti, niſi quia hujus collegæ? De tempore hujus mutationis & benedictionis in Aurelianos nihil dum accepi, ſuſpicor tamen id factum circa Annum 1030. cum D. Walburgis ædem magnifico opere Balduinus Comes legitur ædificaſſe. Ad extremum neglecta regularis diſciplinæ obſervantia in ſeculares canonicos degenerârunt ante Annum 1100. Et fuerunt primitivæ fundationis canonici 12. cum Præpoſito: Ita nimirum in diplomate Calixti ſecundi donationes, à principe factas ratum habente, laudatur dumtaxat *Fromoldus Præpoſitus cùm fratribus in D. Mariæ, & Walburgis templo agentibus*. Datum Anno 1120. nulla decani facta mentione, cujus nomen diploma Anni 1141. præfert huic 13. præbendarum numero adjecta; nam paulò pòſt ſex aliæ minores, re & nomine, quarum primam Anno 1095. itemque tres alias Anno 1122. Gertrudis Comitiſſa dotavit, quintam Werenbaldus quidam Anno 1123. Sextam Carolus Comes.

Creſcebant interim ſupra dictæ tredecim principes præbendæ opibus & largo proventu, cùm novo concilio ſub Annum 1208. Euſtachii de Area beneficium in duo diviſum, ejuſque exemplo ſucceſſivè omnium aliorum præbendæ, pro uno duos accepêre poſſeſſores. Manſit autem duplicatus Canonicorum numerus uſque ad Annum 1559. cùm augendæ Cathedrali recenter erectæ decem cum Præpoſito Canonici Ipras ſunt tranſlati, remanentibus cum Decano decem reliquis. Præpoſiti ab Anno 1222. & indulto Gregorii noni Papæ duplicis præbendæ compotes fuerunt, olim primæ nobilitatis, quales elapſo ſæculo Franciſcus de Melun, Anno 1501. Ferricus Carondelet Anno 1516. Joannes Carondelet epiſcopus Panormi Anno 1520. Guilielmus à Pictavia 1544. Quid? quòd Innocentius quartus Wilhelmum Præpoſitum vocat ſuum capellanum litteris Pontificatus Anno 10. datis?

Ad Eccleſiam redeo, in qua D. Walburgis & fratrum oſſa in novum feretrum tranſlata Anno 1079. & iterùm Anno 1109. in ſplendidis hic aſſiſtente Comitiſſa Gertrude, Herberto Furnenſi, Thoma Everſamenſi Præpoſitis. Illic iiſdem & ampliùs Bernardo Watenenſi cum ſuis canonicis. Prout repertæ in loculis ſchedæ, quarum copiam fecit decanus Eccleſiæ. Nicolaus de Villeſane me docuerunt, & ob hoc anniverſarium feſtivitatis ſolemne celebrant canonici 4. Auguſti & 14. Octobris, præter commemorationes prima maii & 30. Novembris & diem obitus incidentem in 24. Fabruarii. Fuſiùs & magè minutatim egi, de his potiſſimùm eò quòd & Antverpienſes teſte *Molano*, & Arnhemenſes teſte Heda, & Germani alios D. Walburgi dies conſecrant. Præter ejus, autem reliquias aſſervant magna religione portionem vivificæ crucis, à Roberto Comite donatam, & Divorum *Pancratii*, *Nerei*, & Achillæi Juniori è Hieroſolimitano filio Roberti ſenioris dicti Friſonis & Gertrudis prædictæ à Gertrude principe *Colonia* reliquias delatas. Elegerat illa ipſa Gertrudis ſuam ibidem ſepulturam. Elegerat Joahnes à Flandria Guidi Comitis filius. Sed incendia quæ partim ſub Joanne rege à Franciſ, partim ſub Comite Philippo ab Anglis procurata templum etiam everterunt nulla poſteris reliquêre monumenta.

Inter Eccleſias curæ paſtorali deſtinatas Walburgica primatum tenet. Aliæ duæ tutelares *Dionyſium* & Nicolaum agnoſcunt, collegio Butenburgenſi (quòd vulgò D. Nicolai indigetant) Præmonſtratenſi Anno 1120. commiſſæ Ambæ, ſtructura non ineleganti, ambitu ſpatioſo æquè ac ſpecioſo.

Butenburgi incidit aliquoties mentio, quod extra Burgum ſonat, eſtque candidi ordinis Abbatia Anno 1119. uti ex *Meiero* Miræus notat & alii notant, fundata, ſed ſequenti, eo ſcilicet, qui eſt ordinis iſtius per ſanctam ſedem confirmati natalis. Joannes enim *Morinorum* Epiſcopus *Nicolao, quem eccleſiæ B. Nicolai Butenburgi Abbatem Canonicorum ordinârat, ejuſque fratribus aſſignat* decimam &c. Datum Anno 1120. indictione 1312. Kal. Julii Furnis fundatio prima fuit ſecus Burgum vetus, id eſt intra ſecunda, pro ut eam definivimus, urbis mœnia. Ubi cum forenſi ſtrepitu ſacra Religioſorum quies interturbaretur auxilio Philippi Comitis, authoritate *Deſiderii Morinorum* epiſcopi, de oppido in campeſtrem locum tranſlatum eſt Anno 1170. indictione 3. & ædificiis auctum inter pulchiora Flandriæ ejus Inſtituti cenſebatur, producto tertium urbis pomœrio, muro, & foſſis ejus proximum. Quo fit ut communicarent ſuas illi clades & flammas, infeliciùs eò quòd graſſante hæreticorum in ſacras ædes dominatu totum aduſque fundamenta everſum ſit, ab Archimandrita verò Philippo *Dammio* in urbe reſtitutum, aſpirante Senatus benevolentiâ. Gaudet infulis Prælatus impetratis per Abbam Limannum à Pio 2 Anno 1458. & dominicum paſcens gregem decem in vicino ſodales è centro ſuo velut contemplatur. Coloniam ſuorum in Morinos miſit, unde cœnobii ibidem D. Auguſtino ſacri Anno 1164. paternitatem obtinuit. Prælatos (Grimbergæ, cujus hæc quidem filia, non tamen Colonia, utpotè fundatione prior) Truncinio, Diligemio Averbodio plures è ſuis dedit Abbates; & unum doleo quòd, ſeriem

Prælatorum utique illuſtrium injuriâ temporum, incuriâ etiam majorum neglectam lectori nequeam exhibere. Hoc certus abundare nunc cœnobium Theologis concionatoribus & diſciplinâ, nec mirum ſub tam docto prudenti, pioque capite.

Virile Cœnobium Capucinæ Franciſcanorum reformationis cœpit annitente Senatu, & privatorum eleëmoſynis, locum aſſignante *Domina Judoca Maſin*, idque Anno 1606. Virile Alexianorum originem ſuam repetit à *gento Standela*, quod mente captis cuſtodiam, peſte extinctis ſepulturam impendit.

Fœminea duo habitu diverſa, quando inchoata needum mihi ſcire contigit, certus arma gentilitia Nobilium de Stavele & de Poitiers alibi in vitreis extare veriſimili indicio hos benefactores fuiſſe; & nigræ Aureliani, Griſeæ Franciſcani ſunt Inſtituti, illæ his antiquiores. Nec prætereundum Norbertinæ Sectæ fæmineum à Butenburgenſi dependens Cœnobium ex Wulpeno (ubi Anno 1278. cœpit authore *Gerberto quodam Viro N.*) huc tranſlatum Anno 1583. Nec tacenda Xenodocheia trina, & leproſarium forenſe; quamvis initia ſollicitè etiam diſquirens, nequiverim inveſtigare, niſi quòd Anno 1278. à Margareta Comite unum ex eis dotatum referat *Meierus*; cujus ſuperintendentiam Anno 1579. Canonici ceſſère Senatui.

Claudam hoc ſacrum Agmen ſacris aliquot ſodalitatibus civium, qui pietatis Chriſtianæ officiis ſingulas Parochiarum ornant Eccleſias. Ità nimirùm in D. Walburgis invenias vitalis ligni titulo inſtitutam Anno 1260. Ita in D. Nicolai ad honorem Venerabilis Euchariſtiæ ornatam indulgentiis. Ita in D. Dionifii tertiam & numero facilè collegarum vincens vides ſub invocatione Deiparæ & martyris Godolevæ cœptum ſodalitium Anno...

Ad rempublicam venio, cui jura dedit Gertrudis Flandriæ Comitiſſa ſub Annum 1109. Guido ſucceſſor legum ſeveritatem ad mediocrem æquitatis trutinam revocans, inter alia ſuſtulit eam, quæ mutilantis aut truncantis aliquem membro bona fiſco addicebat, pœnâ juſtitiæ debitâ in mulctam ſexaginta librarum converſâ; ultra partis læſæ conciliationem. Datum Anno 1297. teſtibus *Joanne Reyſino*, *Philippo Crana*, *Carolo Paludano*, *Joanne Cantzerdo* Equitibus. Ludovicus autem Comes poſt ſtabilitas novis tabellis Oppidi conſuetudines ſanctionem 13. capitum publicavit, abrogans inter cætera conjunctionem duorum prætoriorum Bergenſis & Broucburgenſis, cum *Furnenſi* in materia provocationum factum Anno 1332. ad quod uſque tempus in Tripoli iſta Furnenſis primas tenebat & à ſuo ſuſpenſos tribunali ultra centum vicos numerabat. Berga, Loa, & Mardica Oppida à Furnenſis civitatis magiſtratu ad utriuſque aut alterius tantùm partis litigantium provocationem, olim ſententiam petebant: Burburgum verò & etiam Poperinga ex decreto Anni 1417. in Conſilio Flandriæ à Caſtellaniæ Furnenſis Senatu, ſicut & clientes beneficiarii omnes: nunc per unionem Anni 1568. in hujuſmodi provocationum materia tribunal omnes unitum reverentur.

Secunda à Principe dignitas eſt Vice-Comitis, quo titulo uſæ Gertrudis Friſi & Machtildis Philippi Elſatii viduæ non parvo *Furnenſium* ornamento. Poſt has autem Likerkanæ Stavelæque gentis viri primarii dignitatem hanc ad hæredes tranſmiſère, nunc horum matrimonio Hornani potiuntur, nominatim *Lamoraldiis* Crombecæ Dynaſta. Authoritas Vice-Comitis olim, quàm nunc major & auguſtior. *Jura* dabant civibus, ſenatum formabant, mulctas ex crimine pro arbitratu ſuo remittebant, quæ omnia Comes poſt obitum *Machtildis* ſupradictæ ſuſtulit, relicto ſolùm Vice-Comiti quodam Majeſtatis fumo; & authoritatis umbrâ, ut Senatum juris & juſtitiæ moneat, carceribus præſit. Ampliùs ſolet Caſtellaniæ toti tam Sago quàm toga præeſſe, Nobiles & plebem ruſticam ſub ſignis ducere, pagis jus dicere, juſtitiamque adminiſtrare: quod immutatum Anno 1240. cùm viſum ſatius inſtituere Scabinos territorii cum juriſdictione & tribunali, ut præter cognitionem feudalium controverſiarum nihil caſtro reliquum manſerit.

Invenio deinceps Joannem ducem Anno 1410. Caſtellaniæ gubernandæ, novendecim conſtituiſſe Senatores perpetuos cum duobus conſulibus, ſed annuatim mutandis. Mutata porrò hæc norma decreto anni 1481. cùm pro voluntate etiam Senatores deſtitui, aut continuari poſſe ſancitum. Quod licèt certis intervallis violatum, perſeveraſſe tamen cenſendum eſt, uſque ad unionem, de quâ paulò pòſt.

Succedit Balivi munus, & dignitas, quæ tam urbi, quàm territorio etiam nunc præeſt. Eam Anno 1391. in actis concordiæ per Francorum legatos juſtè vocari *Magnum Balivum* invenio. Præter quem *Porti Balivus* eſt, more alibi recepto: olim à Principe, nunc autem à dicto magno Balivo conſtitutus.

Senatores ab antiquo duodecim cum totidem è plebe juratis, id eſt, Conſiliariis, erant. His Ludovicus Comes abrogatis illorum numerum ad novem reduxit. Sed per tumultum immutata hæc Senatus facies reductis ſex conſiliariis. Præerant à tribus ſeculis omnibus duo Conſules, & Communitatis alter, Legis alter dicebatur, quos à Senatu quotannis

annis legi ſolitos docet Joannis ducis reſcriptum Anno 1411. Manſit hæc tota ratio uſque ad Annum 1583. id eſt, primum reductæ per Parmenſem civitatis, cùm agi cœptum & perfectum triennio ſequenti unionis Caſtellaniæ cum oppido, negotium, conſtituto mixtim ex civibus & ruri agentibus Senatu viginti virorum, cum duobus Conſulibus: ita ut horum primus quiddam tribunitiæ poteſtati ſimile habens, cives & privilegia tueatur; alter collegio præſit, vocanturque duplicato tam titulo, quàm munere, *Burgimagiſtri & Tribuni rurales, ille Communitatis, hic Legis, Senatores autem, Scabini, & Curatores urbis, & officii.* Cæterùm uti in Urbanis Vice-Comes, ita in Forenſibus cauſis alius, quem ab argenteo ſcipione *Crechouderum* vocant, Senatum ad jus dicendum monet, & pupillorum Curator perpetuus habetur, hoc fine à Principe creatus. Aſſident autem & à Conſiliis ſunt Senatui Quæſtor, Penſionarii duo, oppidanus & civilis, Graphiarii denique & Scriba.

Quoad populum Furnenſem, ejus pars lectior in tria ſagittariorum deſcribitur collegia, inſtituta Anno 1260. aut circiter, confirmata à Carolo Quinto. Solent etiam hîc eſſe vernaculi poëtæ, ſed rariores, eò quòd armatæ Minervæ majores quàm Laureatæ honores Furnæ detulerunt, produxeruntque claros bellica virtute Joannem Boſcum, roboris eximii, ſi prudentia acceſſiſſet, Centurionem, & recenti memoria alios plures. Doctrina & editis ſcriptis claros Joannem Boudinium, qui de rebus à Servatore generis humani in terra geſtis compendium ſcripſit: Maillardum Vulterium juriſconſultum, cujus lucubrationes variæ necdum evulgatæ à pluribus expetuntur. Leonem Anno 1153. celeberrimum D. Bertini abbatem, & alios plures.

Furnenſium nundinationi, quæ olim lanificio potiſſimùm conſtare ſolet, nunc re Frumentaria, Armentaria, & Lacticiniorum conſtat operis, immunes ab Arreſtis nundinas Princeps elargitus eſt 25. Septembris Anno 1521. Similes, ſed in Julio circa D. Jacobi ferias Comes dederat Anno 1396. Celebritate autem maxima frequentantur Armentariæ macrorum in vere, id eſt, Mercurii ante palmas, & pinguium in Autumno & Octobri datæ Anno 1595. Præter quas non minori celebritate & pinguium ab eo tempore deinceps forum hebdomadale frequentatur diebus Saturni, Mercuriale verò rerum omnium per totum annum: Utrumque tum Arreſtis obnoxium. Civibus remiſſum Anno 1240 Balfarti, de quo aliàs, tributum: iiſdem datum Anno 1296. nothorum hæreditates adire, fiſco accreſcere ſolitas. Remiſſa vectigalia Neoporti dono Philippi Comitis Anno 1176 Antverpiæ teſtibus Sculteto & Scabinis ejus Anno 1237. Majeſtatem geniumque Furnenſem digito monſtraturus, unum ad ſingula laudum capita, proferam exemplum. *Magnificentiæ in ſenatu*: quod reſcripto Comitis Anno 1332. cautum ſit neminem Conſulari dignitate ornari, niſi equum ſolitus eſſet alere, ut ipſo equitis à pedana turba ſegregaretur ornamento. Et perſeverat in ſimili Solemne, ut vix unquam niſi claris ortos natalibus ad hoc culmen evehant, in quo, dum hæc ſcriberem, conſpicui. *Conſtantiæ*, ut ne dicam, pertinaciæ in Lanionibus, ut nomine, ita numero reliquos tum opifices ſuperantibus; qui Annis 1142. & 45. tumultu concitato à Forenſibus ſuam ſupplantari negotiationem querebantur, Senatus prudentia in ordinem redacti. *Æmulationis*; quæ factionibus ferè fovetur in nobilitate, cujus ſchiſma Anno 1201. natum capita habuit, hinc Iſengrinos, inde Blavotivos, illos Machtildis Comitiſſæ favoribus elatos, hos plurium bellica virtute ſuperiores, nec erubeſcentes aulam tam Comitis, quàm Machtildis exurere, & cùm Anno 1204. ab hac obſideretur urbs, Machtildem fugare, exercitum ad internecionem delere, Anno 1206. Bergas obſidere, ubi clade accepta, medio Comitis Giſnenſis, Dominæ ſuæ conciliantur. *Diligentiæ in tuendis privilegiis*: Cùm Senatores Forenſes in pomœriorum productione ſibi præjudicatum opinarentur, & armata manu injuriam vindicaturi eſſent, niſi regio interventu, Anno 1391. ex æquo & bono res deciſa fuiſſet. *Munificentiæ in principem*: Cùm periculoſo motu hinc urbana, inde ruſtica multitudo forum teneret, Cancellario Joannis Ducis prætextu confirmandorum privilegiorum grandem pecuniæ ſummam exigente. Sed advolans ad famam Princeps, comitatis ſuæ præſentia à potentibus plus impetravit quàm armatis precibus alter impetraverat. *Virtutis & fidei*; quòd reducta in poteſtatem regis Catholici urbe Caſtellaniam impoſitis ad ripam aquæductus fortalitiis ſuo ære inſtructis, ita defenderit, ut nulli hoſtium patuerit excurſioni, paruerit exactioni.

Oppidum hoc antiquitate, privilegiis, & præclarè geſtis toleratiſque nobile ampliorem deſideraret & deſcriptionem & laudem, ſed quia moniti à Principe & requiſiti à me Senatores judicârunt ſufficere quæ de illo alii ſcripſerunt; mihi quoque ſuffecerit ea ſolùm addidiſſe, quæ ex Meiero, Oudegerſtio, & annalibus noviſſimè excerpſit Marchantius, reliqua ſecundis curis additurus. Verba ejus hæc ſunt. Broucburgus non eſt in obſcuro propter agrum paluſtrem, cui nominis occaſionem acceptam refert, ac Burggraviatum à Guineſiis ad Marchionem Rentijacum devolutum: præſidium militare aſſiduum, nobilemque Abbatiam Bene-

Benedictinam Virginalem Anno 1099. foris fundatam per Clementiam Flandriæ uſufructuariam : annuas menſe Junio & Septembri nundinas, Xenodochium domumque Leproſorum & agros Hoijmilianos limitibus oppidi incluſos, qui præter morem ad alterum conjugum ſuperſtitem, & ab hoc ad liberorum natu minimum devolvuntur. Non caruit Anno 1383. inſigni adverſitate ; cùm enim Angli Gandenſibus juncti Ludovico Malenſi repugnantibus oppidum hoc acriùs oppugnatum, quàm defenſum Gallis Ludovicum protectoribus dedidiſſent, rapinis, cæde ignibuſque vaſtatum eſt, donec civium impenſis reficeretur.

CASTELLANIA

FURNENSIS.

CAſtellaniam hanc terreni amplitudine & cultu (42. enim pagos complectitur,) incolarum majeſtate & opulentia (in cenſu enim Flandrico cum Cortracenſibus paria faciunt, aliiſque Caſtellaniis anteferuntur) ſitûs commoditate: Oceano enim alluitur, & fluviorum aliquot & paludis gaudet oportunitate totius Flandriæ Francicæ, id eſt, totius, excepta Imperiali Transſcaldana, primariam audacter dixero; quæ præter Everſamii & Roesbruggii phrontiſteria Abbatiam complectitur Dunenſem, Anno 1132. inchoatam, ipſo D. Bernardo familiarem ſuum Robertum præficiente. Habitaverat quidem jam inde ab Anno 1107. in proximo Ligerus Anachoreta ſanctiſſimus, & Religioſos in habitu Sanginiacenſi colligere cœperat, & imò ſub Annum 1128. miſſus ab Anchelmo Abbate monaſterii Fontis; Fulco cum aliquot fratribus cœnobio inſtruendo & gubernando decem annos in eodem habitu inſumpſerat antequàm B. Bernardo oblatus locus Ciſtertienſis Inſtituti Monachos cum Abbate Roberto accepit; & ampliùs extant Comitum Gulielmi Anno 1128. Theodorici Anno 1129. donationes factæ fratribus Monachis habitantibus in Dunis in Eccleſia in honorem S. Mariæ fundata; ſed hæc fuſiùs unà cum ſerie Abbatum & geſtis dabo aliàs, nunc ſat habens illuſtriores non tacuiſſe Archimandritas, poſt Robertum ipſius D. Bernardi calculo uti huc miſſum, ita in Claravalle ſucceſſorem electum. Quales Walterus ob ductam ſuorum in Thoſan, coloniam : Helias de Coxida Anno 1190. ob liberatum captivitate Richardum Angliæ Regem : Petrus ob eruditionem, ſubterraneos aquæductus derivatos, & jacta novi templi fundamenta Anno 1219. à ſucceſſoribus ſplendido opere perfecti : Nicolaus de Balliolo ob authoritatem & gratiam apud Principes, ſtructaque, dormitorium Converſorum, horrea, villas, portas, aliaque, & vel maximè ob numerum Religioſorum profeſſorum 220. Monachorum, 248. Converſorum, Anno 1250. Lambertus de Revila Anno 1257. ob fabricatas officinas & Refectorium Communitatis; Theodoricus ob dedicatam Anno 1262. novam Eccleſiam : Thomas de Gandavo Anno 1270. ob ædificatas Prioris & Cellerarii ædes : Joannes de Ooſtburg Anno 1290. ob delata tria corpora & 10. capita ex Sodalibus D. Urſulæ : Jacobus de Biervliet Anno 1296. Bonifacii octavi Papæ Pœnitentiarius anteà, ob impetratas ex urbe immunitates : Wilhelmus de Hulſt Anno 1310. ob ſtructa chori ſedilia & ambitus duas partes ædificatas : Joannes Anno 1406. defunctus ob inſulas à S. Sede impetratas : Joannes Crabbe Conſiliarius Principis Maxemiliani & Commiſſarius renovandis Flandriæ Magiſtratibus : Chriſtophorus de Hondt Anno 1500. ob ſtructam bibliothecam & organum: Petrus van Ouderberch ob ſtructum novum ambitum & ligationem nomine Brugenſium ad Cæſarem Anno 1518 : Robertus de Clerq, ob ſtructum hierothecium & templi chorique interioris ſuperbam fabricam ante Annum 1557. quo obiit : Laurentius vanden Berghe Anno 1580. ob vaſtationem cœnobii per rebelles & Oceanum procuratam, ſingularemque in adverſis conſtantiam : Andræas à Quercu, ob vitæ integritatem & ſtructa novi cœnobii ab Oceano remotioris ædificia quædam, quibus augendis & monaſticæ habitationi accommodandis ſucceſſor Adrianus Cancellier ſeriò intendit, quantum per temporum calamitates & onera domus licet.

Produxit Caſtellania Furnenſis Adrianum Burchium J. C. Ultrajecti, & pòſt Flandriæ Præſidem, filiis Joanne Parlamenti, & mox Sanctioris Conſilii Præſide, & Lamberto Ultrajecti ad D. Mariæ Decano nobilitatum : Joannem de Wilde Juriſconſultum, Conſiliarium Senatus Furnenſis : Petrum Mattardum Præmonſtratenſem Poëtam : Paulum Leopardum Philologum doctiſſimum, teſtibus, quos evulgavit emendationum, & miſcellaneorum libris. Cæterùm cùm antiquitus incolæ hujus Caſtellaniæ, ſicut & aliorum locorum, Principi obligarentur, ejuſque arbitrium pro lege eſſet, paulatim quædam loca cœnobiis, quædam clientibus in beneficium data, quædam etiam exempta à communi ſervitute veluti ſunt emancipata, & ſub Comitibus Dominos aut Comitis vicarios cœperunt agnoſcere, & ab eis jus petere, juſtitiam expectare : Quod ut commodiùs fieret, ſeparata juriſdictione vaſallorum, ſive Francorum & liberorum, & Comitis, Anno 1240. Thomas & Joanna Comites, ſuos illos pagos, & eorum habitatores

à ſervitute liberatos voluerunt Legem & Senatum habere, præſcribentes eo fine ſtatuta (quæ *Keuren* non à cura, ſed à delectu mulctarum vocant) & Scabinos quos *Keuriers* olim, poſteà *Ceurheers* vocârunt, etſi nunc *Lanthouders*, velut terræ conſervatores malint appellari. Auxit poſteà has Conſtitutiones Ludovicus Comes Anno 1332. Balfartum remittens, concedenſque paſſim, vallis ad ſex pedes altis, foſſiſque ad quadraginta pedes latis, ædes contra quaſvis injurias muniendi facultatem, definienſque Anno 1323. *Ke les Franeqs & Vaſſalleries demeureroient Francs & quittes de tous couſts, fraiz, dons, Chevauchees, & d'autre choſe touchant la Keure.*

Itaque in aliis Principum precariis, in ditione Furnenſi octo Parochiæ liberæ cum ſuis appendiciis, quas fiſſuras vocant, ſubſidiariæ ſunt, penduntque non minùs quàm quadrantem indictionum ſolvendarum à Caſtellania. Habentque ſuum quæque tribunal.

Sunt autem hæ: Elverdingha, Vlamertingaque ante duo ſæcula gentilium à Flandria naturalium Comitis dominia, ſed ad Comitem relapſa, niſi quòd hanc recenter Princeps Joanni de Cerf Wintershoviæ Domino Equeſtris ordinis Iprenſis Senatus pluries Advocato conceſſerit. Et cùm in hac D. Vedaſtum agnoſcente Parochia, inter alios Canonici Inſulenſes ſuum habeant dominium, in illa Prælatus Vermehelenſis & Equites Melitenſes dono Gertrudis Comitiſſæ; & viſitur Caſtri veteris, quod Principis aulam hodieque vocant, veſtigium duplici foſſa & aquis munitum, unde conjicere liceat, ſed & convincere, habitatum à Principe locum olim fuiſſe.

Watou à Batavis nomen habere creditur, Tribunali & Curia privilegiiſque non inferior, Dynaſtia olim eoſdem cum Dixmuda dominos habere ſolita, & ſumma gaudentes juriſdictione, quod Anno 1448. aſtruit decretum & numeratos inter quatuor *Crychwanderos*, id eſt, præliorum, duellorumque arbitros ditionis Caſſetanæ: Nunc titulo dominicali ex decreto Senatus Flandrici inſigniuntur, Baro Busbecæ, & Dominus Steenvordæ, ita quidem ut Caroli Yedegemii Equitis D. de Wyze Baronis Busbecani ſummi Prætoris Iprenſis & Commiſſarii Principum renovandis Flandriæ Magiſtratibus, viri in hoc occidentali tractu primarii Toparchia primas teneat, utpotè temporalem in templo & cœmiterio juriſdictionem exercens; ſecundas verò vir nobiliſſimus Euſtachius de la Vyſville, ex illuſtribus Arteſiæ, Dominus Steenvordæ.

Scota, id eſt, ſinus duplex, à plagis ſeptentrionali & Meridionali dictus Noortſcote, & Suydtſcote, Abbatiæ Mieſſenenſis per Adelam Comitiſſam fuit aſſignatus.

Reningelſt pronuper fuit Comitis de Buſquoy & Longovallis, nunc Giſleni à Bulteel Domini de Clyt viri clariſſimi.

Lokera cognominis dominium familiæ, è qua fuit Galterus Anno 1127. fidelem Comiti operam navans, ex Stratanis ab ara D. Donatiani avulſus, & pro foribus templi inhumaniter trucidatus. Hæreditas porrò devoluta eſt ad Honſdeſcotanos, & denique Hornanos, niſi quà ſe extendit juriſdictio dominii de Canighen Franciſci Waterle Domini de Waterle circa Eterram.

Woeſtina, id eſt, deſertum, de qua extat Theodorici Comitis diploma quod adjeci, tum ob libertatis deſignationem quæ communis eſt octo parochiis & ſociis tribulibus, ob id *Vryen* ſive *Smalle Vryen* nuncupatus, ob antiquitatem. Tenor autem talis eſt.

EGo Theodoricus Dei Gratia Flandrenſis Comes & Philippus unà filius meus ſolitudinem Reningenſem victui noſtro ſpecialiter deputantes, ſub annuali cenſu agricolis excolendam donavimus. Quoniam igitur de noſtro exiſtit dominicatu, & ad nullam ab æterno ſpectans parochiam, in ea Eccleſiam fundari facientes ſubſidibus noſtris proprium providebimus ſacerdotem. Itaque ad nullam aliam pertinebunt parochiam. Quicunque in ea manere voluerint, ſi alio obligati tenentur dominio, licentiam ad nos veniendi eis impetrare curabimus. Notum ſit igitur tam futuris quàm præſentibus, quoniam non ſolùm iis qui ad præſens manent, ſed & omnibus qui poſtmodum in ea manſuri fuerint, hanc in perpetuam concedimus & donavimus libertatem, quod legibus ſive juſtitiis ſeu etiam cauſis Communiæ Furnenſis, quæ vulgò Chora dicitur, nullatenus ſubjacebunt, ſed ab omnibus ſervitiis, petitionibus, talliis: ſive quibuſlibet aliis exactionibus, quibus alii incolæ terræ noſtræ obligati tenentur, liberi, & abſoluti perpetuò habeantur, niſi fortè pro communi terræ defenſione in exercitum evocentur, de nulla uſquam querela ab aliquo hominum in cauſa ducentur, niſi in noſtra præſentia, vel ejus, qui Ipris miniſterium victualium noſtrorum tenuerit: temporibus conſtitutis cenſum noſtrum Ipris perſolvent, videlicet, in nativitate S. Joannis denarios, inter feſtum S. Bavonis & Purificationis B. Mariæ avenam, & gallinas. Si autem prædictis temporibus non perſolverint, à miniſtris prædantur tamen abſque ulla culpabili emendatione, ne libertas eorum frangatur. Quod ut ratum & inconvulſum maneat præſentis paginæ atteſtatione, & ſigillorum noſtrorum auctoritate roboravimus, præſentibus his: Deſiderio Præpoſito & Cancellario, Rogero de Naimme dapifero, Euſtachio Camerario, Raſſove Cubiculario, Michaële Conſtabulario, Balduino Caſtellano, Gulielmo de Paſhendale, Galtero Savella, Henrico de Morſlede, Galtero de Fourmeelles, Hugone de Menighen, Balduino de

Cominis

Cominis, Balduino de Mechlinia, Drogone de Elverdinghem, & aliis quamplurimis. Actum Anno Dominicæ Incarnationis 1161. *Ipris in die Sancti Laurentii.*

Atque hæc quidem ſunt octo, quas vocant, Parochiæ, quibus adjunguntur dominia Capituli Inſulenſis in Caſekerka & in vicino Novæ Capellæ, Parochiâ ad gentem Montmorenciacam ſpectante, ac nominatim ad Georgium Baronem de Croiſilles, Caſtellanum Brugenſium Magnum Flandriæ Venatorem, Commiſſariumque ordinarium, virum nobiliſſimum, Collegiatarum Audomarenſis in Alverghemia, Caſletenſis in Weſtvletera, Berclenum, denique Elzendamum Abbatiæ Meſſinenſis in Oeſtbetera, Crombeca ad gentem Hornanam Gaesbeciam ſpectans, Swynlandia ad Baronem Anglomonaſterii, Coppernollia ad dictum Baronem de Croiſilles, Templariorum Weſtvletera, Everſamenſium in Crombeca, Couthoffianum Reningadum ad gentem Villanam, Iſegemiam, eodemque in vico Hofflandia ad Octavianum le Clerq Prætorem Neoportenſem pertinens, prout à deputatis 8. parochiarum Ludovico vander Meerſch Elverdinghæ & Vlaemerdinghæ Chriſtiano Kieken Reningelſtano, Hadr. Scriecque Lokerano Prætoribus, Jacobo Cabiliau Woeſtinenſi, Georgio vander Meerſch parochiarum & contribuentium graphiariis 26. Februarii Anno 1612. didici. Nec plura de his potui intelligere quæ memoriam mererentur. Ad reliquos itaque pagos hujus Caſtellaniæ me conferam qui ad Tribunalia dico referuntur, ſive Vierſcaras & Tribunal meridionale agnoſcunt pagi, portis ſive portubus appellationem reſervantes, & à ſitûs differentia appellationis diverſitatem. A templis Dunenſi, Lapideo, Odano. A ſacellis Ramæ, Egewardi, Avæ ſive Adæ, & Walburgis, Nicolai, quæ majorum erat pietas, nomen adepti, de quibus nihil admodùm quod memoriam mereatur accepi. Præter quos huc ſpectat Peruyſium, unde profluxit nobilis apud Belgas familia, & clariſſimorum Equitum olim ſeminarium de Prouyſe nuncupata, Vulpenum Xenodochio Monialium inſtituti Præmonſtratenſis circa Annum 1277. per Gerbertum quendam virum nobilem inchoati nobile. Liſalia Franciſci Liſalii Auguſtinenſis familiæ Theologi celebris patria. Houthemum obſeſſis per Margaretam Principem Blavonitis famam adeptum. Mons Iſidis (ſic Meiero in poëmatis vocatus) antiquitatem præferens. Bulſi-campus prælio inter Iſengrinos & Ruſticam multitudinem olim commiſſo. Wolphardi-domicilium ſitûs amœnitate & opportunitate non contemnendum.

Beooſterpoort.
Beweſterpoort.
Ooſtduynkerke.
Steekerke.
Oyenkerke.
Ramſcappel.
Egewaertcappel
Avencappel.
S. Wouburgen.
S. Nicolaes.
Perwyſe.
Wulpen.
Leyſel.
Houthem.
Iſenberghe.
Bulſcamp.
Wulveringhem.
Caeſekins-
kerke.
Stavekinskerke.
Velkerave.
Kinskerck.
Rellenſcapel.
S. Richiers.
Nieuw cappel.
D. Croiſilii dominium.
Lamperneſſe.
Oerne.
Alverghem.
Stavele.
Haringen.
Roosbrugge.
Crombeke.
Proeven.
Ooſtvleterne.
Weſtvleterne.
Geveringhove.
Polinchove.
Hoochſtaede.
Winchem.
Beveren.
Serontenai.
Reninghem.

Ad tribunal autem ſeptentrionale ſpectant pagi à templis nuncupati. Templis dico Filiorum, Nicaſii, Stephani, Folkerandi: ſacellis Rellemi, Richarii, de quibus hoc ſolum annotavi, intercurrere inter limites harum curialium dominia aliquot, imprimis D. Petri Inſulenſis donatum Canonicis à Balduino Comite, & libertate privilegiiſque ornatum. Reſtant Lamprenesſa, cui ab Oceani æſtuariis olim aſſerto Græcum nomen, Lamprinisos, quod ſplendidam fertilemque inſulam ſonat, permanet, eſtque paſcuis maximè opimis & phaſianorum, anſerum, cygnorum, anatarum, ferorum, ex borealibus regionibus per ſingulas hyemes advolantium fœcunditate celebris. Ora verum ad ripas nomen adepta. Alvari-domicilium amplitudine templi dominio Canonicorum nuper Audomarenſium, prædiis & natali ſolo Marchantiorum patris illuſtrata doctiſſimis lucubrationibus Flandriâ, filii Juriſprudentia, facundia & muneribus famam adepti nobile. Stavela illuſtris familiæ è Ducibus Britannicis deſcendentibus, nuptiiſque Vice-Comitatum Furnenſem, Dynaſtias Eterræ, Haveskerkæ, & alias conſecutæ aliquando hæreditas & habitatio Vice-Comitis hodieque inſigni ornata prætorio. Halecia dominio olim, nunc Cœnobio Victorino virginali ad Rotardi pontem per Gulielmum à Betunia Anno 1271. fundato nobilitata. Curnotorrentium dominiis Vice-Comitum Furnenſium & Prælatorum Everſamienſium non carens. In proximo enim ejus viſitur Præpoſitura Abbatica Everſamenſis Anno 1093. inchoata per Walterum Canonicum Caſletenſem munificentiâ Roberti Jeroſolymitani & matris ejus Gertrudis. Proevene dominio Courthovienſi ad Dynaſtas Ekanos ſpectans & Præpoſitura Præmonſtratenſis non ignorabilis. Vleterna duplex ut ſitu, ita nominè ob ſitum diſtincta, in quibus prætorium & dominia, etiam per alios pagos extendentia gentilium d'Oignies: Berkinium Capituli Caſletenſis, Swilandia Baronis de Inglemunſter, Coppernollia Baronis Croſilii, Templa Equitum Melitenſium. Curiæ Geverici & Pollionis ſolo mihi nomine innotuerunt, & fama familiarum inde exortarum, ſicut & Hoochſtadium, Vinchemum, Bevera, Serontenacum, Reninga, porrò municipium & Dynaſtia celebris fama, titulis, ſitu & rerum omnium affluentia, gentis Villanæ, & anteà Morbekenorum, in quo finiam.

ELOGIUM.

Hæc caput, illa oculum, ſe cor ferat altera Flandrum,
Furna ego ſum patrii ſumen & uber agri.
Sicelis ora ſuas quantumvis laudet ariſtas,
Trinacriæ debent Gargara noſtra nihil.
Cara tamen merx eſt, & noſtra vel unica perdix
Carolidis centum venit, & empta places.
Empta places, donata places, conditaque in annum
Durat, & implumem vix capit obba feram.

MAX. VRIENTIUS.

WINOMONTIUM.

Winociberga.

SIc voco hoc Oppidum ſine authore quidem, ſed non ſine ratione. Quod enim Bergas & ſemel Bergiacum Meierus, & numero unitatis Bergam Marchantius è vernaculo format, id Montem Latini: quem vulgò Winocum indigetant in vetuſtiſſimo Morinenſi martyrologio vocari lego *Wino* nominandi caſu, unde aptè aperteque facio *Winomontium*, aut ſi malis, Winocimontium, quomodò Bellomontium, Septimontium, Gertrudimontium. Locus ante D. Winoci tranſlationem *Viridis montis* appellationem ſortiebatur, teſte Iperio. Lego etiam in vita Joannis Abbæ Bergenſis ſub Annum 1170. viventis nuncupatum antè *montem Baal*, cauſæ tamen ignarus: niſi quòd ſuſpicari liceat aut ob militum qui ante ſecundam Monaſterii fundationem inſidebant, licentiam, aut ob Canonicorum mores infrenatos hoc ex veteris inſtrumenti hiſtoriæ petitum vocabulum loco indidiſſe, præbet certè Mons quo de agimus jucundum oculis ſpectaculum, unico ut ſic dicam obtutu.

Prata repræſentans & agros & paſcua, ridet,
Dum videt inſanum timidis ſub claſſibus aquor,
Vicinoſque lacus.

Exiguo etenim loci intervallo, id eſt, unius milliaris à mari ſeparatur minori à Lacu Moera, majore à Sylvis.

Tempore D. Winoci, id eſt, ante annum redempti orbis ſeptingenteſimum, opinor collem hunc maritimum à paucis habitatum, eò quòd videatur D. Bertinus Winocum, & collegas ſuos dimiſiſſe ad vitæ ſolitariæ perfectionem qui per regularis diſciplinæ exercitia aptati, aptique judicabantur. Uno pòſt ſæculo, id eſt, 814. Anno poſt natum Salvatorem ad famam quod arbitror: excurrente multitudine inter pagos cenſitus, à Goberto Steenlandienſi inter alios 33. donatur Abbatiæ Bertinicæ: & demum altero ſæculo evoluto, Everardus Bergenſis ad munimen Chriſtianorum contra ſævitiam Danorum, fortificat montem, teſte Annalium Bertinenſium fide ad Annum 932. Ante quem, ſi quid mœnium fuit, Normannica rabie Anno 882. periit. Libenter etiam crederem Anno 943. Gulielmum Normannorum (qui diſertis verbis refertur Flandriam petiviſſe, & vicos maritimos combuſſiſſe) Ducem fulminis inſtar poroſa & patentia penetrantis, dura & reſiſtentia abſumentis, inter alia munitionem hanc Everardicam evertiſſe, cum Monachorum diverſorio: eò quòd Monachorum ſæculo ſequenti nuſquam mentio, & Balduinus Comes Anno 950. in valle monti ſubjecta oppidum vallo & foſſis cinxerit, & alter eodem nomine ſucceſſor, in monte arcem Anno 1020. ſtruxerit, ſed brevi meliores in uſus converſam, ut pòſt dicam. Muris porrò ſaxeis majore ambitu ſub Guidone Comite cincta urbs, ita tamen, ut Mons dictus excluderetur, quem Abbatum trigeſimus nonus Georgius Moer Anno 1420. defunctus urbi ducto circum muro adjunxit.

Ab ipſis ferè cunabulis oppidum hoc inſignes tulit calamitates, ut taceam Normannorum ferale nomen & fatales Annos. Anno ſalutiferi natalis 1083. fortuito igne abſumptam cum officinis Cœnobii urbem lego. Iterumque Anno 1123. iterumque Anno 1215, ſi vera narrat Chronicon Winocibergenſe, cum decennio antè, id eſt, Anno 1206. Blavotinorum Furnenſium Ducibus Huberto Vulferingemio & Waltero Hondiſcotano, obſidionem fortiter tuliſſet, imò & feliciter, Chriſtiano Pratano Prætore & Gerardo Fayo equitibus ſtrenuis cum juſta civium manu in obſidentes impetu facto, trecentos ad necem, reliquos ad fugam compellentibus. Senſiſſent profectò pejora Anno 1298. niſi Franco armis omnia complenti ſponte oppidum dediſſent. Nec prætereunda Anni 1302. clades, licèt civibus promiſcuè in agro Caſletano injuria quàm civitati major illata à Francis iiſdem; quam non multò pòſt excepit major à domeſtico hoſte tempeſtas, maxima autem ab externo. In tumultu quippè Anni 1328. plebeiæ originis hominem Winocum Fratum, & quod indignius, flagitioſiſſimum, legerant Ducem, contra Principem ſuum auxiliaribus Francorum copiis ſubnixum arma ſumpturi, lueruntque temeritatem agro latè vaſtato, pagis incenſis, urbe non parum læſâ, quæ Anno 1383. ſub Anglorum præſidio, Gandenſiumque profugis inceſſa, à Francis obſeſſa, & poſt illorum fugam capta, ſpoliata, exceptis tribus ſacris ædibus incenſa; quam calamitatem urbi cum Cœnobio communem Thomas Diaconus in Chronico nimiùm quantùm deplorat. Gallos diceres in perniciem hujus oppidi juraſſe, & odium cum ſemine ad nepotes, derivari eò quòd ſingulis penè ſæculis crudelia obſerves ejus documenta, præteritis tamen Anni 1488. à Crepicordienſi Gallorum Duce acceptis incommodis finiam in Anni 1558. ab hoſtibus iiſdem urbe potitis procurato incendio, cui ne ulla quidem domus ſuperfuit immunis.

Ab urbe ad civitatem venio & Rempublicam, in qua ne diſputem de donatione hujus villæ per Gobertum Steenvordianum facta Bertinianis ante 8. ſæcula: Comitem Flandriæ conſtituo partim Regalium ſuorum, partim Advocatiæ Cœnobiorum Wormholtani & Bergenſis titulo dominum, cui fiduciarius cliens fuit oppidi & Caſtel-

laniæ

laniæ ratione cùm vicinis Robertus Caſletanus, indeque Iolantis ejus filia Barenſi Regulo nupta, jus aliquod in utramque partem arrogavit, ſed fruſtrà: Ludovico Malano per ſententiam Anni 1350. menſiſque Auguſti declarante Roberto non proprietatis ſed hypothecæ jus fuiſſe, unde redditum corpori Flandrico hoc membrum deinceps non eſt ſeparatum. Succeſſit igitur Vice-Comitis dignitas, quæ à gente Stavela ad Hornanam, & ab hac ad Remigium de Hallut Anno 1567. devoluta, eo vendente ad Longinos pervenit, & inter alia emolumenta trientem mulctarum præcipit & fœudis præeſt compluribus. Curia porrò fœudorum Comitis & Tribunal vaſallicum in prætorio eſſe ſolet ad Montis crepidinem, cui à vadibus nomen, eò quòd ibi atroces inimicitias foventes citati juramento vadibuſque cavere ſolerent de mutua corporis ſecuritate, quod Flandri *Ghiſelen* vocant, prout ante me ſcripſit Marchantius.

Senatus forma penè eadem cum Furnenſi eſt, fuitque antiquitus, id eſt poſt leges & ſolemnia oppidi per Guidonem Anno 1297. confirmata. Fuerunt duodecim Scabini, tam in urbe quàm in territorio, venientibus in numerum conſulibus duobus. Poſt unionem utriuſque tribunalis Anno 1587. factam, ſeptendecim Scabini quotannis conſtituuntur cum Conſule, quorum ſex è civibus, reliqui ex agro. Quæſtura, ut & Furnis, erat hæreditaria gentis Hoornanæ, nunc à Senatu coëmpta.

Balivi eadem, quæ Furnis, eſt ratio, niſi quòd dignitatem augere videatur communis huic & Vice-comiti Præfectura. Aquagii, quam vulgò, Aquarum vocant comitatum, curant per vicarium annalem Aquæductus, aggeres, Repagula, & cataractas, quibus negligenter habitis ingentia provenire incommoda experti ſunt Anno 1579. Bergenſes, ad mille agri jugera aquis operta videntes, ob recluſas alibi cataractas à Dunkerkanis, exiſtimantibus hac arte urbem regio militi inacceſſam reddere. Sed enim, uti hæc machinatio parum attulit emolumenti, tam Dunkerkæ quàm Winomontio, per Parmenſem Regulum Anno 1583. captis: Ita nunc aquis intra ſuos limites reductis, agri denuò apparent, fœneratos domino fructus producentes. In Senatu plures ſæpè nobilitate conſpicui, tum ferè ſemper talis Conſul exiſtit ad cujus ſententiam, tam Broucburgenſes, quàm Mardicani recurrunt.

In civibus lectior pars nomen dat Sagittariorum alicui è tribus collegio, quorum Georgiani per Maximilianum Archiducem privilegiis donati frequentia in ludis præmia attulerunt, nominatim Anno 1513. Gandavi & alibi ductore Petro Huys, ei donato ingenti ponderis ſupellectili argentea, cujus viſitur umbra in imagine parieti gymnaſtico appicta.

Civium etiam nomine habendi hîc nati & ſiti: ut rebus maritimis præfectus, Gerardus de Mekere, & Nicolaus Danius Vice-Amiralii Victoriis contra Danos Galloſque partis clari, quibus aſſociandi Balduinus van Roye Ultrajectinus concilii Præſes, Jacobus Sluperus Herzelenſis Curio, Odarum, Eclogarum non infelix ſcriptor, Jacobus Eytzwertius miles ſtrenuus, nec tamen minùs Muſarum cultor, cujus extat Aldenardias heroïco carmine pulcherrimo conſcripta. Superſunt, licèt necdum evulgatæ, Elegiæ perelegantes, Leges etiam Gandavi ad Joannis, Brugis ad Deiparæ ejuſdem Epitaphia ſummum Poëtam redolentia. Vilior plebecula nundinationibus marinis & rerum è paſcuis luculenter provenientium potiſſimùm valet: Nundinas his aliiſque mercibus cum immunitate novem dierum circa ſolemnitatem D. Lucæ conceſſit Comes, præter quas aliis intervallis fora habent frequentata, licèt non privilegiata quatuor, incidentia in medium Auguſti, tertium Novembris, octavam Paſchæ, & poſtridie Palmarum. Celebris etiam eſt Berga conventu Anni 1346. cùm Eduardus, tertius Angliæ Rex cum uxore & filia Ludovico Malcano deſponſata affuerunt, ſtructa faſtuoſo apparatu proximè peryſtilium Templi, Aula ampliſſima celebrandis Sponſalium ſolenniis. Apparet hîc etiam Ferdinandum Comitem libenter ſolitum diverſari & Margaretam huic oppido multum tribuiſſe certum eſt, unde à diverſoriis comitatus Palatini vicus, urbis Hiſpanorum nomen ſervat, ſicut alter Judæorum ab eorum Flandria ejectorum profugio. Claudam in ludo litterario celebri quem viri celebres, Joannes Deſpauterius, Paulus Leopardus, cujus variorum libri decem commiſſi prælo ſunt, Chriſtianus Cellarius, Petrus Curius, editis ſcriptis non ignoti nec ignobiles aparuerunt.

Res Winocibergæ ſacra ferè ab Archimandrita Benedictino ibidem pendet. Princeps Parochia D. Martini titulum, authorem Balduinum Comitem habuit, qui (verba ſunt Meieri ad Annum 902.) Bergiaci Templum D. Martino poſuit, Canonicos Sacerdotes legit, eòque, D. Winoci oſſa ex cœnobio Bertinico, licèt invitis Monachis, tranſtulit. Duravit hoc Canonicale collegium uſque ad annum 1028. cùm Balduinus alter animadverſa Canonicorum negligentia in exolvendo precum Horariarum penſo ejectis Monachos ſubſtituit. De quibus paulò pòſt fuſiùs: illorumque peculia partim his acceſsère, partim à poſſeſſoribus præbendarum violenter retenta, & ad hæredes ſunt tranſmiſſa: ita ut notent Annales, hac diviſione & Sperliacum retinente Comitis Bononienſis fratre Gothofredo, &

Tethingen, Sciocam, Byren, Stenas, Killem, Biſcingeſclam, Crochtas, Outkerkam, & plura alia aliis ablata. Eccleſia autem D. Martini Monachis, haud multò pòſt in montem tranſlatis oppidi cœpit eſſe Parochia. Quæ cùm multitudine civium creſcente par oneri non fore videretur: Sacellum D. Petri dedicatum à Comite Anno 1070. loco primitus à D. Winoco & ſociis habitato, in communionem Curæ Paſtoralis aſſumitur à Morinorum (cui tum ſuberant, nunc Iprenſis, dioceſios) Epiſcopo. In alterutra ſepulturæ locum elegit, Victor Giſelinus Medicus excellens, quique ex Principiis ejus ſcientiæ mortis ſuæ diem prædixit, vir undiquaque doctiſſimus.

Monachis ad præſcripta D. Dominici viventibus Anno 1240. Margareta Comes in oppido Winocimontano locum aſſignavit, ſtruendis tam Templo, quàm Cœnobio. Hi pagorum in circuitu Evangeliſtæ ſolent quinquagenarium excedere numerum, & hebdomadatim certos verbi Dei præcones emittere, & emiſerunt viros undecumque doctiſſimos contra hæreticorum inſtantes tumultus Anno 1550. & ſequentibus, nominatim Ægidium vanden Baſt, Joannem Crake, Henricum à Merica, & Henricum Conſtantinopolitanum, præter alios infinitos. Denique Patres Societatis Jesu inſigni urbis agrique Winocibergenſis benevolentia invitati, Collegium ab octennio ferè aperuerunt, quorum fundatio SS. Principibus incrementa Bergenſium munificentiæ, augmentum Prælato loci attribuenda. Collegii ſtructura eſt elegans, templumque in fundamentis adhuc jacens, mediocris capacitatis futurum, & agri ſuburbani læto aſpectu recreatur, & ſalubri montis eminentia gaudet & maximo circumjacentium fructu; quibus doctrinæ Chriſtianæ dogmata diebus feſtivis excurrentes, impartiuntur. Adeò ut exteri hanc civium benignitatem, civitatis felicitatem non ſatis prædicent, imò admirentur, eò maximè quòd primum hoc Belgii Collegium ſit per Societatem à fundamentis erectum.

Eſt inſuper Abbatia virginum victorinarum in oppido, erat in ſuburbano olim, imò ſub ipſis mœnibus tempore Comitis Margaretæ inchoata ab Anglis Anno 1383. exuſta Sanctimonialibus intra muros tranſlatis, quæ Beginarum habitu & nomine anteà cenſebantur, noviſſimè Auguſtini inſtituta amplexæ, Antiſtitam habuerunt Anno 1301. Meluniam, Anno 1408. Luxemburgicam & aliàs nobilitate generis illuſtres. Solet ampliùs eſſe Griſearum conventus, ſed Anni 1558. incendio exſtinctus, & ampliùs Divorum Jacobi & Joannis Xenodocheia & Gerontocomium celebre, de quorum initiis nihil admodùm reperi, niſi quòd Senatus de his ſtatutum extet Anni 1528. pauperes etiam alios concernens, Hierocomium D. Magdalenæ porrò ſuburbanum, Itemque ſacellum Deiparæ ad rorem: illud dicto Anno 1363. hoc 1558. exuſtum, in rudeto jacet, illud Collegio Societatis Jesu per Archiduces annexum eſt, utrumque in ſuburbano ſitum, utrumque à Comitibus erat fundatum.

Fuiſſe ab antiquo Monachorum in viridi Monte congregationem nemo dubitat, qui cum Anno 897. à D. Winoco credit habitatum, nec quiſquam diffitebitur etiam poſt receſſum Normannorum ibidem tali qualitate Religioſos perſeveraſſe, qui leget & *Monachis D. Winoci*, (notate verba Diplomatis etiam à Meiero deſcripta) *Villam de Warrem Anno 931. datam.* Cæterùm quid de his Monachis ſit aut factum ſit, me præterit. Hoc certius eſt, ejectis à Balduino Comite Canonicis D. Martini Anno 1120. (Meierus 28. ſcribit) decennio pòſt arcem Montis viridis à ſe inceptam meliores ad uſus convertiſſe, ibique ſtructo templo Feretrum D. Winoci cum Monachis è D. Bertini vocatis collocaſſe, factum probante & aſſiſtente Harduino Epiſcopo. Auctum deinceps cœnobium ædificiis per Abbates Evermarum Anno 1106. defunctum, Aſtergum, qui poſt duo incendia reparatum Anno 1133. dedicari procuravit, Petrum Falckin qui ſpectabilem toto hoc tractu chorum Anno 1290. aut circiter inchoavit, Simonem de Haringis Decretorum Doctorem qui vaſtatum reſtituit Anno 1389. Gregorium Moer Inſulis primo uſum qui Anno 1420. vita ex hac in alteram migravit, Adrianum de Penis templi reſtauratorem egregium Anno 1506. Gerardum de Americourt, qui Anno 1543. exuſtum dormitorium reparavit, Hieronymum à Grimbergis qui clauſtrum cum turri refecit, Carolum Argenteau qui omnia vitio temporum & turbarum vaga, vaſtataque reſtaurare cœpit.

Crevit Monaſterium religione ſub Roderico, qui eò ex perfectiſſimo D. Bertini Seminario Anno 1040. advexit ſcrinio pectoris ſui concluſam, ſub Hermete, qui Anno 1196. collabentem nonnihil diſciplinam reſtituit, ſub Gerardo, qui Cluniacenſis inſtituti rigorem vigoremque introduxit, ſub Joanne Maſin qui langueſcentem inter arma civilia Anni 1480. diſciplinam omnibus modis mediiſque reſtauraſſe commendatur. Habuit è Monachis ſanctitate celebres Gervinum, virtutis merito ad abbatiam Aldeburgenſem evectum, ſpiritu clarum prophetico, ſummæ virum abſtinentiæ, ut qui 40. Annorum ſpatio carnibus & omni eo quod vitam aliquando accepit legatur abſtinuiſſe: Bertulphum, qui poſt cædem B. Godolevæ huc profugus reliquum vitæ

ſumma

ſumma integritate auſteritateque tranſegit. Doctrina claros Joannem chronici veteris auctorem; Thomam Diaconum Supplementi, & cladis Gallicanæ Anno 1383. ſcriptorem; Petrum Santomerium, Walloncapellum librorum ſex de Monaſticis illuſtratione & inſtitutione concinnatorum doctiſſimum, cujus opera ſe adjutum Molanus fatetur, uti priorum Meierus. Drogonem ex Monacho Epiſcopum Morinenſem, qui duos de S. Oſwaldo ſermones contexuit.

Sacra hujus Monaſterii ſupellex aurea & argentea ante vaſtitatem Anni 1383. ſplendida erat, Regum Principumque dona & pietatis, munificentiæque æterna teſtamenta. Sed proditione cujuſdam è Galliis orti Monachi, Gallorum in manus venit. Tolerari hæc poterant, quia recuperari aut contemni; qualiter non Sanctæ Divorum reliquiæ noviſſimo Anno 1558. cum ſuis feretris deperditæ, ut vix minimam è ſingulis partem cum ſtola & ſimilibus aliquot B. Winoci exuviis ſervaverint. Extat tabella indicem omnium continens nunquam niſi cum lachrymis legenda, quòd talibus tantiſque theſauris cœnobium deſtitui videamus. Erat inter illa corpus B. Lewinnæ ex Cœnobio D. Andreæ tranſlatum, item B. Oſwaldi regis & Idubergæ cognatæ ejus ex Anglia tranſmiſſum à Balgero Monacho, ſub Annum 1054. quæ ſimul ab Adam Morinorum Antiſtite unà Anno 1121. ſunt tranſlata in aliud feretrum, prout Anno 1181. à Deſiderio Epiſcopo corpus D. Winoci fuerat elevatum, hoc iterùm Anno 1506. in novum quantivis pretii feretrum relatum. Annotare hîc libet duos Molani, viri accuratiſſimi alioquin, lapſus: alterum in D. Itisbergæ natalibus, quam fecit eandem cum ſorore Caroli Magni, cùm fuerit Anglo-Saxonica. Alterum in tempore delatorum Bergas corporum D. Oſwaldi & Itisbergæ, quod in vitis utriuſque ad quintum Auguſti, & vigeſimum ſecundum Maii tribuit Anno 1221. (quo ſecunda fuit tranſlatio) cùm in vita Levinnæ ad 22. Julii fateatur, & verè, factum à Balgero Monacho, qui vixit vivente Rumoldo Abbate Germani Anno 1041. defuncti ſucceſſore. Concludam in ritu priſco merſionis feretri D. Winoci anniverſariæ quam contra Eraſmum his verbis tuetur & deſcribit Anonymus quidam.

CUmulationem D. Winoci ejuſque in aquam merſionem nequaquam Sancti cultum eſſe ſuperſtitioſum cernere non fuerit difficile, ſi earum actionum cauſa & origo exponatur, quod hîc paucis ac fideliſſimè facere conabimur. Continua ac fideli ſeniorum noſtrorum traditione accepimus eo loci quo hodiè immerguntur ſacratiſſimæ D. Winoci reliquiæ olim caſu ſubmerſam fuiſſe cujuſdam divitis prolem, ac etiam in dicto fluvio perditam, ſic ut inveniri nequiret: unde dictæ prolis parentes ſummo affecti mœrore, in Domino tamen, qui non relinquit ſperantes in ſe, confidentes venerunt ad Abbatem Patreſque hujus Monaſterii obnixè poſtulantes ut eò deferri permitterent feretrum D. Winoci. Hujus equidem meritis perditam prolem, & quam extinctam arbitrabantur, ſibi reddendam ſperabant. Erant ſanè tunc fideles, & in Dei amore & Sanctorum veneratione multò quàm nunc ardentiores; quod licèt ægrè, tamen obtinuerunt à Patribus hujus Congregationis, in ſpem manifeſtandæ virtutis divinæ erectis, per fidem vivam devotionemque parentum. Itaque ſumma cum reverentia ac devotione concomitante hujus civitatis populo penè univerſo, itum eſt ad locum, fluvioque immerſæ ſunt ſanctiſſimi Winoci reliquiæ. Mirum dictu! vix reliquiarum capſa aquis immiſta erat, & ecce proles quæ extincta putabatur, ſtatim comparuit viva, tumbæ S. Winoci alludens & exultans; quo viſo dici nequeat, quanta fuerit totius plebis exultatio, quanta omnium jubilatio, quantas Deo Opt. Max. populus laudes reddiderint, quantas item apud Deum interceſſori ac patrono gratias egerint parentes reſuſcitatæ prolis: qui gratitudinis ergò huic Monaſterio feruntur non paucà contuliſſe bona. Ut igitur hujus tam celebris miraculi jugis eſſet memoria, in eodem fluvio ſingulis annis immergitur theca oſſium ſancti Winoci, ad majorem Dei ac Sancti gloriam; tum ut Bergenſis populus ad imitandum parentum præfatæ prolis fidem, devotionemque provocaretur, ſicque divinis beneficiis ſui Patroni meritis apud Deum potentiſſimi donaretur.

En cauſam immerſionis ſancti Winoci.

CASTELLANIA

WINOBERGENSIS.

CAſtellaniam Winobergenſem ſolum habere fæcundum pecoris & butyri ſapidiſſimi, frugum arborumque tam pomiferarum quàm lignationi aptarum: gaudere etiam inſigni navigationum compendio, & fluviorum Agnionæ, Colmæ, Pienæ, Lederæ, Oceanique commoditatibus norunt omnes. Cæterùm omnis aquarum derivatio quam conductum vocant, in tria dividitur Aquagia, orientale nimirùm, auſtrale, & occiduum. Hoc à quatuor primariis, uti ſic dicam, oſtiis, undas Oceano immittentibus dictum. Habueruntque pridem tres obicés ſeu repagula (quorum occidentale vehementia

Wateringen. Ooſtover. Zuytover. De vier dycken. Watergraven. De groote leden.

mentia maris Anno 1579. disjectum eſt) & præficiuntur Aquæ Comites & Curatores aggerum, & ab eis dependentium tres

Vulgò Water-Graven.

à M. Balivo, Vice-Comite & Senatu Bergenſi, qui & die Jovis hebdomades Paſcalis rationes audiunt, advocatis & in conſilii communionem admiſſis majoribus ſingulorum Aquagiorum membris, qui ſunt Prælati, Nobiles, Reſpublicæ aut etiam Privati plura habentes intra limites cujuſque latifundia aut hæreditates. Complectitur porrò tota hæc ditio pagos 33. ritu ferè Furnenſium, diviſos in 26. Keuræ obnoxios, & 7. Vaſallaſia, id eſt, Toparchias, legibus ſuis utentes, dominis parentes, in oneribus tantùm indictionum publicarum Bergenſibus auxiliares; quæ ſunt: Præpoſitura Brugenſis, Pitgam, Houdtkerke, Ecklesbeeck, Ledringem, Hondſcote, Zuytſcote cum dominiis aliquot aliis, quæ in pagis, ubi ſita ſunt, non tacebo. Pagos autem ipſos auribus gratiam facturus & doctrinæ juxta ſitum deſcribam; & ne quis fortè ordinem poſſit deſiderare, cum notis voci Belgicæ ad marginem notatæ deſignabo. Exordio itaque ſumpto à locis Pienæ fluminis alveo, aut elicibus trifariàm clauſis, inter orientem & medium diem angulum facit, non ab altitudine, ſed à veteri lignea Eccleſia per D. Amatum dedicata fabrica nuncupatum

Hautkerke.

municipium, nundinas feſto aſſumptæ Virginis in cœlum cum libero mercatu habere ſolens, habens adhuc ex illuſtri Hoornana ſtirpe Toparcham Comitis titulo, nec juriſdictione (etſi hîc forſan potentiæ) contemnendæ. Titulum quia uſurpaſſe viſus Joannes Miles aſſignans certa quædam in Comitatu ſuo de Holtkerka cœnobio Broylenſi Anno 1047. Hornani poſt aliquot ſæcula quaſi inter mortuum reſumpſerunt, ſed nundinas obſcuraſſe videtur nunquam reſuſcitandas vicinæ lateque pa-

Herzeel.

tentis Herzelæ commoditas, quæ annuas in Julio nundinas impetravit memoria calamitatum bellis Gallicis toleratarum, illas à Carolo Cæſare confirmatas. Patria hæc eſt Jacobi Sluperi editis poëmatibus non obſcuri, alioquin à reſidentia Dominorum Canonicorum putà & Epiſcopi Morinenſis

Bambeec. Ingelshof.

nuncupata. Quæ è propinquo reſpicit Bambeca nobilem curiam Anglicæ cognomento comprehendens dominorum de Nywerle nuper, nunc dotali titulo D. de Swater gubernatoris Audomaropolitani, viri nobilis & prudentiſſimi, ante annos centum Morbecanorum dotali titulo à Drinkamiis ulteriùs ad occaſum inter Pienam & ejus eli-

Ledergem.

cem Lederam pluribus ab ortu ſuo pagis nomen communicantem viſitur Ledergemium Vice-Comitatu nobile, quem Anno 1454. Ludovicus de Giſtelles, Anno 1481. Eeckhoutani, & mox Ogniaci Watena dominantes, nunc Merodii & nominatim Frentziaci Comes obtinet, ſed relevandum à curia Heckelbecana ſub cujus etiam cenſetur parochiali, imò eoſdem cum illo agnoſcit agnovitque Toparchas. Heclesbeca por-

Heckelbecq.

rò ſacris profaniſque titulis nobile municipium, forum hebdomadale diebus martis recurrens aliaque oppidorum propria habere ſolet. Toparchia vetus ampla, juriſdictione dominorum de Giſtellis olim, de Peene pronuper, denique Valentini Pardieuni D. de la Motte Eq. Chiliarchæ ſtrenuiſſimi, nunc ejus hæreditate Philippi D. de Gornunvalle gubernatoris Gravelingani, viri bellicis & heroïcis virtutibus clariſſimi, recenter Baronis titulum adepti. Ultra Pienam hæc eſt, & ulteriùs Biſſeſalia cum Lobergemio aliiſque minoribus, Toparchia dono Caroli Comitis ad Eccleſiam

Biſſezeel. Lobergem.

D. Donatiani Brugenſem ſpectans, quæ ut Comitatum antiquitus habuiſſe creditur, ita Vice-Comitem, hodieque habet ſui beneficii clientem è gente Voſſia. Adjacet huic in mediterraneis pagi à deſerto Caverna, ſaxis, ſoccis, bierna & ſterili Ipreto dicti, ſolo mihi nomine hactenus noti. Ad

Widere. Crochr. Steene. Chochue Bierne. Quaet Iper.

Colmam porrò celebrior eſt Toparchia Pettigemenſis nuper D. de Renſart, nunc D. de Werp gubernatoris Moſæ Trajectini vetus & vetuſtate ſimul, ſimulque bellis dirutam arcem poſſidentis. Intra limites porrò parochialis alter eſt dominatus de Helfelt, nunc familiæ de Boddens, ante D. de Sinple dotalis cum filia Marci de Swtpeene D. de Hoymile. Ultra Colmam

Pitgam. Helfelt.

verſus mare & Dunkerkam villa agreſtis prætoria olim fuit, vico nomen ſervans, & circa eam varii à ſanctis ſacellis appellati pagi, Arnoldi fanum, & fani appendix, fanum paluſtre, & alia parte frigidum, Sanctum majus & minus veneratione ligni ſalutiferi olim celeberrimum & peregrinis notum, & S. fanum credo ob celebritatem oppidi vicini & portus Mardiacenſis frequenter habitato agro multitudi-

Hoymile. Spyker. Aernts-cappel. Aru cappels cappel. Broockerke. Coudekerke. Groot en clyn Sint. Sinten cappel. Lyſrinc hoeck Tetingem. Zuytſcote. Uxem. Givelde:

ni reſpondente, templorum debuiſſe ſtructuram ſuccedere. Ab altera autem parte Dunkerkam reſpiciunt angulus Liſringi & Telingemium, non à Thedyde vicina, ſed à Theodorico milite olim D. nuncupatam, itemque Toparchia Zuytſcote olim portu nobilis, & civium gaudens privilegiis, feudum aliàs Caſtri Audomarenſis ex primæva inſtitutione. Ulteriuſque ad lacum jacet Udonis domicilium, & Ægidii campus, hic Amanno Principis vicario peculiariter gaudens Juſtitiæ adminiſtro. Lacus quem dixi ab æſtu Oceani natus in majorem minoremque diſtinguitur, ſeptem in ambitu miliaria complectens, piſciumque copioſiſſimus, ſed uliginem fundi cœnumque in cœna ſapientium, navigabilis quidem, ſed per tempeſtates periculoſus, quod

paucos

paucos cis Annos, ait Marchantius, Jacobus Waveranus præſtantiſſimus Neoporti conſul extinctus ſuo comprobavit exemplo; & mirum videri poſſet ſub aquis & uligine vicina humo ſub alta ſæpiùs repertas arbores, lignaque ebeni inſtar dura nigraque, imò glandes & avellanas integras. Ab altera hujus lacus parte Hondſcota eſt municipium, & Toparchia latiſſimè ſe diffundit gentis Hornanæ, & nominatim Comitis Haultkercani, de qua mox dicam. Ad paluſtrem etiam ſecus Hondſcotam rivulum jacet à Warnci domicilio dictus pagus, & interjecto juſto loci intervallo Rexpode & Killem Anglicam quid nomine referentes, & ſacella orientale & occidentale pagis nomen dantia, quorum hic Caſtro ſatis eleganti & munito, dominioque dominorum de Ricourt innotuit, cujus juriſdictionem Anni 1502. Philippus Archidux conceſſit Dioniſio Morbeliano Conſiliario & Cubiculario ſuo. Atque hæc quidem ſunt Caſtellaniæ Bergenſis loca; ſi Wormholtum municipium adjeceris, in cujus celebritate caput hoc concludo. Legem hoc habet & tribunal proprium, nundinas feriis Pentecoſtalibus, etſi nunc obſoletas, D. Abbam Winobergenſem, imò Comitatum dono primorum Flandriæ Comitum & merito D. Winoci, qui primam iſtic cellulam ſibi, ſociiſque cœnobium de conſilio D. Bertini ſtruxit, & vixerunt longo ibi tempore Religioſi ad præſcripta D. Benedicti ſub Abbatum obedientia, donec loco à Barbaris vaſtato ad montem, qui nunc Winoci nomen ſervat, commigrârunt, interim ad memoriam ſanctitatis loci Præpoſitum cum aliquot fratribus ablegare ſoliti, qui divina in Wormholt peragerent.

Hondſcote.

Warren.

Rexpode. Killem. Ooſtcappel. Weſtcappel. Wormhole.

ELOGIUM
BERGÆ S. WINOCIS.

Luce ſmaragdinea pratorum, & flumine læta,
Clara virûm ingeniis, Cœnobiiſque ſacris,
Olim mons viridis Winoci in nomen abivi,
Religione pii nobilitata viri.
Ille meo ſevit pietatis ſemen in agro,
Oſſa mihi, & cineres credidit ille ſuos.
Felix depoſitum, quo nil tulit Anglia majus,
Berga tego, & pariter cælite cive tegor.
Magnum aliquid magnos jactare ab origine Reges:
Sanctorum auſpiciis ſurgere, major honos.

Errat hic Poëta, nam D. Winocus ex Britannia minore & Armoricis fuit.

BROUCBURGUS
vulgò BURBURCH.

E Sandero.

Oppidum hoc antiquitate, privilegiis, ac rebus præclarè geſtis, ac toleratis cumprimis nobile, ab agro paluſtri nomen habet, admodùm amœno tamen per æſtatem loco ſitum eſt, & in planitie, quæ, ut undique agros habet totius Flandriæ maximè fæcundos, omnibuſque ſatis idoneos; ita & montes juxta Watanum, olim promontorium Iccium, & juga Caſleti, & editiora Arteſiæ adſpicit. De ejus antiquitate hæc Meyerus Tom. 1. rerum Flandric. *Adducor facilè ut credam, Aldenborch, Rodenborch, Turholt, Mardyck, & Burborch, cum aliis nonnullis primos Flandrorum vicos, Caſtellaque eâ tempeſtate* (ſub Clodione videlicet Francorum Rege) *extitiſſe.* Et Tom. 9. *Erant*, inquit, *& pagi, tum celebriores* (poſt exciſum nempè à Normannis Aldenburgum & Rodenburgum) *Turholtum, Oſtroburgium, Snelleghem, Vendunum, Labbeca, Bellula, Stenfordium, Longamorca, Borburgium, Groneberga, Woronegolt, Hecclesbeca.* Patrimonium, & omne urbis dominium, ad ſolos Flandriæ Comites pertinuit; ſed cùm Robertus Flandriæ Comes, vulgò dictus à Betunia, duos reliquiſſet filios, Ludovicum Nivernenſem, qui poſteà Flandriæ Comes fuit, & Robertum natu minorem, quem Caſletanum appellârunt, Roberto hæreditatis partitione inter alia ceſſit Broucburgus cum Caſtellania, Dunkercka, & Warneſtonum, ſub unius feudi clientela & Homagio. Hic Robertus à Flandria dictus, filium quoque habuit Robertum, qui ſe Barenſem nominavit, & Comitem de Marle. Hujus filia Joanna Ludovico Luxemburgenſi Comiti Sanpaulino Franciæ Coneſtabili juncta fuit, à quibus luculenta hæc hæreditas, inconſulto olim à corpore Comitatus Flandriæ avulſa, tranſiit ad Vindocinenſes Borbonios, & ab ipſo modò Gallorum Rege poſſidetur. Cives Broucburgenſes probi, ac antiqui candoris; in veſtibus ac conviviis priſca illis moderatio, luxus in cæteris minor. Fuêre Burburgenſes per nuperos Belgicæ motus in fide erga Deum & Principem ſuum Regem Catholicum, egregiè conſtantes, ſi vetera etiam revolvamus, in pugna Roſebecana contra Arteveldium, & Gandavenſes in Principem Flandriæ conjuratos primas acies duxerunt, eorumque fortitudini cumprimis victoriam Annales adſcripsêre. Unde in hanc uſque diem quotannis in ſolemni, quæ iſtic fit in honorem Virginis matris, ſupplicatione primas tenent,

primi ad ſacram altaris oblationem admittuntur, & jus habent percipiendi vectigal, quod illa die è cerviſia, & vino percipitur. Multis magniſque fruuntur etiam privilegiis. Inter quæ illud, quod Scabino, etſi non nobili, jus tamen ſit gladium ferendi, quod etiam cuivis Magiſtratum gerenti, modò alium è Magiſtratu ſecum aſſumpſerit, libera ſit venatio. Alia taceo ne oſtendam. Habet Vicecomitatum, qui à Giſnenſibus ad Marchionem Rentiacum nuper devenit, nunc ab ejus filio itidem Marchione Rentiaco, Duce de Havrech, Hiſpaniarum Magnate, cum luculenta annalium redituum perceptione poſſidetur. Annuas habet menſe Junio & Septembri nundinas; Xenodochium, cujus rationes audit Magiſtratus; ac domum leproſorum, in ſuburbano multis prædiis auctum, & agros Homilianos, limitibus oppidi incluſos, qui præter morem, ad alterum conjugum ſuperſtitem, & ab hoc ad liberorum natu minimum devolvuntur. Rigatur fluvio Colma, qui mediam urbem ſecat. Non caruit Anno 1383. inſigni adverſitate; cùm enim Angli Gandenſibus Ludovico Malcano repugnantibus juncti oppidum hoc, acriùs oppugnatum, quàm defenſum, Gallis Ludovici protectoribus dedidiſſent, rapinis, cæde, ignibuſque vaſtatum eſt, donec civium impenſis reficeretur. Cladem hanc fusè deſcripſit Jacobus Meyerus Annalium Flandriæ libro 13. ſub eodem Principe.

Eccleſia parœcialis, qua nulla majorem tota Flandria diſtrictum habet, Broucburgi, D. Joanni Baptiſtæ ſacra eſt. In hanc parœcialem Eccleſiam, ſingulariter benefici fuêre Carolus ſeptimus Galliæ Rex, Duces Burgundiæ, Britanniæ, Vindocinenſis, & Bituricenſis; hi enim omnes profuſis largitionibus conati ſunt emereri gratiam Divæ Matris recenter vulneratæ à milite Britanno, & avertere ultionem cæleſtem, tam atroci facinori debitam. E quorum largitionibus ædificatum eſt Odæum cum ſexto utriuſque Chori lateralis columnis æneis intercluſo, cum ea parte Chori, quæ lapideo fornice munita eſt. De primo Eccleſiæ Broucburgenſis conditore altum in Schedis ibi ſilentium. Hodiè Chorus iſtic præter paſtorem, ſeptem alios ſacerdotes alit, quibus ab hominum memoria nunquam plures aluit. Patronus Templi eſt Abbas Bertinianus. In Choro majori viſitur monumentum nobilis & inſignis viri Domini *Cornelii Bruſſet*, à ſtabulis Regiis, Equitis, & Toparchæ in Ingelbert, qui *Ludovico* in gubernaculis hujus urbis ſucceſſit, & obiit omnium bonorum luctu 20. Januarii 1624.

Extat in hac urbe Noſocomium, ſeu potiùs Prochodochium D. Joanni Beptiſtæ ſacrum, ſumptibus & ære Ducum Vendocinenſium olim erectum paulò poſt miraculoſum ſanguinis fluxum è ſtatua D. Matris vulnerata Anno circiter 1385. eo fine ut Gallis peregrinis, qui Broucburgum ad famam miraculi magno numero confluebant, præſertim tenuioribus non deeſſet locus, quò ſe per noctem ſubducerent. His ex mente fundatoris miniſtrabant laici conjugati: quoad irrepsêre abuſus diverſi, & quod in uſus peregrinorum donatum erat, privatis ceſſit commoditatibus. Itaque agente Domino *Henrico à Lotharingia* Morinenſium Epiſcopo, laicis ſubſtitutæ ſunt Religioſæ tertii ordinis S. Franciſci Anno 1456. quæ huc uſque ibidem tum ægris, tum peregrinis famulantur.

Capucini.

CONventus PP. Capucinorum in oppido Broucburgenſi cœpit ad Annum 1621. Manum pio operi præcipuè admovit, ſic ut Cœnobii fundator etiam habeatur, vir nobilis *Carolus de Bryarde*, Dominus de Bavinchove, &c. Suppetias dein attulêre Caroli vidua, Domina de Bavinchove, cujus ſumptu Odæum Templi, & *Maria de Bonnieres* ſanctimonialium Broucburgi Ordinis S. Benedicti præfecta, cujus impenſa Chorus Templi erectus eſt.

Cœnobium Ordinis S. Benedicti.

ANno 1039. clementia Flandriæ uſufructuaria, Cœnobium Monialium ordinis S. Benedicti in ſuburbano Broucburgenſi conſtituit, in illud nonniſi puellæ nobili loco natæ admitti ſolent. Sed cùm pro conditione horum temporum, & Gallorum inſidiis, illud iniquo loco conſtitutum eſſe, Cæſar Carolus Quintus judicaret; illius juſſu in oppidum Broucburgenſe tranſlatum eſt ad Annum Chriſti 1551. ubi nunc etiam ſub prudente ad religioſa directione venerabilis Dominæ *Mariæ de Bonnieres*, virtutibus ac diſciplina floret. Huic autem aſceterio præfuit, & inter Abbatiſſas Chorum ducit *Godildis*, ejuſdem *Clementiæ* ſoror, itidem, ut monumenta Cœnobii, & alii teſtantur, Calixti Papæ, Lamberti Abbatis S. Bertini, & Archiepiſcopi Burdigalenſis, cujus hactenus nomen ignoro. In Clementiæ porrò ſepulcrali inſcriptione legebatur olim:

Sunt qui ipſi Roberto juniori, quem Friſonem vocant, ab Hieroſolymis reverſo originem hujus Aſceterii tribuant.

Vixit in occulto domus hujus tempore multo.

Godilden ſecutæ (continuam tamen ſeriem me dare non affirmo, plures enim hîc Abbatiſſæ fuerunt) *Adelis*, *Egina*, *Herzendis de Guiſnes*, *Joanna de Raſingien*, *Agnes*

Agnes de Niepa, *Sara de Merins*, quæ ad plures abivit Anno 1284. *Machtildis*, *N. de Zomernighem*, *Joanna de Fiennes*, obiit 1315. *Maria de Chapelle*, quæ diem clauſit extremum Anno 1439. *Claricia*, *Eliſabeth de Herzellis*, *Bonna de la Viefville* 1469. *Urſula de la Viefville*, 1475. *Barbara Deſtainbourg*, Anno 1503. *Adriana de Noyelle*. *Antonia de Noyelle*. *Maria de Moerbeke*, dicta à S. Audomaro Anno 1568. *Maria de Bernemicourt*, 1577. *Antonia de Wiſſocq*, dicta de Bomii, 1600. *Barbara de Bailloeul*, 1603. *Jaquelina de Lannoy*, quæ ſingulari laude per annos ſeptemdecim huic Monaſterio præfuit, & locum fecit *Maria de Bonnieres*, quæ Anno Domini 1620, die 29. Auguſti, quo ſancti Joannis Baptiſtæ decollatio celebratur, ſacram benedictionis gratiam, & honorem accepit.

Habuit Broucburgus, ut alia pleraque vetuſta Flandrorum oppida, ſuos olim Caſtellanos; erantque illi præcipui poſt Principem Juſtitiæ adminiſtri, & Principis quaſi Vicarii, etiam militiæ Duces; quod munus, ut primò ad certos annos, vel ad vitam unius datum; ita poſteà multis in locis ad poſteros tranſire, & hæreditarium eſſe cœpit. Fuit autem hæc dignitas olim in familia Burburgenſi, Comitum dein Giſnenſium, è Gandavenſi gente, cui per nuptias etiam Couchiaca inſerta fuit; & memoratur inter alios *Reynardus Caſtellanus de Burburch*, ad Annum 1105. in litteris Roberti Hieroſolymitani. Anteà ad Annum 1100. quidam *Theodorus Caſtellanus de Burburch*, fors idem cum Theuardo, ſignat donationem Roberti Comitis, factam Cœnobio S. Andreæ juxta Brugas, & his ſenior *Alunendus de Brugburch*, ad Annum 1038. in Archivis Blandinienſibus, *Henricus* item, ejus nominis primus Caſtellanus Broucburgenſis, cui nupta fuit *Beatrix à Gandavo*. Erat ille *Theuardi* Caſtellani etiam Broucburgenſis filius, cum Carolo Bono Brugis interfecti, qui prioribus nuptiis duxerat Sibillam Giſnenſem, cognomento Roſam, Manaſſis Comitis Giſnenſis filiam, ex quibus nata *Beatrix de Broucburgo*, legitima Giſnenſium Comitiſſa. Ex *Beatrice* verò *Gandavenſi*, hærede Aloſtanæ ditionis & Waſiæ, ſuſtulit filios ſeptem, & filias quinque, vixit ad Annum 1151. & ſe quoque Comitem ſtabuli Flandriæ appellavit, ſepultus ad D. Bertini. Filius autem natu major, ex *Beatrice Gandavenſi*, & *Henrico*, fuit *Balduinus Caſtellanus Burburgenſis* poſt patrem. Hic ſignavit litteras Philippi Elſatii, quibus ad Annum 1169. fundat ac dotat 16. præbendas Canonicorum in Eccleſia S. Petri apud Ariam. Sed cùm nullam is è corpore ſuo ſobolem reliquiſſet, tandem Caſtellania hæc ad *Gualterum Burburgenſem*, Henrici natu minimum devenit. Is uxorem habuit Machtildem à Betunia, Roberti cognomento Rufi, Advocati Atrebatenſis filiam, à quibus nati *Henricus ſecundus Burburgenſis* poſt patrem *Caſtellanus*, ſed qui juvenis obiit, & *Beatrix de Broucburgo*, Caſtellaniæ hujus hæres, nupta Arnulpho ejus nominis ſecundo Comiti Giſnenſi, & Domino de Ardres. Cujus longâ ſerie diductam progeniem qui videre cupit, Andream du Cheſne lib. 50. familiæ Gandavenſis & Giſnenſis, Scriptorem accuratum & egregium adeat.

CASTELLANIA

BROUCBURGENSIS.

Cum quavis alia per hanc Provinciam ſita, ut antè notavi, certat agrorum ubertate. Magiſtratum habet cum ipſo communem, de cujus prærogativis, ut aliqua antè attigi, ita de Juriſdictione univerſim ac poteſtate ejuſdem, è libro conſuetudinum ejus loci, quas Princeps Flandriæ Anno 1615. approbavit, aliqua etiam modò memorabo, ſi priùs tamen loca, ut in aliis ſoleo, quæ liber cenſualis Flandriæ illi attribuit, in medium attulero. Sunt igitur illa primùm *in Curia*, vulgò OP DE KEURE. E Sandero.

De Prochie ende Winckele van Loon.

De Prochie ende Winckele van Kraeyewyck.

De Prochie ende Winckele van S. Joris, cum parte Parochiæ S. Nicolai.

De Prochie, Ammanscip, ende Limite van Drincham.

De Prochie ende Ammanscip van S. Pietersbrouck.

Hactenus loca Curiæ, nunc ad Vaſſalagia venio.

Dominium & Juriſdictio de Zinneghem, in quo comprehenditur diſtrictus de Cappelbrouck, de Watene, de Markeghem, de Millain, Toparchi de Hoflande.

Dominium Abbatis de Haſnon, in Parœcia de S. Pietersbrouck, contribuens cum Cappelbrouck.

Dominium de Holcke, & diſtrictus in Cappelbrouck, Markeghem, & Bullezeele, ſpectans ad Præpoſitum Watenenſem.

Dominium vanden Gheere in Markeghem, ſpectabat eo tempore, quo cenſus agebatur, ad Toparchum de Maſtaing.

Dominium de Hoflande in Millain, ſpectabat eodem tempore ad Claudium de la Viefville.

Dominium de Ravesberghe in Parœcia de Millain.

 Domi-

Dominium de Ravesberghe in Ammania de Calſvlecke, intra limites Parœciæ de Cappelbrouck.

Dominium de Ravesberghe, in Ammania de Gheerſmaervelt in Parœcia de Boberghe, Erighem, & Markeghem.

Hoſpites Dominæ de Ravesberghe in Markeghem, contribuentes cum Ammania præfata de Gheerſmaervelt.

Dominium de Sburchgravenbrouck in Millain & Marckegem ſpectans ad Cœnobium Divæ Virginis juxta Brouckburgum, nunc intra oppidum.

Dominium & Tribunal de Plantgate in Bullezeele, ſpectans ad Eccleſiam B. Virginis, & Cœnobium de Broucburgo.

Dominium & Tribunal vander Brouck in Millain, Marckeghem, & Looberghe, ſpectans ad Cœnobium B. Virginis in Broucburgo.

Dominium & Juriſdictio de Cappelbrouck, ſpectans ad Canonicos Arienſes, quod dicitur VAN THIENEN.

Dominium de Ravesberghe, quod ſe diffundit per quatuor Ammanias, ſub Parœciis de Markeghem, Millain, Cappelbrouck, Erighem, & Looberghe. Ita prædictus Flandriæ Cenſus, Caſtellaniam Broucburgenſem partitus eſt Broucburgi, ad Annum 1517. die Novembris 29. per *Jacobum Halewynium*, & alios ad hoc per Principem commiſſos. Cæterùm huic Caſtellaniæ & urbi præfuit nomine Principis ab Anno 1552. ad Annum 1572. Dominus *de Caeſtre* è familia Thiennenſi. Succeſſit *Jacobus Salet* Burgundus, vir Regi fidus ac ſtrenuus, qui ad Annum 1581. cùm exercitus Ordinum junctis Ducis Andium copiis urbem occupaſſet, ac mox virtute civium ejectus eſſet, occubuit. In hujus autem rei memoriam quotannis die S. Annæ ſolemnis per mœnia urbis agitur ſupplicatio, & pro anima defuncti oratur. Jacobo ſucceſſit *Ludovicus de Bruchet*, Ludovico *Cornelius* Dominus de Ingelbert illius filius, quo ad plures vocato, ad Annum 1624. conſtitutus eſt à Rege Broucburgenſium Gubernator *Philippus de Lieques*, ejus nominis Baro, & familiæ ſuæ caput. Qui magna fide, animique præſtantia, hoc etiam Anno Præfecturam illam adminiſtrat.

Ex libro conſuetudinum ejus loci, per Principem approbatarum Anno 1625. Juriſdictio & auctoritas Magiſtratus urbis & Caſtellaniæ Broucburgenſis requirenda.

CASTELLANIÆ
BROUCBURGENSIS
LOCA MAGIS NOTA.

PAgus occurrit mihi primus è Grave- E Sandero.
linga venienti, nec procul inde ſitus, *S. Georgii*, vulgò S. JORIS. Ejus Eccleſia condita fertur ab Anglis, gente olim in excitandis Deo Baſilicis, ac Templis religioſa admodùm & magnifica. Eadem ſanctum hunc ordinis Regii Periſcelidis patronum habet, & eundem ſingulari cultu proſequi ſolebat. Unde etiam non infrequens olim ejuſdem gentis ad hanc Eccleſiam concurſus fuit. Veterem Deus illis inſpiret pietatem.

Crayewijck hujus etiam ditiunculæ pagus viſitur. In quo domum habet non inelegantem Dominus *Eugenius Macmahon* Hibernus, quam pater ejus Dominus *Maurus de Macmahon* militum Dux, in manum veniens cum *Jacoba de Waurans*, dotalitiâ ſorte accepit. Illi nomen *Malenburch.*

Loon itidem hujus ditiunculæ Parœcia eſt, in eaque ſitum dominium de *Plancques*, quod in fide ac clientela tenetur Regis Gallorum, ſub Curia Broucburgenſi. Nomen accepit à familia nobili de *Plancques*, ut aſſerit Eſpinoius. In qua legitur quidam *Joannes de Plancques* Eques.

S. Pietersbrouck. In quo ad flumen A habet prætorium nobilis & antiqua familia *de Weez*, quæ ex Giſnenſibus Dynaſtis originem ducit, unde *de Giſnes* dicta. Circa hunc tractum, in Parœcia videlicet S. Nicolai, qua parte ſpectat ad Caſtellaniam Burburgenſem, omni videlicet illa parte, quæ ſita eſt cis flumen de A, viſitur non inelegans prætorium nomine *Brouck*, quod alia à ſe quædam moventia feuda habet, & poſſidetur nunc à *Gulielmo Page.*

Looberge, ut in libro cenſuali Flandriæ notatur, quoad dominium ac tribunal *vander Brouck*, ad hanc ſpectat Caſtellaniam. Quodque à Cœnobio B. Mariæ Virginis in Broucburgo, olim juxta urbem, ſito poſſidetur, etiam in *Markeghem* ac *Millain* ſe extendit. Sita autem eſt Eccleſia ſub Dominio S. Donatiani in territorio Bergenſi. Domus item Domini *de Boddengien*, pratis & arboretis per circuitum amœna ab arte & natura, vulgò HET HOF VAN ROOSENDALE. Habet hîc liberum etiam allodium, & ædes non inconſpicuas foſſa munitas *Jacobus de Immeloot* patritius Iprenſis, vir præſtante ingenio, & ad poëſin vernaculam facto. Illud anteà poſſedit vir nobilis *Petrus de Immeloot*, *Petri* Domini de

Legere,

Legere, *Cruyſtrate*, & aliorum locorum filius. Cæterùm hæc Immelotiorum familia, priſcâ nobilitate conſpicua, & affinitatibus honorata, apud Iprenſes etiamnum ſobole non inferiora ſecutâ effloreſcit.

Drincham clari nominis pagus eſt, & ab eodem familia hujus nominis apud Flandros antiquis etiam temporibus floruit. Ad Annum 1172, *Wilhelmus de Drincham* ſignat litteras *Balduini Caſtellani de Brobruc*, poſt multos exin. annos per Ludovicum Flandriæ Comitem, toparchia hujus loci in partem hæreditatis donata fuit filio notho ejuſdem Principis, à cujus ſtirpe acceſſit ad familiam Ghiſtellanam: poſſidet autem illam modò cum inſigni prætorio *N. Cuperius*. Pagus eſt ſitus viâ, quà Broucburgo Caſtellum Morinorum itur. Ad Annum 1369. *Joannes* Toparchus *de Drincham*, in arce hujus loci fundavit Capellam: ibidem videre eſt inſigne etiam modò prætorium; quo ſplendidius nullum habet Caſtellania Broucburgenſis. Toparchi ſedes eſt, & habitatio. Meminit ejus Caſtelli ſub Ludovico Maleano ad Annum 1383, Meyerus lib. 13.

Holcke tertius Caſtellaniæ Broucburgenſis Vaſallus, Comitatus etiam titulo inſignis eſt, locuſque perantiquus. Videtur eum Carolus Calvus ad Annum 877. in litteris, quibus villas aliquot confirmat Cœnobio Bertinenſi *Hilkinum* vocitare: nuper eum Patribus Societatis Jeſu cum Præpoſitura Watenenſi donavit *Jacobus Blaſaus* Audomaropolitanus Antiſtes, cum omni Juſtitia, quam habet. Cum illo porrò cenſum ſolvit Dominium de Haſnon, in quo ſita eſt Eccleſia de *S. Pietersbrouck*, ad Abbatem ſpectans Haſnonienſem.

Capellebrouck, ſecundus Caſtellaniæ Vaſallus eſt: donatum fuit hujus loci dominium à Philippo Elſatio Flandrorum Comite Canonicis Arienſibus, quo etiamnum potiuntur cum omni juſtitia, in eoque loco varia habent prædia ac cenſus, Trajectum item de Watene. Sub eodem contribuit dominium *de Gheer*, ad Baronem de Ekelsbeke pertinens, cum Trajecto de Lincke.

Ravesberge primus Caſtellaniæ Vaſallus eſt & Baronia, ſpectans ad Baronem *de Bovignies*, cujus Juriſdictio ſe extendit ad Parochias de *Markeghem*, *Capellebrouck*, *Millain*, & aliò. Sub eodem contribuit Dominium & Abbatia, quæ iſtic fundata eſt, Virginum ordinis Ciſtercienſis.

Sinneghem, ab hoc cognomen adepta, in hanc uſque diem perſeverat nobilis & antiqua familia *de Sinneghem*; cujus etiam Toparchus, etſi Vaſallus ſit Caſtellaniæ ordine quartus, majore tamen Juſtitia non potitur. Ad Comitem de Roeux modò ſpectat, extenditque ſe in parœciis de *Millain*, *Capellebrouck*, & aliis. Cenſum autem cum illo pendit dominium, vulgò de *Mevrauwen*, quod eſt Abbatiæ Broucburgenſis, item Burchgravenbroucl. Superſunt

Erighem & *Millain*. In priore ſitum eſt feudum de *Nieulandt*, in clientela Curiæ Broucburgenſis, quam vernaculè nominant, het Ghyselhuys, ad Ducem Hauriacum pertinens. In poſteriore prætorium habet Dominus de Belliencourt, è familia de Sinneghem. Hæc ſunt quæ de hoc territorio intelligere potui. Ad oppidum quod attinet, egregiè modò contra Gallicos, & aliorum hoſtium incurſus munitum eſt, ac militari præſidio inſtructum. Portas publicas habet duas ad Meridiem, & Eurum; alteram item, quam Aquaticam vocant, quæ ad Aquilonem erat, ſub Carolo Cæſare Quinto obſtructa fuit. Dies hebdomadario mercatui conſtituti ſunt Martis & Veneris, illo etiam, & Sabbatho jus dicitur. Nundinæ annales bis hîc celebrantur ad D. Joannis Baptiſtæ natalem, & exaltationem S. Crucis; circa quam diem ſolenni etiam ſupplicatione recolitur miraculum, quod Anno 1383. in æde parœciali contigit. Flumen urbem ſecat, quod Bergam verſùs & Audomaropolin fluit; alia etiam foſſa, quæ navigationi à decennio idonea facta eſt, fluit in A fluvium, cujus pars media, ſive alveus ad Flandricum limitem vergens, ad Caſtellaniam Broucburgenſem ſpectat. In oppido eodem Gildæ ſunt, ſive Sodalitia Divis Georgio, Barbaræ, & Sebaſtiano ſacra. Broucburgenſis fuit *Gulielmus Zylof*, Archidiaconus nuper Iprenſis, vir profectò inſigni eruditione præditus, antiquaque iſtic & honorata familia oriundus; prout ibidem ſunt familiæ *vander Merſch*, *Myle*, *Vuldere*, *de Weez*, & aliæ quædam. Fuit & Broucburgenſis *Thomas de la Vigna* Jacobi filius, vulgò *Wyngaerde*, Gubernator Leeuwenſis, vir ſtrenuus, & Tormentorum bellicorum in exercitu Regio ſuppræfectus.

HONDESCOTA

OPPIDUM.

Hondeſchotæ etymon, ait Marchantius, ex canum venaticorum, aut ſtabulo, uti Petrus Nannius ad Leopardum ſcribens, Kunoikautàn Græcè Hondeſcotam nominat, aut pullulante cremento, aut tributo, velut cynegium elapſum eſt: neque enim auſim ejuſmodi nominum originationes ad certitudinis libram appendere. Hæc ille, & ego cum illo, utpote qui in veteribus cœnobiorum ſchædis nihil huc faciens potue-

potuerim reperire. Diploma quidem Milonis Epiſcopi Morinorum aſſignans inter alia Eccleſiam villæ de Hondeſchota Abbatiæ de Capella ante annum 1100. ſatis probat villam jam tum fuiſſe. Alterum donationis Præpoſito D. Donatiani Brugenſis factæ Anno 1127, mentionem faciens hæreditatis Bertulphi, per Comitem aſſignatæ intra palos Eccleſiæ de Hondeſcota, ſatis indicat Eccleſiam, tum, id eſt templum notabile, & latè diſperſam habens juriſdictionem fuiſſe. Denique Gulielmus ille Dynaſta Hondiſcotanus, ob generis claritatem in Flandria eminens, propriiſque impendiis ſacram militiam auſpiciis Roberti Comitis Anno 1090. ſectatus, nos doceat dominium jam tum celebre fuiſſe, cujus titulum celeberrimus ille nomini induerit. Quod apertiùs docebit Galterus Miles de Hondiſchota, de conſenſu uxoris ſuæ Adelidis & filii Joannis fundans, & dotans Cœnobium SS. Trinitatis & Captivorum Chriſti aſſignata terra de Vivario Anno 1220. ſigillo uſus eodem, quo nunc oppidum, aut ut magis ſpeciatim dicam ſigillo equitis effigiem præferente uno latere, & altero inſignibus raro exemplo & inſcriptione, Secretum Walteri. Nec mirum videri debet jam tum famam habuiſſe iſtud dominium, quod ſitûs opportunitate, juriſdictionis amplitudine, aliiſque opportunitatibus naturæ beneficio erat dotatum. Ut enim prætercam communem cum aliis urbibus fluminis Colmæ commoditatem, ad Flandriæ potiora oppida viam ſternentis, vicinum habet lacum, aliàs à me deſcriptum, in cujus notabilem partem & ſacræ & politicæ juriſdictionis ſuæ alas extendit, per quem immediatè neſcius mari uti frui poſſit nundinatione; nec deerant in propinquo ſylvæ, nec agri, tam arvi quàm paſcui. Jam verò antiquitus aliquid honorum ſupra pagos habuiſſe, id eſt, Telonium, jura piſcationis, textrinulum & tribunal, ex regeſtis Eccleſiæ Brugenſis licet obſervare, quæ dominatum habet flumine ſeparatum communione, tamen parochialis & cura pauperum non diverſam. Verùm enimverò omnibus hiſce privilegiis excidiſſe videtur in factione Iſengrinorum, qui & Nigerkenbæ adulatione aulica dicti, & Blavotinorum exiſtente horum Duce, unaque Furnenſium contra Bergenſes ſupradicto Waltero. Ex quo tempore cœpit inſtar aliorum vicus iſte Bergenſi Caſtellaniæ & imò tribunali in ſolidum ſubjacere; & hinc eſt quod reperias inter archiva Cœnobii Trinitariorum varias donationes factas à Joanna & Margareta Comitibus, Cœnobio inquam, de Claro Vivario tunc nuncupato, in litteris Annorum 1243, 45, 62, & alibi, quas haud dubiè Comites non erant facturæ, niſi rerum hic potirentur, cùm nulla (prout fieri conſuevit) dominorum loci fiat mentio. Cæterùm meminit Iperius in chronico paulò pòſt Anno 1300. quendam Galterum coëmiſſe villam de Hondeſchote, & in dominium crexiſſe, poſteris loci nomen in cognomentum familiæ mutantibus, qui cœpit exinde famam habere ex opera imprimis manuaria cùm Anno 1323. privilegium obtinuit lanificii, confirmatum ejuſdem ſæculi Anno 73, per Ludovicum Comitem poteſtate facta plumbetis, ſigilliſque propriis pannos, ſive ſaeyas notandi ab una, & inſignia Flandriæ adjiciendi ab altera partibus, definiendo nuper Senatus & politiæ formandæ rationem, ita ut Balivus cum Scabinis 9. annalibus ſtatueret æſtimatores, ſive cenſores Sayettarum ſex, ſine ſtrepitu Judicii res ſui ſtili decidentes, mulctaſque delicto infligentes, totidem etiam conſarcinatores, & pari numero cenſores annonæ & præfectos pauperum, & integrum ſit prioribus de conſilio notabilium opificii quævis ſtatuta, mulctas, ordinationes concipere & publicare. Atque hæc omnia conceſſa in gratiam Walteri Hondeſcotani nobiliſſimi Equitis, cujus filius Theodericus Comitis Maleani natura filiam ducens, rem ſuam & publicam non parum auxit, maximè autem Joannes Hornius hæres, & Dominus, qui anno 1430. quo tempore Philippus Dux in Compendii obſidione pecuniæ modicus erat, numeratis quater mille Florenis intuitu etiam ſervitiorum à teneris ipſi Duci præſtitorum adeptus eſt meri imperii gladiique poteſtatem, municipiumque à Bergenſi tribunali avulſum, cœpit ingenti paſſu grandeſcere, prout nunc doctum eo. Eccleſia Curialis D. Vedaſto ſacra, quam jam inde ab Anno 1221. duos Curatos habuiſſe conſtat, turri excelſa procul ſe præbens aſpiciendam, mirum in modum cœpit condecorari, vario ſacellorum ordine coronata, & anno 1466. 4. Novembris per Jacobum Epiſcopum Julienſem, ſuffraganeum Henrici à Lotharingia Morinenſis Epiſcopi dedicata, teſte inſcriptione ſub turri conſpicua, & tumulis Dynaſtarum nominatim Walteri ſupradicti, & Theodorici, quorum ille in pronao, hic in ſacello Deiparæ elegans conſpiciebatur æneis in ambitum veſtitus laminis, quatuorque ad angulum leonibus marmoreis gentis ſtemmata oſtentantibus; ſed hæc omnia incendium Anno 1383. fœdavit, à qua clade demum Anno ejuſdem ſæculi 86, turris, 89. Odæum, 1604. pronaum cœpit reſtaurari, illa præambulo horario inſignis harmoniæ non carens, hæc multa luce colluſtrata. Cœmiterium autem vetus hodierni oppidi forum complectebatur, ſed à ſeſquiſæculo hoc publicis uſibus accommodatum, altero ad partem orientalem ſubſtituto, & lapidibus

per

per circuitum ſtrato; impendiis Sacerdotis, & civis Hondeſchotani Amandi, in quo ſacellum Deiparæ ſub idem tempus ſurrexit à Bardoloſiis, quod opinor, inſignia titulumque Anni 1472, in feneſtra principali ponentibus. Familia autem hæc de Bardeloos clara fuit, & in pios uſus munifica, quod me docuerunt ampliùs litteræ Anni 1418. memorantes Nicolaum de Bardeloos, & Chriſtinam conjuges coram Præpoſito Watenenſi D. fundi tranſcribere certas quaſdam hæreditates ad opus ſororum ſub tertia Franciſci regula militantium; id ad Cœnobii earum augmentum, quas Anno 1461. Pius Pont. ſub cura & regimine Vicarii generalis Provinciæ Franciæ degentes, declarat omnibus Franciſcanorum privilegiis gaudere poſſe, & debere. Præter has autem & aliæ ſunt ejuſdem Inſtituti, de quarum exordio nihil admodùm reperi, niſi quòd Xenodocheum B. Joannis curent, vetus illud, ſed non eodem ſemper vico conſtitutum, utpotè quod ante incendium Anno 1488, totius oppidi caſtitate famoſum propiùs forum videatur extitiſſe, ubi puteus in hodiernum diem hoſpitalis ſervat cognomentum. Fuiſſe etiam Beginagium, & hinc Dunkerkam profectas virgines laeu merſas, nomen loco reliquiſſe opinio eſt, ſed opinio tantùm, conjecturis aliquot nixa. Hoc tamen certum, extitiſſe & ſupereſſe in vico paluſtri ſacellum Deiparæ à ſodalitio civium ejuſdem tituli ſtructum, & alia duo ſacraria versùs angulum ſeptentrionalem quæ perierunt. Nec prætereunda Gerontotrophia, id eſt, locus conclusus aptatuſque concinniter, Oeconomiam curante utriuſque ſexus unico, ubi quibus per ætatem aut egeſtatem media non ſuppetunt ad vitæ ſuſtentationem, foventur domo, foco, ſupellectile, victu amictuque partim ſuppeditatis. Singularis enim eſt Balivi & Scabinorum cura & induſtria pueris, egeniſque adjuvandis, & ab otio publicoque mendicabulo ad laborem queſtumque adhibendis. Nec enim indigenis ſtipem corradere integrum eſt, ſed per ætatem aut vires apti, ad officinas & operas urgentur, inepti educantur; deſignatis hoc fine præter ſex curatores urbanos, tribunal, carceres, & diſpoſitionem rerum pauperes concernentium habentes, tredecim eleëmoſynariis forenſibus, qui hebdomadatim regionem quiſque ſuam obeat, eleëmoſynas colligat & diſpenſet, ſalubri herculè invento exemplo, quod caput eſt, ſucceſſu. Nec ſacris hiſce cedunt publica, Dominus triplicis Juſtitiæ compos, curiam habere ſolet duplicibus aquis cinctam, fundamentis adhuc foſſiſque juxta forum exſtantibus, & platea aulæ, foſſarum altera valli nomen retinente. Format item pro arbitratu Senatum ferè biennalem, delegans perpetuum qua nunc dignitate fungitur, (& Vicarium habet Suppratorem) Ferdinandus de Warigni. Præeſt autem Collegio, quem primum Scabinum vocant, nunc Franciſcus Scipman. Adſiſtunt Graphiarii duo; Tribunalis alter, alter pupillorum, muneraque dicta nunc obeunt Petrus Makeblide I. U. L. & Joannes Batten. Et habent Curiam non inelegantem Anno 1557. in hanc quam videmus, formam erectam. Intereſt nunc æſtimare florentis Hondeſcotæ; & ad felicitatis ſuæ apicem evectæ conditionem. Ubique enim innotuit & innoteſcet per totam ferè Europam Textoriis officinis tenuium pannorum laneorum; quas *Sayas* & *Sayettas* vocant; tantaque fuit ædium frequentia ut referant memoriæ patrum incendio, Anni 1576. in unico occidentali vico, ſexcentas ædes unà cum præpoſituræ parte maxima; in ſequenti autem conflagratione Anni 82; per Gallos inſtigantibus hæreticis procurata 17. plateas correptas fuiſſe, quarum ternæ plura numero ædificia complectebantur; quàm occidentalis ſupradicta. Populi porrò telas percurrentis, incilia callantis, pedibuſque argutantis, & textrinæ fila, & camras præparantis, quanta fuerit multitudo hinc liceat æſtimare, quòd in contagionibus Anni 45. ſupra ſeſquimilleſimum, ad ſumptus ſepulturæ extra ordinem erogati reperiantur è publico circiter mille trecenti floreni. Anno autem 78. abſumptis tot mortalium millibus; & cœmiterium alioqui capaciſſimum; ſepulturæ non ſufficeret, vix ullo tamen ab exteris adventantibus deſiderato. Quid? quod ex Parochi D. Joannis Strabant (jam vigeſimum ſecundum annum in cura Paſtorali complentis) relatu didicerim, Anno 1569, numerata 18 communicantium millia extitiſſe, prout D. Vincentius Clericus tum Paſtor obſervaverat, & tamen poſt hunc annum crevit adhuc oppidum tribus de novo plateis ſtratis, & ædificiorum ſerie veſtitis. Erantque, & ſunt etiam nunc, 18. opificiorum genera, ſingula ſuos Patronos in aliqua parochialis ara venerantia, remque divinam procurantia. Eminebant tamen, ut & nunc, Sayettarii Anno 1562, hallam novam, aut noviter auctam fabricantes inſigni amplitudine, curantes etiam ut Anno 1500, Horarum Canonicarum penſa dietim in parochiali decantarentur, quod eatenus tantùm diebus feſtivis & feriatis quibuſdam fieri conſueverat; & laudanda civium pietas qui obſervantes nundinationes aut quæſtum ſuum declinare ſpe conſequendi à largitore omnium Deo res lætiores certum pannis ſuum tributum impoſuêre, ut eo velut authoramento res divina deinceps perageretur. De nundinis porrò annalibus & foro hebdomadali & utrorumque frequentia

tia non diſſimulabo. Forum quidem hebdomadatim diebus Martis & Veneris, nundinas autem à manuum injectione liberas per triduum, incipientes prima die venerea poſt Pentecoſten, antiquas illas quidem, ſed privilegio Auguſtali ad Annum 1531, munitas. Nec omittam Gildas Sagittariorum binas privilegiis ornatas, unamque Rhetorum vernaculorum, pro inſigni circumferentium emblema Chriſti patientis, pro ſymbolo autem verſum hunc Regii Prophetæ, *Torcular calcavi ſolus*. Nec viri clari natales hinc repetentes, Jacobus Navarchus è Societate Jeſu Doctor, qui publicavit Epiſtolam Aſiaticam de ſectis in religione orientalium. Joannes Nevius, Eraſmi ævo Profeſſor Lovanii celeberrimus, & D. Leo Outers, Canonicus Cathed. Leod. & Præp. D. Pauli ibidem.

MIDDELBURGUM IN FLANDRIA.

A Situ inter Damum & Ardenburgum medio nomen habere locus hic vulgò putatur, ſed perperàm: eò quòd ab antiquo intra limites Parochiæ Heylenſis Ambacto Ardenburgenſi ſitus cum prædiis adjacentibus, à Guido Comite donatus Abbatiæ Præmonſtratenſi apud Middelburgum Zelandiæ, curia ejus fuerit, & poſſeſſorum nomen ſervaverit. Invenio autem Anno 1427. Olondum Abbam S. Michaëlis Antverpiæ, Edmundumque de brevi mente Decanum Brugenſem executores litterarum Apoſtolicarum permittere Middelburgenſibus eam alienare, quod factum: ceſſitque Anno 1433. Nicolaus Archimandrita tam hanc quàm prædia de Aertriick Colardo le Fevre civi Brugenſi. Poſteà Anno ejuſdem ſæculi 44. Dux Philippus mandat Balivo & feudalibus Caſtri Brugenſis diverſa minoris notæ feuda unire ad conflandum unum Principale titulo Prætorii Middelburgenſis, idque in gratiam Petri Bludelini Equitis Conciliarii & Ærarii ſui Gubernatoris, cui virtutem & ferè vitam debet hoc oppidum. Is enim non tantùm ærarii præfectus, ſed & œconomiæ magiſter Magni Ducis quidvis poterat, & Anno ſui ſæculi 47. Venationis, piſcationiſque per Inſulæ Caſantiæ ambitum jus adeptus, animum adjecit ad loci ornatum, permiſſu Principis unita Dominio hæreditaria Rodeburgenſis Emporii Ammania Anno 64. nundinis tridui, & poteſtate muros portaſque ſtruendi ſuprema juriſdictione & juſtitia, in agrum Anno 57. conſtitutione 9. Scabinorum ſubmonente Balivo jus dicentium impetrata. Inſuper Anno 48. caſtrum elegans conſenſu Brugenſium Anno 56. canalem ad excludendum à foſſis Caſtri aquam Liviæ oppidum perlabentis, & navem nundinariam indulto Gandenſium eorumdemque privilegio pontem dicto Liviæ ad initium plantarii Leeſtenſis commoditati Brugas euntium. Eccleſiam denique inſtruxit, in quam Anno 58. transferri curam paſtoralem pagi Heylenſis permiſit Joannes Nerviorum Epiſcopus, & Judocus de Iſegem Paræcus, Anno 70. erigi collegium Canonicorum. Hoſpitale etiam D. Joannis Anno 52. dotavit, ad cujus gubernacula Anno 90. evocata ex Anthoniano Ballioli Catharina Schoris, & ſacelli res divina Anno 1500. locupletata, reformatione duodecim poſt annos ſecuta. Cœnobii etiam Clarani primæ regulæ jecit fundamenta, quod indulgentiis Anno 1515. impetratis crevit & perfectum eſt. Nec mirum videri debet ſub tanto Capite oppidi membra grandeſcere, præſertim rerum variarum nundinatione introducta, & civibus non in Flandria tantùm, verùm etiam per totam Angliam liberis dono Eduardi Regis diplomate Anno Regni 11. in Weſt-munſter exarato. Jacet Bladelinus ante aram maximam egregio ante turbas monumento conditus, vidua Margareta de Vagevier uſufructum in parte, Joannis de Baenſt Equitis D. S. Georgii, & Judoco de Worſſemaer hæreditatem adeuntibus, ſed modico tempore. Hanc enim indulto Caroli Ducis Anno 65. illum Anno 77. Gulielmus Hugonetus Cancellarius D. de Saillant acquiſivit, & auxit privilegio exemptionis Anno 70. cacabariis coriariiſque Dionantenſibus conceſſo, Anno 76. confirmato, ſtabulationeque lanarum ex Novocaſtello & aliis Angliæ locis advectarum fixa, & Anno 77. textrinarum & pannificum præcipuè Sayettariorum officinis, opera imprimis Margaretæ du Laye viduæ Hugoneti introductis.

Sed quid? Helioflori aut ſolari herbæ oppidum hoc poſſes comparare, eodem ſæculo, imò ſemiſæculo muris inditum & exutum, ad Annum putà 1488. Brugenſium Principi obluctantium irruptione. Nec deinceps licèt non inferioris Bladelino conditionis Dominos adeptum, ad majeſtatem priſcam acceſſit, imò ne reſpirare quidem cœperat Anno 1500. prout litteris publicis ad Principem queruntur Senatores. Præerat tum Gulielmi Dynaſtæ Saillantii eâdem appellatione filius, cujus ſoror Claudia Martino de Hames D. Betencourtii hæreditatem hanc attulit dotalem; quo etiam titulo mox Anno 64. circiter Philippus D. d'Oignies, (qui privilegio Regali bona naturalium Middelburgi decedentium impetravit ſibi uſurpanda) & Anno 86. Richardus Merodius Baro Frentziacus, (qui privilegiorum confirmationem impetravit) eſt devolutum, & nunc agnoſcit

agnoſcit Philippum Frentzii Comitem, Principis œconomum, & ad varios Europæ Heroës Legatum. Cujus auſpiciis oppidum cum caſtro, Eccleſia, cœnobio, hoſpitali, curia, publicis privatiſque operibus frequenter per hæc bella vaſtatum & deformatum, ſubinde tamen ad præſidia & militares congreſſus vallis & propugnaculis armatum, reſurget è cineribus, re ſacra per pacis quietudinem reſtaurata, re publica (legibus ad Annum 1471. ad æquitatis trutinam reductis) florente negotiatione & mercimoniis poſtliminiò revectis, contuberniis civium ab Hugoneto inchoatis, & virtute olim præſtantibus renovatis, urbe tota, ut ſemel dicam, novam faciem induente.

Situs oppidi longè eſt amœniſſimus terreno circumcirca fertili, & Liviæ ſubvectionibus opportuno. Ab una parte Heyla eſt, olim, ut dixi, primaria curialis, in qua fundari ad Sacrificia Miſſarum duas Capellanias permiſit, litteris Avenione Pontificatus Anno tertio datis, Gregorius eo nomine Papa undecimus. Et ulteriùs fanum paluſtre cum feudo Aertricenſi, Anno 1464. per P. Bladelinum acquiſito. Alia parte à ponte & oppido ducebat arborum in quincuncem diſpoſitarum ſeries ad Arcem à forma calcearia, Leeſtanæ nomen habentem, ab eodem Blandelino erectam, & eam Dominio oppidi aliquamdiu tranſlatam ad hæredes, nunc à Mathia Laurino poſſeſſam. Nec procul inde Abbatia Canonicorum Regularium (ædificiis ſacro hoc bello dirutis, proventibus Collegio Societatis Brugenſi attributis) viſebatur olim ad Annum 1215. erecta titulo Dulcis Vallis.

ECLONIA.

Eclonia (ita Meiero vocatur, ut Latinæ vocis Coloniæ aliquod videatur olere veſtigium) ab altiuſculo querceto veram ſortita nominis rationem, linearum telarum opificiis, & frequenti mercatu, cœli temperie, ſoli fœcunditate, trito regioque itinere & repotiis Bruga Antverpiam & Gandam tranſeuntium, vico longitudinis & latitudinis eximiæ. Templo per Robertum Friſium, Xenodochio per Margaretam Conſtantinopolitanam, libertate, privilegiis oppidorum, & Senatu 9. Scabinorum cum Conſule per Guydonem Principem, Anno 1304. Gildis ſagittariorum per Carolum Cæſarem confirmatis, foro à pluribus frequentato nobilis. Imprimis autem Cœnobio virginali, cujus initium à miraculo in Ecloa occidentali ad rubum patrato: ubi viduæ pleræque ſymphoniam audierunt, & propiùs accedentes icunculam in rubo viderunt (cui ſacer ille chorus cœleſti melodia jubilabat) fruſtra aliquoties in Eccleſiam curialem à Clero delatam, Angelicis paulò pòſt manibus priſtino loco reſtitutam; donec pietate moti Senatores vetus in propinquo ſacellum vallis Angelorum dictum mutato patrocinio Deiparæ è ſenticeto nuncupârunt. Interjecto autem tempore congregatæ iſthic ſanctimoniales authoritatem faciente Anno 1456. Epiſcopo Nerviorum, tertiam D. Franciſci Regulam profeſſæ ſunt, & templum majus ab Ægidio Sarceptano Antiſtite Anno 1479. Septembris 12. eſt dedicatum. Habuerunt porrò hîc ſorores è gente Ladolitia, quæ dotem Cœnobii auxerunt non mediocriter. Magnum fecit Ecloa diſpendium Anno 1452. à Picardis (ſic enim Philippi Ducis milites Gallici idiomatis vocabantur) direpta atque inflammata: quòd ſuſpecta eſſet, commeatus clam & ſæpè Gandam miſſi, claſſicumque æris campani ſonaret, quoties latrones illos (quo nomine Plautus pro militibus utitur) adventare ſentiebat.

MARDICCIUM,
vulgò MARDYCK.

Mardiccium (nunc viculum maritimum) celebre olim Flandriæ fuiſſe oppidum, conſtans eſt fama, cui adſtipulantur (inquit Chifletius in Iccio ſuo portu pulcrè hîc demonſtrato) Belgici Scriptores, Marchantius in hæc verba: *Mardica, à fama aggeris fortè nomen adepta, magnâ vetuſtate, portuque olim famigerato fuit.* Oudegerſtius, Guicciardinus, Iperius etiam: *Mardiciacum nobilem in pago Flandrenſi portum* appellant. In polyptico Diœceſis antiquæ Morinenenſis, in decanatu de Brouc-borg, cenſetur *Eccleſia de Mardicke, ad collationem ſeu præſentationem Abbatis S. Winocibergenſis*, nunc facta eſt Diœceſis Audomarenſis. Meyerus ejus initia refert ad tempora Regis Francorum Clodionis, cùm ageretur ſalutis annus quadringenteſimus quadrageſimus quintus: *Adducor facilè ut credam*, ait, *Aldenborgh, Rodenborgh, Turholt, Mardick, & Bourborch, cum aliis nonnullis primos Flandrorum vicos, Caſtellaque ea tempeſtate extitiſſe.* Antiquius hujus loci veſtigium videtur ſupereſſe in notitia utriuſque Imperii, ubi in editis exemplaribus legitur: *Sub diſpoſitione viri ſpectabilis, Ducis Belgicæ ſecundæ, Equites Dalmatiæ Marcis, in littore Saxonico.* Forte *Marcis*, facili errore deſcribentium, pro *Mardicis.* Lucas Torrius antiquitatis patriæ cultor, & admirator ſedulus, legiſſe ſe aſſerit in optimæ notæ manuſcripto Codice *Macis*; quid ni breviatâ voce pro *Mardicis?* Sanè oppidi hujus nomen variè in auctoribus & chartis veteribus ſcriptum reperi-

E Sandero.

Vide typum viarum militarium in Gallia Belgica ſub Imperatoribus Romanis, ab Auberto Miræo editum.

peritur, ubi modò *Mardicam* & *Mardicas*, modò *Marduccium* & *Marduciacum* habes: nec in toto littore Flandrico (quod Saxonicum tunc vocabant) locus antiquus, quod ſciam, ullus exſtat, nomine ad *Marcis*, aut ad *Macis*, ſic breviatum, magis accedens. Oram Oceani Belgicam occupaverant Saxones, Valentiniano & Valente III. Coſſ. ex Marcellino: quos deinde Valentinianus (referente Oroſio) *gentem in Oceani littoribus, & paludibus inviis* (Morinorum ſcilicet) *ſitam, virtute atque agilitate terribilem, in Romanos fines eruptiones meditantem, in Francorum finibus oppreſſit.* Rursùs Anno 783. victi à Carolo Rege Saxones, traducti ſunt magno numero in Belgicam, Oceani orâ ad incolendum cis datâ, juſſòque tutari eam Lyderico maris Præfecto, quem *Almyralum* appellabant. Siffridus Danorum Dux, idem littus deprædatus eſt Anno ſalutis 921. Denique Normannorum Dux Guilelmus Anno 943. oppida Flandriæ maritima combuſſit & adæquavit ſolo, Mardiccium oppidum tunc dirutum credimus, quod abſque muris reædificatum, furori Anglorum iterum ceſſit, Anno 1383. Maxima illi quondam celebritas à portu veteri ejuſdem nominis; de quo ſic Meyerus, Rerum Flandricarum Tomo primo: *Sub Caſtellanorum item Imperio fuiſſe credimus omnem oram maritimam, ubi nunc Brucburgus, Gravelinga, Bergiacum, Dunkercka, cum* Mardicciaco, veteri portu *ruinis collapſo, ortis non procul novis portubus Dunkerkâ & Gravelingâ*, Idem tomo nono; Mardica *portus dirutus.* Et Gramajus in Dunkerkâ: *Portus Dunkercæ licèt anguſtior, & intrare volenti, propter brevia & areolas ſuſpectus; tamen ex* Mardiciaci *& Longobardorum Idæ declinationibus, non obiter cœpit aſſurgere.* Vulgò Flandrorum effertur *Mardick*, quaſi *maris dickam*, ſive *maris aggerem* dicas; credo à militari viâ ad Oceanum ducente. Meminerunt priſcæ leges, *reparationis publici aggeris.* Ammianus Marcellinus *aggerem itinerarium, & aggeres publicos*, dixit pro militaribus viis. Similiter Apollinaris ad librum ſuum.

Lib. 28. Lib. 7. c. 31.

Æmilius.

Meyerus.

Lib. 2. C. de imm. nemini conc Lib. 13. Cat. 24.

Antiquus tibi nec teratur Agger,
Cujus per ſpatium ſatis vetuſtis
Nomen Cæſareum viret columnis.

Idem in Epitaphio Avi ſui:

Verum poſt patruos, patremque carmen
Haud indignus avo nexos dicavi;
Ne fors tempore poſthumo viator
Ignorans reverentiam ſepulchri,
Tellurem tereres inaggeratam.

Lib. 15. cap. ult.

Iſidorus diſertè: Agger *eſt media ſtratæ eminentia, coaggeratis lapidibus, vel glareâ aut ſilicibus ſtrata, ab aggere, id eſt, coacervatione, dicta, quam hiſtorici* viam militarem *dicunt.* Hinc apud Tacitum, *Agger via Poſthumia*; & Virgilium,

Qualis ſæpè via deprenſus in Aggere ſerpens. 5. Eneid.

Aggerabant porrò lapidibus vias illas, quæ per loca declivia, paludoſa, & humida ferebantur. Strabo: *Straverunt & vias exciſis montibus, vallibus repletis, ut currus vehere poſſint, & ſuſcipere navium onera.* Galenus de Trajano: *Vias Trajanus refecit, partes quidem earum, quæ humidæ ac lutoſæ erant, lapidibus ſternens, aut editis egeſtionibus exaltans.* Dio de eodem: *Stravit paludes Pontinas lapidibus, exſtruxitque juxta vias ædificia, pontesque magnificos.* Tacitus, de viâ Domitiâ in Germaniâ: *Anguſtus is trames, vaſtas inter paludes, quondam à L. Domitio aggeratus.*

Lib. 9. Meth. c. 8.

Lib. 68.

1. Annal.

Opera ſolidiora ad alluviones aquarum & æſtuum reciprocationes ferendas, vocabant *Aggeres marini operis*; quales fuêre illi, quos ad mare Thyrrenum in Latio, non procul ab Ardea, Impp. Antonius Heliogabalus, & Alexander Mammeæ filius extruxerunt, teſte hac veteri Epigraphâ:

IMP. CÆS. M. AUR.
ANTONINUS.
PIUS. FELIX. AUG.
PONTIF. MAX. GERM. MAX.
TRIB. POTEST. IIII. IMP. V.
COS. IV. PROCOS. P. P. ET
M. AURELIUS
ALEXANDER
GERM. MAX. DACCIUS. MAX.
PRINCEPS JUVENTUTIS
LITUS. VICINUM. VIÆ SEVERIANÆ
ASSIDUIS. MARIS. ADLUENTIS
FLUCTIBUS AD LABEM RUINÆ.
LABEFACTATUM AGGERIBUS
MARINI OPERIS A FUNDAMENTIS
UT PERICULUM COMMEANTIBUS
ABESSET EXTRUI CURARUNT.

Via noſtra militaris de *Mardyck*, marini operis aggerem bellè ſonat, olim mediis in æſtuariis conſtituta, glareâ & ſilicibus firmiſſimè inſtrata; ducenſque (per vicum *Steene*, ſic à ſaxis denominatum) rectâ ad oppidum ejuſdem nominis & portum MARDYCK: quem ſi Latinè efferas, aptiſſimè *Mardiccium* dixeris; & dempta priore ſyllaba, *Iccium*, portum Julio Cæſari memoratum invenies, quem hactenus nemo Geographorum repperit. Sic res ipſas venari cogimur & indagare, nominum conjecturis: quæ ſi à cognitione noſtrâ pellerentur, politioris litteraturæ pars gratior à nobis exularet. Verùm alia critiria ſententiæ noſtræ firmandæ adjiciamus.

Julius Cæſar libro quarto de Bello Gallico,

lico, ubi iter in Britanniam meditabatur, ſic ait de ſeipſo: *Ipſe cum omnibus copiis in Morinos proficiſcitur, quod inde erat breviſſimus in Britanniam trajectus. Huc naves undique ex finitimis regionibus, & quam ſuperiore æſtate ad Veneticum bellum fecerat claſſem, jubet convenire.* Loquitur ibi Cæſar de univerſo littore Morinorum, à quo haud dubiè brevior eſt trajectus in Britanniam, quàm à vicinis oris, ſeu dextris, ſeu ſiniſtris, aliorum populorum. Breviſſimum freti ſpatium obſervatum eſt inter *Vitſanum* & promontorium Inſulæ, vulgò *Thenaſſe*, juxta vicum S. Margaretæ; ſed navibus trajectus hinc inde nullus datur, importuoſo littore utrobique. Cùm igitur venit ad Morinos Cæſar, à quibus erat breviſſimus in Britanniam trajectus, in toto illo littore portus quæſivit, qui maximam ſolvendi & appellendi præberent commoditatem: talemque nactus eſt Iccium; de quo ſic ille libro quinto: *Collaudatis militibus, atque iis qui negotio præfuerant, quid fieri velit, oſtendit; atque omnes* (naves) *ad* Portum Iccium *convenire jubet, quo ex portu* commodiſſimum in *Britanniam* trajectum *eſſe cognoverat, circiter millium paſſuum* 40. *à continenti.* Ecce commodiſſimum portum Morini littoris, *Iccium*: quem fuiſſe *Mardiccium* noſtrum, operæ pretium eſt ut oſtendamus.

Al 30.

Commodiſſimus eſt portus Mardiccius, primò, quia in extremâ ſuâ orâ

Littus habet ſolidum, quod nec veſtigia ſervet,
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat algâ.

Secundò, versùs mare tegitur arenoſo aggere (*bancum* nominant) qui undarum pelagi exurgentis frangens impetum, fidam tutamque navibus ſtationem facit,

---- pacatas removens Aquilonibus undas,
Unde exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur, & placidam diſcit ſervare quietem.

Tertiò, *Naves Cæſaris propter magnitudinem niſi in alto conſtitui non poterant*, ipſomet teſte, libro quarto. Portus Mardiccius magnam altitudinem aquæ perpetuò continet, ſex, octo, decem, & duodecim cubitorum, tranquillo etiam mari, & recedente æſtu; quo accedente longè magis intumeſcit. Magnitudo verò navium Cæſaris colligitur ex ſequentibus. Ipſe libro citato: *Naves circiter* 80. *onerarias coëgit, quod ſatis eſſe ad duas legiones tranſportandas exiſtimabat.* Legio tunc temporis erat quinque millium peditum, & quingentorum vel ſexcentorum Equitum: quæ geminata ſi partiaris in octoginta naves, centum viginti quinque pedites cum Equitibus quindecim habebis in ſingulis: an non magis? Libro eodem, in primo reditu è Britanniâ. *E duabus navibus onerariis, quæ eoſdem Portus, quos reliquæ, capere non potuerunt, ſed paulò infrà delatæ ſunt, egreſſi ſunt milites circiter trecenti.* Quibus ſi adjungas nautas, & militum mancipia, numerum minoribus navigiis longè imparem comperies.

Quartò, Cùm primùm venit ad Morinos Cæſar, convocatis ad ſe undique mercatoribus, qui eſſent *ad majorum navium multitudinem idonei portus* in Britanniâ, ſedulò inquiſivit. Athenæus ex Cottâ, claſſem ejus mille navium fuiſſe ſcribit: ipſemet libro quinto fatetur fuiſſe *ampliùs octingentarum, quarum multitudine perterriti hoſtes littus reliquiſſent*; eas omnes ad portum Iccium (tam ulteriorem hunc, quàm citeriorem, de quo nos infrà) convenire juſſit. Lib. 5.

Portus Mardiccius Morini littoris, & verò Gallici totius ampliſſimus eſt, ſoluſque Cæſarianæ claſſis capax; cui perbellè quadrent laudes, quas portui Lunæ Strabo attribuit, his verbis: *Maximus & pulcherrimus portus eſt, multos inter ſe portus amplectens, magnæ profunditatis univerſos, uſque adeò ut omnium qui maris teneant imperium, facilè fieret receptaculum, tum latè patentis pelagi multos per annos.*

Quintò, His omnibus militaris via (de quâ nos antè) adjicienda eſt è Caſtello: quæ quidem cùm ante Julium Cæſarem jam extaret, & Iccio portui nomen daret, illam ſaltem lapide ſterni ipſum curaviſſe veriſimile eſt, ad equitum & vehiculorum commoditatem, temporiſque in emetiendo itinere majorem brevitatem; qualem in viâ Domitiâ Statius laudavit hoc carmine:

Hic quondam piger axe vectus uno,
Nutabat cruce pendulâ viator,
Rodebatque rotas maligna tellus,
Et plebs in mediis Latina campis,
Horrebat mala navigationis.
Nec curſus agiles, ſed impeditum
Tardabant iter orbitæ tacentes,
Dum pondus nimium quærens, ſub altâ
Repit languida quadrupes ſtaterâ.
At nunc quæ ſolidum diem terebat,
Horarum via facta vix duarum.

Sextò, Ad commoditatem portus Mardiccii, accedit ſitus ejus in Morinis, Menapiorum conterminis, ubi *Itium*, ſeu *Icium*, Cæſaris navale Strabo ponit libro quarto de Britanniâ: *Quatuor ſunt uſitati à continente in Inſulam trajectus*, (inquit;) *nimirum ab oſtiis fluminum Rheni, Sequanæ, Ligeris, &*

& Garunnæ. Qui à Rheni partibus trajiciunt, ii non ex ipſo ſolvunt oſtio, ſed à Morinis Menapiorum conterminis; *apud quos eſt etiam Itium, quo navali uſus eſt D. Cæſar, in eam tranſmittens inſulam; noctu autem ſolvit, & poſtridiè circa quartam horam appulit ad Inſulam, navigatione* 320. *ſtadiorum confecta.*

Menapii populi (qui ſub Diocletiano Imp. Carauſium Tyrannum orbi dederunt) ripas Rheni fluminis primùm incoluêre, à quibus tandem per Tencteros & Uſipetes pulſi, limitanei Morinis fuerunt. *Menapiis*
Lib. 4. (inquit idem Strabo) *continuantur in orâ maritimâ Morini. Sequebantur in eodem littore* Oromanſaci, & Geſſoriacus pagus.
Lib. 4. c. 17. Plinius: *A Scaldi incolunt extra* (id eſt, oram maritimam) *Toxandri pluribus nominibus; deinde Menapii, Morini, Oromanſaci, juncti pago, qui Geſſoriacus vocatur.* Mardiccius portus ſitus eſt inter Menapios & Oromanſacos, in Morinis propriè dictis, quà Menapiis contermini ſunt, ut
Lib. 3. indicavit Strabo; unde *kàt exochin* dictus eſt *Portus Morinus* apud Florum. Ubi ſic de Cæſare: *In Britanniam tranſit mirâ celeritate: quippè cùm tertiâ vigiliâ* Morino *ſolviſſet à* portu, *minùs quàm mediâ die inſulam ingreſſus eſt.* Atque ob illum Cæſaris in Britanniam Trajectum, *Britannici* cognomentum Plinius illi portui adjecit, agens de univerſæ Europæ menſurâ: *Eſt autem ipſius Italiæ* (latitudo) 12. 20. 1000. *ad* Lib. 4. cap. ult.
Alpes. Unde per Lugdunum ad Portum Morinorum Britannicum, *quà videtur menſuram agere Polybius*, 11. 1000. 68.


Denique trajectum à portu Iccio in Britanniam, vulgati Cæſaris codices faciunt circiter 30. millium paſſuum; libri melio- In Notis ad Cæſ.
ris notæ (aſſerente Brantio) 40. Anguſtior pars freti eſt 22. milliarium Anglicorum, quæ totidem millibus paſſuum Romanorum æquivalent: proximus trajectus inter Caletum & Dubrim, eſt 28. milliarium: trajectus inter Bononiam & Dubrim, 22. milliarium, ut Cluverius à nautis conſtanti ore didicit. Ad quæ intervalla, ſi trajectum à portu Mardiccio Dubrim uſque, ubi Cæſar appulit, proportione metiamur, juſtâ Cæſaris menſurâ, inter utrumque portum 40. milliaria inveniemus, quæ 320. ſtadiis Strabonis benè reſpondent, pro unoquoque milliari (ut ſolet à Geometris) octona ſtadia computando. Ita hactenus, eleganter profectò & eruditè, Chifletius.

JOANNIS BAPTISTÆ
GRAMAYE
IPRETUM,
SIVE
FLANDRIÆ
OCCIDENTALIS
ILLUSTRATÆ
PARS PRIMA.

NOBILISSIMIS
AMPLISSIMISQUE
REIP. IPRETENSIS
MODERATORIBUS,

Has illuſtratæ Flandriæ Occidentalis Primitias
D. D.

PRIMITIAS dico, quia necdum debiti ſui periodum, voti mei terminum attigit labor hic, moram trahentibus iis qui pluſculum antiquitatis veſtræ, inprimis ſacræ ſubmittere promiſerant; ſed promiſerunt tantum, graviori occupationum mole, quod ſuſpicor, retardati. Interim viſum fuit has dare inſtituti mei teſtes, deſiderii indices, affectus pronubas: eaſque quantulaſcumque ad Ampliſſimi Nominis veſtri patrocinium confugientes repræſentare. Arboris recenter plantatæ, rami noviter inſiti ſurculus: Vitis necdum ablactatæ fructus, floris nondum excalycati, ut ille dicebat, gemma teneritudinis ſuæ conſcia timet Boream, frigus, tempeſtatem, niſi gerrarum umbra, muri objectu, ſcipionis ſuſtentaculo defendatur. Scriptum etiam hoc imperfectionis, ut alia diſſimulem, ſuæ non ignarum, timet malevolorum dentes, & linguas, imo amplius amænioris genii litteratos velut ſolem ſucco ſuo imparem, niſi authoritatis veſtræ clypeo, defendatur & excuſetur. Dabunt ſecundæ curæ auctiora & ſolidiora, ubi nimirum boni illi archivorum aut antiquitatum cuſtodes plura dederint. Quod ut tandem fiat publico nomine rogo, & vos unà, uti ſcriptum hoc & ſcriptorem favore ſolito proſequamini. Ita Rempublicam, cui feliciter ornandæ incumbitis, florere jubeat Magnus Deus. Votum Bruxellæ ad Sennam X. Kalendas Septembris CIↃ IↃ C. XI.



LIBRI PRIMI
CAPUT PRIMUM.

In Galliæ, Belgii, Nerviorum ditione ſtabilit Pleumoſios : eoſdem Flandros eſſe : de Etymo Flandriæ : à fluctibus dictam : variaque Cæſaris lectio obſervata in hanc rem.

VAlidiores olim Gallorum res fuiſſe (verba ſunt Taciti) *ſummus auctorum Divus Julius tradit*) libro nimirum ſexto Gallici, ubi tempus anteà fuiſſe probat, *cùm Germanos Galli virtute ſuperarent, & ultrò bella inferrent.* Probat, inquam, idem ille qui ſevero judicii ſui calculo *Gallorum omnium fortiſſimos Belgas* æſtimaverat, & Belgarum *Nervios* expertus didicerat, & Nerviis paruiſſe *Pleumoſios* vicinos anteà docuerat. Quod ideò mihi repetendum fuit, ut ab originum ſuorùm aut ſaltem majorum laudibus ſe jactet Flandriæ occidentalis portio, quam illuſtrare aggredior, geſtis & fortitudine bellica reſpondens; ſpondenſque quòd

nec imbellem
Progenerent Aquilæ columbam.

Pleumoſios autem cùm Hubertus Thomas Leodius circa Cortracum & Legiam collocet, Petrus Divæus circa Dixmudam, Honſcotam, Furnas, Ipram collocet, & Marlianus generatim Flandros faciat, optimè ſcripſiſſe videtur Hadrianus Scrieckius Senator Iprenſis, Vir Clariſſimus & litteraturæ politioris, & Antiquitatum noſtratium notitiâ celebris : *Pleumoſios*, inquiens, *hiſtoriarum periti in Flandriâ ponunt. Rectè. Sed in antiquiſſimo codice manuſ. Commentariorum Cæſaris, cujus copiam mihi quondam Pariſiis fecit Erricus Memmius. V. Cl. ſcriptum vidi l. 1. de bello Gallico :* facilè hac ratione (*de Ambiorege loquitur*) Nerviis perſuadet. Itaque confeſtim dimiſſis nunciis ad Centrones, Grudios, Levacos, Phleumosios, Gondunos, qui omnes ſub eorum imperio ſunt, quàm maximas manus poſſunt, cogunt, & de improviſo ad Ciceronis hiberna advolant, nondum ad eum famâ de Titurii morte perlatâ.

Qui quæſo hi Pleumoſii? Qui Gonduni? Sic enim ibi ſcriptum reperi, non Pleumoſios, non Gordunos, ut editiones habent vulgares, quanquam quædam nota de Gondunis variant. Haud dubiè Phleumoſi o correpta (populi enim tum plerumque nominabantur, non loca) de Phlemſen, ſive ſcribas Flemſchen, vel Vlemſchen, nam Ph. F. V. conſonans digamma Aelicum. Aut ſi legas Phleumoſii, proferri potuit de Vleumſchen vel Vleumingen. Vleu & Vleut fluctum & æſtum ſignificat. Meyerus teſtatur ſe reperiſſe in vetuſto codice Cœnobii Aldenburgenſis, Flandriam dictam fuiſſe à fluctibus, quod niſi ad Belgicum Vleu & Vleut referri non poteſt. Romani Belgicæ linguæ ignari quamproximè ſuo more acceſſerunt, ſive Phleumoſios ſcripſerint ſive Pleumoſios. Vicini Germani hodierno die adhuc dicunt adjectivè Flems; nos ore magis aperto Vlaems, ſic Vlaemſche, & Vlamingen dicimus. Inde à populo Vlaenderen. Galli nos vocant Flammens; Britanni Flemmingh, ſatis accedentes vocabulo antiquo. Marlianus apertè Pleumoſios vocat Flamingos; & voce

Vlaen-

Vlaendren, conflatum eſt poſteriori tempore vocabulum Latinum Flandriæ. Quis variationem hanc miretur, qui nominum derivationem omnium undique populorum & locorum, poſt tot ſecula & confuſiones gentium, quibus vix erant notæ litteræ, quo nomina conſtanter potuiſſent ſcribi, poſtque tot rerumpublicarum everſiones, conſideret? An non apud Varronem vel ſtante Repub. Romana majores vocabulorum immutationes reperiuntur? Sint igitur Pleumoſii Flandri, potiſſimùm autem hi maritimi & paluſtres, inter quos Francis Gallorum dominatum tenentibus dici cœpit Pagus Flandrenſis (Pagus id eſt Provincia, qualiter adhuc nunc *Pays* vocamus.) Ita enim diplomata donationum Cœnobiis Bertinico & Gandenſibus factarum diſertè Vicos Wormholt, Dicaſmude, Nikerkam, & alios circa Ipretum ſitos aiunt in pago Flandrenſi, non fallaci terminorum ejus hîc loci veſtigio.

CAPUT II.

Urbis nomen inveſtigatum: reſtitutus Decretalium locus: Choppini error per tranſennam notatus.

Liceat mihi bona novorum hominum pace veterem hanc nomenclaturam reponere, ex reſcripto Gregorii eo nomine Pontificis Noni, deſcripto libri primi Decretalium, titulo de alienatione jud. mut. cauſ. facta. can. ſecundo, quem cùm perperam nonnulli codices, nonnulli interpretes legant, ex M. S. Collegii Buſlidiani, & aliis optimæ notæ voluminibus ſic reſtituo. *Gregorius Nonus Abbati Sancti Nicolai & Decano Furnenſi Morinenſis diœceſis, ex parte Scabinorum Ipreti nobis fuit expoſitum, quòd inter laicos ejuſdem loci &c.* malè enim *Farnenſis* & *Nervienſis diœceſis* & *Ipretis* quædam exemplaria habent, cùm nec *Farnenſis* decanatus uſquam in Nerviis aut Morinis extiterit, nec *Ipretum* ulli extra Morinenſem Epiſcopo fuerit obnoxium, nec *Ipretis* gignendi caſu, & numero unitatis aptè queat derivari. Ut hoc quoque addam errare Renatum Choppinum, ubi de Domanio Franciæ canonem hunc libro 2. inſerit, ad marginem ſcribens *Ypram hîc Flandriæ urbem intelligi*, ubi magiſtri ſint; nec enim Burgimagiſtris unquam uſi Iprenſes, ut pòſt docebo.

CAPUT III.

De vocis flexu quæſitum: Meieri dubium, aliorum incerta variatio: & Bodini error levis obiter notatus.

Cæterùm quòd in Annalibus paſſim nunc *Hypris* auferendi caſu & numero multitudinis, nunc *Hypram*, *Hypra*, *Hypra*, numero ſingulari legis, arguit Meierum eorum compilatorem nec ſatis ſibi conſtitiſſe, nec definiiſſe *Hypra*, *Hypræ*, an *Hypra Hyprarum* urbis hujus nomen ſit: quam Marchantius & alii litteram Pythagoræ nominis auſpicium facientes, diſſimulatâ aſpirationis notâ, *Ypram*, appellant: quæ ideò notare intereſt, aliaque id generis, ne in diverſam Lector incidens lectionem, diverſas Urbes deſignari ſuſpicetur. Joannis Abbæ Bertinici tabulas vidi plures ratas habitas nomine & ſigno *Joannis ab Ipera*, quem vulgus litteratorum *Iperium*, nonnemo *Iprenſem* vocat, & imò legis in Epitaphio ejus,

---- *quem protulit Ipera dives*
Felicem ingenio virtutumque agmine dio.

Diploma Morinenſe ſcriptum Anno 1110, *Caſtrum Ipris* laudat, voce, ut apparet, indeclinabili. Aliud Cœnobii Martinenſis *villam Ipræ*. Auctor Anonymus vitæ Caroli Comitis inter competitores *Flandriæ ponit Gulielmum Ipreletenſem* (illum nempè qui Meiero *Hyprenſis* appellatur) quæ dictio aliunde quàm ab *Ipreleto* formari nequit; *Ipreletum* autem magis aptè & apertè rivum denotat, quàm urbem. *Leet* enim Flandri aquæductum vocant, quomodò *Nieuwerleet* in agro Caſletano, *Waterleet*, in Stegrenſi novimus. Planè ut opiner, medioximum illud *le* é manu potiùs quàm mente ſcriptoris in chartam irrepſiſſe. Vixit, nam & hoc ſcire intereſt, anonymus iſte Anno 1140. Joannes Abbas Anno 1380. Gregorius Pontifex Anno 1230. Meierus Anno 1536. quo prima ſua Chronica edidit (malè enim Bodinus Cominei Anno 1509. defuncti, facit coætaneum:) alii noſtra memoria vivunt ſcribuntque.

CAPUT IV.

Hipretum unde dictum: rejecta Annalium & Fabri opinio, aliorum aſſerta: adjecto luſu quodam noſtro.

Hipreti vocem quo ex Europa angulo liceat derivare non magis liquebat mihi, quàm unde Cæcidis & Buphoniorum ſacra, donec Scrieckius lucem dedit & rem aperuit. Errat enim canente Lernutio in Panegyri quadrimembris Flandriæ,

---- *& erroris vani eſt manifeſtus ab Anglo*
Aut duce Hyperboreo, nomen id eſſe putans.

quod Annales & hiſtoriæ populares fingunt, aut fictum aliis ut factum referunt. Nugatur qui ſic ludit in Philotheſiis:

Ypram ceu ſuperam veteres dixêre, quod acri
Inſideat clivo, & ſeſe ſuper æquora tollat.

Quamvis enim in eminentiori ſita, agrorum pratorumque declivia reſpiciat, tamen remotior videtur iſta originatio, cùm vocum affinitas non ut hominum à ventre, ſed

ſed à fronte ſoleat æſtimari. Meliùs Vrintzius noſter in encomiis Urbium Flandriæ, hanc introducens,

Ipra, ait, *nec deſit vitrei rex agminis idem*
Qui mihi dat nomen ſubvehit amnis opes.

Amnis nonnihil ſupra Urbem natus, demum Iſaræ permixtus, citra ultraque Dicaſmudam lapſus, tandem ſe partiens, hinc Noviportum, inde per Aldenburgum Brugas deducit, & proprius eſt Civitatis Iprenſis, cum omnibus Overdrachtis ſeu Tranſportis. Ita ut ripæ alveus, & aquæ ſpectent ad eandem civitatem, quæ & in iis juriſdictionem habet uſque ad mœnia Brugenſia, ubi nomen Iperleti amittens incidit in Reyam Brugenſem. Eſto itaque rivum hunc ut numine ſuo urbem dominam appellere, nomine eandem appellare. Sed jam in fluminis etymo æquè laborabimus, de quo optimè Scrieckius in hæc verba. Ipra etiam Ipretum dictum à loco, qui à multitudine arborum, nuſquam ferè alibi quàm eo tractu naſcentium innotuit; Gallicè *Ipreaux*, Indigenis *Iepen* vocantur, quarum ſeminaria & plantaria etiam nunc ibi in ſuburbano tam frequentia ſunt, ut quotannis multa millia per univerſam Flandriam & loca adjacentia transferantur:

Infœcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt,
Quippè ſolo natura ſubeſt.

Ulmi genus eſt, ſed meliore vena & erectius, ambulacris aptum, ſtructuris conveniens, & foco utiliſſimum. Hinc itaque Ipretum ſicut Lauretum, Quercetum, Dumetum, Roſetum, Olivetum. Hactenus ille, & ſufficienter, niſi fortè juvaret luſum puerilem ſubjungere.

Quæſitus cujus generis foret Ypra, Torellus,
Reſpondet dubiè: rationem deinde rogatus,
Inſit, An Urbs ſit ab amne vocatus, an Amnis ab Urbe.
Addubito: excepit ferula minitante Magiſter;
Fœmineine, an maſculei fiet ordinis? Ille
Mox, utriuſque, inquit, nec enim virtute, decore,
Fortuna aut opere, aut opera, num femina, num vir
Præſtet Ypra, dicas facilè, niſi dicat injuſtam
Injuſtam ſibi Apollo notam, vel dives Arachne.

CAPUT V.

Cognomina Urbis: occiduæ regionis ocellus: cur infernatis Flandriæ caput: Morinos hic habitaſſe: notatus error Guicciardini.

TErtiam in Flandriæ quadriga rotam appellare Hipretum ſolens ſum; eò quod in Comitiis provincialibus poſt Gandam & Brugas ſueverit conſidere. Lernutius *occiduæ regionis ocellum*, Moſchus *occiduæ Metropolin*, Meierus *infernatis urbem primariam* ob id vocat, quòd cenſeatur totius à Noviporto Curtracum uſque, & rursùs à Noviporto Gravelingam uſque, & alibi à Galliæ Flandriæque gallicantis & Arteſiæ limitibus, terreni caput, terreni longè fœcundiſſimi, ut non immeritò Lernutius cùm,

Occiduæ qui te dixit regionis ocellum
Indolis ignarus non fuit ille tuæ,

dixiſſet, dictum velut ſigillatim probet hoc modo:

Sive loci poſitum ſpectes, ſeu paſcua rura;
Tot circùm lymphis ebria fertilibus;
Annua ceu Floræ mollis redolentia dona,
Credas hic propriam Ver ſibi habere domum.
Gramine ſic viridi tellus ſe Dædala veſtit,
Theſſala ceu tempe facta forent Morina.

Benè *Morina*: quamvis enim Pleumoſios Nerviorum apud Cæſarem clientes in ditione Yprenſi collocaverim, aliis controvertentibus, tamen *Morinos* Romanæ hiſtoriæ concinnatoribus admodùm notos, potiorem hanc Oceano obverſam & paludibus obnoxiam regionem habitaſſe poſtmodùm, & obliterato Pleumoſiorum, aut certè mutato nomine, hanc *pagi Flandrenſis* partem ſibi adſcripſiſſe, unica Diœceſis Morinenſis (cui hic tractus ſubfuit) juriſdictio poſſit docere, cùm inter cætera curioſi fuerint primi noſtræ fidei propagatores, ut dominio ſeculari Eccleſiaſticum reſponderet, Ipretum Morinenſi Cathedræ, niſi antè paruiſſet, non addicturi. Ad extremum Meierus dum *Ampli nominis Ypram* alibi indigetat, ad notam antè notatamque à Guicciardino laudem videtur reſpicere, qui nullam toto Belgio civitatem tam locupleti territorio, tam ampla foris juriſdictione, tam copioſa vicorum appendice aſſerit excellere, falsò, niſi ad Salæ Ipretenſis latè inter ſeptem Caſtellaniarum pagos referas eminentiam.

CAPUT VI.

Urbis initia, infantia, prima munimenta, & ornatus quando & quibus auctoribus: item de Feſto ob defenſa mœnia.

QUod Era Arabum Saracenis, hoc ira Barbarorum Flandris eſſe poſſit, unde ætatem Urbium metiri, auſpicia reſuſcitatarum Artium inchoare oporteat. Cùm enim inaudita prioribus ſeculis Normannorum rabies Flandriam uno impetu in & pervaſerit, nihil intactum, nihil inuſtum, nihil non vaſtatum reliquit. Ita ut ab eorum receſſu opus habeant oppida antiquitatis ſuæ gloriam auſpicari. Dirutum itaque Anno 880. *Ipreti Caſtellum* Balduinus

Comes reſtauraſſe, Arnulphus ſucceſſor Anno poſt nongenteſimum redempti orbis primo muniviſſe, Balduinus alter 57. pòſt annis auxiſſe; Robertus Friſius ornaſſe ad Annum 1070. perhibetur; ſed cujuſmodi reſtauramen, munitio, incrementum, ornatus fuerit, non exprimunt hiſtorici, nec proclivi conjectura aſſequi ubi nulla ſuperſunt priſcorum nominum aut operum veſtigia, niſi quòd foſſæ & locus Caſtri ſatis notus ſit, nimirum in pratis templo Martiniano oppoſitis. Certiora ſunt quæ & quò magè temporibus noſtris propinqua. Guilielmum Ipretenſem à cæde Caroli Comitis, Flandriæ inhiantem, urbem quam nomini inducrat *tribus Con-travallis* (ſic enim loquitur Dunenſis ad Annum 1127.) muniviſſe. Theodoricum producto ejus ultra flumen pomærio muros adjeciſſe certis intervallis: Fernandum totum in circuitu amplis foſſis & ligneis propugnaculis ac turribus (verba Meieri ſunt ad Annum 1213.) cinxiſſe, perinde ac ſi ſedem arcemque belli inibi conſtituere decreviſſet. A ligneis porrò ſepimentis, obtinuit, Urbis mœnia ſepes (*Thuynen*) vocari. Indeque à defenſis contra Anglos mœnibus, Anno 1383. dies annuus victoriæ partæ etiam nunc *Thuyndach* vocatur.

CAPUT VII.

Pomæria producta: imminuta denuò urbs, Meieri laſpus obſervatus.

Vidi ſanè Comitis reſcriptum ſcriptum Anno 1214. præcipientis raptim & tumultuario opere vallum & antemœniana reſtaurare, foſſarum pomœria extendere, & oras exaggerare, & imò, quà neceſſe foret, tam Principis quàm privatorum prædia occupare, incidere, deformare: planè ut exiſtimem erraſſe Meierum hæc geſta in præcedentem Annum rejicientem. Impar erat ambitioni hic ambitus, impar opibus oppidum, ſuburbanum habitari cœptum, illud in quatuor cœli plagas directum, totidemque curialibus inſtructum Eccleſiis, illud dominorum domorumque numero multis urbem paraſangis ſuperans, illud à Nicolao Zanneca ſeditioſæ plebis duce foſſis & terrea mole circumvallatum, portis inſtructum Anno 1325. & conforme alioquin oppido effectum, conſentientibus ejus incolis. Invenio litteras hac de re ejuſdem Anni idibus Martiis datas. Invenio paucis antè annis Franciſcani & Dominicani inſtituti Patribus, *foſſata vetera* urbis æquanda concedi. Invenio ejuſdem ſeculi annis 2. & 32. authoritatem Senatui factam mœnia reficiendi. Invenio poſt incendium Anni 1373. vetuiſſe Philippum Ducem agrum ſuburbanum deinceps vicatim & plateatim habitare, permiſiſſe interim interioris oppidi veterem circùm hactenus eſpite & conſepibus invicem perplexis conſtantem, muro ſaxeo circundari; quod fieri cœptum Anno 88. lapidem auſpicalem pangente ad portam Torhaltanam Joanne Dixmudio advocato.

CAPUT VIII.

Situs, ſtatuſque Urbis, quinque ſeculorum hiſtoricis docetur: amplitas, foſſa, fortalitia, plantaria, turres, ſylva, qua, & vindicata duarum portarum nomenclatura.

Qualiter cœperit, in immenſum creverit, & laciniis decurtatis ſuam amplitudinem contraxerit hac mea, quam colere conor, Sparta, hactenus oſtendi, mox ſitum ſtatumque exteriorem brevi pegmate ob oculos poſiturus. Præſentis ævi chorographi Ipretum deſcribunt æquali 13. milliarium ab Atrebato & Ganda 9. milliarium intercapedine à Brugis & Fano Audomari; Furnis, Inſula, Corteriaco quinque paſſuum ferè millibus diſtans, mœnibus eminenti propugnaculorum mole, portis ſinuoſo viarum anfractu, foſſis altitudine & latitudine ſufficienter inſtructum: Ædificiis etiam eleganter ornatum, licèt pleraque tabulis antrorſum ſtipata non ita ſplendidè in oculos incurrant: Hæc illi: ad quæ juvabit unam è ſingulis retrò ſeculis notam depingendæ Urbi facturam annectere. Et quidem rationes oppidi fidem faciunt, Anno redempti per Verbum incarnatum orbis 1473. dimenſione circuitus intra muros inſtituta repertum 1173. virgas geometricas 14. pedum ſingulas impleri. Meierus ad Annum 1383. ex Froſſardo & aliis deſcribit oppidum magnis munitum foſſis, muro ceſpititio ex ſepibus & ſpinis flexis, tam valida intricatione, ut vix ſecuribus poſſet penetrari. Fernandus Comes reſcripto Anni 1227. meminit *fortalitiæ Iprenſis & aquarum in ejus circuitu*. Annales Bertinici quo loco cladem Flandriæ Occidentalis Anno Verbi incarnati 1213. attingunt: *Ipra*, aiunt, *Civitas magna & fortis, nec minùs delectabilis propter arborum in circuitu plantaria.* Valterius Monachus in Caroli Principis vita Annum exprimens 1127. quo per Gulielmum Ipretenſem urbs munita, addit fuiſſe eam *rotunda forma & capacitate nòn contemnenda, tribus turribus procul ſpectabilibus, & caſtelli veteris clauſtro tutiſſima.* Ad extremum memoriæ Cattiſletenſes, ubi de Roberto Friſio, *Ypram denſis ſylvis & paludibus ſeptam* diſertis verbis vocant, quod ſi illo fuerit, certè hoc noſtro ævo nihil minùs quàm verum eſt; portæ oppidi ferè poſt flexuoſas ambages per pontem aut pontes ſublicios inter propugnacula

pugnacula laterum ducunt ingreſſuros decem univerſim, venientibus in numerum damnatis per has turbas. Tempore Maximiliani Archiducis quinæ aperiebantur, nec pauciores patuerunt unquam, omnes ferè à locis quo dirigunt, familiarem ſortitæ nomenclaturam. *Portam butyri* fuiſſe, & ſic dictam diſco ex diplomate Anni 1278. Itemque *Portam templi* Anno 1250. notam nuncupatamque, hanc à Templariorum ſuburbano circa eam dominatu, illam à paſcui agri præſtantia, hodieque butyri ſapidiſſimi epitheton faciente.

CAPUT IX.

Opera Urbis, Halla, Sala, Caſtrum, Turres, duæ machinæ tractoriæ, hæ quando in Flandria viſæ: & leviter de voce Sala contra Marchantium.

INter opera Urbis, ut viſu, ita ſcitu digna primas ſuo jure poſtulat *Caſtrum vetus*, licèt inornatum non minùs tamen inhonoratum, utpotè *Principis domicilium* aquis cinctum, & Salæ titulo in plebe notum; eò quòd tribunal ibi clientelare, & fons unde infinita motum accipiunt feuda, & jus de controverſiis ea tangentibus dicitur. *Salam* hanc (qua voce ex Perſide ablata & Francis veteribus uſitata, non atrium quodvis, quod vult Marchantius, ſed prætorii regalis denotatur) leges nonnullas à Guido Comite accepiſſe invenio, & ea propter quòd ruinam minabatur ædificium id temporis ære publico reſtauratum. *Curia urbana hallæ* vocabulo notior, ſplendida illa & neſcio an ulli toto Belgio ceſſura, per aream intermediam in duo ſecta, quadringentos ſexaginta duos longa, quinquaginta utrinque pedes lata.

Hinc Senatorum conclave, Sacello & vario cubiculorum ſeceſſuumque ordine ſtipatum, inde cœnaculum ingens, alibi ambulacra ſpatioſa, olim quidem digeſta feneſtrarum conformium ſerie, officinas Lanificum totius occiduæ regionis exhibere ſolita, nunc vix ſuperſtites ad intercolumnia Urbium vicorumque aliquot characteres, aut etiam inſignia oſtendere & ab oblivione vindicare potentia. Opus hoc exſtrui cœptum ſub Annum 1342. Turris in medio quadrata Archivorum oppidi adyta conſervans, & ſuperbo vertice ipſis inſultare ſideribus viſa, perfecta Anno . . . . Sacellum Scabinale ab omni memoria aram Divæ Virgini & Sanctis inſcriptam, & Sacerdotem ad divina habuiſſe fatetur, & adeò confirmat litteris Anni 1487. Innocentius Pontifex, *Capellam ſuper phalas* indigetans, cui ad dextram proxima Cathedralis Eccleſiæ turris eminenti faſtigio procul ſe videndam exhibens, & elegantiæ merito inter publica opera locum acceptura; illa publicis impendiis Anno 1434. ſtrui cœpta, architecto Martino Utenhovio, ponentibus auſpicale ſaxum Victore Lichterveldio Meri Victoris filio, & Anaſtaſia van Oultre, Meri Roberti à Flandria Dynaſtæ Elvertingæ & Ylamertingæ uxore, illo Senatus præſide, hoc Caſtri Comite hæreditario. Nec tacenda forenſis Curia pagis & Caſtellaniæ jus dicens, ſplendidiore frontiſpicio circa Annum 50. proximè elapſum exornata, nec machinæ ad portam ingenioſo conſtructæ artificio, tranſportandis ultra repagula defluxus aquarum ex altioris fundi alveo coërcentia navibus etiam onuſtis excogitatæ, aut ſaltem primùm apud Flandros viſæ, Principatu Guidi Dompetrati, qui in certo diplomate eas vocat *Dobbelcraen*, id eſt, duplices attractorias, quæ poſtmodùm *Overdrachten*, id eſt, ſi ad verbum vertis, Tranſportæ dici cœperunt, & ſpectant ad Urbem hæ aliæque in hoc flumine.

CAPUT X.

Per incendia ſex raptim percurrit.

CLementior in hanc Urbem quàm alias totius Flandriæ fuiſſe Vulcanus videtur, ut quæ rariores incendiorum vices tulerit, rariſſimas fortuitorum. Quòd enim Anno ſalutiferi partus 880. à Normannis, Anno 1125. à Normanno Comite occupati oppidi à porta meridionali ad ſeptentrionalem latus igne abſumptum ſit, teſte Meiero: quòd Anno poſt Milleſimum 240. natum ex Fullonis camino incendium tertiam Urbis partem proſtraverit: quòd ejuſdem ſeculi Anno 97. ſuburbana à Germanorum præſidiariis, ſed ne hoſti Gallicano uſui eſſent timentibus, in cinerem redacta: quòd eadem Anno ſequentis ſeculi currente 83. ne hoſti, ſed Anglo præſidium eſſent, ſtirpitus everſa conflagrârint: quòd Anno 1478. Gallorum opera immiſſus in ſuburbanas ædes ignis quidquid attigit depopulatus ſit: quòd nuperis tempeſtatibus belli belgici ante Annum 1584. Templa, Noſocomia, Hieræcia, ſacrilegis manibus in ſuburbano exuſta, vix lapidum acervos, fundaminum reliquias, parietum minas, quæ olim exſtitiſſe indicio eſſe queunt, ſervaverint: hæc, inquam, omnia licèt Vulcani concurſu patrata, non tamen Vulcano veniunt imputanda, ſed hoſtibus, ſed malevolis, ſed perduellibus, fatalibus quodammodò opum operumque flagellis.

CAPUT XI.

Incommodis ſuccedentia commoda, plateæ ornatæ; forum conſtratum: laniſicium prophanatum.

SIngula nihilominùs quæ protuli incendia (tali enim rerum viciſſitudini, talibus alternantis fortunæ inſidiis opifex omnium Deus ſublunarem hunc mundum juſſit eſſe obnoxium) non mediocris aut Hipreto, aut vicinis locis emolumenti extiterunt occaſio. Prima quidem duo poſt Normannos, concinnitatem regionum urbis cum aptiſſima platearum directione haud multò poſt hinc inde ordinatam promoverunt. Altera duo, cum textrinis textores diſſipârunt, inquietum genus hominum, ut manu telum, ita mente tela verſare ſolitum, quorum multitudine in Colonias Poperingam, Menenas, Viroviacum, Cominas, Miſſeniacum miſſa, eſt quod acceptum ferant Hipretenſibus illa oppida primam fortunæ & felicitatis ſuæ ubertatem. Duo poſtremò incendia, etſi nonnihil acriùs pupugerint, ob læſam *Regis & religionis Catholicæ Majeſtatem* per reprobos quoſdam, tamen non caruerunt ſuo eventu, oppidi viis, vicisque affectis alibi, alibi refectis, foro novis alibi conſtrationibus planato, lateralibus portarum quadraturis in foſſas antemurales poſteà projectis.

CAPUT XII.

Eadem de Terra, Aqua, Aëris commodo & diſpendio quæſita, laudataque hic Caroli Boni munificentia.

IN calamitatum catalogo Vulcanum ſoleo præmittere, tum quia ejus furores plus lucent, tum quia is ut Superis proprior, ita ad eorum iræ ſubſerviendum promptior ſuevit exiſtere. Ab eo itaque ad alia deſcendam elementa, quæ tamen rariùs in Hipretum videntur conſpiraſſe. Terra enim licèt infinitos canales plumbeos abſcondat, attactu ſuo putealibus tota urbe aquis non ita gratum quidem pariens ſaporem, tamen earum uſus & potatio eſt citra noxam, aut alvi tormina aut viſcerum detrimenta, quæ incommoda medici per plumbeos canales labentibus imputant; ut taceam hunc terræ genium & aquæ nonnihil adulteratæ temperamentum fullonibus apprimè commodum videri, & aëris proquinqui regionem ab igneis & peſtiferis alterationibus vindicare. Si tamen infecta exhalationum copiis aëris bonitas nativa vincatur, longiſſimè ſerpit malum, nec facilè contagem ſiſtit: prout diſpendio ſuo experti cives deplorant, quoties memores Annorum 1583. cùm vix tres cladis expertes tota urbe domus ſupereſſent; 1490. cùm ſublata è medio feruntur quindecim hominum millia, notando ad æſtimandum urbanam multitudinem exemplo, 1552. cùm tertia civium pars abſumpta perhibetur, & aliàs nonnunquam. Alia peſtis, famis, ſterilitatis, & tempeſtatum damna; quia toti Flandriæ communia, & alibi à me enarrata prætereo, niſi quòd aliqua ſuum inter Hipretenſia locum ex accidenti mereantur, (puta annonæ caritatem Anni 1176.) eò quòd tanta extiterit Caroli Principis erga inopes miſeratio, ut uno quodam die Hipreti ſepties mille & octigentos panes, præter nummos & veſtes egenis diſtribuerit, cereviſia coqui prohibita, & canibus ad unum cæſis.

CAPUT XIII.

Bellorum & diſcordiarum civilium capita depingit.

BElla per Iprenſes pluſquàm civilia campos,
Gallorumque iras, formidandumque Britanni
Principis auxilium, pollutas ſanguine dextras
Patricio, immiſſo ſiccatas ædibus igne,
Seclis facta cano non facta prioribus unquam.
Poſt Comitis mala fata boni Rex Francigenarum
Neglecto Comitem Normanum agnoſcit Hiprenſi.
Qui juga Cattorum, portus, portaſque frequenti
Milite firmabat, & Hipreti caſtra locabat.
Nec mora, Rex armatus adeſt, oppugnat & urbem
Procomitemque ſimul, via vi fit, agitque virum vir,
Cùm nata in populo diſcordia, teſſera turri
Conſpicua invitant regem, tum obſtacula portæ
Ad medium reſerata diem, Vulcanus in urbem
Contiguam bacchatur, agit plebs Martia prædam, 1127.
Et victus victoris jurare in verba coactus.
Damna his Ipra tulit ſeclo leviora ſequenti,
Tertius à decimo dum circumſcribitur annus, 1213.
Capta quidem Comiti ſed conciliata repentè,
Excuſſo cervice jugo, Galliſque fugatis.
Quid referam armatas furibunda à plebe cohortes?
Qualiter urbe potitus, conditor alter haberi 1325.
Zanneca contendit, herus urbis, Principis hæres;
Qualiter armatam Maleano Principe Gandam 1380.
Rebus Hipris, malè cauta ſuis, malè tuta recepit,
Cauta magis, & tuta ſui dum poplite flexo
Ad Domini præcepta redit, compulſa rebellis
Authores turba crucibus ſpectare revinctos.
Sed quid agat? vix alter ab hoc defluxerat annus, 1482.
Cùm Regi Comitique iterum, ſed tota rebellat
Flandria, Hipris decepta iterum ſub imagine juſti,
Fit ſupplex iterum, vicini claſſica Regis

Dum

1578. *Dum timet, & gravibus in tempore conſulit agris.*
Prætereo clades, profugis propè civibus, urbs quæ
Intulit atque tulit civilis tempore belli.
Prodita per paucos, pòſt obruta milite multo.
Catholico per Farneſium ſed reddita Regi,
Reddita & imò ſibi ſexto diſcriminis anno.
1594. *Plebejos taceo ſtrepitus, civemque notatum,*
Dum petit electi jugulum furibunda ſenatus
Cocquerelles. *Turba, ſuas cauſata operas & cambia falli,*
1280. *Principis aſpectu ſedata & cedere juſſa,*
Omnibus his rabies potior, nigroque notanda
Stigmate, quæ Feſtum Andreæ lux antoit; illa
Vidit inauditum facinus, turbamque frementem
In Scabinorum caput, innocuoſque tribunos!
In conclave ruunt fullones, obvia ferro
Invadunt; patreſque novem (res mira) feneſtris
Præcipites dant, & non ſimplice morte trucidant,
Morte tamen memori nec inulta; authoribus ultro ad
Exilium, vel ſupplicii tormenta coactis.
Et verò ex Myſtis Aſtreæ victima factos
Ter tria ſaxa tegunt in principe Præſulis æde
Martini, & totidem ſtant candelabra quotannis
Manibus inferias ſacris dum Curia ſolvit.
Et verò hoc caput eſt, durantis ſynbolon ævi,
Quod qui tam indignum vidit ſcelus, exerit uſque
Conclavis paries, & tot capita expiat uno.
Gaudebit Grudius, hæc dum leget, atque repertos
Conſortes ſceleris pleno definiet ore.

Paricidium hoc Anno 1303. perpetratum, non decennio pòſt, ut notant alii: factio autem illud viginti tribus annis antecedens à Scriptoribus *Cocquerellica* nuncupatur, ab inſigni quod Symboli inſtar præferebat.

Notandumque quòd cùm Anno 1578. Urbs occuparetur, magiſtratus fidelis erat Regi, ejuſque Majeſtati impensè favebat. Præſidiarios enim milites ſuis ſumptibus conſcripſerat, qui cum Civibus urbem cuſtodirent. At perfidia cujuſdam factum eſt, quòd portæ Miſſeniæ peſſuli objectis impedimentis non obderentur, nec ſeræ clauderentur, ita ut primo quodam diluculo rebellibus patuerit ingreſſus. Quod facinus tam ægrè tulerunt Cives Catholici, ut omnes ferè ſua ſponte exulârint: & qui migraverunt majori numero fuerunt, quàm qui exierunt ex tribus quatuorve aliis præcipuis Flandriæ civitatibus.

LIBRI SECUNDI
CAPUT PRIMUM.

Oppidi dominatus penes Comitem Flandriæ, aut ejus primogenitos, jura municipalia data, Concilium Provinciale hic aliquando: item de Comitatu Pratenſi.

QUod Diogenes de illiterato divite, Cyrus de indocto Rege, Chriſtus de Phariſæis verſipellibus dicebant, eſſe aſinum auro obductum, Deum perſonatum, Sepulchra dealbata, id Lector fortè de Hipreto noſtro interpretabitur, dum ſaxeam compagem, parietinam molem, artis & fortunæ arcam, aut veriùs arenam ſolum æſtimabit, longè aliter exiſtimaturus ubi Urbem civibus, Rempublicam legibus, id eſt, corpus anima viderit imbutum. Secundò itaque hoc miſſu producemus in Theatrum famæ, quidquid politiam & civitatem, ut propriè loquar, concernit, à capite auſpicium capturus. Dominatus oppidi ab omni hominum Scriptorumque memoria manſit penes Comitem Flandriæ, qui nec unquam, licèt omnibus in circuitu Urbibus ſubinde hypothecæ ſuppoſitis, ſubinde à reliquo Flandriæ corpore avulſis, induci ſe paſſus ad cedendum alicui aut communicandum Hipretenſis Dynaſtiæ poſſeſſionem, quam eſſe voluerit *Regiam occiduæ plagæ*, Anglis, Galliſque metuendam; hinc Philippus Elſatius Burgenſibus jura municipalia præſcribit, aucta & alibi mutata per Guidonem, itemque per Robertum Bethunienſem, Ludovicum Greſſium, Philippum audacem, omnes vivo adhuc parente de hoc oppido diſponentes. Planè ut nonnunquam in mentem venerit plura hìc quàm vel Gandæ vel Brugæ *Delphinorum Flandriæ*, ut ſic loquar, reſcripta offendenti, dubitare, an non has ad Auſtrum urbes Reguli Flandriæ, ſolerent adoleſcentibus filiis primogenitis aſſignare, qualiter ferè ſuis Francus Delphinatum. Comes certè *Balivos* ad ſpatium aliquot annorum, Senatores annuatim conſtituit, Leges & Privilegia, itemque Juſtitiæ adminiſtrationem ſervat, Pares 12. (ſed quos plenè cognoſcere hactenus non licuit) habent, poſſidendas beneficiario titulo Toparchias à Comitis manu tenentes, &c. Duo hìc addam Corollaria partim ad laudem, partim ad lucem urbis factura; Primum quòd Concilium Provinciale Comitis, Ganda ſeditionibus factioſorum civium rebellante, aliquamdiu & aliquoties ſtabilem hìc ſedem fixerit, nominatim Anno Chriſtiano 1457. Alterum quòd intra limites oppidi, ut nunc res ſunt, *Juxta villam in pratis*, ut olim, extiterit Comi-

Comitatus titulo & prærogativa locus celebris, quem Robertus Comes, Gerardo Abbæ Martiniano elargitus eſt Anno 1110. unde in hunc uſque diem Eccleſiæ Martinianæ *Balivum*, *Comitatus ſancti Martini* appellant.

CAPUT II.

Tres Prætores, qui, & unde, & quales.

MAjor omnibus in hiſtoriæ Flandricæ arcanis Meierus ad Annum 1277. refert formatam Hiprenſium rempublicam inſtituto triplici Senatu, intellige tres juſtitiæ adminiſtros, *Prætore Comitis*, *Prætore portus*, *& tertio quem Sculteum* vocant: id ipſum adhuc perſeverat & quaſi partito munere ſinguli fines ſuos & limites habent.

Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Opinor autem illum qui in Diplomate Martiniano Anni 1110. ſignat *Præpoſitus villæ*, & ante alium *villici urbis* titulo expreſſus eſt, eundem fuiſſe cum moderno Balivo majore ſive Prætore Comitis ſuprà nominato, eundem etiam cum *Capitaneo Comitis* (nomen ſæpè in donationum teſtibus reperies) eò quòd civibus in militiam profecturis Ducatum præberet. Præeſt tam urbi quàm Caſtellaniæ, ut loquuntur, etſi in hac alter *Salæ Balivi* titulo inter novem viros annales jus dicat magè ſpeciatim. Cùmque è primariis Flandriæ functionibus hæc ſit, vix præter claro loco natos Comes adſciſcit. Fueruntque anteà hoc ordine Equites Clariſſimi, Joannes de Wolff, Anno 1225. Joannes van Ryſelle, Anno 1292. Nicolaus Billekin, Anno 1320. N. Blocque van Steelant, Anno 1329. Ludovicus van Marcke Anno 1333. Joannes van Bernaige Anno 1349. Rogerius Theodorici van Lichtervelt Anno 1356. Joannes van Pryſenaer Anno 1362. Rogerius van Lichtervelt Anno 1366. Arnoldus van Marcke Anno 1367. Rogerius d'Aultrive Anno 1369. Sigerius van Bernaige Anno 1370. Joannes vande Veſte Anno 1373. Joannes Schleff Anno 1375. Joannes van Goyſpeur Anno 1377. Oliverius van Slebrugghe Anno 1379. Daniel van Walle Anno 1380. Richardus van Steelandt Anno 1382. Joannes van Brugghe Anno 1383. Petrus vanden Sype Doctor Decretorum Anno 1384. Joannes van Gryſpere Anno 1385. Richardus Haultrius Anno 1387. Nicolaus Schaeck Anno 1390. Joannes Hoeft Anno 1394. Robertus van Capelle Anno 1397. Joannes vanden Kerchove Anno 1400. Leo van Moerkercke Anno 1411. Joannes Belle Dominus de Boeſinghen Anno 1412. Ægidius Walins Anno 1419. Robertus Corteſi Anno 1422. Rogerius van Lichtervelt Anno 1423. Juſtus Bryde Anno 1430. Renoldus Hebbe Anno 1432. Antonius van Bienſt Anno 1433. Wilhelmus Comyn Anno 1440. Jacobus van Hemſrede Anno 1450. Joannes vanden Poorte Dominus de Morſbede Anno 1454. Ludovicus Polinckhoven Anno 1459. Gaſparus van Vlanderen Anno 1464. Jacobus de Wale Anno 1466. Joannes à Lichtelvelde Dominus de Staede Anno 1467. Hector Dominus de Hollebeke Anno 1473. Lucas Tomyn Anno 1476. Judocus Cortewyle Anno 1478. Ægidius Giſtelin Anno 1480. Andreas de Wale Anno 1483. Colardus de Halewyn Dominus de Boeſinghen Anno 1484. Joannes van Overſchelde Anno 1486. Gaſparus van Premeſque Anno 1496. Colardus ab Halewyn Anno 1529. Carolus de Luxemburg Dominus de Beaufreves Anno 1528. Jacobus van Halewyn Dominus de Boeſinghem Anno 1533. Andreas van Oignies Dominus de Wandelyncourt Anno 1537. Colardus van Rode Anno 1541. Colardus van Halewyn Anno 1546. Joannes vanden Poorte Dominus de Morſlede Anno 1547. Carolus Uytenhove Anno 1557. Cornelius Dominus de Cornhuſen Anno 1567. Artus van Giſtelles Anno 1574. Carolus van Ideghem Dominus de Weyſe, Baro Borſbecæ.

CAPUT III.

De Caſtellano, ejuſque dignitate & præeminentiis, item de Caſtellanis, & Henningis tres lapſus emendati.

CAſtelli Hiprenſis Comes aut in eo Reguli Flandrarum Vicarius, quem *Burggravium* aut Vice-Comitem dicunt à ſemimille annis fuit, & celebris fuit, dignitate tam auguſta ut filios ſubinde ſuos Comites eâ voluerit ornatos conquieſcere. Ita nimirùm Roberto Friſio Philippus natus *Ypræ Burggravius* audiit, qui Anno 1104. prolapſus ex infirmæ domus tabulato expiravit, ad D. Winoci ſepulturæ locum nactus; ubi poſt obitum illum nocte viſus tumulo inſiſtere, & Sacriſtanum ut matutinarum precum ære campano tempus nuntiaret monere, & ſic occaſionem dare reformationis ibidem paulò pòſt introductæ. Hunc ſequutus Gulielmus non ex filia Dynaſtæ Loane nupta Philippi filius & à Clementia Comitiſſa in Comitem ſublimandus, niſi à Carolo Bono & Ludovico Craſſo victus fuiſſet (prout Henninges ſecundi & tertii regni monarchiæ quartæ parte priore folio 79. perperàm & triplici cum errore aſſerit) ſed Philippi filius, poſt cædem Caroli Boni ambiens principatum, ſed à Gulielmo Normanno Hipreti captus, & demum necato Normanno à ſucceſſore Elſatio anno partus virginei 1132. fugere in

Angliam

Angliam compulſus. Ubi rebus in bello fortiter geſtis favorem Stephani Regis tam ampliter meruit; ut Comes Cantii ſit renuntiatus anno ejus ſeculi 41. Sed oculorum uſu fortè orbatus, & ab Henrico Rege Stephani competitore juſſus ſolum vertere, Elſatio conciliatur & Loam ex materna hæreditate dynaſtiam contendit, ibique in Regularium à ſe dotato Aſcetorio domicilium & quietem ſuæ delegit ſenectuti. Ubi defunctus Anno 62., aut ut chronicon Bertinienſe 64. 9. Kalendas Februarii, vir proceræ ſtaturæ (quod nuper aperto ejus ſepulchro integra adhuc crura oſtenderunt) & niſi impari matre natus (fatente Annovio) fuiſſet, & virtute & favore & proximitate in Flandriæ Comitem evectus fuiſſet. Poſt quem variæ & nobiliſſimæ ſtirpes Vicecomitatu potitæ ſunt, defectu hæredis non ſemel ad Comitem revoluto, Anno poſt milleſimum quadringenteſimo trigeſimo Robertus à Flandria id dignitatis obibat, ut ſuprà tetigi, cujus filia Anaſtaſia de Oultre Domina de Weleene Anno 1442. Caſtellana fuiſſe reperitur, & ejuſdem ſæculi Anno 74. Gulielmus Hugonetus Dominus de Saillant, Cancellarius Burgundiæ, Vicecomitatum à Rolando Domino de Poncques emptum ad hæredes tranſmiſiſſe. Quorum Guilielmus inſuper Dominus Middelburgi, Claudiæ filiæ Anno 1533. nuptæ Martino de Havres Domino de Betencourt, Lynſelles, &c. tranſcripſit, & illa Anno 1545. Margaretæ filiæ ſuæ Philippo Oigniaco Domino Wathanenſi elocandæ propter nuptias aſſignavit. Unde gentiles *d'Oignies* ex illuſtribus Arteſiæ, eâ potiti per conjugii legem in Merodios Ducatus Juliacenſis Barones tranſtulerunt; è quibus dum hæc ſcribo, fruitur Philippus Frentziaci Dynaſta, à peregrinatione Jeroſolimitana Eques ſancti Sepulchri, & eo titulo mulctarum trientem tam in Urbe quàm territorio ſibi vendicat, Scoutetum publicique carceris cuſtodem creare ſolet. Ut taceam officiarios Juſtitiæ adminiſtrandæ utrobique ſolemni juramento non minùs ſe huic, quàm Comiti devincire, ab ejus manu octuaginta ſuſcipi clientelas, ejus fide obſtricta & tribunali obnoxia numerantes peculia, commoda telonii etiam, & ſubinde jus equites creandi; quod modò exolevit, habuiſſe; quæ nulli, Dicaſmudenſem excipio, tota Flandria Vicecomiti contingere notum.

CAPUT IV.

Senatus forma expoſita; & ſex Collegiorum æquabilitas laudata.

QUod in Antverpiana Guicciardinus, in Brugenſi Damhouderius, in Gandenſi Republica Meierus, utiliter præſtitère, id nos in *Hipretenſi*, pulcherrimam Senatus formam ob oculos poſituri, priùſquàm ad ſingularum initia partium deſcendamus. Concilium itaque majus oppidi, quod alibi *magnum Senatum*, alibi *magnam communitatem* vocant; conflatur ex ſex Collegiis: minus ex duobus membris; ordinarium ex unico Scabinagio; ut loquuntur. Scabinagium 13. tribunali Senatorum conſtat, qui cum totidem conſiliariis primum efficiunt collegium (veniente ad numerum præſide *Advocato*) 27. perſonis abſolutum; & controverſias non maximi ponderis decidere ſolitum. Apponitur his, ſed & opponitur, pari virorum numero ſecundum, ex nobilitate domeſtica, & patriciis compoſitum, & civibus melioris notæ; quibus præficitur *Capitaneus*; ut vocem ad verbum latinè reddam: Hooftmannum enim vocant; ſicut & ſequentibus ſingulis ſuis hac ſolùm differentia, quòd hi annales, ille perpetuus; hi à Scabinis, ille à magna communitate adſciſcatur. Tertium è 15. viris opificum civilium primæ famæ: Quartum ex lanipannificum Præfectis quinque: Quintum ex Sayettarum quas vocant textoribus totidem: Sextum ex minoris notæ opificibus aliis pari numero conſtituitur. In quo cœtu obſervandum venit ſingulari induſtria conceptam æquabilitatem, & acceptam in Republica mediocritatem, quâ efficitur ut ne Senatus inſolentia aut ambitio plebi; plebis potentia, & factiones Senatui, nobilium ſive divitum authoritas utriſque poſſit eſſe noxia. Scabinos dominantes æquali numero coërcent Conſiliarii, utroſque capitibus junctis fortè unanimes, ſiquidem Reipublicæ interſit, ſuffragiis æquare poſſent numero pares Civium primates, tertiæ claſſis eâdem ratione in ordine plebeio, ne quindecim viri primariarum artium, opprimant alios vilioris opificii, tria poſtrema junctim collegia eodem numero & vi oppugnant, opponunt ſuas voces, planè ut nullam in partem publicæ utilitatis ratio deficere, juris urbani adminiſtratio claudicare, Juſtitiæ vigor poſſit declinare, nec Senatus contemni, nec plebecula opprimi, nec opulentiores exagitari. Hac via Cyrus prudens Perſarum Monarcha, apud Xenophontem cùm Satrapas ad Provinciarum gubernacula admoviſſet, eorum potentiæ frænum injecturus, Tribunos in aliquibus ſummæ dominationis compotes adjecit. Ita Romani, ita Athenienſes & Spartani Tribunos qui plebi ſuffragarentur adversùs potentiam Senatus cooptabant.

CAPUT V.

Initia ſingularum Senatus partium, & quæ in eis mutationes.

REſtat nunc antiquitati inveſtigandæ diſpicere quibus gradibus ad hunc perfectionis apicem Reſpublica aſcenderit. *Advocatum*, ſive quod alibi legas *Aducatum* Senatus præſidem, cùm in vetuſtioribus Philippi Elſatii & Namurcenſis diplomatibus non reperiam, libenter crederem ſub Guido Comite introductum maximè cùm à trecentis circiter annis ſemper eum offendas, & quidem claris ferè ſemper ortum natalibus. Scabinorum numerus idem extitit Anno 1209. cùm Philippus Marchio Namurcenſis Flandriæ Procurator, communitati promittit aſſumere ex ſuis quinque viros præmiſſo ſolemni juramento electuros pari ſecum numero Scabinos, Comiti Sacramentum dicturos, qui mox alios octo ſibi collegas aſſocient. Factum deinceps, niſi quòd ſequenti Anno Senatu amovendis poteſtas relicta quinque illos Electoros primos nominandi, more in hunc uſque diem recepto, licèt exiguæ & paucorum annorum mutationes eum ſubinde interruperint. Ita nimirum Philippus Rex Franciæ reſcripto Anni 1303. poteſtatem nominandi electores illos quinque partitus eſt cum Senatu. Ita Ludovicus Comes ad Annum 1380. juſta plebis inſolentia motus, planè ad ſe traxit jus creandi tam *Advocatum* quàm *Scabinos*. Philippus Dux, ſed patre ſuperſtite, ſtatutis quibuſdam circa perſonas Scabinorum, eis interim relinquit poteſtatem creandi *Tutores pupillorum* (qui duo nunc ſunt Senatorii) *Quæſtores* duos (nunc unicus peculio oppidi congerendo ſufficit) & *Hooftmannos*, alioſque, prout expediens judicabitur, *Conſiliarios*, Anno Redemptionis 1414. cùm etiam in antiquioribus Principum placitis indefinitè ſemper facta Senatui fuerit copia adſciſcendi quoſvis à conſiliis aut miniſterio futuros. Quatuor minora collegia opinor poſt Annum 1383. formata, eò quòd ante illum major & ferè tota plebis multitudo è textoribus, fullonibuſque conſtaret, quique ſoli in Curia punctum facerent. Hooftmannus 27. virorum cum ſuo cœtu ante Guidonis principatum extitit, ſoletque portarum curam gerere, & pacificationum rixarum in civitate orientium. Nam primas etiam tenet in collegio quodam polaneo eorum qui pacificatores dicuntur. Ii antiquitus aſſueti fuerunt ſi confligtantes inveniſſent per civitatem, eos ducere in domum pacificatoriam intermittendæ paci, quod nunc in deſuetudinem abiit. Inde domus iſta dicta eſt, *het paiſant huys*, & dicti pacificatores, *de Paiſanters*; unde etiam dictus primus obtinuit nomen *Hooftman van den Paiſante*, quod vulgus nuncupat *Beſante*.

CAPUT VI.

De claris Stirpibus & Viris.

PAtricias Hipreti ſtirpes & domeſticam Nobilitatem ſuprà nominavi, hîc in ſpecies diſtribuerem & baltheis inſignibuſque ſuis ornatas in ſcenam libenter produxiſſem. Sed obſervans quàm raræ ævum tulerint, quàm multas ſimultas plebeiæ ſeditionis oppreſſerit, quàm omnes ante quatuor ſæcula notæ tribus aut fatalem gloriæ ſuæ terminum explicuerint, aut laſcivientis fortunæ telis confixæ, jam vix in proletariis cenſeantur; ſatius putavi ſuperſedere, ne paucorum relatione urbi laudandæ ſuſpicionis, mihi invidiæ, aliis calumniæ occaſionem præbere videar. Nobilitatis itaque loco viros virtute ſcientiaque nobiles hîc natos producam. Imprimis Joannes duos Archimandritas Bertinicos, alterum codicis Diplomatum, alterum Chronici compilatorem, & hunc tanti abdominis, ut teſte Thoma diacono vix progredi, nec niſi ſedens dormire poſſet, Petrum Dunenſem Prælatum vitæ ſanctimonia ſpectabilem. Muſici Clementem non Papam & Andræam Pevernaige Ipreti invenerunt.

Theologi clari ſcriptis editis in lucem, Hipreto natales debent Petrus Ponetus Carmeliticæ regulæ monachus, cujus extat propugnaculum fidei, Balduinus Faber, cujus epitomen Lithurgicam vidi, Franciſcus Amelryns, & alii.

CAPUT VII.

Gildæ Sagittariorum, Cameræ Rhethorum, utraque laudata.

AD plebem ordo ducit, cujus lectior Marte & Arte pars nomina dare conſuevit gymnaſiis arcuum Cornei & Chalybei, Baliſtæ & gladii uſum profitentibus, aut alicui poëtarum contubernio. Hi antiquitatis laude cum Gandenſibus certare ſoliti, Cortracenis, Noviportenſibus & Cahiſletanis poëtarum conventiculis authoritatem dedêre, addentes ſemper *die Camer van Ipre als die outſte van Vlanderen, &c.* id eſt, Camera Hipreti utpotè Flandrenſium antiquiſſima. Illi præter infinita in ludis, nominatim in Tornacenſi Anno 1394. (ubi inter 387. ex primis Belgii urbibus collectos ſagittarios primo donati præmio rediêre) bravia reportata, non vulgarem bellicæ virtutis laudem meruêre. Comitis ſui ſigna ſecuti in Hannoniam, Zelandiamque

Anno

Anno 1303. & aliàs obſidionem novem hebdomadarum ab Anglis, & interim frequentes oppugnationum fortunas fortiter & conſtanter tolerantes, fidelitatis etiam erga Comitem laude commendati, adeò ut ante Annum 1301. Privilegiorum omnium jacturam pati maluerint quàm Guido Principi juratam fidem fallere, prout in reſtitutionis dicto Anno per Regem factæ literis narratur.

CAPUT VIII.

Opificum collegia, textorum numerus æſtimatus, & telarum, & nundinationis frequentia.

TRibus opificum numero ſunt 14., comprehenſis tamen una in tribu ſæpè 7. mechanicorum generibus. Omnium autem maximè patentes & reliquarum velut Principes fuiſſe ex reſcripto Anni 1304. diſco, *Textorum*, *fullonum*, *Tonſorum*, *Iſchopolarum & Cæmentariorum*. Diploma certè Anni 1514. refert extitiſſe non ita pridem in urbe textrinarum quatuor millia, & tamen tum vix quingentas ſuperfuiſſe: addo ego nunc ad inſignem redactas paucitatem vix decem numerari. Intelligo pannificum (quò loco videntur hoc tempore pannorum *Levidenſorum*, id eſt, Sayettarum operæ ſucceſſiſſe) tanto quæſtu, ut ex rationibus oppidi didicerim aſſem tributarium Senatui, in ſingulas telas non quidem vænales, ſed venditas nundinis, privilegio Anni 1475. permiſſum, effeciſſe quotannis florenos plus minùs mille, non vano opulentæ nundinationis & copioſæ argumento. Cæterùm cùm Ludovicus Comes Anno 1322. ſub gravibus mulctis vetuerit, intra tertium ab Urbe lapidem æqualis cum Hipretenſibus ſubtilitatis, pannos confici, nil mirum & Suebberum Germanum, in libello, cui titulum Minervam fecit, & Alphonſum Regem Hiſpanum libro partitionum 7. Yprenſium pannorum meminiſſe.

CAPUT IX.

Privilegia Civium & immunitates.

IMmunitate Cives gaudent maxima, teloniorum quidem Brugis obtenta anno 1160. Inſulæ Anno 1241. Meſſenis Anno 1200. Novoporti Anno 1274. Bapalmis Anno 1333. Elvertingæ, Vlamertingæ, Dicboſci triennio pòſt. Reningis, Anno 1404. Sluſæ 1399. Rupelmondæ, & alibi: confiſcationis bonorum etiam quovis crimine, niſi in perſonam Principis & liberorum & Cancellarii conſpiraſſent, ex privilegio Anni 1410. nec ad aliud tota Flandria tribunal cives inviti trahuntur, ſiquidem offerant cauſæ ſuæ æquitatem judicibus oppidi probare, nec vadari civium alibi bona permiſſum. Nundinas Maiales quæ anteà in ſuburbano templariorum Dominio frequentabantur, Oliverio eorum magiſtro circa Annum 1227. permittente, Ferdinandus Comes in Urbem tranſtulit. Alteras feria ſecunda ſecundæ Hebdomadis quadrageſimalis adjecit Maria Princeps Anno 1476. forum Hebdomadale diebus Saturni à tempore Philippi Elſatii notum fuit. Ne quis citra Hipretenſium authoritatem, in Yprae Iſaræque ripis merces exponat, naves exoneret à Creſſio Comite Anno 1331. datum. Ab eodem ſed anno proximè ſequenti conceſſum, bona naturalium ad hæredes devolvi, & naturales ab hæreditate adeunda minimè excludi, ut ne temerè quis aliò commigret, à Franco præſcriptum deferenti habitationem urbanam, partem bonorum ad opus oppidi pendere Anno 1301. Ut ne fortè defunctus peregrè ab ignoto patiatur diſpendium, ab Elſatio reſcriptum, bona morientis quocumque Flandriarum loco ſortiri forum & leges Hipretenſium; Fernandus *aquas fortalitiæ Iprenſis*, verba ſunt privilegii, & *piſcaturam foſſatorum* dat civibus, excepta una inter portam Meſſinenſem & templi. Et ut vectigalia oppidi majore creſcant apparatu, neminem Comes ab eis, ſe excepto, exemptum pronunciavit; & vetuit intra primum ab urbe lapidem cereviſias, exceptis paucis ea prærogativa gaudentibus locis, vendi Anno 1414. quod Carolus Cæſar Anno ſui ſæculi 23. etiam ad coctiones extendit.

LIBRI TERTII
CAPUT PRIMUM.

De Paræciis octo.

REs omnis ſacra Hipreti ſub Morinorum Antiſtite Remorum Archipræſule, dependere ſolet à Martinenſi Prælato, & Canonicorum Regularium omnes oppidi Parochias procurare ſolitorum Abbatia, ex munificentia Roberti Comitis. Parochias ſive animarum directioni deputata templa in urbe numerant quaterna, in ſuburbano totidem numerârunt. Omnium princeps Martino Turonenſium Præſuli inſcriptum ab antiquo fuit in pratis Caſtello proximis, auctum à Gerardo Archimandrita, poſtquàm pulſis ob ſimoniam & alia vitia clericis, Joannes Epiſcopus religionem & ſacra omnia reparavit, Anno 1101. Pronaum ab incendio Anni 1240. reſtauratum. In cujus medio novem Senatorum jacent Sarcophagi tumultu plebis Anni 1303. oppreſſorum. In odeio primorum Hipreti Antiſtitum marmore elevato tumuli cum tali Epigraphe.

Martino Rithovio primo Iprenſium Epiſcopo, qui Tridentino Concilio interfuit, pro fide carceres tulit, Odomaropoli obiit Anno M. D. LXXXVIII. Seminarium Iprenſe hæres poſuit, Anno M. D. LXXXVII.

Petrus Simons, Tiletanus Epiſcopus Iprenſis prædiſceſſoris veſtigia gnaviter ſequens, Eccleſiâ hac Annis xxi. adminiſtratâ, ſeminario ſcripto hærede in Chriſto obdormivit. Anno M. D. CV. 5. Octobris.

Ibidemque nigro ex marmore monumentum - & diverſorum ſepulchra Præpoſitorum. Altera Curialis Apoſtolorum Principi dicata Robertum Friſium authorem habet Annum natalem eundem qui à nato Chriſto 1073. eſt, niſi falluntur & fallunt annales. Erant etiam hîc rem divinam peragentes Canonici, ſed cauſa, anno, modo eiſdem quibus Martiniani per Joannem Epiſcopum amoti, nec in integrum reſtituti unquam, niſi quòd jam inde ſubſidiarii Parœco Sacerdotes umbratilem Canonicorum nomenclaturam ambire videantur. Tertiam D. Jacobi licèt quo ævo cœperit ignorem, ſcio tamen ante Annum 1199. extitiſſe, ſicut & diplomatum fide certus reddor quartum Nicolai Præſulis Sacellum Anno vindicati orbis 1202. floruiſſe. Inter ſuburbanas memoriæ vivificæ Crucis dedicatam Walterus dictus cum manu, & Margareta conjuges collapſam reſtituerant. S. autem Præpoſitus, & H. Epiſcopus Sacellano inſtituto in Parochialis oneris communionem aſſumpſerunt Anno 1278. Alteram Archangeli Michaëlis titulo per Joannem Epiſcopum Anno 1102. ſacris initiatam accepi, etſi poſteà auctam & parochiæ juribus ornatam. Utraque autem hæc ab incendio Anni 1383. deinceps non ſurrexit. Tertia D. Joannis Anno 1269. Sacellanum accepit, nec de initio ejus quicquam habeo. Quartam Deiparæ ad Brielam ad preces Scabinorum & Gelini ſervientis communitatis, Heliſæus Præpoſitus parochiam facit Anno 1196.

CAPUT II.

De Collegiata Cathedrali & Epiſcoporum ſerie.

TArvanenſi Diœceſano & per ea Rhemenſi Metropolitæ obnoxium fuit Hipretum, donec authoritate Pontificia maxima avulſum à Morinenſi & Rhemenſi cathedra hoc membrum proprio cœpit parêre Epiſcopo, & per eum Mechlinianæ Metropoli ſubcenſeri. Factum Anno poſt ſeſquimilleſimum ſexageſimo primo, cùm Martinus Balduinus ex & in *Ruhoven* Campaniæ Brabanticæ circa Endoviam pago ortus, palmamque coævis in Pædagogio Falconenſi præripiens, poſt Philoſophiæ honoratam lauream, Sacræ Theologiæ ſtudia didicit & docuit æquè feliciter, Synodi Tridentinæ teſtis, indixit Diœceſanam 1547. evulgatam Hipreti, præfuit Provinciali Mechlinienſi, & alias res magnas geſſit. Petrus Simonius Tileto Flandriæ oppido oriundus, S. Theologiæ Lovanii Doctor, Verbi divini præco eximius, ſeminarii à prædiſceſſore adornati promotor egregius, pauperumque Mæcenas unicus, & rei divinæ exemplo ſuo accuratus adminiſter, ut qui maximo omnium cum applauſu vixerit, majus ſui deſiderium reliquit. Vita functus Carolum Maſium Antwerpienſem invenit ſucceſſorem, ex Decano Antverpienſi Majorem Principis Eleëmoſynarium, virum prudentiæ ſingularis, eoque ſummis & imis acceptum, qui poſt Diœceſeos ſuæ luſtrationem magno omnium applauſu ad Gandenſem Cathedram vocatus, ſubſtitutum videt Joannem de Viſſchere Plebanum anteà ſive Curionem oppidi primarium, virum prudentiſſimum. Cathedræ Epiſcopali velut trunco in occiduæ regionis medio plantatæ, de ramis providendum erat, id eſt, de Canonicorum Collegio. Eadem itaque ſanctæ Sedis indulgentia, Præpoſitura D. Martini Abbatica in Collegium 12. Canonicorum eſt commutata, quibus adjectæ DeLetIs MorInIs eorumque Sede Teruana per Carolum Cæſarem præbendæ numero quindecim Furnis etiam è Collegiata Walburgis Virginis, undecim tranſlatæ; ita tamen ut applicata harum una fabricæ, illarum tribus menſæ Epiſcopali, una Decano & Theſaurario, altera graduatis (utor verbis in vulgo notis) & officiatis, cùm Martinenſibus univerſim ſint Canonici triginta tres. Reliquias Sanctorum à Canonicis olim aſſervari ſolitas, quia ſacrilegæ hæreticorum manus diſſipârunt, prætereo.

CAPUT III.

Cœnobia virilia.

UT Abbatiam S. Joannis alibi fundatam, huc partim tranſlatam, prætercam; Cœnobia nobilioris ſexus aliquot velut pugno comprehendo. Carmeliticum quidem primitus in Hollebeca fundatum à Domicellis loci, ſed exuſtis circa ævum Guidi Comitis immiſſo per Gallos igne ædificiis, in ſuburbanam D. Joannis Eccleſiam, fratres, ea quoque ut ſuprà dictum, incendio fœdata in tutiorem à Senatu locum intra muros commigrârunt. *S. Jans Broeders hinc dicti.* Sectatores Dominici Anno 1278. auxiliis Margaretæ Comitis ſuis ſacriſque uſibus loca adaptârunt. Franciſcani paulò antè ſenatus beneficio inprimis adjuti monaſterium extruxerunt, non ita pridem rigidiores Recollectarum leges amplexi. Patres demum Societatis Anno elapſi ſeculi 85. Collegium inſigne cœperunt extruere, & docent maximo ſtudioſorum, ut numero, ita fructu. Spes inſuper in proclivi eſt fore ut mox Capucinitæ reformationis conventum videamus. Aſpiret Deus piarum mentium hanc in rem conatui. Claudo hanc Virorum claſſem in Cœnobiolo Fratrum tertiæ Regulæ ab habitu *Grauw Broeders.*

bitu

bitu nomen adeptorum, fundato aut ſaltem dotato per R. à Flandria Elvertingæ & alibi Dominum, nunc profugis virginibus Claranis aſſignato.

CAPUT IV.

Cœnobia Virginum.

SEcundarii ſexus Aſcæteria multa ſunt, plura fuerunt. Magnum enim in conſpectu oppidi ante quatuor ſecula inchoatum Beginagium in cineres & oblivionem abiit. Alia duo titulis Hoſpitalium Apoſtoli Thomæ & Chriſtinæ Virginis eodem igne tantùm non annihilata Nicolaus D. Martini Præpoſitus Anno 1422. unita intra mœnium tuta reſtaurari permiſit. Nigræ amictu, Auguſtinianæ inſtituto quando cœperint non liquet, priores tamen eſſe conſtat Anno 1493. quo per ſententiam ægris civibus ſubſervire ſunt compulſæ. Virgines Claranæ mendicatò victitantes recenter ex vicinia Middelburgi profugæ ſedem figere cœperunt Anno 1594. Aliæ ejuſdem patrocinii ſed vitæ licentioris in Longa-marca perhibentur exortæ, & à tenuibus initiis feliciter propagatæ, vaſtato injuriis temporum templo in ſuburbanum & è ſuburbano in urbem commigrârunt, Anno præcedenti 88. declinantis Cœnobii tertiariorum loco per Senatum donatæ. De Benedictinis autem Nonnenboſci huc profugis alibi fuſiùs agemus. Rycke Claren.

CAPUT V.

Hoſpitalia.

SUam ad calcem paginam facere jubebo Hoſpitalia ægris & peregrinis deputata. Quale leproſorum Anno 1221. ærario è publico fundatum, facello & Sacellano ornatum Anno ejuſdem ſeculi 91. Noſocomium Deiparæ ad fori latus Anno 1187. à ſe inſtitutum profitetur Philippus Elſatius; ubi inſequentis centenarii Anno 8. Presbyter officio divino conſtitutus. Aliud haud procul inde ſub invocatione Virginis Catharinæ (licet Margaretæ titulum vulgus det) H. Præpoſitus Martinianus Anni 1230. litteris permittit conſtrui, & meminit *Magiſtri fratrum & ſororum* ægris ſubſervientium, quibus ad quadragenarium numerum Joanna Comes Anno qui vitæ ejus fuit ultimus dotem largiter aſſignat, Senatus Anno ejuſdem ſeculi 68. utriſque leges certas præſcripſit, & hodiè domui providet per Virgines ſolas excluſis viris adminiſtratæ. Aliud à gentilibus *van Belle* Anno ..... quibuſcumque civium ægris fovendis obnoxium lege decretali Anno 1493. lata. Aliud Divorum Ægidii, Nicolai & Annæ à Collegis & Decano Gildæ D. Nicolai fundatum cum duobus Sacellanis fa- Hooge Slecken.

tetur & confirmat Innocentius VI. Bulla Anno Pontificatus quinto ſcripta.

CAPUT VI.

Hieræcia loca.

PRoxima ſuperioribus ſunt hîc poſtrema Gerontocomia, & id genus piis relicta uſibus domicilia. Semiſaeta.

Quale Nazarethi titulo tredecim decrepitorum hoſpitio & quotidianis ſubſidiis deputatum. Quale vetularum, ſed numero majore, juxta cathedralem conventiculum inſtitutum. Quale 13. puellarum, dum per ætatem & artem poſſint vitam ſuſtinere, Gymnaſium.

Quale egenorum ægrorum incerto numero refugium, quod debilium Verecundorum vocant. Quale publicis impendiis Anno elapſi ſeculi 34. erectum, novo ex Italiis petito exemplo, quod *Montem pietatis* vocant, ubi gratis nullo fœnore aut uſura ad mutuatorem redeunte; accepto pignore pecunia conſignatur, neceſſitatibus miſerorum repentinis certiſſimum nulliuſque diſpendii levamen. Quales etiam Scholæ juventuti formandæ olim tres; Anno 1289. binæ (latinas intelligo) poſteà plures, nunc Gymnaſium Societatis cum ſeminario Diœceſano & curialibus elementorum ludis videntur ſufficere. Schamele weken. Gemeyne leenbanck.

LIBER QUARTUS. CASTELLANIA IPRETENSIS.

TErritorium Hipretenſe commodè videor poſſe dividere in Caſtellanias quatuor (adjungendo ſingulis ſua aut vicina oppida) Hipretenſem, Belliolanam, Caſtellenſem & Warneſtoniam. Primam autem mediterraneam partim Principi, partim Abbatiis aut Dominis parentes pagos plures numerantem in ſigna viſum eſt diſtribuere, quomodò antiquitus ad bella vocatam ruſticam multitudinem diſtributam conſtat. Primum conſtituo Rouſſelarium; Roulæam Galli vocant, à Rollone Barbarorum Duce fortaſſis. Municipium eſt libertate veteri per Margaretam Conſtantinopolitanam confirmata, additiſque nundinis in Septembri recurrentibus annuatim. Eccleſiam habet non inelegantem, cujus feneſtras Philippus Raveſteinæ Regulus nobiliſſimis proſapiæ ſuæ tam maternæ regiæ Luſitanicæ, quàm paternæ Clivenſis inſignibus cohoneſtavit; ille prout Toparchiam loci dotalem Mariæ aviæ ſuæ Joannis Burgundiæ Ducis filiæ, Adulpho Cliviæ Duci nuptæ, & filiorum ſecundo genito ab Roule.

ab ea relictam poſſidebat, ita ſine liberis defunctus agnato Duci Cliviæ reliquit. Haud procul templo Curia, forum, Hallæ linificum erant olim, ſed omnia his bellis deformata ruinas ſtructuræ teſtes reliquerunt. Manderam fluvium juxtim natum, perque Iſegemium & Anglomonaſterium Lizam petentem, authoritate Guidi Comitis ampliatum, & ſubvectionibus aptatum accepi. Nundinationem etiam pannificii quæſtuoſam Joannis Divionenſis Principis privilegio ſtabilitam; contubernia militaria civium à Maxemiliano Principe, poſt incendium Anni 1485. renovata. Cæterùm ab antiquo videtur muris aliqua parte cinctum fuiſſe, certè arcem habuit vetuſtam, & Caſtellanum in ea hæreditarium, quod muneris pridem Halewinii, nunc Huylandii ſibi vendicant. Sortem porrò hujus Municipii in bellis ſequi ſolent Gythenſes, & Hoochledenſes ex una, Neocleſiani ex altera parte. Secundum ſignum faciebat ſtadium gentis Noyellæ Dynaſtia & adjuncta *Roſebeca* celebris non tantùm veneratione Virginis Matris, cui annuatim menſe Julio Brugenſes voti reos novam calantulam offerre author eſt Meierus, quam pugna Gallicis noſtriſque annalibus tantùm cantata quadraginta cæſorum millibus, ipſiuſque Arteveldæ & aliorum ſeditionis rebellioniſque capitum capitibus æſtimata, Anno 1382. Tertium locum obtinebant Longomarcani cum Bieſcotanis & habitantibus capellam paluſtrem, intraque prioris ſitum Clevenſe Dominium Maldegemienſium. Quartum Honnebeca faciebat non uno titulo nobilis, Abbatia inprimis virili Canonicorum Regularium cœpta Anno 1072. per Eulpoldum & Rambartam conjuges dotata, à Comite Theodorico everſa funditus, & nunc reſtaurari cœpta cura Nicolai Oſiers Archimandritæ vigilantiſſimi Dominii partem potiorem obtinente, cujus alteram obtinet Jacobus de Vocht V. N. Et adjungebantur Paeſchendalia cum Dominio Valteri vander Gracht D. de Schirvelde, & Silvæ habitatores maximæ, intra quam Prioratus Benedictinus Houthulſtius, & Sacella duo, itemque Abbatia ejuſdem ordinis Nonnenboſci, illa titulo B. Mariæ de Buſco per Joannem Epiſcopum dedicata in uſum ancillarum Chriſti Deo ibi famulantium, teſtibus Alboldo Formeſelenſi, & Gerardo Iprenſi. Carolus autem Comes Flandrenſium Eccleſiæ *in orientali parte Ypræ* ſitæ ac ſanctimonialibus inibi jugiter militantibus terram 12. bonariorum cum *Comitatu* circa ipſam Eccleſiam aſſignat Anno 1023. Theodoricus porrò ſucceſſor tum alia proprio motu, tum rogatu *Anſelmi Iprenſis Caſtellani & dapiferi ſui*, *ſanctimonialibus* in nemore ſuo juxta Zinnebecam pauperem vitam ducentibus quædam confirmat Anno 1120. Prioriſſa primùm præerat teſte Philippi Comitis Anno 1177. & Gertrudis ejus ſororis diplomate directo ad Annam Prioriſſam & ſorores de Buſcho. Poſteà ejuſdem nominis Abbatiſſa præfuit, ad quam & ſorores *ſub regula D. Benedicti* viventes Anno 1198. ſcripſit Balduinus Comes. Cœnobium Anno 1557. reformatum, ſed mox ſupervenientibus turbis deſertum, & Anno 1604. àuſpiciis Principum, cura Caroli Houchez Archidiaconi Ipretenſis reſtitutum in Urbe. Curialem porrò forenſem Anno 1267. erigi permiſit Clemens IV. Pontifex, vetans invitâ Abbatiſſâ ullum Sacellum erigi. Quarto loco erat Boeſingemium caſtro olim inſigni ornatum & Toparchia Marchionum Bergenſium nunc, anteà Wittemiorum & Anghienſium, cui aderant Brielenſes & fanorum Joannis & Jacobi accolæ. Quinto Dickenboſch, Scerpenberg, Clyte, Kemnele cum Dominiis capitulorum Inſulenſis & Caſletenſis, & Vormeſele; hæc Præpoſitura Abbatica Canonicorum Regularium Anno 1100. inchoata celebris, illa gentilibus ſuis & familiis latè propagata. Sexto Holbeca Glymæorum Geldonia Vicecomitis ab Houtaniis derivata Dynaſtia, fundato olim Carmelitarum Cœnobio, nunc Hipretum tranſlato nobilis, cui adhærebat affinis Zillebeca Domini Freſyenſis partim hæreditas, & Santvordia Guielmi vander Vichte V. N. Dominio nota. Septimo Geluweveldia cum Bechelaria Franciſci Woeſtinii V. N. Dominio. Octavo Morſledia eleganti inſtructa prætorio & gentilium Deſpieros Dynaſtia, qui & Rollegemium poſſident, ſicut Rumbecam gentiles de Tiennes Domini de Caeſtre.

Gyts. Hoochlede. Nieukercke. Stade. Pugna Roſebecana. Langemarck. Bieſelaer. Poels-Cappel. Nonnenboſch. Caſtellanus Ipretenſis dapifer Comitis. Boeſingen. Briele. S. Jans. S. Jacobs. Vormeſele. Holbeeck. Zillebeeck. Santvord. Geluwevelt. Morſlede.

MISSENIACUM,

NOBILISSIMA

ANTHONIA DE MOURBEECK

ANTISTITE IMPERANTE,

NOBILI

JACOBO DE MASSIET

Beaurepartii Domino Balivum;

ORNATISSIMO

PETRO VAN HULLE

Scultetum cum laude agentibus;

PETRUS VANDEN BROUCKE

Senatûi ab Actis & Secretis recognovit.

Reſtituo hoc nomen ex Morinenſi Sanctologo ad tertiam Julii, ubi memoria *Sithronii martyris tranſlati apud Miſſeniacum.*

Nomen. *cum. Villam Miſenis* vocat Roberti Friſonis reſcriptum, Meſcinas Meierus, Meeſſenam Marchantius, Meſchinam Oliverius
Etymon. Marcanus. Etymon etſi vulgò è vulgo petant à trium virginum (quas Galli æquè ac Teutones *Meyskins* accentu ſolùm variato nuncupant) claram miraculis, ſanctitate, & caſtimonia; tamen ego videor meliori jure illud quærere poſſe à nundinis, non tam celebritate quàm antiquitate commendatis, & inter quatuor Campaniæ Gallicanæ Principes relatis olim.
Miſſe quid. Has enim *Miſſen* ſive Miſſas noſtri vocant, vocabulo à Romanis mutuato, eò quòd toto ex Imperio merces, vænum mitterentur & mittantur. Unde nec prodigi ſunt talis nomenclaturæ, quam nundinis Francofurtenſibus, Auguſtanis, &c. non ita Colonienſibus, Antwerpienſibus aut aliis largiuntur. Fuêre autem etiam ante oppidum, aut Cœnobium, hæ de quibus
Foreſtum farti. ago nundinæ in *foreſto Sartano* (ſic enim dicebatur) ponè Arcem novam Comitis, quæ ſita fuit haud dubiè circa aggerem
Caſtrum. agrumque *Slotlant*, id eſt, Arcis terra nuncupatum, 500. à Cœnobio paſſibus. Oppidi exordia, libertatem, leges, non altiùs quàm à Balduino Inſulano petam, limites
Supplicatio annua. Die porterie. non latiùs quàm inſtituta Alexandri Pontificis permiſſu obeunt Amburbalia; totum enim illo gyro concluſum ſpacium civitatis nomine habetur, & intraneo Senatui obtemperat. An autem ſubinde muro aut foſſis vallatum fuerit, meritò liceat dubitare, cùm alibi loca ſuperſint foſſarum no-
Stegrachten. mine inſignita, & verſus medium diem videatur antemœniani alicujus propugnaculi rudetum, & veſtigium portæ veteris monſtret monaſterii poſticum. Prætereo enim
Portæ. volens vi aliquoties ut armatum, ita dearmatum Cœnobium, eventu ſemper dubio, fine ſemper luctuoſo. Ita nimirum Anno
Calamitates. ſalutiferi natalis 1578. à præſidiario milite aggeſtis terræ molibus firmatum aliquamdiu utile fuit. Ita ante centum ferè Annos
Munitiones. ab hac munitione per turbam agreſtem occupatum, ligneiſque ſeptis circumdatum: ita Anni 1383. æſtate, per Antiſtitem muris altioribus & duabus cinctum turribus: ita per Robertum Friſonem operibus ad reſiſtendum hoſti inſtructum, ſed omnia hæc ferrea conſilia in igneum ferè colophonem abierunt, prout jam nunc doctum eo. Martis itaque & Vulcani crebas in Miſſeniacum conjurationes caput hoc ediſſeret; crebras dico, id eſt, quinque ſeculorum decurſu bis quinque. Referunt enim memoriæ Parthenones hîc loci fundatæ, Ri-
Spoliatum oppidum. childem Hannoniæ Principem oppidum hoc à Friſii hoſtis partibus ſtans diripuiſſe & ſuccendiſſe Anno poſt primam ſeculorum à redempto orbe lapſum decadem ſeptuageſimo primo. Meminerunt eædem cladis ad Annum 1127. acceptæ à Gulielmo Normanno, Flandriam infernatem vindicante, & alterius per Francos illatæ Anno ante ſeculum duodecimum Chriſti nati quarto. Meminerunt incendii ſub Annum 1380. An- Incendia. glorum laſcivia procurati, ita ut è duobus ædium millibus vix duæ perhibeantur eva- Numerus ædium. ſiſſe. Meminerunt etiam alterius Imperio Ludovici undecimi Francorum Regis, & Maxæmiliani tum Archiducis, pòſt Cæſaris, tantundem ferè domorum è cineribus reſuſcitatarum abſumentis; præter quæ recens eſt patrum & noſtra memoria calamitas, quam damno, quam querela majore Annis 1541. & 1552. nati fortè privatim ignes inſolentiori modo propagati pepererunt, oppreſſis pluſquàm 380. pannificum Pannificium florens. officinis. Noviſſimè autem à militari furore vix una toto oppido caſa evaſit, ardentibus pluſquàm 800. ædificiis, ipſoque Cœnobio à recedentibus ad flammas damnato. Et ſi quid ſupereſſe, ſi quid reſtitui potuerat, Oſtendanorum Anno ſequenti 97. impreſſione eandem fortunæ aleam ſubiit, jacente adhuc in ruinis potiori pulcherrimarum ædium portione. Dominatus oppidi & par- Dominium oppidi. vo circuitu terreni donatione Comitis Adelæ ſpectat ad Virginum Veſtalium ibi Antiſtitam, quæ ex more Hipretenſium & decreto Guidi Comitis rempublicam & juſtitiam curat adminiſtranda per Prætores ternos, magnum puta Balivum, quo nunc munere fungitur Jacobus de Maſſiet D. de Beaurepair, Porti Balivum & Scoltetum Reſpublica. perpetuos. Scabinos ſeptem annales, Archangeli Michaëlis feſto recurrente ſolitos innovari. Cives textura lanceorum panno- Pannificium. rum tantum olim quæſtum fecêre, ut in ſubſidiis provinciæ, rogandaque pecunia nonnunquam paria Furnenſibus fecerint, Mercatuſque ad quartamdecimam Octobris tanta ſoleret advenarum frequentia proficere, ut legerim Anno 1528. unis nundi- Nundinæ. nis teruncium in ſingulos pannos venditioni expoſitos expenſum, aſcendiſſe ad 646. florenos. Hebdomadale autem forum diebus Jovis & Saturni frequentatum minùs ob vicinam Hipreti nundinationem. Aſcribendi hîc natalium titulo viri aliquot clari. Qua- Viri hinc clari. lis Gulielmus Miſſeniacenſis Hieroſolymitanorum Patriarcha ante 4. ſecula, Tyrio ſæpè laudatus. Matthæus Ryck Medices penitus nuper clarus. Jacobus Crucquius Brugis politioris litteraturæ Profeſſor in Horatium eruditè commentatus, ideoque commendatus. Carolus Liebardus Theologus & Poëta non infelix: Dulcia de Meyſen Anno 1347. famigerata quòd Annos aliquot omni cibo potuque præterquàm Euchariſtiæ abſtinens, nulliuſque fraudis comperta marito convixerit. Res Miſſeniaci ſacra univerſim pendet ab illuſtri Virginum Benedictinæ ſortis Abbatia, tum Parœcia Parochia. Deiparæ dicata; quam Canonicorum duo-

Collegiata.

decim Collegium Anno 1062. ab Adela Comite fundatum & D. Nicolai vicina ædes Anno 1164. in Parochialem evecta, & Beginagium ante trecentos Annos junctaAbbatiſſæ & Senatus munificentia dotatum, Guidi Comitis principatu, & Hoſpitale à tenuibus initiis Anno 1284. coaleſcere cœptum. Fuit profectò Eccleſia hæc Abbatialis inter ſpectabiles totius Flandriæ, vario Sacellorum ordine coronata, è quibus potiora hæc ſunt. S. Magdalenæ honori dicatum à Beatrice Warneſtonia Anno 1188. Virginum maxima. Deiparæ titulo ſacratum quod Salve vocant, Anno 1228. ab Agne de ſancto Audomaro. D. Jacobo inſcriptum à Margareta de Crecqui Anno 1252. Sacroſancti flaminis Deitati proprium: Anno 1311. ab Elide d'Auxy, Bartholomæo Apoſtolo. Anno 1334. à Margareta Mourbecana, & Roosbecanum Anno 1292. à Joanna de Taſſy, omnes ſuis temporibus Veſtalium primariæ dotârunt aut ditârunt. Sub Eliſabetha autem d'Oignies Anno 1162. præbendarum decimatertia Decanalis adjecta reperitur. Sub Alide Anno 1164. curialis D. Nicolai inſtituta, cui exceptis Officiariis Abbatiſſæ, conventus, capituli & Canonicorum domeſticis omnes incolæ ſubjiciuntur. Sub Agnete Giſtellana totum odeii ædificium auxilio Flandrorum Comitis perfectum: Sub Gulielmo de Lovigni Anno 1417. ſplendida hoſpitum Domus à fundamentis erecta. Abbatia quam dixi tradux eſt & colonia Denanienſis in Hannonia, in quam niſi claris ortæ natalibus vix recipiuntur. Quales ſunt hodieque juſto virgines numero, & fuerunt à ducentis Annis hæ notarum ſtirpium Prælatæ: Iſabella Stelandia Anno 1440. Agnes de Credonio Anno 1466. Jacoba Hazebroucana Anno 1474. Agnes de Hilfault Anno 1510. Iſabella de Mourbecq Anno 1515. Joanna de Ghiſtelles Anno 1560. Jacoba de Hennin Anno 1594. cui tum ſurrogata Antonia Mourbecana collapſum ſtrenuè Cœnobium reparat & poſtliminiò ſuas ſanctimoniales velut ab exilio domum reduxit, prudentiæ titulo & rerum uſu commendata. Fuerunt etiam antiquitus Illuſtriores Margareta d'Oultre Vicecomitis Hipretani, Anno 1386. Eliſabeth Theodorici, & Ogina Roberti Friſii Flandriæ Comitum filiæ: Laurentia Comitis Giſnenſis Anno 1302. Jutta Sanctopaulini ſub idem tempus neptes, ut præteream ipſum Athelæ Roberto Galliarum Rege natæ, Balduini Inſulenſis viduæ nomen, quæ ut hîc monaſticen amplexa, ita mortua & tumulata; prout etiam è familiis Stavela, Cominæa, Morbecana, Voſſia aliquot Sarcophagi ante incendium ultimum conſpiciebantur, nunc bis mortuos, bis ſepultos dolendum clariſſimos hos equites, è vita & penè memoria ſublatos. Adela hæc ſive Athela in ſomnis tertiùm monita, Parthenonen dictam fundavit inſtigante potiſſimùm Landrico coquinario ſuo, qui epilepſia ad deſperationem medicorum laborans monentem in ſomnis Angelum ſecutus in foreſto Miſſeniacenſi fortè obdormiens ſanus & integer à morbo & ſomno ſurrexit, & curatoris ſui curioſus à ſaltuariis didicit locum illum Iconis Marianæ ſolenni veneratione & trium virginum lectiſſimarum caſtitate vindicata à Divis celebrem eſſe. Nomina earum Helwigis, Jutta & Giſelindis, patria Viroviacum, parentes infimæ conditionis, ſed non virtutis Hezo & Ida, munus gregem curare, & pabulatum ſilvatumque armenta ducere. Ita ſolitarias circa locum *Miſtich* (ubi modò Cœnobium viſitur) pari numero ſaltuarii reperêre milites eximii forma *Joannes de Stapela*, *Odo Longomarcanus*, *& Joannes de Motta*, ſollicitant refragantes ad concubitum, & vim imò mortem niſi pareant paratam minantur. Miſellæ quid agant? virginitatis jacturam facere grave, & mori præoptarent ſi intactis mori licuiſſet; ad lachrymas & preces convertuntur, & hoc ſaltem impetrant, liceat ante actum tactumque impuriſſimæ libidinis pauxillum orare. Orantes audit in vicino invocari ſolita virginum vindex mater virgo, & repentè terra dehiſcens puellulas manibus ſurſum genibus deorſum flexis vota facientes gremio ſuo excipit, & ope non humana viventibus illuſtre parat ſepulchrum. Obſtupefacti libidinum ſectatores ad ſe reverſi & pœnitentes unus in Catſtletano monte, alii in Silva Niepenſi veſtem vitamque anachoreticam aſſumpſêre. Virgines eodem quo oraverant geſtu ſub terra repertas in feretrum Adela Comes tranſtulit ſplendeſcens ingenti miraculorum gloria, quod hodieque cernitur in ſacello laterali miraculoſâ Virginis Matris Icone famigerato, ubi etiam conſpicitur capſa corpus B. Sidronii Martyris ſub Aureliano paſſi, Româ per Alexandrum Papam tranſmiſſum Adelæ, & ab Adela hîc repoſitum. Narrationem hanc ex veteri manuſcripto tranſtuli, præter morem meum fuſiùs, eò quòd codex Miſſeniacenſis ex perſonis hujus Tragædiæ neminem nominans in nonnullis videatur dubitare, & pictura Caſtrenſis ex Anglia tradat huc profugas. Adelæ porrò toties mihi nominatæ anniverſarium celebrant 8. Januarii, ejuſque memoriæ Antiſtita antequàm Miſſarum adeat ſolemnia, pecuniam ſolet in populum frequenter congregatum ſpargere.

Beginagium. — Hoſpitale. — Abbatia. — Sacella. — Chorus. — Abbatiſſæ. — Adela Comitiſſa. — Monumenta.

Landricius coquinarius. — Miraculum. — Icon Mariæ. — De dry Marien vulgò vocantur. — Caſtitas vindicata à ſuperis. — B. Sidronius. — Ritus inſignis.

JOAN-

JOANNIS BAPTISTÆ
GRAMAYE
FLANDRIÆ OCCIDENTALIS ILLUSTRATÆ
PARS SECUNDA.

PRIMITIÆ ANTIQUITATUM

CATSLETENSIUM,

ID EST, OPPIDORUM

CATSLETI, HAZEBROCÆ, ETERRÆ, WATANÆ, MERVILLÆ, &c.

Toparchiarum quatuor, Dynaſtiarum plurium, Cœnobiorum duodecim, Pagorum quinquaginta duorum.

AMPLISSIMIS
DITIONIS CASLETANÆ,

M. BALIVO,

OPPIDORUM, MUNICIPIORUM,
PAGORUM MAGISTRATIBUS,

JURIS ET JUSTITIÆ
ADMINISTRIS
ET
PRINCIPUM VICARIIS.

ILLUSTRISSIMIS GENTIBUS

DE MONTMORENCY Comitatum Eterræ, Baronatum Haveſkercke, & plura

DE S. OMER Comitatum Morbecæ, Dominatum Runſchuræ, & alia

DE MERODE Dynaſtiam Watanæ, & adjacentia

DE CORDES Toparchiam Tiennenſem & dependentia

Cum triplici juriſdictione poſſidentibus. Reliquiſque in agro hoc & limite nobiliter dominantibus, ſive habitantibus, Volumen hoc, ſive Primitias Antiquitatum offert

J. B. GRAMAYE.

CATISLETUM OPPIDUM REGIONIS CAPUT.

Nominis ratio.

ITa oppidum hoc voco præeunte Audomaropolitano diplomate, & præeunte ad veram originationem vocis, quam eliſâ ſyllabâ poſtmodùm *Caſſletum*, nunc molliore ſono *Caſletum* latinè efferunt. Diplomatis Anno 814. dati verba ſunt:

Mekerem. Varia lectio.

Villam præterea Mekeram cum appendiciis & cambo apud Catiſletum quem Rodericus dedit, &c. Drogonis autem in miraculis B. Lewinæ hæc: *Juxta mulier Caſſleti nata & à nativitate languida, contacto feretro ſanitatem recuperat.* Donatio Balinbergæ Watanenſibus per Adelam Comitiſſam facta, eam deſcribit ad occidentem Calcti montis, eliſo *ts*, ut fit, euphoniæ causâ, ut nemini dubium eſſe queat à

Cattos hic ſediſſe. Non Velocaſſiis.

Cattis hoc nomen eſſe, validiſſima Heſſorum gente, (quorum hodieque Metropolis Caſſela dicitur) non à Velocaſſiis perperàm hìc à Sabellico poſitis, ad Sequanæ Hipræque littora ponendis, prout ante me obſervavit Marchantius. Conſpicuus autem haud procul oppido mons Flandriæ eminentiſſimus, manifeſtiùs etiam nunc

Catsberch.

Catzberch, id eſt, Cattorum mons vocatur, ut neſciam, quid deſiderari poſſit apertius, quid aptius. Et ne terminatio *letum* naſutos torquere poſſet, addo præter id quòd frequentes antiquarum urbium nomenclaturas in *etum* inveniam. Notum omnibus

Letum terminatio.

Teutonicam noſcentibus *leyt* unde *letum* efformant Romanizantes, coloniam ſive ductum eſſe, unde *geleyden* eſt abeuntem tantiſper comitari. Colonia ergò Cattorum huc ducta & hinc dicta, ſed quando? id non magè notum, quàm cur in Itinerario

Caſtellum Romanorum fuiſſe.

Antonini à Teruana ad Bajacum *Caſtellum* vocetur, & an à Romanis ſtructum hoc in monte Caſtellum, & natum ex re nomen, an potiùs ab itinerarii auctore vocum duarum affinitate, & noſtri idiomatis ignorantia decepto pro *Caſſleto Caſtellum* ſcriptum ſit. Haud improbabile profectò, locum ita naturæ munitum beneficio, ut maleficio vix humanæ induſtriæ poſſit expugnari,

Romanis & Francis cultum.

nec à Romanis, nec à Francis habitum neglectui; quicquid tamen in eo aut munimenti aut monumenti fuit, barbaricas ſenſiſſe manus, & ſtirpitus iſſe in cineres. Ita ut inſcitia rerum & penuria ſcriptorum

Vaſtatum à Barbaris Normanniſque Daniſque.

cogamur urbium natales à Barbarorum receſſu & auſpicari & metiri. Invenio itaque ſpoliatum à Sifrido Danorum Duce ſub Annum ſalutis 928. cum ora Flandriæ maritima.

Reſtitutum.

Caſſletum ab Arnulpho Comite verum Magni nomen adepto reſtauratum, Caſſletum dico, id eſt, Arcem contra hoſtes Ghiſnarum in Morinis occupatores futuram.

Munitum.

Oppidum enim ejuſdem in montis acclivi muro & propugnaculis inſtructum lego, cùm Robertus Friſius titulo tutelam, reverà dominatum nepotum ambiens hìc ſedem belli delegiſſet.

Incenſum.

Et quamvis cum Apoſtolorum Principis Baſilica Anno 1131. pro bona ſui parte malo igne deflagraverit, tamen reſpiravit brevi civium magnanimitas, & damna reſarcit;

Reparatum.

ut non immeritò Philippus Francorum Rex, Ferdinando Comiti bellum illaturus inter primas habuerit curas, hanc Flandriæ clavem ſui juris facere, & præſidio firmare Anno

Occupatum ſæpius.

1213. prout ejuſdem ſæculi Anno 97. inter primas idem hanc urbem primò obviam, primò neceſſariam deditione ſuam in poteſtatem traxit, Guidoni ſubtractam. In protectoris ſui manus incidiſſe oppidum putares, quia à ferro & flamma recuperatum,

Receptum.

& incruenta fuit Regis victoria, imò paucorum dierum; civibus ſibi, ut Comiti ſuo, per leges pacis ante Anni unius à captivitate decurſum pronunciatas reſtitutis, longè aliter ac ſequentis ætatis Anno 28. cùm ager

Pugna Caſſletana.

ejus ad pugnæ arenam & aleam, arx ad tumultus & conturbationis regiam à ſeditioſis in Occidentali Flandria & rebellibus Ludovico Comiti electa eſſet, viderunt illum cæde, hanc flammis repleri, tantâ luxuriantis Vulcani pertinaciâ, ut caſum ne caſa quidem ulla effugerit. Luerant domus dominorum peccata;

Iterum vaſtatum.

mœnia interim intacta, aut ſi læſa alibi per Gandenſes alioſque rebelles, reſtituta ſunt ante Annum 1347. cùm à Francis Comiti Maleano opitulantibus ad ignes iterùm condemnata evaſerunt, oppugnationem fortiter & magna cum hoſtium jactura ferentibus præſidiariis. Pace poſtmodùm media Comiti conciliatum oppidum Anno 72. impetravit pro arbitratu Senatus poſſe omnia in circuitu clivi loca majori mole cingere, & fortifi-

Munitum iterum.

care: cui operi dum operam locant in factione decennio pòſt gliſcente, occupatur

Arx capitur.

arx ab Iprenſibus, & militari præſidio Ducce Gulielmo Botermanno firmatur, ſed per nocturnas inſidias à Nobilibus Duce necato, militibus fugatis, in parte vaſtata & deſerta eſt, durante hoc diſſidio

Oppidum ſpoliatur.

& Franciæ Angliæque viribus in Flandriæ arena concurrentibus, ab his ſpoliata, ab illis incenſa, cum ſubjecto oppido per Oliverium Cliſſonium 3. Septembris Anni 1383. id eſt fatalis toti occiduæ regioni Flandrorum. Hæc omnia toties ingeminata incommoda civitatem vincere, ſed non civium animos potuerunt, qui à flammis ſereniùs, à cædibus auguſtiùs paulò pòſt caput extulerunt, præſertim propriis ſub

Separatum quaſi à Flandria.

Dominis à Flandriæ trunco velut demembrati. Ita nimirum formatas ab Jolentide Domina leges & conſuetudines, à Francorum Rege firmatas incolæ obtinuerunt.

Privilegia ejus.

Ita authoritatem muniendi quaquaversùs oppidum Anno 1404. ita nundinas, circa Venerabilis Sacramenti ſolemnitatem, à Philippo Comite, Anno 1423. Quibus in tantum excrevit Urbs civium numero, nummis, opibus, operibus; ut & aliàs, & Anno 1430. ſolennes maximis civitatibus

Motus inteſtini.

tumultus inteſtinos non evaſerit, cùm plebecula (cui ex agro perditiſſimi quique ſe adjungebant) graviter ferens, graviores æquo, ut opinabatur, pœnas pugnatoribus ſeinvicem ſauciantibus irrogari, & conſuetudines quaſdam edicto Ducis abrogatum iri, triginta armatorum millibus ſe commoveret. Sed ad famam Ducis Philippi adventantis diſſipata, auctoribus mulctatis. Ad recentioris memoriæ clades venio, & cum eis ſanguineam hanc paginam claudo. Sub initia dominatus Maxemiliani Archiducis à Gallo Caſletum graviora ſenſit incommoda, quàm ab eodem tempore & bello Caroli Cæſaris, quo nunquam no-

Nova foſſa.

væ foſſæ limites Francicarum partium tranſgreſſi. Noviſſimis Belgii turbis Anno potiſſimùm 1578. oppidum, quippè apertum, nunc ab una, nunc ab alia parte occupatum fuit: arx ex quo aggeribus novis & præſidio fuit inſtructior, non ita, licèt centurionis proditione, rebellium dolo, non ſemel tentata, parum quin caperetur abfuerit. Ei præfuit Comes Herlii; ſed ab Anno 1584. recepta Flandria, arx haud neceſſaria, & proinde neglecta, in rudetum rediit; urbs etiam ruinis mœniorum alibi extantibus, portis patulis magè quàm patentibus

Reſpublica.

eſſe cœpit. Ad Rempublicam venio, quæ ut leges & politiam à Guidone Comite, Jolentide Domina, Philippo Bono accepit, ita caput habuit nonnunquam à Flandria aliud, tum nimirum cùm portionis hære-

Rob. Caſletanus.

ditariæ loco Roberti Bethunienſis filio cognomini aſſignatum eſt Caſletum cum territorio & vicinis aliquot oppidis & remotioribus duobus, unde *Caſletani* cognomentum induit. Is in ſchiſmate Flandricarum urbium Dux & fautor extitit Brugenſium, reſque magnas geſſit, & niſi ceſſiſſet juri antè ſuo, potuerat ad Flandriæ Comitatum tam pervenire quàm aſpirare. Vita functus & Warnetoduni Anno 1331. tumulatus, uni-

Barenſes Reguli.

cam hæredem Jolentidem Henrico Barenſium Regulo enuptam reliquit, Caſleti inter alia potientem; quod adeò manſit penes Comitis Barri hujus ſucceſſores, donec Anno 1433. ceſſit Philippo Duci pretium libertatis è carcere, ad quem bello captus devenerat. Infra Dominos ſive illi Comites, ſive ſub Comitibus Dynaſtæ fuerint, proximo dignitatis gradu cenſebatur ab omni hominum & ſcriptorum memoria Præ-

M. Balivum.

fectus, nunc Balivum vocant; olim perpetuus nec Comiti obnoxius, donec Joanna Comes compenſato aliis bonis Michaële, id temporis Præfecto, omnes ejus officii proventus ſui juris fecit, Anno 1218. poſteaque beneficiario, (non tamen ad hæredes tranſeunte dignitate, quod credit Marchantius,) poſſidendum titulo clienti cuidam ſuo aſignavit, eminentiæ tamen veteris majeſtate nonnihil decurtata. Ex quo tempore Nobiliſſimos Flandriæ habuit Caſletum Præfectos, Haluynos Cominii, Stavelos Stegræ & Haveſquercæ, Hornios, Stavelæ dominatos. Senatum annalem poſtridiè Kalendas Octobris renovat Balivus octo. Scabi-

Borgemeeſteer, Poortmeeſter. Payſiers.

nis conſtantem, quorum quatuor ſecunda anni ſequentis Conſules binos adoptant cum ædilibus quinque Et illi per ſuum Quæſtorem peculium Urbis curant, & rationes reddunt Balivo & Commiſſario Principis aſſi-

Nundinatio.

ſtentibus. Nundinatio plebis ferè armentorum eſt, & frugum fructuumque, præterque ſuprà nominatas habent ineunte ſextili & hebdomadatim à Januario ad ferias Paſchæ nundinas alias, recurrente die Jovis mercatum celebrem advenarum frequentia & con-

Fons mirabilis.

curſu. Fori & ferè oppidi meditullium occupat fons exteris admirationi exiſtens, utpotè per altiſſimorum montium venas canali ductus Anno 1532. publicis impendiis

Mons altus.

reparatus. Ea enim eſt altitudine apex cui oppidum inſidet, ut ſereno cœlo urbes in circuitu pluſquàm triginta ſit aſpicere, pagos ferè centum. Produxit Græcis Latiniſque eruditum Nicolaum Ellebodium Manutio & Lambino non ſemel laudatum. Joannem Aprum Elegiis feliciter editis notum. Pa-

Parochiæ.

rochiales Eccleſias nunc duas Caſletani habent ab Anno 1290. antè unica contenti Deiparæ inſcripta; in qua tamen Curiones duo, poſtmodùm in capitulum aſſignata portione Canonicali à Canonicis quodammodò

Collegiatâ Deiparæ.

aſſumpti. Canonici, quos dico ſub Roberto Caſletano ſex inſtituti, adjectis reliquis quinque per Petrum Epiſcopum Morinenſem (cui ſuberant uti nunc Iprenſi) prout ex diplomate ſucceſſoris Epiſcopi Luduvi-

ci,

ci factum ratum habentis dato 20. Maii, Anno 1426. didici. Poſterior tempore eſt altera Curialis Antiſtitem agnoſcens Nicolaum Tutelarem, violata vaſtataque nuperis bellis Gallicis, inque Collegiatam vicinam D. Petri tranſlata. Collegiatam intelligo viginti Canonicorum per Robertum Friſium dotatam titulo Apoſtolorum Principis, poſt victoriam in agro Caſletano partam Anno 1072. Aliqui tradunt à Roberto voti reo, alii à juſſo per Pontificem, alii ab expiaturo nepotis cædem id factum; de quo diſtichon vetus effigiei ejus ſubſcriptum tale legebatur.

Parochia B. Nicolai.

Collegiata D. Petri.

Robertus Friſius.

Hic Robertus ego viginti munera lego,
Sicut ego accepi, ſic vobis libera trado.

Et tumulus ejus in crypta humilis tali cum Epigraphe.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. LXXXXIII. OBIIT COMES FLANDRENSIUM ROBERTUS FRISIUS JEROSOLYMITANUS, QUI HANC ECCLESIAM FUNDAVIT, ANNO M. LXXII. MENSE NOVEMBRI; ET FUIT REPOSITUM CORPUS DICTI COMITIS IN ISTO LOCO ANNO M.CC. LXXXXI.

Habet hæc Collegiata & Decanum & Præpoſitum; hunc ferè claro loco natum, qualis modò D. Montmorencius Berſeæ Dominus, Vir virtute neſcias an genere clarior, in Decanum Cathedralis Leodinæ recenter electus. Parthenones etiam duæ virginum, hoſpitale, itemque Gerontotrophium, & Hierocomium fuerunt mediocriter dotata, ſed de quorum initiis nihildum reſcire potui. Recluſoria etiam à ſuburbano plura fuerunt, nunc unum ſacello inſtructum à piiſſimo Anachoreta vidimus ædificari. Concludam autem in verſu & omine quod in Moræo noſtro effert Caſletum.

Cœnobia & hoſpitalia.

Cattorum vires & Cæſaris arma Latini
Sunt fundamento gloria prima meo.
Normannûm feritas, Danûm vicinia tandem
Eſt mumimenti cauſa ſecunda mei.
Me duo Roberti, templis hic, legibus alter
Inſtruxit, urbis author uterque novæ.
Vires arma, furor Roberti quid niſi robur
Et ſitui & civi progenuêre meo?
Et dedit huic genius, natura quod indidit illi,
Fortior ut cunctis hic ſit, & illa malis.

CASTELLANIA
CASLETENSIS.

TErritorium ſive Caſtellania CATTISLETENSIS extra oppida & Toparchias in Octo dividitur tribunalia, ſingula in civilibus cauſis ſuos agnoſcentia Scabinos, in criminalibus curiam feudalem Caſtelli. Primum eorum ab Urbe nominis capiens differentiam undecim Parochias complectitur. Quarum prima ad medium diem in crepidine montis occurrit Oxelaria, caſtri veteris obruta & penè ſepulta parietinis fundamenta oſtentans & Abbatiæ Bertinenſis, aut veriùs Comitatus Arquenſis ad Bertinenſes ſpectantis latifundia. Proxima fana Mariæ & Silveſtri, illud ab Anachoreta Nicpenſi, hoc ab Hilduardo milite, ut volunt, ſtructum, nunc ex parte Principis, ex parte gentis Hornanæ. Unde egreſſis & emenſo Terdegemio gentilibus de Balliœul & de Hanneron aliquandiu partitim poſſeſſo occurrit à munitione Harduini Comitis Palatini ſub Carolo Simplice nuncupatus pagus olim celeber, agroque fertili, nunc etiam monſtrans domicilium, dominiumque de Lacquoy ad Briardos ſpectans. Ulteriùs ad ſeptentrionem pagi ſunt à Saliis appellati Semiis & veteribus, quorum hic præter prætorium Caroli de Cornhuſe Chyliarchæ ſtrenuiſſimi, & Gubernatoris Ardemburgenſis, monſtrat Caſtellum & reliquias reſidentiæ Guilielmitarum ordinis D. Benedicti. Qui primitus in Niculant propè Lynbre fundati per Arnulphum de Gynes equitem Anno 1261. titulo domus pacis, aut B. Mariæ de Nazareth, ſed inopia preſſi in hunc locum ab Henrico de Bryarde donatum Anno 1457. conceſſerunt, ubi vix undecim annis verſati impetratis terris & proventu ampliore, munificentia Jodoci Halewinii Illuſtris Dynaſtæ, in Picnam commigrârunt, ubi Cœnobium etſi miſerè per hæc bella deformatum ſubſiſtit adhuc.

Caſſel ambacht

Oxelaer.

Mari cappel. Silveſter cappel.

Terdegem.

Hardifort.

Oudeſele. Semſele.

Eſt autem Picna vetus illuſtris familiæ de Halewin Dynaſtia, quæ eò quòd Domini à Gallorum Regibus ad Ducalem & Marchionalem evecti ſunt dignitatem, habetur Marchionatus titulo ornata. Caſtro ornatur pro modulo veteris ævi ſplendido & munito, & venatione aucupioque non incommodis. Reſtat fanum Wennemari & Quadeſtrata, illud ab Heroë fundatore, hæc à viarum difficultate hibernis tempeſtatibus inacceſſa, quod reor, dictum: & denique Arnekemium pluribus nunc quidem parens domicellis, & inter alios Canonicis S. Petri Cattiſletenſis Dominis ditionis Angeſtanæ, imò Comitibus Arnecanis. Invenio enim in Bergenſi diplomate *Guidonem Comitem de Arneka* ſubſcribere, certiſſimo indicio Comitatus hîc olim ſtabiliti, in cujus ſplendore hoc tribunal concludo.

Peene & Zuyt peene.

Wennemaers cappel. Quaedeſtraet.

Arneke.

Comitatus.

Secundum tribunal ad ortum Steenvordiam continet, nobilem & oppidi inſtar Dynaſtiam, gentilium van Belle pronuper, nunc Euſtachii de Vieſville nobiliſſimi Equi-

Steenvorde.

tis. Intra cujus ambitum Prioratus eſt aut meliùs appendix Commendariæ Caſtrenſis Equitum Melitenſium titulo S. Laurentii & Hoſpitalarium à Virginibus religioſis procuratum. Sed de quorum initiis nihildum licuit cognoſcere, ſicut nec de ſacellis eorundem Equitum ſive domibus S. Bartholomæi & S. Cari intra ſeu juxta Wendeſaliam conſpicuis. Cæterùm videtur hoc loco Caſtellum dominiumque Anthonii de Helſauit V. N. & in Godevardi campo Domini de Wames dicti d'Aſſignies peculium, in Weſtoutre Polinchoviorum, in Boeſſcep Bellenſium, olim non contemnenda prætoria, etſi nunc bellis fœdata.

Wimmezele. Godevaers-velt. Weſtouter. Boeſſcep.

Tertium Tribunal Houdegemium gentis à Caſleto dictæ dominationes, & Waloncapella Prætorium Domini Eeckhoutani monſtrans & ſuburbanum Hazebroucanum ab Hazebrouca municipio celebri denominatum. Municipio cum juriſdictione ſingulari & propria, quod leges à Philippo Elſatio, nundinas in Junio & forum diebus lunæ ab ejuſdem nominis Burgundiæ Duce, nomen ab Haza Viro potenti, & curialis, quod notant Annales, feudatore, ſitum in loco ferè paluſtri, famam textrina linearum telarum, & pannificio, olim opes commoditate rivi effoſſi ductique in Lizam per nemus Niepenſe accepit, & gaudet omnibus oppidorum privilegiis, Senatu ſeptemvirali, lege peculiari, menſura & nundinatione propria, collegiis ſagittariorum & Rhetorum populo per opificia diviſo, niſi bellis civilibus afflictum fuiſſet optimo cuivis non injuria comparandum. Tangit Niepenſem ſilvam Flandriæ amœniſſimam, in qua Niepa Borraque torrentes Lizam augentes piſcationi, prata agrique adjacentes aucupio, nemus venationi inſignem præbet commoditatem. Arx ibi regia, ampla, valida, proventuſque opulenti, quam coluêre ornâruntque ædificiis Robertus Caſletanus, Mathildis Philippi Elſatii & Iſabella Philippi Boni viduæ. Primique opus eſt foſſatum exterius, cum turri antiqua, ſicut ſucceſſorum Jolentidis Flandrenſis Comitiſſæ Barenſis opus eſt horologium campana Annum præferente, Roberti Ducis Barenſis Anno 1396. fundatio Cœnobii Ordinis SS. Trinitatis de redemptione captivorum, vulgariter de *Pratonano* dicti, ubi dudum celebris & clara miraculis Icon, & peregrinatio *Virginis Mariæ de Pietate.* Iſabellæ autem debetur poſt Annum 1457, quæ pertæſa curarum Aulicarum huc ſeceſſit, non tantùm erectio & ornatio majoris Eccleſiæ SS. Trinitatis, ad ſtadium Caſtelli, ſed & Gerontocomii vetularum in atrio Caſtelli, quod majori minorique aulæ interjacet, erectio: valetudinariique extra Caſtrum, intra tamen curiæ ambitum fundatio, in ſacello Caſtri novem clericorum inſtitutio, Torrentium ad ſubvectionem lignorum in Lizam ampliatio, murorum, foſſarum, turrium, aularum, cœnaculorum, totiuſque Arcis ſtructura aut reparatio. Sepelivit eadem hîc Anno 1485. inteſtina Fernandi fratris ſui, & anniverſarium 5. Junii inſtituit. Caſtellanus huic loco datur à Principe, ſive Gubernator, idemque totius territorii cenſetur Venator, & nomine Comitis intereſt rationum redditioni, & quæſturam obtinet totius ſilvæ quinque appendices habentis; Mottam putà caſtro inſtructam, Niepam ſacello recluſorio, Pradellam .... Borram .... Mervillamque quam minorem Villam quidam, alii Minariacum Cæſaris indigetant, utrique malè. Cùm enim teſtibus Duacenſium ſchædis veteribus locus hic à ſitu paludoſo *Broylus* vocaretur; Abbas Morandus ad Annum 701. non minùs celebri ſanctimonia, quàm nobilitate, eam à ſuo nomine appellavit, & cùm priùs *Morundville* gallicè, vel *Morandghem* Teutonicè diceretur, ad facilitatem denique *Moerville* & *Moerghem*, & mox *Merville*, *Mergen* cœpit appellari, prout ante me notavit H. Scrieckius; de cujus ſententia alibi dicetur, ubi de Minariaco antiquo. Viſitur adhuc ſacellum, ubi anachoreticam ille egit, & Amatum Senonum Antiſtitem ab Ebroino Magiſtro Equitum ſede ſua pulſum hoſpitio excepit, & defunctum ſepelivit pietatis fama longè inclareſcentem & miraculis peregrinos & opis egentes ad tumulum invitantibus. Normannis porrò Flandriam pervagantibus, tranſlatus eſt ad Duacum Caſtrum uterque, in ædem Virginis Matris, quam hic ſua induit nomenclatura, & hodieque Dominium Municipii ſpectat ad Canicos ibidem. Municipium vocant quia libertatem, Senatum, nundinas, forum, leges & pannificii quæſtuoſam nundinationem habet, hinc ſilvæ, illinc Lizæ gaudens commoditatibus, & è vicino aſpiciens Belliprati Abbatiam Virginalem Ordinis Ciſtert. inter Gorgæ Lizæque decurſus fundatam Anno 1220. menſe Decembri, vigilia Silveſtri Papæ per Danielem Advocatum Atrebatenſem, Bethuniæ Dominum, confirmante ſequenti mox Anno donationem Roberto Bethunienſi fratre, & Adamo Morinenſi Epiſcopo. Prima porrò hujus Cœnobii fundatio in Vico foſſa mille circiter hinc paſſibus debetur Roberto de Abatia, cujus donationem Anno 1204. *G. Prior totuſque conventus Abbatis Villæ* probavit, & reperitur D. Bernardus hîc ſtruendi Cœnobii olim conſilium præſagus dediſſe. Vetuſtatem præ ſe fert locus & ſervant Religioſi brachium S. Quilini, cujus ope plures curantur à languoribus. Niepenſem ſilvam, cùm undique celebres cingant Dynaſtiæ, ab ortu videt *Vletera*, caſtro gentis Vignacurtiæ nobile

Houdegem. Walscappel. Hazebrouck. Privilegia ejus. Niepenboſch. Arcis fabrica. Cœnobium. Gerontocomium. Collegium clericorum.

Tenances. Motte au bois. Pradeles. Mervill. Broylus. Cella Morandi. Duacum caſtrum. Privilegia. S. Quilini. Vleteren.

nobile Dominium, patria Jacobi Meieri Poëtæ clariſſimi. Strazela Ludovicum Boddens Flandriæ Quæſtorem virum prudentiſſimum Comarcham nacta, Berkinia Pliſſiaco Prætorio nec uno loco Gribovalliorum ornata latifundiis, Berkiniam dico meridionalem; juncta enim cum Baronatu *Hazekercano* (Haveskerckam nunc vocant ejuſdem cum Hazebroca appellationis pagum) Comitatui Stegrenſi recens acceſſit, nec diverſos olim à Stegra Dominos unquam habuit.

Stazele. Noortberkin. Zuytberkin. Haveskerke.

Ad occidentem ſacris profaniſque titulis illuſtris eſt Mourbeca, ædificiis & munitionibus, ſplendido Caſtro, privilegiis, ſuorum Toparcharum prætorio genere, captoque in acie apud Pictones Joanne Gallorum Rege, Anglis victoribus, nobilium celebritate inſignis Toparchia, illuſtris familiæ de S. Audomaro latè hic dominantis antiqua hæreditas, ad Comitatus apicem à Philippo Rege evecta, etſi erectionis Comes non adierit poſſeſſionem. Ager hic lætus eſt omnium fructuum genere, inprimis autem ceraſorum, paſcuis etiam laudatur, adeò ut coagulum lactis vaſis incluſum ſignatumque in exteras provincias, ipſam imò deferatur Hiſpaniam. Versùs Lizam porrò & medium diem Tiennenſis patet Toparchia, & Steenbeca Caſtro non carens Marchionis de Bonivet ex gente de Cordes & Crevecœur ſimiliter latè ſe extendens amœno ſitu, ampla juriſdictione. Cui adjacet Bouſingemium Abbatiæ Gandenſis peculium ab Arnulpho Marchione Flandrorum *cum banno & camba* donatum, aut reſtitutum.

Mourbeca. Lins laus. Tienes. Bouſingen.

Sed hæc de Toparchiis duabus monente ſitu, quaſi extra ordinem dixiſſe ſat habens, ad tribunalia redeo.

Quartum Tribunal conſtituunt Stapela & Bavinchovia Prætorio ornata, quarum titulos ſuis adſcribit Dionyſius de Maſſiet V. N. & litterarum omniſque humanitatis dotibus inſtructus; & videtur, ut hæc antiqui poſſeſſoris, ita illa ſtabulationis mercium referre memoriam.

Stapel. Bavinchove.

Quintum facit ſola Runſchuria à bovili, ut ſit, nominata, Caſtro dominioque Mourbecanorum nominatim Gisleni Equitis clariſſimi, viciniaque gaudens Abbatiæ Ciſtertienſis Virginum à claro Mariſco dependentis, quam vulgus deſertum vocat, de cujus fundatione aliàs agam.

Reunſchure. Nieuwenhoven. Woeſtine.

Sextum efficiunt *Zercla* & *Ebbelgemia* ſolo mihi nomine nota, quas è propinquo reſpicit *Tiliæ* nomen indutus Vicus, gentilium eadem appellatione natalitium, & ulterius ad foſſam novam, Liſæque alveum *Wintera*, *Blaregemiumque* prætorio Oubefortio Vignacurtiorum nominatim Domini de Fontaines nobile.

Zerele. Ebbelgem. Linde. Wintre. Blaregem. Oubenfort.

Septimum conficiunt fanum Segeri & Bollenzalia, hæc nundinis annalibus circa Julii frequentata, & miraculis interventu Deiparæ, quæ referente manuſcripto Codice rubeæ Vallis in Brabantia Anno 1429. cœpit abortivos ſive mortuos natos, evulſos ſive ſuffocatos uſque ad adapertum baptiſmum vitæ reſtituendo inclareſcere. Ubi cis paucos annos ab agricola fodiente repertus fuit cantharus ex alba terra, ingens, ore anguſto, in quo duo millia numiſmatum includebantur cum effigie ac inſcriptione Poſthumi in Gallia Cæſaris à Lolliano devicti, atque cæſi. Adjacet verò Ravesberga Ciſtertienſis Abbatia Virginum, de qua aliàs.

Zegers-cappel. Bollenzele.

Octavum Broxelæ, Lederzelæ, Rubrocæ, & Volkerinchoviæ ſolo mihi nomine notos pagos complectitur, in quibus prætorium Brabant dirutum Philippi de Berges D. de Plantin poſſeſſio, aliaque plura. Atque hæc quidem tribunalia Principem ſummæ juriſdictionis compotem agnoſcunt, alia ſuos agnoſcunt Toparchas, qui Vaſſalli Principis. Quorum quatuor primi ſunt Comes Stegranus, qui & Baro Haveſquercæ; Dominus Watenæ, de quibus nunc: Dominus Morbecæ, & Dominus Thiennesſæ; de quibus anteà quædam tetigi. Cæteræ ad Valvaſſinos ſpectant. Qui omnes in caſu reformationis judiciorum civilium & feudalium, ſortiuntur in curia feudali Caſletana.

Broxel. Lederſeel. Rubrouck. Volkerinchove.

ETERRA

COMITATUS ET OPPIDUM.

Minariacum. Mervilla unde.

Minariacum non eſſe Vicum, qui hodierno die Mervilla dicitur, ſed eo in loco fuiſſe, ubi nunc ex una parte Liſæ eſt Comitatus Stegrenſis, ex altera finis Atrebateſii ad pontem Liſæ, qui nunc dicitur pons Stegrenſis, notavit Adrianus Scrieckius Senator Iprenſis, qui diu præturam geſſit Caſletanam & Stegrenſem: *Mervilla*, inquiens, *quæ à pleriſque perperàm Minor villa dicitur, primùm Morandi villa dicta eſt à Divo Morando, qui eo in loco quondam Sylvæ Niepenſis angulo omni ſanctimonia vixit. Sed nulla ibi unquam, quod memoriæ traditum ſit, antiquitatis veſtigia aut munimenta extiterunt; nec locus ita ſitus eſt, ut Minariacum antiquum eſſe potuerit.* Ad locum verò pontemque Stegrenſem omnia ſic concurrunt, ut non ſuperſit dubitandi argumentum. Antiquiſſimum illud itinerarium quod Antonini Pii nomine circumfertur, à Caſtello (nunc Caſſel) per compendium viam Tornacum ducens, Minariacum interponit: ſic etiam Camaracum versùs. Et via antiquitus lapidea, lata, & rectiſſima, quæ adhuc dicitur *de Heerſtraete*, id eſt, via exercituum,

Pons Eterræ. Stegers-brugge. Heerſtrate.

cituum, Caſtello Stegram ducit, quo in loco ſe trifariam dividens, Viroviacum, Tornacum, Cameracum, & in Atrebates tendit. At dum per viarum, & Sylvæ adjacentis anfractus, Caſtello itur Mervillam; via ſecundùm itinerarium non per compendium duceret Tornacum, ſed per diſpendium ad dexteram, ita ut neceſſariò poſt digreſſum ſeſquihoræ & ampliùs revertendum eſſet levorſum Stegram. Inſuper ad Pontem Stegrenſem inſtratum Liſæ, antiquiſſima rudera multaque numiſmata Romana diverſis temporibus eruta fuêre. Decennio quo ibi Præturam geſſi, bis mihi allata ſunt aliquot ænea Antonini, quædam etiam hac inſcriptione,

Viæ militares.

Numiſmata antiqua.

DIVA FAUSTINA PIA.

Alia.

LUCILLA AUG.

Vetuſtiora quædam Franciſcus Maeſterus germanus meus, nunc loci Prætor Anno præterito 1608. ibidem reperta ſervat, &alia alii. De Mervilla autem nil ſimile auditu. Minariacum verò à Barbaris vaſtatum creditur, nec poſteà ſurrexiſſe. Diviſis deinde agris pars in Stegram ceſſit, pars agrum dictum Allodium *Laleu*, Steghers ſcalam denotat. Tractus ille Liſanæ vallis, ibi aſcendere incipit Caſtellum, & Balliolum verſùs, ita ut veriſimiliter à primo aſcenſu nomen ſumpſerit. Hæc Scrieckius.

Minariaci vaſtatio.

Etymon Stegræ.

Et hæc quidem prima Oppidi hujus ætas, cujus à clade Normannica redivivi natales audacter attribuo Dominis Betuniæ, qui ad utramque hanc Liſæ ripam imperârunt, & decimas, imò *Altare de Eterra* (ſic enim indigetant) Abbatiæ Scowenſi donârunt, probante Adamo Morinorum Epiſcopo: Altare dico, vel, prout aliá ſchæda habet, Eccleſiam, id eſt, *Matrem*, ſeu principalem & curæ ſuæ alas ad utramque fluminis ripam longè lateque extendentem. Quod cùm creſcente fidelium numero minùs commodum animarum ſaluti, laborioſumque Paræco videretur; Joannes Morinorum Antiſtes, ad preces Roberti Teneramundæ & Betuniæ Domini, Sacellum de gurgite à Stegrenſi abſolvens Parochia, in eminentiam Curæ evexit, ſervata Matri debita obſervantia, & certa per Annum recognitione. Cùm autem omnia hujus ævi reſcripta conformiter *Eterram* vocent, *Villam* hanc, dubitavi aliquando, annon Comes Eterræ (*le Comte d'Eterre* Gallis) quem in expeditione G. Bullonii inter alios nominari video, hinc fuerit. Deinde annon Minariacum, quod à Romanis in latinam terminationem detortum haud dubiè *Myn ryck*, id eſt, regnum meum, ſive mea terra, quomodò *Cortryck*, *Sameryck*, *Weruryck* appellantur, ſignificat, lapſu temporis in latinæ originis vocem *meam terram*, & denique *Me-terram*, &

Domini Betuniæ.

Altare de Eterra.

Eccleſia mater.

Gorghue.

Comte d'Eterre in exped. ſacra.

Minariaci etymon.

tandem *Eterram* apud doctos abierit, & inde ad vulgum pervenerit. Cogitavi, inquam, donec me revocavit, ſaltem in dubium, Sanctologus vetus Morinenſis, ubi annotatur ad 6. Kalendas Junii. *In Etii terra Covordovico memoria S. Vedaſti, qui altare ibi conſecravit, & reliquias Sanctorum impoſuit.* Inſignis herclè antiquitas, nec levi brachio perſtringenda. *Etij terra* hæc noſtra eſt, Etij haud dubiè clariſſimi Galliarum Ducis anno 453. de Hunnis & Attila triumphantis, qui more Romanis recepto fines Imperij munire ſategit, & fortè hîc aliquando ſedit, juxta Caſtellum præſidio inſtructum, Armamentarium ſupellectile, Turnacum, Cameracum, Curteriacum potentiſſimas Urbes, Atrebates, Nervios, Morinos gentes bellicoſiſſimas, ad fluminis aucti ripam, nec procul ab Oceano. Indeque factum, ut Herois tanti præſentia, ſuccedentium poſt cladem Hunnicam incolarum animis firmiùs hæſerit, quàm Minariaci vaſtati triſtis memoria. *Covordus vicus* nunc locus eſt intra limites oppidi, veteri inſtructus Sacello, ſed nullam modò Vedaſti venerationem recolente, quod uſibus fratrum SS. Trinitatis de redemptione captivorum applicavit Joannes dictus *Berkin*, Miles, ad annum 1228. ope dictorum fratrum liberatus è manibus infidelium, donationem ratam habente Mabilia Caſtellana de Ipra & Balliole. Et viſuntur tumuli veteres in hac ædicula Dynaſtarum familiæ de *Bailloeul*, *Antoing*, *Doulieu*, hîc loci ſuis temporibus dominatorum. Cæterùm ex fundatione ſupradicta videor colligere, iam tum Dominos de *Zuyt-berkin* aut eoſdem cum Eterrenſibus fuiſſe, aut illos horum beneficiarios, cùm nunc utrumque Dominium ſit conjunctum. Deinde Caſtellanos Ipræ & Ballioli ſummi in Eterra juris compotes fuiſſe poſt Bethunienſes, aliàs non confirmaturos donationes à clientibus factas. Quò facit, quod munitio pontis Eterræ tempore Philippi Auguſti Regis Gallorum Inſulam obſidentis, concredita fuerit Hugoni Balliolano, unde forſan non injuria poſſent oppidi exordia repeti. Munitio quidem hæc ſemel iterùmque demolita eſt, ſed Caſtellum à Dominis in ſupercilio Liſæ extructum eſt, non illo quidem loco ubi hodiernum viſitur, ſed altero juxta Urbem, ubi ædificiorum fundamenta ſubinde eruuntur. Præter Arcem autem fuiſſe etiam oppidum ornatu, armiſque ſuis inſtructum, etſi veroſimile ſit, centum conjecturis perſuadentibus; tamen clades bellorum, quæ Liſanum hunc tractum ſæpiculè afflixerunt, effecerunt, ut ante annum 1383. quo per Anglos Eterra tanta quanta erat in cineres redacta eſt, nihil litterarum repererim, & imò cogar ab illo anno hodiernæ Urbis mendicare cunabula. Acceſſerat Eterrenſibus

Item Eterræ.

Etiius Dux.

Caſſelt Ermcnieres.

Covoorde.

Cœnobium SS. Trinitatis.

Zuyt-Berkin annexum Eterræ.

Caſtellani Bellenſes hîc dominati.

Munitio oppidi.

Caſtrum vetus.

Vaſtatio oppidi.

bus Dynaſtis, nuptiarum, an alio titulo incertum, Baronatus Hazekereanus, ab Haza Viro potenti, ut aliàs docui, nuncupatus, & communes utrique loco Domini elegans intra Baronatus dicti ambitum habitabant prætorium, fluminis allapſu, & Sylvæ Niepenſis vicinia gaudentis; ſed bellis Gallicis, poſt annum milleſimum quadringenteſimum, cum domo Burgundica gliſcentibus, ſolo æquatum per Teruanenſes, deinceps non ſurrexit, Dominis in interiora ſecedere malentibus, & florentis oppidi Eterrenſis non diſſimili commoditate delectatis. Itaque extructum Caſtrum hoc magnificum validùmque in crepidine fluminis, area, turribus, cœnaculorum, & cubiculorum ſerie ſplendidum, Sacello & Presbiteris ad ſacra per Philippum Stavelum dotatis, non egens. Eccleſia Curialis ampla & tumulis Dynaſtarum honorata, in primis duobus, altero Joannis de Staveles Equitis, Domini d'Iſengien & Eterræ, &c. à Conſiliis & cubiculis Cæſari, Gubernatoris & M. Balivi Caſletenſis, Dominæque Franciſcæ de Mailli Uxoris ejus elevato, perſonis ſepultorum eleganter inciſis, planum ſedecim ſtemmatibus frontem ſive arcum occupantibus: altero ex alabaſtrite ſimiliter & ſplendidiori Schemate Philippi de Staveles cum hac inſcriptione.

Parochia.

Tumuli Dynaſtarum.

HEROI FORTISSIMO ET ILLUSTRISSIMO,
D. PHILIPPO DE STAVELES, BARONI DE HAUMONT, HAVESKERCKE, EQUITI VELLERIS AUREI, CONSILIARIO SUPREMI CONSILII STATUS, ET TORMENTORUM BELLICORUM SUPREMO PRÆFECTO.

QUI IN TUNETANI REGNI EXPUGNATIONE, NAVALI AD ARGERIAM EXPEDITIONE, SOLYMANNI E PANNONIA EXPULSIONE, JULIACO, GERMANICO ET GALLICIS BELLIS SUB CAROLO V. IMP. INVICTISSIMO, ET PHILIPPO HISPAN. REGE POTENTISSIMO SUMMA CUM LAUDE ET GLORIA MILITAVIT.

VIXIT ANNOS LIII. MENSES V. DIES XXVII. OBIIT VII. KALENDAS JANUARII ANNI M. D. LXII.

DOMINA ANNA DE PALLANT, COMES DE HERLYES, DOMINA DE LA BASSEE, PONT DESTAIRES, FRESNOY, &c. MARITO CHARISSIMO ET SIBI POSUIT.

VIATOR ILLIS BENE PRECARE.

Et ſciendum Joannem Stavelum improlem, gentis propagandæ ſtudio, præteritis ſororibus nepotem ex fratre Philippum hæredem Eterræ & Haveskerekæ declaraſſe, eâ tamen lege, ut ſi quando genus maſculinum deficeret, illæ aut earum hæredes poſtliminiò hæreditatem recuperarent. Quod factum mortuis Philippi ſupradicti liberis Florentio Harlienſi Comite, Gubernatore Caſletano, genero Comitis Egmondani, Anno 1603. in Septembri ſepulto apud Lenſenſes, & Philippo Dynaſta de Glayon in oppugnatione Tornacenſi, anno ætatis 19. cæſo, & apud Baſſeenſes ſepulto. Tunc enim per aviam Joannis ſororem ſucceſſit Ill. NICOLAUS MONTMORANCIUS Dominus de Vendegies, de Conſilio Status, & Præfectus ærario Principum Archiducum Belgii, cujus meritis effectum, ut hoc ipſo anno 1611. Eterra in Comitatus dignitatem ſit erecta, quod felix fauſtùmque ſit. Præter Curialem porrò, de qua hactenus, excipiendis ægris, egeniſque peregrinantibus deſtinatum Hoſpitale impenſis Mariæ Anghianæ loci Dominæ locupletatum & reſtitutum eſt, poſt incendium Anni 1403. & tandem ſororibus tertiam D. Franciſci regulam profeſſis concreditum, quas Bella advocatas Anno 1462. docuit me vetus Bellenſe diarium. Eſt & Hierocomium vetus à Dominis familiæ d'Engien & d'Antoing locupletatum, & indulgentiis per Martinum V. Pontificem Anno 1426. publicatis excitatum. Ex quibus omnibus liquidò conſtat Antonienſes, & Angianos, ante Stavelos, hîc rerum potitos, quorum Engelbertus creditur potiora Caſtri novi loca extruxiſſe, renovata à Philippo Stavelo. Sed hæc ſacra ſunt, publica etiam intereſt conſiderare. Libertatem Civium, & ſcita ab antiquo uſitata renovavit Ludovicus Maleanus, Civium, inquam, tam Urbicorum quàm foraneorum. Hebdomadale forum dixi..... & nundinas annales feſtis Magdalenæ & Criſpini cum libertate quindecim dierum confirmârunt Principes in Martio Anni 1515. & in Junio 1606. Senatum etiam Balivo, Advocato, & ſeptem Scabinis, totidemque Juratis ex parte Dynaſtarum jus juſtitiamque adminiſtrantem, immediateque ad Concilium Provinciale recurrentem, Graphiario, Apparitoribus, Nuncio jurato ſignato utentem, Bannos, Mulctas, Statuta politiæ pro arbitratu concipientem, & pro roſtris convocata campanæ pulſu multitudine publicantem, pœnâ infringentibus illatâ. Sigillum etiam peculiare ad cauſas (in campo mediatè argenteo rubeoque crucem concolorem dentatam inverſamque præferens) & quod maximarum Urbium rarius eſt privilegium, contra-ſigillum habentem, aliaſque plures tam Dynaſtæ, quàm oppidi eminentias & emolumenta circa vectigal potorium, coctoriumque, ponderarium, menſurarium, viarium, ſignatorium, nundinarium, ſtabulationem armentorum, & pannorum, &

Familia Stavelum.

Item Montmorencia.

Erectio Comitatus.

Hoſpitale.

Tertiariæ. Leproſarium.

Familia d'Engien & d'Antoing.

Libertas Civium.

Nundinæ.

Reſpublica.

Privilegia.

Sigillum.

& jus ſiſtendi renovavit ſupradicto Anno Cæſar, cùm didiciſſet vicinam Gallis Eterram ſæpiùs hoſtium impreſſiones, incendium decies & quinies paſſam, Principum indulta & privilegia nec vitio nec demerito ſuo perdidiſſe, ideoque jure optimo non tantùm in integrum reſtituendam, ſed & ampliore prærogativa donandam. Ut autem civium multitudo & Civitatis præſtantia aliquantulùm poſſit æſtimari, exempla aliquot producam ex veteribus memoriis excerpta. Carolo quinto poſt partam de Francis victoriam ad Pontem Eterræ flumen tranſeunte occuriſſe, præter terna Sagittariorum tam arcubus, quàm ſclopeto certantium & privilegiis gaudentium collegia accepi, ex Urbe & terrâ hac armatorum duo millia, palmamque inter omnes Liſæ accolas retuliſſe. Ante incendium Anni 1474. cùm inſignis Eterræ eſſet pannificii celebritas & quæſtus, tribunal, judices, decanos, æſtimatores, ſignaturam, & promercales alibi officinas habens, ferunt intra mœnium portarumque ſepta exſtitiſſe 874. textrinas, è quibus non obſcurè quis multitudinem urbanam queat æſtimare, & ſuburbanum conjicere. Nunc porrò linificii major uſus eſt his locis, & gratia Tincturæ, & alutariorum coriariorumque operis nota hujus oppidi ubique recipi, agnoſcique conſuetis. Qua negotiatione ut famam opeſque nanciſcitur, ita Dominorum titulis honorem & gloriam. Recenter enim ejus potitus ex hæreditate avita NICOLAUS MONTMORENCIUS, Eques omni Heroicarum virtutum genere refertus, Eterram, ut dixi, in Comitatum Nobilem erigi per Principes obtinuit & meruit, cujus titulis & Illuſtriſſimæ familiæ è terra ſurget Eterra, & reponetur in aureo Cyllenii fano, conſpectis poſt tot bellorum & fortunæ laſcivientis nubila, hujus Phœbi radiis, id eſt, virtutibus. Ampliùs ſi quid Romanæ antiquitatis nomen, Etiani nominis memoria, Vedaſtinæ memoriæ reverentia olim loco attulit, idem nunc refloreſcens Montmorenciæ gentis veterrima majeſtas, NICOLAI Comitis auſpicata dignitas, utriuſque ſplendor & magnitudo, Eterræ redivivæ poſtliminiò reponet.

Incendia plura. *Tres Gildæ.* *Pannificium.* *Mœnia & portæ.* *Linificium Coriorum apparatus.* *Comitatus.* *Omen.*

WATANUM

OPPIDUM ET TOPARCHIA.

TRadunt incolæ, & author eſt Meierus, hanc Batavorum eſſe coloniam; addo ego per Romanos redactis in poteſtatem Batavis ſive reductis, ductam, nec vana fide, aut conjectura. Illi enim grandia patrare & pati, ſuperba & ætatem ſi non æternitatem ferentia extruere opera ſueti, uti his locis habitaſſe ex hiſtoriarum collatione, itinerum militarium delineatione, repertorum præcedenti ſæculo numiſmatum inſpectione clarum evadit: ita nulli dubium eſſe poteſt cavernas, & cuniculos ſubterraneos montis, cui monaſterium inſidet, viarum item occultos meatus, & maximè ſpectabiles Caſtri veteris ruinas, & fundamenta Meiero non tanta inſpicienti, ſeu æſtimanti. Mons eſt, quem dixi, in extremis Caſletenſium, qua Corum ſpectant, finibus alto vertice, radices legente fluvio Enula, in quo Toparchis Watanenſibus jus eſſe conſtituendi duodecim cygnorum paria Anno 1397. pronunciavit Philippus filius Regis Franciæ, Flandriæ Comes litteris ad 6. Octobris datis. Cœnobium autem in eo authorem agnoſcit Robertum Friſium Comitem; à quo ſub Annum 1072. conſtitutus Olfaidus Sacerdos religioſiſſimus cum Canonicis diſciplinæ regularis, acceptam ab Alfuino presbytero ædiculam D. Richarii auxit, vertitque in monaſterium. Et ferunt hunc memoria D. Richarii præterita, venerationem D. Nicolai conatum introducere, ſed obſtitiſſe populi Menapienſis eò ad ſacra Richarii ſtata quotannis confluere ſoliti conſuetudinem. Regularium primos aiunt ex D. Ægidii Leodicenſium Cœnobio vocatos; exinde tutelaris ſui patrocinium huc pertraxiſſe, quibus ſanctitatis opinionem vitæ integritate promerentibus Adela Friſii mater attribuit *Balinbergam*, ad occidentalem plagam *Caleti* (ſic enim ſcribitur pro *Caſleti*) montis, ſuper fluvium Penam: Joannes Advocatus Atrebatium & Hermetrudis ejus uxor 220. jugera agri in Stenis, Petinghem, ſacello Erenboldi: Gilboldus Fleternenſis Eques in Thiggabuſco jugera viginti, alii alia donaverunt. De quibus Præpoſitorumque ſerie ſecundis curis fuſiùs ediſſeram. Hic tantùm ſuffecerit dixiſſe Cœnobium ædificiis ſic ſatis magnificum fuiſſe, & Theoderici Elſatii tumulo eleganti honoratum. Toparchiam porrò Municipii à duobus ſæculis fuiſſe gentilium de Eeckhout. Quorum Cornelius inſuper Vicecomes de Rouliers litteris in Septembri datis Anno 1448. ſua munit authoritate ſodalitium civium titulo D. Sebaſtiani, ratum habente privilegium Philippo Duce Anno 1453. Joannes inſuper Oigniaci Arteſiorum Dynaſta reperitur Anno 1481. Joanni filio Oigniaci Domino Merkegemium, & quædam alia transferre. Ex quo tempore hæſit Watanum Oigniaco conjunctum, & cum eodem tranſiit ad Illuſtriſſimam gentem Merodiam, poſſidente nunc Philippo Frentziaco, & S. Imperii Comite, ex peregrinatione Jeroſolymitana Equite S. Sepulchri, ex legatione ad diverſos Principes, SS. Celſit. Oeconomo,

Colonia Batavorum a Romanis ducta. *Antiquitates loci.* *Enula fluvius.* *Cœnobium.* *B. Richarii ſacra.* *D. Ægidii tutela.* *Balinberch.* *Flu. Piena.* *Steen. Petegem. Erenbodeghem.* *Toparchæ.* *Sodalitium D. Sebaſtiani.* *Merkegem.*

mo, Viro à litteris, prudentia, & virtutibus magno. Cæterùm Municipii hujus libertas prima à Roberto Comite, altera à Philippo provenit. Leges & Senatus, Reipublicæ forma, à Dominis triplicis juſtitiæ & aliorum jurium compotibus. Nundinas annales cum nundinatione hebdomadali Carolus Quintus confirmavit. Contubernia terna militaria Joannes Oigniacus formari aut confirmari probavit. Cameras Rhetorum alter eodem nomine ſub Annum 1501. Pannificii decreta & immunitatem Philippus Dux corroboravit. Juriſdictio ampla eſt, & ditio varietate grata montium, collium, agrorum, paſcuorum, ſilvularum, fluminis in Oceanum ducentis, molis attractoriæ, qua naves ultra aggerem ſive repagulum ſiſtendo fluminis decurſui factum tranſportantur, piſcatione, aucupio, etiam venatione. Quæ omnia eò Dynaſtis ſunt promptiora, quò major etiam extra Watanum eorum patet dominatio, ratione Dominiorum Merkegemi, Wulverdegemi, & Haveskerkæ & Ammaniæ de Noortvierſchare omnium propè diſſitorum.

Reſpublica. Nundinæ. Gildæ. Pannificii jus. Wulverdegem. Haveskercke by S. Omer.

BELGIOLUM.

Etymon.

Quod ut tua, Prudentiſſime Senatus, induſtria vivit,
Ita ad tuum mittitur ſeu remittitur Patrocinium.
Cum voto Perenni, ut magis magiſque floreat;
Et ſe tollat ſupra diſparis Fortunæ nubes,
Solis exemplo, more & efficacia.

VOcem hanc cùm Annales fidenter probabilis narratiunculæ velo palliatam obtrudant, & Meierus, ut apparet, patriæ ſuæ ambiguus nunc hanc, nunc Balliolí tutam aſſignet Nomenclaturam, eò audaciùs profero, quòd Hannonicum ejuſdem in vulgo nominis vicum didicerim ante Annos quingentos *Belgioli* titulo innotuiſſe, & didicerim non futilibus Magiſtris, Odonis putà Cameraceni Antiſtitis, reſcripto, & Chronicis Guiſianis; ut non diſſimulem, uno omnium litteratorum conſenſu antiquitatis laudem Flandrico huic oppido dari, conformiter traditioni majorum, aſſerenti, in maritima miſſos, Duce neſcio quo Arto, colonos à Belgarum Principe, qui lapſu ævi creſcentes in gentem magnam, à paludinoſis acceſſibus *Morinos* ſe vocârunt, ſtructoque in planitie læta ſimul ac lata ad inſtar magnæ urbis Belgarum oppido, nomen à patriæ ſuæ vocabulo diminutum impoſuerunt. Ex hac Tungrenſis Lucii hiſtoria, ſi quid lucis Belgiolanis & laudis accedere queat, viderint priſcorum titivillitiorum curioſi; mihi ſatis fuerit, rem aliis non tacitam, non tacuiſſe, & huc faciens Moræi noſtri diſtichon adjicere.

Balliœul. Colonia Belgarum.

Balliolum vocor à Belgis, belliſve, latet me.
Hoc certum, bellis quòd ſine bella fui.
Hoc certum bellis Belgas cùm Roma ſecuta eſt,
A Belgis dictum Belgiolum profugis.

Luſus ad nomen.

Et hoc conformiter ſententiæ Meieri in minori rerum Flandricarum decade, tomo tertio: ubi à profligatis per Cæſarem Belgis ad paluſtria Flandriæ profugis conditam ait ſuam patriam, quam tamen addit in veteri codice *Bellulam* vocari.

Paluſtria Flandriæ.

Oppidò initium ab Arce, arcis ruina à Normannis reſtauratia per Arnulphum Flandriæ Marchionem, ſi vera referunt Annales Bertinici. Munitio Caſtri ſub Roberto Friſio, Mænitio oppidi ſub eodem, quod ne cui præſentis ſtatum ævi æſtimanti mirum videatur, licebit ad fundamentorum fidem recurrere, aut ſi ea malorum mole conſepulta ſunt ruderibus ſuis, reliqua poſt cladem nominum indicia, indicio ſunt certiſſimo. Habes juxta forum, locum aggeris antemuralis, nomine Muerdyck, & aliam foſſæ oppidanæ titulo natum Steegracht. Habes Caſtri locum lippis & tonſoribus notum, & natam inde Caſtellani dignitatem. De munimentis atque muris & foſſis quodammodò certum evadit, licèt non ejuſmodi fuerint, ut Gallico Anni 1213. bello, exercitui potuerint reſiſtere, cujus ferro & flammis omnia patuerunt, & paruerunt. Ab hac calamitate cives reſpirare vix cœperant, cùm alterum fortuitò incendium dimidium oppidi conſumpſit; unde Chronicum.

Initium Oppidi. Muerdyc. Steegracht. Vaſtationes.

baLLIoLUM inCendItUr.

Tulit inſuper frequentes calamitates hæc Flandriæ plaga, frequentes ab Anglis Galliſque clades, ab Hipretenſibus etiam fullonibus unicam, ſed omnium maximam à Clocestrio Duce Anno redempti orbis 1436. cùm uno flammarum impetu, quicquid ædium publicarum, ſacrarumque, & privatarum erat (erat autem magnificè, & frequenter habitatum, mænibus licèt tum deſtitutum Belgiolum) in cineres abiit. Adeò ut ſequenti Anno, turris Eccleſiaſticæ fundamenta, & curiæ triennio pòſt poni cœperint. Quid referam Anni 1505. trecentarum ædium exuſtionem, cum oppidi Archivis & ampla pulcherrimarum antiquitatum ſegetem? Quid repetam Anni 1582. Nonas Sextiles, totius municipii conflagratione celebres, illa tam luctuoſa, ut dubitem an Flandria aliquam viderit luctuoſam magis.

Calamitates. Archiva.

Tanta autem Anni quinti ſupra ſeſquimilleſimum, & tanti fuit ruina, ut ab eo neceſſe ſit Oppidi redivivi natales ſupputare. Libertatem enim & jura municipalia, Carolus Cæſar Anno ejus ſæculi 17. innovavit, nundinaſque Anno ſecundo impetratas Septembri celebres reparavit; Senatus formam, & reipublicæ normam præſcripſit, hanc à Caſletenſi, illam ab Hiprenſi petitam. Hinc annuatim illorum more

Reſtauratio. Reſpublica.

re Advocatus cum Scabinis 9. & 4. Conſiliariis quos *Pacificatores* indigetant, à delegatis Principum creantur. Novem dixi, tot enim ab Anno 1556. extitêre, cùm ſeptem dumtaxat eſſent antè, quibus à conſiliis & actis eſt M. Giſlenus à Poortere, à litteris & prudentia commendatus. Adminiſter Juſtitiæ Balivus eſt è Nobilibus provinciæ quiſquam, & Scholtetus in civilibus exactor & executor. Illa nunc dignitate fungitur Adolphus de Pamele noti generis & prudentiæ, vicarium habens Joannem van Ryſport virum à Muſis & Muſarum comitibus Gratiis nutritum, ingenio genioque liberali, hac Ægidius Waele induſtrius & prudens. Denique Caſtellani dignitas eſt hæreditaria gentis Liedekerkæ & Baronis Heulenſis modò. Plebs textura tincturaque laneorum pannorum rem facit non viliter, & quamvis tanto miſeriarum pondere nuper preſſa, tamen ſic ſatis animosè habitat, & damna reſarcit. Ornatur Belgiolum civibus inter litteratos ſubſellii Jacobo Meiero Flandrarum illuſtratore, Petro Pintaflourio Nerviorum Epiſcopo, Ægidio Koninc Theologo Doctore & olim docente Lovanii, Roberto Straleſio Græcarum Pariſiis Profeſſore laudatiſſimo & burſarum ibidem fundatore. Petro Bollio Societatis Jeſu à Gregorio XII. in Indias ablegato, Franciſco, Joanne, Philippo vanden Corre variè doctis: Judoco Cortewile Equite Calatravæ, Gulielmo Cornhuſa Præſide, & Franciſco Roſa Conſiliario Parlamenti.

Caſtellani.

Viri clari.

Res ſacra.

Parochia Antiſtiti Vedaſto inſcripta à Morinenſi olim, nunc Hipretenſi Epiſcopo dependet, plurium in ambitu ſacellorum mater, quatuor nominatim à totidem cœli plagis nomen adeptorum, licèt non ita pridem, quod ad medium diem viſitur D. Joannis, in parochialis eminentiæ partem authoritate ordinaria evectum ſit. In hac quotidianum horarum canonicarum penſum exſolvi paſſus eſt Joannes Morinorum Epiſcopus; quod hodieque ſervatur, ſuaviſſimo Muſicorum cantu alternante, ad qualem vix reliqua auditum Flandria admirabundus cecini.

De vier Hoecken.

S. Jans cappel.

Muſica.

Quid audio, aut non audio? ſtupet ſuo
Victa arbitratu mens, Moretur herculè
Niſi ab aurea aure iſtud melos hauririer,
Niſi ſuperùm bilance ponderarier,
Niſi Dearum verſibus celebrarier,
Et Jovis ad epulas ducier vel dicier.

Antiquitas.

Curionem agit modò Jodocus à Peyſlere Archi-presbyter tractus fuêre autem in hac curiali epitaphia Prætorum & Valvaſorum territorii nominatim Petri de Cerf Equitis, & Claræ de Cornhuſe conjugum Anno 1440. viventium, Joannis de la Douwe Anno 1480. florentis, Balduini de Eka militis Jeroſolymitani & aliorum. Fuerunt & aræ veteres ætatem inſcriptam circumferentes, quod Bellarminus controverſia 3. l. 4. c. 12. non tacuit, referens à ſacrilego impoſtore Anno 1571. aras demoliente novitiumque à Romanis inventum culpante, unam inventam à pluribus, ut docebat, ſaxis fideliùs quàm hominibus commendata inſcriptio, ſeculis dedicatam. Viſuntur in municipio diverſi ordinis, ſexus ejuſdem fœminei Cœnobia 2. Auguſtinianum civibus morbo, etiam contagioſo affectis aſſiſtens, probante Guido Namurcenſi regulo inchoatum, Franciſcanum authoritatem faciente Morinorum Anno 1486. Antiſtite reformatum. Fuit & Beginagium, ſed Auguſtinianis, fuit & Prioratus D. Anthonii à Comite Flandriæ inchoatum, ſed dote per Philippum Bonum aucta, & horarum canonicarum decantatione inſtituta Abbatiæ D. Joannis Morinenſium annexus Anno 1562. Guydus porrò ſupradictus Belgiolum quoad vixit, poſſedit dono cognominis Patris, Flandriæ Comitis, Anno 1287. morte ejus ſine liberis comitatui reünitum. Quomodò anteà Margareta Conſtantinopolitana idem Joanni ex filio Joanne Dampetræo nepoti dederat in ſolutum bis mille librarum Pariſicarum patri in ratam hæreditatis maternæ aſſignatarum annuatim, ſed à patruo Guydo redemptum. Nec ab alio quopiam liquet oppidum territoriumque Belgiolenſe poſſeſſum fuiſſe, niſi ſi à vetuſtiſſima & dudum, ſaltem quoad primogenitos, inter-mortua gente Balliolana. Quo cognomento cùm plures ſint & ſuperſint familiæ in Belgio, noviſſimè intereſt illam quæ vulgò *van Belle* appellatur è Belgiolo ad Schaldim ſive *Scelle-bella* oriundam, aliam quæ Hannonibus à *Balliaul* ſcribitur è Belliolano circa Athum proficiſci, tertioſque qui titulo *vanden Belle* innotuerunt ex agro Luceburgico eſſe. Hos porrò noſtros in diplomatibus ſignaſſe *de Bella*, & dominatos his locis videri, eò quòd Cœnobiis Bertinenſi & Clari Mareſci prædia & decimas donaverint ſita in Allodiis ſuis terræ de Bella. Quod niſi dicamus, non video unde Caſtellaniæ huic, Belgiolenſi inter Iprenſem & Caſſetanam inconcinnè procurrenti, nullaque proportione aut commoditate utriuſque pagis ſe ingerenti, inventa aut deſignata fuiſſet juriſdictio; eò magis quòd Caſtellania ipſa feudum olim Dynaſtæ Mourbecani extiterit, permutatione inter Walterum de Revenges Mourbecanum, & Guidonem Comitem inita ad Flandros devoluta. In qua præter 4. angulos de quibus ſuprà, ſuo quidem Senatu, eodem tamen cum oppidanis Balivo utentes, pagi ſunt hi. Imprimis verſùs Caſſetum ſive Caſtellum Romanis non ignotum conſpicitur alter à caſtris nomen adeptus, dominio Thomæ van Tienes Bertenum inſuper poſſidentis

Cœnobia.

Domini.

Familiæ Nobiles.

Caeſtrec

Berten.

tis Baronis Heukelemii apud Sicambros Viri nobilis & prudentia clarus, Prætorioque & feudis, itemque Eccleſia picturis veteribus condecorata, & ad extremum Commendaria Equitum Melitenſium hoſpitalis
Tempels-hoff vocatur. S. Joannis in Jeruſalem. Fuerat hæc olim Militum S. Templi eleemoſynis fidelium inchoata, & per Principes confirmata, quod me docuerunt litteræ Philippi Comitis Anni 1182. ſed eis extirpatis acceſſerunt, prout alibi fere, bona hoſpitalariis Joannitis, Commendatorem hodieque ſubmittentibus obnoxium M. Præceptori Franciæ. Cætera pagus eſt latè patens, agroque paſcuo imprimis commendatus, Dominuſque proximi Berteni, ut dixi, gaudens dominatione è vicino partem montis Cattorum aſpicit procul conſpicui, & in vertice geſtantis molas binas, alteram olcariam, frumentariam alteram.

Adjacet & angulum facit (quem & nomini indidit)
Eck. Ecka caſtro eleganti inſtructa, piſciniſque & venatione grata, gentis Bellanæ ad noſtra uſque tempora dominium, à Petro de Valentia viro primario nuptiis aliiſque titulis acquiſitum, patria Wulmari Bernardi Jurium Lovanii Doctoris. Ex
Meterne. Meeres. alia autem parte Belgiolum reſpiciunt Meterana, & ulteriùs Mariſcum pagi ſolum Comitem agnoſcentes niſi quæ Comitis olim munificentia intercurrit Præpoſiti Caſletani juriſdictio. In quibus hoc peculiare & è veterum ſervitiorum norma; ut municeps ibi, & ex eo etiam in aliis terris nati, liber ſit à cenſu capitis Principi debito, nec integrum ſit ulli cedere juri ſuo, aut in alterius Domini ſive oppidi jus concedere, niſi priùs exſolutâ omnium bonorum decimâ. Juxta hujus porrò curialis ambitum capella eſt Dul-
Doulieu. cis loci, per Balduinum de Balliolo equitem Anno 1250. dotatum prædiis à Scockenſi Abbatia in feudum teneri ſolitis, quæ eadem à Joanne de Balliolo terras quaſdam acquiſiſſe reperitur, probante Anno 1226. Mabilia Caſtellana de Ipra & Balliolo, & ſequenti Anno 27. Hugone Caſtellano de Ipra & Balliolo. Unde colligitur ampliùs eoſdem utrobique Caſtellanos aliquando fuiſſe. Mariſco confines ſunt pagi plures ab Eccleſiis cognominati, coque vetuſtatem redolentes, & veterum pietatem; in eiſ-
Nieuw-kerck. que præcipuum Neocleſiæ municipium & Dynaſtia ante vaſtationem Anni 1582. inſtructa templo turrique egregiis, foro, nundinationibus hebdomadalibus privilegiatis decorato, macello, ſtrato, vicis, varioque opificum mæchanicorum genere, curia Scabinorum 7. tribunal & leges continente; legibus, ſigillo ad cauſas, menſuraque granorum propriis, collegiis Sagittariorum ternis, ſclopeto, arcuque tam æreo quàm chalybeo certantium; cameris Poëtarum binis in certamine publico, priore litteris Anni 1548. inſtituto collegiis centum, poſterioribus ante Annum 1434. claris, & more aliorum privilegiatis, Gandavi Anno 1453. agnitis, titulo bonæ mentis & amœni genii: imprimis autem ludo litterario idiomatis Græci Latinique impenſis municipum adornato, tamque ferraci virorum præſtantium, ut plurimi hac occaſione indigenæ emergentes, ad præcipua Reipublicæ munia ſint evocati: Nominatim Petrus Taiſpil, & Jacobus Martinius Conſilii Flandriæ Præſides clariſſimi, Jacobus Heſſelius à Conſiliis primarius, & Vicepræſidens, omnes recenti memoria. Nec populi minor fama fuit ob pannificii celebritatem; cujus venditioni non Ipræ tantùm & Gandavi, ſed & Antverpiæ, lociſque remotioribus hallas ſeu officinas habebant, privilegiis Caroli Pugnacis, Maximiliani, Philippique muniti, & nuper decreto 24. Maii Anno 1558. leges & ſtatuta in hunc finem conſecuti. Sed hæc omnia civilis belli flamma abſumpſit, & periiſſent, niſi animos haberent incolæ malis majores, & contra fortunam nitentes. Ecce Anno 1608. novæ curiæ ſeu hallæ jacta fundamenta. Ecce turrim è ruinis exſurgere; Templi curialis choros tres, cum cruciato opere ad latus reſtitui, textrinam pannorum levioris lanæ floccis interſtinctorum, quos *Bayen* vocant, reduci, & laudem invenire apud exteros, & imò privilegiorum deperditorum fatali iſto igne vindicationi & augmentationi cives intendere, auſpiciis Caroli Comitis Egmondani, qui inter alia hanc Dynaſtiam ex domo Luxemburgica adhæreditavit, in quam tranſtulerat Anno 1503. Jacobus Luxemburgicus, D. Fiennæ & Armenteriæ, aurei Velleris eques, ceſſione per Iſabellam de la Douwe hæredem Meulembecæ & Nieukerkæ, Georgiumque van Schooris equitem, ejus maritum, facta; cujus Iſabellæ majores hæreditarii Comitum Flandriæ Pannetarii, (ut nota licèt barbara voce utar) fuerunt, teſtibus litteris Ducalibus Gildam D. Sebaſtiani confirmantibus Anno 1434. ſic nominantibus Joannem D. Neocleſiæ Pannetarium. Nec nomine nec ſitu diſſidet à ſuperiori. Niepkerka, quaſi Niepenſem di- Niep-kerke.
cas Eccleſiam, peculium prioratus Benedictini veteris pridem Collegio Societatis Jesu apud Iprenſes attributi. Intra cujus ambitum conſpicitur gentilium de Wicque Prætorium Oosthuſen à ſitu nuncupatum, quod nunc obtinet Vir Nobilis Martinus, Henrici illius J. C. Conſularis Bergenſis, qui de deſcenſu Chriſti ad inferos ſcripſit, filius, tali patre digniſſimus. Ulteriùs porro dominium eſt à ſaxeo opere, ſive mole dictum Steenwerka, Roberti de Tourmel Zoe- Steenwerc.
terſtediæ vicinæ Baronis, coque Mariſcalli Flandriæ hæreditarii, Viri genere, virtute, & fama inclyti, juriſdictionis amplitudine & pro-

proventu, his locis non mediocri gaudentis.

Vleninchoven. Dravouter.

Præter quam reſtant in Belgioli tractu Vleninchovia Caroli Claerhoutii Domini d'Ardoy Prætorio, Dravoutera Giſleni de Sancto Audomaro Morbecani Dynaſtæ; Nobiliſſimique Herois dominio clara, nec alio mihi nomine hactenus nota.

LIZA

GALLO-FLANDRICUS,

ID EST,

Oppidorum & vicorum Lizæ, Flandriam bilinguem ſeparanti incumbentium, & è proximo aſpicientium illuſtratio.

Ampliſſimis, Prudent. Ornat. Viris
Ad Reipublicæ Armentarienſis clavum ſedentibus,
Labor hic & codex ſacer eſt
Merito, jure, ratione volentibus;
Nec enim aliud oppidum plus malorum tulit, animi ſervat,
Nec cives alibi virtutis & pietatis ſunt amantiores;
Nec litterarum aut humanitatis ſtudioſiores.
Meritò itaque rerum geſtarum ad teſtes auctores ſuæ hiſtoriæ
Ratione litterarum munus ad Philomuſos mittitur.

Cum voto multiplice.

Ut floreat ſemper inter & ante conſortes civitas:
Ament ſemper, ut ſolent, jus & æquum indigenæ:
Nec hæreſis, genius, aut fortuna mala noceat,
Nec Mars aut Vulcanus deinceps aliquid poſſint,
Sed gratia, ipſaque omnes beet felicitas.

Hoc oro, Hoc voveo.

J. B. GRAMAYE.

ARMENTARIA.

Vocem hanc audienti neſcio quid Romanum videtur, ſinuoſos capitoſæ appendicis anfractus petere & tympana quod Philoſophus dicebat pro foribus pulſare. Et certè certus ex relicta poſteris commentariorum fide, Juliana hîc terrarum caſtra gloriæ materiam quæſiviſſe, quæſivi anne ut armatis, ita armis Hoſpitia provinciatim adornârint, & exemplis ad utramque ſolis plagam certior redditus, credebam pro *Armentaria* Armamentaria ſcribi debere, donec opinionis meæ fundamentum evertit Santologus veter Morinenſis Eccleſiæ annotans *Dedicationem Capellæ, D. Vedaſti propè armentariam.* Armentariam ſub armentis utique propiùs & probiùs derivatam quàm ab Armis; quorum copiam & bonitatem graminea in vicino, hiemali diluvio impinguata ſuppeditant, ut non immeritò urbs hæc in Moræo noſtro jactetur.

Oppidi nomen. Armamentaria Romanorum. Capella D. Vedaſti. Paſcua.

Armamenta mihi dederint, Armentane nomen,
Neſcio, & ambiguus pectora ſenſus agit.
Nam dum Armenta ſuam, ſuam & Armamenta putabunt,
Commoda ditabunt civem utriuſque meum.
Palladis armatæ ſum gnata, ſobrinaque caſtæ
Penelopes, vario ſueta colore trahi:
Artes doctâ togâ atque ſago, valeoque voloque
Duplicibus telis clara per ora virûm.

Reſpicit laudatum poëma ad celebritatem pannorum inprimis quadricolorum, qui occidui orbis nundinatione non contenti, in Aſiam & ipſum Byzantium delati requirunt operam tantæ nonnunquam frequentiæ, ut paulò minùs mille textrinas in oppido numerarentur. Ad munitiones etiam naturæ & artis beneficio tam validas, ut noviſſimis armatæ hereſeos tumultibus Inſulenſium & *Specula*, & *Propugnaculum* extiterit, militari inſtructiſſimum præſidio, contra acerbos Flandriæ perduelles factum id etiam facile; eò quòd authoritate per Cæſarem facta Annis ab hinc centum extenſa ſint pomœria, compageſque ceſpititio opere circuncircà ductæ, portis adjectis & ponte foſſis aquæ ductilis injecto, cœptum, inquam, ſeu cogitatum hoc urbis incrementum Anno 1509. perfectum, Anno ætatis ejuſdem 80. & niſi ſic intelligit qui Armentariam munitam recenter, recenter ſcripſit, hallucinatur; quid ergò dices ſecularis tantùm eſt hæc urbecula, nec antè civium potens, fortunæ patiens, quia inermis? Nequaquam, fuerunt & ante annum nati ſalvatoris 1329. fuerunt tenuis ſpatii *foſſata*, cum vallo exili, tum ab hoſtibus ſuperato, portiſque hinc inde quaternis omniumque ut nomina, ita reliquiæ ſunt obviæ omnibus forum à limine ſalutantibus; & hinc mos perſeverat cùm à proceribus Caſtellaniæ citatoriæ diriguntur exprimendi *Dedens les vieulx enclos*, id eſt, habitantes intra veteris oppidi concluſi ambitum.

Panni quadricolores. Textorum hic frequentia. Munitio oppidi. Pomœria producta. Muri ſtructi. Layſus Marchantii. Foſſata. Portæ. Vetus oppidum.

Oppidum cum Lyſa intermeante bipartitum ſitus ratione annumeratur partim occiduæ, partim Gallicanæ Flandriæ; tamen obtinet harum magis quàm illarum partium cenſeri, dicique in codicibus antiquis *Armentiers Ley la lyz*, id eſt, cis Liſam, ob id haud dubiè, quòd civitas primitiva & civitate prius *Caſtellum*, in ripa Inſulis obverſa

Duplex oppidi ſitus. Liza fluvius. Caſtellum.

verſa ſtaret, ſed bellorum injuriis obnoxia, feliciùs in Flandrico littore reſurrexit, prout & hodiè intuenti evadit manifeſtum.

Ejus everſio.

Caſtrum autem Dominorum nonnumquam ſedes ejuſdem & belli & Anni quem ſuprà dixi impetu crediderim everſum nec reſtitutum, quòd Toparchæ vicino *Erkengemio* fuiſſe videbantur.

ERKEGEM,

Hæreditarius porrò eſſe, & præeſſe ſolet Caſtro Præfectus *Caſtellani* titulo, annexamque Dominio nemoris Grinceriani *Bois grenier*, dignitatem obtinet *Antonius de Varenne* Vir nobilis, & virtutis notæ idem parium Caſtri primus, paria faciens cum gentilibus *de la Chapelle* brevis ſilva (*Cortibus*) Henniniis *Portingale Bettys peregriniaci* (*Pelgrius*) & aliis alibi dominantibus, & clientela apud Dynaſtæ Armentariani pares profeſſis univerſim numero 12. exiſtente.

Caſtellanus.

Parez 12.

Rumor eſt in plebe, & opinio in Litteratis, fuiſſe locum hunc Meluſinæ (notum eſt tam hiſtoriis quàm fabulis nomen) peculiarem, ab eaque poſteros, qui Luceburgi nomen hereditârunt, obtinere. Argumento Statuæ, ut aiunt, Meluſinianæ curiæ ſummo conſpicuæ. Ego ex Phalenpinenſis Cœnobii archivo doceor, longè aliter ſe rem habere, & *Armentariam* natale cognomentum & Dynaſtiam fuiſſe nobiliſſimæ ſtirpis, licèt dudum intermortuæ, ex qua *Hellinum* equitem invenio, & *Clementiam* Anno 1220. dotatricem ſuprà nominati Monaſterii. Et reor per connubium aut Mariæ Anno 1229. defunctæ cum Rogerio, aut Mathildis Anno 1311. cum Joanne Caſtellano Inſulenſi tranſiiſſe in Inſulanam, & ab hac eodem matrimonii jure in Luciburgicam Fiennæ imperantem familiam, cujus dominatu primaria cum oppido decora acceſſerint, curiali prætorio gentis ſuæ inſignia impoſuêre. A Luceburgiis autem poſtremò devoluta eſt hæc hæreditas ad illuſtriſſimos Batavorum Egmondæ Comites Gaveræ principes, & perſeverat penes Carolum aurei velleris equitem, & Comitatus Namurcæi gubernatorem heroem virtutis & fidei probatæ.

Meluſina D.

Statuæ curiæ.

Familia de Armantieres hic rerum potita.

Item inſulana.

Item Lucebur-gica.

Item Egmon-dana.

Et tali titulo *Egmondæ Princeps* Reipublicæ Armentarenſis princeps eſt & prætorem Juſtitiæ adminiſtrum creat, & Scabinorum ſeptem collegium, olim annuatim, nunc exacto biennio variari ſolitum. Hoc ex placito nuperis ſub Maximiliano turbis concepto, illud ex reſcripto Anno 1208. dato. Nec pœnitenda eſt hujus conciliabuli authoritas, à qua pendet quæ *ſcoris* (*Argentarium* propriè vocant) & aliorum ſecundi ſubſellii officiatorum conſtitutio, legum formandæ Reipublicæ & Statutorum circa mercimonium latio, & promulgatio: cujus ſententiam quamcunque executioni mandandam non obſtante quâvis appellatione decernitur Anni 1550. ſententia: cujus peculium gravatis tam Nundinationibus quàm nundinis augere per *Diploma* Anni 1413. permiſit Anthonius Brabantiæ Dux uxorio nomine hìc rerum potens. Nundinas annales intellige binas, partim Anno proximè dicto per Joannem ducem Burgundiæ conceſſas 9. Maii, partim ab Archiduce Alberto Anno 1606. Junii 18. impetratas quorum hìc longa civium præſidio difficili gravatorum patientia, illæ loci omni tempore ob mercaturam notabilis commoditate ſe motum confitetur.

Prætor.

Scabini.

Argentier.
Privilegium ſcabinorum.

Poteſtas aggravandi mercimonia.

Nundinæ.

Civium patientia.
Comoditas Mercaturæ.

Lunaris porrò & venerei dierum hebdomadales feriæ ab antiquo extitêre.

Eccleſia curialis Armentariæ quemadmodùm Epiſcopatui Atrebatum obnoxia eſt, ita Vedaſto patrono eorundem inſcripta, non inelegantis illa ſtructuræ, nec dotis parocum nunc adepta, verùm politioris & melioris litteraturæ copiis inſtructiſſimum, nec minùs Theologiæ & prudentiæ laudibus rarum, Fr. Moſchum editis aliquot eruditionis eximiæ libellis famigeratum; cui dum familiariter convivo, dubium quo ſufflatus enthuſiaſmo, inquam.

Parochia.

Fr. Moſchi laus.

Pro concione qui tonantem Tullium,
In parthenone qui canentem Apollina,
Aut in Senatu differentem Julium,
Audire vult, excurrat Armentariam,
Moſcum videns qui hac non videt nihil videt.

Sacellani ad rem divinam & precum horariarum penſa exolvenda ſunt, & ſunt à duobus ampliùs ſæculis teſte Epitaphio laterali, Preſbiterum celebrantem referente, cum hac Epigraphe ridiculi gratiâ hìc adſcripta. *Cy giſt ſire Jacques Pale Preſter ſen Pere, ſe Mere ſen Frere & Sœurs & Lottin ſen valle qui trepaſſa en le* 1400. *anne*, id eſt, quo tempore *Jacobus de Combles*, ibidem parœcum agebat, & præfectum octo ſacrificulorum inter aliam ſacram ſupellectilem aſſervantur in hac æde Vincentii notabiles reliquiæ & celebri popularium pietate coluntur. Ampliùs intra urbis & parœciæ limites conſpicictur Capucinorum à ſex annis conſtructa habitatio, cui ut eſt inter alias dotes, hic populus ſedulitatis ad ſuperſtitionem, pietatis ad invidiam ſtudioſus & publico locus, & privatorum largitate reliqua ſunt aſſignata. Alterius ſexus Franciſcanæ ſunt triginta numero egenorum hoſpitiis ægrorum ſolatiis deputatæ ante annos quater triginta, Monaſticæ habitum amplexæ dotatæque non nihil Hellini Malbroucq ejus hæreditatem quandam ſtruendo Hoſpitali aſſignantis. Quò etiam fecerunt legata quæ *Chriſtophorus Momanus*, Viennenſis Auſtriæ Canonicus Imperatorum Cæſarum Ferdinandi eleëmoſynarius, Rodolphi

Sacellani

Reliquiæ ſs.

Capucini.

Greſeæ.

dolphi ſecundi pædagogus pios ad uſus reliquerat. Gerontocomium autem, & ſacellum fovendis certo numero pauperculis cum ſenio aut morbo luctantibus inſtitutum Anno 1562. impenſa *Catharinæ Viperiæ* Hendric de Heule viduæ, auctum ab aliis. Schola porrò pauperum maſculis 20. puellis 10. docendis & partim educandis inſtituta eleëmoſynis Jacobæ d'Eſruelles Anno 1598. Præter quam non tacenda Muſices & muſarum diatribe nonnunquam enutriti *Philippus Montanus* ſuprà laudati eodem nomine nepos, apud Pariſienſes Theologus, & Joannes Heem Lovanii profeſſor Academicus; uterque burſarum ad ſubſidia popularium Armentarenſium teſtamento fundator, prout acta collegii Lilienſis hîc, ſorbonenſis ibi me docuerunt.

Gerontocomium.

Schola.

Viri clari.

Burſæ ſive ſubſidia Armentenſibus relicta.

Sine cothurnis nunc tragicum agam, & furioſa funeſtaque cataſtrophe, ex laudis & lucis theatro aufugiam, tribus verbis calamitates quæ oppido huic obvenerunt tranſiturus, ſed levi pede, ut ſolent qui per ferrum, & flammam. Meierus ad Annum milleſimum treceteſimum undetriceſimum de Satisberienſi & Sutfolcio Anglicorum auxiliorum ducibus agens (*Hi*, inquit, *abs Hipris profecti quadrageſimali jejunio Armentiriam* (ſic enim ille ſcribit) *ex itinere precibus Hiprenſium ſunt aggreſſi, & quòd iſthinc Genuenſes Gallorum ſtipendiarii, & agro prædas frequentes agerent, defenderunt ſe initio Armentirii fortiter; ſed victi ſtatim fuêre, ac diſſipati, captumque eſt oppidulum, direptum & incenſum.* Idem ad Annum ejuſdem ſeculi octuageſimum ſecundum dum ait *vaſtatum & incenſum omnium Liſæ tractum*, Armentariæ non obliviſcitur.

Clades oppidi.

Ab Anglis.

Die Altera Anni 82. ſeculi ſequentis ſic Heuterus. *Miſſaque Delphinus* (Luduvicum Galliæ regem intelligit) *manu Picardorum Armentarias deprædatus incendit.* Fortuitorum denique Anno 18. & 89. ſupra ſeſquimilleſimum ignium illius totam, hujus bonam oppidi partem depopulantium luculentur rationes publicæ & memoriæ meminerunt, ut ne quicquam in calido hoc tractu niſi alienis manibus tractem, concludam in memorabili eventu circa Nicolaum Forchevelle Capitaneum civium, qui videns domum ſuam in vico Bellæcrucis inter alias ardentes flammam concipere, uſibus pauperum, eam, ſi criperetur devovit; & quaſi tam ſancto affectui bonus Deus faveret, inter omnes omni ex parte conſumptas hæc media evaſit, & à voti reo pauperibus mox eſt conſecrata.

A Gallis.

WARNESTONUM

Ad Ornatiſſimum oppidi terræque Senatum, cui & Felicitas ex voto & Merito.

WArneſtonum in elegis Meierus vocat, in annalibus paſſim Waerneſtum, quo authore neſcio: ego quod nomen præſcripſi, id ex Cœnobii Meſſinenſis vico Warneſtonenſis ad unum omnibus ſcripſi datis Anno 1126. 1135. 1177. De etymo nihil quod mereatur reperio, niſi verbum Polidori aſſerentis Dunum Anglis veteribus oppidum ſignificare, & verſum popularium ad Waerneſtoni nomen ludentem, WAER DEN HONT NEST OFT STAET TE VERWACHTEN, SCHADE EN SCHANDE DIE WEL IS TE ACHTEN; id eſt, ſterculinium tuêre canis; ſin ſaxis, damno & infamia mulctator. Monitum hoc eſt poëtæ Belliolani de clade à Francis accepta cives conſolantis, quod in Moræo noſtro ſic ſatis exprimit emblema, repræſentans moloſſum nido indormientem retrò ſtantibus dextra flagellifera, & tuba inverſa oculis, auribus appictis ornata, ſubſcripto brevi Carmine.

Quid nido velit incubans Liciſca
Si quæris, patria labante, civis
Securus patriæ eſt: quid autem & aures
Et linguæ & tuba, & imminens flagellum?
Sunt inſignia famæ, Erynnidiſque.
Cur dextram occupat hæc, & illa lævam?
Nam pars dextra ferit, ſiniſtra perdit;
Prudenti hoc quadrat, illud oſcitanti.

Oppidum hoc etſi vix dubium, quin ſit antiquius, cùm ejus munitionem anno 1127 à Gulielmo Yprenſi cœptam, & in ea Benilphum Cancellarium conſcium cædis Caroli Comitis referant annales; tamen leges confirmatas, jura civium conceſſa non altiùs petam, quàm ab Anno poſt milleſimum ducenteſimum nonageſimum, quod id à Philippo Francorum Rege, ut in aliis multis Flandriæ oppdis factum. Arcem porrò veterem novis inſtructam ædificiis pridiè habitationi ſuæ coaptaverat Robertus à Flandria ſub Annum 1320. ſed procuratæ Gallorum & Britannorum manibus à Flandria occiduas calamitates ſemel iterumque mirum miſerumque in modum deformârunt, noviſſimis Anni 1580. turbis juſſu Monticenſis, id exequente Gulielmo Ponſeo præſidii militaris ibi præfecto ad ignes damnatam. Laudatus ſuprà Robertus Flandrenſis, etiam vallo aliquam oppidi partem munire cœperat, perfecitque Gulielmus Barenſis, unde adhuc vicus, & portarum una Barenſe nomen ſervavit. Partem dixi, eò quòd urbs

Initium oppidi.

Incendium.

Liza & Dovia. urbs peninſulæ in morem fluvii liza & Dovia (cis arcem ſe exonerante) foſſaque ductili ſtipantibus ſufficienter armata alibi videretur. Portæ autem, & quos modò videre eſt muros, Anno 1549. reſtaurati, avertendis potiſſimùm Oſtendanorum hoſtium tunc incurſionibus. Videor profectò videre Warneſtono id eveniſſe, quod palmæ ſolet, quò magè deprimitur, eò pertinaciùs reſurgenti. Sic illud non tam oppreſſit, quàm Armamenti materiam & animos dedit ſæpiùs antè tolerata calamitas. Sic Oſtendanorum Anno 1591. impreſſio veſpertina, paucorum cæde, plurium clade, & captivitate, omnium direptione æſtimata occaſionem dedit munitionum in aditu & ambitu oppidi poſteà ſecutarum, expugnata etiam per hoſtes Anno 1579. eadem civitas prædæ expoſitis incolarum fortunis (licèt ſacrarum ædium, & poſtmodùm arcis cum diſpendio) tamen occaſionem dedit malè feriatis illis opera publica, curiam hallamque novo opere & invento ſternendi & reſtaurandi. Incendium Anni 1527. irrecuperabili cum archivorum jactura, omnes per domos fortuitò & fortiter graſſans, aggeris & viæ, quæ ad duorum iter milliarium Ipras ducit, hodieque ſaxis conſtrata eſt, nihilominùs opportuniori invento aptandæ paulò pòſt conſilium invenit. Alterum Anni 1488. pari ferè damno in vicum majorem debacchans, mediaſque in fori medio ædes abſorbens præceſſit aliquot annis diem Kalendarum Martialium, qua per Architectos turris pulcherrima recenter reſtituta pro coronide coronata eſt, illa vento paſchali nuper disjecta. Conſtat Dominium hujus oppidi ante ſecula aliquot habuiſſe à loco nominatos Dynaſtas, cujus gentis *Alardus Waerneſtunenſis* à Meiero ad Annum 1127. dictus conjux Agaretrudis, poſt quem habuiſſe communes cum Perona poſſeſſores, liquidò patet ex Abbatiæ regularis fundatione confirmata anno 1126. per Adelidem Peronenſium & Waerneſtonenſium Dominam, aſſiſtente Odone germano ſuo. Anno autem 1136. *Theodoricum Dominum de Warneſtom* eodem fine litteras ſignare, & Anno 1177. *Robertum de Bethunia* Advocatum Atrebatenſem, & ſummum *loci de Warneſtom Advocatum*, cum Adela uxore idem diplomatis ſui reſcripto ratum habere. Unde ſuſpicari quis poſſet, Bethuniæ Dynaſtas poſtmodùm urbis dominatum obtinuiſſe à Peronenſibus, & cum Bethunia eundem ad Comites Flandriæ devolutum. Quicquid ejus ſit, hoc extra controverſiam eſt, fuiſſe inter alia Roberto à Flandria aſſignatum hoc oppidum, tranſmiſſum ad hæredes Barri Regulos, à quibus dotali ad Sanpaulinos oppignoratitio jure ad Naſſovios Principes tranſiit & poſſidetur hodieque Baronatus ut aiunt titulo, licèt inter tales à Marchantio aliiſque non reponatur. Ampla eſt Dynaſtæ Warneſtonienſis in urbe & ditione jurisdictio, triplicis juſtitiæ, venationis maximæ, portorii, portoriique vectigalis compos. Annua ſenatûs creatio olim circa Kalendas Novembres, nunc Maiales conſtitui ſolita ab eodem pendet; ſenatus, inquam, ſeptemviralis Scabinorum, (qui enim pari numero à conſiliis ſunt è plebe per Scabinos adſciſcuntur. Utriſque præeſt *Advocatus*, ut nomine, ita & tutor communitatis, & non rarò pro reis contra prætorem crimen intentantem, pænas requirere ſolitum, intercedens. Qua dignitate Jeronymus Hicx V. N. tum aliàs ſæpè, tum peregrinationis meæ Anno, fungebatur, cui unaque M. Petro vanden Brouck, qui Scabinis à conſiliis & ſecretis eſt diligentiæ multum debemus. Territorio ſimul oppido præfectus cenſetur is quem *Balivum* vocant, eſt & nobilibus ferè & ad vitam nunc I. Hogelandius & batavica Nobilitate populus Lizæ allabentis beneficio, & piſcatura, & lanificio rem facit, utroque per Dominorum reſcripta permiſſo, Comitum approbato. Quo fine fora diebus Mercurii & Veneris à pluribus frequentantur. Solent etiam nundinæ ſextilis die ſexta, ſolet granorum ſtabulatio, ſolent alia non ultimæ notæ noſci privilegia, ſed temporum injuriis obliterata. Parochia Principi Apoſtolorum & Doctori gentium inſcripta, vicinæ apud Meſſiniacum Abbatiæ, per Adelam Comitiſſam Anno 1066. contradita, ejuſdem juris Sacellanos numerat, nunc, quàm olim pauciores. Monſtratur hîc Roberti à Flandria Comitum Flandriæ filii, nepotis, fratris Mauſolæum, marmore & ære polito affabrè ſtructum à Joanna vidua, Arturi Britanniæ Ducis filia, & Warneſtoni uſu fructuaria, ſed impuræ impiorum manus ne manibus quidem parcere, & ſepulchris Barbariſſimorum etiam Schytarum judicio ſacris abſtinere didicerunt. Sacrum ſe quaquaverſùs extendit curionis imperium ad tria hominum millia cenſeri ſolitum: trium etiam Sacellorum ambitu, Rabbecani, Hammenſis & Joviani, comprehendens etiam Noſocomium titulo D. Ægidii ante duo ſecula ære & cura publicæ fundatum. Egit hîc curatorem ſacrarum largitionum Chriſtianus Maſſæus chronici Cameracenſis author, & perperàm Cameracenas hactenus à multis habitus, ubi dumtaxat Gymnaſio præfuit. Abbatia Canonicorum regularium hîc agmen claudat, tali propagata initio. Canonicos, ſed ſeculares, cum Præpoſito fundaverant decem, in ſui fundi eccleſia, apud Warneſtum prædeceſſores *Adelidis Dominæ* loci Anno 1126. bona majorum confirmantis, & Eccleſiam liberam contradentis. Cùmque variis de cauſis minùs videretur illi ſatisfacere Theodoricus Dynaſta Miloni epiſcopo Morinorum

Calamitates. Reſtauratio. Domini. Reſpublicæ. Nundinæ & Jor. Parochia. Sepulchra. Sacella. Hoſpitale. Abbatiæ. Fundatio.

rum eandem in manus dedit, ut Canonici ſecundùm *conſuetudinem S. Nicolai de Arigdagmantia* conſtituantur. Factum id Anno 1138. & quarto pòſt Anno, formatis ad amuſſim rebus, per dictum Antiſtitem Galtero Abbati regularium D. Auguſtini primitivæ fundationis confirmatur. Cœnobium ante vaſtationem ultimam ſatis fuit elegans, templo choroque fornicatis operibus, capitulari domo è quadro lapide per Iſidorum de Quicque circa Annum 1520. aula Abbatiali per Jacobum Hargier (Opera Abbatiæ.) circiter Annum 1490. officinis villaque per Paſcaſium & Nicolaum Maniagios ſtructum, pleriſque per Joannem de Hane reſtauratis, cui ſucceſſit Anno 1601. Gulielmus de Rycker, nunc Franciſcus de Trompes, collapſam rem egregiè pergens reſtaurare. Hæc quoad oppidum Caſtrumque, ad cujus territorium & Caſtellaniam nunc ordo vocat. Imprimis itaque Caſtri Pares ſex reputantur, totidem feuda poſſidentes, *Aubers* putà Richardotorum, *La Domve* vander Geeſtiorum, *Rabbeck* Hieronymi Andreæ; *Croix* Lichterveldiorum, *Flenick* gentilium de Preſci, *Kemmerlant* Joannis Lautens Penſionarii Teneramondenſis modò hæreditates. (Seven Gilden.) Similiter ſeptem ſunt urbanæ appendices, quas gildas vocant; quarum principes *Roſenberga*, *Poteria*, *Villa*, vocabulis innotuerunt & poſſidentur. Denique reſtat Caſtellania ex Dominiis aliquot ſui juris in conferendo precaria ſolum communicantibus & ferè per diverſos pagos ſe ſpargentibus conflata. Sunt autem hæc præter Warneſtonum conventus ſedem & caput duoſque angulos ortum & occaſum ad Comites de Herliies ſpectans Pontis Stegrenſis & Robertmezii in eo Dynaſtia per Annam Palantiam Culenburgicam à Naſſoviis acquiſita. Soeterſtedia Caſtro ſpectabili & eleganti & Robertmezium ſub eo, unaque Oudenumum Dynaſtæ Vendivilii ex gente Tourmellia Mariſcalli Flandriæ Viri potentis Kamella partitum Naſſoviorum, 3. Doornagel, P. Bommalii & Wulveriugemum Franciſi Coſ, & alios. (Oosthout. Westhout. Stroers-Brugghe. Soeterstede. Robertinez. Oudenen. Kammel. Wulvergem.)

JOANNIS BAPTISTÆ GRAMAYE FLANDRIA-GALLICANA, SIVE RERUM DUACENSIUM PARS PRIMA.

AMicum multis nominibus Duacum: quodque omnibus bonis, gloria, opibus vetuſtatis etiam laude, & mactum eſſe, & quoad ejus facere poſſim mactare ipſe vehementer cupiam. Amicior tamen, quæ vel in minutiſſimis etiam rebus exiſtit, veritas: utriuſque itaque & hujus pernoſcendæ, & illius amplificandi ſtudium, me pro tempore impulit in leniuſculam rei antiquariæ inveſtigationem: ſive potiùs ad temerariam quorundam ſciolorum oſtentationem, re penſiculatiùs exquiſitâ deprimendam. Duacenſes Catuacos, & Duacum Catuacorum, anquiſita, ab ævi vetuſtioris reliquiis, nomenclatura, indigetant, quomodò à caſcis illis hiſtoricis, Samarobrina Ambianorum Durocottorum Remorum, Bratuſpantium Bellovacorum, & Veromanduorum, Trevirorum Mediomatricum & Principum aliorum ejus generis populorum Auguſtæ amant nominari: quodque nos olim & defendimus & à diſſuetudine vindicavimus, Rigiacum Atrebatium. At quum unico illorum opinio nixa ſit fundamento, eoque convulſo & labefactato cadere ipſos ſit neceſſe, in illud non cuniculis, ſed ariete oppugnabimus. Julius Cæſar, inquiunt, qui primus Belgicam non tam bello vicit quàm litteris illuſtravit: lib. 2. belli Gallici: inter eos Belgas qui in Romanos jam tum Galliæ inhiantes conſpirârant, & in communi ordinum concilio, ad bellum hoſti faciendum, certum pro ſe quiſque militum numerum, fuerant polliciti, Catuacos commemorat: qui undetricena hominum è ſuis millia armarent. Et Raimundus Marlianus (cujus, licèt vir clariſſimus & ſuæ ætatis eruditiſſimus inſcribatur, geographicum in Cæſaris commentarios indicem quanti & puer fecerim & nunc faciam prætermitto dicere) Catuacos populum inter Belgas, Nerviis, Caletibus, Veromanduis ac Condruſis cenſuerat, liquidiùs colligi poſſit, qui Advaticos ex vocabuli alluſione & ex complurium, ut ait, opinione fluctuans; tamen eos eſſe credat qui Duacum Atrebatenſis diœceſeos oppidum, haud procul à Cameraco incolunt. Nos autem ex hac poſteriore frivola, & futili conjectura (quod ille futurum nunquam ne per ſomnium quidem eſt ſuſpicatus, & quod facere mihi etiam ipſi præter opinionem in mentem venit) probam conſentaneam, nec à veritate abhorrentem, eliciemus: & Advaticis in locum Catuorum apud Cæſarem ſubſtitutis, Duacenſes, detracta imaginariæ antiquitatis perſona, non tam de uſurpata Catuaci nominis poſſeſſione dejiciemus, quàm per ſe ſatis celebres, emendicato injuſti atque adeò fabuloſi tituli onere liberabimus.

HActenus de nomine & Romana antiquitate Duaci ex oratione Andreæ Hoy litterarum Græcæ & Latinæ Profeſſoris Academici viri clariſſimi à ſcriptis & fama. Nunc ad ſequens ævum utique barbaricum ordo vocat, & quidem author eſt ex Hucbaldo Guiſianus Annalium Hannonicorum l. 8. c. 4. Tudimerem Oſtrogothorum Regem Walamiri filium conceſſo ſibi ad Annum 462. territorio, quod ab inde *Oſtrevant* dictum eſt, Caſtellum in ripa Scarpi ædificaſſe nomine Tudor, quod quia B. Rictrudi dotis loco aſſignatum eſt *Douay* quaſi *Douayre* nuncupatum ſit deinceps. Contra quam idem lib. 11. c. 12. ait, per ſucceſſionem Duaci dominium D. Rictrudi obveniſſe. Prioris narrationis fidem penes authores eſſe jubeo, & addo, non abſimile eſſe vero à Barbaris Hunnis Caſtrum extructum, quod *Hunnois* olim, nunc præfixo G. *Geunois* indigetant, ſervante nomenclaturam porta vicina; & à Gothis turrim Divo Amato proximam, quæ vetus *Tudor* nunc affinitate vocis antiquæ turris dicitur, eò maximè, quòd vulgi opinio per manus tradita credat hæc loca à gigantibus habitata, firmante ſuſpicionem itinere ſubterraneo ducente ab uno caſtro ad aliud, & repertis portentoſæ magnitudinis ſub terra ibidem oſſibus, cùm locus alter carceri publico ſolitus ſubſervire ad Orphanotrophii uſum eſt applicatus, & fundamenta Collegii Mottiani jacerentur. Cæterùm pulſis ſub Anno 530. Gallia Gothis per Francos probabile dirutum *Tudori* Caſtellum, & obſcuriorem fuiſſe hunc locum maximè cùm in vicino vico *Lambras* portus, Emporium, fiſcus regius eſſet, primus pagus Auſtrovandiæ, quem Comitatum pòſt dixère, cujuſque membrum erat hic locus ignobile. Donec Anno 665. (verba ſunt antiqui Codicis apud Amatenſes Canonicos) *Archinoaldus cum fratre ſuo Adalbaldo Patre S. Mauronti reædificavit caſtrum Duacenſe & infra caſtrum Templum D. Mariæ. Hic enim locus antiquitus fuerat conſecratus.* Paulò aliter tamen Andræas Moſchus in Hiſtoria Merovingorum, (extat M. S. apud Marchianenſes) Rictrudem ait, *in diebus adoleſcentiæ ſuæ nupſiſſe Adalbaldo Duci genere Regis Dagoberti, cujus fratres fuêre Sigifridus Comes Pontinenſis maritus S. Berthæ Blangiacenſis, & Archenaldus major domus & Patricius Clodovei filii Dagoberti Regis, qui poſt mortem fratris in ejus poſſeſſione reædificavit Duacum Caſtrum, & intrà conſtruxit Eccleſiam B. Mariæ, quæ hodiè Amati dicitur, &c.* Qualiter autem hæc Eccleſia cœnobio Broyelenſi in Morinis ſit attributa, Gerardus Epiſcopus Cameracenſis in Epiſtola quæ extat inter privilegia Capituli Amatenſis, declarat his verbis. *B. Mauronti inclyti Ducis filius & S. Rictrudis ſatis accuratè conſideravit, quod ut electorum numero aſcriberetur in proprio fundo, antiquitus Broylo, modernis autem Meureville nominato in honorem Dei Sanctique Petri Eccleſiam à fundamentis ſtruxit. Idem verò tempore Ludovici Franciæ Regis ex Dagoberto prognati bona ſibi hæreditariò attingentia contulit B. Amato Theodorici tyrannide à Zenonenſi Epiſcopatu pulſo, & poſt S. viri exitum ex hujus mundi Ægypto, ad ipſius honorem Deo cum Sanctis famulandos fratres congregavit.* Ex quibus omnibus certum evadit de tempore & loco reædificati Caſtri Duaci, & partim de authore. Ampliùs apparet hinc Adalbaldum dignitate Ducem, à loco patrimonii ſui famoſo, ut ſolent olim, Ducem Duacenſem nuncupatum Huncbaldo & Hiſtoricis. Conjicitur etiam inter poſſeſſiones à B. Mauronto aſſignatas Broylenſi cœnobio Duacum eſſe, cujus tamen Caſtellum, Principes Auſtrebanti tanquam Advocati Monachorum poſſederint. Populus autem nec infrequenter loco remotiore incolebat vicum, qui denique Duacum vetus eſt nuncupatum & ab antiquo in Senatu & Republica urbis & alibi ſuas habet prærogativas. Ita in Diplomate Ferrandi Comitis jubentur quatuor, in altero Ludovici Comitis jubentur tres *Burgenſes ultra aquam ex loco qui vieulx Douay dicitur in Senatum aſſumi.* Nec ambigi poteſt quis ſit iſte locus, quandoquidem etiam nunc tres illi viri aſſumantur ex Parochia S. Albini, & ſupereſt nomen Duaci veteris in Hoſpitalio antiquo D. Albini. Et imò non procul hinc caſtrum poſteris Burgenſe dictum. Interjecto autem tempore cùm varii his locis naſcerentur & magna ambitione peterentur honorum tituli pagi veteris *Auſtrobantii*, ſive *Oſtervandiæ* nomen Comitatum eſt honoratum, & Duacum Comitatus membrum principale habitum, & hinc quod Archidiaconus Oſtervandiæ ſtallum in Collegiata Duacenſi ſuum ſoleat habere perpetuum.

Duaci caſtri ſtructor. — Oſtrevandiæ Etymon. — Notatus Guiſianus. — Port de Chaſtel Geunois. — Vieulx Tour. — Caſtra à Gigantibus. — Oſſa eorum reperta. — Tudoreverſum. — Pagus Oſtrevandiæ. — Reædificatio Duaci Templique Mariani. — S. Rictrudis. — Adalbaldus Dux. — Marianum Templum Broyenſibus datum. — Inclitus Dux. — Cœnobium S. Mauronti. — Adalbaldus quomodo dux Duaci. — Principes Auſtrebanti Advocati Canonicorum. — Douay vieux corrupte Dieuwy. — Præeminentiæ veteris Duaci. — Chaſtel Bourgeois.

RERUM

DUACENSIUM

PARS SECUNDA.

COdex vetus D. Amati neſcio an ex fide refert Anno 870. metu Normannorum fratres Deo & S. Amato ſervientes apud Mervillam, corpus B. Amati Patroni ſui, Duacum contra ſævitiam Danorum munitum deportârunt, in ſui juris Eccleſia in honorem S. Dei genitricis, in fundo S. Moronti ab anteceſſoribus conſtructa. *Et iterum* Sedata perſecutione Anno 884. Carolo Rege & Arnulpho Comite

Tranſlationis D. Amati cauſæ. — Eccleſiæ Duacenſem Patronatus electicorum Mervellenſium fuiſſe. — Qui autores tranſlati capituli. — Quintuplex in codice error notatus.

te

te Flandriæ, & Joanne Cameracenſi Epiſcopo annuente, fratres intra Duacum, in præfata Eccleſia cum eorum privilegiis manſerunt. Quibus in verbis non ſemel hallucinatum exſcriptorem cuivis apparere poterit, & qui legerit apud melioris notæ ſcriptores, nec Anno dicto Joannem Cameraco, nec Arnulphum Flandris imperaſſe, nec ſedatam fuiſſe perſecutionem, nec

Duacum à Barbaris deletum fuiſſe.

perſecutionis metu Duacum munitum, aut ſaltem eò ſecurè tranſlata Divorum corpora fuiſſe. Diſertis enim verbis ex Iperio Meierus inter loca à Barbaris deleta Anno 879. nominat Duacum. Et extans apud eoſdem Amatenſes Canonicos Epiſtola Gerardi Epiſcopi narrat.

Fratrum congregatio Mervillæ.

Fratrum itaque congregatio in prædicta Mervillæ Eccleſia tamdiu ſervivit quouſque ſui Patroni corpus cum aliis Sanctorum imminente Danorum, Barbarorum, Normannorum perſecutione Sueſſionem ab incurſione perſecutorum munitam comportavit.

Tranſlatio S. Amati Sueſſionem.

Placatis verò prædictæ perſecutionis fluctuationibus, & loco Meurevilla devaſtato, Arnulphus ſenex Flandrenſium Comes communi conſilio ſuæ terræ Principum, effecit ut Duacum gratia exaltandi deportaretur corpus ſanctiſſimum, & beneficia uſibus fratrum Deo & S. Amato in prædicti loci Eccleſia famulantium ad honorem Dei genitricis Mariæ primò ædificata conſtituit.

Secunda tranſlatio Duacum.

Notatus Molani error.

Caſtri antiqua celebritas.

Qua in re etiam cautè legendus Molanus ad 13. Septembris hæc eadem conformiter Codici narrans & ampliùs Anno 874. quo non Arnulphus, ſed Balduinus Ferreus Flandriæ imperabat. Ex his porrò manifeſtum evadit, ſtatim à Normannorum diſceſſu Caſtrum Duaci celebratum fuiſſe, cui exaltando Comes Arnulphus enixè ſtuduerit, reſtat videre quo illud & qua amplitudine locum occupaverit.

Locus, ſitus, veſtigia ejus.

Eminentiori urbis parte ad divaricati ſcarpis interamnium ſupereſt monumentum, supererant antè annos aliquot foſſarum & muri reliquiæ inſignes, & turris quæ nunc in rudetum corruit veſtigia; & quamvis ſpeciem antiqui ſplendoris amiſerit, ſervat interim veteris eminentiæ ſolennia.

Præminentiæ ejuſdem.

Curia feudalis ibidem.

Hinc enim Dynaſtiæ frequentes & feuda nobilia moventur. Hîc beneficium profitentur & clientelam jurant Vaſalli plures. Hîc pagis jus dicitur, & ſedes quodammodò eſt Tribunalis per Gallorum Regem formati, quod Gubernantiam vocant.

Tribunal Gubernantiæ.

Hîc & in veteri oppido muriſque & fluvio jura habebant Caſtellani, illi urbis aut veriùs caſtri vocabulum induentes. Qualis inter Heroës dedicationi Ædis Inſulanæ aſſiſtentes Balduino Comiti memoratur *Valterus de Duaco* cum Ugone fratre, & inter ſocios peregrinationis Aſiaticæ recenſetur cum Roberto Friſio alter Gualterus à Duaco. Et fallitur qui opinatur hos è veteribus

Caſtellani de Duaco.

Gentiles à Duaco qui & unde.

Duaci Principibus ortos, cùm ſtirps eorum diu interciderit, & ſimili norma loquendi, qui à Gandavo, à Brugis, à Curtraco cognominati reperiuntur, è Caſtellanis duntaxat eſſe noſcuntur, & denique quod omnem tollit dubietatem, idem ille qui Meiero Galterus à Duaco vocatur, antequàm ad peregrinationem ſe ſacram accingeret in donatione Vedaſtinis facta Anno 1090. *Caſtellanum de Duaco* ſe indigetat. Quæ dignitas per varias nobilium ſtirpes errabunda tandem in Dominorum d'Inchy familia conquievit, Anno 1464. Senatui oppidano vendita. Nec tantùm intra ſeptum Caſtri ſuperioris patebat Caſtellani olim juriſdictio, ſed etiam in Caſtello inferiori, etiam in villa S. Amati, etiam in Parochia D. Albini.

Juriſdictio Caſtellani.

Diploma enim Gerardi Epiſcopi Cameracenſis datum Amatenſibus, refert eis Caſtellanum *jus cambæ & telonii* ſui in caſtro inferiori ceſſiſſe. Ejuſdem epiſtola addit in prædia quæ confirmat *modium vini quem habebat Caſtellanus Duacenſis Valterus in permutatione præbendarum.* Lambertus Epiſcopus Atrebatum (cui poſt ſeparationem cathedræ à Cameracenſi Duacum ſubfuit) ad petitionem Galteri Caſtellani ait ſe confirmare Canonicis Altare S. Albini, in extremo prædicti Caſtri quaſi ſuburbio ſitum. Datum Anno 1097. Niſi autem jus Caſtellano fuiſſet in altare, in locum canonicalem, in caſtrum inferius; hæc ita non facta, non ſcripta fuiſſent: quod norunt, qui circa diplomatum obſoletas phraſes ſe exercuerunt. Quin imò mœnium antiquorum penes Caſtellanum erat ratio, Palatii etiam Ducalis. Duces enim & Flandriæ Comites, imò Franciæ Reges frequenter Regiam illic ſuam fixêre, & hinc ſuperſunt nominum veſtigia non uno loco.

Mœnia à Caſtellano dependentia.

Principum hic fuiſſe palatium.

Portæ Atrebatenſi adjacet equorum potationi ſubſervire ſolens, vadum Burgundiæ dictum vulgò. Pone arcem columna eminere ſolet & dici Regia, & quo loco nunc Pædagogium Regium eſt, Flandriæ Comitis ſtabularia fuiſſe contenditur.

Leavette de Bourgogne.

Le Pron du Roy.

La Baſſecourt.

Caſtri forma erat trigona ferè æquilatera & porta patebat, ubi hodieque pons ad *Villam S. Amati* patet. Ita voco ſubjectam Caſtro planitiem, præeunte codice Bertiniano veteri, quæ etiam *Duacum* dicta, & fluvio circummeante cingebatur. Ita nimirum Cameracenſe ante quinque ſæcula exaratum chronicon. *In Duayco Caſtro*, *ait*, *Monaſterium eſt Canonicorum*: intelligit autem Collegiatam D. Amati (id enim nomen recenter induit) cujus *fratres* etſi plerique opinentur antiquitus Benedictinos Monachos fuiſſe, Anno 940. per Gerardum Cellenſem Archimandritam reformatos teſte Iperio; tamen ego nullum hactenus diploma vidi, quod ejus opinionis ſecurum me faceret;

Non conſtare Amatenſes fuiſſe Monachos.

ceret, nomina enim Monaſterii & fratrum etiam Canonicis ſunt communia. Nec tacuiſſet id Gerardus Epiſcopus tam fusè Collegii hujus exordia & viciſſitudines alias commemorans, Monachorum nulla facta mentione. Niſi quis inter alia Canonicis ab eodem confirmata prædia legens *modium vini quem habebat Walterus Caſtellanus Duacenſis in tranſmutatione præbendarum*, intelligat mutationem præbendarum Monachalium in Canonicales, & inde colligit ævo hujus Gerardi mutationem accidiſſe. Paſchalis autem Pontifex Canonicis in patrocinium ſanctæ Sedis acceptis confirmat *Ecclesiam S. Amati ſitam in Atrebatenſi parochia*; & diploma Anno 1104. *in Duaco altare S. Albini, & thelonium, foragium, ſtallagium, ab hora 9. feſti S. Amati, uſque ad veſperam ſequentis diei, & totam terram à ponte S. Amati, uſque ad aquam qua dividit Duacum & Duacellum.* Et obtinent jam inde ex patrimonio D. Mauronti juriſdictionem hanc intra limites dictos Canonici, & jus dicunt, & juſtitiam adminiſtrant feudalibus & exercent, & Balivum peculiarem, & feudalem habent curiam. Docet porrò nos & ducit aliquatenus laudatum diploma ad primæ urbis Duacenſis notitiam, quam definio una parte aquagio profluente retro Caſtrum Scarpo, & in eundem relabente infra Eccleſiam Amatenſem, quo ambitu quicumque habitabant, Homines S. Amati veteribus dicebantur, & habebant nundinas ſuas, telonium ſuum, jura & conſuetudines ſuas, Senatores ſuos & Curiam, ut dixi, recurrentem via appellationis ad Bellam quercum. Ex adverſo caſtri denique Caſtellani *Treila* erat & colebatur, ubi thelonium Comitis & clientes Caſtri tres inſulas, (unde Treilæ nomen eſſe credo) occupabant Scarpi divortio natas aut factas. *Thelonium* porrò *hoc* refert l. 11. c. 22. author Chronici Cameracenſis *pro quo imminenti Flandrenſis Comitis potentia in Caſtello* (Duacum intelligit) *mutato priſtino ritu ſolvitur, apud Lambras villam S. Dei genitricis ſolvebatur. Erat enim Regius fiſcus, ſed tempore Stephani Epiſcopi à Carolo Rege S. M. donatur habendus.* Lambras vicus eſt haud procul ab oppido ignobilis modò, olim portu nobilis & ſepultura Childerici Regis, dum fratrem obſidere Tornaci parat mortuum hîc. Quid ergò? inquies: cis flumen duntaxat homines S. Amati, & in inſulis Caſtri clientes aut familiares agebant? nec ulli cives aut municipes in tam celebri loco. Omninò. Omnes autem illi trans aquam *Duacellum* habitabant ſive *Duaculum*, quod erat velut appendix & *praurbium Caſtri Duaci*, & imò Duaci nomine nonnunquam appellatum. Doceo hæc ſingula diplomatibus, Gerardi Epiſcopi quidem ſuprà laudatum, ubi mentio aquæ ſeparantis *Duacum*, id eſt, Villam S. Amati *à Duacello*, ſive ut alius codex legit *Duaculo*. Lamberti autem dato ad Annum 1097. ubi memoratur *Eccleſia S. Albini in extremo memorati caſtri quaſi ſuburbio ſita.* Paſchalis verò Papæ circa idem tempus dato, ubi *in Duaco*, ait *Altare S. Albini.* Unde manifeſtum quod dixi etiam ipſum Duaculum & Duaculo remotius territorium S. Albini Duaci nomine ſenſim honorata, & imò Duaculum primo, tum etiam tractus versùs D. Albini uſque ad prata diverſis temporibus & foſſa ductili, & vallo mœnibuſque ſunt inſtructa, prout in Icone videnti reliquias aquæ ductum evadere poteſt certum.

Duaci nomen eatenus patuiſſe. Pomæria urbis hac parte bis extenſa.

Nec vallo tantùm & foſſa cives fortunarum ſuarum ſecuritatem pollicebantur, ſed tutam ſtructuram Arcem contra vehementiores hoſtium impetus firmaverant bellis, quod opinor, inter Flandrum & Hannonem ante quinque ſæcula natis everſam, & remanet plateæ hodiernum nomen à Caſtro, nomen civium.

Caſtrum civium.

Rue de Chaſtelbourg.

Et ampliùs cùm latifundia Caſtellani Duacenſes ſua intra inferioris caſtri veteris ambitum ad pios uſus abdicaſſent, amœno in pratis paſcuis loco, Prætorium vetus reſtituerunt, ibique diverſantes *à S. Albino* dici cœperunt. Ita nimirum *G. de S. Albino Caſtellanus Duacenſis* ſubſcribit ſanctioni Philippi Regis ad Annum 1207.

La Motte de S. Aulbin.

Nunc hæreditas, licèt Caſtellani munere vendito, manet adhuc penes hæredes gentilium de S. Albino Lalanos Dynaſtas, & ampliùs fruuntur in oppido eminentiis hoc titulo, ut poſteà dicam.

Dominium S. Albini ſeparatum.

Cæterùm cùm hæc triplicis oppidi augmentatio una parte ductis opere manuario foveis, aqua largiter è Scarpo derivata abundantibus muniretur, tum verò alia Scarpi allapſu concludebatur, cujus viſitandi cura & authoritas Senatui propria eſt, (fidem faciente reſcripto Comitis ad Annum 1241.) non in oppido tantùm, ſed etiam ſurſum uſque ad *Biachez* tertio ab Atrebatum Auguſta lapide, deorſum uſque ad limitem altum Queveroni & inde uſque Runam & Marcianas.

Privilegia viſitandi Scarpum.

Limites viſitationis.

Et eſt hic fluvius Hannoniæ Flandriæque ſequeſter, ita ut cis eum habentes domicilia & nati Aubini, id eſt, exteri Hannonibus non cenſeantur, & ſolet ſubtus pontem Lalignium foro piſcario propinquum conſpici ſub aquis æreus terræ infixus terminus.

Fluvius limes 2. provinciarum.

Nec ſolùm alteram mox à receſſu Normannorum ripam habitatoribus & colonis inſeſſam lego, ſed etiam ulteriorem quæ *Villa D. Petri* dicebatur, teſte chronico Bertinenſi, *ſita apud Duacum Caſtrum.*

Utramque ripam habitatam.

Villa S. Petri.

Et habent dono Roberti Friſii Comitis Flandrarum Canonici titulo Apoſtolorum Principis fundati hodieque aliquam, habere ſolent ampliorem hoc tractu juriſdictionem, *Atrium*, & in eo *Forum*

Introductio Canonic. S. Petri.

Forum atrii S. Petri.

Anno

Anno 1252. civibus venditum, curiam & tribunal beneficiarium, Scabinagium & Prætorem quæ lapſu ævi multùm ſunt imminuta; & cinctus fuit etiam hic locus foſſa ductili, muro turribus interpolato & portis aliquot, quarum nomina ſuppeditat mihi reſcriptum Anno 1345. ubi appoſitè circulus mœnium deſcribitur, *du mur du garde du catel, juſques à la porte de Lannoy, & de la juſques à la porte de S. Nicolas, & de la juſques au port du Cerf, & de la juſques au port du Marché, & de la juſques au port du Cantelou, & de la juſques à la porte de Neufuille, & de la juſques au port de Wez, & de la juſques au port de l'Eſtancq, juſques à neufmoulin :* id eſt, à muro cuſtodiæ caſtri per portas Lannoienſes, Nicolai, cervi, fori, cantilupi, novæ-villæ, vadorum cataractæ uſque ad novum molendinum.

Mœnia ducta.

Portæ veteris oppidi.

Harum autem Lanoïca à Prætorio ſuburbano nuncupata, quo loco fuerit ignorari nequit, hærente in platea nomine. Nicolaïcæ turris una lateralis Curialis D. Nicolai parietem facit, & cardines ex adverſo ejus conſpicui ſunt. Et Cervi interſigne ædibus portæ veteris latus facientibus adhuc extat ad memoriam antiquitatis. Et fori extrema hodieque occupat ſtructura ejus portæ veſtigium, imò monumentum. Cantelupi & novæ-villæ ſuburbia & juxta portæ ubi fuerint ad oculum urbis Icon à Senatu delineari curata indicat. Vadorum porta eodem cognomento Capellæ locum fecit & muris vicinis inædificatum poſteà Beginagium. Porta catharactæ neſcio an fuerit retro Seminarium Regium, ut nunc res ſunt. Præter has autem videtur ad partes D. Albini Amatique fuiſſe porta Querciniensis nomine, itemque alia porta fontis, & tertia porta Caſtri. Hinc manifeſtum quantus interioris Duacenſis, ut nunc loquuntur, oppidi fuerit ambitus in Parochia D. Petri uno & perpetuo filo murorum, ſimul & ſemel ductus. Ultra flumen autem à Parœciis Amati Albinique triplici, ut diximus, productione augmentatus, ſupereſt indagare quibus potiſſimùm temporibus hæc Duaci incrementa acceſſerint. Et primò quidem cùm ingruente Normannorum rabie Duacum lego munitum, intelligo munitionem caſtri & villæ S. Amati; quid enim prodeſſet in Eccleſiam Deiparæ (quæ nunc Amati vocatur) corpora Sanctorum aſportare, ſi non contra hoſtium incurſionem locus eſſet Mervilla inſtructior. Duacelli autem concluſio ante tempora Gerardi II. Antiſtitis fuit, is enim reliquias Divorum populo exhibuiſſe & proceſſionem votivam *per oppidum Duacenſè ultra pontem* invenitur celebraſſe. Ductus denique mœnium amplior in Curiali Albiniana videtur ejuſdem ævi eſſe, cùm altero ultra flumen, quem opinio habet paulò pòſt regnum Philippi Auguſti perfectum, eò quod Anno 1228. inveniatur à Flandrorum Comite formata Reſpublica & Senatus ex Burgenſibus de Duaco, & Burgenſibus ultra aquam, id eſt, ex curiali Albiniana. Omnium vero certiſſimè id liquebit ex Parœciarum diviſione. Cùm enim antehàc unica ſolùm eſſet animarum curæ deputata cis aquam Parœcia D. Petri, & quatuor partibus latè ſuburbanum habitaretur; Petrus Epiſcopus litteris Anno 1225. ſacellum D. Jacobi in nova villa ad communionem Paſtoralis oneris recipiens, limites definit hoc modo : *Sicut totaliter extra muros Duacenſes adjacet, ſcilicet à foſſato quod dividit mariſcum Duacenſe à ſicca terra, cum toto ſuburbio vadorum, uſque ad Parochias S. Albini & de Waſieres.* Idem, ſed triennio pòſt, *Ædiculam B. Nicolai ad poſternam* (ita vocatur quia ad poſticum caſtri reſpiciebat) eandem ob cauſam eâdem honorat prærogativâ. Succeſſor autem in cathedra rogatu Decani & Canonicorum S. Petri, ſacellum Deiparæ erexit in parochiam, ut populus frequenter extra muros aut portas fori & Cantilupi habitans Sacramentum commodiori perceptione uteretur, Anno ejuſdem ſæculi 57. Ex quibus manifeſtum, jam tum urbem his limitibus concluſam fuiſſe, & excluſos municipes ſuburbanos. Nec inter poſtremas Flandriæ urbes Duacum fuiſſe quis opinetur, cùm inter ſeptem Comitatus Arteſiam tum etiam complectentis Oppida principalia Anno 1128. de redigendo in ordinem Gul. Normanno Comite & evocando ad Principatum Elſatio deliberantem videamus, & Anno 1296. & aliàs inter quinque primarias ejuſdem provinciæ videamus eam conſidere & cenſeri. Flandriæ dixi. Quamvis enim ad Annum 1096. opibus florens & vicinæ Galliæ commercio, à Flandriciſmo videatur degeneraſſe, & in civili diſſenſione cum aliis Gallicæ linguæ dialecto utentibus Richildi Hannonienſi contra Robertum Friſium adhæſiſſe Anno 1072. & hîc occaſionem dediſſe vocandi in dubium Flandricine an Hannonici juris oppidum utrique interjectum & Auſtrovandiæ veteris membrum eſſet; tamen per leges pacis Anno 1103. conventu Leodicenſi formatæ Duaci poſſeſſio Flandris eſt adjudicata. Conatus eſt quidem Anno poſt quinquennium, urbem armis, adſcito etiam in belli ſocietatem Cæſare repetere, ſed in vanum. Conatus eſt Anno 1110. ipſe Cæſar caſtris urbi admotis Flandro eam auferre, ſed fruſtrà; multis poſt aliquot impreſſiones deſideratis obſidionem ſolvere dolens cogitur. Ut autem in perpetuum ſecurus Duaci Flander efficeretur Anno 1169. Margareta Philippi Comitis ſorore Balduino Hannoni nuptam elocata, inter cætera fœderis tunc initi

Catharactæ.

De Quercein, du Fontaine, du Caſtel.

De tempore urbis auctæ inquiſitum.

Formatio Reipublicæ.

Parœciarum diviſio.

Duacum inter urbes primarias fuiſſe.

Controverſiam jurium inter Hannonem & Flandrum fuiſſe.

Flandro additum.

ti capita, Duacum in Flandri Imperio juſſum permanere. Et permanſit animo in Flandros etiam, ut apparet, converſo, ita ut Philippo poſtmodùm Hannoniam hoſtilem invadente, Duaceni cum Pabulanis nihilò ſegniores populationibus & incendio graſſarentur, teſte ex Annalibus Meieri Hoyo, à quo hæc etiam ſequentia in oratione de Duaco non tacentur. Quomodò nimirùm Anno 1202. Ferdinandus Luſitanus, qui recèns ſibi nuptam Joannam Comitem moleſta tentatam febricula Duaci reliquerat, ut intereà in Flandriam penitiorem ſe inſinuaret, novoque Regno inauguraretur, à Gandenſibus Curtraco exactus, Duacum, urbem fide obſequioque erga ſe ſpectatam recurrerit, ut Philippus Auguſtus biennio pòſt totius Flandriæ, pulſo Ferdinando, compos Luduvicum filium cum Galtero Caſtillionenſi & firmo militum præſidio reliquerit, & cum verſa belli fortuna Ferdinandus omnia penè recuperaſſet, idem redux magnum impoſuerit præſidium, nec Comes ille, ſiniſtro ad Bovinas prælio captus, niſi Duaco in Regis poteſtatem tantiſper dimiſſo, ſit liberatus Anno 1225. Quid hic varias fortunæ vices inter loginqua illa Flandrorum cum Pulchro Rege bella commemorem? Inquit Hoyus. Duacum à Gulielmo Guidi Comitis filio propugnatum Anno 1297. mox Inſulanorum exemplo Regi deditum, perque inducias ab eodem retentum? Regis Reginæque in eam è Gallia ingreſſum, & è Flandria rebus jam confectis regreſſum? Nuptias Roberti Atrebatis cum Margareta Hannonienſi celebratas? Poſt nobilem Gallorum (in quibus Froaldus Duaci Caſtellanus) cæde & clade pugnam ad Curtracum victor exercitus Duce Joanne Guidi Comitis filio Duacum petens Anno 1301. non venientibus è Galli auxiliis eo potitur; lætique velut ad verum Principem reverſi cives, adventante cum ingentibus copiis Gallo & ad Vitriacum conſidente obſidionem minimè reformidàrunt, ſed imò poſt ejus diſceſſum adversùs præſidia Gallicana Tornaci, Atrebati, Lendii viriliter ſe defenderunt. Nec cùm Philippus alter Guidi filius vindicando patri & patriæ ordinum comitia apud Caſſetum indixiſſet Duacenſes abfuère, apud quos per otia induciarum plurimus & libenter Philippus erat. Et iterùm quintam in Flandros expeditionem parante Rege & Duacum aggrediente, fortiter ſe opponentes duce Henrico Philippi fratre cives, non ſine clade pedem retrò flectere coëgerunt non reſpecturi Gallos, niſi pace Anno 1305. hypothecæ loco eis oppidum aſſignaretur, donec octingenties mille librarum Flander expoſuiſſet, quod iniquiſſimæ dominationis & injuſtioris retentionis Gallorum fuit initium & fundamentum.

Flandris etiam in Hannon. faventem.

Ejus in Principem fides.

Tam à Franco occupatam.

Nuptiæ Regales hic celebratæ.

Duacum à Flandro recuperatum.

Tanti ſemper apud Flandros Francoſque habitum hoc oppidum, ut nihil mirandum ſit à Galfrido veteri Anglicarum ſcriptore *nobile Caſtrum Douay*, à Cantipratano *Oppidum Duacenſe amplum & magnum*, ab eodem, *Oppidum populoſum* dici. Et certè debet res tam ſacra, quàm publica ſplendorem ſuum Flandriæ Comitibus. Arnulphus imprimis Comes author fuit *exaltati caſtri* & ſtabiliti in ejus Eccleſia Collegii fratrum Mervillenſium, tranſlatorumque eò corporum non tantùm B. Amati, ex Mervilla, ſed etiam Sanctorum Oneſimi & Gurdinelli, quæ ex Sueſſionibus aſportata ſunt, unà cum reliquiis Nervillenſium à Normannorum graſſatione revertentium, & maximè S. Morandi ſive Mauronti Anno 1485. ex Marcianis tranſlati. Quod primò factum tradit Codex vetus Capituli Amatenſis à Joanne Cameracenſi Epiſcopo, Gerardum verò Epiſcopum Anno 1078. corpus D. Amati *à feretro in quo erat conditum in quodam ſcrinio interiùs ligneo, & alio exteriùs plumbeo, & tertio deſuper marmoreo optimè præparato diligentia & expenſis Valteri Caſtellani, in cripta ſubtus Altare majus, involutum panno ſerico & optimo auriphricio cum ſigillo Joannis Epiſcopi agnomine Belli, & ſuo tranſpoſuiſſe* 14. Kalendas Novembris. Cùm autem Eccleſia major & pulchrior conſtrueretur & majus altare confractum transferretur aliò Anno 1206. Radulphus Epiſcopus Atrebatenſis cum Gerardo Cathalaunenſi & Goſvino Tornacenſi corpus dictum *de pulpito extra* villam versùs Atrebatum facto, propter innumeram multitudinem populi quæ nec intra Eccleſiam, nec intra atrium capi poterat, oſtenderunt; & demum reponentes cum ſigillis Epiſcoporum Joannis & Gerardi in locum eminentiorem impoſito Mauſolæo marmoreo traſtulerunt, adjecta lamina plumbea cum inſcriptione. *Joannes Cameracenſis Epiſcopus antiquitùs hoc S. Amati corpus in ſcrinio ornato argento cum ſigillo ſuo repoſuit; ſed revolmo multorum annorum ſpatio, ab illo ſcrinio, in quodam plumbeo & marmoreo ſecundus Gerardus Cameracenſis Epiſcopus opera & diligentia Walteri Caſtellani idem corpus cum ſigillo dicti Jaannis & ſuo repoſuit* 14. *Kalendas Novembris ſexta feria Anno* 1078. *tempore* 7. *Gregorii Papæ, Philippi Franc. Regis Manaſſis Remorum Epiſcopi, Roberti Flandriæ Comitis & Remari præpoſiti. Radulphus verò Atrebatenſis Epiſcopus idem corpus poſuit in hoc loco præſentibus Gerardo Cathalaunenſi Epiſcopo & Goſvino Tornacenſi Anno gratiæ* 1206. 14. *Kalendas Novembris tempore Innocentii Papæ, Philippi Franciæ Regis, Balduini Conſtantinopolitani Imp. Fland. & Hannon. Comiti, Sede Rhemenſi vacante, præſentibus corporibus SS. Rictrudis, Euſebiæ, & Vulganii. Intra verò dictum Mauſolæum ab eodem Epiſcopo repoſitum*

Commoda & ornamenta Duaci à & ſub Flandriæ.

Corpora SS. è tribus locis.

Eorum tranſlatio.

Formula vetus inſcriptionis.

In tranſlationibus præſentia aliorum SS.

ſitum aliud parvum feretrum quod Arnulphus Comes Flandriæ attulit de S. Amando, in quo continentur de capillis B. Mariæ de ligno Domini, de S. Jacobo fratre Domini, de barba S. Martini, de oſſibus S. Vedaſti, de S. Cæcilia, & aliis quorum nomina interciderunt. Poſt illud feretrum repoſitum eſt ab eiſdem aliud ſcrinium plumbeum, quod inventum eſt ad pedes S. Amati, plenum oſſibus & cineribus multorum Sanctorum, qui cum ſuis nominibus combuſta ſunt à Barbaris gentibus in Eccleſia S. Amati apud Mervillam. Hoc eodem tempore ſimilibus ex marmore mauſolæis recondita corpora Sanctorum Oneſimi & Gurdinelli. Mauronti autem corpus Anno 1139. de veteri ſcrinio in novum repoſitum, quo tempore circulus multiformis ſupernè viſus, donec repoſitæ eſſent reliquiæ à circumſtantium oculis non evanuit. Teſteſque memorantur Goſwinus Aquicincti Abbas, N. Abbas de Caſa cum innumera multitudine. Et hos intelligit verſus ante Orcheſtram conſpicuus.

Corpora Sanctorum ſanctiſſima quatuor horum
Hæc habet Eccleſia pignora chara ſibi.
Aſtra tenent animas cœleſti Nectare potas;
His ut jungamur Chriſte-Jeſu fer opem.

Atque hæc quidem ex ſupradicto Codice petita ſunt, qui inſuper annotat Anno 1206. dedicationem Altaris ad Septentrionem, Anno 1314. aræ retrò choralis Anno. 1370. Aræ maximæ per Henricum Morinenſem; ita ut hinc æſtimare liceat Eccleſiæ renovatæ fabricam circa hæc tempora perfectam cum clauſtris.

Decani Amatenſis inſtitutio.

Auſpiciis etiam Comitum Flandriæ aucta Capituli dos & 35. Canonicis additus Decanus, cùm anteà ſolus

Præpoſiti dignitas.

eſſet & præeſſet, quem Præpoſitum vocabant, vir nobilitatis frequenter, dignitatis ſemper primariæ, quales aſſumpti nonnunquam in Epiſcopos, ut Anno. 1170. Ro-

Collegiata B. Petri.

bertus Cameraci, & alias Taruanæ & Atrebati. Munificentia etiam Roberti Comitis Flandriæ vetus & jam inde ab Anno. 1165. inchoatum Sacellum Apoſtolorum Principis auctum eſt, & Anno 1113. à Balduino ſucceſſore inſtructum duodecim clericorum collegio celebri. Liberalitate inſuper Mar-

Dominicani.

garetæ Comitis ſub Anno 1270. Dominicani ſtruendo cœnobio locum & opem ac-

Franciſcani.

cepêre. Sicut anteà Franciſcani Anno 1230. annitente Joanna ejus ſorore acceperant. Et

Trinitarii.

Trinitarii fratres de redemptione captivorum, ad urbis mœnia Anno 1199. tenuiter fundato peculia quædam fratum Militiæ Templi poſteà permittente Comite obti-

Antiqua Senatus forma.

nuerant. Nec minora his circa remp. acciderunt. Fernandus enim & Joan. Comites lit. Anno 1228. civibus legem & Scabinagium confirmavêre. Ita ut poſt elapſos 13. menſes naturales Scabini defungentes eligerent 4. Burgenſes ex 4. Eſcrouvetis, id eſt,

12. Elect.

regionibus & velut Paræciis, electuros pari ſecum numero Scabinos; qui electi alios quatuor, & hi tertios quatuor collegas adſciſcant, qui ſimul 12. aſſumant. *Quatuor Burgenſes ultra aquam in Duaco, qui omnes jurabunt Scabinagium coram Balivo.*

Scabini 12. & quat. ultra aquam.

Iidem permittunt, *ne Scabini deinceps ad inqueſtam ire cogantur Atrebatum, ſed conſilium habere poſſint ubicumque voluerint.*

Enqueſtæ libertas.

Margareta Comes litteris Anno 1268. Scabinis poteſtatem facit 7. viros litibus natis ob cædes, & vulnera, injuriaſque componendis.

7. Payſis.

Eademque Anno 1271. vectigalis, portoriique mercibus navigio ab vel advectis Valentianis & Rupelmonda impoſiti modos præſcripſit.

Vectigalium ratio.

Eadem ad uſus Beginarum in ſuburbano, ubi poſteà Pratenſes, Anno 1245. atrium in campo florido aſſignavit, & hoſpitalitati domum dotemque. Eadem Pandochæum vetulis & afflictis Anno 1165. per Alguram de Marchii Richardi uxorem inchoatum auxit,

Les Chartiers.

cujus bona Cæleſtinus Papa in tutelam acceperat. Eadem aſſignatas leproſariis forenſibus res approbavit, & valetudinarii publici jecit fundamenta. Eadem eleëmoſynam Werini Mulei probante Senatu mulieribus gravidis & puerperis diverſorium fundantis Anno 1274. ratum habuit.

Les femmes giſantes.

Eadem Gervaſii del ville domum Anno 1247. ad pios uſus relictam probavit, ubi hoſpitale viduarum ſive virginum, ad numerum, octavum decimum Anno 1399. redactarum,

Hoſpital de Wez.

& Beginarum habitu veſtitarum, interim à Senatu leges & ſtatuta accipientium, prout factum Annis ſupradictis & 1496. & 99.

Beginæ ibi.

Dixi aliàs, nec repeto, qualiter Francorum Rex, quo jure, qua injuria, Tripoleos Gallicanæ Flandriæ (in qua Duacum ſecundas tenet.) poſſeſſionem acceperit, & per ſexaginta ampliùs annos retinuerit; hîc tantùm adjicio ab omni ſcriptorum memoria, Gallum & Duaco inhiaſſe, & conatum ſe civibus inſinuare; & cùm urbe potiretur, florentem etiam quà & quantùm potuit, reddidiſſe. Ita nimirum Philippus Auguſtus Anno 1213. *Nos*, inquit, *Burgenſes de Duaco tenebimus ad bonas conſuetudines ad quas Philippus Flandriæ Comes eos tenuit, & quòd ſine illis cum Comite Fernando nullam pacem faciemus, & ſi viderimus forteritium in villa Duaci quæ nobis placeat, quam poſſimus aut velimus tenere, nos ei reddemus hoſtagios ſuos, &c. Actum in caſtris apud Inſulam.*

Duacum ſub Franco.

Alter eodem nomine, ſed Pulcher cognomento lætus occaſione Anno 1296. Joannem de Tas Equitem, urbis *Guardianum & Protectorem* mittit contra vim Comitis.

Guardianus urbis.

Idem litteris Anno 1345. nundinas Remigiales cum libertate 19. dierum indulſit.

Nundina Remigial.

Idem quadriennio pòſt de Beginagiis ad D. Petri & Vadorum diſponit, Senatui poteſtatem faciens unam utrobique pauperculam hoſpitalitate gaviſuram nominandi.

Beginagium ad S. Petri.

Idem litteris Anno 1350. aſſerens

Hoſpital de Wez.

Immunitas à fiſco. Les huit Prêtres. ius fiſci in Duacenſes non eſſe, octo presbiterorum cum paupertate luctantium probavit Collegium. Idem Equitibus S. Joannis Hieroſolymitani vacantem Templariorum Prioratum aſſignavit. Le Temple Dieu. Iiſdemque temporibus Noſocomium S. Thomæ inchoatum, etſi demum Anno 1374. Walterus Bellamii tria primus inibi lectiſternia fundaverit, S. Thomas. & à centum viginti retrò Annis Beginæ tertii ordinis Franciſcani Gryſeis amictæ videantur adveniſſe. Griſeæ. Sicut Xenodocheium D. Juliani, quamvis Anno demum 1580. Xenodoch. S. Juliani. Griſeæ. Wervicanas ejuſdem inſtituti virgines admiſerit templo ſeptem poſt Annos dedicato, & vento Anno 1606. vaſtato; tamen Anno 1320. ſi non cepit, ſaltem à Senatu Rectorem accepit. Hoſpitale S. Sampſonis. Sicut etiam Hoſpitale B. Sampſonis quamvis annitente Capitulo Amatenſi nunc demum formatum fuerit; tamen extant Gregorii Papæ reſcripta, Fratres ibi hoſpitalitatem exercentes in protectionem accipientis. Gerontocomia autem ab Ægidio de Freſaing & Catharina ſorore ad Annum 1327. uſibus ſex vetularum, à Maria de Harnes Anno 1342. & à Bernardo Pilato viginti poſt Annos octo ſenibus deſtinata. Similiter hujus ævi ſunt, & hoſpitale Jacobæum è Compoſtellanis ſodalibus locupletatum, & Gerontocomium Duaci veteris, de cujus exordio præciſè nihil afſero nec aſſero. Omnium porrò maximum huc ſpectat totius oppidi pulchrum omni ex parte incrementum, ſub Pulchro inchoatum, adjecta ad meridiem porta Atrebatenſi haud procul à loco ubi Anno 1397. Duacenſes arcem de Brangelles everterant, & ducto muro uſque ad planitiem adverſam antiquæ Quercinenſi, unde ad ſequenteta gleba terræ iſtius inducendæ Flavidim aptè nuncupatam Novi operis murus conſpicitur à 60. admodùm Annis, præſcribente munimenta urbis aptiora Carolo Quinto ductus. Sequitur Scarpo proxima porta ad Septentrionem & Morellam quaſi Mortalem dicas, à clade aliqua in agro, qui adhuc pugnæ nomen ſervat, accepta, ubi & reperta magno numero cadavera. Indeque Mariana ſplendido extructa Schemate & Eligiana à Sacello veteri, cujus reliquiæ icunculæ quædam hodieque viſuntur, dicta. Turres mœnium. Et erat murus in ambitu turribus & hemiciclis interpolatus, foſſa munitus, & quà flumen oppido influit ſepimento eleganti & turri ab Urſis nuncupata firmatus. Tours des Ours. Ab ævo autem Caroli Quinti urbem munire ſatagentis ſuperflua hæc ornamenta velut reſciſſa ſunt, & una parte mœnium firmatio concepta, omnibus præſcripta.

RERUM
DUACENSIUM
PARS TERTIA.

NUnc quoniam ad maximum Duacenæ Amplitudinis faſtigium pervenimus, ſingula ejus membra intereſt metiri, & urbis quam civitatis decora levi brachio perſtringere. Pontes partim ſublicios, Pontes urbis. partim lapideos una in urbe habes non pauciores triginta, Fora rerum venalium & Fora & loca vacua. id genus loca ampla, & eminet forum majus eleganti quadratura & ſpacio, nundinatione hebdomadaria diebus Saturni & Forum hebdomadale. Jovis, & nundinis tridui annuis ſub initia Nundinæ annales. Sextilis & Octrobri immunitate novem dierum in aditu & abitu gaudentibus: Frumentarium emporio frumenti & ſtabulatione celeberrima Anno 1433. Stapula frumenti. per Ducem Ejus privilegium. confirmata, adjecto interdicto, ne quis intra quintum ab urbe lapidem ulla prǽterquàm in foro frumenta coëmat. Et confluant, convehantque ſua non tantùm qui fluminis commoditate utuntur, Flandri, Hannones, Brabanti, ſed etiam è longinquis Galli aliique, ut admirationi ſoleat eſſe exteris, tantum afferri, & nihil in foro relinqui inemptum aut referri indices notantibus. Curia hic Curia. ſatis ſplendida eſt, poſt incendium Anno 1371. reparata elegantiùs, cùm ſacello & Sacellum ejus. ſacellano ibidem ante annos viginti dotatis per Iſabellam de Malet inſtructa fuiſſet, Turri ex quadris lapidibus adjecta Belfort. eleganti & procul ſpectabili, cujus fundamenta Anno 1373. poſita, Joanne Burgundo etiam tum inaugurato frontiſpicium anterius noſtra memoria renovatum legi. Halla lani & linificum ingens olim erat, ſed eadem incendii ruina ſolo æquata, teſte litteris Anno 1476. Carolo Duce permittente ad reſtaurationem operum oppidi ſortitiones nundinarias indici. Eratque tanti quæſtus & frequentiæ hoc opificium, ut Pariſiis publicam haberent Duaceni Hallam, declinante hoc mæchanicorum genere venditam. Et eſt officina publica munitionum & armorum loco opportuno & amplo; eſt & Senatus Ædilium ſex & Curia Gubernantiæ. Habent & ædificia ſua magnifici operis Abbates, & Dynaſtæ vicini Aquicinctinus, Marchianenſis, Vedaſtinus, Monteligianus, Viconienſis, Haſnonienſis, Elnonenſis, Cinonienſis, Vaucellenſis, Henninienſis, Andreanus, & virginum Antiſtitæ Flinenſis, Vergieriana, Sinenſis, Dononiana, &c. Ad remp. quod attinet & civitatem, in ea diverſi jus dicunt, vel Principum vel privatorum, vel civium nomine. Primi generis eſt Tribunal appellationum La Gouvernance.

tionum Gubernantiæ, ad quod recurritur à civitatibus ternis & viginti ſex pagis, & à quo Gandavum Præſidente Gallo Flandrorum Gubernatore, & cepit cum ex conventu Madritienſi provinciæ hæ à tribunali Viromanduorum ad Quercum Bellam locum Ambianis & Dorlenſibus interjectum fixo ſunt abſolutæ. Principis etiam nomine de feudalibus & criminibus extra Scabinagium patratis cognoſcit Balivus Major Duacenſis, idemque ſententias criminales à Senatu pronuntiatas mandat executioni, qua dignitate uti primaria Viri quoque non niſi primariæ nobilitatis aut virtutis functi. Et libet fidem factura omnium ab Anno 1368. id eſt, reclinante ad Flandros Duaco nomina aſſcribere.

Origo ejus.

Bouchain.

Curia feudorum.

Curia Balivagii.

Balivi dignitas.

Balivorum ſeries.

Joannes Capron Anno 1368.
Bernardus du Jardin Anno 1369.
Bernardus Wion Dominus de Loz 1376.
Gerardus du Bois Eques Anno 1376.
Ricaldus d'Autrain Anno 1379.
Jacobus de Prez Anno 1386.
Joannes de S. Albin Anno 1412.
Jacob. de Finnes, Joann. D. Lingier 1415
Theodorus le Roi Anno 1422.
Ægidius de Bouvrain Anno 1431.
Triſtanus de Beeze Anno 1433.
Anthonius de Pocques Anno 1434.
Arnoldus de Goy Anno 1437.
Joannes de Haulcourt Anno 1448.
Philippus d'Alennes Anno 1453.
Æmilius Carlet Anno 1469.
Michaël du Jardin Anno 1472.
Joannes de Siveri Anno 1475.
Joannes de Alennes Anno 1476.
Meliarbii Lalanus Anno 1489.
Artus de Lalaing D. de Hourdain 1499.
Guido de Paiage Anno 1501.
Joannes de Hauchy Anno 1504.
Joannes de Latre Anno 1513.
Joannes de Bubay Anno 1537.
Claudius de Bailloeul Anno 1541.
Marcus du Hem Anno 1545.
Gulielmus de Halen Anno 1556.
Philippus del Val Anno 1556.
Balduinus de Briatre.

Scabini S. Amati. Habent & Scabinagium juſtitiamque ſuam peculiarem Canonici Amatenſes, ut ſuprà dixi, & D. de S. Albino, & appellatur à ſententiis horum ad Gubernantiam; ab illorum Curia olim Francorum Regibus immediatè ſubjecta, demum tribunali Bellæquercus nunc Atrebatenſi obnoxia Atrebatum recurritur. Habet denique Civitas Senatum tredecim, ut olim, menſibus imperantem, ſed numero per & poſt ſanctionem Luduvici Comitis Anno 1376. variato, tam Electorum quàm electorum: ita ut exinde ab dicaturi aſſumant Burgenſes 4. ex Paræcia Apoſtolorum Principis, 5. ex ſingulis aliarum Paræciarum, ſingulos, penes quos auctoritas eſt tactis Sacroſanctis Scabinos 12. nominare è tota Duacenſis populi multitudine, niſi quòd tres neceſſariò ſint aſſumendi ex tranſcarpanis S. Albini. Eliguntur etiam ab iiſdem ſex Ædiles operum & peculii urbani, munitionumque curam habentes, & cognitionem cauſarum circa illas motarum, nec tamen arduum aliquod inconſulto ſenatu peragentes. Atque mos & lex habet electos, fidelitatis juramentum excipiente Balivo, aut ejus defectu primo Scabino præſtare ex declarationis per Carolum Cæſarem Anno 1517. præſcriptæ formula; ſententias autem Scabinorum executioni mandat, ut dixi, Balivus. Præpoſiti autem tam oppidanus quàm S. Albini (dignitates eæ ſunt perpetuæ) jus ſiſtendi habent, dummodò Senatui repræſentent, & depoſiti, iidemque ſententias civiles, in ſuo quiſque tractu, exequuntur. Munus hoc Meluniis Eſpignoii Principibus hæreditarium fuit dudum, niſi quòd ejus exercitium Ligniaca Princeps oppido nuper ceſſerit. A conſiliis ſunt Senatui qui recens Magiſtratu defunguntur, & ſi munera publica Conſiliarii, Graphiariorum, Procuratoris, fortè vacent, aut ſimile quid majoris operæ occurrat, adhibentur duorum præcedentium annorum Senatorii. Cæterùm dominatur oppido Senatus, viarium percipit, & in venditionibus fundorum cenſum Domininicalem, qui adeò etiam non ſubmovente Balivo jus dicere & reum condemnare ſolet, & duos è ſuis deſignare, qui Balivo civis domum alioquin liberam, ingreſſuro aſſiſtant, & proſcribere delinquentes poteſt ad tertium ab urbe lapidem: ulteriùs conſuetudo in legem penè tranſiit ut ex defungentibus Scabinati Pacis Arbitri ſeptem deligantur, de quorum initiis aliàs dixi. Et quidem ob hanc Senatus authoritatem Henricus Rex Angliæ litteris Anno 24. regni datis immunitatem ſe largiri ait *Burgenſibus de Duaco per quos ipſa villa regitur*. Lectior virorum turba nomen dare conſuevit, Collegiis Sagittariorum aut Poëtarum. Illorum autem qui chalibeo arcu exercentur & ex Flandriæ antiquiſſimis habentur, non vulgaria Anno 1343. adepti privilegia, ob fidelem Regi in bellis navatam operam, erantque centum & viginti nunc ad 30. redacti. Arcus cornei ſodales à Comite Anno 1375. immunitatem renovatam obtinuêre, erantque centum, nunc dimidio pauciores. Baliſtarii ſeriùs, id eſt, Anno 1451. juramento obſtricti videntur. Poëtæ Pariſiis initia & laudem accepêre ante tria ſæcula, & morem hodieque ſervant feriis Aſſumptæ in cœlum Virginis Matris corona argenteæ aliiſque præmiis ad certamen rythmicum collegia civitatum propè proculque diſſitarum invitandi. Vilior plebs in quinquaginta duas opificum tribus

Item S. Albini.

Forma Senatus.

Juramentum urbis.

Præpoſiti Urbis.

Conſeil de trois tours.

Majeſtas & privilegium Senatus.

Paiſeurs.

Arbaleſtriers.

Archers.

Coluveniers.

Opificia.

tribus digeſta eſt, & excellunt opibus & fama frumentarii, qui circa lanificium occupabantur etiam nomen habere ſolent, fabros murarios ſimiliter à vicinis urbibus laudari, expeti, & evocari magna ambitione videmus. Numero autem valere ſolent Lanii & textores, ſed hi poſt occiſos in tumultu 11. Senatorios Anno 1280. illi ob ſimilem audaciam Anno 1348. malè mulctati non parum perdiderunt. Civium univerſim dotes ut exemplis ſe produnt, producam. Pietatem quis non videt, qui videt 20. circiter ſub variorum Divorum auſpiciis, velut ſub ſignis quibuſdam militan-

Societates ſacræ.

tia ſodalitia Pontificum indulgentiis hono-

Hoſpital N. Dame.

rata? Præter hoſpitalia 12. ſuperiùs à me annotata, ecce dives Xenodocheium Deiparæ titulo ſub Anno 1400. à Joanne de Rocquegni inchoatum, ab aliis auctum.

Orphelins.

Ecce utriuſque ſexus Orphanotrophia, alterum à Senatu Anno 1590. alterum à Gerardo Norman Anno ejuſdem ſæculi 74.

Ecole des pauvres. Eloëmoſynarii 16. Les Enfans trouvez. Hoſpital Salart.

fundatum. Pædagogeia pauperum utriuſque ſexus per 16. annales egenorum Curatores à Senatu deputari ſolitos procurantur. Infantibus expoſititiis etiam ad D. Joannis ſumptu publico adornatum Hoſpitium non ita pridem filiabus parentum ope deſtitu-

Maiſon S. Agnes

tis Carolus Salé Doctor Medicus domum cum dote Anno 1608. reliquit. Filiabus quæ per egeſtatem nec formari nec doceri poſſent, inſignem inſtituto & fama domum & velut Parthenonem dedicare cœpit Anno 1592. titulum B. Agnetis aſſignans

Pauvres Prêtres.

Refredis du Flo virgo piiſſima. Presbiteris ſex ſenio & inopia laborantibus, Joannes Pariſiis domum & ſuſtentacula vitæ reliquit, ſicut ejuſdem conditionis octo olim ſubſidia teſtamento legaverat Anno 1313. Margareta Meblez, dicta Baudeauz. Erat etiam ſex puerorum ſacris aſ-

Bons enfans.

ſiſtentium & gryſeis amictorum domus, ſed de cujus exordio nihil reſcire potui. Eſt & à Joanne Laubigeois recenter Anno 1602. inſtitutum Gerontocomium & Anno 1607. à Gulielmo Cantain Hoſpitale. Quid refe-

Sacella minori.

ram ſacellorum in vicis frequentiam? Præter enim Cœnobia, Collegia, Hoſpitalia, & Abbatiorum Hoſpitia primaria ſuis ferè exornata; Habes circa ædem Apoſtolorum

De N. Dame.

principis ſacellum Marianum Anno 1532. miraculis aliquot illuſtratum. Nec procul

Magdalenæ.

hinc alterum Magdalenæ, ubi inter ſacros theſauros malleus B. Eligii creditur aſſerva-

Nicaſii.

ri. Nicaſii etiam à peregrinis ſolitum viſita-

Baptiſtæ. Jacobi.

ri adjacet. Joannis Baptiſtæ ſimiliter & Jacobi Apoſtoli ſacra civium ſocietate clarum

Catharinæ. Margaretæ. Chapelle de la Halle.

eſt. Catherinæ Virginis à Domino de Heen extructum perhibetur, ſicut Margaretæ à Fullonibus. Curiale autem ſuprà nominatum exiguam ex ſtillis alterius per Angelum delatæ Atrebatum coagulatam aſſervat religioſè candelam. Quid cœnobia referam aut renovata aut fundata, aut recepta velut in aſylum? Abbatia Ciſterticnſis inſtituti de Pratis, & altera Regularium de Sinis, nunquid non huc confugêre? Patres Societatis Jeſu nonne Anno 1582. Capucini Anno 1592. Benedictinæ rigidioris obſervantiæ titulo Abbatiæ Pacis ante decennium ex Galliis, Benedicti-

Benedictini Hiberni. Reſtauratio Dominicanorum, & Franciſcanorum.

ni rectioris vitæ ex Hibernia & Hiſpaniis nunquid non loca habitationis Duaci adipiſcuntur? Dominicanorum ab incendio Anni 1595. templum, Franciſcanum ab incendio Anni 1567. Cœnobium, pulchrius caput erigit. Turris D. Petri Anno 1514. cœpta à triennio perficitur, Curiales ſingulæ velut certatim ornamentis ſacris incumbunt aſpirante piorum civium munificentia. Ingenia geniumque civium cum ſingulari in litteras affectu produnt viri clariſſimi hinc nati, imprimis Petrus titulo S. Mariæ in via lata Cardinalis, qui flagrante inter Hannonios bello à Gallis apud lutoſam interceptus, nec multò pòſt dimiſſus indicto apud Divionem conventu Philippo Francorum Regi Auguſto propter iniquum Ingelburgis repudium & novas cum Maria Morava nuptias ſacris interdixit. Robertus Gaguinus Generalis miniſter Cruciferorum SS. Trinitatis de Redemptione captivorum, qui orationes, Epiſtolas, poëmata, & volumen Chronicorum edidit. Arnoldus Wion Benedictinæ familiæ, qui titulo Ligni Vitæ librum evulgavit, initia & progreſſum ordinis ſui continentem. Paulus de Monte tranſlatis ex Latino & Hiſpanico diverſis in Gallicum opuſculis famam adeptus. Conciliorum Præſides H. de Franz Atrebati, & N. Vacquerii Pariſiis. Abbates electi Le Clercq ad Vedaſti. An. Crocquet ad Giſleni, N. Tiſon Haſnonii. Ut taceam Doctores Theologos, Jurium, & Medicinæ noſtri ævi 20. quos nominare poſſem Duaco natalium exordia referentes. Atque hæc Doctorum

Univerſitas

copia præcipuè obſervata, ex quo munificentia Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ inſtitutum eſt hîc Univerſale ſtudium & Academia evocatis Lovanio artium & ſcientiarum Profeſſoribus. Auſpicium docendi honorarium inchoante Franciſco Richardot Atrebatum Epiſcopo. Et quamvis recentior hæc ſit Univerſitas, tamen magno paſſu ad gloriæ ſuæ apicem progreditur, Rege Doctoribus ampla conſignante ſtipendia, & Palatium imò ſuum inferiùs Pedagogeio Philoſophico & prælectionibus ordinariis transſcribente, & alibi Seminario Paſtorum, domum, dotemque attribuente. Cujus exemplo utriuſque ordinis Magnates Collegia extruxêre, Abbates quidem Aquicincti Joannes Lentailleur, Marcianarum Arnoldus Gantois ad invidiam, alter ex adverſo alterius ſuperbo ædificiorum

appa-

apparatu Philoſophica fundavêre Gymnaſia, & eſt hoc areâ ſpacioſâ, ſacello eleganti, porticibus & ambulacris nulli ſecundum; illud Patribus Societatis attributum, exinde florentiſſimam Galliæ & Belgii juventutem erudiens. Epiſcopi tres, Cameraci, Tornaci, Atrebatum etiam ſuum habent collatitio ære magnum Theologiæ ſtudentium aut deſtinatorum alens numerum. Et ſeparatim Joannes Moullartius Atrebatenſis Antiſtes Anno 1599. vita functus egregium dotavit variarum diſciplinarum Seminarium, privati autem Wenelaus Pardieu D. de la Motte eodem fine eleganti ſtructura domum magnificam & numero ſtudioſorum præſtantem extruxit, dotavitque. Mathias Boſſemius Anno 1599. mortuus Cancellarius Academiæ, Theologiæ candidatis ſimile adornari voluit Collegium. Quemadmodùm Anno 1582. Hugo de Pariſiis civis honoratus adornaverat, & Anthonius de Hennin apud Iprenſes Canonicus ſuperſtes recenter inſtituit. Ut taceam Anglis, Scotis, Hiberniſque aſſignata domicilia cum ſtudiorum ſubſidio, & plurimas privatorum opibus in dictis Collegiis relictas pauperibus præbendas & Eleëmoſynas.

In quo Duacum miſſum facio, Poëma ex Moræo noſtro continens diverſas Duaci ſolennitates à Principibus, & conatus, & oppugnationes ab hoſtibus profectas. Denique Hiſtoriam Venerabilis Sacramenti miraculoſi ex Cantipratenſi; & ſacrarum ad D. Amati reliquiarum Elenchum cum Epitaphiis aliquot veteribus; Suburbani & Caſtellaniæ deſcriptionem ſecundis curis reſervaturus, eò quòd necdum plenam de ſingulis dominiorum eminentiis notitiam ſum conſecutus.

ORCHIACUM.

Oppidum hoc cum Inſula & Duaco nominari vulgò ſolitum, qui ſolum illo contubernio innoteſcere credidit & ſcripſit hallucinatum ſe videbit, cùm diſcet, urbem hanc antiquitatę Inſulas præcedere, privilegiis Duacum æquare, ambitu veteri utrumque ſuperare. *Caſtrum Orca* vocabatur antiquitus, nomen ab rivulo inveniens, rivulus ab urticis, quæ hinc in contra ſigillo; & fuit ævo Ludovici Pii caput ſive Metropolis Pabulæ principibus & Regibus ſolitum frequentari, quod me unicum dicti Ludovici diploma ſcriptum Anno regni 6. *Orca Caſtro Regio* docuit, ubi meminit Arnulphi militis *curtilia tria* in *comitatu Pabula dicto* donantis ad altare Dei genitricis Mariæ in Camaraco. Unde ampliùs obſervare licet hoc *Caſtrum regium*, *Pabulam* autem *Comitatum* fuiſſe. Caſtri porrò videtur hodieque ædificium, aquis cinctum Principis juri & juſtitiæ ſoli obnoxium, unde plurima Dominiorum feuda motum accipiunt, & circa crimina pro tribunali ſedent *Homines Comitis* præſidente Balivo, qua dignitate ab 80. retrò annis laudabiliter funguntur Gentiles de *Baſcourt*. Et ſic intelligenda Margaretæ Principis donatio Anno 1260. confirmans Hoſpitali urbano *modios vi & decimam quam Theobaldus Major de Orchies miles, & Joannes de Caſtello de Orchies de ipſa tenebant*, *Major*, id eſt, Balivus, *de Caſtello*, id eſt, feudatarius, ut nunc loquimur; niſi credere malimus Caſtellanum fuiſſe Joannem illum, eò quòd non ſemel inveniantur *Caſtellani* Orcienſis titulo diplomatibus ſubſcripſiſſe Gentiles de *Sangien*, de *Pontverdin*, & alii. Declinaſſe autem pannificium, & cum eo oppidum, occaſione bellorum imprimis, tum incendii Anno 1414. totam 19. ædibus exceptis urbem abſumentis. Unde ſollicitus & cupidus reſarciendæ cladis Dux tridui nundinas annales incipientes poſt ſolennitatem natalis Mariani cum libertate itus & reditus per octiduum dedit. Extant litteræ Anno 1419. Sunt autem præter dictas nundinas aliæ non minùs ſolennes poſtridiè Trinitatis, & hebdomadatim forum frumenti filique nundinationibus celebre diebus Lunæ & Veneris. Apparet certè mœnium, quæ nunc conſpicimus, fundamenta poſt hanc incendii cladem jacta, ut parem fortunæ ſuæ ambitum urbs acciperet, amplitudinis tantæ minimè indiga. Et potuiſſet reſpirare oppidum mœnibus eleganter novis incluſum, foro inſigniter ſtrato, Curia, Hallaque extructis, Litterarum Gymnaſio adornatum (cui ab antiquo Senatum ſuperintendere docet Anno 1438. diploma) Xenodocheio Joannis de Bocque ad peregrinorum receptacula fundato Priore & fratribus tertii ordinis Anno 1515. illic hoſpitalitatem curantibus, evocatis in Beginaſium Anno 1538. Virginibus Franciſcanis tertiæ regulæ ex Briſtolienſi Parthenone, ægris etiam contage laborantibus aſſiſtentibus, de quarum ſtabilitate extant Anno 1566. litteræ Legati S. Sedis, impetratâ etiam per privilegium Cæſaris Anno 29. celebri tenuium pannorum ſive Sayarum, & Sericorum villoſorum variè pictorum textrina. Potuiſſet, inquam, reſurgere, niſi ſecundum Anni 1556. incendium Curiâ, templo & tribus ædificiis exceptis omnia abſumens interveniſſet, & conſequens mox bellorum civilium noſtræ Belgicæ tempeſtas, obſtitiſſet quominùs in ſumma rei familiaris penuria cives præſidio velut perpetuo afflictos potuerint aſſurgere. Niſi quòd ab Annis non ita multis videantur animos facere, reſtaurata in ambitum urbe admodùm eleganter; & ædificiis ſic ſatis veſtita, foro autem ſplendido & nundinatione

tione paulatim reditura; republica ſic ſatis formata, & viris inſtructa ſagacibus. Patet Oppidum nunc portis quaternis & totidem ſuburbiis. Quorum duo Duacum verſùs Leproſarium monſtrant & ædiculam Deiparæ à febricitantibus viſitari ſolitam. Quod verſùs Inſulas ducit à vico Majoris dictum, Gryſeas oſtendit; quod Tornacum reſpicit, à querceto veteri ſolet nominari, & contingere Noſocomium inſigne de *Theonmoulin* (ita enim vocat in litteris Anno 1262. Epiſcopus) cœnobii adinſtar, de cujus initio ſuprà dixi. Ultra hæc autem ſuburbia latè ſe porrigit Scabinagium, & in ambitum ferè rivulis cingitur, quorum primarius *Orca* novi pontis nomine notior, Noſocomium præterfluens, & apud Marcianas ſuperinfluens. Caſtro acceſſit urbs ampla illa & in duplum hodierna amplior, extantibus clauſuræ veſtigiis, & hinc ſchædæ privilegiorum meminerunt ferè civium habitantium intra *veterem firmaturam.* Quando autem ad amplitudinis hujus faſtigium venerit, non ſatis ſcio; certus tamen Anno 1175. non parum profeciſſe, cùm Philippus Flandriæ & Viromandiæ Comes, *hominibus de Orcies* (verba ſunt litterarum) *liberè conceſſit libertatem & leges oppidi Duacenſis, & ut nuſquam juri ſtare debeant intra Pevelam, niſi intra villam, & quicumque in villa diem unum & annum unum ſine contradictione habitaverit, liber eſſet, concedens unicuique furnos & cambas facere & molendina caballaria ſalvo jure ſuo. Hoc factum aſſenſu illuſtris conſortis ſuæ Mathildis Reginæ, ad cujus dotalitium dicta villa pertinere noſcebaur. Datum Duaci 8. Maii.* Ecce cauſam ſaltem aliquam; quomodò enim oppidum dotale Reginæ non vigeat? favores non habeat? privilegia non impetret? Et horum quidem Anno 1207. per Francum Regem, & poſteà per Dampetræos Principes confirmatorum vigore habita fuit ſemper urbs Primaria, in qua Princeps fidelitatis juramentum dare & accipere ſolebat, & populus alioquin reipublicæ clavum tenere, ita ut circa ferias D. Huberti abdicaturi Senatui eligant tres-viros qui tactis ſacro-ſanctis includuntur Sacriſtiæ Parochiali, donec pari ſecum numero Scabinos nominaverint; nominati autem duos ſibi collegas adſciſcunt, & nominati cum adſcitis reliquos duos eligentes ſeptenarium abſolvunt. Omnes autem tam electores quam electi delegato Principis Balivo & Curioni offeruntur, & præeunte Actuario ante aram maximam jurant, & ſi quando res occurrit gravioris momenti, defunctos præcedenti anno, velut ad conſilium adhibent. Nec verò ſola Mathildis hæc oppidi exaltatrix, ſed vel maximè Margareta Comes, quæ leges & rempublicam formavit, textrinæ & pannificii ſolennitatem, id eſt, opes introduxit, Curialem Deiparæ à Tornacenſibns dependentem vaſe ſacro & reliquiis, & ſacellano ex quatuor uno exornavit, *fundum in vico Majoris* Anno 1270. coëmit, quò Beginæ in oppido agentes commigrarent, Leproſarium in ſuburbano Anno 1237. fundavit domum cum foſſatis & appendiciis Anno 1261. inſtituendo Ciſtertienſis inſtituti Cœnobio contulit, quod titulo *Honoris noſtræ Dominæ* ibidem in ſuburbano permanſit, donec aſſenſu Joannis Abbæ Claræ vallenſis Oda Abbatiſſa in Flines commigravit, *ambitumque loci, ubi prius monaſterium fuerat cum foſſatis* & ædificiis Anno 1257. Hoſpitale tranſſcripſit. Cujus fratribus & ſororibus regulariter viventibus J. Epiſcopus Anno 1262. ſtatuta Noſocomii Inſulenſis præfigit. Et tranſiit favor velut in ſemen, eò quòd Gulielmus Dampetræus, & alii ejus ſtirpis reperiantur non mediocriter civibus faviſſe, quorum & virtutem & fidem perſpectam habebant. Hoc enim eſt quod Anno 1487. contubernales Mariani Baliſtâ ſe exercentes laudem ex expeditione Gallica leguntur retuliſſe, & interjecto tempore Arcuarii à Joanne Duce immunitates conſecuti Anno 1416. ſcribuntur pluries Duci fortiter & fideliter opem tuliſſe plurimis ſuorum occiſis. Hoc eſt quod litteris Anni 1393. Rex narrat florentem Orchiaci fuiſſe olim mercaturam & groſſi pannificii textrinam, ſed eam declinaſſe, permittens ideò alterius normæ opificium. Præfectura autem Orchienſis latiùs patet vicos tres comprehendens, *Auchiacum* quidem D. Berthæ Blangiacenſis olim poſſeſſio, nunc Eccleſia Decano Cathedralis Nerviorum obnoxia. *Cotyſium* Præpoſitura olim & Patronatus virginum Broucburgenſium dono Clementiæ Comitis, nunc Eccleſia Deiparæ tantùm *Felinium* auguſtiſſimæ virginum Ciſtertienſium Abbatiæ peculium, quæ ipſa in Senatu ſingulorum pagorum quinque Scabinis per duos electores à defungentibus nominatos creatis conſtante cum Principe concurrit. Dicta autem Abbatia, ut dixi, ſub Annum 1234. fundata eſt, teſtibus litteris Margaretæ D. de Dampetra, *quæ ad memoriam mariti ſui, locum, qui dicitur Honor B. Mariæ, ſitum prope villam de Orcies, contulit B. Bernardo & Ordini Ciſtercienſi, ad hoc quòd ſit in perpetuum Abbatia monialium, & ſpecialiter filia Claravallis.* Datæ quidem tum litteræ, ſed non ita mox formatum Cœnobium, defectu, quod opinor, dotis ſufficientis. Unde fit ut Annales Annum demum 40. ejus ſæculi natalem Abbatiæ faciant. Diploma enim Margaretæ donantis præcipua, datum invenitur Anno 1241. Altero Anno 1244. ait ſe *fundaſſe Eccleſiam juxta Orcies, ubi religioſæ, &c.* Cæterùm cùm litteris Anni 1251. Præpoſitus & Decanus

canus Atrebatenſis referat *Abbatiſſam & moniales de Orcies Ciſtert. Ord. Tornac. diœceſis proponere Abbatiam ſuam transferre propter difficultates quaſdam & gravamina quæ ibi ſuſtinent.* Et Margareta Comes biennio pòſt, referat ſe Abbatiam in Orcies primò fundaſſe, & poſtmodùm tranſtuliſſe apud *Flines*, delectam ſibi imprimis, eò quòd chariſſimam filiam ſuam Chriſto ibidem perpetuò dedicaverit, nemini dubium eſſe poteſt quando hæc tranſlatio acciderit, etſi venditio loci Orcienſis, ubi priùs monaſterium fuerat, demum facta ſit Anno 1257. Unde mirum in litteris capituli Tornacenſis Anno 1260. de decima in Landaſt, vocari Abbatiam de Orcies. Filia Comitis in diplomate materno citata Maria fuit, quæ cùm in chori medio ſplendidè tumulata ſit, pedum tenens & inſcriptione Abbatiſſam referens, nec tamen in Catalogo Antiſtitarum nominetur, ſuſpicor id honoris tantæ Virgini, quoad vixit, datum à cæteris, quæ interim ſub ſe aliàs Cœnobii gubernacula tenentes habuerit, ideoque factum ut ipſa inter fundatores locum habens honoratiorem, in obituario Abbatiſſarum & numero prætermittatur, ſecundariis ſurrogatis. Inſcriptio autem ſarcophagi elevati marmoreo pegmate talis eſt.

Hæc de Dampetra jacet hìc veneranda Maria,
Quod fuit, egregia nequeunt deſcribere metra,
Princeps Flandrenſis, huic mater & Hannonienſis
Ævi ſub flore, Domini flagrans in amore,
Mirando more floruit pietatis amore,
Hæc Abbatiſſa nituit benè mitis, honeſta,
Digna fuit laude, ſupplex, humilis, ſine fraude,
Huic Deus applaude, nec ei tua gaudia claude,
Anno milleno, tercenteno quoque bino,
Migravit feſto Thomæ Didymi ſub honeſto.

Jacet inſuper in choro Dominarum magnifico illatus tumulo Guido Comes, cujus uxor Mathildis in Capella D. Huberti monumentum habet; unde erroris convincitur Meierus qui ſepultam ſcribit Bethuniæ. Credunt etiam Flinenſes ſub marmore elevato ex adverſo aræ SS. Trinitatis in choro Dominarum ſepultam Iſabellam Guidonis conjugem alteram, ſed Meieri & Annalium traditio melior eſt Petegemii ſepultam, ubi epitaphium extare ſolet, tradendentium. Ibidem in choro Andreæ Apoſtoli Gulielmus Dampetræus ad Annum 1251. defunctus ſepulturæ locum habet præclarum; unde Meieri duplex lapſus annotatur, tradentis hunc Markettæ ſepultum, Patrem autem cognominem Anno 1241. Flinis, cùm ejus contrarium verum ſit, nec Anno 1241. locus Templi ſepulturæ fuerit congruus, perfecti demum & dedicati Anno 1279. per Archiepiſ. Rhemenſem 28. Maii. Præterea in Sacello Philippi & Jacobi Mauſoleum eſt Blancæ Roberto Comiti nuptæ, & Anno 1264. mortuæ cum titulo.

Hæc quam petra tegis, Siculorum filia Regis,
Armis experti Flandrenſis ſponſa Roberti.

In choro Presbiterorum ingens viſitur tumba duorum Epiſcoporum, præferens effigiem Joannis, putà Leodienſis, Anno 1292. mortui, & alterius non ita noti. Quamvis enim in adverſa columna recenti charactere ſcriptum legatur Gulielmus de Flandr. Epiſcopus Cameracenſis Domini Epiſcopi Leodienſis conſanguineus, tamen opinor vitio renovatoris pro Colonienſis, poſitum Cameracenſis; ut fuerit ille Gulielmus de Juliaco Joannæ Flandrenſis filius, Guydi nepos, ex Præpoſito Trajectenſi & Canonico Leodienſi factus Archiepiſcopus Colonienſis Anno 1303. in Curtracenſi prælio necatus & Felinas, teſte Meiero tranſlatus. Præter dictos porrò Principum ſarcophagos videre eſt non paucos Nobilium & Heroum inferioris ordinis, quorum præcipui ſunt in ſacello Andrequo Rogerii de Mortaing Equitis Anno 1276. mortem mortui & ſepulti, cum tali Epitaphio.

Morte nimis celeri defecit vita Rogeri,
Traditur hic cineri, tibi Chriſte Jeſu miſereri,
Militiæ ſpeculum fuit excellente vigore,
Mortaniæ titulum fama decorans & honore,
Qui regis Aſtra poli, cui debita Latria ſoli,
Tartareæ moli defunctum ſubdere noli,
Illius cineres monſtrant, quàm ſint fluidæ res,
Mundo ſola feres quæ pietate feres.

In ſacello Deiparæ elevatius eſt ſepulchrum Margaretæ uxoris Theoderici de Beverne filii Domini de Briennio, cum hac Epigraphe.

Hìc Margareta clemens, diſcreta, quieta,
Beurenſis Domina, de Cypri Regibus orta,
Optima, Catholica, bona, Religionis amica,
Mutans carnalem, mutans in ſpiritualem,
Se docuit talem, cùm ſe dedit in Monialem,
Anno milleno, bis centum ſeptuageno
Quinto, ſic numerum complens moriendo dierum,
Chriſtus ſolamen ſit ei, pia Virgo levamen.

Ad dextræ chorum tumulus etiam prominens, ſed inſcriptione detrita; ita ut tantùm legi poſſit in circuitu.

Hic jacet Soror Joanna.

Supra tabernaculum capitale autem ſcriptum.

Flandrenſis nata Comitis jacet hìc tumulata,
Mundum cum flore ſpernens Deitatis amore.

In ſacello D. Annæ conſpicitur tumulus elegans Joannis Simonis de Lalaing Anno 1353. defuncti. Nec procul hinc alter Joannæ filiæ Fraſtrardi de Ligne Domini de Monſtrœul Anno 1274. morientis.

Sunt & aliorum magno numero & tanto, ut virginale toto Belgio Cœnobium non ſit quod excedat. Quia autem nec Religioſarum numero (ducentas enim fuiſſe ſcio, & eſſe haud multò pauciores centenis) nec religionis vigore, nec ædificiorum ſplendore par huic eſt in Belgio Cœnobium; Antiſtitas & geſta eorum breviter ſubjiciam.

Ogina nobilis genere, nobilior virtute, calculo Archimandritæ Claravallenſis electa, ſuffragio fundatricis probata & electione & ſuffragio ſe dignam oſtendit donec vixit, apud Orchiacum tumulata, ſed Flinas tranſlata.

Oda novellam plantationem non tam regere, quàm aliò tranſlatam rigare docta, utrumque facere deſiit, cùm vivere.

Aleydis de Brune claris orta natalibus, paucis præfuit annis, ſed non virtutibus & officinis adornatis Prælaturæ ſuæ reliquit poſteris teſtimonium.

Imania ut dignitatis, ita virtutis hæres, non diu præfuit, profuit tamen, & templo inchoato, teſtetur quò ſe præfuiſſe, reliquit.

Joanna de Tornaco excepit præcedentis titulum & opus, id eſt, templum eleganti fabrica & ſpacio dubites an ſpecie pulchrius.

Joanna de Aveſnis, ſi quæ collapſa refecit Anno 1304. in loco Capitulari, quem fecerat primam adepta ſepulturam.

Margareta de Chaſteau Vilain quinquennio imperavit feliciter cum fructu & laude.

Gertrudis de Thelain cum clauſtra adornaſſet & loca cibo, ſomnoque capiendis opportuna 14. regiminis anno abripitur.

Ægidia de Lalaing pulchri ſchematis clauſtra perfecit, inque eis amavit & meruit ſepeliri Anno 1336.

Iſabella de Enghien modeſtiæ laudem habuit, & ut magis haberet Anno 1357. ceſſit honori, & maluit privata mori, quàm Prælata vivere.

Perona de Soiſſons relicto ſui deſiderio & dignitate excidit & vita Anno 65.

Catherina de Curtraco nomini reſpondit, nec diu imperavit, ſed tamen benè Anno 63. defuncta. Ægidia de Lalaing cognominis ſuæ olim dotes æmulata, laudes merita, in terris eſſe deſiit, ſed non in memoria Anno 87.

Maria d'Oyſi genere, prudentia, pietate maxima, & neſcias utro major, exemplum reliquit poſteritati decedens Anno 391.

Maria de Marquet pomærio clauſtri extenſo ædificium ſtruxit illuſtrius antequàm ad mortem vocaretur, Anno 1418.

Joanna de Lalaing vix dici poterat præeſſe cùm abit, & obit Anno primo & ultimo ſuæ Prælaturæ.

Margareta de Raſſe obiit Anno 1436. benè, quæ vixerat benè, ſuperis & ſuis gratiſſima.

Catherina de S. Genois laudatiſſima Materfamilias, quæ aucti peculii ſacri & diſciplinæ laudem retulit, quietis tamen deſiderio depoſuit honorem, antequàm vitam Anno 80.

Maria du Gardin decennio Abbatiam adminiſtravit, & tum adminiſtrati præmia apud ſuperos perceptura vocatur Anno 92.

Maria Wye muro cinxit poſteriorem Cœnobii aream, & naturæ debitum ſolvit Anno 1507.

Joanna de Boubais reducti ad arctiorem vitam & reformationem Cœnobii laudem habet, reſignavit Anno 538.

Jacoba de Lalaing illuſtri proſapia, pulcherrimorum ædificiorum ſeriem extruxit Palatii Abbatialis, & Hoſpitum Curias ſplendidè, quod hodieque videmus, adornavit, æternam ſui memoriam relinquens, Anno 60. proſequentibus omnium lachrymis ſepulchro illata.

Philippa de Torque vix decennium ſupervixit aut præfuit ſuccedentem nacta Gabriëlam Deſne Betencurtæ Domini filiam Virginem lectiſſimam, & lectiſſimarum Præfectam.

INSULÆ.

Inſulæ è Theatro Belgico.

Nomen. INſulas Galli vocant *l'Iſle*, voce Latinorum vocabulo planè ſynonyma, atque inde ut volunt orta, quòd ſitum olim hoc oppidum, velut Inſula quædam, inter media ſtagna, quæ labentibus luſtris exaruerint, & aſſidua quadam incolarum induſtria tandem oppleta ſint. Alii nomen derivant à compluſculis Inſulis, quæ extiterint quondam in aquis urbi circumfluis. Alluit muros urbis, qua parte caſtrum eſt, perexiguus amnis, qui ad Lendium ortus, ſeptentrionem verſus decurrit, & ad Duſelmundam pagum ſeſe in Liſam exonerat. Diſtant hinc, Meſſina quidem tribus, Tornacum quinque, Iperæ verò totidem leucis. Condidit Inſulas Balduinus Barbatus *Fundator.* Comes, Anno ſupra milleſimum ſeptimo, cujus filio etiam Balduino Pio, eò quòd in hoc oppido eſſet natus, Inſulani cognomen eſt inditum. Qui Inſulanus quidem valdè in locum natalem pronus, diligenter eum excoluit. Nam ut alia viri beneficia prætermittam: ab eo ſunt urbis muri, ſtructi Anno 106; ab eo magnificum illud templum *Templum.* & Cænobium Divi Petri; ab eo denique lucu-

luculentiſſimi illi ejuſdem Cœnobii reditus, bono, quem ipſe inſtituit, cuique Epiſcopos Morinenſem & Cameracenſem accenſeri voluit, Canonicorum numero ſuſtentando.

Canonici.

Cœnobia.

Cœnobia habet Franciſcanum, & utriuſvis ſexus Dominicanum: juxtimque Abbatias Lozam, ſive Laudis, Bernardinam virilem, Anno 1152, atque Markettæ, ejuſdem normæ fœmin. per Joannam Conſtantinopolitanam fundatam, nundinaſque menſe Auguſto annuas. Nobiliſſimus hic conventus Anno 1433. agebatur: in quo Renatus Andegavi, Lotharingiæ, Barique Princeps, qui ſe utriuſque Siciliæ Regem ſcribebat, Caroluſque Borbonii Dux, cum Gall. Cancellario, ad Philippum Bonum acceſſère: ditionemque Caſletanam pro captivitate Renati redimenda, filiiſque ejus vadibus recuperandis in Philippum perpetuò transtulerunt. Scholam inſtituendæ in literis Græcis Latiniſque adoleſcentiæ, Joannes Silvius, aliique non ſine fama fructuque Lilæ habuêre, à magiſtratu ſtipendiati.

Nundinæ.

Schola.

Arx.

Inſulis, præter validè ſatis munitam arcem, monſtrantur uſque in præſens reliquiæ quædam veteris caſtri, quod vulgò appellant DE BUCK, domicilii quondam primorum illorum procerum, qui à Regibus Galliæ deſtinabantur ad Flandriæ præfecturam, & initio Saltuarii dicebantur, exque humili illo loco tandem ad ſupremas quaſque dignitates evecti ſunt.

Calamitates.

Direpta miſerè & cremata fuit hæc urbs bello quod Ferdinandus Flandrorum Comes geſſit cum Galliæ Rege Philippo ſecundo, & filio ejus Principe Ludovico, patre Divi Ludovici: poſteaque paulatim inſtaurata, capta iterùm mutilataque eſt horrendis illis & Flandriæ damnoſiſſimis bellis inter Philippum quartum Regem, & Guidonem Dampetram Comitem.

Oppidi laus.

Hodiè pulchrum eſt herclè ac præpotens oppidum, tectis & civibus ſatis denſum. Multa in eo nobilitas. Magnus variè paſſim negotiantium mercatorum numerus. Multi denique induſtrii & ſagaces valdè artifices, qui cum alia multa mercium genera, tum *ſajas* præſertim, *ſemioſſettas*, & *mocajarros*, Orientis exemplo, texunt. Ita quidem ut quod mercaturam & artes mechanicas attinet, ſi Antverpiam modò & Amſtelodamum excipias, vel primarium Belgicæ terræ emporium cenſeatur.

Viri docti.

Inſulis nati fuêre Gualterus, Epiſcopus Maguelonenſis, vir doctus & ſcriptis clarus: & Alanus Theologus, Philoſophia, & Poëtico ſtudio celeberrimus, qui & plurima magna ſua cum laude in lucem edidit: item Gualterus Caſtilionæus, Theologus ſummus, & idem Philoſophus poëtaque dulciſſimus. Alexander Blancus, Toparcha Meurchinius, nobilis litteratus & antiquitatum ſtudioſiſſimus.

Camera rationum.

Inſulis eſt etiam Camera Rationum, Bruxellenſi ſimilis, niſi quòd major ſit Inſulenſi iſtius auctoritas, major pecuniarum diſpenſatio, denique major longè prærogativa. Subſunt etenim ei multò plures Provinciæ, tota ſcilicet Flandria, Artheſia, Hannonia, Valentianæ, Tornacum, Tornaceſium, & Dominium Machlinienſe; Quæ omnes accepti expenſique rationes huic Collegio reddunt. Quod ſolebat olim & liber ille Burgundiæ Comitatus: ubi ob loci diſtantiam, inſtitutum eſt poſteà peculiare iſtius rei collegium. Inſtituit omnium primus Inſulenſem hunc Magiſtratum Philippus Burgundus, cognomento Audax, voluitque penes eumdem eſſe & juris ſubditis ſuis dicundi adminiſtrandique poteſtatem, & rationum ſacri Principis patrimonii recenſendarum jus. Verùm Joannes Dux ejus filius, comperto Senatum hunc tantis negotiis non ſufficere, ſive quod magis credam, dignitati iſti cum pluribus locis communicandæ, auctoritatem ejus diviſit: & litium quidem inter ſubditos ſuos decidendarum jus voluit eſſe penes Senatum illum Provincialem Gandavenſem, ſuprà nobis deſcriptum: Inſulanis verò reliquit auctoritatem cognoſcendi de patrimonio & reditibus Principis, exigendique illorum rationes, & quidquid horſum ſpectaret adminiſtrandi. Præfecti ſunt huic dignitati nunc temporis unicus Præſes, quatuor Rationum ut vocant Magiſtri, quinque Auditores, tres Graphiarii, & minores aliquot adminiſtri. Adſervantur in hoc collegio autographa omnia privilegiorum terræ à Principe conceſſorum. Paret Inſulis Caſtellania admodùm latè diffuſa, & ut verbo dicam, eſt hoc oppidum Flandriæ Gallicanæ metropolis.

ELOGIUM.

Inſula Dives opum, ſtudiiſque aſperrima belli,
Relligione pia, Juſtitiaque viget.
Templa ſtruit pietas, tendunt pomœria merces,
Cedunt marmoribus priſca decora novit.
Fundamenta ſolum ſuperant, faſtigia cœlum,
Materies pretium, plebs numeroſa forum.
Cladibus in patriis fœcundo proſpera damno
Crevit, & utiliter quas dedit, auxit opes.

MAX. VRIENTIUS.

TOR-

TORNACUM.

Termini. Antiquitas. TOrnacum, & univerſa ejus ditio cohæret cum latere Flandriæ Gallicanæ, & Hannoniæ terræ confiniis: oppidum tantæ vetuſtatis, ut conditum ſcribant ſexcentis & quadraginta annis ante natum humani generis Salvatorem. Nomen. De nomine, ſatis habeo dicere, quòd in obſcuro ſit ejus ratio: quòdque variæ ſuper eo & portentoſæ ſcriptorum opiniones. Sunt enim qui conditum velint à milite Tulli Hoſtilii, tertii Romanorum Regis, deque nomine ejus Hoſtiliam dictum: ſed deſtructum poſteà, iterumque mox inſtauratum, in memoriam Deæ Minervæ, corrupto nonnihil, & mutilato vocabulo, Nerviam appellari cœpiſſe. Primis autem Neronum temporibus renovatum rurſus à quodam ejus Tribuno, cui Torno cognomen, ac de nomine ſui illius inſtauratoris Tornacum denique nominatum. Alii rurſus pro indubitato tradunt, circa tempora Julii Cæſaris Nerviam audiviſſe, fuiſſeque metropolim Nerviorum, populorum qui maximè feri inter Gallos tunc haberentur, quique ad flumen Scabin cum ipſomet Cæſare congreſſi, magno & Romanorum periculo, & ſuorum ſtrage, ita ſtrenuè & conſtanter pugnârunt, ut cùm Cæſari dederentur, è ſexcentis ad tres Senatores, ex hominum millibus ſexaginta, vix ad quingentos, qui arma ferre poſſent, ſeſe redactos eſſe dicerent. Petrus denique Appianus Tornacum interpretatur Ptolemæi *Baganum*. Sed quidquid ſcribant aut commententur, illud ſanè veriſſimum, de antiquis locorum hujus terræ vocabulis, nihil veri aut certi adferri poſſe. Idque non tantùm penuria quadam ſcriptorum, ſed creberrimis quoque omnium rerum mutationibus, inde potiſſimùm ortis, quòd paterent hæc loca & expoſita eſſent non diluviis modò & inundationibus, verùm etiam bellis, & incurſionibus Barbarorum, Hunnorum putà & Vandalorum, Danorum, Gothorum, Normannorum, & Germanorum, qui miſerrimè ſæpiùs ea depopulati ſunt, & extrema quæque perpeti coëgerunt; quarè nec mirum cuiquam videri debet, quòd tam denſa hîc paſſim obſcuritas: ſed acquieſcendum potiùs iis quæ adſunt, nec ſophiſticè nimis & curioſè in hæc talia inquirendum. Situs. Poſitum eſt opportuno admodùm loco Tornacum ad Scaldim,

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.

& Orchiſa quidem dumtaxat quatuor, Duaco verò octo circiter leucis abjungitur. Oppidum ſanè pulcherrimum, amplum, opulentum, potens, & contra hoſtiles incurſus munitiſſimum. Arcem habet inſignem & firmam, amplas & commodas domos, templa, cœnobia, & id genus ſtructuras ad miraculum pulchras. Arx. Primaria cathedraliſque (ut vocant) Ædes Templum Cathedrale. Divæ Virgini ſacra eſt, condita & ampliſſimo cenſu dotata ab Childerico Rege Francorum. Celebravit in ea, Anno Chriſti, 1531. Carolus Quintus Imperator comitia Equitum aurei Velleris. Viget inſuper in hoc oppido mercatura. Vigent artes mechanicæ, & inprimis telarum, *ſajarumque* Textrinæ. Opifices. Ita ut numerentur duo & ſeptuaginta variarum profeſſionum Collegia. Res ſacræ. Dedit hic populus Chriſto nomen anno jam tum ducenteſimo nonageſimo, concionibus maximè operaque Divorum Platonis & Chryſolii, qui temporibus Diocletiani martyrio inibi coronati ſunt. Habet oppidum longè lateque diffuſum Epiſcopatum, ita canæ & reverendæ antiquitatis, ut primum Præſulem jactet Eleutherium, creatum à Papa Felice tertio, circa annum Chriſti 494. Paruit inde Eccleſia Tornacenſis per ſexcentos & ampliùs annos Eccleſiæ Noviodunenſi in Picardia. Sed Eugenius tertius, intercedente Divo Bernardo, urbi cathedram tandem reſtituit, & Epiſcopum ei dedit Anſelmum, Divi Vincentii apud Laudunenſes in eadem Picardia Antiſtitem.

Calamitates. Direpta fuit hæc Civitas (ut miſſa nunc faciamus antiquiora) deſtructaque non ſemel per bella cum Gallis Angliſque & Flandris geſta. Etſi enim ad Flandriam propriè pertineret, populus tamen libertatis ſtudioſiſſimus, perpetuò ferè, ſed non ſine magno ſuo malo & noxa, conatus eſt jugum excutere, mediuſque & neutri parti addictus vivere. Unde aliis aliiſque temporibus ſubjugârunt eam & crudeliter ſæpè lacerârunt ſingulæ illæ quas dixi nationes. Recepit, bello cum Gallis, Philippo ſecundo rege, & cum Flandria ſua conjunxit Anno 1213, Comes Ferdinandus. Sed recuperârunt iterum Galli, & aliquamdiu tenuerunt. Quorum Rex Carolus ſextus, Anno 1420, ea urbi conceſſit inſignia, Inſignia quæ hucuſque in ſcuto oſtentat, caſtrum nempè ad modum turris, & tria ſupra idipſum lilia. Interjecto deinde ſat longo tempore, & ſecutis variis rerum eventibus, quos prolixum ſit ſingillatim referre; obſeſſa eſt tandem Anno 1513. ab Anglorum Rege Henrico, cui, quòd numeroſo ſuccinctus eſſet exercitu, & tormentis jam undique oppidum quateret, nec tentare vellent extremam belli fortunam oppidani,

poſt

poſt levem aliquam ſui defenſionem, capitibus & fortunis ſalvis, depenſis tamen, ne diriperentur, centum millibus ducatorum, ſe & patriam dediderunt. Angli igitur urbe valido ſatis præſidio communita, etiam arcem illam munitiſſimam conſtruxerunt. Quoniam verò ob longinquam ejus ab imperio ſuo diſtantiam, comperiebantur, eam magno ſibi oneri eſſe & ſumtui, Gallis tandem, pace cum iis facta, & ingentem pecuniarum ſummam pacti, ex fœderis formula reddiderunt, Anno 1518. Verùm Carolus Quintus Imperator, miſſo ad urbem triennio pòſt cum exercitu Henrico Naſſovio, vi & armis eam ſubegit, cumque Flandria rurſus conjunxit, ita tamen ut diſtinctum maneret membrum, audiretque ditio Tornacenſis & Tornaceſii, & in agros pagoſque circumjectos retineret imperium. Conſtant autem Ordines hujus Provinciæ tribus membris, Antiſtitibus nempè, Nobilibus, & quatuor Magnis Juſtitiariis. Atque ita tandem factum, ut Anno 1549. quemadmodùm alibi paſſim per univerſam hanc Belgicam, ſic Tornaci quoque ſuſceptus & inauguratus ſit in futurum terræ Dynaſtam Philippus Princeps, dato acceptoque viciſſim juramento, cujus formulas hic ſubjiciam. Primùm igitur Princeps Civitati juravit in hæc verba:

Ego Philippus Dei gratia Princeps Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Comes Habsburgi & Flandriæ, &c. Dominus Civitatis & Provinciæ Tornacenſis, promitto & juro, quòd in adventu meo & ſucceſſione hujus Provinciæ, ero bonus & juſtus Dominus incolis Civitatis Tornacenſis, & obſervabo, & obſervare faciam benè & fideliter omnia eorum privilegia, immunitates, leges, libertates, conſuetudines & jura, quæ illis relicta ſunt, cùm ſub Sereniſſimi Parentis mei obſervandiſſimi poteſtatem deducti ſuêre, & quæ poſteà illis conceſſa ſunt, quatenus in eorum legitima ſunt poſſeſſione, & omnia faciam quæ ſupremus fidelis Dominus, Comes Flandriæ, & Dominus Civitatis & Provinciæ Tornacenſis facere tenetur. Sic me Deus adjuvet & omnes Sancti ejus.

Gubernatores verò & Magiſtratus urbani, approbante populo univerſo Civitatis & Ditionis Tornacenſis, Principi in hæc verba ſolenniter juraverunt:

Nous les Prevoſts, Jurez, Eſchevins, Conſeillers, & Officiers, manans & habitans de la Ville de Tournay, tant en noſtre nom, que pour & au nom de toute la Communauté d'icelle Ville, promettons & jurons au Tres-Illuſtre Prince noſtre futur droicturier & Souverain Seigneur, Philippe Prince d'Eſpagne, des deux Siciles, de Hieruſalem, &c. Archiduc d'Auſtriche, Duc de Bourgoigne, &c. Comte de Habsbourg, de Flandres, &c. Seigneur de Tournay & Tornyſis, &c. icy preſent, & à ſes ſucceſſeurs, de aprés le deces de ſa Majeſté Imperiale noſtre Souverain Seigneur & Prince naturel, que Dieu vueille conſerver en longue vie & proſperité, luy eſtre bons & loyaux: que eviterons & eſloignerons ſon dommage, avancerons ſon profit, & garderons & aiderons à garder ſon heritage, ſa Seigneurie & limites du Païs de Tournay & Tornyſis, ſelon noſtre puiſſance & poſſibilité, & ferons tout ce que bons ſubjects ſont tenuz de faire à leur droicturier & Souverain Seigneur & Prince naturel. Ainſi nous veuille Dieu aider & tous ſes Saincts.

ARTESIA
COMITATUS.

E Theatro Belgico.

ARtheſia magna ex parte complectitur ejus gentis tractum, quam Cæſar Commentariis Atrebates appellat, ab Atrebato, & ipſius & noſtro ævo, tractus ejuſdem metropoli, quam Galli quidem vulgò *Arras*, Itali autem *Arazzo*, Flandri denique *Atrecht* appellant. Hæc regio terminos variè olim mutavit, & pro variis illis ac reciprocis inter Galliam & hanc Belgicam motibus, modò latior ampliorque, modò contractior iterum atque anguſtior facta eſt: quæ omnia ſicut prolixitate ſua multum faſtidii, ita parum utilitatis lectori adferrent: quarè ſufficit ſi dicamus, Artheſiam hodiè terminari, à Septentrione quidem Liſa flumine, & foſſa (quam vocant) Nova, quæ à Flandria eam dividunt: à meridiè verò versùs Dorlamum cum Picardia; ab ortu cum Flandria Gallicana & ditione Cameracenſi conjungi: ab occaſu denique verſus Monſtrolium Picardiæ rursùs adfinem eſſe: regionem equidem peramœnam & præſtantiſſimam; ut quæ cœlum experiatur admodùm clemens & temperatum; ſolum verò habeat omnium rerum, ſi vinum tantùm exceperis, feraciſſimum: naſcitur autem defectus iſte vini, ex incuria magis & negligentia incolarum: tum quòd regio Galliæ tam vicina & bellorum periculis nimis expoſita: quàm è cœli ſolive ipſius inclementia:

clementia : gignit in primis laudatiſſimum genus tritici, idque ea luxuria, ut quam copiſiſſimè illud extra ipſam Provinciam evehatur : & cum bonæ Teutonicæ Flandriæ parti, tum Brabantiæ quoque, ac nominatim Antverpiæ (ubi exteri ferè triticeo, non autem cibario illo & ſecalicio pane utuntur) adſatim ſubmittatur; quin Mechlinia quoque comperta itineris Duaceni opportunitate, triticum iſtud Artheſinum aqua illinc identidem petit, & in civium uſus inſumit. Faciunt inſuper iſti homines tam laudabile genus panis, ut in oppida is & pagos circumvicinos mgna in dies copia diſtrahatur. Numerantur in hac Artheſia duodecim Oppida muris clauſa, concenſito iis Rentæjo, arcis magis quàm oppidi nomen tuente. Pagi ſunt octingenti quinquaginta & quatuor, inter quos etſi per nupera iſthæc bella deſolati complures & miſerè mutilati : bona tamen indigenis ſpes eſt, fore, ut per diuturnam hanc pacem, Deo humanam induſtriam adjuvante, omnes (ut fieri ſolet) in priſtinum ſtatum redintegrentur. Intereà lacrimoſum ſanè triſte ſpectaculum eſt, videre non hujus tantùm Provinciæ, ſed & Galliæ confinalis limites ita miſerè devaſtatos, nec tam multos duntaxat ferro & flamma everſos pagos, ſed & integras regiones, eaſque inſigniter fertiles, à plebe & omni hominum cultu derelictas : & quid amplius? videre miſerrimas illas gentes diſperſas, fugatas, occiſas, & qui ſuperant, in perpetuo luctu & querimoniis : unde porrò naſcuntur inter utramque nationem, foventurque implacabilia quædam & perpetua odia : in magnam profectò eorum, qui ſuapte culpa tam atrocium irreparabiliumque malorum auctores ſunt, ignominiam, graviſſimum animæ detrimentum. Continentur Artheſiæ finibus novem *Caſtellaniæ*, item Abbatiæ complures, Cœnobia, aliaque id genus Collegia. Oppidorum primaria Atrebatum, Fanum Divi Audomari, Betuna, Aria, Bapalma : reliqua verò Heſdinum, Rentæjum, Fanum Sancti Pauli, Perna, Lilertium, Baſſæa, & Lendium. Sunt deinde opida pridem diruta Taravanna & vetus Heſdinum. Ordines hujus Provinciæ quatuor membris conſtant, Antiſtitibus nempe, Capitulis, Nobilibus, & primariis Urbibus. Accedamus verò ad ſingularem eorumdem oppidorum; & primà quidem Atrebati deſcriptionem.

INDEX CAPITUM
QUÆ IN
GANDAVO
CONTINENTUR.
Numerus Folium indicat.

CAPUT PRIMUM.

Flandrenſis Pagus Scaldi & Durma fluviis olim terminabatur : Pagus Gandenſis à Metropoli nuncupatur : ſignificatio vocis Metropolis. Gandavo quæ & quot urbes olim parebant. Waſia Hollandis tranſlata. fol. 1. & 2

CAP. II.

Gandavi amplitudo. Extenſio Pagi Brabantenſis, & Pagorum Tornacenſis & Cortracenſis. Scaldis & Lizæ confluvium. 2

CAP. III.

Extenſio juriſdictionis Eccleſiaſticæ in limitibus Gandavi, & quinam olim in iis epiſcoparunt. Tornacenſis Diœceſis augmentatio. Annales explicati. 2 & 3

CAP. IV.

Juriſdictio ſæcularis Gandavi quotuplex. De veteri Audenburgi Caſtello. 3

CAP. V.

De foſſis Gandavum versùs ducentibus. Moorwater fluvius S. Jans-ſteen. 3 & 4

CAP. VI.

Gandavum juxta quot fluvios ſitum. De Liſa fluvio. Legiam eſſe Lizam. Comitum in fluvio jus. 4

CAP. VII.

Gandavum inter Scaldis Caſtella primas tenuit. Gandavum rivulis plurimis interſecatur. Inſulæ, Pontes, M& olæ in urbe. 4 & 5

CAP. VIII.

De Arce Carolina, quis Author illius, & ubinam ſita. Fuiſſe anteà Cœnobium Bavonis. 5

CAP. IX.

Gandavum arx eſt : undenam Ganda nuncupatur : Wandelarum Caſtellum, ubinam : De urbis inſignibus. 5

CAP. X.

Quinam populi peregrini fuerint Gandavi : & quiſnam ſit Conditor urbis. 5 & 6

CAP. XI.

Caſtrum Gandenſe everſum ſit Monachorum habitaculum : unde præſidium ſtipendia perceperit : ubinam ſit Arx Carolina : undenam præſidio ſtipendia ſolvuntur : & quinam arcis præfecti. 6

CAP. XII.

Novum Caſtellum Gandenſe, ubinam : Ganda an ſit intra Lizam fluvium & Scaldim. 6

CAP. XIII.

Comites præfuerunt Caſtello novo Gandenſi Caſtellum obſidetur, & quomodò aſſervatur. Balduinus jus à Cæſare in Caſtrum accipit, & Flandriæ Comitem & Dominum ſe inſcribit. 6. & 7.

CAP. XIV.

Balduinus Caſtrum ſolo æquavit. Lambertus Villanus eſt ſtirpis Nobilis origo : Ejuſdem ſucceſſores Vice-Comitatus dignitatem retinent : quanam inſignia ferant ; quinam illi ſint, & quid juris in urbe Gandenſe habeant. 7

CAP. XV.

De turribus carceribus publicis deſtinatis ; à quo tempore ſint. Caſtellum-novum reficitur. & in eo Eccleſia, quibusnam SS. Reliquiis ditatur & quâ conditione. D. Pharaildis Eccleſia Comitis Domeſticorum Curialis. 7. & 8.

CAP. XVI

Arx Cæſaris à quibus deformata fuerit, & à quibus reparata : Explicatio inſcriptionis in arcis frontiſpicio. Wandali & Suevi teſtimonia relinquunt. Gallus in templis unde. 8.

CAP. XVII.

De Conſilio provinciali : de Senatorum numero :

ro : de primis Conſiliariis : de Præſidentibus Flandriæ, & utriuſque ſeries. 8. & 9.

CAP. XVIII.

Comites Malcanus, Nivernenſis, Bethunienſis, & Dampetraus palatium hoſpitio ineptum reddidêre : Ubinam Principes exinde commorârunt : Deſcriptio palatii, & cujus ſit opus : inibi natalis Caroli V. Cæſaris : Diſpoſitio locorum internorum, & à quibuſnam ordinata. 9

CAP. XIX.

De animalibus ferocibus Gandavi alitis : de duellis illorum. Leo in Flandriæ & Gandavi inſignibus, quibus ratione & authore. De gallo gallinaceo. Quam ob rem capita Leonina ubique plantantur. 9

CAP. XX.

De Leone & Aquila, quid ſint, & de Urſo, ubinam nutriuntur : Urſus quorumdam inſignia : Quinam dicuntur urſi Flandriæ, & quarè : Flandriæ Barones unde nomen mutârunt : Quinam excipiuntur : Banderheri alii nuncupantur. De ponte ubi filius à patre capite plectitur. 9. & 10.

CAP. XXI.

Laus urbis Gandenſis. Authores qui de illa ſcripſerunt & cecinerunt. 10. & 11.

CAP. XXII.

Exordium in vetuſtatem oppidi Gandenſis, ante tempora Juliana Oduca & Gordunea nuncupati. 11

CAP. XXIII.

De Monte Blandinio, in quo homines S. Petri habitârunt : Habebat ut & Audeburgus ſuos appendices : Ubinam D. Bavonis homines habitabant. De tumultu civium 752. de portu quem operarii navales incolebant. 11. & 12.

CAP. XXIV.

De loco Gandæ nomine inſignito. In Monte-Blandinio, è primis præpoſiturâ, per Monachos habitato. 12

CAP. XXV.

De loco tribulis repleto ubi Andenum, qua occaſione inibi Cœnobium Bavonenſe reparatur. Ganda inter Scaldim & Lizam. De loco Herchem, quis ſit, quantum ſpatium cingat in oppido, quot habuerit portas, & quomodò Vocitentur. 12. & 13

CAP. XXVI.

Textores, Fullones, Piſcatores, Lanii fecerunt primam lineam : Coriarii, & Piſcarii, ubinam habitârunt. Diverſum regimen in urbe. Locus Ackergem à quibus vallatus. 13

CAP. XXVII.

De oppidi incremento ab Anno 1213. & Munimentis. 13

CAP. XXVIII.

De decremento oppidi ab Anno 1266. & quantùm in amplitudine differat cum Lovanio, Leodio, Colonia, & Pariſiis. 14

CAP. XXIX.

Quot ædes fuerint in oppido : Qualitas illarum : quænam emineant. De Cœnobiorum refugiis : Adornatio illorum à quo tempore, & quibus ſubſerviunt. 14

CAP. XXX.

De locis pannorum uſui deſtinatis : Quomodò vocitantur. De numero Textorum, Textrinarumque, quam partem urbis incolebant, in quot Tribus dividuntur, quantam urbis partem fecêre : Habent ſuum Decanum : Ædes-mariana illorum ſumptibus exſtructa. De campana Belfroy, ad quid deputata, & quando appenſa. 14

CAP. XXXI.

Bellafortis (Beilfort) qualis ſtructura, quando cœpta & perfecta, à quibus nomen adipiſcitur. Tales turres quo loco & ſtructura cum campano ordinatæ fuerint : ad quid. Imperatores quid Cameraci de tali campano fecerint, quando & quarè. Gandavi campana ſuſpenſa, quando, quanti ponderis, quomodò vocatur, ejus inſcriptio, & in quem uſum : Quot Collegia Opificiorum : ad ſonum Decani, & Archidecani advolant, populique armati, & quot mille. 14. & 15.

CAP. XXXII.

Quinam primum, ſecundum, & tertium Reipublicæ Gandenſis oppidi membrum conſtituère. De gentilibus Bette, Borluut, Serſandres, & Serſimons : De illorum origine, & qualitatibus. 15

CAP. XXXIII.

De populi Gandenſis, & ædificiorum multitudine : De licentia illius, & de proſperis & tumultuoſis eventibus. 15. & 16.

CAP. XXXIV.

Gandavum natale Principum, Nobilium, Epiſcoporum, Abbatum, Theologorum, Juriſperitorum, Medicorum, Philologorum, Hiſtoricorum, Philoſophorum, Mathematicorum ſcriptis & eruditione celeberrimorum. Series quorumdam. 16

CAP. XXXV.

Quinam græcæ, latinæque linguæ rudimenta aperuerant. De Gymnaſio Societatis Jeſu, eorumque templo. De Auguſtinianis, & Ludi-Magiſtris Gandavi. 16

CAP. XXXVI.

De curia & Senatu : ſtructura curiæ, quando cœpta & perfecta. De Senatus Reipublicæ formis Annis 1200. 1212. 1228. 1275. & 1301. quænam incommoda ex illo orta. De Decanis Civium, Quæſtus, & Textrinulæ, eorum origò, quibus imperant, & quot annis ſerviunt. Vici ſeu tribus populi 27. habet ſua quiſque vexilla. De Archidecano. de Decanorum abuſu, dein abrogato. Mandatum Philippi Boni frangitur, populuſque reprimitur. Quos abuſus Philippus delevit. Carolus V. providit omninò omnibus. Scabinorum numerus diverſus. Error Meieri circa quatuor familias. De Numero Parochiarum

rochiarum & Regionum oppidi. Scabinatus Gandenſis ab oppido diſtinctus. Diverſæ Curiæ intra mœnia. Scabinagium extra muros protenſum. De Villa Herme. *De miniſterio 39. Viratus perpetui. De Quæſtoribus urbanis. De Gulda* Comanorum. *De reſtitutione 39. Virorum, Gubernaculo Comitis cùm illis, & ſententia Curiæ Pariſienſis. Urbani Senatum renovârunt, & Principes jus electionis ad ſe trahunt. De Electorum numero: ſteterunt contra Senatus & leges. De diviſione civitatis. De genere Decanorum: abſque illis opificibus convenire inhibitum. Olim vexilla opificibus ſingulis bello propria: nunc ſunt apud Gildas. De decreto Philippi Boni. De Carolina. De Authoribus ſcribentibus de geſtis Gandenſium.*

IN REI SACRÆ GANDENSIS BREVICULO.

De Templo *D. Joannis*, quibus ſacro: de illius ſtructura. De Turri. Eccleſia Comitiis Ordinum aurei Velleris clara, etiam Baptiſmo & Funeribus Principum, Epiſcoporum, Nobilium. Fabrica admirabilis & picturæ. Parochus ſolus cum Sacerdotibus procurabat illam. De Canonicis, fit Cathedralis: de Canonicatibus. De extenſione Diœceſis. De Epiſcopis, Præpoſitis, & Decanis: Series illorum. Cathedralis hæc quid olim fuerit, quibus, quando, & à quo dicata.

De Eccleſia *Martini* in *Ackergem*. De Sacello *D. Michaelis*, fit Parochia: de turribus: de augmento Templi.

De Sacellis DD. *Nicolai* & *Jacobi*, fiunt Curiales. Olim intra muros. 4

De *Blandinica Deiparæ*, & *Ackergemiâ Martini*: olim in urbe. 7

De Eccleſiis *SS. Chriſti* & *Amandi*, *S. Salvatoris*, Sacello *Ooſtackere*, & Eccleſia D. *Pharaïldis*.

De Collegiata *B. Pharaïldis*: de reditu Monachorum.

De Reliquiis *B. Pharaïldis*: de Clericis & Præpoſito: fit Canonicalis: de Tranſlatione Reliquiarum: Monumenta Eccleſiæ & alia decora periêre. Præpoſitorum aliquorum ſeries. 20

De Errore *Quadii* circa numerum Canonicorum Sodalitiorum Gandavi.

De *Tuitienſis*, *Norbertinorum*, & *Boudeloenſis* Abbatiis, & Prioratibus de *Mello* & *Waerſcot*.

De Cœnobio Carmelitarum: enumerantur duo in illo Ordine Viri illuſtres.

De Cœnobio *Eremitarum D. Auguſtini*, & 3. *Hoſtiis Miraculoſis* inibi aſſervatis: De Templo illorum & Cœnobio everſis & reſtitutis.

De Cœnobio & Templo *Dominicanorum*: De Capitulis Provincialibus ibidem celebratis: Series virorum aliquorum in iſto Ordine Sanctitate & Doctrina illuſtrium. 21

De Cœnobio & Templo *Franciſcanorum*: De numero Fratrum: Series virorum duorum clarorum; De illis qui ſepulturam ibidem habent. 21. & 22.

De *Capucinis*.

De *Bogardis*, *Alexianis*, & *Tertiariis* extirpatis.

De *Tertiariis*, & nunc illorum in loco *Carthuſianis*: *De Valle Regali*.

De *Alexianis*.

De Abbatiis Virginum *Dorezeel*, *Ter Haghe*, *Oſteclo*, & *Nonne-Boſch*.

De Errore *Quadii* circa Monaſteria Gandenſia.

De Parthone Auguſtiniano *S. Agnetæ* Regulario. 22

De Parthenone *Galilæenſi*. 22. & 23

De Parthenone *Vranxiano* titulo *S. Barbaræ in Jeruſalem*.

De Parthenone *Victorinarum*, appellato *Groenenbriele*.

De Parthenone *Franciſcanarum* ubi ſepultura *B. Nicoletæ*.

De Parthenone *Claranarum*.

De Parthenonibus *DD. Jacobi* & *Joannis* titulatis.

De *Magdalenianis* nunc *Sororibus Nigris*: Et *Oudenburgenſibus* titulo *S. Catharinæ*.

De *Beginagiis* titulo *Deiparæ* & *S. Eliſabethæ* ubi Reliquiæ S. Blaſii, & Caput è Sodalibus Urſulanis.

De *Niſocomio*, ſive *het Rycke Gaſthuys*.

De *Hierocomio*: & de Sacello *D. Catharinæ*.

De Sacello *Georgiano*.

De Sacello *Quintiniano*.

De Sacello *Mauriano*.

De Sacello *Guidoniano*: & de illis *DD. Barbaræ* & *Annæ*. 23

De Recluſoriis.

De Domo & Sacello *Melitenſi*: Et de *Templariis*.

De Gerontocomio *D. Catharinæ*, ſive *Godts-huys*.

De Gerontocomio *Wennemari*.

De Hoſpitali Peſtiferorum *de Druyſ uyſ Winds-gaten* dicto.

De Gerontocomiis *Nautarum* & *Textorum*.

De Orphanotrophio, *Weeshuys*. De Virginibus *Georgianis*. Et de Hoſpitalibus *Poort-acker*.

De Hoſpitali *Ægrorum*, *Egenorum*, & *Peregrinorum*.

De Receptaculo *Biloca*: De Hoſpitalibus *DD. Margaritæ* & *Annæ*. Et Xenodochio *S. Jacobi Geronto*.

AUDENBURGUM.

Ejus ambitus. Quàm variorum jura ſubierit. *Evergem. Dorizeel. Wandregem. Sledinga* ſui juris. *Waerſchotia*, ejus vetus prætorium, Waranda, jura. *Ronſela*, qui ejus Fundatores. *Lovendegem* unde ſpectabile. *Somergem* qua gente nobilitatum. *Ooſtwinckel*, *Urſel*, *Ansbeech*, *Bellem.* Quando, & quibus claruerint. Quæ inter Legiam & Scaldim Toparchiæ. *Nevele* Baronatus nobiliſſimus. Dominia ad alteram Lizæ partem. *Drongen*, Truncinienſis Abbatia, quàm antiqua, quibus authoribus fundata. Quomodò exuſta, & reſtaurata. Quæ hîc Sanctorum reliquiæ. Quantus olim Canonicorum numerus. Quot illi collata privilegia, & à quo. Quot hîc illuſtrium ſepulchra. 25, 26, & 27

HULSTUM ſive HULSTA.

Ejus inſignia. Unde dictum. Privilegia. Incrementum. Incendium. Oppreſſio per hereticos. Templorum profanatio. Alexander Farneſius urbem Regi, & Religioni vindicat. A quibus iterum obſeſſa & capta. Senatus ut innovetur. Sagittariorum collegia. Quomodò creverit. A Divo Willebrordo Chriſto vindicata. Albertus Marchio Badenſis hîc Sepultus. Quoties ejus turris cremata. 28. 29

Franciſcanorum Cœnobium. Beginarum curia. Xenodochium. Cornelius Janſenius Hulſtanus Epiſcopus Gandenſis. Ambactum Hulſtenſe. 30

AXEL, ſive AXELLA.

Ejus extenſio. Abbatia Domus Gaudii dicta. Nundinæ. Piſcium ſtapula. 31

ASSENEDA.

Quot pagorum caput. Ejus Eccleſia titulo S. Crucis erecta. Matronarum aliquot ſibi ſuccedentium ſeries. 31

BOCHAUTA.

Unde dicta. Quis, & quo ſub Principe eam adeptus ſit. Quomodò Oceano excluſo ſationi, & paſcuis accommodata. Denuò aquis reſorpta. Et reſtaurata. Ejus antiquitas. 31

BIERVLIETUM.

Oppidum antiquitate ſpectabile. Portu, nundinatione, multiſque privilegiis clarum. A *Bevera* flumine ſic dictum. Situs, inſignia. Quam, & contra quos obſidionem ſuſtinuerit. Nundinæ annuæ. Ars condendi halecæs hîc reperta, à quo. Ejus confinia. Miniſmatum antiquorum hîc fuit Gazophylacium. Ejus Elogium. 32

PHILIPPINA.

Situs, cui paruerit. Unde dicta. A quibus capta, quibus ædificiis & propugnaculis dilatata. 32

TERNEUSIUM.

Quando muniri cœptum. Ejus acceſſus difficillimus. A naſi figura nomen habet. 32

ALOSTUM.

Flandriæ Imperialis caput. Ejus Comites, & Principes dicti. Antiquitas à re ſacra. Eccleſia Deiparæ dicata. Unde inchoatus Prioratus Lobienſis. Wilhelmus Normannus in ejus Obſidione necatus. Quando Fratribus Gulielmitis Cœnobium aſſignatum. Typographicæ Artis Doctor hîc Sepultus. Quando & unde Canonici hùc tranſlati. Epitaphia in Templo, & Illuſtrium Monumenta varia. Quando conventus ex Muylem hùc tranſlatus. Alterius ſexus Collegia. Beginarum, quorum donatione conſtructum. A quibus Privilegia ejus aucta. Quibus jus Cochlearis in foro competat. Noſocomium ubi fundatum. Quod Oppidi initium. Qui fluvii. Situs. Ager ſuburbanus Urbi ſubjectus. Magiſtratus duplex, quibus præſit ſummus Prætor. 34

Quorum curia judicaturam habeat. Alter Magiſtratus, ex quibus conſtet. Cui clavium urbis cuſtodia competat. Civilium rerum executio, penes quos. Quomodò acquiratur jus incolatus. Cives privilegiis dotati. Unde & Witvoets dicti. 35

Baillivi jus & cura. Duorum civium genera. 36

Magiſtratui ſuo ſoli ſubjacent. Mulcta eorum qui civium bona apud exteros ſiſtunt. Cives Principi ſemper fideles. In Religione conſtantes, ob quam multa paſſi. 37.

Et ſæpè urbs vaſtata. Cives omnes à gandenſibus trucidati, urbs combuſta. Totus Comitatus devaſtatus, & quarè. Urbs iterum direpta, & per aliquot annos deſerta, poſt reſtituta. Aeris temperies peſtem excluſit, quæ bis tantùm urbem notabiliter infecit. Principum familiis floruit. 38

Nobiles, & illuſtres viri. Qui, & quoties Rempublicam adminiſtrârint. Opificum collegia. Privilegia, Confraternitates rhetorum, Baliſtariorum. Qui in eas adſcribi

ſcribi, & quomodò ſoleant. Cui juramento adſtricti. 39
Omnis generis arma eis geſtare conceſſum. Ludi publici. Ad quos triginta quinque Reges convenêre. Præmia in ludis obtenta. Rhetorum collegia primaria ſæpè præmia apud exteros obtinuêre. 40

GERARDIMONTIUM OPPIDUM.

Aloſtenſes hîc ſiſti potuerunt. Gerardi montenſes Aloſti nequaquam. Derivatio nominis.
Quid Dominus de Boulaer, in recompenſationem feudi dederit Balduino Comiti. Silva Raſpalia. Hallæ memoria obliterata. Civium privilegia. Lex oppidi. Libertatis jura, à Comitibus Flandriæ confirmata. Quando conditum, & in oppidi formam redactum. 41
Reliquiæ S. Crucis in puteo repertæ. Libertas oppidi. Quondam florentiſſimi. Nunc vix civitatis ſpeciem exhibentis. Locus & parochia priùs *Hunighem* dicta. Urbis ſitus, ornatus, opera, Portæ & Pontes. Campus de *Igem* latiſſimus. Tenera fluvius. Inſignia urbis. Duorum generum cives. 42
Jura à Flandriæ Comitibus comprobata. Civis concivem coram alio magiſtratu ſiſtere prohibetur. Civium mores. Religionis tenaciſſimi. Forma ſenatus. Quadraginta pagi Urbi ſubjecti. 43
Mejerus Hæreditarius. Baro Boularius juſtitiam habet. Antiquus jurandi mos Gerardimontanis. Muſicam colunt. Parochiæ. Cœnobia. Abbatia Benedictina. Reliquiæ Adriani Martyris. Cœnobium incenſum à variis reſtauratum. 44

NINIVE FLANDRORUM.

Nomen à variis variatum. Sitûs commoditas. Oppidi initia. Arx vallum. Abbatia priùs muris excluſa. A civibus aggere munita. Urbs ſexies exuſta. Quo caſu toties arſerit, quid ab exteris paſſa. A quibus capta. A Farneſio recuperata. Ab Anglis rurſus intercepta. Dominium urbis qui tenuerint. Senatus, populus, ejus in ludis ſolertia. Viri clari. Paræcia, Collegii Fundatores qui, Beginagium mutatum. Quomodò, & quandò. 46
Terrenum Ninivenſe. *Vendeville*. Vandalorum villa. Abbatiæ decora antiqua. Quandò præmonſtratenſes introducti. Quibus fautoribus ſuſtentati. Unde Abbatiæ nomen impoſitum. Ubi inchoata. Templum combuſtum. Inter Prælatos, qui excelluerint. 47

ALDENARDA.

Etymon. Romanæ antiquitates. Loci ſitus. Quam partem hîc Barbari occupârint. Varia ab Hunnis nomina pagis impoſita. Qui Principes Aldenardam incoluerint. *Petegem* Regum olim domicilium. *Pamele*. Aldenardæ Comites. Eorum ſucceſſio. 48
Dominium. In ornandâ urbe ſtudium. Comitia hîc. Arx, urbis exordium. Burga duo quando inchoata. Petra Aldenardenſis. Feudorum curia. *Eynhamum* olim caſtrum. Nunc Cœnobium. Ejus donationes. Quis ædem Deiparæ ſtruxerit. Pamellanorum jus. 49
Urbis vaſtatio. Iteratum incendium. Quis reſtitutor. Pons, muri, quando fieri cœpta. Pamellenſibus eadem cum Aldenardenſibus libertas. Primorum inſignia. *Maegdendal* vallis Virginum. Franciſcani in urbem recepti. Cœnobium D. Claræ. Sacellum Burgi, Beginis traditum. Sorores nigræ. Suburbia. Termini. 50
Obſidiones variæ. Interior urbis facies. Viri ſpectabiles. Plebi authoritatis parum. Tapetiorum textrina. Res ſacra Eccleſiæ jus ab Epiſcopo Comiti permiſſum. *Eynhem* Abbatia quando fundata. *Maegdendal*. *Albeec*. Inſignis promiſſio Fundatori facta, & verificata. Antiſtitarum ſeries. 51
Viri Clari. 52

CASTELLANIA ALDENARDENSIS.

Situs, termini, gubernatores. Dinaſtiæ. Pagi. Venatio. Dominia. 53

VICE-COMITATUS ALDENARDENSIS.

A quo emptus. Poſſeſſio. Poſſeſſorum ſucceſſio. Elogium Aldenardæ. 53

CORTURIACUM.

Situs. Varia antiquitatis indicia. Centrones hîc habitaſſe. Qui fuerint. Variorum de illis opinio. Pagus Curturiacenſis undè dictus. Pagi Tornacenſis extenſio. Donatio Lotharii Regis Cœnobio Bavenſi. 57
Pagi Corturiacenſis limites. Item etymon. Terminationes in acum, *yck*, *ay*, quibus propriæ. Quo caſu hûc populus confluxerit. Fundatorum inſignia. Arx deſtructa & reſtaurata. Cujus fundi Dominium à Comitibus Eccleſiæ donatum. Ob quod orta inter Canonicos & Senatum controverſia. Domus Prætoria Flandriæ Comitum. Supremum hîc olim conſilium. 58
Conjuratio in Principem brevi extincta. Vice-Comes hæreditarius, quando abrogatus, quot millibus officia Prætoris, Scholteti, Ammanni, Comiti vendita. Cortracenſium ſtemma. Ex eo viri ſpecta-

ſpectabiles. Horum inſignia. Arx nova, deſtructa, reſtaurata, ejus ſitus. Secundæ, & tertiæ arcis ſtructura. Cui Gubernatores à Duce Joanne aſſignati. 59

Prætura Cortracenſis non niſi viris magno loco natis, delata. Horum ſeries. Urbis initia. Incolatûs jus, quibus & quo pretio datum. Populi confluxus, urbis incrementa. Munitiones. Splendor. Cataracta. 60

Portæ, Turres, Pontes Lizæ. Curia. Prætorium Caſtellaniæ. Hallæ. Horologium. Forum boarium, Piſcarium. Oppidi ſitus, Caſtrum. Civitas interior. Portæ, ſuburbia, prata. Elogium urbis. Reſpublica, juſtitiæ adminiſtratio. Rationarii Caſtri. Senatus. 61

Sæpè mutatus. Carolina Sanctio. Civium privilegia. Minores cauſas qui decidant, Patriciæ tribus. Populus manu & ingenio promptus. Jaculatorum collegia, dexteritas, præmia.

RES SACRA.

Inter Epiſcopos & Comites ob altaria litigatum. Quando, & à quo fundati Canonici. Cœnobium Franciſcanum, combuſtum, reparatum. Quorum munificentiâ cæteri Religioſi hûc introducti. 63

Hoſpitalis reditus. Prioriſſæ electio. Xenodochia. Gerontocomia. Scholæ. Sacella. Quibus privilegiis urbs refloruerit. Ad quem bona hinc migrantium devolvantur. 64

Urbs direpta. Arce firmata. Fruſtra obſeſſa. Comitum inſtituta. Quorum quædam. Abrogata. Captivus Comes Brugam abducitur. Oppidi calamitates variæ, ſeditiones. Plebis inſolentia. 65

Privilegia abrogata. Strages & cædes variæ. Populi frequentia, unde Parochiales auctæ. Textorum numerus. Virtus Bellica. Linificium invectum. 66

Nundinæ. Bellum civile. Calviniani Orthodoxos excludunt. Geſta his turbis breviter notata. Urbis recuperatio. Ad rei memoriam annua ſupplicatio. Sexaginta hominum millia peſte abſumpta. 67

Inſidiæ detectæ. Urbs à plebe ſervata. Abbatia de *Groeningen* huc tranſlata. Quæ illi Abbatiſſæ præfuerint. 68

CASTELLANIA CORTRACENSIS.

Ad quinque præfecturas relata. 68

HAERLEBECA OPPIDUM.

Unde dictum. Romanæ vetuſtatis indicia hîc reperta. Quondam principis habitatio. Jus piſcandi Caſtellano reſervatum. Ditio ejus à quo propagata. Fama unde creverit. Inſignia. Oppidum à Normannis deletum. Reparatum. Flandrici Comitatus antiquiſſimum. 69

A Cortracenſibus everſum. Reliquiæ Sancti Bertulphi ab incendio miraculosè ſervatæ. Ædem collegiatam quis exſtruxerit. Caſtri præfectura ad *Nevelæ* Barones devoluta. Novum Scabinagium. Urbis ſenatus. *Harlebecæ* ergà principes ſuos fides. Ejus proinde jura & privilegia. Exuſta ſex ædium millia. Celebres hîc olim conventûs. Locus ferè deſertus. Caroli Quinti privilegiis reſtauratus. 71

Fortuitum incendium. Peſtis expilatio.

RES SACRA.

Illuſtre Canonicorum Collegium. A quo fundatum. Immunitas. Præpoſiti dignitas, jura. Decanus. 71

Curia feudorum. Reliquiæ celeberrimæ. Monumenta Principum. Hodiernæ Eccleſiæ facies. Cripta, chorus, odæum. Portenta quædam.

VIRGA HARLEBECANA.

Ex quibus conſtet, juriſdictionis extenſio. Dominium Hallenſe, quorum fuerit. *Overacker.* 72

Dominium Venetienſe, quomodò & à quo obtentum. *Terleca*, nunc *Deerlicke. Schaecky* olim clariſſimi. *Diependal.* Jus venationis cui competat. Dominia alia. *Vichte* ſtirps nobiliſſima quamdiù hîc dominata. *Mouda* vetus Dynaſtia. *Suevegem*, à Suevis dictum, à quo Canonicis donatum. 73

Quæ Gandam versùs dominia viſantur. Quæ ultra Lizam. Canonicorum hæreditates ampliſſimæ. *Engelmunſter* Baronatus inſignis. Ejuſdem extenſio, juriſdictio. Arx. Diverſoria. Religio quomodò huc primùm introducta. Eccleſia à quibus exſtructa. D. Amando Sacra. Abbatiæ, olim cellæ dictæ. *Hulſt* pagus. *Anglomonaſterium* priùs à Comite poſſeſſum, quomodò, & à quo Canonicis Harlebecanis donatum. 74

Baronatus hujus poſſeſſores varii. Elogia. 75

TIELETUM OPPIDUM.

Unde dictum, in Flandriæ umbilico ſitum. Eccleſia capitulo Harlebecano donata. Urbs vaſtata. Jus nundinarium quo refloruit. Iterum ſubverſa. Quibus *Thieletum* viris ornetur. Hiſtoria mirabilis conſiliarii, à reo quodam coràm Deo, citati. Dominia varia, collapſa & deſerta. 75 & 76

Dis-

DISTRICTUS THIELETANUS.

Quos complectatur pagos. Eccleſia *Molenbeka* capitulo Harlebecano quando aſſignata. *Winghene* & *Suevezeel* ejuſdem olim dominii. 76

Heyghem. Canighem. Poucques Baronatus. Eccleſia, ubi eſſet ædificanda, divinitus oſtenſum. *Artzela* quibus ſubſit. *Gothem* Gothicum redolet. *Oſelghem. Denterghem. Merchem.* Puer mortuus in *Roesbeca*, miraculosè baptiſatus.

DEINSA OPPIDUM.

Olim *Donza*. Ab aliquo Gothorum Duce ſic dictum. Quo anno Wandali Gandam occupârint. Privilegia villæ de *Petengehem Donſam* tranſlata. 77

Inſignia civitatis *Donzanæ*, eadem quæ Romanorum. Parochiales duas habuit. Nundinæ annales duæ. Quò Vice-comitatus devenerit, incertum. Ab antiqua Principis curiâ, plurima hîc feuda. Baroni *Nevellano* hîc plurimum juris. Hoſpitale qui fundârint. Beginagium quoties mutatum. Altera oppidi ætas. Quando cœperit Comitibus Flandrorum ſubjici. Immunitates. Authoritas. Urbs quoties capta & incenſa. Lanis operantium officinæ combuſtæ. A Maximiliano Cæſare privilegia renovata. Urbs decies ferro, & igni vaſtata. Tres tantùm ædiculæ ſuperſtites. Quomodò reſpirârit. 79

DISTRICTUS DONZANUS.

Cui ſubſunt pagi ſex. Quorum aliquot in jus Tiletanorum tranſlati. Unde dominium Grammenſe relevetur. *Aſtene*. Prætoria varia. *Waelbeec. Peteghem* forenſe. Peculia Truncinienſium in feudum quibus data. *Maghlinia* unde dicta. Unde dicta. Unde celebris. *Olſena*, & *Zulta* à quibus poſſeſſa. 79

MENINÆ OPPIDUM.

Nominis conjectura. Cerevifiæ præſtantia, fundi genio imputata. Civium immunitas quocumque cerevifias evehendi, aliis civitatibus vetitum illas gravare. Quot olim fuerint coctorum officinæ. Thelonium in merces. Mola granaria quantum ſingulis horis terat. Balivi authoritas. Terræ benignitas. Quæſtus filariorum. Nundinæ per triduum. Feudum Domini cur confiſcatum. Per quos Scabini creentur. 80

Sagittariorum contubernia. Oppidum præſidiariis maximè gravatum. Incendium. Capucinorum Cœnobium, quando conſtructum. Templa. Molendini inventor. Ejus Epitaphium. Gymnaſii Viri illuſtres. XIII. Cum oppido pagi, unam Caſtellaniæ Cortracenſis virgam faciunt. Quorum primarius *Iſegem*. Comitatus titulo ornatus. Baronatus *Heulæ*. 81

Dominorum ſucceſſio. Abbatia quando cœperit. Fundatricis Epitaphium. Adventus monialium ex *Morſella*. Antiſtitarum ſeries. Templum exuſtum. Cœnobium devaſtatum. 82

TREDECIM PAROCHIÆ.

Harum poſſeſſores qui. Canonici Curteriacenſes quibus hîc gaudeant bonis. Venatio, aucupium ad quem ſpectent. Abbatia tranſlata. Ruſtici cæſi, & fugati. Templum exuſtum. *Aelbeca* ad quos devoluta. Epitaphia egregia. Monſtrum mirabile à puellâ partum. *Herſauxum* ad Bernaglos devolutum. *Ottiniacum* à Richardotto acquiſitum. *Spira* vetus. *Bellegemum* familia D. de *Paddeſchot*. 83

Coyegemum. Ejus Domini. Dynaſta Viroviaci. 84

BRUGÆ FLANDRORUM.

CAPUT I. & II.

Flandria occidua olim Morinorum. Pagi Flandrenſis nomen, unde. Variata pagorum nomina. 87

Emporia pagi Flandrenſis præcipua membra. Vici.

CAP. III. & IV.

Dubia de locorum ſitu. Et de Cœnobio Blandinienſi. Quæ Flandriæ loca nunc Menapiſcum, nunc Flandra vocitentur. Audeburgum, *Flandrenſis pagi caput, Brugis antiquius. Romanis frequentatum. Porta nomen Belgis libertatis nota.* Aldeburgi *Munimenta antiqua.* Liderici *olim prætorium. Forma loci hodierna.* 88

CAP. V. & VI.

Oppidum à Barbaris captum, everſum ex cujus ruinis Brugarum primordia.

CAP. VII.

Curialis Marianæ miſera facies. A B. Urſmaro Apoſtolorum Principi dicata. 89

CAP. VIII.

A quo Templum in Aldenborgh *Comiti donatum, & per Epiſcopos in Abbatiam fundatum. B. Arnulphi Vita. Tranſlatio.* 89

CAP. IX. & X.

Cœnobium quàm fuerit olim ſpectabile. Sub quibus inſtitutum variarit. Nobilium tumuli. Abbatum Epitaphia. 90

CAP. XI.

Flandria à Flando dicta. Quantas hic ſtrages venti & mare causârint.

CAP. XII. XIII. & XIV.

Hujus mali ratio. De Levacis opinio. Brugæ unde nomen ſortitæ. Balduinus Comes urbis conditor: 91

Quem alii muniis ſe tantùm tradunt.

CAP. XV.

Ab Hunnis muri ædificati. Loci forma. Portæ, Prætorium, Carcer. Multa platearum nomina in Meerſch *deſinentia, unde.*

CAP. XVI.

Moneta à Comite urbi data. Quid oneris Toparchæ contra pyratas incumbat. Comitis aſſeclis munia varia donata. Ad quos tandem devoluta. Venatoris magni munus, & juſtitia intra Burgum, cujus ſit.

CAP. XVII.

Unde nomina in Dyck, *ſive* Dam *terminata?* 92

Pontium ſitus, foſſarum tractus. A quo urbs muris cincta. Caroli boni cædes. Principum ſedes aliò tranſlata. Hic olim portus. 93

CAP. XVIII.

Quò uſque producta pomœria pleraque à civibus illic ornata. Seditio plebis vindicata. Incendia inaudita. Civium genius.

CAP. XIX.

Prædia ſuburbana, pratoria. Poſſeſſiones variorum. Penſe, Beaupré, Tillegem. *Quorum modò ſint. Parricidium Caroli Principis. Monumenta plurima igne conſumpta.* 94

PARS SECUNDA.

Ubi de ornamentis Urbis, eorumque initiis.

CAPUT PRIMUM.

Ambitus urbis. Juxta dimenſionem variam. Forma, Longitudo, latitudo.

CAP. II.

Urbs mari propinqua. Reya *fluvius navigabilis. Cruor ſacer Brugas allatus. Maris inundatio.*

CAP. III.

Plateæ, ædificia, civium frequentia. Regiones urbis quot. Præfectis credita. Quibus claves commiſſæ. Ædificiorum numerus. Ingens communicantium multitudo. Gymnaſia. 94 & 95

CAP. IV.

Ædium nitor, & platearum. Locus Burgi, reis plectendis deſtinatus. Forum majus. Boarium. Linarium, Coriarium, Frumentarium. Privilegia civibus à Philippo Rege conceſſa.

CAP. V.

Nundinæ per Principes amplificatæ. Stapula mercium exoticarum, quam bellum, & urbis everſio ſequuta.

CAP. VI.

Forum mercatorum. Quot hic negotiatores propria habuerint collegia. Mercium copia. Vinorum, aromatum, oleorum abundantia. Quas quodque Regnum merces urbi intulerit, quas extulerit. Urbs velut orbis compendium habita. 95

CAP. VII. VIII. & IX.

Palatium vetus. Curia. Tribunal. Hallæ publicæ. Quando incenſæ. Pannificii operæ. 96

CAP. X.

Gladiatorum & Sagittariorum Collegia. Portugallis Indiam occupantibus Bruga relicta. Merces Antverpiam tranſvectæ. 97

CAP. XI. XII. & XIII.

Nobilium diverſoria. Caſtellum aquarum. Operum cuſtodes. Ædiles. 97

CAP. XIV.

Variorum urbis Elogia. Prima aurei velleris comitia hic celebrata. 98

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

Ornamenta Reipublicæ. Sexaginta Templa. Civium pietas. 98

CAP. II. & III.

Valetudinaria. Hoſpitalia. Vetulorum domus. Horum authores.

CAP. IV.

Senatus clementia ergà pauperes. Horum tutores. Scholæ. 99

Seminaria. Schola Bogardica. Puellaris. Moderatorum in his vigilantia. Quantum hinc paupercula plebi bonum. 100

CAP. V.

Hoſpitalia ſingulis portis vicina. Eleëmoſynæ hebdomadales. Ergà captivos charitas.

CAP. VI.

Latiſſima olim juriſdictionis extenſio. Territorium. Elogium.

CAP. VII.

Senatus quibus conſtet. Ejuſdem erga principes ſuos fides. 101

CAP. VIII.

Principum in urbem liberalitas. Gratia. Benignitas.

CAP. IX.

Cur in Senatu juvenes cum ſenibus mixti. Pacificatores abrogati. Orborum ratio, quæ habeatur. Reorum judices. Penſionarii octo. 102

CAP. X.

Communitatis in ſenatu ſuffragia. Singulorum in bonum publicum zelus.

CAP. XI. & XII.

Legati à Brugenſibus ad Reges miſſi. Quid Gallis ſe carpentibus reſponderint. Præmia in

in ludis obtenta. Legatione ſemper cum ſplendore functi. Quâ pompâ intrantes in urbem Principes excepti. 103

CAP. XIII.

Venuſtas mulierum, quæ à Joanna Reginâ Navarræ, Reginæ dictæ. Virorum animus.

CAP. XIV. XV. & XVI.

Munitiones privatæ. Nobilium Caſtella. Membra Senatus. Prælectiones litterarum ab Epiſcopo inſtitutæ. 104

PARS QUARTA.

RES SACRA.

CAP. I. II. & III.

T*Emplum B. Donatiani. De Fundatore dubium. Chorus ſuperbus. Deflagravit. Canonici à quo dotati, ad viginti ſeptem aucti. Fratres Eccleſiæ vocati.* 105

CAP. IV. & V.

Quot Oppida, Pagos, Cœnobia Diœceſis complectatur. Epiſcoporum, & Principum Epitaphia. Donationes. 106

CAP. VI. VII. & VIII.

B. Donatiani Corpus in Cathedrali ſervatum, unde huc tranſlatum. Quâ ætate vixerit. Reliquiæ quoties tranſlatæ. Feretrum D. Baſilii. Caput S. Chryſoſtomi. Martyrium Caroli Boni; Parricidii author, quis. Deiparæ Fanum quis inchoârit. Augmentârit. Canonicis inſtruxerit. Principum tumuli. Portio S. Crucis.

CAP. IX.

D. Baſilii collegiata. Unde pretioſus Chriſti cruor, huc allatus. Ejus miracula. Quando ceſsârint. Proceſſio annua. Quanti Brugenſes hunc theſaurum ſemper fecerint. Cœnobia in agro Suburbano.

CAP. XIII.

Bogardici, *quomodò primùm appellati. Pauperibus docendis adhibiti. Quomodò contagio ſublati.* Guillelmitæ. Hieronymiani, Alexiani. Tertiarii. 108

CAP. XIV.

Auguſtiniani *ab agro Suburbano in Urbanum recepti. Qui horum Mæcenates. Cœnobium ab Iconoclaſtis everſum. A quo reſtauratum. Quando* Victorinæ, Betanicæ, Caſtanienſes *ſorores fundatæ.*

CAP. XV.

Quando Carmelitæ *civitate donati. Quando* Dominicani. *Horum Fundator.* 109

CAP. XVI.

Franciſcani *quando introducti. Balduinus Comitis filius, ubi ſepultus. Quo anno Religioſi, ab hæreticis ejecti. Reliquiæ ſanctæ. Miracula.* Annunciatæ rubeæ, *quam fundatricem habuerint. Conventus* Eliſabethicus, *quomodò per Senatum in Gymnaſium puellare coëmptus. Migrationes* Franciſcanarum *variæ.* 110

SUBURBANUM BRUGENSE.

Eccleſia S. Crucis. *Carthuſiæ* Fundator. *Siſela* ampliſſimæ olim ditionis. *Malea* arx cui donata. Cœnobium vallis Angelorum, unde nomen ſortiatur. Cella S. Trudonis, quando deſiit. Canonici *Quercetani.* 111

Quorum plerique Viri clariſſimi. Templa D. Bavonis, & Michaëlis. Cœnobium *Carthuſienſe* fœmineum. Quibus plurimum debeat. Abbatiæ D. Andreæ exordium. Dotator. Abbates. Priores. 112

Occaſio exſtructi Cœnobii prodigioſa. Donationes. Fundatoris inſignia.

AGGERIA vulgò DAMUM.

Unde dictum. A Batavis conſtructum. Origo loci. Templum Deiparæ. Immunitas dono Comitum obtenta. Veteris oppidi facies. Portus inſignis. Gallicæ claſſis jactura ſtupenda. Pugna. Urbs incenſa. Auriaci Gallicæ claſſis præfecti Epitaphium. 113

Quâ lege urbs reſtaurata. A quo iterum capta, & recuperata, iterumque obſeſſa. Forum. Nundinæ. Gens valida. 114

ISENDICA.

Iſendyck. A glacie nuncupata. Loca mari abſorpta.

AUSTROBURGUS. OOSTBROECK.

Emporium Flandriæ antiquiſſimum. A quo converſum. Vicinorum fortunâ defloruit. Quas hic Templarii terras poſſederint. Urbs à Gandenſibus ſpoliata & incenſa. Quæ dona quotannis Brugenſibus oblata. Soli fertilitas. Quæ loca ab aquis hauſta. 115

RODEBURGUS, AERDENBORGH.

Oppidum antiquum. Portu, & Arcibus inſtructum. 115 & 116

A Barbaris, marique abſumptum. Quantum, & quando floruerit. Bis, eodem anno à Gandenſibus exuſtum. Reſtauratum. Trium militum vigilantiâ ſervatum. Rursùs depreſſum. Templi materia in plateis *Vliſſingæ* jacet. Viri clari hinc oriundi. 116

INSULA CADSANT.

Fœcunditate clara. Quorum olim juriſdictionis fuerit. Privilegiis donata. Inundationibus vexata. 116

SLUSA.

Unde illi nomen. Prius *Lammensvliet* dicta. Urbis incrementa à Brugenſibus impedita. Quando primùm obſeſſa, capta, incenſa. Ad mùlctam annalem damnata. Quando

Quando reſpirârit. Caſtellum minus à Carolo V. everſum. Quando elegantior urbi facies data. Quàm ingentes huc claſſes appulerint. Quâ fiduciâ vicinos ſpreverit. Brugenſium potentia repreſſa. Senatus, Sodalitia, Nundinæ. Conchylæ marinæ, impoſito vectigali profugæ, ſublato, reverſæ. Civium cum mercatoribus rixæ. Miraculum circa reum capite plectendum. Rei ſacræ Miniſtri. Templum Deiparæ, Fulmine tactum. Cœnobia utriuſque ſexus. A quibus exſtructa. 117

MUDA.

Quid ſonet. Eadem cum Brugis libertas. Templum D. Annæ ſacrum. Tumulus *Pemebrochii* Comitis. Obſcura vici facies.

HOUKA.

Quid indicet. Viciñorum fortunâ, hoſtium irruptionibus depreſſa, & incenſa. Paræcia Deiparæ dicata. Hoſpitale nauticum. *Cnocka. Heiſta.* 118

MONACHORUM IDA.

Monicrede, bellis exuſta. *Ooſkerke. Dudzelle.* Abbatia Thoſana unde dicta. Olim formoſa. Tumulorum inſcriptiones. Abbatum ſeries. 118

ALBI.MONTIUM.

Blanckenbergh, à quibus conſtructum. Piſcatorum ſtatione felix. Totum mari abſorptum. Quando reſtauratum. Jus civium. Jacobus Meierus hinc oriundus. *Claerhoutanorum* poſſeſſio. *Meetkerke. Sunkerke. Liſſewege.*

VLISSINGA FLANDRORUM.

Portus ligneus. *Staelhilla* vicus, unde dictus. 119

OSTENDA.

A termino orientali dicta. Cœnobio Bertinico olim donata. Perituræ urbis augurium. Balena portentoſa. Porcus Marinus vivus Tornacum allatus. Strutionum captura. Quis Ducum primus civibus juramentum dixerit. Urbs auſpiciis archiducum expugnata. Quos produxerit. Pagi vicini. *Slypa* ab acuendo dicta. Litteræ donationum antiquiſſimæ. 120

LONGOBARDORUM IDA.

Lombardhyde. Oppidum portu famoſum. A Longobardis ita dictum. Derivatio vocis *Yde*. Quid Ida indicet. Moræi de Ida carmen. Oppidi decrementa. Portus Arenis obſeptus. Vici propinqui. 121

NOVOPORTUS.

Variæ de nomine, inter ſcriptores ſententiæ. *Zandishoveta* priùs dicta. A quibus dilatata, & dotata. Quo ſub Principe combuſta, ſub quo renovata. Quoties, & à quibus ſolo æquata, Regi tandem ſuo reconciliata. Prælium inter Archiduces, & Batavos. 122

Caſtellani dignitas. Senatus. Civium ludi. Decanus plebis. Privilegia. Nundinæ. Paræcia Deiparæ Sacra. Caroli Ducis anniverſarium. Monaſteria à quibus fundata. Juriſdictio oppidi. Virorum inſignium nomina. 123

TORHOLTUM.

Planè antiquiſſimum. A Barbaris devaſtatum. D. Donatianæ Reliquiæ hinc Brugas tranſlatæ. B. Achaz puer ſeptennis, miraculis hîc claruit. Pagorum circumjacentium tractus. 124

GISTELLA.

A veteri nitore, bellorum injuriâ prolapſa. Cui vendita. Baronatus titulo inſignita. *Godeleva* à Bertulpho conjuge mactata. Parricidæ pœnitentia. *Giſtellanorum* commendatio. Miracula circa tumulum Beatæ *Godelevæ* patrata. 124 & 125.

DIXMUDA.

Variè dicta. Exordia. Urbs incendiis fœdata. A Gandenſibus obſeſſa. Pòſt extenſa. 125

Quoties capta, ſpoliata, incenſa. Præſidiariis multùm afflicta. Oppidi dominatus ad quem ſpectet. Gentis hujus familiæ antiquæ. Caſtellani authoritas. Imago Deiparæ à milite confoſſa, ſanguinem emittere viſa. 126

Sagittariorum, & Poëtarum collegia. Mercatura, nundinæ. Butyri præſtantia. Eccleſia Epitaphiis referta. Cleri miniſteria. D. Thomas Cantuarienſis hîc exulavit. Cœnobium à variis habitatum. 127

Noſocomium. Hoſpitale. Sacella. A quibus fundata & dotata. Elogium. 128

POPERINGA.

Oppidum pannificio famoſum. Totum ferè flammis abſumptum. Campanarum dulcis modulatio. Collegia. Capellæ. Clerus. Templa. 128

Recollecti quando admiſſi. Abbas S. Bertini *Poperingæ* Dominus. Quas calamitates ſubierit civitas. Magiſtratum qui componant. Oppidi politia. Sereniſſima Iſabella Clara Eugenia à *Poperinganis* ſplendidè excepta. Viri celebres qui hinc emerſerint. 129

Elogium Poperingæ egregium.

VIROVIACUM.

Werwyck. Antiquiſſimum. Olim mercaturâ nobile. Temporis injuriâ collapſum. Antiquitatis veſtigia, quæ ſuperſint. 130

Bina ædium millia combuſta. Venena civibus à Veſpillonibus propinata. Eccleſia à latronibus exuſta. Heroum tumulis clara. 131

Ædicula vetus, ex Martis in D. Martini titulum converſa. Torneator cæcus dexterrimus. 132

LOA OPPIDUM.

Antiquitate notabile. Loci celebritas. Comitatus titulo inſignis. Caſeorum mercatu excellens. Quorum totum aliquando oppidum fuerit. 132

Caſtel-

Caſtellani dignitas hæreditaria. Nundinæ extenſæ. Civium conventus. Urbs exarmata, cives fugati. *Corbeienſis* Abbatiæ fundamenta. Antiſtitum ſeries. Qui *Loæ* natales debeant. 133

DINOCLESIA *vulgò* DUNKERKA.

Duni etymon. Eccleſia à B. Willebrordo in dunis conſtructa, nomen loco dedit. Paræcia olim *Winobergenſium* Abbatiæ attributa. Dominium oppidi redemptum. Collegium ſcabinale. Halecum captura. Caroli V. Diplomate comprobata. Dynaſtæ in urbem imperium. Arcis antiquæ veſtigia. Rei, hîc olim exoculati. Angliæ montes hinc conſpicui. Ædes ſacræ, à quibus fundatæ. Res Dinocleſiana, cum dominis mutata. Loca à Carolo Cæſare exſtructa. Eccleſiæ ornatus admirabilis. Loci opportunitas. Conſilio maritimo, qui præfuerint. Territorium Dinocleſiæ modicum. Civis ſuo judici ſiſtendus. Elogium Dunkerkæ. 136

GRAVELINGA.

Vicinis hoſtibus objectum propugnaculum. Ab Anglis incenſa reſpirat. A Carolo V. munita, & privilegiis donata. B. Willebrordus Rei ſacræ fundator. Terrenum oppidi, Leproſaria, Sacella. Thermus Galliæ Mareſcalcus, à Lamoraldo Egmontano hìc victus, & captus. 136

FRANCONATUS BRUGENSIS.

UNdè Brugenſi Imperio exemptus. Quomodò amplificatus. Confirmatus. Legibus novis inſtructus. Quo prætio, & cui veniit. Pagi ſubſidiarii. Dynaſtiæ liberæ. Exulantium Aſylum. Vrilatis quid indultum. Quid ademptum. Quid à Carolo Quinto ſancitum.

FURNÆ BELGICÆ.

De Etymo conjecturæ. Urbs olim mari vicinior. Quam antiqua. Quando munita. Delphini Franciæ conclave. Principum diverſoria. Urbs quas paſſa ſtrages, incendia. Clades. Per Farneſium Regi Catholico vindicata. Templa qui conſtruxerint. Reliquiæ *D. Walburgis*, à quo Furnas allatæ. Cœnobium à quo fundatum. 141

Cœnobitis Canonici ſurrogati. Horum numerus. Præbendæ. Eccleſiæ. Abbatia foras tranſlata. Ab hæreticis everſa, rursùs urbi reſtituta. Eximiis modo viris clara. 142

Sodalitia civium ſacra. Xenodochia. Leproſarium Forenſe. Leges datæ, mutatæ. Sublatæ. Tribunali, quot olim vici ſubjecti. Vice-comitis dignitas. A quo mutilata. Balivi & Senatus facies. 143

Sagittarii. Rhetores. Poëtæ. Res nundinaria. Frumentaria. Armentaria. Furnenſium genius. Tumultus ſedatus. Aula exuſta. Factiones, Clades. Incolarum virtus. Præclaræ geſta. Urbs cæde, rapinis vaſtata, civium impenſis refecta. 144 & 145

CASTELLANIA FURNENSIS.

Quam ampla. Mari vicina. *Abbatia Dunenſis*. Abbatum ſeries. *Keuriers* olim, poſteà *Ceur-beers* vocati. Parochiæ ſubſidiariæ. Viri primarii. *Noort-cote*, *Suydtscote*, *Reningelſt*. Quorum ſint. Galterus Trucidatus. Theodorici Comitis Diploma. 146

Octo Parochiarum Domini. Reliquis Caſtellaniæ pagis, qui præſint. 147

WINOCIMONTIUM.

Winociberga. Antiqui nominis vocabula. Locus olim deſertus. Quando inter pagos cenſitus. Cui donatus. Muris cinctus à quo. Urbs, quot malis attrita. Franco ſponte conceſſa. Rurſum obſeſſa. Flammis prorſus abſumpta. Reſpublica, Vice-comitis dignitas. Senatus forma. Præfecti. Urbs aquis inacceſſa. Per Parmenſem cum *Dunkerkâ*, capta. Cives præcipui, cujus rei ſtudioſi. Præmiis, in ludis donati. Plebeculæ ſtatus. Fora. Nundinæ. Nuptiæ Regiæ hîc celebratæ. Res ſacra, à quo pendeat. Quando Canonicis Monachi ſubſtituti. Horum peculia. 149

Parochia dilatata. *Dominicanorum* & *Jeſuitarum* Collegia. *Victorinæ Virgines*. *Griſeæ*. Sacellum Deiparæ *ad rorem*. Quando exuſtum. D. Winoci habitaculum. Feretrum. Cœnobium à quibus reparatum. Diſciplina reſtituta. Viri ſanctitate & doctrinâ clari. 150 & 151

Suppellex aurea & argentea, à quibus Monaſterio donata. A quo tandem prodita. Reliquiæ deperditæ. Merſio anniverſaria feretri D. Winoci. Unde inoleverit. 151

CASTELLANIA WINOBERGENSIS

Soli fertilitas. Fluvii. Aquæ-ductus. Curatores aggerum, vulgò *Water-graven*. Pagi ditionis. *Hantkerke* Comitatus. *Herzeel*, *Rambeec*, *Ingels-hof*, *Ledergem*, quibus titulis inſignes. Lacus ampliſſimus. Pagorum inſuper & vicorum copia. 152

Prima D. Winoci cellula. Olim mons viridis. Error Poëtæ in elogio. 153

BROUCBURGUS *vulgò* BURBURGH.

Oppidum ſitu amœnum. Antiquum. Pagi celebriores. Dominium urbis diviſum, intes quos. Cives probi. Fidei tenaces. 153

Venari cui liberum. Vice-comitis reditus. Agri *homuliani*, ad quos devolvantur. Oppidum vaſtatum. Refectum. Eccleſia Paræcialis, diſtrictus ejus ampliſſimus. Britanni militis ſacrilegium. Abbas *Bertinianus* Templi patronus. Statua Deiparæ vulnerata. Abuſus ſublati. *Capucinis* unde proviſum. Cœnobium *S. Benedicti*, quando tranſlatum. Abbatiſſarum ſeries. Caſtellani perpetui. Horum familiæ. 155

CASTELLANIA BROUCBURGENSIS.
Ubertas agrorum. Loca curiæ. Vaſſalagia. Urbis præfecti. Loca magis nota. Anglorum olim in exſtruendis Baſilicis pietas. *Crayewyck. Loon. S. Peeters-brouck. Looberge.* 156

Drincham. Holcke. Cappellebrouck. Ravesberge. Sinneghem. Erighem. Millain. Quorum ſint. Nundinæ. Supplicatio annua. Viri ſtrenui hinc oriundi. 157

HONDESCOTA OPPIDUM.
Origo nominis. Olim villa, in dominium erecta. Qui hîc olim rerum potiti. Quorum auſpiciis accreverit. Eccleſia curialis, incendio fœdata. Cujus impendiis reſtaurata. 158

Familia *De Bardeloos*, munifica. Puteus hoſpitalis unde dictus. Scabinorum in pueros cura. Tribuni. Eleëmoſynarii. Reſpublica. Senatus biennalis. Curia. Oppidum textrinis famoſum. combuſtum. Lue inquinatum. Communicantium millia. Opificiorum genera. Civium in rem divinam, pietas. 159 & 160

Fora, nundinæ. Sagittariorum inſigne. Viri clari.

MIDDELBURGUM IN FLANDRIA.
Perperam à ſitu dictum. *Præmonſtratenſibus* datum. Cui plurimum debeat. Caſtrum, canalem, navem nundinariam, quis procurarit. Res divina locupletata. Civium in Anglia libertas. *Bladelinus Mecænas* ubi ſepultus. Urbis dynaſtæ. Situs, gleba. Loca ſacra. 160 & 161

ECLONIA.
Nominis ratio. Cœli temperies. Mercatus frequens. Cœnobium Virginale. Miraculo initiatum. *Ecloa* à picardis direpta.

MARDICCIUM *vulgò* MARDYCK.
Ab *Aggere* nomen adeptum. Variè ab Authoribus ſcriptum. Eccleſia cujus ſit Diœceſis. 161

Antiquitatum conjecturæ notandæ. Vocis *Aggeris* indagatio genuina. *Mardiccium* Julio Cæſari memoratum. 162

Aquæ, in portu *Mardiccio*, altitudo. Cæſaris hinc in Britanniam trajectus, unde *Itcio*, portui nomen datum. 164

Quid *ſtrabo* de ITIO, ſeu ICIO. Quid idem de *Menapiis*, de *Morinis*. Quid de iiſdem *Plinius*. Quid *Chifletius*. 164

IPRETUM.

CAPUT PRIMUM.
Cæſaris de Belgis ſententia. Aliorum, de pleumoſiis. Vox phleumoſii variè ſcripta. Vleu *&* Vleut, *quid ſonet. Flandria fluctibus dicta. Germanis* Flems, *nobis eſt* Vlaems. *Unde* Vlaminghen *&* Vlaenderen. *Tandem latinè Flandria.* 167 & 168
Ergò pleumoſii, Flandri. Pagus, priſcis provincia, unde pagus Flandrenſis.

CAP. II. & III.
Urbis nomen inveſtigatum. Decretalium locus reſtitutus. Choppini *error notatus. De vocis flexu quæſitum.* Meieri *dubium. Aliorum conjectura.* Bodini *error.* Leet *Flandris Aquæductus. Ut* Nieuwerleet, Waterleet. 168

CAP. IV & V.
Hipretum unde dictum. Rejecta annalium & Fabri opinio, aliorum aſſerta. Ipretum ab arborum frequentiâ dictum, quinam velint. Ludus Authoris adjectus. 168

CAP. VI.
Urbis exordia. Munimenta prima. Ornatus quando, & quibus Authoribus. Flandria à Normannis vaſtata. Unde Iprenſibus Tuyndagh. 170

CAP. VII.
Pomariâ extenſa. Antiqua urbis facies. Quæ immunuta deinde.

CAP. VIII.
Oppidi ſitus & ſtatus, dimenſio ſecundum varios. Portarum nomina. 170 & 171

CAP. IX. & X.
Opera urbis, Caſtrum vetus Principis domicilium. Halla. Sala. Curia Urbana. Turris ſuperba, Capella ſuper Phalas, *ære publico conſtructa. Machina tractoria, primum in Flandria viſa. Urbs ſexties exuſta. Id, quibus imputandum.* 171

CAP. XI.
His malis, quæ bona ſucceſſerit. Textores diſſipati. Quo, in colonias miſſi.

CAP. XII.
Terra plombeis canalibus ſata, fullonibus apprimè commoda. Exhalationes noxiæ hinc exortæ, quantam civium ſtragem ediderint. Caroli Principis, ergà inopes miſeratio.

CAP. XIII.
Bella civilia, & rebellium factiones, parricidia perpetrata. Factio Cocquerellica. Urbs rebellibus prodita, quam cives Catholici deſerunt. 172 & 173

LIBRI SECUNDI.

CAPUT PRIMUM.
Oppidi dominatus penes comitem Flandriæ, ejusve primogenitos. Jura municipalia data.

ta. * *Concilium provinciale hic celebratum. De Comitatu* Pratenſi. 173 & 174

CAP. II. & III.

Prætores tres, qui, unde, & quales. 174

Caſtellani dignitas, quam auguſta. Philippus, Roberti Friſii filius, quo caſu mortuus, ubi ſepultus, tumulo, poſt obitum viſus inſiſtere. Vice-comitatus, defectu hæredis non ſemel ad Comitem revolutus. 175

CAP. IV. & V.

Senatus forma expreſſa. Quot perſonis primum conſtet collegium. Quot ſecundum. Quot tertium. Quot cætera. Hinc nobilitas plebi, plebs Nobilibus frænum. 175

Initia ſingularum ſenatus partium, & quæ in eis mutationes.

CAP. VI. & VII.

Domeſtica urbis nobilitas. Multum à plebe, multum à fortunâ paſſa. Viri inſignes hodierni. Plebs marte, & arte pollens. Quæ bravia reportarit. Ergà comitem fidelitatis laude commendatiſſima. 176 & 177

CAP. VIII. & IX.

Opificum Collegia, Textorum numerus. Telarum, & nundinarum frequentia. Civium immunitates, & privilegia. 177

LIBRI TERTII.

CAPUT PRIMUM.

Res ſacra à quo pendeat. Paracia octo. Clerici ob Simoniam pulſi, Religio per quem reſtaurata. Novem Senatores tumultu plebis oppreſſi, ubi ſepulti. In Principe Eccleſia Antiſtitum tumuli. 177 & 178

Altera curialis D. Petro *ſacra. Canonici hinc amoti. Cæteras, quis ſacrarit, & reſtaurarit Eccleſias.* 178

CAP. II. & III.

Quo Anno Hipretum *proprio cœperit parêre Epiſcopo. Is, quis fuerit. Succeſſores, qui. Canonicorum numerus. Cœnobia virilia.* S. Jans-broeders. *Item* Grauw-broeders, *unde dicti.* 178

CAP. IV. V. & VI.

Cœnobia Virginum, magnum Beginagium, *quando combuſtum infirmis ſervire, quibus incumbat. Hoſpitalia ægris & peregrinis deputata. A quibus dotata. Gerontocomia, pauperum refugia, Scholæ, Gymnaſia.* 179

LIBER QUARTUS.

CASTELLANIA IPRETENSIS.

Q*uadripartita.* Rouſſelarium, Roulæra *Gallis. Municipium liberum. Ad quos devolutum. A quo, poſt incendium renovatum.* Gyts, Hooghſtede, Nieukercke, Stade. *Pugna* Roſebecana, Longemarck, Bieſelaer, Poels-cappel, Nonnenboſch *Abbatia. Sanctimonialibus, quid donatum. Caſtellanus Ipretenſis, Comitis dapifer. Curialis forenſis, quando erecta.* Boeſingemium *caſtro olim inſigne. Ad quos devenerit.* Briele. S. Jans. S. Jacobs. Vormeſele. Holbeeck. Zillebeeck. Santvord. Geluwevelt. Morſlede. 180

MISSENIACUM.

Nomen variatum. Quid exprimat. Miſſæ quid. Foreſtum ſarti. Caſtrum. Oppidi exordia, libertas, leges. Cœnobium munitum. Cræbra incendia, quot ædes abſumpſerint, Dominium oppidi. Pannificium, quantum civibus profuerit. Viris quibus clareat. Res ſacra, quibus commiſſa. 181

Abbatia olim ſplendidiſſima. Abbatiſſæ, quales fuerint. *Adela* comitiſſa, hîc ſepulta. Templi *Mariani* fundatrix. Miraculum. Trium Virginum caſtitas, cælitus ſervata. Corpus *B. Sidronii.* Adelæ anniverſarium. Pecunia in populum ſparſa. 182

CATISLETUM OPPIDUM. REGIONIS CAPUT.

Variorum lectio. Cattos hîc ſediſſe. *Catzbergh*, Cattorum mons. LEYT, Romanis in LETUM terminatum. A quibus, pro *Caſleto*, caſtellum ſcriptum. A Danis vaſtatum. Refectum. Munitum. Incenſum. Reparatum. Sæpius occupatum. Suo Principi vindicatum. Pugna Caſſletana. Denuò munitum. 185

Arx capta. Oppidum ſpoliatum. A Flandriâ demembratum. Privilegiis donatum, inteſtinis motibus concuſſum. Clades recentiores. Arx diruta. Urbs patula. Reſpublica. Robertus Caſſetanus, Dux inſignis. M. Balivus. Senatum quando renovet. Nundinatio. Urbis è monte proſpectus. Fons mirabilis. Parochiæ. Collegiata Deiparæ. 186

Parochia *B. Nicolai.* Collegiata *D. Petri.* Canonicis, à quo inſtructa. Cœnobia & hoſpitalia. 187

CASTELLANIA CASLETENSIS.

In quot Tribunalia diviſa. Primum *Caſſelambacht*, quot Parochias complectatur, quot ſecundum, *Steenvorde* dictum. Quot tertium, *Houdegemium* privilegiis donatum. Bellis civilibus afflictum. Arx ibi Regia. Cœnobium. Icon Deiparæ miraculis clara. 188

Templi fabrica, arcis ſtructura cui debeatur. Caſtellani authoritas. *Mervillam, Mervill.* Quam variè ſcribant. *B. Amati* ſepulchrum, *Duacum* tranſlati. Abbatia *Belliprati* per quem fundata. Ubi Reliquiæ *S. Quilini.* 188

Niepenſis ſilvæ, Loca vicina. *Mourbeca*, capto gallorum Rege inſignis. *Tienes. Bouſinghem.* Tribunal, quartum, quintum, ſextum, ſeptimum, octavum, quos pagos complectantur. 189

ETER-

ETERRA
COMITATUS ET OPPIDUM.
Minariacum. Mervilla unde. Pons *Eterræ*, *Stegers-brugge. Heer-ſtrate.* 189
Viæ militares. Numiſmata antiqua. *Minariacum* vaſtatum. *Betuniæ* Domini. Altare, priſcis, idem quod Eccleſia. *Eterra*, Etii *Terra.* Quis *Etius.* Hunnorum clades. *Ermentiers*, Armamentarium. *Covordus* vicus, *Covoorde.* Tumuli dynaſtarum. *Zuytberkim* Eterræ annexum. Caſtellani Bellenſis, hîc olim Domini. *Eterra* ab Anglis in cineres redacta. 190
Eccleſia curialis, Dynaſtarum tumuli. Familia *Stavelum.* Item *Monmorencia.* Comitatus erectio. Hoſpitale. Tertiariæ. Leproſarium. Familia d'*Engien*, & d'*Antoing.* Civium libertas. Nundinæ. Reſpublica. Privilegia. Sigillum. 191
Incendia plurima. Cives Carolo Quinto, quo numero, obvii. Quorum multitudo à textrinis æſtimata. *Nicolaus Montmorencius* eques, *Eterræ* Dominus, de quo, omen.
WATANUM OPPIDUM.
Colonia Batavorum, à Romanis ducta. Antiquitatis indicia. *Enula* fluvius. Toparchæ jus. Cœnobium. Ædicula *D. Richarii.* Regularium primi, Qui. *D. Ægidius* tutelaris. Donationes *Adelæ*, & aliorum. *Steen. Petegem. Erenbodegem.* Series Toparcharum. Leges, & Senatus. Nundinatio. Gildæ. Pannificii decreta. Quam latè pateat juriſdictio. Dominia *Wulverdegem. Haveskercke.* 192 & 193
BELGIOLUM.
Nomenclatura varia. Belgarum, à Cæſare profligatorum, colonia. Oppidi exordium. Antiquitatis veſtigia, *Muerdyck*, *Steegracht.* Vaſtationes. Calamitates. Turris fundamenta, quo anno poſita. Oppidum redivivum. Reſpublica. Caſtellanus hæreditarius. Viri egregii. Parochia cui pareat. Muſica. Aræ veteres. Cœnobia. Dominium Comitatui reunitum. Familiæ nobiles. 194
Feudum permutatum. Templarii extirpati. Pagi proſpectus. Confinia. *Eck. Meterne. Meeres. Doulieu. Nieuwkerk.* Viri præſtantes. Populi ſtudium. Bella civilia. Templum, Halla, curia, quandò reſtaurata. *Niepkerke. Steenwerck. Vlemenchoven. Dravouter.* 196
ARMENTARIA.
Nomen unde. *Armamentaria* romanorum. Quidam à Paſcuis dictam volunt. Panni Quadricolores. Textorum frequentia. Urbis incrementum quando cœptum, quando perfectum. Oppidum vetus. Bipartitum. 196
Caſtrum bellis everſum. Præfectus hæreditarius. Statua Meluſiana. Familia de *Armentieres* hîc dominata. Item *Inſulana.* Item *Luciburgica.* Item *Egmondana.* Prætor. Scabini, horum privilegia. Nundinæ annales binæ.
Eccleſia curialis. Fr. *Moſchi* encomium. Sacrificuli. Reliquiæ *SS. Capucini*, *Franciſcanæ Griſeæ.* 197
Gerontocomium, Schola pauperum, Burſa. A quibus fundata, & dotata. Urbs ab Anglis direpta. A Gallis incenſa. Domus pauperibus devota, à flammis mirabiliter ſervata. 198
WARNESTONUM.
Nominis conjectura. Initium oppidi. Arx vetus exuſta. Oppidum partim muniri cœptum. Expugnatum. Incenſum. Turris vento disjecta. Dynaſtæ à loco nominati. Horum juriſdictio. Territorii præfectus. Nundinæ. Parochia. Roberti Comitis Mauſolæum. Abbatiæ fundatio. 199
Ornatus. Reſtauratio. Caſtri feudatarii. Caſtellania ex quot Dominiis conflata. 200

DUACUM.

Caſtrum à quo ſtructum. *Oſtrevandiæ* etymon. Notatus *Guiſianus.* Sedes gigantum. Horum oſſa reperta. Arx olim tudor dicta, per quos everſa. *Oſtrevandiæ* pagus. Templum infra caſtrum reædificatum. *Broyenſibus* qualiter datum. *Adalbaldus* quomodò Duaci Dux. Principes *Auſtrebanti* Canonicorum Advocati. Duacum vetus, corruptè *Dieuwii.* Ejus præeminentia. *Chaſtelbourgois.* 202

RERUM DUACENSIUM.

PARS SECUNDA.

Corpus *D. Amati* tranſlatum. Unde. Authores tranſlati Capituli. Duacum à Barbaris deletum. Tranſlatio *S. Amati* ſueſſionem. Secunda Duacum tranſlatio. *Molanus* cautè legendus. Caſtri veteris veſtigia, Situs, præeminentiæ, curia feudalis. Gubernantiæ (ut vocant) tribunal. Caſtellani de Duaco, qui, & unde. Jus Caſtellano quale. Principum hîc olim ſedes. Nam conſtare, Ametenſes fuiſſe Monachos. 203
Treilæ nomen undè. *Lambras* vicus unde notabilis. *Duaci* nomen quatenus patuit. Caſtrum civium. *Ruë de Chaſtelbourg. La Motte de S. Aulbin.* Dominium *S. Albini* ſeparatum. *Scarpum* viſitare, quorum ſit. Limites viſitationis. Introductio Canonicorum *S. Petri.* 204
Veteris oppidi portæ. De *Duaci* incrementis quæſitum. Mœnia quando extenſa. Reſpublica quando formata. Parœciarum diviſio. *Duacum* inter urbes primarias fuiſſe.

ſe. Controverſiam jurium inter Hannonem & Flandrum fuiſſe. Flandro addictam. 205
Ejus in Principem fides. Nuptiæ Regales hîc celebratæ. *Froaldus*, *Duaci* Caſtellanus, Gallos cædit. Urbs recuperata. Obſideri nam metuit. Urbs à Gallis recenta. Quo prætextu. Arnulphus Comes, exaltati caſtri author. Qui, & Reliquias Sanctorum tranſtulit. Id quando factum. Quâ reverentiâ Corpus *B. Amati* ab Epiſcopis exceptum, ſcriniis impoſitum, ſigillis obſeratum. Item corpora *SS. Rictrudis*, *Euſebiæ*, & *Vulganii*. 196
Aliorum item oſſa Sanctorum à Barbaris combuſta. Eccleſiæ fabrica quando perfecta. Capitulum à quibus auctum & dotatum. *Dominicani*, *Franciſcani*, *Trinitarii*, à quibus Cœnobio donati. Antiqua ſenatûs forma. Margaretæ Comitis inſtituta. Quam illa varia infirmis hoſpitia aſſignarit. Vetulis, leproſis, puerperis quantum proſpexerit. Gallum *Duaco* ſemper inhiaſſe. Philippus pulcher, quid urbi indulſerit. 207
Noſocomium *S. Thomæ*, quando inchoatum. *Beginæ Griſeæ*, quando admiſſæ. Xenodochium *D. Juliani*. Hoſpitale *B. Samſonis* quando formatum. Item *Jacobæum* pro compoſtellanis Sodalibus, à quo locupletatum. Oppidi incrementum, à Philippo pulchro inchoatum. Porta *Morella* undè dicta. Quid à Carolo Quinto muris ademptum. 198

RERUM DUACENSIUM

Pars Tertia.

Urbis dimenſio. Pontes. Fora. Loca vacua. Nundinæ. Copia frumenti. Quanta veneat. Curia. Turris *Belfort*. Opera flammis abſumpta quis reſtaurarit. Quanti quæſtus fuerit lanificium. Vicinorum Abbatum & Dynaſtarum diverſoria. In urbe diverſi jus dicunt. 209
Tribunalis gubernantiæ origo. Feudorum curia. Balivi majoris dignitas. Balivorum ſeries. A quorum ſententiâ, ad gubernantiam appelletur. Senatus eligendi forma. Juramentum quis excipiat. Præpoſiti urbis perpetui. *Conſeil de trois tours*. Majeſtas Senatus. Pacificatores. Sagittariorum, Rhetorum, Poëtarum cætus. 209
Quot in tribus plebs digeſta. Lanii, & textores ob tumultum malè mulctati. Sodalitia civium, Pontificum indulgentiis honorata. Varia vetulis, orphanis, infirmis, peregrinis Xenodochia. Loca ſacra, Viri famoſi hinc oriundi. Univerſitas à quo inſtituta. 210
Gymnaſia qui fundarint. 211

ORCHIACUM.

Oppidum antiquum. Caſtrum undè Orca dictum. Urbis decrementum undè. Nundinæ ſolennes reſtaurandæ urbi inſtitutæ. Urbs iteratis incendiis, Bellis civilibus, præſidiariis nimium afflicta. 211
Portæ quoverſum ducant. Suburbia quam latè pateant. Privilegia Philippi Comitis, per Francum Regem, & per Dampetræos Principes confirmata. Senatus creandi forma. *Mathildis* oppidi exaltatrix. *Margareta* Comes Reipublicæ fundatrix, ejuſdem donationes. Baliſtarii & Arcuarii Duci fortiter opitulati. Præfefectura *Orchienſis*, quot vicos comprehendat. Abbatia Monialium. A Margaretâ Comite fundata, poſtmodùm apud *Flines* tranſlata. Maria Comitis filia ibidem Chriſto ſacrata, & ſepulta. Duplex Meieri lapſus. 212 & 213
Tumba Epiſcoporum. Illuſtrium Epitaphia. 213
Nullum in Belgio Cænobium par huic. Antiſtitarum encomia. 214

INSULÆ.

Nomen undè. Fundator quis. Cœnobia. Nundinæ. Nobilium conventus ad Philippum Bonum, quàm ob cauſam hîc exiſterit caſtrum vetus. Urbs quam miſerè cremata, & mutilata. Quam hodiè magnifica. Viri egregii. Cameræ rationum, quot provinciæ ſubſint. Magiſtratus à quo primum inſtitutus. A quo diviſus. Urbs Flandriæ Gallicanæ Metropolis. Elogium. 215

TORNACUM.

Termini. Antiquitas. Nomen à variis indagatum, de quo nîl certum. Oppidi ſitus. Arx inſignis. Templa. Artes. Collegia. Urbs quando, & à quibus ad Chriſtum converſa. Epiſcopatu gaudens. Variis bellorum motibus lacerata. Tandem Anglis dedita, rurſum Gallis reſtituta. Denuò à Carolo Quinto ſubacta. Cujus hîc filius in dynaſtam inauguratus. In quæ verba Princeps civitati jurarit, civitas Principi. 217

ARTESIA Comitatus.

Quem tractum occcupet. Sæpè termino mutavit. Quos modo habeat. Cæli ſolique clementia. 217
Triticei panis præſtantia. Urbium & pagorum numerus. Regio quantum bellis attrita. Oppidorum Princeps Atrebatum. Ordines quadripartiti. 218

FINIS.

J. B. GRAMAYE

NAMURCUM.

ORDINIBUS AMPLISSIMIS
NOBILISSIMI COMITATUS
NAMURCENSIS,
REVERENDISSIMO EPISCOPO,
ILLUSTRISSIMO COMITI GUBERNATORI,

Venerabilibus Prælatis; Nobiliſſimis Toparchis,
Prudentiſſimis Poliarchis;

J. B. GRAMAYE FELICITATEM.

OFfero de rebus Namurcenſibus volumen unum in tot ſectum periodos,

Quot ſunt diſcrimina vocum,
Quot Thebis portæ, quot divitis oſtia Nili,
Et quot Roma jugis cœlo caput erigit.

Id eſt ſeptem. Peculiaris eſt Provinciæ, ad cujus gubernacula feliciter ſedetis, ſeptenarius, non vano perfectionis argumento. Septem in ea numerari ſolent Comitum familiæ, totidem ex ea Cæſares, totidem cum Regibus matrimonia. Septem Urbes, Municipia, Sylvæ, Fontium matrices, Caſtra Comitis. Totidem Abbates, Collegia Canonicorum, Cœnobia Virginum, atque hæc ante Burgundorum Principum tempora.

Quidni & ego ſeptem intervallis diſtinctam ſcriptionem confecerim? Quorum primò *Encomium* eſt, non utique pretio aut dignitati reſpondens Mamurcenſi; ſed epigraphes loco limen voluminis mei coronans. Succedit *Principatûs*, ubi diplomatibus probavi Comitum ſucceſſionem, quod fundamenti inſtar eſſe volo ſcriptionis meæ. Superſtruo ædificium, *Hiſtoriam* dico, modicum illud & exile pro more meo & ſenſu, 4. concamerationibus, anchoris authoritatum ubique munitum, nec ventis obnoxium, cameris univerſim 10. conſtans, quarum ſingulæ ſuis ornantur emblematis, ſed pro re nata variis. Penu tenebroſas & umbras veriùs quàm imagines monſtrat. Atrium fumoſas; culina ſordidas, conclave arcanas, cœnaculum notas circumfert: Sic hiſtoria hæc fabulis, dubiis, incertis, ſuſpicionibus, rurſus veris, indubitatis, certis neceſſe

eſt expleatur. Ædificii hujus appendices ſunt Tribunal & Mauſolæum Comitum, quæ *Titulum* vocavi; Gynecæum quod *Geneſeos* nomine appellavi; Hortus, pro quo *Comitatûs Incrementum* & amplitudinem poſui; & denique Xiſtus quem *Indicem* dico. Quæ omnia ſuo ordine ſubjunxi. Nec multum dubius, cui Iconem hanc Ædificii Namurcenſis penicillo meo aliquatenus delineatam offerrem: cùm ſciam, quid decori & quid officii mei ratio poſtulet. Scilicet eos priùs & potiùs venerari, qui Nobilis hujus Palatii partim Rectores partim Poſſeſſores ſunt: Eos ſolos amplecti, quorum favore & auſpiciis licuit Clioni meæ temporum & ætatis curſum currere. Hoc igitur facio, & meæ gratitudinis arram, & obſequii primitias ad aram humanitatis veſtræ depono, conceptis verbis vovens:

DEUS MAXIME OPTIME,
Illuſtres Namurci Proceres,
Quibus genius, animus, mens bona,
Religio, Fides, Virtus magna
In Divos, Principes, Patriam
eſt & fuit, ſerva.

Votum apud Grudios feriis Euchariſticis anni M. DC. VII.

Abs veſtro

REVERENDISSIMI,
ILLUSTRISSIMI,
AMPLISSIMI,

Cliente

J. B. GRAMAYE, Sereniſſimorum Principum Hiſtorico.

J. B.

J. B. GRAMAYE.

Encomium Comitum & Comitatûs Namurcenſis.

PARS SEPTENARII PRIMA.

NAmurcenſis Provinciæ decora pugno comprehendere libet, cùm latè-patentes eorum ornatus ſtylo non liceat penetrare. Hæc illa, cui nomen fecit muta mutataque in religionem idololatria. Hæc illa, quę omnium Belgii Provinciarum prima diſcipulum Principis Apoſtolorum Præconem nacta, exemplum Stratonis Tyrii imitata, oculos in occidentem converſa ſuperſtitionem, meruit prima fidei noſtræ orientis auroram aſpicere & venerari. Hęc illa, quæ quatuor à D. Materno dicata monſtrans altaria, doctrinæ ab eo perceptæ ita tenax fuit, ut per mille quingentos ampliùs annos nullo hæreſeos inquinata adulterio, nullis atheorum infecta fraudibus integra perſeverat.

Pervaſit hæreticæ pravitatis furor potiores Belgii Provincias; Namurcum pænè ſolum ſine labe manſit. Atrebates, Leuci, & Hannones, & Leodina dioceſis, qui hujus laudis cum Namurco communionem arrogare poſſent, ſaltem Normannis in prædam ceſſerunt; Namurci arcem ceſſiſſe non legimus, occultæ divinæ pietatis judicio, primitivam illam credulitatem compenſaturo. Vultis & minutatim iſta conſideremus? Comites ad unum omnes ita anxiè pietatem coluerunt, ut piaculum putarent non fundare Cœnobium aut altare aliquod, & hoc monumento, quod Namurci vixiſſent, oſtendere. Eorum 4. vitam & ultimum vitæ ſpiritum bellis ſacris impenderunt. Duo poſthabitis ſeculi vanitatibus in Cęnobia ſe abdentes vitam monaſticam, tantùm non monachi, obierunt, & in illa obierunt. Hæc illa Provincia, ubi tertiam quadrigæ Præmonſtratenſis rotam Sanctiſſimus Norbertus plantavit; ubi 27. monaſteriorum Pater Gerardus ſibi delegit tam vivo quàm defuncto habitaculum Benedicti ordinis felix propagator; ubi jam indè à D. Franciſci ævo Seraphici cætus fuit ſeminarium; ubi nobiliſſimas Conſtantinopolitanæ Urbis reliquias invictiſſimi repoſuerunt Imperatores.

Nobilitatem Comitum prætereo, Notæ ſunt Lotharingiæ, Hannoniæ, Flandriæ, Burgundiæ, Auſtriæ Principum ſtirpes, hujus Provinciæ clavum tenere ſolitæ.

Ter Franciæ, bis Angliæ Regibus, octies Ducibus per matrimonia juncti Comites aut Comitum liberi.

Sex Orientis Imperatores produxerunt laude & fortunâ paucis obveniente. De nobilitate quid dicam? Illa, illa inter paucos alios decus antiquum cum libertate majeſtateque veteri mordicus ſervat.

Plebs armis optima, illam rei militaris laudem in proverbium pænè deduxit: Diceres Martem, Laborem, Genium, & Charites Namurceſium ad ſuam finxiſſe libidinem, aſpirantibus Junone & Minervâ.

Tellus abundè ſuppetit quidquid ad uſum & eſum ſat eſt, quoad hæc parum indiga exterorum auxilii.

Cyri vox eſt, Virtutem rudium rupium eſſe cultricem: Poëtæ dictum eſt, Cum Satyris Genium ſylvas habitare: Philologi ſcriptum, Ripas & rupes, laboris eſſe regiam: Philoſophi ſententia eſt, Pietatis cunabula eſſe apud Ægyptios, eo quòd primi Deos colere illi docuiſſent. Nos eadem hæc Namurcenſibus applicantes, deſinamus mirari eſſe bellicoſos, geniales, laborioſos, pios; qui rupes, ripas, ſylvas colunt, Religionem Chriſtianam primi coluerunt.

Elogium Anapæſticum quatuor Ordinum Namurci.

Nobilitas Animoſa, Modeſtum
Vulgus, Regalis Comitatus,
Virtuteſque Monaſteriorum.

Heroica inſcriptio Comitis.

Princeps Imperii, Comes Arcis, Marchio regni.

Ordinis Eccleſiaſtici Status.

Et Mitra Norberti, Benedictinæque columnæ,
Bernardi quadriga hìc eſt, cum Antiſtite ſummo.

Nobilitatis Ordo.

Copia, majeſtas, virtus, & opes & honores,
Hæc Namurcæam commendant Nobilitatem.

Tertius Popularium Ordo.

Villa vetus, florens rus, curia fixa, Namurcum,
A bobus & vaccis loca dicta, & denique Sanſom.

PRINCIPATUS NAMURCENSIS.

PARS SEPTENARII SECUNDA.

Septem Seriebus comprehenſa, in quibus Comites & eorum ſucceſſio probata.

SERIES PRIMA

Ex tenebris Antiquitatum eruta, cujus Authores quære in Hiſtoria Namurci folio 12. & ſeq.

1 SICELIUS Flamen Neptuni. — *Ex Belgis.*
2 MEHAN ſimiliter.
3 N. tempore Friſonis.

CAMBRO Dynaſta duorum fluminum. — *Ex Gallis.*
LERNUS Præfectus Caſtri.

SEDROCH Rex Princeps loci. — *Ex Tungrenſibus.*
AGANIPPUS Rex Princeps loci.
BOURGAL D. loci.

N. Dux Nemetum coloniæ. — *Ex Germanis.*

CAIUS Imperator Præfectus D. loci. — *Ex Romanis.*

MARTINUS Namuci Comes anno 277. Pater Leodienſis Epiſcopi. — *Ex incertis.*

N. Alberonis Francorum Ducis affinis anno 460. — *Ex Francis.*
N. Socer Reguli Hoſtienſis Namurci Comes anno 527.
N. Comes Namurci pater Theodardi Leodiorum Epiſcopi anno 653.
GLOMERICUS etiam Durbuti Comes anno 656.
ODOARIUS Princeps ſub Pipino.

SERIES SECUNDA.

Ex infinitis diſcrepantium Scriptorum opinionibus aliquouſque deducta, cujus partem alteram confirmat Henninges folio 29. 67. *& aliis, hanc ſtirpem deducens.*

HIdulphus Ardennæ Dynaſta anno 710.

Martinus, Uxor Beatrix.

Duces Moſellani, Ardennæ Comites.

Lambertus, uxor prima Maria Bononienſis.

Lotherus ſpoliatus bonis obiit anno 809.

Fredericus, uxor Felicitas obiit anno 847.

Sadigerus, uxor Mechtildis obiit anno 876.

Raginerus, cujus uxor prima, filia Almarici anno 876, ſecunda Ermingarda obiit anno 916.

Ricuinus, uxor Gertrudis.

Bona, nupta Carolo Duci, obiit anno 1001.

Ermengardis, cujus maritus

Secunda Symphoriana, obiit anno 778.

Adelricus Ardennæ Belgicæ Dynaſta.

Adelhardus & Robertus.

1 Naymo Primus Namurci Marchio anno 812. obiit.

2 Theodericus anno 819. Uxor Penthecoſta.

3 Amalricus nepos Naymonis, obiit anno 842.

4 Gerardus anno 899.

5 Beringerus anno 932.

6 Robertus anno 962.

7 Albertus. ſive Godefridus.

TESTIMONIA

Dictis fidem factura ad Seriem ſecundam.

Quis fuerit & quo modo mortuus.

1 VIde Turpinum, Belleforeſtum, Waſſemburgenſem.

De eo & uxore ejus.

2. Ex chronico Leodicenſi manuſcripto ad annum 815. ſub Gerbando Epiſcopo.

Et Pentecoſte fille del noble cevaller Raduz dex Prez heureuſement mariay à Thieray Cont de Namu.

Quod ſucceſſerit.

3. Ex Jacea & memoriis omnibus ad unum.

Amaulry deuxieſme Marchis de Namur ſucceda à ſon oncle, & mourut en la bataille de Fontenel.

Quod Comes hic fuerit.

4. Ex Annalibus noſtris & Lotharingiæ.

Et conſpiratione initâ Godefridus Dux cum Gerardo Namurci Comite, Matfrido Angiæ, & Lamberto Lovanii Comitibus in Suenteboldi caput factionem concitarunt.

5. Ex Confirmatione Bronienſi. *Henricus d. f. cle.* Quod Comes fuerit.

Præterea quia locus hic ſitus eſt in vicinia caſtri Namurcenſis; precamur Comitem Namurci ſicut fidelem & amicum noſtrum, &c. Datum 9. Aprilis anno 932. Signat inter alios Comes Wicbertus & Comes Beringerus.

6. Ex Sigiberto in geſtis Abbatum Gemblacenſium. Quod hic Comes extiterit.

Herebrandus autem Brabantius accerſito Roberto Comite Namucenſi omnes villas Monaſterii &c. Quòd hic Comes extiterit.

SERIES TERTIA

Contra vulgarem traditionem diplomatibus firmata.

1 ADalbertus (aliis Godefridus,) Uxor [a] Ermengardis Lotharinga.

2 Rotbodo, [b] ſive Raginerus [c] Uxor Eva Brugeronenſis [e] — 3 Aldebertus, [d] ſive Albertus. Uxor Reilindis Lotharingica.

4 [f] Aldebertus, Uxor [g] Ida de genere Eliæ Equitis.

5 [h] Godefridus, Uxor [i] Ermoſindis Luceburgica.

6 [l] Henricus, Uxor [l] Agnes Gelrenſis — Filia nupta aut Gelro, aut Lotharingo. — [k] Beatrix Manaſſis Rhetelenſis. — Aleidis [m] Balduini Hannonii.

[m] Ermeſendis, cujus ſponſi

[n] Henricus Campaniæ, — [o] Theobaldus Barenſis, — [p] Waleramus Limburgenſis, — [q] Radulphus Epiſcopus Leodicenſis.

Henricus [q] Luceburgenſis. Uxor Margareta Barenſis.

Iſabella Guidonis Dampetræi.

TESTIMONIA

Dictis fidem factura ad Seriem tertiam.

CHarta Ottonis III. & Notgeri Epiſcopi de libertate Bronienſi.

Quòd Comes Adalbertus fuerit. *Comiti etiam Namuci Adalberto, ſucceſſoribuſque illius præcipimus, ut loco noſtri tueantur jura hujus Eccleſiæ; nec quicquam eorum quæ conceſſimus ei, ſibi audeant uſurpare, &c. Datum anno 992.*

Chronicon m. ſ. Leodicenſe in D. Laurentii.

De morte ejus. *El ſen eſment grand guerre environ l'an 998, lors que le Conte Lambiert vient aſſiger Huy, &c.*

Valeran Sire de Walef & les Hasbanois que le baſtart de Beaufort eſtoit allé querrir à ſecours, entrant à la meſle occirent pluſieurs, & entre autres le Sire de Mon Roulant, Bertrand de Vermedoy, Jehan de Berry, & Eilbert Cueux de Namur.

[a] Charta D. Maximini prope Treveros.

Quòd fuerit filia Caroli Lotharingiæ & uxor Comitis Namucenſis. *Carolus Dei omnipotentis gratiâ Dux Lotharingiæ, &c. pro animæ patris & prædiſceſſorum meorum potentiſſimorum Regum & uxoris meæ Bonæ & filii Odonis & filiarum Gerbergæ Montinenſis & Irmgardis Namucenſis Comitiſſæ, &c. Datum in Treveris anno 989.*

Codex Froreffienſis ante annos 300. ſcriptus.

De morte ejus. *Anno 1049. obiit Armengardis, Ducis Lotharingiæ filia.*

Ex chronico Cameracenſi ante annos 500. ſcripto.

Quòd Irmgardis mortuo marito cum filiis imperaverit. *Cùm Herimannus Comes, cui pudori erat fugere, in Eccleſia S. Gorgonii captus eſſet, Rotbodi Comitis Namucenſis mater ſano uſa conſilio ſuis amicis ſe redditurum ire promiſit, ſi pro tanta commutatione gratiam amicorum ipſius Herimanni & Imperatoris, quem offenderat, reſarcirent.* Agit de bello ad Hogardiam anno 1013.

[b] Si

[b] Si hic non fuiſſet major natu filius Ermengardis, quomodo ante Albertum, qui ſine dubio fuit Irmgardis filius, imperavit?

Quòd Rotbodo Comes fuerit.

Ex eodem chronico.

Cùm Epiſcopus (Baldricum intelligit) *in villa Huvardas caſtellum muniret, ad firmitatem videlicet pacis, ad maleficos territandos, ipſe Lantbertus furoris ſui obſtaculum videns mox fide mutatâ, congregatâ validâ manu, Rotbodo Comite Namucenſi ſibi adhibito, non erubuit Præſulem invadere.*

Ex Rythmis noſtratis hiſtoriæ de bello ad Florinas.

De morte ejus.

Den Graef van Naemen wordt oock gevonden Seer miſmaeckt ligghende onder de gewonden.

[c] Chronicum m. ſ. Leodicenſe ad an. 1013.

De matrimonio ejus.

Il venoit Charles vaillant Conte de Brugerons, qu'il avoit une fille Eve treuoblement marié au Cueux de Mamur.

[d] Ex Evangeliario veteri Eccleſiæ S. Albani.

Quòd hic fuerit Ermegardis filius & poſt eam Comes.

Comes Albertus ſecundus ortus ex patre Lotharienſi, matre Francigena Ermegarde, nobiliſſimam Francorum progeniem trahente, memor reſurrectionis corporis, locum hunc ſuæ requieti elegit.

Harigerus Abbas Lobienſis in Chronico Pontificum Leodicenſium, qui coëtaneus fuit horum temporum.

De morte ejus.

Bello apud Rinoniam Ardennæ vicum geſto, Albertus Comes Namurcenſis, qui Eccleſiam D. Albani refecit, interfectus eſt à Godefrido Duce anno 1067.

[e] Ex Evangeliario S. Albani.

De uxore ejus.

Albertus conſentiente uxore ſuâ Gozelonis Ducis filiâ Eccleſiam reſtruxit, &c. non diſſuadente ſed ſtimulante Reylende uxore ſuâ locum quem reſtruxerat multiplicavit.

[f] Ex Diplomate S. Laurentii de Advocatia Waſeggæ.

Quòd hic fuerit Alberti filius & ſucceſſor immediatus.

In nomine S. & individuæ Trinitatis, Amen. Ego Henricus Divinâ favente gratiâ V. Romanorum Imperator, notum facio omnibus præſentibus & futuris, Dei & noſtris fidelibus, quòd Conrardus Imperator attavus noſter, precatu Stephani Abbatis S. Laurentii, Advocatiam prædii, quod habebat S. Laurentius in Waſegga, dedit Alberto Comiti Namucenſi anno 1136. *&c. Hoc conſtitutum multis annis ab ipſo Alberto & filio ejus æque Alberto vocato inviolabiliter cuſtoditum, cùm Godefridus filius ejus Comes Namucenſis tranſgreſſus eſſet, &c.*

Ex Codice Floreffienſi.

De morte.

Anno 1102. *obiit Albertus & Ida Comites.*

[g] Ex veteri m. ſ. Codice.

De uxore ejus.

Albertus Comes per uxorem ſuam Idam dictum Comitatum (Bolonienſem nempe) *reclamabat. Hæ duæ Idæ ſunt genus Heliæ militis, quem cygnus, (ut fertur) duxit & reduxit.*

[h] Ex diplomate pontis Dionantenſis juſſu Epiſcopi ſtructi.

Quòd Godefridum filium habuerit Albertus.

In Nomine Domini Amen. Quicunque fideles hoc conſcriptum legentes ſciatis hoc factum eſſe voluntate & præcepto Henrici Epiſcopi & Comitis Alberti ſecundi Namucenſis à me Godſcalco Abbate ſanctæ Eccleſiæ Walciodorenſis, &c. Datum anno 1080. *Indictione* 3. *Teſtes Dominus Henricus Epiſcopus, Godeſcalcus Abbas, Albertus Comes, Godefridus filius ejus, Cono Comes, Theoduinus Advocatus, Heribrandus frater ejus, Godefridus de Silii, Cono frater ejus.*

[i] Ex fundatione Floreffienſi.

De uxore & liberis ejus.

Godefridus Comes Namucenſis & Ermeſindis Comitiſſa ad honorem S. Dei Genitricis Mariæ annuentibus filiis & filiabus Dominis Adalberto, Henrico, Clementia, Beatrice, & Adelheide tradiderunt Domino Norberto & fratribus ipſi ſubditis in Floreffia & eorum ſucceſſoribus perpetuò poſſidendam Eccleſiam de Floreffia, &c. Datum 5. *Kal. Decembris anno* 1121. *Indict.* 14.

[k] Ex confirmatione libertatis Floreffienſis.

Quòd ei in comitatum ſucceſſerit.

Notum ſit omnibus, tam futuris quàm præſentibus, quòd ego Henricus Comes Namucenſis eandem libertatem, quàm pater meus Godefridus Floreffienſibus donaverat in emptione allodii ipſius villæ, tam pro ſalute animæ quàm patris mei & anteceſſorum meorum, recognoſco & concedo. Datum anno 1151. *Indictione* 14.

Ex charta confirmationis privilegiorum S. Albani.

Quòd Henricus quartus ſit ab Alberto Comite, qui Eccleſiam D. Albani reparavit.

Ne bonorum oblivioni memoria traderetur anteceſſorum, eorum opera commendàvimus perpetuitati litterarum. Notum ſit igitur omnibus tam poſteris quàm præſentibus, quòd Albertus illuſtris Comes Namucenſis noſtram, in qua ipſe cum heredibus bonæ memoriæ requieſcit, ædificavit Eccleſiam, quam futuræ non immemor reſurrectionis tanto ditavit honore, tanta ſublimavit libertate, &c.

Huic autem honori detrahentes Dominus Henricus, qui tunc Leodicenſe tenebat Epiſcopium, in die dedicationis Eccleſiæ conſtituit ſub anathemate. Henricus verò quartus ab ipſo bonæ memoriæ Alberto non minus quàm boni patres prælibatæ jura conſervans Eccleſiæ, &c. Facta eſt autem hujus renovationis confirmatio annò 1159. *Indict.* 3. *regnante Frederico Imperatore.*

[l] Ex Epitaphio Floreffienſi.

Quòd filia fuerit Regis Francorum.

Ubi nomen utriuſque: & Fundatione Capellæ in Viefvil, ubi dicit: *conſenſu conjugis Mariæ Philippi Regis Francorum filiæ. Datum anno* 1211.

[m] Conſentiunt Franciæ, Lutzeburgi, & noſtrates hiſtoriæ, eam filiam Henrici fuiſſe.

[n] Ex

Quòd Henricus Campaniæ Comes jus prætenderit per ſponſam,

[n] Ex Codice feudali veteri.

An del nativité Jeſus Chriſt 1187. *ley ceux de Champagni promit del prëindor à femme Ermenſon fille de noz leal Segnor Henry, ceux de Namur & lez Borgoſe luy fas ſerment.*

Quòd Barenſis jus habuerit in Comitatum,

[o] Ex fundatione ſacelli S. Hilarii.

Ego Theobaldus Domini Henrici Barenſis Comitis filius, Comes Barri & Luceburgi, certum & manifeſtum eſſe volo omnibus, quòd laude & aſſenſu uxoris meæ Ermenſidis Comitiſſæ Luxemburgi & Henrici primogeniti mei, Eccleſiæ S. Hilarii caſtri noſtri contuli 50. *ſolidos. Datum anno incarnationis* 1212.

Quòd Walramo Lemburgenſi juncta, qui etiam jus prætendit.

[p] Ex litteris dotis aſſignatæ Walramo.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Notum ſit omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, quòd ego Henricus Dei gratia Dux Lemburgenſis & Marchio Arlunenſis filio meo Walramo dedi totam terram de Arlune & ipſum caſtellum cum univerſis militibus & civibus in caſtello manentibus, Advocato excepto, hoc pacto prahabito, quòd prædictus Walramus hæc dabit in dotem Comitiſſæ de Lucelenburg, &c.

[q] Ex contractu matrimonii.

Quòd filium illa Henricum habuerit qui jus prætendit & obtinuit Comitatum.

Ego Ermenſendis Comitiſſa Lucemb. & March. Arlun. omnibus præſentes literas inſpecturis notum facio. Quòd Henricus Dominus de Lucemb. filius meus ducere debet in uxorem Margaretam filiam Domini A. Comitis Barenſis, &c. Actum anno Domini 1231. *menſe Julii.*

Quòd Iſabella ejus filia Guidoni nupta jus in Comitatum prætendit.

[r] Ex Meiero lib. 10. & communi Hiſtoricorum omnium conſenſu.

[s] Ex chronico Leodicenſi Monachi Aureæ Vallis ad annum 1183.

Quòd Radulphus Epiſcopus jus in Comitatum arrogaverit.

Radulphus etiam Epiſcopus pro bono pacis convenit cum Balduino juniore, & ceſſit omni actioni quam in Comitatum Namurcenſem habebat tanquam nepos Godefridi Comitis, qui pater Henrici fuit, ita tamen ut reditibus terræ de Durbu poſt obitum Godefridi gauderet ad vitam, &c.

Quòd Manaſſes Rhetelenſis jus in Comitatum prætenderit,

[t] Annales Hannoniæ & Waſſeburgenſis.

Le dit Conte de Namur (Balduinum intelligit) *apres le treſpas de Conte Henri fut auſſi querellé par Manaſſès Conte de Rhetelois, qui avoit eſpouſé la troiſiéme fille de Godefroy, mais il en fut debouté par l'authorité de l'Empereur Henry, encoires que le peuple de Namur luy favorit, &c.*

SERIES QUARTA MARCHIONUM

Similiter ſtabilita.

BAlduinus [a] Hannonius, Uxor Alys, [b] ſive Aleidis Namucenſis.

1 [c] Balduinus, Uxor Margareta [d] Flandrenſis.

Balduinus Imperator, uxor Maria Campana.	Joannes.	[i] Henricus Imperator.	2 [l] Philippus, uxor Maria Franca.	[m] Iſabella uxor Philip. Regis Franciæ.	3 [o] Yolenthis uxor Petri [p] Cortenacenſis Comitis Antiſiodori.

Joanna Ferdinandi [f] Luſitani & poſtea Thomæ Sabaudi uxor.	[g] Margareta Buchardi, Aveſnenſis & Guidonis Dampetræi uxor.	Luduvicus octavus Rex Galliæ, Uxor Blanca [m] Caſtellana.

[o] Joannes Aveſnenſis [c] Guido Dampetræus.

SERIES

TESTIMONIA

Dictis fidem factura ad Seriem quartam.

Quòd jus ſibi arrogaverit ante completam emptionem.
Quod Aleydis ejus uxor fuerit.

VIde hujus Balduini poſt nuptias jus in Comitatum arrogantis titulum.

[b] Vide Epitaphia.

[c] Ex donatione 24. Solidorum Eccleſiæ S. Albani.

Quòd Balduinus Henrici nepos & heres & primus Marchio.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Balduinus Comes Flandriæ & Hannoniæ, Marchio Namuci primus, univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris. In perpetuum cognitum fieri volo veſtræ diſcretioni, quòd cùm Dominus omnipotens ad honorem Namucenſis caſtri, quod me ex parte avunculi mei Henrici Comitis Namuci & Luſeleborc jure hereditariò competebat, me ſublimaſſet; & Dominus Henricus VI. Romanorum Imperator glorioſiſſimus ex honore ipſius caſtri & ejus appendiciis me Marchionem & Principem Imperii præeunte Principum ſuorum judicio & eorum ſubveniente conſilio feciſſet, intuitu pietatis & eleëmoſynæ dedi Eccleſiæ S. Albani quoquo anno 24. Solidos, &c. Actum anno milleſimo centeſimo nonageſimo quinto.

Quòd Balduinus tamquam Dominus directus Namurci fuerit.

[d] Ex Epitaphio ejus patebit.

[e] Confirmatio Dotationis Eccleſiæ Sancti Petri.

Balduinus D. g. Flandriæ & Hannoniæ Comes & Maria conjux mea omnibus Chriſti fidelibus cognoſcere veritatem, &c. quod factum cariſſimi fratris noſtri Philippi Marchionis Namucenſis tanquam Domini ſuperiores ſigilli noſtri appenſione probamus & roboramus. Actum anno milleſimo centeſimo nonageſimo octavo.

Quòd Thomas tanquam Dominus directus jus habuerit,

[f] Ex confirmatione Molinenſis Abbatiæ, ubi cum uxore Joanna confirmat capellam B. Virginis in Marlania à Balduino herede Imperii Romaniæ & Comite Namucenſi, Cœnobio Molinenſi aſſignatam anno 1237. anno 1239.

Quòd Margareta jus in Comitatum ſervaverit,

[g] Ex confirmatione mutationis ſylvæ Villarienſis cum Grandipratenſibus.

Margareta D. g. Flandriæ, &c. Tanquam terræ Domina ſuperior ratione directi dominii confirmavimus. Datum in craſtino Converſionis Sancti Pauli, anno milleſimo ducenteſimo ſegageſimo quarto.

Quòd Joannes titulo tenus Comes fuerit vivo patre.

[h] Ex veteri manuſcripto.

Joannes vivo patre Balduino Comes Namurci dictus non diu ſuper vixit.

Fortè & hic titulo tenus antequam ad imperium aſſumeretur, Namurci Comes dictus fuit.

[i] Ex Henninge & aliis Germaniæ Scriptoribus.

Henricus Balduini filius (tertio eum loco ponunt, neſcio an bene) *ex Comite Namurcenſi Imperator Conſtantinopolitanus.*

Vide etiam Epitaphium Philippi Comitis, ubi dicitur is fratri Henrico ſucceſſiſſe, intellige in Comitis titulo, non ita in Marchionis.

Quòd Philippus II. Marchio fuerit, & patri immediatè mortuo ſucceſſerit,

[l] Ex Inſtitutione Decanatûs in S. Petri Eccleſia.

Notum ſit, &c. quòd vir illuſtriſſimus Philippus Marchio ſecundus Namucenſis piis prædeceſſorum ſuorum qui Eccleſiam S. Petri fundaverunt & in eam 12 prabendas Canonicales cùm officiis Præpoſiti & Cuſtodis inſtituerunt, per inſtitutionem decimætertiæ præbendæ cum officio Decanatûs augere voluit. Datum anno milleſimo centeſimo nonageſimo octavo.

Quòd Iſabella Philip. Regi Franciæ juncta.

[m] Ex Paulo Æmylio & omnibus hiſtoricis unà.

Quòd Blanca titulo oppignorationis jus in Comitatum habuerit.

[n] Ex chronico Rodii Ducis circa hæc tempora.

Et Imperator videns indies res magis declinare, animo tamen maximo à multis Franciæ Principibus mutuum accepit, & inprimis à Blanca Regina, cui idem Imperator Comitatum Namurcenſem tradidit, &c.

Quòd Joannes Aveſnenſis jus arrogaverit,

[o] Ex Diplomate Cæſareo apud Jacobum Meierum.

Terram de Namuco cum ſuis appendiciis, &c. Sororio noſtro nobili viro Joanni Aveſnenſi, ut eadem Comitiſſa (puto Margaretam matrem intelligi) *in feudum tenuit, conceſſimus à nobis & Imperio perpetuo poſſidenda, quarum terrarum homines & habitatores eidem fratri obedire volumus. Datum 5. Id. Julii M. CC. LII. Regni noſtri anno IIII.*

SERIES QUINTA

Roborata eodem modo.

3 PEtrus [a] Cortenæus Comes Antiſiodori, Uxor Yole [b] Namurcæa.

4 [c] Philippus. Robertus [d] Imperator. 5 Balduinus [e] Imperator, [g] Uxor [f] Martha Brennæ. Margareta [i] Henrici Vienneniſis uxor.

[h] Philippus, Uxor Beatrix Sicula.

Catherina Caroli Valeſii Uxor.

TESTIMONIA

Dictis fidem factura ad Seriem quintam.

[a] EX literis compoſitionis cum Domino de Bioul.

Quòd hi immediatè Comitatum occupaverint.

Hugo Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis omnibus tam præſentibus quam futuris. Noveritis hanc eſſe formam compoſitionis & pacis perpetuæ inter Petrum Comitem Antiſiodorenſem & Marchionem Namucenſem & Tolendem Comitiſſam uxorem ejus & MarchioniſſamNamucenſem, & Gobertum de Bioul, &c. Actum apud Floreſſiam anno 1213. menſe Auguſto.

[b] Ex fundatione Capellæ S. Albani.

Quòd Tolenthis ſucceſſerit.

Ego Tolendis Comitiſſa Antiſiodorenſis & Namucenſis dilectis ſuis Decano & Capitulo ſancti Albani Namucenſis ſalutem & omne bonum. Noveritis quòd cùm in Eccleſia noſtra ad honorem Dei capellaniam noviter inſtituerim cum beneficio XV. librarum, &c. Ita quidem quòd eodem Lamberto (illam ad capellaniam præſentaverat) *decedente, electione capituli S. Albani Sacerdos inſtituatur, nec ad ſucceſſorum meorum devotionem umquam poſſit devolvi.* [c] *Satiſdictus quippe Philippus filius meus de tota terra Namucenſi cum integritate feudi & omni dominio bene & legitime adhæredatus ſatiſdictæ capellaniæ inſtitutionem modo quo dictum eſt approbavit, & ſigillo ſuo cum ſigilli mei confirmatione diligenter roboravit. Actum anno Verbi Incarnati 1216.*

Quòd filio ſuo Comitatum tranſcripſerint.

[e i] Ex confirmatione Grandipratenſi.

Quòd Henricus Viennenſis occupaverit Comitatum quem Balduinus Imperator recepit ſibi debitum.

Univerſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis Thomas Flandrenſis & Hannonienſis Comes & Johanna Comitiſſa uxor ejus cognoſcere veritatem. Cùm piæ recordationis Philippus Comes Namucenſis in ultima voluntate Abbatiam Ordinis Ciſtercienſis in ſuo Comitatu Namucenſi pro remedio animæ ſuæ & prædiſceſſorum ſuorum animabus fundari ſtatuerit, & eamdem Abbatiam ab Henrico Comite Viennenſi & Margareta uxore ejus ſorore bonæ memoriæ Philippi Comitis prædicti tunc terram Namucenſem poſſidentibus creata ſit & fundata, &c. poſtmodum à Viro illuſtri Balduino Imperii Romaniæ & Namucenſis hærede, poſtquam ſupradicta terra tanquam legitimo hæredi reddita ſibi fuerat, ab eo poſſeſſa & approbata & confirmata. Nos eadem omnia tanquam Domini ſuperiores concedimus & approbamus, laudamus & ſigillorum noſtrorum appenſione confirmamus. Datum anno 1238.

[g f] Ex Chronico Joannis Hocſemii.

Quòd Martha præfuerit.

Poſt mortem autem Imperatoris Balduini venit quadam die Martha Imperatrix uxor ejus Namurcum inviſere Comitatum ſuum, &c.

[h] Ex Henninge & Hiſtoricis paſſim.

Quòd filium habuerit Philippum.

Balduini Imperatoris filius Philippus qui licet dictus ſit Imperator, Imperium tamen non obtinuit.

[l] Ex ſententia arbitraria à Francorum Rege contra Valeſium pro Joanne Comite pronunciata. Data anno 1312. in Junio.

Quòd Valeſius ratione uxoris jus prætenderit in Comitatum.

[d] Ex Gregora l. 4. contra Meierum & alios.

Quòd Balduinus Roberti frater non filius ſit.

Qui tum Conſtantinopoli regnaret Balduinus erat Balduini primi ex ſorore nepos. Etenim frater Henricus ſucceſſit, fuit ſororis Iolentæ primogenitus Robertus. Roberto frater ætate proximus Balduinus.

SERIES

SERIES SEXTA MARCHIONUM ET COMITUM.

1 GUido [a] Flander, Uxor [b] Iſabella Lutzeburgica.

2 [c] Joannes, Uxor [d] Maria Arteſienſis.

3 [e] Joannes. 4 [f] Guido. 5 [g] Philippus. 6 [h] Gulielmus, Uxor [i] Catherina Sabauda.

7 [l] Gulielmus. 8 [m] Joannes.

TESTIMONIA

Dictis fidem factura ad Seriem ſextam.

Quòd Guido & Iſabella Joannis filio Comitatum ceſſerint.

[abc] EX diplomate ceſſionis Comitatus.

Nous Ghuis Conte de Flandres & Marchis de Namur, & Iſabelle de Lutzeburch Conteſſe de Namur &c. avons donné & mis es mains de noſtre bien aimé filz Jehan la terre de Namur, &c. anno 1297.

Quòd Maria Arteſia ei juncta fuerit.

[d] Ex literis venditionis Pollinaræ ubi id refertur.

[e] Ex atteſtatione facta ipſo quo pater obiit anno.

Quòd Joannes patri ſucceſſerit.

Nous Oſte de Cuck & Ervould de Steen &c. faiſons ſcavoir, que en preſence de noble Comte Jehan de Namur, &c. anno 1330.

Ex diplomate privilegii Namurcenſis.

Qui filii & ſucceſſores.

Et noz portant le dictz Contes de Namur, aſſcavoir Meſſire Jehan jadis pere au Meſſire Jehans Ghuis, Philipps ſes filz jadis apres luy ont enforcés & enforce encoir le dit le Cuens Guilliame qui ores eſt, O au Conte qui ores pour le temps de

[fg] Ex fundatione altaris S. Albani.

Quòd Philippus Guidoni ſucceſſerit.

Philippus Comes Namucenſis delectis & fidelibus noſtris Præpoſito, Decano, totique Capitulo Eccleſiæ noſtræ S. Albani & aliis præſentes literas viſuris in Domino ſalutem. Cùm dilectiſſimus frater noſter Dominus Guido quondam Comes Namucenſis bonæ memoriæ in ſuo teſtamento & ultimâ voluntate, in qua deceſſit, legaverit unum altare fundandum &c. anno Domini 1336, *Vigiliâ Joannis Baptiſtæ.*

[h] Ex fundatione altaris S. Mariæ.

Quòd Gulielmus ſucceſſerit.

Gulielmus &c. Fratris noſtri Philippi & prædiſceſſorum moti exemplis pro remedio animæ meæ & uxoris filiorumque meorum capellam in honore celſiſſimæ Dei Genitricis in Eccleſia D. Petri caſtri noſtri Namucenſis ſtrui curaverim, eidem Dominus &c. Datum anno 1347.

Ex diplomate confirmationis Molinenſis.

Quòd Gulielmus filius Guilielmo patri ſucceſſerit.

Gulielmus Comes Namurci & Dominus Sluſæ, &c. ad ſalutem animæ patris mei altæ memoriæ Gulielmi Comitis, &c. Datum anno 1414.

Ex diplomate Andennenſi dato anno 1409.

Quòd Joannes Gulielmi frater fuerit.

Joannes Dominus de Wynendale & Renaix &c. Cùm inter fratrem meum illuſtrem Comitem Nam. Gulielmum & Capitulum Andennenſe nata controverſia &c.

Quòd Joannes ſucceſſerit & Comitatum vendiderit, non Theodoricus ut ait Meierus.

Ex diplomate venditionis Comitatûs dato anno 1421.

SERIES SEPTIMA,

Cujus probationem pete ex Heutero & aliis paſſim.

PHilippus Bonus Burgundiæ Dux, Uxor Iſabella Portugalenſis.

Carolus Pugnax, Uxor Agnes Borbonia.

Maria Uxor Maxæmiliani Auſtriaci.

Philippus Rex Caſtiliæ, Uxor Joanna Caſtellana.

Carolus V. Imperator, Uxor Iſabella Portugalenſis.

Philippus II. Hiſpaniarum Rex, Uxor Iſabella Francica.

Iſabella Clara Eugenia Uxor Alberti Archiducis Auſtriæ.

J. B. GRAMAYE HISTORIA NAMURCI

PARS SEPTENARII TERTIA.

In qua decas Capitum, Geſta Principum Namurci ediſſerens.

CAPUT PRIMUM,

Quo res ante natalem Dominicum Namurci geſtæ, aut de Namurco traditæ, recenſentur.

COmmune hominum & hiſtoriarum fatum eſt, velle aſſurgere, & ex tenebris lucem, ex luce laudem quęrere: & cùm exiguo annorum vinculo ætatem noſtram concluſerit natura, prolixam majorum ſeriem digerendo, longos nepotum ordines ſperando, æternitatem quodammodo nobis pollicemur. Ita uſu venit familiis privatim, & gentibus publicè & univerſim, ut titillando ſibi ipſis riſum moveant; illæ verò ſi excedere larem domeſticum concedatur, & ſcintillam in Troiæ cineribus, laciniam in alicujus Regis purpura detur invenire, quam majoribus ſuis alibi inter terræ filios natis præferunt; hæ ſi factis (fictis dicere debebam) Regum rerumque commentariis plurium ſeculorum antiquitatem valeant uſurpare. Hoc malum cùm jam invaluiſſe videam, & pluribus placere quomodolibet quæſitum hoc decus, veniam merebor, ſi & ego narratiunculas has è noſtrate Hiſtoria petitas attexo, umbram hanc reputans, quæ neceſſariò omnium gentium hiſtorias comitetur. Hęc itaque de veteri Namurcenſium ſtatu invenio. Aganippum Belgarum primi nominis Regem, locum in Arduennæ receſſu, ubi Sabis in Moſam ſe exonerat, muniviſſe, & Neptuno maris Deo ſacraſſe; qui à ſorbendo aut auferendo Name patrio ſermone dicebatur. Cæterùm Arci & ſacrario *Flamines* præfeciſſe eundem & ejus ſucceſſores Belgarum Reges traditur.

Tempore Salomonis ſi Diis placet. Annales Hannoniæ parte prima, libro 3. Chronicon Trajectenſe fatetur.

E quibus SICELIUS Regis affinis, cujus nomen referunt Vicus *Scleti* & *Sictinium*.

Sclain ad Moſam. Lucius Tungrenſis fol. 23. hunc nominat.

Itemque MEHAN Menapii Regis filius qui flumini nomen reliquit, diciturque Sacerdos Neptuni ad Moſam. Et fortè hinc eſt anonymus ille, qui ex Moſæ Provincia in Friſiam legitur veniſſe; & cum Haione FRISONIS filio communicaſſe.

Mahaigne fl. in Namurceſio. Annales noſtri f. 64. hunc nominant. Anno ante C. natum 350. vixit Hayo, teſte Cappido. Schedæ Suffridi hunc inter Friſonis ſui collegas nominant.

Atque hæc eſto prima Principum Namurci ſeries. Alteram petam à Gallorum Ducibus CAMBRONE & Burdegale, quorum ille traditur Sabi ſive Sambræ fluvio nomen ſuum communicaſſe, & ad confluvium ejus cum Moſa arcem reſtituiſſe, coërcendis præmiatorum excurſionibus: Hic in rupe edita ad Moſam turrim ſui nominis cum ponte ædificaſſe: cujus ſucceſſores Prefecti per annos plures arcem habitarunt, cujus generis LERNUS *caſtri Moſani cuſtos*; unde ducta nomen habet Colonia. Tertios in ordine Namurci Principes Tungrenſes pono, quorum Rex SEDROCH arcem præſidio munitam auctamque à ſe nuncupavit. Quartos facio Rheni accolas NEMETES, qui Coloniam huc duxerunt, & Nemetocennam, quaſi dicas Nemetum ad Cennam ſive Sembrem, appellarunt, quos vicinos agros imperantes Romani in Gallias delati aut ejecerunt, aut certè in fidem acceperunt.

De hoc fuſiùs in Cameracenſibus agam. Sambra fl.

Bougal turris caſtri. Meminit Codex Gemblacenſis. Factum volunt anno 200. ante C. natum. Lernu pagus. Lucius & Chronicon Leodicenſe in 4. Rege Tungrenſium. Sub Julio Cæſare. Heuterus lib. 2. c. 13. de veteri & ſui ævi Belgio.

CAPUT II,

In quod conjecta, quæ per ſecula ferè ſeptem de Namurco legimus Romanorum & Francorum tempore.

LIbenter ego crederem nomen Nemetocennæ ſub Romanis perſeveraſſe, donec à Barbaris diruta arx, à Francis novo muro (unde Namurci nomen hæſerit) cincta eſt, ſi id fieri poſſit bonâ Chronicorum pace. Quæ nominant D. Maternum fidei noſtræ fundamenta apud Sedrochienſes jacientem, & quòd oracula deinceps non ederet Deaſter Nam, *Namuti* nomen oppido hæſiſſe. Ampliùs addunt CAIUM Imperatorem oppido, quod latè per montana extendebatur, in vallem arci vicinam tranſlato, aliam Namurco ſpeciem indidiſſe, & Præfectum ſive Comitem à Romanis deinceps conſtitutum. Cujus generis invenio ſeptimum Tungrorum Antiſtitem MARTINUM Martini Comitis Namurcenſis filium Haſbaniæ Apoſtolum. Quicquid tamen ejus ſit, hoc probabile; Arcem tam opportuno ſitam loco, à Romanis non habitam neglectui: hoc certum Romanos paſſim hic egiſſe, fidem facientibus variis, quæ alibi afferam, Romanâ linguâ Epitaphiis & monumentis, quæ temporum calamitas in rupibus & ſaxis nobis reliqua fecit. Declinante autem Romanorum in Galliis imperio, Clodio Francorum Regi na-

Nieu Muer, ſonat novum murum. Ita Meierus & Divæus derivant. Sub annum 100. Vita D. Materni per Harigerum Abbatem Lobienſem ſcripta. Anno Chriſti 35. Jacea & memoriæ omnes ex Annalibus. Gayette turris caſtri. Anno 277. Placentius in vita ſeptimi Tungrorum Epiſcopi.

Anno 406. Teſtis Waſſeburgentis.

tus

Anno 527. Placentius ex Harigero.

Iidem.

tus Albero, in arce hac refecta, Comites ſanguinis affinitate ſibi junctos conſtituit. Cujus generis eſt ille anonymus Socer Reguli Hostiensis & avunculus Encharii Trajectenſium Epiſcopi: item alter qui filiam Principi Bavariæ uxorem dedit, matrem factam Theodardi Leodiorum Antiſtitis. Deficiente autem hâc Francicorum Comitum (ſive illi temporarii ſive hereditarii fuerint) ſtirpe, Sigibertus devolutum ad ſe jure beneficii Comitatum, Glomerico Durbutenſi Comiti, operæ fideliter in bellis navatę præmium, aſſignavit, longoque pôſt tempore eoſdem duæ hæ provinciæ Comites habuerunt. Cùm autem Pipinus Harſtallenſis Dux noſter Geſtimarum tyrannum ad arcem Namurci prælio ſuperaſſet; probabile, ab ejus arbitrio caſtrum & Comites Namurci ſtetiſſe. Cujus generis eſt forte Odoarius ille Princeps Floreffiæ reſidens, cujus interventu Pipinus S. Bertuino quinque villas donavit. Hæc ſunt quæ per ſeptem ferè ſecula de Namurci rebus lego, quo tempore exiguis limitibus circumſcriptum opinor Comitatum, Arduennæ partem & magìs per aquam & ſylvam quàm per agros extenſam juriſdictionem. Opinor, inquam; nec enim in tam remota temporum caligine certo aut recto tramite verſamur, imò quo penitius abyſſos iſtas antiquitatum introſpicimus, hoc obſcurior oculos mentis captivat nubecula.

Anno 650. Author Fr. Roſieres, Waſſebur. autem ait Glomerico & Durbutum & Namurcum aſſignatum.

Anno 700. Idem Roſieres cum quo conveniunt Schædæ Pithæi.

Molanus 11. Novembris.

CAPUT III,

In quo Series Arduennæ Principum, qui per 300. *annos aliquam Namurci, ut nunc eſt, partem tenuerunt.*

Doſlum id fuſe à Divæo, Molano, Lazio.

Henninges f. 20. Monarchia 4. Regul 2. & 3. parte priore.

Idem ibidem folio 449.

Obiit anno 770.

Idem fol. 64.

Malè veteres memoriæ privatum aiunt à Carolo M.

NOta eſt Arduennæ ſylvæ amplitudo, ſub cujus ambitu cenſebantur olim omnia per Brabantiam, Flandriam, Hannoniam, Namurceſium ſylveſtria, quæ lapſu temporis ab invicem ſeparata, proprium nomen aſſumpſerunt. Ejus Ardennæ, ſed neſcio an totius, Dynaſta Hidulphus fuit, fortè ex Glomerici dicti poſteris, qui Beatrice filia Martino Moſellanorum Duci enupta, in illum, & natos ex illo Moſellæ Duces, Arduennæ tranſtulit hæreditatem, ſub qua potior Namurcenſis, ut nunc eſt, Comitatus cenſebatur: & hujus Martini, qui alioquin Dux Moſellanus fuit, filia fortaſſis eſt illa anonyma, quæ ſub hoc tempus titulo *Duciſſa Namurcenſis* datur uxor quarti Comitis Hanavienſis. Martini certè ex filio Lamberto nepos Loherus pulſus ob ſuperbiam Regno Auſtraſiano & Ducatu Moſellano privatus, itemque Comitatu Arduennæ, per Pipinium Regem, poſt hujus mortem ſupplex factus Carolo Magno in gratiam & Ducatum reſtitutus eſt. Et quamvis filius ejus & poſteri Comitis Arduennæ titulo uſi legantur; tamen neutiquam toto, imò ne potiore quidem Comitatus parte fruiti, ea duntaxat potiti ſunt, quę ulterior circa Luceburgum & Germanias. Altera autem quæ ad diſtinctionem Belgica appellatur, per Pipinum (quod ſuſpicor) aſſignata Adelrico nepoti ſuo ex Simphoriana filia ſecundis nuptiis juncta Lamperto & proinde Germano Loheri ſupradicti: cujus poſteri citantur Adelhardus & Robertus, unde aliqui Ducum Lotharienſium ſtemma dedùcunt. An autem ſub nomine Arduennæ Belgicæ comprehendatur potior Namurci pars ultra Moſam, nolim dubitare, ſed nec aſſerere, quod Caſtrum Namurci fuerit comprehenſum. Quidquid tamen ejus ſit, rediit ad Loheri poſteros pars illa Ardennę potior, ſive Comitatus Namurcenſis, ablata, per nuptias filiæ Almarici Comitis cum Raginerio Sadigeri Ducis Moſellani filio, Loheri pronepote, qui proinde arrogavit ſibi & aſſumpſit defuncto ſocero potiorem Comitatûs Namurcenſis partem, potiſſimum eam quæ Ardennæ ſuperiori proxima, quam adeò ad hæredes tranſmiſit, donec per nuptias Bonæ ejus ex Ricuino filio neptis, Carolo Lotharingiæ Duci, ut per nuptias Ermingardis Carolo natæ Alberto Namurcenſi Comiti id ipſum, & quidquid in Comitatum reliquum juris prætendebat, ceſſit.

Apud Henningen & Lazium vocantur hi Dynaſtæ Ardennæ Belgicæ.

Henninges unicam tantum dat uxorem Raginerio Lotharii Imper. filiam; alii duas, quarum primam vocant Almarici Ducis filiam.

Obiit anno 876.

Parergon ad excuſandum memorias & diaria vetera.

"CArolo magno Imperii occidentalis clavum tenente varia & dignitatum & curarum nomina emerſerunt. Inter alia Marchionis Namurcenſis titulum innotuiſſe contendunt uno ore veteres memorię. Ego quamvis nec diplomata nec exteros ſcriptores habeam ſtabiliendo huic nomini, tamen facilè patiar ſcribi Præfectum aliquem datum Arci huic in confinio duorum fluminum conſtructæ, qui limitis hujus aut quaſi limitis curam gereret, ob id Marchio appellatus. Quos ipſę cædem Schædæ volunt poſito Marchionis titulo Comites dictos, cum per nuptias Ermengardis Carolo Lotharingo natæ plenum ejus Provinciæ dominium nacti ſunt, cujus hactenùs fuerant honorarii adminiſtratores. Quid ergo, inquies, cùm Gerardum in Lotharienſi, Beringerum in Bronienſi, Robertum in Gemblacenſi, alios in Leodienſi Hiſtoriis Comites Namurci vides nominari ante ævum Ermingardis ſupradictæ? Plures ſunt viæ expediendi hos labyrinthos. Potuit enim fieri eodem tempore & Comites eſſe & Marchiones eſſe, aut diverſos aut eoſdem etiam, ſed non tota, ſed non tanta, ſed non pacifica gaudentes provincia. Et eſtò fuerint Comites Regni aut Ducatûs Lotharici, fuerint Comites Imperii, fuerint in Comitatu Namurcenſi, qui latè olim per Ardennam extendebatur, dominantes, ideòque Comites dicti; nihil tamen vetat etiam Marchiones fuiſſe. Et ſanè ut pacem licèt iniquiſſimam æquiſſimo bello præferendam cenſeo, ita probare à majoribus ſcripta, & ſicubi diſſentire videntur, in gratiam reducere, aut, ſi id minùs licet, juſtam erroris cauſam dare,

„ multò

„ multò malo, quàm aut rejicere, aut damnare,
„ aut caſtigare bonorum veterum labores, contra ævi noſtri morem, quod ex ejuſmodi ſtudiis famam venatur. Hoc igitur agam, & quæcunque tam apud exteros, quàm populares reperi, in chartam conjiciam, addat quiſque ſua & conferat, melioribus ego cedam, doctioribus concedam.

CAPUT IV

Annorum ferè 200. Geſta & Comites continens, Glomerici poſteros, & ferè ſanguinis Lotharici.

Turpino Naames, Belleforeſto Neſines, Waſſeburgo Naymes.

Talem eum deſcribunt, quos in altero margine laudavi, atque inde eſt, quod aliquibus Dux Bavariæ vocetur.

Chronicon Leodienſe addens Leonem Papam unà hos confirmaſſe.

Teſtes Annales & Gaguinus.

COmmunis Hiſtoricorum & memoriarum conſenſus eſt, Carolum Magnum Naymoni cuidam arcem Namurcenſem & Marchionatum contradidiſſe. Fuit hic Naimo generalis Dux Bavararum cohortium, regiâ Boiorum ſtirpe editus, aut quod veroſimilius, è poſteris Glomerici Comitis aut affinibus Adelrici Dynaſtæ procreatus. Dignitate *Comes regni Auſtraſiani*, quo titulo cum frater Carolus Imperator dederat unum ex duodecim Advocatis Eccleſiæ Leodienſis, itemque ex Paribus Regni Franciæ, qualiter Gaſnem proditorem cum Ogero & aliis Comitiis duodecim-viralibus, ſine Parlamento indicto, condemnat.

Namur.
Nameſche.
Namynes.
Roncheval anno 810. aut 812. ut Bellefor.

Annonius bello deſcripto, cæſos tamen non nominat, quos Turpinus c. 30. recenſit.

Henninges fol. 449.

Marchio etiam Namurci, utpote onus habens defendendi à pyratis flumina, à prædonibus ſylvas, à Barbaris limitem. Quod fecit gnaviter, & loquitur ſuum Authorem aucta Namurci arx, culta Nameſchi littora habitata apud Namynas rupes. Ad extremum dum Magni Cæſaris caſtra ſequitur in prælio ad reſcidam-vallem commiſſo, glorioſâ morte obiit, in Aylis campis in cœmeterio cum aliis ſepultus, & hujus forte filia fuit, quæ duodecimo loco inter uxores Comitum Hanavienſium ponitur & titulo Duciſſæ Namurcenſis, & vixiſſe colligitur circa hæc tempora.

Anſelmus Presbyter in Chron. Latino.

M. S. vulgari linguâ hæc refert, quæ de verbo ad verbum in Latinum verti.

Cùm hiſtoriæ Leodienſes nominent in Synodo illa ſub Carolo Magno celebratâ (ubi inſtituti ſunt octo Archidiaconi) inter alios *Arnoldum filium Comitis Namurcenſis*, & ſub annum 815. referant *Pentecoſtam filiam Radulphi de Pratis tertii Comitis Huyenſis elocatam Theodorico Comiti Namurcenſi*, facilè credam hos duos Naymonis filios fuiſſe, & hunc quidem ſucceſſorem. Maximè cùm plerique Indiculi referant, his prætetitis, ſucceſſiſſe Naymoni Amalricum non filium (quod pauci volunt) ſed nepotem vel ex fratre vel ex ſorore. Eſto itaque hic ſecundus Marchio ſive Comes, qui & in haſtiludio Huyenſi decertans anno 819. ſcutum prætuliſſe dicitur aureum nigris duabus diſtinctum faſciis; & neſcio, an non ab hac nomen ſervet caſtrum in edita rupe exſtructum ex adverſo Walciodori.

Codex Gemblacenſis conſanguineum, Codex S. Jacobi Leod. nepotem, Jacea ex ſorore, alii ex fratre.

Chronicum Leod ante annum 1350 verſibus conſcriptum id refert.

Caſtrum Theodorici.

Aliis Amynæus, aut Amalricus.

Secundum faciunt omnes memoriæ.

De eo G. Paradinus de antiquo ſtatu Burgundiæ.

Anno 842. ipſo die Paſchatis.

Almaricus in ordine tertius Marchio in diſſenſione illa nepotum Caroli Magni adhærens Lothario, utpotè Imperatori, ab Luduvico Germanico interfectus eſt, in cruenta illa & centum millibus capitum æſtimata pugna, ad Fontenellam in finibus Altiſidorenſium, tumulo illatus cum aliis in ſepulchreto ingenti, quod hodièque viſitur ſecus fanum Deiparæ. Nominis veſtigium eſt Amynes vicus ad Moſam.

Memoriæ veteres ut filium ita hæredem Almarici faciunt Beringerum, quem cùm anno 932. vixiſſe ex diplomate Cæſareo diſcam, quæ antè apud alios reperi addam. Chronicon vetus m. ſ. refert, Alemarico duntaxat unicam fuiſſe filiam, procurante Imperatore (nomen non addunt) elocatam Raginerio Sadigeri Ducis, ut dixi, filio. Quid ergo de reliquo Namurci Comitatu? Non exprimunt Chronica. Ego arbitror Affines ſuperiorum Comitum etiam invito Cæſare ſibi aſſeruiſſe, cum legam anno 899. in conjuratione Principum Lotharingiæ contra Suentebaldum Arnulphi Cæſaris natura filium recenſeri Gerardum (aliis Geroldus) Namurci Comitem, qui Stantii nomen ob id adeptus ſit, quòd Normannis Namurceſium & Ardennam in primis vaſtantibus, fortiter arcem tuitus ſit. An autem hic Stantius idem ſit cum illo B. Gerardi Bronienſis parente, non definio. Affinem Beringarii Comitis fuiſſe hunc admodum credo, quoad fœmineum latus, ab Hugone Cameracenſi Comite deſcendiſſe quoad maſculinum teſtatur hiſtoria. Nomen hujus perſeverare videtur in ſarto Geroldi juxta Namurcum.

Nominatur à Fr. Rogieres & Pithæo quem omnes memoriæ prætereunt.

Vetus Chronicon m. ſ. hunc nominat Chronicon Hannoniæ.

Poſt anno 880.

Ita ſentit Placentius, ſed malè, ut opinor.

Id tradit codex Bronienſis in vita ejus.

Aliis Beringerus.

Gerardo ſubjungam Beringarium, quem perperam, ut ſeriem ſuam concinnarent memoriarum Collectores, vixiſſe volunt paulò poſt annum 800: ego audacter addo paulò poſt 900. Almarici filium eadem - propter hiſtoriæ ſimpliciter genus trahere aſſerunt à Glomerico Comite, de quo ſupra. Cæterùm quo titulo hic ad Comitatum devenerit, non mihi liquet: facile fuit tempore turbarum, ſub Carolo Simplice concitatarum, favore alicujus partis fretum, poſſeſſionem Comitatûs adiiſſe. Credamus illud dum certiora ſe offerant, & ſtatuamus, quod extra controverſiam eſt, Beringarium hunc *Comitem fidelem & amicum*, id eſt, Beneficiarium *Imperatoris* extitiſſe, & ejus rogatu tuendum accepiſſe titulo Advocati territorium *Bronienſe*, cum aliis ſitis *in pago Lomacenſi*, & amplius ab eodem Cæſare arcem Bovinii, quæ Romanis authoribus gloriatur, poſſidendam fiduciario titulo obtinuiſſe. Ab hoc forte dictus palus Beringeri, à quo uſque ad Tarentiſiam extendere Ducatum ſuum contendebat Henricus Dux.

Hiſtoria Bronienſis id tradit.

Ex diplomate Henrici Imper. ubi eo vocatur titulo. Anno 932.

Id tradit Codex m. ſ. Leod. noſtræ bibliothecæ.

Annales noſtri in Henrico primo Duce.

Filium Beringero dant ſchædæ veteres Godefridum, Godefrido Henricum ultimum Marchionem, eo quod Godefridum Henrico natum putent maritum fuiſſe Ermengardis Lotharingicæ, & obliterato Marchionis titulo, cujus ratione viderentur Imperio obnoxii, Comitis appellationem induiſſe. Ego cùm nihil apud vicinarum gentium ſcriptores præter trium horum Comitum nomina reperiam, his in medio relictis aliò convertar, & conſtituam ſucceſſorem Beringario, aut, ſi mavis, Godefrido

Aliis Rotbertus. Chronicon Leod. Godefrido Comiti dat ſororem Stephani Leod. Epiſcopi, quæ etiam nupta fuit Stancio patri B. Gerardi Bronienſis.

Hæc ex Sigiberto in vitis Abbatum Gemblacenſium, in vita Erduini 2.

defrido Robertum, cujus geſta & nomen ſuppeditat Chronicon Gemblacenſe. Erat hic ex affine Heribrandi Comitis Bratuſpantii natus. Unde cum eodem contra recens exſtructum Gemblaci Cœnobium arma movit, nihil veritus Pontificis Romani fulmina & Cæſaris interminationes. Vaſtatum Gemblacum, occupata monachorum peculia, nec integrum fuit aut Cæſari foris occupato ſuccurrere, aut Religioſis tanto exercitui reſiſtere. Neceſſariò itaque veniendum ad leges pacis, quę ipſa nec ad effectum deduci potuit, niſi cum dimidia bonorum jactura. Atque ego arbitror hujus victoriæ pretium aut præmium Comiti Namurcæo manſiſſe Comitatum Darmienſem, ſub quo potior territorii Flerucenſis pars continebatur, cujus trientem expiandi facinoris cauſâ Divo Lamberto obtulit Comes. Et neſcio an non hic eſſe poſſet ille Attavus Alberti ſecundi Comitis *Comes Robuoldus* quem recens extructo Walciodorenſi cænobio jus immunitatis exemptioniſque dediſſe fatentur diplomata. Hujus Roberti nomen mons retinuit, ubi poſteà ſtructum cœnobium.

Anno 960. Molanus ad 23. Maii meminit. Litteræ Ottonis Auguſti hac de re datæ anno 964.

Vibertos paterque ejus Liuoldus dicti Comites Darmienſes.

Nominat eum Albertus II. in diplom. de Ponte Dionantenſi anno 1080. Structum Cœnobium anno 964.

Robertmons apud Hoyum.

Niſi Robertum eundem cum Adelberto ſive Alberto primo faciam, cogor & temporum & hiſtoriarum ſerie ei ſubſtituere Adelbertum, quem Otto Imperator iteratò declaravit ſolum Bronienſis Abbatiæ Advocatum, unà cum Notgero Epiſcopo factum probante: quique exorto inter Lambertum Lovanienſem & Epiſcopum Leodienſem prælio, ob donationem Comitatus Huyenſis ab Ausberto Comite factam in quo jure affinitatis ſe potiorem videri volebat Lovanienſis, auxilio veniens huic, ab Haſbanis obtruncatur. Non tam paternis titulis quàm conjugio & propriâ virtute felix.

Anno 992. Ex diplomate confirmationis Bronienſis, quod vide ſupra fol. 5

Anno 995. Hæc ex Chronico Leodicenſi petita.

Anno 998.

CAPUT V

Annorum 50. Hiſtoriam expediens ſub Comitibus Ermengardis Francicæ hæredibus.

JAm ad famam venire Namurci nomen tot locorum acceſſione recens augmentatum cœperat; ſed timebatur à Moſellanis & Lotharingiæ Ducibus, qui licet nuper juſtam Ardennæ Belgicæ portionem obtinuiſſent, tamen (ut ſunt impotentes ſui & impatientes quietis Principum animi) imminutam veteris potentiam majeſtatis ægrè laturi videbantur. Itaque tempori occurrendum ratus Comes Alberti pater, & bella & fortunam imò etiam familiam Caroli Franci LotharingiæDucis ſecutus, meruit filio ſuo Ermengardis ejus ex Bona Moſellanica filiæ nuptias, & cum eis reſtitutam ſibi Comitatûs amplitudinem, redditis Ardennæ locis pluribus, auctam imò Thenenſi in Haſbanis territorio. Hæc Ermengardis diu marito ſupervivens cum filiis rempublicam adminiſtravit.

Memoriæ vocant Ermengardis maritum Godefridum. Aliis Emerardis, Meiero Irmgardis, nupta ſecundùm annales Hannoniæ mortuo patre, ſecundùm annales Franciæ & veritatem anno 968.

Belleforeſt in Philippo Auguſto hujus ſtemma deducit.

Teſte Chronico Cameracenſi & Codice Floreffienſi.

Obiit anno 1049.

Aliis Reynerus.

Succeſſorem Adalberto do Raginerium ſive Ratbodonem, qui ſicut & frater ſub tutela matris Ermengardis rexit, & res magnas geſſit, Germanicarum partium ſtrenuiſſimus propugnator, donec poſt obitum avunculi ſui Ottonis, Cæſar negatum Lamberto Lovanienſi (qui Gerbergam ejus materteram duxerat) Ducatum Arduennatibus aſſignavit. Nec multò pòſt cùm Brugeronenſem Comitatum (cujus juriſdictio extendebatur à vicinis *Reuche* & *Ralant* uſque ad fanum Quintini) Carolus Comes 1200. Marcis argenteis Baldrico Epiſcopo vendidiſſet, Lambertus Lovanienſis jure affinitatis intervenit, ideo diris Eccleſiaſticis involutus. Hâc controverſiâ in bellum erumpente, cùm inſuper Epiſcopus arcem apud Hugardas extrueret, auxiliares advocavit Dynaſtam Florinenſem (quod oppidum recenter dono Gerardi Epiſcopi Cameracenſis acquiſierat) Radulphum de Pratis, Comitem Salmenſem, & Namurcenſem. Pugnatum acriter & victoria penes Leodienſes fuit, quâ hoſtium ſecuri prædæ & poculis ſe dantes, ſomnum capiebant: cùm ſecedens ab exercitu Namurcenſis avunculum monet, adducit, adjuvat, victoriâ licèt carè emptâ ad Lovanienſem inclinante. Quibus viſis non obiter, Godefridus Florinenſis, unà cum Epiſcopo Namurcæſium ingreſſus, ferro & flammâ in vicos hominesque ſævit, donec interventu Flandriæ Comitis pacis leges dictæ quibus jubebatur Lovanienſis communioni fidelium reſtituendus, Eccleſiam in Hogardis ad ſolamen cæſorum extruere, & Namurcenſis 4000. Beſantinorum eundem in finem pendere, quibus, ut fama eſt, ſancti Jacobi in inſula cœnobium inchoatum. Hæc pax cum Epiſcopo ſtabilita quidem, ſed remanſerunt diſcordiarum reliquiæ inter Namurcenſem & Florinenſem. Cumque hic Goſcelonis Ducis, ille Lovanienſis auxilio fretus apud Florinas concurrerent, nece utriuſque Comitis remanſit penes Ducem victoria. Videtur hic Raginerius nomen communicaſſe Sarto circa Namurcum.

Teſtis horum Rodieres. Anno 1005.

Bruſtemiæ in Chronico Leod.

Anno 1013.

Chronicon quidem nominat Comitem, ſed vocat Comitem Namurcenſem Lamberti Comitis nepotem.

Chronica malè annum 1016. notant, cum Auctore Sigiberto bellum ad Florinas acciderit anno 1014.

Annales Leodienſes Comitem Namurcenſem obiiſſe tradunt, ſed nomen non addunt. Brabantici etiam. Codex Florinenſis utrumque tradit.

Anno 1016. ut Chronica, 1014. ut Sigibertus. Reinerſart.

Rotbodoni ſive Raginerio ſucceſſorem do Aldebertum. Equidem arbitror interventu aut Epiſcopi Leodienſis aut Frederici, (qui filius Goſcelonis Ducis, poſteà Papa Stephanus VIII. factus eſt) ad ſopiendas diſſenſiones ex bello Florinenſi, & cæde patris ortas, Matrimonium ejus cum Reinolda Goſelonis filia procuraſſe, dote in Ducatu Bullonienſi conſignata. Hic Comes à Cæſare Advocatiam de Waſegga, ab Epiſcopo oppignoratam ſibi antè, Comitatum Brugeronenſem accepit beneficiario titulo poſſidendum. Interfuit *obſidioni Florinenſi gratiâ pacis facta*, & alteri etiam interjecto tempore, *juſſu Henrici Cæſaris*, quâ captum miriſque modis deformatum oppidum. Contra Odonem Campaniæ Comitem Reginaldo Epiſcopo opem tulit, ubi *dum in confertas hoſtium turmas ruit intrepidus* occubuiſſe traditus eſt, ſed inter cadavera latens ignotus voto concepto ſe Martyris Albani ædem reſtituturum, incolumis ad ſuos remeavit. Et tum voti reus conſilio inprimis Frederici tum Leodienſis Archidiaconi, poſtea Pontificis, cœpit Templum reparare, & loco

Aliis Albertus.

Sigibertus ad annum 1068.

Aliis Relandis. Anno 1035.

Ex diplomat. Conradi Cæſaris dato Ind. 3.

Anno 1031. aut ut alii 1033. quæ profeſſio renovata anno 1080 & 1090. ſub Oberto Epiſcopo.

Chronicon Leod. ad annos dictos.

Verba ſunt Codicis Floreffienſis.

Anno 1045. & 1052.

Anno 1041.

Verba Anſelmi in Chronico Leod. qui male occubuiſſe eum ait, ſcribens ex fama publica.

Ex Codice D. Albani.

Anno 1047. cœpit. perfectum anno 1055.
loco Monachorum ſubſtituere Canonicos. Cùmque tam in ſuperiori bello quàm aliis Co-
Meierus belli meminit, non Comitis. Leodicenſe unum ait à Balduino filio exuſtam Andennam, aliud à Durachienſi, quos hoc modo conciliavit.
mes Imperatoris partes & caſtra ſequeretur, orto inter Cæſarem & Balduinum Hannoniæ Regulum bello*, Balduinus filium cognominem miſit verſus Huyum, filius Comitem Durachienſem versùs Andennas; quæ miſerum in modum incendio fœdatæ Monialibus turpiter
*Anno 1051. male enim quidam in annum 1059. rejiciunt.
habitis & fugam inire coactis. Pax apud Coloniam indicto conſilio ſtabilita & armis poſitus
Author Jo. Dauli in hiſtoria Lucebutgenſi.
modus. Deinde teſtem inter alios Principes invenio Comitem, cùm Richildis Comitiſſa
Anno 1055. Ex Annal. Hanoniæ.
Hannôniæ ſpe auxilii ab Epiſcopo obtinendi Comitatum Sancto Lamberto obtulit, recepit-
Anno 1060. Codex Walciodorentis in geſtis Abbatis 10.
que fiduciario nomine poſſidendum. Unde reverſum & domeſticis curis intentum Haſterienſes interpellarunt Walciodorenſium jugum excutere conantes. Ab his invocatus illos in ordinem redegit, quæ res neſcio an anſam dederit
Anno 1061. Memoriæ Faxll.
contentioni, quam ſequenti anno tradunt quædam memoriæ ortam inter Albertum Comitem & Dituinum Epiſcopum. Quam certè mox ſopitam, cùm idem Albertus Comes in dota-
Anno 1066. Ex Diplomate fundationis dato indict. 4.
tione Eccleſiæ Huenſis per Dituinum facta aſſiſtat teſtis & quidem primus inter Laïcos &
Anno 1067. quòd alii malè factum aiunt anno 1064. aut 1051.
Comites. Eodem aut quod alii proximo anno pugnans cum Godefrido Duce Lotharingiæ in Ardennæ vico Rivonia cruento prælio ſuperatus occubuit.
Memoriæ ad unum omnes & Chronicum Leod & Codex Floreffienſis conſentiunt.

Cauſa belli vel jus quod in Bulonium ſibi arrogabat ratione uxoris, aut matris, vel ut ſe Imperatori, quem Dux offenderat, probaret, vel denique ut deperdita circa Ardennam recuperaret. Adde vel, quod nonnulli tradunt,
Anno 1044.
mortuo Goſelone Duce Henricum Cæſarem tradidiſſe Ducatum Moſellanum Adalberto, quod ægrè ferentem Godefridum Goſelonis filium tàm Cæſari quàm Adalberto bellum moviſſe, & hunc quidem peremiſſe.

Alias Aldebertus aut Adelbertus. Anno 1072. Author Meierus.
Succeſſit in Comitatu Albertus ſocius rebus pace belloque geſtis clarus Richildi Comitiſſæ Hannoniæ contra Flandrum auxiliaris; conſtitutus vice Comes Virdunenſis à Theodorico Virdunenſi Epiſcopo, qui auctoritate à præ-
Anno 1077. Ex Waſſeburgenſi.
diſceſſoribus ſuis aliquoties uſurpatâ; Comitatum mortuo ſine liberis Godefrido Gibbero Duce, vacantem, ſibi reſervaverat.

Fusè hoc bellum deſcribit Laurentius Leodienſis in vita Theodorici Epiſcopi.
Unde poſteà Godefridus Bullonius avunculo in Lotharingia ſuccedens arma in utrumque movit; videnſque Virdunum ab Alberto & Namurcenſium præſidio teneri, Satzenacum
Teſtis Fr. Roſieres,
Urbem vicinam occupat, & arce munit, prędas circa circumagens. Hoſtes his malis obviam ituri arcem, & in ea Ducem obſident, ſed ad famam advenientium cum auxiliis fra-
Chronicon Leodicenſe & Lotharingicum fatetur. Anno 1088. aut ut alii 1089.
trum Ducis Euſtachii è Germaniis, Balduini è Galliis, obſidionem ſolvunt, & pax interventu Henrici Epiſcopi Leodienſis inter Ducem & Virdunenſem facta. Cauſa, cur potiſſimùm Theodoricus Epiſcopus Albertum Comitem ad res ſuas ſtabiliendas elegerit, erat, quod ſciret eum Duci infenſiſſimum. Erat autem ideò, quod cùm Godefridus per matrem ſuam Idam Gibberis ſororem factus eſſet Comes
Verba Jaceæ ex veteri manuſcripto.
Bullonii, *Comes Namurci Albertus per alium Idam uxorem ſuam dictum Ducatum Bullonienſem reclamabat. Iſtæ duæ Idæ & earum ſucceſſio eſt genus Heliæ militis, quem cygnus adduxit & reduxit, ut dicitur.* Eſt autem ille Helias eques II. Cliviæ Comes, de quo hæc referuntur.

Addunt hiſtoriæ, quo tempore Godefridum norat abundè in componendis rebus Lotharin-
Anno 1077. Hæc conformiter narrant Chronica Leodicenſia.
giæ ſuæ occupatum, Arcem Bullonienſem à Comite Alberto obſeſſam, ſed irrito conatu. Unde haud multò pòſt oportuno loco in finibus ſitum caſtrum de Mirwart tentat reædificare: Henricus autem Leodienſis Epiſcopus componendi cauſa negotii montem, in quo caſtrum fuerat olim, à Richilde Hannoniæ Comitiſſa emit, ipſeque neutrâ partium ſuffragante
Anno 1080.
ſuo pro arbitratu in eo conſtruxit. De fine hujus belli nihil traditum, & crederem ſimul cum Wirdunenſi bello per Leodinum Antiſti-
Anno 1088.
tem compoſitas res.

Hæc foris geſta, quibus non minora domi ſolicitus arbiter curavit. Pontem Dionanten-
Anno 1080. Diploma ſuprà citavi.
ſem pro commodo nundinantium fieri permiſit, & eodem anno author fuit Henrico Epiſ-
Hæc referunt Anſelmus, Bruſſelnius, alii.
copo ordinationis iſtius contra prædones omnia infeſta tenentes faciendæ, & pacis inter Bruſtenienſes & Trudonenſes concipiendæ. Refe-
Anno 1102. Codex Floreffienſis.
runt nonnulli codices, defunctum cum Ida conjuge Albertum. Alii magìs ſpeciatim ad-
Anno 1101. Chronicon noſtrum Leodicenſe.
dunt interfectum in Leodienſi bello, quod contra Obertum Epiſcopum geſſit Imperator. Quod crederem volens, niſi diploma
Diploma ſuprà citavi. Anno 1107.
Andennenſe aliquem injiceret ſcrupulum, in quo Henricus Cæſar ait Albertum Comitem pœnitudine ductum bona per prædeceſſorem ſuum occupata, & equitibus diſtrubuta, Eccleſiæ reſtituiſſe. Certè ſi tùm adhuc vixit, neceſſe eſt dicamus, vivo patre conſortem Imperii factum Godefridum filium, qui anno 1105. & alias res ſuis auſpiciis & Comitis titulo vocatus geſſerit.

Parergon ad lucem hiſtoriæ dandum.

SVcceſſit Alberto & Patri filius Godefridus;
„ Sed an Alberto ſecundo an tertio, variant
„ſcriptores & ſcripta. Jacea & memoriæ omnes
„tertium vocant: diploma Dionantenſe disertè
„ſecundum vocat: Diploma Henrici Cæci,
Anno 1064.
„hujus Alberti (qui Eccleſiam Divi Albani
„privilegiavit) numero ſuppreſſo, facit nihilo-
„minùs Henricum ab illo Alberto quartum:
„unde neceſſariò conſtituendi duo Alberti poſt
„Rotbodonem ſive Reginerium, à quorum
„priore quartus ſit Henricus. Hæc ut conci-
„liemus, dicendum, Albertum quem memorię
„& Hiſtoriæ, & ego neceſſitate diplomatum
„convictus ſecundum feci, qui fanum Divi
„ Albani extruxit, nunc ſecundum nunc pri-
„mum vocari; ſecundum iis qui *Adelberti* no-
„men idem faciunt cum *Aldeberti* ſive Alber-
„ti; primum iis qui non. Certùm enim eſt
nomina

„nomina hæc, licet vulgò viderentur eadem, „re & ſignificatione diſtingui. Sed quid ſi di-„cas Albertum illum, qui Eccleſiam, in *qua „ipſe cum hæredibus bonæ memoriæ requieſcit*, „*privilegiavit*, *eſſe* Albertum primum, pòſt „quem Raginerius, Albertus ſecundus qui Ca-„nonicos inſtituit, Godefridus & Henricus in „ordine quartus imperarint? Non fit mihi ve-„riſimile, diverſos eſſe illum qui reſtituit & „privilegiavit Eccleſiam, maximè cùm cauſa „non fuerit privilegiandi illam collapſam jam, „& cujus monachi à religionis monaſticæ ob-„ſervantia defecerant, quæ cauſa ſuſtituendi „Canonicos. Deindè neceſſe erit, ſcriptores „omnes Leodicenſes & memorias erroris ar-„guere, & bellum cladem que ad Rivoniam „ſomnii loco habere: denique Reinoldam fe-„cundi & Idam tertii uxorem confundere, & „dicere Albertum ultimum ferè nonaginta an-„nis regnaſſe, quæ abſurda. Godefrido huic non „immeritò nomen *Illuſtris* dant, eo quod & „ſuis & filiorum matrimoniis, & geſtis imò peperit immortalitatem.

Anno 1105. Hujus belli noſtræ Brabantiæ Annales non meminerunt.

Bella geſſit cum Duce Brabantiæ ejuſdem nominis imprimis ob Comitatum Brugeronenſem, quem non ab Epiſcopo ſed à ſe in feudum tenendum Dux aſſerebat; ſed cum interventu Comitis Flandriæ

Anno 1107.

electi 6. utrimque arbitri pro Epiſcopo controverſiam decidiſſent, alia redintegrandi bellum obtulit occaſio: Epiſcopatûs Leodini

Placentius & Chronica.

competitores erant Fredericus Comitis frater, aut ut alii, patruus, pro quo & ipſe Pontifex & Lemburgi Falqueburgique Dynaſtæ ſtabant, & Alexander pro quo Dux Duraſſi &

Anno 1120.

Montis acuti Comites ſtabant: unde ab his quatuor villæ Namurcenſes, ab illis Geldonia Gemblacum & viginti Pagi exuſti, & obſeſſum Huyum, pugnatumque ſtante ab illis victoriâ.

Anno 1126. Teſte Vignerio & qui aſſerit Meierum malè pro Namurcenſi ponere Godefridum Lovanienſem.

Deinceps Balduino tertio Hannoniæ Comiti Flandriam repetenti auxilio fuit, utpote affiini. Obiit apud Floreffienſes, ibidem cum uxore Lutzeburgi hærede ſepultus anno 1139.

CAPUT VI

Alteros quinquaginta annos percurrens, quibus inter duos Comites bellatum.

HEnricus, cui acquiſita ex morbo cæcitas *Cæci* dedit cognomen, paternæ maternæque hæres majeſtatis, totam ferè à morte patris ætatem bellis impendit. Auxiliaris Godefrido III

Anno 1140. Codex Grimbergæ hunc nominat. Annales Hannoniæ vol. 3. c. 17.

Duci Brabantiæ in bello Grimbergano. Denique ob caſtrum Veteris Villæ mota controverſia, quâ durante *Balduinus de Fontaines à Magiſtro ſuo*, ſic verba ſonant, *juſſus decertare cum Godefrido Cambraſienſi partes aut vices Henrici Comitis tuente*, ſed res certis pactionibus ſopita.

Hæc ex diverſis Leodicen. Chronicis petita.

Contra Leodium Antiſtitem occaſione Bullonii, ut reor, arma mota. Occupatum illud erat à Renaldò Comite Barenſi, & Henrico Comite, quod recuperaturus, utpote ſuum emptionis jure, Antiſtes Alberto (licèt Comiti Henrico nepos, ut quidam volunt) dum militem colligit, Hugo & Renaldus Barenſis filii auſpiciis Henrici Foſſenſe oppidum cum Sancti Foliani Cœnobio exurunt. Epiſcopus poſt obſidionem caſtro Bul-

Anno 1142.

lonienſi potitur. Et cùm pleraque Chronica tacito Comitis Barenſis nomine à ſolo Henrico di-

Anno 1142. 21. Septem.

cant captum & perditum Bullonium, mirum quoſdam eſſe qui inter auxiliares Epiſcopi eum nominent. Hoc certum, mox capto Bullonio pacē redintegratam inter utrumque, adeò ut Henricus Epiſcopo centum argenti marcas mutuo dederit, quæ poſtea novi belli dederunt materiam.

Anno 1143. Hæc ex Codice Floreffienſi.

Sequenti anno Ecbaldus Advocatus Florinenſis Gerpinenſem pagum & Eccleſiam ſuccendit: factum lego, cauſam non ita; ſed nec ultionem à Comite ſumptam; niſi quòd ſuſpicio eſſe poſſit, ad occurrendum ſimilibus machinamentis Fleruum in vicino donaſſe oppidi jure, & contentum fuiſſe Divinâ ultione, quam ſacrilegus ante anni à ſcelere decurſum ſenſiſſe

Anno 1145.

legitur. Interjecto tempore cùm ab Henrico

Fusè hoc bellum deſcribit Bruſtemius.

Alberonis in Epiſcopatu ſucceſſore illud centum marcarum, de quo dixi, mutuum Comes repe-

Anno 1151. aut ut alii 1157.

teret, & ille niſi exhibitis deſuper confectis litteris, ſe teneri recuſaret, ventum ad arma. Epiſcopus octodecim pagos exuſſit, Comes per Condruſios ferro & flammâ graſſatus, apud Andennam caſtra metatur. Cùmque ſtarent in procinctu acies, nec ſuperveniens Hanno valeret rem componere, pugnatum acriter, & cedente Namurcenſium turmâ inſecuti hoſtes Andennam irrumpunt, incendunt, pontem Moſæ deſtruunt, Templum & Virgines ſacras violant. Cujus paulò pòſt ductus pœnitudine Epiſcopus & Templum refecit, & Virgines novis ornavit privilegiis. Ut raRò malum ſolum eſt, excepit mox aliud bellum à Comite Durachii Mareſcallo Leodicenſi, cujus cauſam necdum inveni; cruentum ſcio: combuſtam nimirùm iterùm Andennam exceptâ Eccleſiâ, & coactum ab amicis deſtitutum Comitem in pacis etiam ini-

Biennio pòſt.

quæ leges deſcendere.

Fusè hæc noſtra Chronica Brabantica referunt.

Erant jam inde occulta diſſenſionum ſemina cum Brabantiæ Duce, jus aliquod in Comitatum Namurcenſem, aut ſaltem illam Comitatûs partem quæ in & circa Hasbaniam, prætendente: credo quòd Latharingiæ eam deberi opinaretur. Cùm autem debellatis rebellibus aliquot ſic ſatis in Ducatu ſe confirmaſſet, Henricum Comitem Valentianis, ubi Balduinus Hannonis filius

Anno 1168.

celebri conſeſſu militari cingulo ornatus erat, redeuntem intercepit, ſed breve dimiſſum. Qui non obiter hanc ferens injuriam, auxilio Balduini ſupradicti in armis ſe exhibuit: verùm cùm ſtarent ex adverſo acies, res compoſitæ cum ho-

Apud Eſcauſines anno 1170. Ex Chronico Treverenſi.

nore Henrici. Bellum etiam cum Hannone Treverenſibus paravit, ſed revocatus à Frederico Viennenſi Comite, retroceſſit.

Ita adjutus ab Hannone ſępiùs, eidemque non uno titulo obligatus, Comitatum Namurcenſem & Luceburgenſem vendit, à morte demùm

Anno 1170.

ſua poſſidendum, dummodò ad omnia accederet Cęſaris confirmatio.

Anno 1163. & 1169. Nonnulli variant in venditione Comitatus per Henricum factâ, quod ideo fit, quia ſæpius de hac actum cum Balduino patre & filio.

Poſt ſterile enim matrimonium viduus ſorori Aleydi, quæ Hannoni nupta, jus tranſcribebat, quod ipſum jam bis antè conceptum fuerat, ea lege ut duabus reliquiſ ſororibus Hanno de dote provideret. Vix huic tractatui finis impoſitus erat, cum inimici redintegrato bello Namurcum quaſi indagine cingere, ita ut non liceret de urbe ad urbem tutò procedere. Accurrit au-

Anno 1171. Hæc omnia Annales Hannoniæ tradunt.

xilio Hannonii filius & Jacobi Aveſnenſis Rozonis Gaveri, Gulielmi Sancta-Aubertini ductu tripartito exercitu omnes diſſipat. Dux etiam Limburgenſis, credo à Brabanto affine perſuaſus, incendio plura Namurci loca fœdans ſimiliter Hannonem advocavit. Qui violentâ manu Limburgi Ducatum prætergreſſus, Arlumum, quod tum à Limburgenſi occupabatur, obſidet, cogitque anxium pacem petere, capta reddere, imò damnum reſarcire. Decennii ferè pax fuerat, cùm novi motus & eo majori cum periculo conjuncti, quia inteſtini, rebellio nimirum Rupefortenſium, qui jam inde Namurcenſium erant beneficiarii ab eodem Hannonis filio in ordinem redacti. Evenit anno ſequenti lecto affixum Lu-

Anno 1182. Memoriæ tradunt an. 45. ætatis cæcum factum Henricum anno 1183. Malè profectò, cum vixerit & adoleſcens fuerit anno 1121. aſſiſtens fundationi Floreffienſi.

ceburgi Henricum Comitem, oculorum uſu deſtitui, & Hannonem infirmo aſſiſtentem transactas pactiones renovare, & amplius cum Radulpho Epiſcopo Leodienſi tranſigere, ut ceſſerit ei omne quod in Namurcum jus arrogabat, reſervato poſt mortem Henrici uſufructu terræ Durbutenſis excepto caſtro; quo tamen gaviſus non fuit, quippe morte præventus ante Henri-

Anno 1187.

cum. Mortuâ Laurentiâ Theodorici Elſatii Flandriæ Comitis filiâ, primâ uxore, Henricus

Anno 1170.

Comes ad ſecundas progreſſus nuptias, Agnetem Ottonis Geldriæ Comitis ſororem duxit, ſed ob demerita aut ſuſpiciones ſiniſtras repudiavit. Et poſt quindecim demum annos conſilio

Anno 1186. S. Bertels Agnetem excuſat, aitque eam à marito pellicem alente fugiſſe & interventu Brabanti. Colonienſis & Flandri eam receptam.

Ducis Brabantiæ & Archi-præſulis Colonienſis recepit in gratiam, nec multò poſt filiam Ermeſendem ex eo ſuſcepit. Quam eorumdem Hannoni inſenſorum conſilio, vix annum ætatis agentem condixerat Henrico ſecundo Campaniæ Comiti. Qui eo fine Namurcum veniens, & ſponſalia contrahit de futuro, & recipitur à proceribus tanquam hæres poſt ſoceri mortem futurus. Horum non ignarus Hanno ad Imperatorem Fredericum tum Tulli agentem ablegat Lambertum Giſlenopolitanum Abbam, & Gillebertum à ſecretis ſuum, impetraturos confirmationem contractûs. Sed cùm negaret Cæſar ſe vivo Henrico de illa re diſpoſiturum, Hanno Namurcum veniens præſente Campano & Proceribus, in cæmiterio Divi Albani expoſtulat cum Henrico Comite, & petit unà ne tantâ fraude & injuriâ benè meritum afficiat. Ceterùm cùm nihil impetraret, eundem Gillebertum cum prudentiſſimo Equite Goſuino de Tullini Wormatiam mittit ad Cæſarem, expoſituros rei geſtæ indignitatem. Quâ intellectâ Cæſar annuit, & Hannoni ad ſe venienti confirmat

Anno 1188.

Comitatum, eundemque ad Hamayium recepit. Horum omnium certior redditus Henricus, reverſum pace compoſitâ recipit, in cujus verba jurarunt Proceres patriæ, juravit Henricus ſe nihil contra moliturum, juravit Balduinus ſe ad recipiendam, quam Campanus abduxerat, Ermeſendem filiam allaboraturum. Verùm enimverò cùm Henricus utpote cæcus adminiſtrum juſtitiæ in ſuo Comitatu deſignaſſet Hannonem, adulatorum nequitiâ ex ſcintilla parva ingens oritur incendium. Prædo inſignis in ditione Alterinenſi, ſpoliato & ad necem vulnerato mercatore iter faciente, captus, quatuordecim argenti marcis vitam redemerat. Mercator nec juſtitiæ nec ſibi factum ſatis videns, Hannonem implorat; qui captum convictumque cruci affigit. Unde murmur in populo, & commotus Comes Duaci decumbens mittit Legatos ad Campanum generum nunciaturos, mittat militem muniendis arcibus Namurceſii. De his edoctus Hanno juſto nobilium numero comitatus Namurcum devenit, eodem ferè quo Henricus eò æger delatus eſt tempore. Cumque eo ſalutato, nihil æquum impetraret, juberetur imò urbe excedere, nec ſe rebus provinciæ implicare, ille mox inſtructo exercitu improviſus Namurcum aggreditur, &, licèt reluctantibus qui in urbe erant, muro & urbe potitur (quæ in prædam ceſſit militi:) caſtrum obſidet: & cùm inde ſubmiſſus ignis urbis potiorem partem abſumpſiſſet, fixis ultra Sabin tentoriis, fortiter urget, donec deficiente potu deditionem facit Henricus eâ lege, ut Rogerio Condatenſi neutrarum partium, Beneficiario tamen utriuſque traderentur caſtra Namurci & Durbuti, poſt mortem demum Henrici tradenda Hannoni. Interim autem dum Rogerius advocatur, illud Ottoni Trazeniaco, Waltero Wargny, Nicolao Barbençonio, hoc Wilrico Valerienſi, Clarenbaldo Alterinenſi, Sebaſtiano Gardinenſi, Godefrido Moriamæo concreditur, juramento obligatis. Quod parum curioſè dum poſteriores ſervant, Durbuto militibus Comitis Campani tradito, priores Hannoni Namurci arcem reddunt. Qui idem caſtrum Theodorici deditione ceperat, & fratri ſuo tradiderat. Bovinii arcem machinis oppugnatam ad deditionem compellebat, & captam refectamque præſidio firmabat. Similiter arcem Veteris Villæ vi cepit & Bievernæ. Floreffia

Annales Abbatis culpâ id factum volunt, chronicon Floreffienſe in Brabantum torquet.

etiam occupata: ſed cum ad preces Abbatis Hanno inde militem eduxiſſet, incertum cujus vitio, admiſſi Namurcenſium præſidiarii grande oppido malum pepererunt. Erat aſſiduò in partibus Brabantus, nec Hanno niſi ab animo ſuo ullum ſentiebat ſolatium: & ferunt deſtitutum auxilio amicorum ſuppetias ab Henrico Rege Romanorum Frederici Imperatoris filio per Abbam Viconienſem petiiſſe, qui in Comitiis Vormatiæ rem conficiens, effecit, ut præſens ibi Hanno, non tantùm feudis Henrici avun-

Anno 1188. triduo ante natalem

culi ſui omnibus inveſtiretur, ſed etiam Marchio Namurci deſignaretur: factum id teſtibus Moguntino Antiſtite & Vormatienſi, Comitibus Palatino, Naſſavienſi, Limogienſi, & aliis, ſolvendo certis terminis mille quingentas libras argenti. Cùmque poſt quindecim dies elapſos

Hen-

Annales Brabantiæ, Namurcenſes nullam faciunt mentionem.

Henricus Rex componendi cauſâ diſſidii Leodium (annales noſtri Werdam ſcribunt) cum Hannone veniens evocaſſet Namurcenſem & Brabantum, nullâ viâ Namurcenſis pacari potuit. Rex tamen cum Brabanto, cui potior Hasbaniæ pars cum Thenis Hasbaniæ & tractu inter Moſam & Sabin oppignoratus erat, quique acceptis in fidem Henrico Merlemontano & Clarebaldo Alterinenſi, Floreſſiæ, Lernuto, Merlemonti præſidia impoſuerat, rem componit, adjudicans Duci Thenas & Lernutum, abdicato quicquid in reliquo Namurcæſio juris prætendebat, & accepturo interim ſeptingentas argenti marcas ab Hannone.

De tractu inter Moſam & Sabin oppignorato cum alia tradunt, annales Brabantiæ non meminerunt.

Cauſam alteram Hannoniæ, alteram Brabantiæ annales tradunt.

Anno 1189.

Parum ſtabilis fuit hæc pax, vel quòd ad condictum diem non repræſentaretur pecunia, vel quòd conſilio Flandri Dux à contractu reſiliret. Dux ſequenti anno rebus eis in ſtatu manentibus, contra Gerardum Loſſenſem Comitem certans, Trudonopolim cauſam belli obſidebat, ſed accurrente in auxilium Hannone cedere coactus. Alia parte Campaniæ Comes invigilans in omnia momenta exercitum inſtruebat in Hannonem; Flandri autem interventu induciæ in Septembrem uſque decernuntur. Quibus exſpirantibus ſæpius hinc inde excurſum & commiſſæ velitationes. Nominatim præſidium Veteris Villæ excurrens inſigni clade Nivellenſes affecit. Quibus æſtimatis Francus Pictavium vocatos Hannonem & Campanum componit, huic Durbutum & Rupenſem Comitatum addicens, illi Namurcum, Luceburgo diſpoſitioni Cæſareæ relicto. Cui paci licet minùs conſenſerit Campanus, tamen minùs fervens deinceps viſus eſt in proſequendo. Flander autem avidus componendi diſſidii cum Duce partes Altam-crucem evocat, & rem ſic decidit, quomodo antè convenerat, niſi quòd loco ſeptingentarum marcarum mille ducentæ ab Hannone pendi juberentur, cui interim Lembecæ beneficium addicebatur. His confectis ſecurior Hanno Merlemontem poſt ſeptidui obſidionem occupat, Floreſſiâ poſt gravem oppugnationem potitur, & turribus muroque amolitis vaſtat, veniensque Namurcum, in Herbattis nobilium Homagia recipit. Quibus conſideratis Henricus Comes pronior ad pacem & rationem ſe ſub & remiſit. Archiepiſcopus autem Colonienſis Regis Romanorum juſſu pacis formulas concipiens addixit Hannoni Homagia & arces antè occupatas, ex nunc, reliqua Comitatus & Durbuti Rupiumque loca demum poſt obitum avunculi poſſidenda, ita ut pendat mille quingentas marcas, de quibus ſuprà mentio. Quam pacem Trajecti ab Imperatore confirmatam annales referunt. Vix biennii quies fuerat, cùm Henricus Comes hortatu Ducis Brabantiæ, auxilio Limburgenſis Ducis, Simonis electi Leodienſis, Frederici Viennenſis, Gerardi Juliacenſis, Alberti Damborchani & Muha Comitum avidus recuperandi caſtra & Comitatum ſuum, novis rebus ſtudet, eoque fine Namurcum ingreſſus ad Novam Villam circa Hasbaniam conſedit. Balduinus ad famam rei magnis itineribus Gandavo veniens, prælio decertat. Limburgenſi patre & filio captis, equitibus quindecim dum per Piſcinam conantur evadere merſis, aliis fugâ dilapſis. Nec multò pòſt ad Hallas Hannoniæ conveniens cum Brabanto Balduinus de pace egit & tranſegit: & ita bono Comiti Henrico, ſi vita turbulenta, mors ſaltem obtigit pacifica.

Anno 1190. in Julio.

Alii 900 tantùm marcas nominant Anno 1192.

Annales Brabantiæ.

Anno 1164.

Meierus loco piſcinæ Sabin ſcribit, qui nimis inde remotus.

CAPUT VII,

Et in eo geſta annorum 24. per Comites Hannonici ſanguinis & Marchiones.

Conſecutus partim hæreditario, partim emptionis jure Comitatum, Cæſareâ autem donatione primus Namurci Marchio declaratus Hannoniæ Comes Balduinus, vivo etiam tum & fruſtra reluctante ſæpius avunculo, arces totius Comitatûs validiores obtinet ſolenni ritu inauguratus, & in Herbattis dat recipitque fidelitatis, ut dixi, juramentum.

Cognomento Animoſus.

Anno 1188.

Adverſarios habuit præter avunculum, de quo ſupra dixi, Lotharingiæ Ducem & Comitem Rethelenſem, quorum ille intra ducatûs ſui terminos novam dignitatem erigi debere negabat ſe invito, hic per uxorem Henrici Comitis ſororem in hæreditate propinquior videri volebat, uterque per Cæſarem repreſſus. Balduinus autem poſtquam Principatum iniiſſet, bellis à Flandriæ Comite Duceque Brabantiæ multùm vexatus, Protector Provinciæ Leodienſis in diſſenſione Alberti Rethelenſis primò, tum alterius Cuccani partes fovit contra Simonem Epiſcopatûs occupatorem. Ultimis teſtamenti tabulis Philippum ex filiis ſuis Namurci Marchionem appellavit, beneficio tamen fratris Balduini Hannoniæ Comitis Provinciam poſſeſſurum.

Ducatûs limites eſſe à Theno fluvio uſque ad locum qui Truncus Beringeri dicitur in Arentiſia.

Hæc ſuis locis fuſius.

Anno 1194.

Placentius & Chronica Leod.

Anno 1191.

Annales Hannoniæ & Meierus.

Anno 1195.

Memoriæ aliquot ponunt ſucceſſorem Balduino Joannem, aliæ Henricum, de quibus dixi parte 2.

* Hic Philippus à patre deſtinatus nuptiis filiæ & hæredis Petri Comitis Neverſii, ſed cum res concepta & inter utriuſque conjugum parentes promiſſa ad effectum non deduceretur, ab ejuſdem nominis Rege Franciæ Equeſtri baltheo ornatus, regium favorem ita ampliter ſibi conciliavit, ut gener ejus meruerit deſignari.

Oudegerſt. c. 80.

Teſtis Meierus.

* Natus an. 1176. cognomento nobilis.

Anno 1195.

Initio principatus impeditus impetituſque à Theobaldo Comite Barenſi Comitatum ſibi vindicante, quique adeò vivente adhuc Balduino Philippi patre ſe movere cœperat. Sed controverſia plurium annorum inimicitiiſ & armis producta, in pacem tandem deſiit conceptam in Divi Medardi Dionantenſium fano, in hanc formam: Ab armis & jurgiis utrimque ceſſato: Barenſis juri quod in Namurcum habet cedito: Namurcenſis eidem Durbutum & Rupes concedito: & Provinciæ utriuſque communi ſuffragio limites ſtatuuntor. Hoc medio quies fuit nec metus à Luceburgo, niſi quòd legam unicam adhuc de finibus citò natam citò ſopitam fuiſſe controverſiam. Cùm Leodienſibus huic Comiti non ſemel res fuit. Erat quippe Hugonis de Petraponte Epiſcopi conſanguineus, & ratione Samſonenſis caſtri beneficiarius,

Anno 1198.

Author Waſſeburgenſis,

Ex diplomate hac de re dato.

Anno 1212.

Vide Genealogiam.

Anno 1196.

Hæc ex Placentio, Anſelmo, Bruſtetuio, & Chronicis.

Anno 1202.

rius, unde cum & pro eo in ſeditioſos Leodienſes arma expedivit, & iterum in Huienſes qui machinas Namurco miſſas ad ſubſidium Epiſcopi publicè combuſſerant. Author pacis extitit inter eundem Epiſcopum & Ducem Brabantiæ, & aliàs inter dictum Ducem & Comitem Geldriæ. Unum miror, quòd inter auxiliares Ducis Brabantiæ Comitatum de Muha repetentis contra Epiſcopum inveniam Philippum Comitem, eo fortaſſis, quòd ipſe etiam Philippus in aliquam Comitatus Muhanienſis, utpote finitimi, partem ſe venturum confideret.

Anno 1212. Nominatur in Brabantiæ Chronico, & Divæo, aliiſque.

Ex Diplomate an. 1208. ubi ſe Procuratorem Flandriæ ſcribit.

Anno 1199. Verba Gulielmi Armorici in Philippo Auguſto, Meierus Lucoſam in Belliſia legit, & pro Bleſenſi Lucoſenſem.

Belleforeſt. ad hunc annum deſcribit hoc bellum.

Veigneſus anno 1200. ait in inſula d'Andelli pacem hanc confirmatam.

Fratris Balduini ſerius propugnator & ejus ad imperium Græciæ profecti Vicarius in Flandria fuit. Belloque Francico miſſus in Attrebates, *prope caſtellum quod Leucum vocatur in patria Nerviorum* obviam habens cum exercitu Robertum Bleſenſem Regulum cum pluribus capitur, miſſuſque ad Regem in Normanniam cuſtodiæ traditur, ſed brevi interventu Mariæ (quæ uxor Balduini fratris grata Regi) non tantùm dimiſſus, ſed & pax inter utroſque Principes conciliata. Interjecto tempore cùm Francus intellecta Balduini Imperatoris morte, vereretur ne Flandri aliquam filiarum & hæredum ipſius Anglis Franciæ nomini infenſiſſimis elocarent, impetrat à Philippo, cujus fidei commiſſæ erant, eas ſibi tranſmitti. Paret Philippus, ſed parum nomini ſuo, parum Flandriæ proceribus conſulens. Hi enim indignatione moti Comitem Provinciâ jubent excedere, & gubernatorem ſibi ſubſtituunt Buchardum Aveſnenſem, & fama erat Philippum filias fratris Regi Franco prodidiſſe, imò proſtituiſſe, & earum alteram Johannam, quam poſtea ſuis opibus in Flandriæ poſſeſſionem reduxit, Fernando Portugalenſi vendidiſſe. Cujus facti aut ſaltem famæ dedecus ita graviter Comitem affecit, ut ultimum vitæ curriculum in ejulatu & pœnitentia ſcribatur conſumpſiſſe, & quatuor Abbatibus Villarienſi, Camberonenſi, Marcionenſi, Valencenenſi anteactæ vitæ piacula confeſſus, ex hac vita migravit, eoſdem quatuor ultimæ voluntatis ſuæ deſignans executores. Princeps magnificus & pius populoque in primis acceptus.

Cl. Paradinus hæc refert, ſed malè Philippum etiam Lovanii Comitē vocat, quod inde ortum, quia ejus vidua Philippi Regis filia Henrico Duci Lovanienſi ſive Brabantiæ nupſit.

Anno 1211.

Ex Epitaphio ejus, quod ait hæc fusè in hiſtoriis haberi.

Anno 1212. Feſto S. Dionyſii. Ex Diplomate Petri Succeſſoris ſui, dato anno 1214. in Maio, ubi hæc dicuntur.

CAPUT VIII,

Ubi duodecim annorum hiſtoria, quibus in familia Cortenacenſi hæſit Namurcum.

MOrtuo poſt ſterile matrimonium Philippo, Yolenthis ſoror Petro Corteneo Comiti Antiſiodorenſi nupta ſucceſſit, licèt minor natu. Nec enim Balduini ſeniores proles, cùm repræſentationem excludat patriæ conſuetudo; nec Iſabella ſoror, cujus maritus Artheſiâ dotali contentus aliis hæreditatibus renuntiaverat, Comitatum arrogare poterant; nec Henricus ſenior frater Imperiali contentus dignitate volebat. Hoc autem mortuo cum jure hæreditario Imperium ad Petrum Comitem devolveretur, ſine mora Namurco recedens Philippum filium in Comitatu ſubſtituit, Romamque delatus in D.Laurentii fano diademate ornatur: & dum Bizantium tendens ſpe capiendi Dyrachii littora Albaniæ legit, claſſe Venetâ comitatus, dolo capitur, abducitur, & in vinculis vitam finit: qui filios poſt ſe duos reliquit Imperatores, & exiguo quo Namurcum tenuit tempore Otthonis Imperatoris & Fernandi Comitis Flandriæ partes impugnavit aſſecla Philippi Regis Franciæ, & uxor eo probante leges & libertatem Novæ Villæ apud Namurcum dedit, Bovinio confirmavit an. 1214. Philippus filius repudiato diademate, Comitatu & cœlibe vita contentus bellum pluribus annis geſſit cum Walteramo Limburgenſi Duce, qui ductâ Ermeſende Theobaldi Barenſis viduâ, poſt iterum iterumque juratam pacem, Comitatum Namurcenſem ſibi aſſeribere conabatur. Ventum ad arma, ſed juſto prælio non concurſum, partibus Dionanti in has leges convenientibus, quibus Limburgenſi addicebatur quicquid nemoris ultra Moſam eſt verſus Ardennam, uſque ad Arciam ſilvam; Namurcenſi autem quicquid ab Arcia longè latèque uſque ad Moſam. Et quamvis hic Comes junior ſcribatur in bello Francico, cum pater à partibus Regis ſtaret, pro Flandro pugnaſſe: tamen provectior Ludovici Regis caſtra ſecutus eſt, nominatim cum hæreſi Albiorum infectam Avenionem obſidêre, ubi cum aliis primę notę Comitibus ex contagione periit.

Anno 1216. Cognomento nobilis à dolabra ſive ad labra.

Belleforeſt malè hoc de patre refert, qui filius fuit Ludovici Regis, hic autem ex filio nepos.

Ex Gregora & Orientali hiſtoria.

Anno 1221. Onuphrius ad an. 1221, cum Meierus malè annum 1226. ponat.

Franci ſcriptores meminerunt, Meierus enim non nominat.

Meierus malè ait demum à morte patris ſucceſſiſſe, quod docent quæ alibi dedi Diplomata.

Anno 1221. Waſſeburgenſis citat literas anno 1222. Dionanti datas feriâ 2. poſt Invocavit à Joanna Flandriæ Comitiſſa.

Anno 1214. Oudegerſt. c. 105. Meierus ante captam, Annales Hannoniæ poſt captam urbem obiiſſe volunt.

Anno 1226.

CAPUT IX

Tres annorum decades percurrens, quibus à pluribus poſſeſſum occupatumque Namurcum.

DEbebatur hoc mortuo Comitatus fratri Balduino Imperatori, ſed dum is Bizantii occupatur, Margareta ſoror Hendrico Comiti Vianenſi nupta Namurcum uſurpat, initio regiminis bello petita à Fernando Comite Flandriæ neſcio quid in Comitatu ſibi debitum aſſerente. A quo capta Golſina & Floreffia vaſtata cum vicinis locis. Et quamvis Philippi Colonienſis Comitis interventu velint hiſtorici * pacem confectam, tamen aliter ſentiunt Diplomata, quæ docent aſſignatum Flandro uſum-fructum Veteris Villæ & Golſinii, renunciaturo reliquis Namurci locis. Margareta hęc Comitiſſa vel ex Sacris † Canonibus nota eximiæ pietatis femina, ſed & prudentiæ, ſed & felicitatis, ſi Balduino fratri res Bizantinæ ceſſiſſent ex ſententia. Quibus declinantibus rationis & neceſſitatis erat pro derelicto aliquatenus habita reſumere. Veniens itaque in Gallias tam à Rege quàm à Flandro bonis reſtitutus eſt an. 1237. Namurcum à ſorore tenebatur, quod obſeſſum Imperator non *ſine magna impenſa ſanguinis Namurcenſis* recepit, receptoque invitam Mar-

garetam

Oudegerſt. c. 106. fatetur ſe neſcire quis ſucceſſerit.

Meierus ad an. 1226. malè ait Henricum Luceburgenſem ſucceſſiſſe: Waſſeburgenſis ait ob bella dubium fuiſſe.

Oudegerſt. cap. 109. & Meierus, quorum hic aſſerit aſſignatam Flandro Viennā & Golſinas: malè, cum loco Viennæ legendum Vivillæ & Veneris villæ, & loco Henrici Luceburgenſis legendum Viennenſis.

* Confirmata hæc pax apud Cameracum anno 1212. in Novem.

† C. Significavit, de reſcriptis.

Annales Hannoniæ & Vignier, qui tamen perperam ponunt annum 1238.

Verba Chronici, cum alii tradant eum ad arma aut

ſalcem ad pugnam non veniſſe.

garetam cedere & excedere coëgit. Reverſuſque Bizantium, cùm ſentiret omnia, mediorum partim defectu, in pejus ruere, tertiò in Franciam profectus, à pluribus adjutus, à Blanca Regina matre S. Luduvici (cujus neptim Martham filiam Joannis Brennæ Regis Jeroſolymorum duxerat) 20000. librarum accepit, tam diu Comitatum Namurcenſem utendum fruendum concedens, quoad mutuum reſtituiſſet. Dum hæc aguntur, plures causâ Comitatûs ſe movere cœperunt.

Anno 1246. Ex Waſſeburgenſi, cum Meierus & alii tradant, Blancæ venditum Comitatum,

Teſtis Bertels in Luceburgicis.

Guiſianus.

Henricus Lucenburgi Comes Ermeſendis Lucenburgicæ ſæpe dictæ filius poſt tot paces ſopitum ſuſcitat ignem. Joannes Aveſnenſis Hanoniæ Comes, eo quòd Balduinus tempori beneficium profeſſus non eſſet, in Curia Guilielmi Regis Romanorum, jure eundem Comitatum ſibi vendicabat. Ubi per Imperii Principes, pro Aveſnenſi deciſum; & quia dictus Balduinus debita clientelaris obſequii pendere recuſaret, ſecundo damnatus; & quia inconſultò Hannone Franco Comitatum quodammodo vendidiſſet, tertio Hannoni addictus, non obſtante Innocentii Papæ reſcripto, quo petit ne patiatur Conrardus Imperatori Balduino pro fide occupato injuriam fieri, maximè in Namurcenſi Comitatu. Thomas etiam Flandriæ Comes Pollivacum Caſtrum cepit, plura facturus niſi in humanis eſſe deſiiſſet uxor. His tamen omnibus non obſtantibus Imperatrix Martha Balduini uxor Comitatu potita eſt. Miſſa erat à marito in Pictones ad Reginam Blancam, hærenſque ibi uſque ad Reginæ mortem, ab ea per ultimam voluntatem obtinuit totum quod in Comitatu jus habebat, ratione mutui necdum plenè perſoluti. Quæ vigore ejus nonnulla in Comitatu ordinavit, & Bizantio veniens recepta eſt ad reginſen. Cæterùm cùm exactionibus urgeret cives, aut quòd alii cùm volens plectere rebelles quoſdam, ad id Balivum ſuum dimiſiſſet, & is à civibus, dum imperioſiùs agit, obtruncaretur, Imperatrix omnium utpote Læſæ Majeſtatis reorum bona fiſco ſuo aſcribere ſtudebat: Cives cum nec ab Imperatrice ipſi quicquam æqui impetrare, nec ſanctum Luduvicum Regem ad interceſſionem poſſent invitare, in furorem acti ad Henricum Lutcenburgenſem mittunt legatos, offerentes opem, hortantes hæreditatem auctam recuperet. Qui lætus occaſione, ipſa natalis Dominici appropinquans in Urbem recipitur, caſtrum obſidet. Imperatrix anxia dum nec à Leodienſi Eccleſia, cui pretio vili Comitatum vendere ſatagebat, opem ſentit, ipſa auxilio Flandrorum mediocrem inſtruit exercitum, Balduino Aveſnenſi Margaretæ Flandrenſis filio Duce. Qui, quòd Luceburgenſi faveret, parùm ſeriò rem geſſit, & cùm Urbem oppugnaſſet in ſpeciem, quindenæ inducias procuravit: per quas dilapſi benè multi militum, & Franco Weſemalius ſubſidium videns non adeſſe, deficiente commeatu, cùm jam loco panis coctum ſanguinem equorum ſorberent,

Ex Diplomatibus hac de re datis, quorom poſtremum eſt apud Meierum.

Anno 1245. Moguntiæ.

Anno 1248. ibidem.

Anno 1252.

Anno 1250.

Anno 1244. Aothor Meierus & Belleforeſtus.

Codex Floreffienſis fatetur.

Anno 1251. aut ut Meierus anno 1252.

Ex Annalibus & Jacea & memoriis ad unum omnibus.

Memoriæ veteres malè; præteritis aliis, ſucceſſorem dant anno 1240. Balduino filium Walramum, Walramo filium fratris Ludovicum anno 1255. poſt quos Guido rerum potitus ſit. Quod cum apertè falſum ſit, non video tamen unde hujus ſcriptionis & erroris cauſa provenit, niſi fortè quiſpiam Valramus & Luduvicus Limburgenſes ex Ermeſende nati fuerint qui eilam eo titulo jus arrogaverint.

J. Bertels fol. 42. malè ait Henrico huic bellum fuiſſe cum Theobaldo Barenſi ob Comitatum Namurcenſem, cum eum Theobaldus nunquam poſſederit.

Anno 1258. die 8. Vincentii.

poſt biennii obſidionem Lucenburgenſi caſtrum dedit. Durante obſidione Joannes Aveſnenſis Hannoniæ Comes aſſerens caſtrum ad ſuum ſpectare Principatum, venerat obſidionem levare: Sed mox initâ concordiâ Lucenburgenſis id in feudum ab Hannone aſſumpſit. Cujus non diuturna fuit dominatio. Balduinus enim Imperator, cui directum in Namurco jus competebat, illud conſilio ſancti Luduvici Regis 20000. librarum vendidit Guidoni Comiti Flandriç, filio Margaretæ. Qui armis cœperat Comitatum uſurpare: ſed pax interventu Balduini Aveſnenſis facta, juncta Luceburgenſis filia Iſabella Guidoni viduo, & Balduini filia Beatrix Henrico Comitis Luceburgenſis primogenito, & Pha * altera Luceburgenſis filia Joanni Aveſnenſi Hannoniæ Comiti. Interim Luceburgenſis & unà Gerardus Durbutenſis ejus frater renuntiarunt omni, quod in Namurcum arrogarent, juri.

Anno 1262.

Malè Meierus, Belleforeſt, Heuterus faciunt Iſabellam Henrici Blondeli filiam, cum ſoror fuerit.

* Hanc Bertels Margaretam vocat.

Litteræ hac de re datæ Veneris ante Trinitatem anno 1267.

CAPUT X

Geſta per Comites ſanguinis Flandrici complectens annis ſexaginta.

ITa Guidoni Flandriæ Regulo tum emptionis tùm dotis titulo acceſſit Namurci hæreditas, & viſum pleriſque titulos Comitis, qui videbatur penes Ermeſendam remanſiſſe, & Marchionis, quem ab Imperatore conſecutus erat Balduinus, junctim ad unum Guidonem rediiſſe: Cujus ex prima conjuge liberi Flandriam, ex poſteriori Iſabella Namurcum obtinuerunt. Ipſe Guido numeroſâ felix prole Reges quinque generos, duos ſoceros, Duces duos generos, totidem ſoceros habuit, vir ſagax & prudentiæ non vulgaris, qui cum Leodienſibus amicitiam coluit quamdiu Johannes filius in Pontificatu vixit, in quos anteà non ſemel arma induerat. In primis cum Duce Brabanto Dioceſim vaſtans, & anteà Bovinienſibus ſuis contra Dionantenſes auxilio veniens. Cum Hannoniis etiam res fuit: & quidem in & pro Zelandia, contrà Johannem Aveſnenſem pugnans capitur, ſed mox pace ſequutâ libertati reſtitutus. Recuſavit etiam interjecto tempore Comitatum ſuum & quæ alia in Flandriis poſſidebat, è manu Hannoniæ Comitis relevare. Cum Luxenburgenſibus etiam leves diſcordiæ fuerunt, ſed leviter ſopitæ. Captus à Rege Francorum Compendii in carcere obiit; miſſuſque à vivente in poſſeſſionem Comitatûs Johannes filius, Regibus Francorum Philippo & Luduvico Hutino acceptiſſimus, quorum ille Carolo Valeſio per uxorem jus in Comitatum præſumente, electus à partibus arbiter pro Johanne reſpondit, hic in ejuſdem Johannis gratiam addictas fiſco Regali Niverſii & Rethelofii terras reſtituit. Bello ſtrenuus ętatem ferè bellis occupavit. In Leodienſes quidem recrudeſcente Bovinienſium & Dionantenſium odio pluribus annis bellum geſſit.

Cognomen ei à Toparchia Burgundica, quam Dominium leti vocant.

Anno 1282.

Anno 1276. Bellum hoc vide in Bovinio.

Anno 1283.

Meierus bellum refert, ſed Namurci non meminit.

Anno 1281. Ex Diplomate de his in Martio dato.

Anno 1297.

Cognomento Polipater.

Anno 1312.

Anno 1315. Teſtis Belleforeſtus.

Vide Bovinium.

Ab anno 1319. uſque ad annum 1322.

geſſit. In Hannoniæ Comitem pro Flandro
Anno 1303. Annales Hannoniæ. certavit, & captum belli tempore Leſſinium
recuperavit & incendit. Poſteà cum fratre Gui-
done ex parte Hannonum Guidone Trajecti
Anno 1307. Epiſcopo & Gultero Portiano Comite electus
arbiter, de pace inter Guilhelmum Hannoniæ
& Robertum Flandriæ Comites communica-
vit; quam licet tunc non compoſitam, paulò
Anno 1310. pòſt tamen idem Comes auxilio Gerardi Sot-
tegemii confecit, Comitatumque adeò ſuum,
quod pater negaverat, ab Hannonis manu ac-
Anno 1307. Ex Diplomate hac de re dato. cepit beneficiarium. Vexatus unicâ ſed levioris
momenti Namurcenſium ſeditione ob exactio-
Anno 1313. nes & tributa ut creditur excitata, ſed eam
exemplo patris citò, mulctatis non uno modo
auctoribus ſedavit.

Patre à Francis capto Flandriam egregiè tu-
tatus eſt, Ludovico Nevernenſi Comiti Flan-
Anno 1322. Oudegerſt c. 137. & ſequentibus. driæ armis & ope auxiliaris, contra Machildim
Roberti Bethunienſis filiam, & victoriæ præ-
Author Bellefoteſt. mium uſum fructum Crepicordienſis terræ in
Cameraceſio & ampliùs Sluſanæ urbis poſſeſſio-
Anno 1323. nem à Luduvico obtinuit. Quâ donatione cùm
ſe læſos graviter quererentur Brugenſes, nec
Comes revocare velle videretur donum, gravia
bella exorta ſunt. Captuſque à Brugenſibus Joan-
nes Comes, ſed per ſeceſſum elapſus à Rege
Anno 1324. Franciæ confirmationem obtinuit. Sequentibus
autem annis perpetuò auxiliaris fuit Luduvico,
& in prælio quo Comitem proprium irritati
Anno 1325. Brugenſes ceperunt, & ſolvit obſidionem Gan-
dentem & Aldenardenſem, & multos Brugen-
ſium trucidavit, qui eidem in legibus pacis per
Oudegerſt cap. 150. Regem Franciæ dictis juſſi pendere 66000. li-
Anno 1327. brarum. Iterum cùm, Flandris leges pacis rum-
pentibus Francus regionem ingreſſus eſt, Comiti,
& eidem Inſulis cum Rege contra eoſdem præſtò
Anno 1328. fuit. Interfuit Boloniæ nuptiis Eduardi Regis &
Anno 1307. in Jan. Iſabellæ Franciæ. Inſuper coronationi Henrici
Anno 1308. ipſa Regum. VII Aquis. Denique eundem Cæſarem in Ita-
Anno 1310. liam comitatus eſt. Pariſios ad Regem profectus
Anno 1330. ante Paſcha. ibidem obiit. Uxor Maria Artheſia per annum
duntaxat marito ſuperſtes, Luduvicum Mala-
Anno 1331. num è ſacro Baptiſmatis fonte ſuſtulit.

Ex filiis Joannes ſucceſſit, qui Pariſiis mortuo
Anno 1330. Meierus malè ait Philippum filium ſucceſſiſſe. patre raptim veniens, in Divi Albani inaugu-
ratur. Cœlebs vixit, petitus bello à Leodienſi-
bus quos Francus ob receptum Namurci exulem
Ex literis Valtheri de Jupplen Vicarii hac in cauſa conſiiis. è Galiis Robertum Artheſium ſuſcitaverat,
idem author pacis inter Epiſcopum & populum.
Anno 1335. Sed armis poſitus finis Roberto in Britanniam
Anno 1313. profecto. Deinceps controverſias habuit cum
Anno 1310. Brabantiæ Duce ob ditionis Ayſanæ poſſeſſio-
Anno 1312. nem; in eundem auxilio veniens Flandris arma
Codex Gemblacenſis & quædam memoriæ Joanni primo citò mortuo dant fratrem & ſucceſſorem Guidonem, cujus filii & hæredes fuerint, quos hic facio Joannis primi filios. ſumpſit, in bello propter emptam Mechliniam
geſto. Militiæ ſacræ in Paleſtinam nomen dans
ibidem à Gualtero Advocato Huenſi Eques
creatus eſt. Inde in Pruſſiam profectus contra
infideles in reditu debitum naturæ perſolvit
anno 1335. 2. Aprilis.

Molanus c. 55. ait eum anno 1330. in Pruſſiam iſſe. Guido frater, qui fortè aderat, Namurcum
properans, à civibus recipitur, in Angliam
Schotiamque profectus, in manus hoſtium venit,
ſed brevi redemptus, cum Franco & aliis Princi- Memoriæ quædam cæſum aluſt in oppugnatione Brixiæ, ad quam cum Rege Romanorum erat profectus, ſed temporum ratio non patitur, & error natus inde quod leguntur an. 1311. Henricus & Guido de Namurco poſt captam Brixiam mortui ſepulti in Patavino Minorum Cœnobio, qui filii fuere Guidonis primi, ut puto.
pibus fœdus iniit. In Flandriam ludis equeſtribus
à Domino S. Vienantii telo confixus interiit
anno 1336. 12. Martii. Cadaver ſolenni pompâ
Namurcum defertur, & mittitur in Norwe-
giam Nuncius, qui tertium è fratribus Philip-
pum advocet. Quo moram trahente, provincia
per Henricum Laudis Pompeiæ in Italia Comi-
tem hujus patruum adminiſtratur adſcitis in cu-
ræ & operæ communionem Werico Walcu-
rienſi & Waltero Jupilienſi.

Comes autem Philippus poſt inaugurationem
anno 1336. 8. Novembris, non contentus cum Hunc malè quædam memoriæ vocant Joanoem.
fratre in Pruſſia militaſſe, adſociatis ſibi quin-
quaginta nobilibus in Cyprum ſe tranſtulit anno G. Luſiolaous in antiquitate Cypri.
1337, ibidem cum triginta ſex ſuorum Fama-gu-
ſtæ obtruncatus eſt.

Famâ mortis Namurcum delatâ, impubes Anno 1338. cognomento dives.
adhùc Guilhelmus fratrum quartus, ſub tutela Ex Diplomate quod laudavi in Namurci antiquitatibus.
matris & patrui ſurrogatur, qui Aquiſgrani
Comitatum ſuum à Carolo IV. multis auctum
privilegiis ſuſcepit, non ab Hannone, ut fra-
ter. Eduardi Angliæ Regis, qui Vicarius Im- Author Froſſardus.
perii tum erat, caſtra ſequutus eſt, licet juve- Anno 1339.
nis, uſque ad obſidionem Cameracenſem. Quâ
ſolutâ cum Anglus in Franciam cogitaret belli
onus transferre, Gulielmus unà cum Hannoniæ
Comite ſe ſubduxerunt, aſſerentes animum
ſibi non eſſe in Francia niſi Franco militandi,
ſicut in Imperio Cæſari militaverant. Cæte-
rùm cùm hęc ſeceſſio Francum non moveret,
quo minùs Hannoniam depopularetur, uterque Carmen antiquum refert etiam in Friſiam anno 1340. arma tranſtuliſſe.
Comes arma poſita reſumens, magna Francię
attulit detrimenta.

Et cùm Dux Normanniæ Regis frater Thui-
num Leodinæ dioceſeos oppidum, quod E- Anno 1340.
piſcopus per Richardum de Limoſin & Joan-
nem Theodorumque fratres Comitis Namur- Ex Froſſardo.
cenſis naturales, ut puto, defendebat, adfuit
Comes cum ducentorum equitum turma, Han-
none ſexaginta Flandrorum millia Duce Jaco-
bo Arteveldio ſubmittente. Non ventum ad ma-
nus, ſed Thuino exuſto dilapſi ad ſua quiſque
redierunt. Lego deinceps interfuiſſe Guilhel-
mum Comitem Comitiis apud Vilvordiam ab
Eduardo Rege celebratis. Quem tamen non
multò pòſt invenio Francorum Regis contrà
Eduardum cauſæ patrocinari, & eidem cum Anno 1347.
exercitu adeſſe Caleti obſidionem ſoluturo, &
eidem Gandenſes oppugnanti ſuccurriſſe, inter- Anno 1382.
que primos Burburgum ab Anglis detentum
oppugnaſſe.

Et qui Johanni Brabantiæ Duci contra Leo- Anno 1345.
dienſes in cauſa Mechlinienſi opem tulerat, is Meierus anno 1346.
mutato conſilio Venceſlaum Joannis ſucceſſo- Anno 1346.
rem, pro Epiſcopo eadem propter oppugnavit.
Hæc foris & ferè alienis auſpiciis geſta. Domi
non minùs præclara ſunt. Auctum tam emp-
tione quam aliter Comitatûs peculium, Urbs
regionis primaria multùm aucta & ornata te-
ſtantur.

Poſt obitum Parentis ſucceſſit ejuſdem no- Cognomento Geſſinienſis.
minis filius, à puero ſub Parentis ſtrenui diſ-
cipli-

Anno 1380. ciplina in armis exercitatus: Comes Flandri
Meierus lib. 13. ob diſſidia Brugenſium advocati, Auxiliaris
Anno 1383. Caroli Sexti & Burgundiæ Ducis ducentorum
equitum turmam duxit, primaſque cum ſuis
in Burburgenſi oppugnatione; & niſi nox urbi
Idem. ſuccurriſſet expugnatione tenuit. Expeditioni
Anno 1385. Caroli Sexti in Britanniam, Antonii Ducis
Anno 1405. Brabantiæ in Trajectenſes, Duci Burgundiæ
Anno 1408. 23. Septem. in Leodienſes cum quingentis equitibus ſuccurrit,
Meierus lib. 15. eum nominat. potior victorię partę cauſa: Cum Franciæ
Anno 1380. Rex Carolus ſextus inauguraretur: Luduvico
Anno 1383. Flandrię Comiti juſta fierent: Burgundiæ
Idem lib. 14. & Hannoniæ Principum liberi apud
Anno 1385. Cameracum matrimonio jungerentur: pax apud
Carnutes inter Burgundos & Aurelianenſes
Anno 1409. tractanda: Difficultates inter Antonium Ducem
& Hannonem ſopiendæ, interfuit: Sicut
Anno 1413. & in Comitiis Tornacenſibus à Burgundo Duce
Anno 1409. ce celebratis: Nuptiis Antonii Ducis: Solemnibus
epulis Francorum Regis cum ſelecta nobilium
Anno 1385. turba apparuit: A Philippo Burgundo
Gubernator Curtraci factus: à Joanne Duce
Anno 1408. in intimi conſilii ſocietatem aſſumptus, cum
Anno 1418, 10. Januar. eodem Pariſios profectus eſt: Mortuus in bona
ætate Uxorem reliquit ſuperſtitem, quæ
nuptiis Philippi Ducis interfuit; & cum Pri- Meierus ſuſceptricem ejus ſe neſcire fatetur.
mogenitus ejus aquis ſalutaribus expiaretur,
teſtis aſtitit: Similiter in tractione pacis apud Meierus ad annum 1455.
Atrebates & in nuptiis Caroli Comitis Caro- Obiit anno 1455. 26. Febuarii.
leſii legitur Inſulis adfuiſſe.

Succeſſit Joannes frater, quem ab Epiſcopo Leodicenſi captum Hoii tradunt nonnullæ hiſtorię, coactumque ſe magno redimere. Cùm autem litro conficiendo impar eſt, & ampliùs à Leodicenſibus multùm infeſtaretur, conſilium iniit vendendi Comitatum ſuum Philippo Bono Burgundiæ Duci, ſervato ſibi ad vitam uſufructu. Quod factum accedente Pro- Anno 1421. cerum Provinciæ conſenſu.

In quo finiam hoc hiſtoriæ Compendium, geſta ſub Burgundis Auſtriaciſque Principibus ſuis locis inſerturus. Compendium autem hoc prçluſi ſatisfacturum aliquatenùs, donec Ampliſſimi nominis Vir G. Cronendalius hiſtoriam luculenter & fusè ſcriptam in theatrum patietur prodire, quod ſpero brevì futurum. Interim his fruere & me ama Lector.

J. B. GRAMAYE
TITULUS,
PARS SEPTENARII QUARTA;
In qua Comitum tam viventium; quàm ſepultorum Inſcriptiones.

Priores ex authoribus & diplomatibus petitæ; poſteriores ex locis ubi ſepulti Comites, niſi quòd aliqua ego ſubſtituerim, quæ annotavi.

Sic Belleforeſto vocatur.

NAYMO *Duc de Bavierè.*
Elogium hoc de eo feci:

Munere Dux, tituloque Comes, donoque Namurci
Marchio, Cæſareæ fidiſſimus armiger alæ,
Qui vixi bellis, buſtis quoque finio vitam.

Chronicon Leodicenſe ad annum 823.

THYRI *Contè de Namur.*
Cui Cænotaphium hoc compoſui:

Rector duorum fluminum, totidem arcium,
Inter alios cadaver ignotum jacet.

Codex Gemblacenſis.

ALMARICUS *Marchiſus Namurci.*
Cui hoc Carmen ſcripſi:

Comes vocabar Almaricus, occidi.
Communis hic mihi tumulus cum pluribus,
Communis etiam mors fuit cum pluribus.

F. Roſeres ſic vocat.

GERARDUS *Namurci Comes.*
Cui hos verſus ſcripſi:

In Zuentebaldum dum Gerardus rem gerit,
Et à tyranno vindicavit patriam,
Suumque nomen à tenebris vindicat.

Diploma Bronienſe datum anno 932.

BERINGERUS *Comes Namuci.*
Hos defuncto verſus ego ſcripſi:

Protector Bronii, protector Walciodori,
Æmulus Alcidæ, vel Quinti Cæſaris, ambas
In Sabis & Moſæ ſtatui regione columnas.
Defuncto benedicta cohors, bona verba det, oro.

Sigibertus in vita Abbatis Ecluini.

ROTBERTUS *Namuci Comes.*
Cænotaphium ei hoc ego conſcripſi:

Robertus jacet hìc Namurci Regulus olim,
Legia cui fatum peperit; Brabantia famam.

In Diplom. Ottonis confirmantis Bronienſem Abbatiam an. 992. In Diplom. Gemblacenſi datę anno 998.

ADALBERTUS *Comes Namuci.*
ERMEGARDIS *Duxiſſa Illuſtris Ducis Caroli filia ex Francorum nobiliſſima progenie.*

Sepultus ille aut Bronii cum avo, aut in D. Virginis Namurci cum uxore, de qua vetus Schædium:

Nobilis Ermengarda ex Francigenarum ſtirpe Caroli Ducis filia, in feſto quinquagintaquinque Martyrum defuncta, in Eccleſia Mariæ Matris Cælorum tumulatur, & præſente filio Comite Alberto Namucenſi, & Gerelmo Abbate S. Mariæ

legavit

vit terræ quietionis ſuæ viginti parvos denarios. Deus ſit ejus animæ miſericors.

In Chronico Cameracenſi.

ROTBODUS *Comes Namuci.*

Sepultus fortè Gerpinii referentibus Indiculis Eccleſiæ, nomine ſuppreſſo:

Hic ſepeliri voluit Comes Namurcenſis.

In charta Bronienſi anno 1035.

ALDEBERTUS *Comes Namuci.*

Tumulus ejus magnificus fuit in D. Albani & uxoris cum inſcriptione tali:

Hic ſepultus jacet Nobiliſſimus Comes Aldebertus & Reneldis ex Lotharienſium ſtirpe nobilis ejus ſponſa, qui Eccleſiam hanc fundavit.

In charta pontis Dionantenſis anno 1080.

ALBERTUS II. *Namuci Comes.*

Sepultus cum Ida conjuge in D. Albani, ſed Epitaphium non reperi. Andennis ſolet eſſe memoria 3. Kal. April.

In fundatione Floreffiæ anno 1121.

GODEFRIDUS *Comes Namucenſis & ERMESENDIS Comitiſſa.*

Memoria ejus & ſecundæ uxoris Floreffię in ſaxis duobus nigri marmoris ante aram majorem.

GODEFRIDUS. ERMENSIDIS.

In confirmatione libertatis Bronienſis anno 1154.

HENRICUS *Comes Dei gratia Comes Namuci & de Lutſeleburch.*

Memoria ejus & uxoris in Eccleſia Floreffienſi, in duobus ſarcophagis ante majus Altare.

HENRICUS. AGNES.

In Diplomate Sonegiacenſi, anno 1169.

BALDUINUS *Divinâ favente clementiâ Comes Hannoniæ & Marchio adjacentis Regionis,*

Epitaphium in D. Waldetrudis Montibus.

Balduinus hic requieſcit Comes Hannonienſis, cujus proavus fuit Balduinus Hannonien. qui ex Richilde genuit Balduinum Hieroſolomitanum. Ille Balduinus genuit Balduinum, qui in hac humatus eſt Eccleſia ante Chorum ex Alida ſorore Godefridi Ducis Lovanii. Ille ex Jolida genuit hunc Balduinum animoſum & fortem, juſtitiæ & pacis amatorem, erga ſubjectos humilem, contra hoſtes rebellem, qui hanc Eccleſiam Sanctæ Waldetrudis tertiò concrematam, & S. quoque Vincentii Ogynenſis plumbo texit, & caſtri locum muris cinxit, & ſuper portam Baſilicam S. Servatii ædificavit, in Valentianis aulam & muros circa villam erexit, in Bello-monte muros circa turrim conſtruxit, Bynchiam Haymonis quercetum buxeum caſtrum ramis ſtatum à fundamentis condidit, & turribus & ædificiis munivit, annò Incarnationis Domini 1171. ætatis verò ſuæ 62. 8. Nonas Novem. obiit.

Epitaphium ALEYDIS uxoris ejus. Ibidem.

Me legat ad lapidem Comitiſſam mors Aelidem,
Qui legis adde fidem, cras tibi fiet idem.
Quid mihi famoſæ dat fama genus generoſæ,
Quid mihi formoſæ forma nitorque roſæ?
Fama tepet, generi dolor eſt ſpeciem removeri,
Sicque datur fieri non hodie quod heri.
Finis adeſt Julio cum nulla vel altera ſio,
Matris humi gremio more locata pio.
Sanctis cognata, Namucenſi ſtemmate nata,
Sancta ſequens fata, plando mercede ſata.
Quiſquis ades, tecum volvas quid nunc traho mecum,
Dum potes, eſt æquum te dare dona precum.

In Donatione cenſuum Novæ Villæ facta anno 1185. Eccleſiæ S. Albani.

BALDUINUS *Comes Flandriæ & Hannoniæ & Marchio Namurci primus.*

Epitaphium in Eccleſia D. Waldetrudis Montibus ante aram S. Jacobi.

Hic jacet Balduinus Comes Hannonienſis, Vir venerabilis, prudens, Princeps potens, & illuſtris. Hic fuit filius Comitis Balduini, qui ante majus Altare jacet. Hic ex parte matris ſuæ Namucum fuit adeptus, & inde primus Marchio Namucenſis appellatus. Hic ex parte uxoris ſuæ Margaretæ, quæ fuit filia Theodorici & ſoror Philippi Comitum Flandriæ, Flandriam cum Hannonia & Namurco poſſedit. Hic habuit filios, quorum Balduinus primogenitus in Flandria & in Hannonia, Philippus verò ſucceſſit in Namuco. Habuit & filias, quarum una fuit Eliſabeth ſanctiſſima Francorum Regina. Obiit 17. Kal. Jan. anno 1195.

Epitaphium Uxoris ejus olim in medio, nunc latere Chori S. Donatiani.

Scriptum in lamina plumbea reperta cùm 27. Junii anno 1352. corpus ejus transferretur.

Hac fuit Margareta uxor Balduini Comitis Flandriæ & Hannoniæ, primi Marchionis de Namu, mater Eliſabeth ſanctiſſimæ Francorum Reginæ, hac fuit plurimorum meritorum, præcellens in omni opere bono cunctas mulieres viventes in tempore ſuo, obiit 17. Kal. Decembris anno 1194. menſe Novembri. Requieſcat in pace.

In Diplom. fundationis S. Petri in caſtro anno 1198.

Vir Illuſtriſſimus PHILIPPUS *ſecundus Marchio Namucenſis.*

Epitaphium ejus in veteri Choro D. Albani.

Hic ſepultus eſt Illuſtriſſimus ac Potentiſſimus Vir Dominus Dominus Philippus XIII. Comes ac Marchio Namurcenſis, ſucceſſor fratris ſui Henrici, ac filius Balduini quondam Comitis Flandriæ Hannonis ac Marchionis Namurcenſis, qui quondam Philippus obiit abſque liberis anno Domini 1212. numerum 20. præbendarum auxit de tribus præbendis, ac poſtmodum ad honorem Dei, ad augmentandum Eccleſiæ præſentis Sancti Albani in Divinis ſervitium, inſtituit in eadem Eccleſia 20. beneficia, quæ dicuntur vicariæ, conferenda 20. Clericis Eccleſiæ eidem aſſiduò deſervituris, cujus oſſa de conſenſu Caroli Regis Caſtellæ fuerunt tranſlata de medio navi Eccleſiæ cum Altari ab eodem fundato in veteri Choro cum maxima reverentia anno 1213. regnante Apoſtolico viro Honorio tertio. & Imperatore Frederico II. Adminiſtrante Hugone de Petraponte Antiſtite Leodien. De pœnitentia ſevera per eum facta habetur in Chronicis.

Epitaphium MARIÆ filiæ Regis Franciæ in Affligimio.

Maria Philippi Regis Franciæ filia quondam Philippi Marchionis Namurcenſis, & poſtea Henrici Brabantiæ Ducis filia, femina omnium pulcherri-

cherrima, hic petiit ſepeliri anno 1238. *Kalendis Auguſti. Ora pro ea.*

In Diplom. Epi de concordia cum Gobetto de Bioul anno 1215.

PETRUS *Comes Altiſiodorenſis & Tormirenſis & Marchio Namurcenſis*; &

JOLENDIS *Comitiſſa uxor ejus & Marchioniſſa.*

Cænotaphium hoc ei olim compoſui:

Quo magis incertum eſt de tempore, ſorte, ſepulchro
Cæſaris, hoc certum magis eſt de morte dolendâ.
I nunc iſta vide & regnis confide viator.

In teſtamento ejus anno 1224.

Ego PHILIPPUS *Marchio Namucenſis.*

Epitaphium ejus Vaucellis.

In tabella ad parietem ſub inſignibus ejuſdem ſcripta fuerunt.

Marchio Philippus Namucenſis hic jacet intus,
Nec facilè dicas animis an major an armis,
Tu prece ſis facilis, mors comparat ultima primis.
Anno 1226.

In fundatione Abbatiæ Grandipratenſis anno 1231.

HENRICUS *Marchio Namucenſis, & Viennæ Comes,* &

MARGARETA *Marchioniſſa & Comitiſſa uxor ejus.*

Memoria eorum in Grandiprato.

In veteri Codice per has turbas perdito.

4. *Kalendas Novembris Anniverſarium Nobiliſſimi Marchionis & Comitis Henrici & Margaretæ contboralis ejus Fundatorum noſtrorum, quorum animabus miſereatur Deus.*

Sepultus ille in Paleſtina, hæc in Valle Mariæ prope Treveros.

In confirmatione Grandipratenſis Cœnobii anno 1237.

Nos BALDUINUS *hæres Imperii Romaniæ, Comes & Marchio Namurcenſis.*

Et poſt obitum Joannis Brennæ ſoceri anno 1237.

In Diplomate privilegii portoriatus caſtri anno 1246.

Balduin par la grace de Dieu treſfiable en Jeſus Chriſt Empereur de Dieu couronné, moderateur de Romanie & des en croiſſant, & auſſi Marquis de Namur.

Memoria ejus Lætiis. Epitaphium ei tale olim ſcripſi:

Urbs Conſtantini me prodita perdita Rege,
Præſidium eſt Eubæa fuga, Cacobæa ſepulchrum.

Uſufructuaria.

BLANCA *Franciæ Regina* teſtibus Franciæ hiſtoriis, diploma enim non vidi.

Moderatrix. In Codice feudorum.

MARTHA *Imperatrix vidua* BALDUINI *Imperatoris Conſtantinopolitani.*

Epitaphium ejus eſſe puto in Nameche:

Icy giſt ly droict iritaine Chaſtelaine de Sanſon, que fu del lingage le Roy de Jeruſalem. Pôls por l'ame que Dieu conſole.

Occupator. In Diplomate de Geronſart anno 1270.

HENRICUS *Comes de Luceleborch & de la Roche, Marchis d'Arlon.*

Sepulchra ejus in Clari Fontis Cœnobio. Epitaphium uxoris ibidem tale:

Cy giſt la Conteſſe honoré de Luxembourgh Marguerite nommé. Que moult fut ſage, & Extraict de linaige de Bar & de Bretaigne.

In Codice feudorum.

GUIDO *Dampieræ Dominus, Flandriæ Comes.*

Et poſt acquiſitum Namurci Comitatum anno 1262.

In fundatione Boneffienſi anno 1267.

Nous Guys Cuens de Flandres, Marchis de Namur, & nous Iſabeau femme à Noble homme ſon cher Signeur le Conte devant nommé, Conteſſe de Namur.

Epitaphium ejus Flinis:

Cy giſt treſilluſtre & noble Prince.
GUY *Conte de Flandres Fundateur de ceens, qu'il mouroit priſonnier à Compoingie au mois de Mars* 1304, *& fut rapporté en ce lieu l'an* 1305.

Epitaphium primæ uxoris MATHILDIS Arthesiæ ibidem:

Meierus mortuam anno 1259. & ſepultam vult Bethuniæ.

Cy giſt noble & vertueuſe Dame, Madame Mehault, Conteſſe de Flandres, Dame de Bethune & de Tenremunde, femme de treſilluſtre Prince Guy Conte de Flandres, Fundateur de ceſte Egliſe, laquelle trepaſſa l'an .....

Nunc per hæreticos diruto.

Epitaphium ISABELLÆ Luceburgicæ ſecundæ uxoris in Cœnobio D. Claræ per eam fundato Pettegemii:

Hic Iſabella jacet Guidonis altera conjux,
Hæres Namurci, Luceburgique propago.
Obiit anno 1298, 25. *Septembris.*

Poſt an. 1257.

Nous JEHAN *fils au Conte de Flandres Cuens de Namur.*

Et poſt obitum patris Guidonis. Anno 1303.

Poſt incendium anno 1581. templi deſiit.

JEHAN DE FLANDRES *Cuens de Namur.*

Epitaphium ejus apud Minores Pariſiis.

Cy giſt hault Prince & de bonne memoire Monſieur Jehan Conte de Namur, que fu filz aiſné de bon Guy Conte de Flandres, & de Iſabelle fille du Conte de Luxemborch, qui trepaſſa de ce ſiecle l'an de graci 1330. *le vendredy devant le Chandeleuſe, & fut miz en terre le quart jour de Feburier.*

Epitaphium MARIÆ CLAREMONTANÆ uxoris primæ, anno 1308. in Febr. in Cœnobio Vallis Beatæ:

Cy giſt Noble Princeſſe Marie de Clermont,
Eſpouſe de Conte Guy de Flandres le Cont,
Dieu le veul benire, en l'an 8. *el veint à mourire.*

Epitaphium MARIÆ ARTESIÆ ſecundæ uxoris nondum reperi, nec locum ſepulturæ, niſi quòd ſchædæ aliquæ velint Bapalmis ſepultam.

Diplomate privilegii Valcutienſis Anno 1328.

JOANNES DE FLANDRIA *primogenitus Joannis Comitis Illuſtris Namucenſium.*

In Diplomate Ogniacenſi ſuper difficultate mtos anno 1310.

Et cùm patri ſucceſſiſſet anno 1330.

JOANNES *Comes Namucenſis.*

Epitaphium in Spaltemenſi Cœnobio Germaniæ:

D *Hic*

Hic ſepelitur Joannes...... Marchis de Nament, mortuus in itineragio Pruſſia, 2. Aprilis anno 1335.

In fœdere anno 1336 11. April. cum Franco.

Guido *Namuci Comes vir Nobilis.*

Sarcophagus ejus in D. Albani ante veſtiarium. Memoria in S. Albano & Salzinis.

Duodecimâ Martii obitus nobiliſſimi Principis Guidonis, filii Joannis Comitis, qui obiit Cum dolore omnium in Flandria anno 1336.

In fundatione Aræ in S. Albano anno 1336.

Philippus *Comes Namucenſis.*

Memoria in Æde Minoritarum Famaguſtæ:

Domicellus Philippus de Namu Comes Regni cum triginta conſanguineis obtruncatus, Sepulturam apud S. Franciſcum majorem Conſecutus eſt anno M.CCC.XXXVII.

In fundatione altaris in S. Petro anno 1347.

Guillaume de Flandres *Cuens de Namur.*

Nonnunquam additis titulis *Sire* aut etiam *Seigneur de l'Eſcluſe.*

In privilegio Namurcenſi anno 1351.

Epitaphium ante aram primariam Eccleſiæ Minorum.

Cy giſt hault & puiſſant Prince de bonne memoire Guillaume de Flandres Conte de Namur & Seigneur de l'Eſcluſe, qui trepaſſa le premier jour du mois d'Octembre ſur l'an de la Nativité de Noſtre Seigneur 1391.

Ibidem Uxoris Epitaphium.

Cy giſt haulte & puiſſante Dame de bonne memoire Madame Catherine de Savoye femme & eſpouſe à ſon vivant de hault & puiſſant Prince Guillaume de Flandres Conte de Namur Seigneur de l'Eſcluſe, Conteſſe & Dame des dits lieux, que treſpaſſa le 18. *jour du mois de Juing l'an* 1388.

In tractatu pacis Gandenſibus datæ per Philippum Ducem an 1383. 18. Decem.

Guillame *filz ayné du Conte de Namur Seigneur de l'Eſcluſe.*

Poſt Sluſæ cum Bethunia permutationem conceptam anno 1384. perfectam anno 1386.

In tranſporto Walcuriæ facto anno 1384.

Guillaume de Flandres *filz de Namur Sr. de Bethune & Montaigle.*

Et interdum poſt ceſſionem Valecuriæ à patre ei factam anno 1384.

Guillaume *Seigneur de Walcourt & Bethune, Filz du Guillaume Conte de Namur.*

In Diplomate quodam anno 1390. pro Jacdincta dato.

Cùm patri ſucceſſiſſet in Comitatum anno 1391.

Guillaume de Flandres *Conte de Namur Seigneur de Bethune.*

In privilegio Namurcenſi dato anno 1392.

Epitaphium in medio Chori Minorum Namurci.

Cy giſt hault & puiſſant Prince de bonne memoire, Monſieur Guillaume de Flandres, Conte de Namur, & Seigneur de Bethune, qui trepaſſa le 10. *jour de Janvier, ſur l'an de grace de la Nativité de Noſtre Seigneur mil quatre cens dixhuict.*

Ibidem Uxoris Epitaphium:

Item cy giſt haulte & puiſſante Dame de bonne memoire, Madame Jehenne de Harecourt, que fut femme & eſpouſe à hault & puiſſant Prince Monſeigneur Guillaume de Flandres Conte de Namur & Sr. de Bethune, Conteſſe & Dame des dits lieux, que trepaſſa l'an 1455. *le* 16. *jour de Febr.*

In Codice Feudorum Pollivacæ ſic vocatur,

Jehan de Flandres *Seigneur de Wynendale & Renaix.*

Cumque vendidiſſet Winedaliam Joanni Duci Burgundiæ anno 1409.

In Diplomate Saliſmontano confirmatio certæ partis ſylvæ anno 1411.

Jehan de Flandres *Seigneur de Bailloeul & Petegem filz au Conte de Namur.*

Cùm fratri in Comitatu ſucceſſit anno 1418.

In Diplomate ceſſionis Comitatus Philippo Bono factæ anno 1421.

Joannes de Flandria *Comes Namurci, Dominus Bethuniæ.*

Sepultus ad lævam Chori D. Albani tali Epitaphio:

Chi giſt Trenoble Conte Jehan de Flandres, qui ceda à le Prince de Borgoigne la Conte de Namur, trepaſſa le premier de Mars l'an 1429. *Requieſcat in pace.*

Nec ſepulchrum nec tabula hæc verba continens extat.

J. B.

GENESIS

PARS SEPTENARII QUINTA,

Ubi Comitum Namurci Propagines, Stemmata, & Affinitates digeſtæ.

STEMMA PRIMUM.

ALdebertus Comes, Uxor Ermeſendis Lotharingica.

Rotbodo.	Albertus, Uxor Reynolda.	Sophia [a] Ornulphi III. Cynecienſis Comitis Uxor, unde Comites deſcendunt..........	Henricus [b] Durbuti Comes, Uxor.

[c] Henricus Rupenſis Comes.	[d] Fredericus Epiſcopus Leodicenſis.	Albertus, Uxor Ida.	Henricus vixit anno 1092.

[f] Mathildis quæ ſuſtulit ex

Werico Domino Valcurienſi,	Nicolao Domino [h] Aveſnarum,

[g] Wericum Dominum Valcuriæ, unde rectâ lineâ Domini Valecuriæ.	Beatricem Dominam Huſaliſiæ, cujus poſteri ibi imperarunt.	Jacobum Dominum Aveſnæ.	Mathildem uxorem Caſtellani Andomaropolis, cujus poſteri Caſtellaniam Guidoni Comiti Flandriæ vendiderant.

Guido, Galterus, Buchardus Archidiaconus Laudunenſis, cujus ex Margareta Flandrenſi poſteritas Hannoniam tenuit & Namurcum arrogavit.

AD STEMMA PRIMUM.

[a] JOannes Daulii in geſtis Comitum Luceburgi & Cyni hanc Sophiam filiam Comitis Namurcenſis uxorem dat Ornulpho III, nec præter eum quiſquam meminit.

[b] Memoriæ omnes hunc nominant: aliqui tamen ſecundum Gerbergæ, quæ matertera hujus Henrici fuit, maritum faciunt Henricum Comitem Durbuti.

[c] Chronicon Leodienſe ad hunc annum nominat eum, ſed non exprimit cujus ſit filius.

[d] Hunc omnes hiſtoriæ filium Comitis Namucenſis faciunt, ſed an hujus Alberti an ſequentis, diſſentiunt.

Mihi æquè libet his ac illis accedere: cauſa tamen cur Fredericum hoc loco poſuerim eſt, quòd in veteri Codice reperiam Alberto huic

filium fuiſſe Fredericum Archidiaconum Leodicenſem, quem puto eundem eſſe cum illo qui pòſt Epiſcopus.

[e] Seriem ſequentem ex Chronico per Gemblacenſes mihi ſubmiſſo deſcripſi.

[f] Hanc aliquot memoriæ filiam faciunt Alberti.

[g] Hunc & poſteros alibi citant Annales Hannoniæ.

[h] Hunc cum uxore & nepotibus nominant Schedæ Cœnobii Lætienſis.

[i] Meierus, & Annales Hannoniæ.

STEMMA SECUNDUM.

ALbertus III. Comes, & Ida Comitiſſa.

- [a] Godefridus, cui uxores
  - [d] Mathildis. 2 Ermeſendis.
    - Alcydis Rogerii Roſſiacenſis Domini Uxor.
    - Iſabella maritum habuit Dominum Antonienſem & Spinetenſem, unde Dominorum ſeries.
      - Reinaldus gener Nicolai Ruminiacenſis, Uxor Juliana.
      - [f] Rogerius Epiſcopus Laudunenſis.
      - Maria Ægidii Cynacenſis
      - Euſalis Philippi Domini Altirinenſis.
      - [e] Mathildis Arnoldi Domini Aldenardæ.
        - Joannes, Uxor Mathildis Traziniaca, Domina Danneux, unde rectà deſcendunt DD. Aldenardæ & Leſſinii & Pameliæ Barones.
- Henricus [b] Canonicus Leodienſis.
- Albertus ex [b] Canonico miles, Uxor vidua [c] Hugonis Comitis Jaffæ, cujus ratione ſecundus fuit Comes Jaffæ.

AD STEMMA SECUNDUM.

[a] NOminatur cum fratribus in diplomate Andennenſi anno 1107.

En nom del ſainƈte Trinité. Henry par la grace de Dieu tierche Empereur des Romains accroiſſans, Cognitte choſe ſoit à tous filz de S. Egliſe, Que Albiert Conte de Namur laiſſles delle loinge deplamƈte de l'egliſe d'Andenne, &c. Les fils de ſuſdit Conte veans, & oyans, & entendans Godefroy, Henry, & Albiert ches choſes ainſi diſpoſées, &c.

[b] Hos ſub Oberto Epiſcopo anno 1102. nominat tabula in choro Leodicenſi affixa.

[c] Teſtis Tyrius l. 14. cap. 25. qui fratrem vocat Comitis Namurcenſis, ſub annum 1120, cùm viveret & regnaret Godefridus. Unde apparet, non eſſe Godefridi filium, quod aliqui putant.

[d] Hanc ſeriem ex eodem Gemblacenſi codice concinnavi, & ſunt qui velint hanc eandem eſſe cum Richilde Comitis iſtius matre Balduini.

[e] Hanc codex præterit, quam & ſtirpem petii ex ſcriptis D. Cronendalii.

[f] Demochares Rogerium de Roſeto 46. Epiſcopum ad annum 1180. nominat tomi 2. cap. 17. folio 28.

STEMMA TERTIUM.

Godefridus Comes, Uxor ſecunda Ermeſendis.

[a] Albertus, obiit puer.	[b] Henricus Comes, Uxor Agnes.	[c] Clementia, Bertholdi Thuringiæ Ducis uxor.	[d] Beatrix Manaſſis Rhetelenſis Comitis.	[e] Aleydis Balduini Hanoniæ.	[i] Agnes Simonis Lotharingiæ Ducis, aut, ut alii, Gelriæ Ducis.

Ex Henrico: [m] Ermeſendis unde Duces Luceburgi deſcendunt.

Ex Agnete: [l] Radulphus Epiſcopus.

Ex Clementia et Beatrice:

Berthulphus Dux	Radulphus Epiſcopus	Manicerius [f] Comes.	Ausbertus Præpoſitus Leodienſis. [f]	Balduinus.	Henricus.	Nupta Hugoni de Petraponte.	Nupta Rogerio Siciliæ Regi.

Ex Hugone de Petraponte: [g] Hugo Epiſcopus Leodien.

Ex Rogerio Siciliæ Rege: Conſtantia [h] Uxor Henrici [h] Cæſaris.

AD STEMMA TERTIUM.

[a] Hunc aliqui Comitem Jaffæ faciunt: malè, ut docui.

[b] Hic cum ſororibus tribus nominatur in fundatione Floreffiæ.

[c] Hanc ſtirpem ex eis quæ refert m.ſ. S. Laurentii Leodicenſium diſpoſui. Ceterùm cùm circa hæc tempora (teſte Henninge folio 133. partis 1. monarchiæ 3 & 4) tantùm Comites Thuringiam habuiſſe videam; aut neceſſum ſecundam aliquam Thuringiam conſtituere, aut dicere Ducem exercitûs Thuringici fuiſſe.

[d] Hunc & aliquos ex poſteris nominat Codex Bronienſis in hiſtoria S. Crucis huc delatæ, cum quo conferendus G. Tyrius l. 12. cap. 1.

[e] Hujus meminerunt Annales.

[f] Hic nominatur in electione nepotis ſui Epiſcopus.

[g] Hujus matrem fatentur chronica filiam Comitis Rhetelenſis.

[h] Henninges folio 1215. tomi 4. conſentit, & matrem ejus ex Rogerio Siciliæ Rege nominat Beatricem filiam Comitis de Rhetelt. Aliter ac Fazelus l. 7. deca. 2.

[i] Hanc Henninges ex Chronico Lotharingiæ filiam facit Erici Comitis Namurcenſis, uxorem Simonis II. Ducis, Radulphi Epiſcopi Leodicenſis matrem, quam chronicon unum Leodicenſe facit matrem Rodulphi ex Comite Gelriæ, quod tamen ego in Gelriæ hiſtoriis non reperio.

[l] Variant ſcriptores in parentibus hujus, idcirco eum bis poſui. Hoc certum, nepotem fuiſſe ex filia Godefridi Comitis Namurcenſis. Roſieres diploma allegat tale: *Simon Dei gratia Dux Lotharingiæ & Marchio, &c. Hinc eſt quod nos & uxor mea Agnes Comitiſſa Namuci & Luceburgi & filii mei, &c. Datum anno* 1183.

Et licèt in numero filiorum non nominet Radulphum, tamen Roſieres ex diplomatibus ait patère hujus eſſe filium. Quod idem ſentit Waſſeburgenſis. Qui & Godefrido Comiti Iſabellam dat filiam nuptam Conrardo Luceburgenſi.

Videndum etiam an ſit & quæ illa Comitis Namurcenſis filia mater ex Comite Gelriæ Adalberonis Epiſcopi Leodienſis, ſi vera refert Chronicon unum Leodicenſe, tacentibus Gelriæ ſcriptoribus.

[m] Hanc ſtirpem pete ex J. Berteis Abbate.

STEMMA QUARTUM.

BAlduinus IV. Hannoniæ Comes, Uxor Margareta.

Balduinus Comes Hannoniæ, Uxor Maria Campana, unde Comites Hannoniæ.	[a] Henricus Imperator.	[b] Joannes.	Philippus Comes.	Yolenthis nupta Petro.	[c] Iſabella Uxor Philippi Pulchri Regis, unde Reges Franciæ.	Sybilla Uxor Gerhardi Luceburgenſis poſt mortem patris.

Philippus Comes.	Robertus Imperator.	Balduinus Imperator, Uxor Martha.	Margareta H. Vienenſis.	[g] N. nupta Galteri Barenſis filio, & iterum D. Montis Acuti.	[h] N. nupta Theodoro Laſcari.	[i] Iole Uxor Regis Hungariæ.

[e] Philippus, Uxor Beatrix filia Regis Siciliæ.

[f] Catherina nupta Carolo Valeſio.

AD STEMMA QUARTUM.

[a] HEnninges fol. 80. malè uxores ei dat filiam Petri Namurcenſis & ſecundam filiam Regis Bulgarorum; & proles ex illa Petrum, Balduinum, Henricam Theodorico Campaniæ Comiti nuptam, ex hac Yolenthem Petro Cortenæo elocatam. Cujus contrarium docet Gregoras l. 4. Ceterùm ut demus eum bis conjugatum fuiſſe, dicendum unà proles ante patrem mortuas fuiſſe ſine herede, & negandum Yolenthem, quæ ſoror fuit, filiam fuiſſe.

[b] Negandum aut Joannem quod memoriæ volunt, aut Henricum quod Henninges & Epitaphium Philippi dicere videtur, Comites fuiſſe, mortuo patre; nihil tamen vetat utrumque patre vivo Comitis titulo uſum.

[c] Æmilius, Paradinus, Belleforeſtus uno ore fatentur.

[d] Oudegerſtius ita ſentit, quam tamen Paradinus uxorem Guiſcardi Domini de Beaujeu facit, (errans in hoc ſolo, quòd Fernandi Comitis filiam faciat, quod temporum ratio non patitur) eam non improbabile hanc Sophiam eſſe.

[e] Ex Gregora in principio libri 5. & Fazelo l. 8. cap. 4.

[f] Teſtis Æmilius, Annales Franciæ fol. 125. & Platina in Bonifacio VIII.

[g] Author Eugeranus de Coucy, quam Belleforeſt malè facit Roberti Imperatoris filiam.

[h] Ex verbis Gregoræ, qui cum ait duxiſſe conſobrinam Roberti Imperatoris, id nonnulli colligunt.

[i] Belleforeſtus auctor eſt, ſed Annales Hungariæ nihil de hac referunt.

STEM-

STEMMA QUINTUM.

GUido Comes, Uxores

Margareta Bethunienſis, Iſabella Lucebụrgenſis.

Margareta Bethunienſis					Iſabella Lucebụrgenſis						
[a] Filii ſex, filię tres in Flādria domi natæ.	[b] è quibus Guido Comes Namurcenſis vocatur, & Joannes Epiſcopus Leodienſis.	Joannes Comes, cui uxores	[b] Guido D. de Richeborc, uxor Alys Henrici Barenſis filia, per quā fuit Comes Cyni.	[c] Henricus Comes Lodi, uxor Margareta Clevenſis.	[d] Margareta cui mariti Alexander filius Regis Scotiæ & Reginaldus Comes Geldrię.	Joanna monialis.	[e] Beatrix uxor Hugonis Comitis S. Pauli.	[f] Catherina uxor Theobaldi Ducis Lotharingiæ.	[g] Philippa ſponſa Eduardi filii Regis Angliæ.	[h] Adela Uxor Joannis Domini de Fiennes.	[i] Yolc conjux Alexandri 3. Scotorum Regis.

[l] Margareta ſecundò genita Roberti Comitis Claromontani.	Maria filia Philippi Artheſii.

AD STEMMA QUINTUM.

[a] HEuterus l. 6. Burgund. Henninges folio 82. & alii.

[b] Author Henninges & fieri potuit Guidonem ante ductam Iſabellam & poſſeſſum Namurcum, uni ex filiis titulum Comitatûs, in quem jus arrogabat, dediſſe.

[b] Ex Meiero ad annum 1303, ubi patrem ait ei aſſignaſſe Comitatum Zelandiæ; & Joanne Daulii, qui ait necatum in oppugnatione Breſſienſi ictu lapidis anno 1310; & litteris diviſionis bonorum ejus inter nepotes datis anno 1347. Sepultus eſt Petegemii.

[c] Ex vita Henrici VII. ubi Comes ſtabuli Imperatoris vocatur, uxorem autem ejus in Clevenſi hiſtoria non invenio. Obiit anno 1339, jacet apud Minores Brugis.

[d] Henninges fol. 159. ex Buchenano, qui tamen vult deſponſatam dumtaxat fuiſſe Alexandro ante patrem defuncto, & Henninges folio 375. de ſecundis nuptiis ejus ex Aquilio: unde Oudegerſt malè eam Reginam Scotiæ vocat & nuptam vult Regi.

[e] Author Henninges, & conſentiunt Annales Artheſiæ.

[f] Idem fol. 90. cùm nonnulli Lotharingici ſcriptores uxorem Theobaldo dent filiam Marchionis Montisferrati.

[g] Ex Polydoro ad annum 1294, qui & ait Regem Franciæ Matrimonium impediviſſe.

[h] Author Waſſeburg, cùm Henninges maritum ejus vocet Regulum Eraſmii.

[i] Meminit Buchenanus, alii tamen Alexandro III. uxorem dant filiam Comitis Druydum.

[l] Annales Franciæ ad annum 1308. addentes procurante Francorum Rege has nuptias initas.

STEMMA SEXTUM.

JOannes Comes, Uxor Maria Arthesia.

- Joannes Comes.[f]
  - Philippus Nothus.
- Guido Comes.
  - Joannes Nothus.[g]
- [a] Blanca, Uxor Regis Norwegiæ.
- Philippus Comes.
- Gulielmus Comes primò [h] gener Comitis Bleſenſis, tum maritus [i] Catherinæ Sabaudæ.
  - [l] Gulielmus Comes maritus primùm Mariæ Barenſis, tum Joannæ Haricurtiæ.[m]
    - N. mortua in infantia.[n]
  - Joannes Comes.
    - Philippus Nothus D. de Duys.[q]
  - Maria.[p]
  - Gulielmus Nothus.[o]
- [b] N. uxor Comitis Viennæ.
- Maria [c] Uxor Guidonis Comitis Bleſenſis & poſt Colini de Brabantia.
- [d] Eliſabeth Uxor Ruperti Bavariæ Ducis.
- [e] Robertus, Uxor filia Alberti Hannoniæ Comitis, & poſtea Iſabellæ Melinæ.
  - [r] Robertus Nothus.

AD STEMMA SEXTUM.

[a] CRrantzius non nominat hanc Blancam, ſed nec uxorem Magni Slnechii Sueciæ & Norwegiæ Regis, qui hoc tempore vixit, unde ſuſpicor eam eſſe.

[b] Ex litteris Comitis Viennæ anno 1359. qui fatetur ſe recepiſſe 8000. libellarum pro dote ſororis Namurcenſis Reguli.

[c] Paradinus & Annales Britanniæ hanc & matrimonia hujus nominant, ſed non addunt cujus ſit filia. Meierus & Monſtroletus faciunt Gulielmi Comitis filiam, Annales Gulielmi ſororem.

[d] Teſtis Munſterus.

[e] Ex Guiſiano & archivo Solerienſi.

[f] Ex diplomate anni 1371.

[g] Ex Jacea.

[h] Jacea ſic refert: Annales generum Comitiſſæ Bleſenſis & Joannis Hannonii conjugum faciunt.

[i] Ex Paradini hiſtoria Sabaudica.

[l] Ex litteris Ducis Burgundiæ anni 1384. jubentis eo titulo concedi ipſi uſumfructum Sluſæ.

[m] Ex litteris anni 1391, quibus aſſignantur ei illo titulo 4000. librarum ſuper Bethunia.

[n] Ex tabula veteri altaris S. Albani.

[o] Ex Annalibus, qui addunt decollatum à Gulielmo II, quòd author fuiſſet matrimonii Mariæ cum Colino de Brabantia.

[p] Hanc Meierus eandem facit cum ſuperiore.

[q] Ex vita Philippi Boni, inter cujus conſiliarios recenſetur.

[r] Interfuit venditioni Comitatus anno 1421.

IN

IN ET DECREMENTUM
Comitatûs Namurcenſis.
PARS SEPTENARII SEXTA.

Incrementum Comitatûs.

UT antiquiora illa & obſcuriora prętercam; invenio Comitatum Namurcenſem, ut nunc eſt, occupare potiorem partem pagi Lummenſis & Lomacenſis, inque illo [a] Walciodorus, hoc [b] Bronium deſcribitur:

Pagi Sabis, in quo [c] Monaſterium S. Fredegundi,

Pagi Muhanienſes in quo [d] Egeſines,

Pagi [e] Darmienſes in quo Flerutum,

Pagi [f] Condruſti in quo Antina.

Contingere aut etiam partem occupare pagorum [g] Tiracienſis, [h] Flamennenſis, [i] Ardennenſis, [l] Thuinenſis, [m] Bellomontenſis, [n] Brabanticenſis, [o] Haſbanienſis, [p] Florinenſis, [q] Foſſenſis.

Qualiter autem hi pagi, quos authoritate Diplomatum ſtatuo, ſiti fuerint, Icon poſtea ſubjiciendus repræſentabit.

Definio autem veteres Comitatus inter Moſam & Sabin Libinenſem, Tyrienſem, Biolenſem, Prizerienſem, Ceſtellanias Walincurtenſem, Floreffienſem, Montis Aquilenſem, Bovinenſem: Sabis, Gerpinienſem: ultra Sabin inter Ornum & Pietonem Comitatus Goſcelienſem, Darmienſem, Marbaſienſem, Caſtellaniam Veteris Villæ: circa Ornum & Mehaniam Comitatus Lernutenſem, & Mehanienſem, Caſtellaniam Mehaniæ: Inter Ornum & Sabin Caſtellaniam Golſinienſem: Inter Mehaniam & Moſam Comitatus Laudenſem, Hungonienſem, Haſbanienſem, Namecenſem, Caſtellaniam Novæ Villæ: Ultra Moſam Comitatus Bellefortenſem, Havelanienſem, Bochenſem, Caſtellanias Andennenſem, Sanſonenſem, Moſanam, Honrenſem, Rendarcenſem, Polivacenſem, Haſterienſem. Atque hæc omnia ſuis locis confirmabo Diplomatibus aut ſcriptis veteribus, quæ fuerunt in tractu illo, qui nunc Namurci Comitatus vocatur, qui qualiter coaluerit, videndum.

[a] Confirmatio Walciodori anno 946. citat.
[b] Confirmatio Bronienſis anno 932. ſic deſcribit.
[c] Citatur in Cameracenſi Diplomate anni 930.
[d] Citatur in Leodicenſi Diplomate anni 1062.
[e] Citatur in Gemblacenſi Diplomate anni 962.
[f] Citatur in donatione Ludovici Regis facta Ebroino Comiti.
[g] Diplomata Lætienſia meminerunt.
[h] Diploma Ludovici Regis ſupradictum.
[i] Diploma Walciodori ſupradictum.
[l] Diploma Lobienſe anni 992. nominat.
[m] Annales nominant.
[n] Diploma Gemblacenſe ſupradictum.
[o] Diplomata Trudonopolis & alia multa nominant.
[p] Florinenſia monumenta nominant.
[q] Nominat Chronicon Leod.

Namurcum veteris Ardennæ partem fuiſſe nemo unquam dubitavit.

Glomerici juriſdictio verſus Ardennam & Durbutum ſe extendit.

Odoarii circa Sabin.

Hidulphi Dynaſtæ etiam latè per Ardennæ ſylvas.

Naymo circa Namurcum & Moſam dominatus eſt, ut puto, tantùm.

Theodoricus verſus Dionantum extendit Imperium.

Almaricus Territorium de Feix cum caſtro Sanſonenſi dotale acquiſivit.

Raginerus Dux & ſucceſſores per Flamennam Condruſtumque imperitarunt.

Gerardus & Beringerus in Lomacenſi plurima poſſederunt, & hic advocatiam Bronienſem acquiſivit.

Robertus Darmienſi Comitatus partem adjecit.

Atque hæc quidem antiquis expreſſi nominibus, deinceps recentibus ſua daturus.

Robertus itaque in Flerucenſi territorio multa acquiſivit, & Veterem Villam cum uxore poſſedit.

Adelbertus cum uxore Thenas & alia Haſbaniæ loca obtinuit, & Bovinienſem diſtrictum recepit.

Rotbodo vicos aliquot in Ardenna & jus ad Comitatum Brugeronenſem.

Albertus II. Advocatiam Waſeggæ & Bronii beneficium Brugeronenſe.

Albertus III. Advocatiam Andennenſem anno 1107.

Virdunenſem Vice-Comitatum, jus in Bulonienſem Ducatum. Anno 1035. Anno 1031.

Godefridus Allodium Floreffienſe, & jus ad Luceburgum. Anno 1018.

Henricus Luceburgum, Rupes, & Durbutum.

Balduinus villas duas in Muhanienſi Comitatu.

Philippus emptione ab Abbate Indenſi trientem villarum de Seille, Sclain, Holſdain. Anno 1209.

Petrus à Roberto de Bioul Nemus Malaniæ Bioli. Anno 1213.

Philippus à Joanne Horion ſylvas circa Moſam, quas nunc Grandepratum habet. Anno 1220.

Balduini tempore nihil acquiſitum.

Guido beneficium Pollivacæ ab Henrico Luceburgenſi, beneficium 100. marcarum in Glennes à Valerano Salzeburgenſi. Anno 1280.

Villam Renais, Horenbecq, S. Cornelis, Brakel, Suerlingen, Waendeke, & Ecceile 4000. librarum ab Abbate Sancti Cornelii. Anno 1283. Anno 1280.

Petegemium ab Arnoldo Domino Ciſonienſi.

Belliolum à Joanne Dampetræo.

Fainiæ Caſtrum ab Ægidio Barlamontano, Anno 1298.

E Præter

Præter varia minoris tituli bona & agros à diverſis emptos, itemque alia quæ liberis primi matrimonii reliquit, in Flandria, &c.

Anno 1285. JOANNES aggeres inter Axelam & Schaffingam, inde nomen Namurci retinentes, reſectos anno 1321.

Sluſam & alia in Flandriis.

Anno 1354. GULIELMUS & mater ejus à Johanne R. Bohemiæ caſtrum Polivachæ cum Præpoſitura, Majoratum de Falize, Forines, d'Auſſaul, de Waing, de Hayn, de Schaltin, de Lignon, de Fallamaigne, de Hammes, de Fecault, de Martin, de Virœul emerunt, & caſtrum Bellefortis ab Ægidio Faucon, Valccuriam à Werico Valcurienſi,

Anno 1363. Anno 1345. A Balduino de Mouſtier & Johanne Eſpangons feuda in Freyres de la Reſpaille,

Anno 1343. Ab Euſtachio de Scraing feudum de Enghefies,

A Joanne Marbais feudum in Bioul,

A Margareta Weſemalia bona in Fleru,

Anno 1370. 1370. 1374. 1375. A Theobaldo de Leſées Advocatiam Luſtinii & Sylvæ Acremontanæ.

Contra Leodienſes per ſententiam Romanorum obtinuit vicos Tamines, Brangnées le Conte, Fontenelles, & Gilliers Mertines, Gerpines, Humignées, Francq Vigniers, Court de Betonſart, Bernieres, Ferieres, Gordines, Somerées, & Fontenelles apud Walcuriam. Sub Flerucenſi. Sub Bovinienſi.

Sub Pollivache, Sub Waſeige, Hemptines, Nettoye, le ban de Sorines de lez Dinant le chaveye, Javeley, Garmes, & Pechetolles, Fumale, Nameſchè.

Velaines & Ramineaul. Sub Viefville.

GUILIELMUS II. Bethuniam.

JOANNES ultimus, Wynedaliam.

Ad extremum ſtructam à Carolo V. arcem Anno 1555. ſui nominis vulgò inter oppida Namucenſia recenſent.

DECREMENTUM
Comitatûs.

PErdidit ea quæ Arduennates aſſervabant circa Ardennam NAYMO.

ALBERTUS III. Bulonium & Virduni Vice-Comitatum.

HENRICUS cæcus Thenas Hasbaniæ, cum aliis ibidem. Anno 1189.

BALDUINUS Luceburgum. Anno 1188.

PHILIPPUS illuſtris Rupes & Durbutum. Anno 1199.

PHILIPPUS à Dolabra quicquid nemoris ultra Anno 1222. Moſam verſus Ardennam uſque ad Archiam ſylvam.

HENRICUS Viennenſis uſumfructum Veteris Anno 1229. Villæ & Golſiniæ.

JOANNES I. Sluſam. Anno 1323.

GULIELMUS II. iterum Sluſam antea recuperatam. Anno 1384.

JOANNES ultimus Wynendale. Anno 1409.

BREVI-

J. B. GRAMAYE

INDEX,

PARS SEPTENARII SEPTIMA.

Nomen.	*Agnomen.*	*Annus obitûs.*	*Locus ſepulturæ.*	*Inſignia.*
GLomericus	Durbutenſis.			
Odoarius	Floreffienſis.			
Hidulphus	Arduennas.			
Martinus	Infelix.	a.710	Neuſtriæ.	
Lampertus	Formidabilis.	778	Methelocienſe Cœnobium.	
Loherus	Superbus.	809	Tolcianum Cœnobium.	Sigillum bipartitum præferens ſcutum cum faſcia, & crucem cum carbunculo.
Fredericus	Saltuenſis.	847	D. Matthæi Treveris.	
Sadigerus	Juſtus.	876	S. Arnulphi Metis.	
Raginerus	Magnus.	916	S. Vitoni Virduni.	
Ricuinus	Virdunenſis.	930	Metis, ut puto.	
Bona	Moſellanica.	....	Virdunum.	Scutum bipartitum ex Franciæ & Lotharingiæ inſignibus.
Carolus	Francus.	1001	Aurelianum	
Ermengardis	Lotharienſis.	1049	D. Mariæ Namur.	
Naymo	Dux.	810	Ayli campi.	
Theodoricus	longimanus.	circa 820.......		
Almaricus	pugnax.	842	D. Virginis Altiſiodo.	Scutum aureum duabus nigris diſtinctum faſciis.
Gerardus	animoſus.	circa an. 900.......		
Beringerus	fidelis.	circa 940.	Bronium ut puto.	
Robertus	Harpax.	....		
Albertus	felix.	998	Bronium aut D. Virginis.	
Rotbodo	perfidus.	1016	Gerpinium Namurci.	Sigillum Equitem tantum prætulit, ſunt tamen qui volunt uſos inſignibus Lotharing.
Albertus	pius.	1067	D. Albani Namurci.	
Albertus	pacificus.	1102	D. Albani.	
Godefridus	Floreffienſis.	1139	Floreffia.	
Henricus	cæcus.	1196	Floreffia.	
Balduinus	animoſus.	1195	D. Waldetrudis Montibus.	
Philippus	illuſtris.	1212	D. Albani Namurci.	Leonis effigiem prætulerunt.
Petrus	Cortenæus.	1221	....	
Philippus	à Dolabra.	1226	Vaucellenſe Cœnobium.	
Balduinus	Conſtantinopolitanus.	1264	Eubæa.	Leonem integrum prætulit.
Guido	Dampetræus.	1305	Felinenſe Cœnobium.	
Ioannes	Polipater.	1330	Pariſiis D. Franciſci.	
Ioannes	Pruſſienſis.	1335	Spaltemenſe Cœnob.	
Guido	Affabilis.	1336	D. Albani Namurci.	Leonem ſed cum faſcia tranſverſa.
Philippus	Tertius.	1337	D. Franciſci Famaguſtæ.	
Gulielmus	dives.	1391	D. Franciſci Namurci.	
Gulielmus	Golſinienſis.	1418	Ibidem.	Faſcia poſt annum 1383. omiſit.
Joannes	infelix.	1429	D. Albani.	

BREVICULUS

Manuſcriptorum Codicum, quibus uſus ſum.

HIſtoria Leodicenſis, Arigeri Abbæ Lobienſis, Anſelmi Presbyteri, & Religioſi Aureæ Vallis, & J. Bruſthemii Scholaſtici, beneficio D. Joannis Curtii Toparchæ Dopeii mihi communicatæ.

Alia Joannis Ultramoſani, per D. Gulielmum Carondeletum Crupeti Toparcham tradita.

Alia ex Cœnobio Gemblacenſi.

Alia ex Trudonenſi.

Alia ex Cœnobiis DD. Jacobi & Laurentii apud Leodios mihi ſubminiſtrata.

Alia ex Bibliotheca N. Boulii Decani ad D. Virginis Namurci.

Hiſtoriam Namurcenſem habui aut potiùs catalogum Comitum,

Ex Gemblacenſi Cœnobio, per J. Libion loci Priorem.

Alexandri Monachi S. Andreæ aliud Chronicon.

Jaceæ Notarii aliud per Decanum Boulium mihi traditum.

Ex Bibliotheca J. Damin Archidiaconi Namurc.

Ex Bibliotheca Reverendiſſimi Namurcenſis aliud.

Ex Bibliotheca J. Aucherii aliud.

Uſus ſum Chronicis Cœnobiorum Provinciæ, & Codice veteri Floreffienſi, ubi per annos multa notatu digna digeruntur.

Uſus ſum Regiſtris monumentorum Comitatûs per D. Lombaerts Penſionarium & alios mihi exhibitis, ex quibus ſunt quæ laudavi paſſim Diplomata Comitum.

His adde Manuſcriptos, quos annotavi in fine Hiſtoriæ meæ Brabanticæ.

Nomina Idolorum Namurci cultorum.

NEptunus ſub nomine Namurci.

Diana ſub nomine Murciæ ibidem, & apud Murcy.

Ejuſdem nomine Dionæ apud Dionantum.

Mercurii ſub nomine Haſterii apud Haſterium.

Ejuſdem incerto nomine in caſtro Sanſonenſi.

Apollinis ſub nomine Arcii in ſylvâ juxta Bioul,

Ejuſdem ſub nomine ſolis in Soliſmontana ſylva.

Veneris ſub nomine Fredæ apud Freyres.

Herculis ſub nomine Walli, id eſt, exteri, apud Valcuriam.

Martis apud Marciam Dominarum.

Jovis apud Ivodium.

Brunehildis in ſylva non procul à Davre, ubi ara hodieque videtur.

Syllabus propriorum nominum in diplomatibus Namurci à me repertorum.

A

A*Ldebertus* idem quod *Albertus*. *Aelbrecht* idem quod *nobilitatem ferens*. Adelbertus.

Albiert vernaculo Sermone idem.

Albero in Diplomatibus etiam, ut puto, idem.

Adela, *Adelheydis*, *Alys* pro *Adelheide*. *Alyt* idem quod *nobilis*.

Arno idem quod *Arnoldus*. *Art* ſonat *tenens Aquilam aut genium*.

B

B*Erno* idem quod *Bernardus*. *Beirnardt* ſonat *urſi genium*.

Beringerus idem quod *Beringarius*.

Baſtinus idem quod *Sebaſtianus*, *Baſtien*.

Bilis idem quod *Sybilla*, *Biel*.

C

C*Olinus* & fortè *Colardus* etiam idem quod *Nicolaus*, *Claes*. Colo.

Clarbaldus idem quod *Clarembaldus*.

Claerbout, idem quod *citò clarus*.

D

D*Ompnus* idem quod *Dominus*.

E

E*Rcembaldus* idem quod *Erboldus*. *Arbout* ſonat *cerebrum velox*.

Ericus idem quod *Henricus*. *Henrich* ſonat *procul divitem*.

F *Fran-*

F

FRanco & *Franiko* idem cum *Franciſco*. *Fraus* ſonat *liberum*.

Frego idem quod *Fredegandus*. *Freigo* idem quod *pacem optans*.

G

GErthardus, *Geraldus* idem quod *Gerardus*. *Gerardt* idem quod *conqueſtor*.

Gozelo, *Godo* idem quod *Godefridus*, *Godefroy* ſonat *bonam pacem*.

Guliermus idem quod *Gulielmus*. *Guillam* ſonat *caſſidem ſylveſtrem*.

Guedericus, *Gualtherus* idem quod ſimilia per V. *Vedericus*, *Valterus*, &c.

H

HAymo, *Haymaricus* idem quod *Almaricus*, *Almaury*.

I

JOle, *Jolendis* idem quod *Jolenthis*, *Jolé*, *alacrem* ſonat.

Irmgardis idem quod *Ermgardis*. *Ermken* idem quod *cuſtos honoris*.

L

LAntbiertus idem quod *Lambertus*. *Lambrecht* idem quod *terram ferens*.

Lietbertus idem quod *Libertus*. *Librecht* idem quod *amico genio*.

Luduvicus idem quod *Ludoicus*. *Lodwick* ſonat *forti cedentem*.

M

MUnicerius idem quod *Manaſſes*. *Menna* idem quod *Amandus*, *Amand*.

N

NOtbertus idem quod *Norbertus*. *Naymo* idem quod *Namanus*. *Niemas* ſonat *novum virum*.

O

OLtbertus, *Oberus*, idem quod *Obertus*. *Obbert* idem quod *ferens Senium*.

Oduarius idem quod *Odilo* vel *Odulphus*.

P

PEro idem quod *Petrus*, *Pierre*.

Q

QUebbo, & *Webbo* idem quod *Wiboldus*.

R

ROtbertus, *Rodbodo*, *Robualdus* idem quod *Robertus*. *Robrecht* idem quod *gloria ferens*.

Raginerius idem quod *Reynerus*. *Reyner* idem quod *caſtæ famæ*.

Reylendis, *Reinolda* idem quod *Reynera*.

Rethulphus idem quod *Rodulphus*. *Roloff* idem quod *juvans conſilio*.

S

STeppo idem quod *Stephanus*, *Steven*.

Sigardus idem quod *Sigerus*, *Seger* ſonat *modeſtum honorem*.

T

THeoduinus idem quod *Dietwinus*. *Ditwin* ſonat *victorem*.

Theodoricus idem quod *Dietricus*. *Dedrick* ſonat *divitem*.

V

VEdericus idem quod *Fredericus*. *Frederich* idem quod *dives pace*.

W

WIltelmus, *Waltermus* idem quod *Gulielmus* & *Valterus*.

Hæc omnia non aſſero ſemper eadem eſſe, ſed duntaxat hoc contendo, docere me poſſe, apud Namurcenſes ferè eadem fuiſſe.

INDEX BELLORUM,

Quibus Namurci Comites aut inter aut præfuerunt, deſignante numerorum primo paginam, ſecundo columnam, tertio lineam.

A

ANglicum. paginâ 22. columnâ 1. lineâ penultima.
Avenionenſe. pag. 20. col. 2. lin. 32.

B

BArenſe. pag. 19. col. 2. lin. 45.
Brabanticum. pag. 17. col. 2. lin. 43. & pag. 18. col. 1. lin. 5. & pag. 19. col. 2. lin. 27. & pag. 20. col. 1. lin. 4. & pag. 22. col. 1. lin. 52.
Brugeronenſe. pag. 15. col. 2. lin. 6.
Bullonienſe. pag. 16. col. 2. lin. 10. & pag. 17. col. 1. lin. 56.

C

CAmeracenſe. p. 22. col. 2. lin. 23.
Calitenſe. pag. 22. col. 2. lin. 49.
Campanum. pag. 15. col. 2. lin. 56. & pag. 18. col. 2. lin. 15. & pag. 19. col. 1. lin. 22.

D

DYrachienſe. p. 20. col. 2. lin. 6.

F

FRancicum. p. 15. col. 2. l. 38. & p. 20. col. 1. l. 16. & col. 2. l. 28. & p. 21. col. 2. l. 49. & p. 22. col. 1. l. 36. & col. 2. lin. 29.
Flandricum. pag. 16. col. 1. lin. 42. & pag. 19. col. 2. lin. 28. & pag. 20. col. 1. lin. 37. & col. 2. lin. 5. & 41. & pag. 21. col. 1. lin. 54. & col. 2. lin. 11. & pag. 22. col. 1. lin. 17. & pag. 23. col. 1. lin. 1.
Fontenellenſe. pag. 14. col. 2. lin. 1.
Florinenſe. pag. 15. col. 2. lin. 24. & 52. & pag. 17. col. 2. lin. 13.

G

GErmanicum. pag. 15. col. 2. lin. 2.
Gelricum. pag. 20. col. 1. lin. 6.
Gemblacenſe. pag. 15. col. 1. lin. 4.
Grimberganum. pag. 17. col. 1. lin. 50.

H

HAnnonicum. pag. 21. col. 1. lin. 15. & col. 2. lin. 2. & 41. & pag. 22. col. 1. lin. 1.
Huyenſe. pag. 15. col. 1. lin. 31.
Haſterienſe. pag. 16. col. 1. lin. 16.
Hogardenſe. pag. 15. col. 2. lin. 13.

I

IMperatorium. pag. 14. col. 2. lin. 16. & 38. & pag. 15. col. 2. lin. 2. & pag. 16. col. 1. lin. 3. & pag. 20. col. 2. lin. 11.

L

LEodicenſe. pag. 15. col. 2. lin. 14. & pag. 16. col. 1. lin. 21. & col. 2. lin. 30. & pag. 17. col. 1. lin. 56 & col. 2. lin. 25. & 36. & pag. 19. col. 2. lin. 29. & 58. & pag. 21. col. 2. lin. 40. & 58. & pag. 22. col. 2. lin. 35.
Limburgenſe. pag. 18. col. 1. lin. 11.
Luceburgenſe. pag. 19. col. 2. lin. 56. & pag. 20. col. 2. lin. 17. & pag. 21. col. 1. lin. 12. & 47. & col. 2. lin. 47.
Lotharingicum. pag. 16. col. 1. lin. 27. & 51.

M

MEchlinienſe. pag. 22. col. 2. lin. 53.
Muhanienſe. pag. 20. col. 1. lin. 7.

N

NOrmannicum. pag. 14 col. 2. lin. 20.
Namurcenſe. pag. 18. col. 2. lin. 13. & ſeqq. & pag. 20. col. 2. lin. 58. & pag 21 col. 1. lin. 44. & pag 22. col. 1. lin 12.
Rupefortenſe. pag. 18. col. 1. lin. 18.
Rouchevallenſe. pag. 14. col. 1. lin. 32.
Rhetelenſe. pag. 19. col. 2. lin. 20.

S

SAcrum. pag. 22. col. 1. lin. 56. & col. 2. lin. 14.

T

TRudonenſe. pag. 16. col. 2. lin. 28.
Treverenſe. pag. 17. col. 2. lin. 56.

V

VIrdunenſe. pag. 16. col. 1. lin. 48.

J. B. GRAMAYE

HISTORIÆ NAMURCENSIS

TOMUS SECUNDUS.

In quo breviter Antiquitates Urbis & Comita-
tûs Namurcenſis deſcribuntur.

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE

CAROLO EGMONDÆ COMITI,

Gaveræ Principi, alibi & alias Baroni & Dynaſtæ, Equiti Aurei Velleris, Urbis Provinciæque Namurcenſis Gubernatori, Domino & Mœcenati ſuo.

QVercus Deorum laurus Dearum Patrem coronat, placet Veneri myrthus, placat equus Neptunum : & ideo coronat, placet, placat, quia eorum hæc ſunt munera aut inventa; & ideo inventa, quia natura, qualitas, habitudo utrorumque ferè conveniunt. Namurcum ego tibi, Illuſtriſſime Comes, *poſt Principem & Ordines, imò loco Principis & inter Ordines primo obtuli : & ideo tibi, quia illud tuæ deditum gloriæ, debitum virtuti, creditum fidei; & ideo deditum, debitum, creditum, quia ejus conditio virtuti tuæ, virtus naturæ tuæ, natura fortunæ tuæ maximè cenſeatur convenire. Regis Comitatum Comes, Principatum Princeps, Nobilem Nobilis. Repetit Namurcum gloriæ ſuæ fundamenta à Bavariæ, Vos à Friſiæ Regibus : & quod illi Naymo, Vobis præſtitit Adgyllis, eo felicioribus, quòd per maſculam ſtirpem Illuſtriſſimam annos propemodum mille propagaſtis, emenſique potiores Bataviæ titulos, Geldriæ coronam, Flandriæ gemmas, Hannoniæ decora veſtris inſerentes capitibus, raro ſucceſſionis tam continuatæ exemplo perſeveratis. Namurcum ſex produxit Cæſares. Vos totidem Aurei Velleris Equites : Illud, licet omnibus bellis in anniverſariam quodammodo calamitatum veniens communionem, tamen magno ſemper & erecto in Deum & Principes animo & fidelitatis ab antiquo laudem ſibi tribuit, & quod è primis Reg. Cath. Majeſtatis, poſt flebile Belgii naufragium, ad aſylum portumque appulerit, honorem ſibi deberi gratulatur : Tu aliquanto major ab iiſdem virtutibus redis, qui fidem Regi & Religioni ſemel datam, ratam habuiſti ſemper, caputque ſupra fortunæ nymbos, bellorum nebulas, temporum nubes in ipſum dirigens melioris famæ tabernaculum gloriam paucis communem reportaſti. Et quod aliis genus, gratia, fortuna, ſola hoc tibi (ut cetera deeſſent) ſola virtus ſplendidum Illuſtris familiæ ſcrinium habitans ſubminiſtrat. Illuſtris familiæ dico, de qua tamen hic nihil dicam, dicturus ampliter, ubi me hiſtoriarum curſus in Gaveram aut Egmondam detulerit. Virtutis hic locus, cui hæc mea ſervit ſcriptio, ſubſervit Namurcum. Delitias humani generis vocabant vulgus eum, qui Principis eſſe ut dicebat, ita docebat, neminem à ſe niſi lætum dimittere. Speculum Imperatorum vocarunt hiſtorici eum, qui indignum reputabat, Principem ſubditis ſuis ulla in re laudabili eſſe inferiorem. Utrumque ego jure de Te dixero,* Illuſt. Princeps, *qui eruditione, eloquentiâ, peregrinatione, rerum uſu, prudentiâ, virtute, & quicquid aliorum in Principem cadere ſolet imò poteſt, tantum profeciſti, ut palmam præripias quibuſvis, & nihil non in Te Principes admirentur, populus amet, omnes laudent. Ita vivis & vives longo patriæ bono. Ita vovet*

Tuus, Illuſtriſſime Comes,
Æternùm cliens
J. B. GRAMAYE.

AD AMPLISSIMUM INCLYTÆ URBIS NAMURCENSIS SENATUM.

ECce Namurcum labore & calamo meis, Typo & prælo alienis ſcriptum, Favore & auxilio veſtro concinnatum, Ære etiam veſtro in æs inciſum, Cenſurâ etiam veſtrâ IV. Eidus Sex. munitum : Cùm ſcilicet Adverſaria, Schedas, Collecta mea, cum Archivis, Schedis, Codicibus veſtris, quâ eſtis humanitate, & in litteras benevolentiâ, & in Patriam amore, contuliſtis, pleno probante Senatu. Quo ego nomine gratias debeo & ago, Deumque præpotentem plenâ voce rogo, Vos nobilitate, prudentiâ, induſtriâ Magnos magnæ Reipublicæ neceſſarios Diu ſervet, conſervet, præſervet.

Factum votumque Lovaniæ
ad Tylam ab J. B. G. P. H.

J. B. GRAMAYE
HISTORIÆ NAMURCI
TOMUS SECUNDUS,
In quo breviter Antiquitates Urbis & Comitatûs Namurcenſis deſcribuntur.

SECTIO I.

Nomen.

NOmen hujus Urbis primò [a] Sedroch à conditore, mox [b] Nemetocennam à Nemetum ad Sabin colonia, denique Namurcum fuiſſe volunt. Poſterius quod remanet nomen variè legi ſcribique veteribus obſervo: [c] Mamutum, [d] Namucum, [e] Neumurciam, [f] Namurtum, [g] Namurram, [h] Namurcum, & Gallis Namu, Namur, Teutonibus Namen, Germanis Nhemen. Originationem & etymon aliter alii deducunt. Scriptorum pars ſanior reſtauratæ per Romanos aut certè Francos arci à [i] novo muro nomen hæſiſſe credit. Memoriæ aliquot inde dictam volunt, quòd juxtà Moſa Sabin accipiat. Nec deſunt [l] qui à Naymone Duce nuncupatum, aut idolis Nam & Murcia. Annales [m] à ſilentio Deaſtri Nam, Namuti appellationem induiſſe opinantur. Ego in tanta antiquitate nihil definio, ſatis habens ſcripta & ficta ab aliis recenſere, & Lectori judicium ſuum relinquere.

a Lucius in vita quarti Regis Tungrenſis.
b Heuterus l. 2. cap. 16. de veteri Belgio.
c Harigerus in vita D. Materni.
d Sigibertus ad annum 1095.
e Gulielmus Armoricus.
f Robertus continuator ad annum 1118.
g Hubertus Leodius.
h Vide titulos Comitum tomo 1.
i Divæus lib. 2. Antiquitatum Nieu-muire id ſignificat.
l Chronica Leodicenſia.
Nomen ſonat accipere.
m Leodicenſes c. 21.

SECTIO II.

Origo.

ANte urbem caſtrum fuit, ſive illud ab [1] Aganippo Belgarum Rege, ſive à Burdegale Gallorum [2] Duce, ſive à [3] Cambrone Tongrorum Principe, ſive à [4] Claudio aut Calo Romanorum Cæſaribus, ſive ab [5] Anthonio Auguſto, ſive ab Alberone [6] Clodii Criniti Francorum Principe, ſive à [7] Naymone Bavarorum Duce (omnia enim hæc ſcribuntur) factum, refectum, perfectumve.

Auctores harum opinionum laudavi in Hiſtoria.
1 Sub Salomone.
2 Ante Chriſtum anno 200.
3 Ante Chriſtum anno 150.
4 Ante Chriſtum anno 23.
5 Ante Chriſtum anno 152.
6 Ante Chr. 466.
7 Ante Chr. 900.

Cùm autem legamus *Pipini Ducis victoria apud arcem Namurci*, Abbatiam Bronienſem *in vicinia caſtri Namurcenſis* ſitam ſcribi, diſcimus caſtri appellationem ferè uſque ad annum 1000. in uſu & ore fuiſſe. An autem caſtrum tamdiu ſolum fuerit, an caſtri nomine, quod frequens, urbs etiam intelligatur, non definio. Annales urbem volunt ſub tempora natalis Dominici latè ſe ultra montem Campiliæ & uſque ad vallem nemoris Marlaniæ, loco qui hodièque veterum mœnium nomen ſervat, ſe extendiſſe.

Sigibertus ad annum 689.
In diplomate Otonis dato anno 912. pro Bronienſi Eccleſia.
Codex S. Laurentii hæc fusè recitat.
Champeau.
Les vieulx murs.

SECTIO III.

Incrimentum primum.

CAium autem Caligulam aut Claudium Cæſares oportuniori loco in proximam & ſubjacentem rupi vallem oppidum tranſtuliſſe. Secutos Comites & Principes etſi non dubitem aut muniiſſe aut auxiſſe, aut deſtructam urbem reparaſſe; tamen quia certi nihil apud ſcriptores invenio, rem in medio relinquam: & ſtatuam primum urbis ambitum intra Sabin & Moſam ad radices rupis, in qua caſtrum. Portarum extant monumenta quæ erant pontis Sabini, pontis Moſani Burdealenſis & Heremi.

Indiculus D. Archidiaconi Dawin Anno Chriſti 39.

1. Aquis dejecta demùm reparata eſt. [a]
2. Fornicato opere renovata legitur. [b]
3. Similiter ſpecioſiore modo refecta. [c]
4. Locus adhuc cernitur.

a Anno 1410.
b Anno 1364.
c Anno 1409.
Ex rationibus oppidi.

SECTIO IV.

Incrementum alterum.

PRoducta deinde Pomœria ultra Sabin ab Alberto I, quod arbitror, ita ut mœnibus concluderentur Hoſdaniæ, Oultremontii, Seranii Toparcharum domicilia & locus S. Remigii, in cujus aditu porta de *Caius* appellata, & juxta foſſæ de *Flous* extant adhuc murorum reliquiæ. Inque foſſis nunc hoſpitium Domini Deſclay & ædificia nova circa hallam extructa ſunt frumentariam, & occupabant medietatem

Codex D. Crupetenſis hæc deſcribit ſub annum 1000.
Port Gayet.

vici

vici Vivorum uſque ad molendina Sabis. Portæ erant imò ſunt adhuc *Hoyolenſis* à rivulo & loco ſuburbano dicta, quæ renovari cœpta anno 1314, perfecta iterùm anno 1393. Saynealenſis correſpondens Sanſonienſi, quæ novo opere refecta. S. Albani, quæ retrò ædem illius Divi (quam alii ab Alberto II. volunt incluſam mœnibus) impetu aquarum dejecta, pulchriori pegmate reſtituta. Ceterùm quando præcisè cœpta & perfecta hæc oppidi augmentatio, necdùm ſcire mihi contigit, certus ſub Alberto II cœpiſſe & perfectam fuiſſe. Non quòd aſſeram tum mœnia perfecta, ſed foſſas duntaxat cum portis; cùm legam, muros ductos à ponte Moſæ ad portam Jambenſem, à turri de Miruoart ad Hoyolenſem. Et inde uſque ad Fanum Divæ Virginis. Denique circa D. Virginis & Saynealenſem.

La rue des Vifs.
Port d'Hoyoul.
Ex rationibus oppidi.
Anno 1393.
Anno 1064.
Anno 1409.
Anno 1213.
Ex diplomate anno 1213, ubi S. Albanus citatur in oppido.
Anno 1364.
Anno 1385.
Anno 1386.
Anno 1393.

SECTIO V.

Ultimum Incrementum.

ULtimum oppidi incrementum cœpit aucto mirum in modum incolarum numero, concluſâ mœnibus, quam jam inde Comites libertate & privilegiis donaverant, novâ urbe. Cujus portæ *D. Nicolai* à parochia vicina, turri altiori ornata elevataque: *Sanſonenſis* à caſtro ad quod ducit, ſimiliter excelſiori ſcemate adornata: *Entreuxenſis* à cavitatibus dicta, etiam ſub idem tempus exaltata. Cœptum quidem erat partim aquis partim bello deformatas veterum murorum partes reficere antea: ſed novo conſilio reperi cœptum fodi ad producendum pomeria. Et quidem inter ſecundam & tertiam portas factos muros. A tertia uſque ad turrim monetariam, & ſic deinceps. Ita ut omnia facta refectaque fuerint ad annum 1470. Porta autem versùs Gryſeas Sorores poſterior eſt à Theodorico Hannon Conſule renovata.

Anno 1417. & 1423.
Anno 1413.
Anno 1418. & 1425.
Anno 1410.
Anno 1414.
Anno 1417.
Anno 1439.
Anno 1579.

SECTIO VI.

Ornatus exterior.

DIctus Hannon propugnacula plura, quæ hodièque conſpiciuntur, ad portas aliquot aut fecit aut refecit. Illud quod majus vocant factum anno 1505. Ad decus urbis faciunt turres, pontes non contemnendi. Quorum hi præcipui: Pons Sabis ab Alberto I. ſtructus, poſt inundationem refectus anno 1409. Pons Moſæ, ut aiunt, à Burgalo illo fabuloſo ſtructus, aliquoties reparatus anno 1409, 1452. & 1505. Pons ad Herbattas refectus anno 1505. Lapideus juxta D. Virginis. Qui ad portas S. Albani & Hoyolenſem. Turris S. Servatii erigi cœpta. Vicina portæ Hoyolenſi. Quæ retro domos d'Acoſſe & Sallet. Quæ nunc cis domum Croyacam. D. Joannis ſive magna ad Sabin. Quæ ſupra Moſam cœpta. Haſterienſis & Mohoienſis dejecta. Maſſanienſis & Dodanenſis perfectæ. S. Georgii apud Hoyolenſem. Quæ juxta portam Bouletenſem. Et aliæ ſub idem tempus. Omnibus in numerum venientibus, licèt vulgò ſeptem habere dicatur portas, tamen minoribus non omiſſis portas habere dignoſcitur ſex, turres in mœnibus undecumque triginta quatuor, plateas ..... fora rerum venalium quinque, pontes quatuor.

Anno 1481.
Anno 1393.
Anno 1385.
Anno 1386.
Anno 1393.
Anno 1409.
Anno 1447.
Anno 1405.
Anno 1410.
Anno 1425.
Anno 1475.
Anno 1456.

SECTIO VII.

Caſtrum.

PRæcipua ejus opera hæc ſunt. Caſtrum quod magnis & diverſis gloriatur authoribus, in edita rupe loco naturæ genio admodum munito ſtructum, turrim habet in editiori montis cacumine, quam Burgedalenſem vocant, & alteram habuit pronuper ſub & à Carolo V. deſtructam Gayettæ nomine. Et volunt illam Burdegalis, de quo dixi in hiſtoria, hanc Caii Cæſaris eſſe opus & monumentum. Qualiter auctum munitumque fuerit caſtrum, apparet, tum ex ſtagno quod in ejus altiori parte conſpicitur, demum ex muris qui tempore Maximiliani facti monſtrantur. Propugnacula duo majora per Seneſcallum Hannoniæ tum præfectum perfecta, quæ cum murorum parte ruinam minitantia, Dynaſta Barlemontanus reficienda curavit. Horologium quod in caſtro eſt, factum cum campana barmali. In caſtro hoc Namurci Principes inaugurari antiquitùs, habitare, Comitia celebrare, Legatos excipere ſolent.

Bourgal.
La Gayetta anno 1533.
Vide hiſtoriæ cap. 2. & 3.
Ex Commentario D. Cronendalii.
Anno 1542.
Anno 1555.
Ex inſigeibus ejus in muro.
Anno 1423.
Diarium D. Gropet.

SECTIO VIII.

Opera Urbis.

AD uſus oppidi publica ædificia ſunt. Curia ubi Senatorum tribunal: Quod antiquitus in caſtro opinor fuiſſe, poſtea Capitulum D. Albani *ad petitionem Villici & Scabinorum Namurcenſium conceſſit, ut ſuper allodium ſuum quod eſt juxta ſanctum Remigium appentitium quoddam facerent, ſub quo propter injurias aëris planta ſua quietiùs agere poſſint.* Sed cum creſcente incolarum numero minus capax hic locus videretur, domum ampliorem in foro maximo ab Archimandrita Bronienſi coëmerunt, quam pulchro opere extruxerunt, & nuper domos ejus proſpectum impedientes amoverunt.

Anno 1213.
Ex diplomate dato in Capitulo anno 1213.
Anno 1552.
Anno 1578.

Halla frumentaria vetus per Chriſtophorum Geiffier refecta. Macellum ſuperbo opere ad ripas fluminis ornatum. Curia Provincialis Conſilii ex ædibus Domini de Waiguy Prætoris Urbani erecta. Palatium ex clauſtrorum D. Albani parte ſub Burgundiæ Principibus conſtitutum. Præcipuæ in oppido viæ publicæ lapidibus ſtratæ. Viridaria ſunt ad ambulationes oportuna duo maxima, quæ Herbattas vocant. Sunt denique hoſpitia præcipuarum in vicino Abbatiarum magnifica. Denique nobilium primæ notæ domus ſunt. Ita invenio Croyacam, Davrianam,

Anno 1560.
Anno 1510.
Anno 1353. & 1364.

Sponti-

Spontinenſem, Marbaſienſem, Crupetenſem, Eſcluyenſem, Virſlebiam, Oultremontanam, Duyenſem, Divianam nominari.

SECTIO IX.

Calamitates.

A *Peſte* damnum ſenſit Urbs notabile, cum tanta luis contages fuit, ut ſchola Mariana in cæmeterium converteretur. Iterumque cùm abſumpta ſcribantur 25000, non parvo multitudinis civium argumento. Denique poſt cladem Gemblacenſem laboratum. *Ab aquis.* Cùm pons Moſæ disjiceretur. Cùm molendinum Sabis cum Sacello dejectum. Cùm exundans Hoyola pontem ſuum excuſſit. Cùm intumeſcens flumen ad medium oppidi uſque pervaſit magno civium malo. *Ab igne* qui fortuitò plus 100. domos abſumpſit. Et iterum in arce magno damno fuit anno 1509.

Anno 1400. Ex litteris hac de re datis 5. Maii.
Anno 1455.
Ex Chronico Gemblacenſi. Anno 1578.
Anno 1175. Ex inſcriptione portæ apud Gryſeas.
Anno 1410. Ex tabula dedicationis Sacelli.
Anno 1505. Ex inſcriptione crucis lapideæ in ponte.
Anno 1147. Ex inſcriptione lapidis ad muros portæ ...

SECTIO X.

Seditiones.

AB hoſte domeſtico de ſeditionibus malum obvenit. Aliquoties tempore Henrici cæci contra Balduinum Hannoniæ Comitem. Denique cùm irritati contra Martham Imperatricem Henricum Luceburgenſem advocarunt, & eam ejecerunt. Iterum cum ob gravamina ſolito majora quidam novis rebus ſtudentes, junctis ſibi 4. paribus provinciæ, de alio Comite eligendo conſilium inierunt, ſed mox authoribus mulctatis ſedatur per Comitem tumultus. Ampliùs cùm eadem propter exaſperati cives, abſente Comite, arcem & in ea liberos ejus obſidere non vererentur, Comes ab Hoyenſibus Spontinum tum obſidentibus opem petit, ſed negatam: quam impetrat à Loſſenſi Regulo. Qui ſemel iterumque urbem oppugnans metu anxios coëgit Comiti ad pedes accidere. Arbitri Comes Loſſenſis, Joannes Bellemontii, Joannes Crepicordii, Gerardus Sottegemii, Juſtinus Ligniaci dynaſtæ in rebelles animadverterunt, & juſſa civitas ingentem pecuniæ ſummam pendere. Deinceps factioſi quidam contra jus Comitis quædam machinati ſimiliter in ordinem redacti ſunt. Nec multo pòſt junctis capitibus quidam novarum rerum cupidi, neſcio quid molientes, Roberto Bellefortenſi Domino ſe credentes, Comiti ſunt conciliati.

Controverſias etiam urbs habuit cum Cœnobio Salzinenſi, cujus fundum ſibi arrogabat, ſed compoſitæ res.

Poſt annum 1180. Vide hiſtoriam cap. 7.
Anno 1256. Vide eandem c. 9.
Anno 1293. Ex litteris compoſitionis datis Mercurii poſt feſtum S. Nicolai.
Anno 1313.
Ex litteris datis hac de re Sabbatho ante Exaltationem S. Crucis.
Anno 1352. Ex datis Martis poſt Andreæ.
Anno 1371. Ex datis 20. Januarii.
Anno 1180.

SECTIO XI.

Oppugnationes.

AB hoſte externo, Urbi malè fuit. Cùm oppugnata Arx à Geſtemaro, à Pipino recuperata. Cùm à Barbaris Normanniſque tentata Gerardo Comite reſiſtente. Cùm obſeſſa Urbs & capta cum caſtro à Balduino Hannone, jus ſibi in Comitatu debitum negari indignante. Cùm alter Balduinus Imperator à ſorore detentum expugnaret. Cùm advocatus à civibus Henricus Luceburgenſis Marthæ Imperatrici fruſtra ſe opponenti caſtrum eripuit. Sed mox Guidoni Flandriæ Regulo traditum. Cùm illud Toparcha Raveſteinii capto apud Brugas Maxæmiliano Cæſare occupavit, ſed cedere & reddere coactus ab Ordinibus Provinciæ, qui de repente Valhainii Dynaſtam Balivum ſuum advocantes cum exercitu obſederunt, & ad deditionem compulerunt. Tentatum à Martino Roſſemio, ſed à Gubernatore inſigniter munitum defenſumque. Deditum Joanni Auſtriaco Belgium tum procuranti, qui hinc militem ſuum in Brabantiam eduxit.

Sub an. 700. Author Sigibert.
Anno 886. Vide Hiſtoriæ cap. 5.
Anno 1188. Refert Guilielmus.
Anno 1237. Teſtis Oudegerſt.
Anno 1256. Teſtis J. Bertels in Luceburgicis.
Anno 1488. Feſto Aſſumptæ Virginis. Heuterus in geſtis anni.
Anno 1542.
Anno 1577. Vigilia D. Jacobi.

SECTIO XII.

Rara quædam.

RAra quæ Namurci evenerunt ſunt. Cùm panis ſub cinere coctus ſanguinem ſtillaret. Cùm femina infantem bicipitem peperit. Cùm altera uno partu 7. maſculos edidit, quorum 6. ſupervixerunt. Cùm cervus pulcher per medium forum in ædem D. Virginis venit.

Anno 1095. Ex Sigiberto
Anno 1118. Ex Roberto continuatore.
Anno 1217. Ex Bruchei l. 1. c. 6. mirabilium.
Anno 1360. Ex Indiculo veteri

SECTIO XIII.

Domini, Majores, & Directi Namurcenſium.

AD Civitatem & Rempublicam gradum facio. Et quidem inter Dominos primum facio Cæſarem. Cujus Beneficiarios fuiſſe veteres Comites, etſi non dubitem, tamen quia nihil certi hac de re traditum, ordiar à Balduino, qui Beneficio Henrici V. primus Marchio fuit. Secuti eum Comites apud Cæſarem non ſunt profeſſi clientelam. Gulielmus videtur morem revexiſſe, qui Carolo IV. Cæſari juramentum præſtans, nova quædam ab eo conſecutus eſt privilegia. Nec invenio poſt eum ullos Imperatori juramentum dixiſſe. Secundum pono Franciæ Regem, cujus fiduciarii clientes fuerunt Comites uſque ad tempora Caroli Magni. Tertiò Lotharingiæ Ducem, cujus poſtea ſubditi fuerunt, cùm legamus Gerardum Namurcenſem inter Comites Lotharingiæ, Suentebaldo rebellare, deinde videamus Albertum I. vocari *Lotharienſem* abſolutè. Denique cùm legamus Henricum Lotharingiæ & Brabantiæ Ducem Cæſari Balduinum Marchionem appellanti reſtitiſſe, quòd diceret non licere intra limites Ducatus ſui novam erigere dignitatem, ſe invito. Quartò pono Comites Hannoniæ & Flandriæ, quorum Feudatarii fuerunt Comites, ex lege quam Philippo minorenni filio præſcripſit Balduinus pater. Factum id quidem tum à Philippo, qui Comitatum ſuum è fratris Balduini

Diploma Cæſaris datum Vigiliâ D. Martini. Anno 1188.
Diploma datum Ind. 15. 15. Cal. Februarii. Anno 1368.
Author Franciſcus Roſieres,
Teſte Codice D. Albani,
Teſte Waſſeburgenſi.
Author Guiſianus & Meierus,

manu ſuſcepit; ſed an à ſucceſſoribus ſervatum, dubito. Certus Joannem Aveſnenſem Hannoniæ Comitem, eo quòd Balduinus Imperator beneficium tempori profeſſus non eſſet, à Gulielmo Rege Romanorum per ſententiam obtinuiſſe Namurcum. Amplius tituli & ſententiæ hujus vigore idem Comes Namurcum oppugnaturus, convenit cum Luceburgenſi, contentus ſi is clientelam profiteretur. Succeſſor hujus Guido recuſavit, licèt juſſus à Cæſare, Namurcum ab Hannone, quem ſe (erat enim Flandriæ inſuper Comes) inferiorem judicabat, relevare; filius tamen Guidonis à Gulielmo Hannone Comitatum ſuſcepit, idque ut à ſucceſſoribus fieret, decrevit. Sed an factum Ignoro. Certè non à Gulielmo Comite factum, qui Cæſarem agnovit, eique Sacramentum dixit. Quinto loco ſint Duces Namurcenſes, cujus generis duos reperi in geneis Comitum Hanavienſium. Sed opinor vocari Duces, quia aut in bello aut alibi Ducis dignitatem habentes Namurco præfuerunt.

Anno 1245. Diploma Moguntiæ datum citat Meierus

Anno 1258.

Author Meierus & Bertels.

Anno 1283.

Anno 1307.

Ex diplomate dato Aquiſgrani. Anno 1362. Apud Henninges fol. 449.

SECTIO XIV.

Principes Namurci.

SExtò Marchiones ſtatuo. Qui licèt vulgo ſcribantur Namurcum tenuiſſe à tempore Naymonis, uſque ad Ermengardis Lotharingicæ cum Namurcenſi Principe matrimonium; tamen inchoare libet eos ab ævo Balduini Hannonis, qui ab Henrico V. *Marchio Namuci & Princeps Imperii* eſt renuntiatus. Quem titulum ſolum ſucceſſores uſurparunt, ferè, niſi quòd Balduinus Imperator Comitis titulum ſubinde inveniatur adjeciſſe. Poſt Guidonem autem video vulgariter omiſſum Marchionis nomen, niſi cùm præſente Cæſare res actæ ſunt. Septimi ſint Comites, quo nomine ſolo ab omni antiquitate uſos invenio Namurci Principes, & poſt Guidonis, ut dixi, ævum reſumpſiſſe video, poſt-habito Marchionis vocabulo. Omitto hìc Flamines, Dominos, Præfectos, & Prętores Namurci ferè fabuloſos, de quibus in hiſtoria. Comites fuêre primùm è Romanis. Demùm è Francis Alberone natis. Poſtea è Durbitenſium Dynaſtarum ſtirpe. Tum ex Ardennæ & Moſellanis Dominis. Denique è Bavaris aut veriùs Francis. Tandem ex Hannoniæ Comitibus. Mox è Flandriæ Regulis. Tandem ex Burgundiæ Ducibus. Ad extremum ex Auſtrię Archi-Ducibus.

Anno 1188. Hæc vide in tomo 1. intitulis Comitum.

Capp. 1. 2. 3.

Uſque ad annum 400.
Uſque ad annum 600.
Uſque ad annum 700.
Uſque ad annum 780.
Uſque ad annum 1188.
Uſque ad annum 1258.
Uſque ad annum 1429.
Uſque ad annum 1478.

SECTIO XV.

Palatinæ Dignitates.

POſt & infra Comitem conſtituo triplici ſerie Officiarios Comitis; Comitatus, oppidi. In prima erunt *Magiſtri Palatii*. Quâ dignitate functos invenio Marbaſios, & neſcio, an eadem ſit cum munere *Comitis Stabuli*, quo etiamnum Marbaſii gloriantur. *Mariſcallus & Seneſcallus*: qualis fuit Clarebaldus Alterinenſis. *Dapifer*: quo titulo gaudent Balaſtrię Toparchę. *Dapifer ſuperior*: qualis fuit Philippus de Fumale. *Camerarius*: qualis Joannes de Goſue, nunc Dominus de Scence. *Magnus Venator*: quo titulo uſi Auriani, nunc Gubernator jure gaudet. *Signifer* Provinciæ: qualis fuit in bello Brabantico Joannes Oultremontius. *Archicapellanus*: qui eſt Prępoſitus S. Petri jam inde à Philippi Comitis ævo. *Archiconfeſſor*, jam inde à Godefridi tempore Comitis, Abbas Floreffienſis. M. Vinagiarius pontis Moſæ, dignitas gentis Itteriæ & Rifflartiæ. *Præfectus portæ Palatinæ*: munus à Balduino inſtitutum, à Guidone datum Theodorico Foſſenſi. *Magnus Apparitor*: munus gentis à S. Martino olim nuncupatæ. Æſtiva plurium Comitum Golſinię, Hyberna Namurci, Nemus Comitis Marlania.

Nomen invenio in diplomate Floreffienſi. Anno 1226. Conetable,

Refert Codex Feudorum.

Pannetier.

Souverain Bottelier.

Anno 1420.

Anno 1421. Chambelain.

Anno 1302.

Anno 1188.

Inſtituta anno 1410.

Anno 1246.

SECTIO XVI.

Gubernatores & Baiulivi.

INter Comitatus Præfectos repono Gubernatorem, quem primi Burgundiæ Duces foris occupati & agentes conſtituerunt. Et eſt ſemper è prima nobilitate Principum Belgii, Comitis Vicarius. Et eſt quinque diſtinctorum caput tribunalium, quibus tam per ſe quàm ſuos pręſidet. Succedit Balivi ſupremi, quem Prætorem Provinciæ dicas, munus, qui dictus olim abſolutè *Balivus*, poſtea *Balivus Comitatus*, ſub Guidone *M. Bailivus*, ſub Balduino Imperatore *Balivus præcipuus terræ Namurcenſis*, poſtea *Balivus ſuperior* aut ſupremus. Ejus generis fuiſſe invenio Joannem Colon ſub Balduino Imperatore anno 1282. Muſardus, Henricus Spontin poſt eum, anno 1340 Lambertus de la Natoye, Joannes Libines anno 1347, Balduinus de Blehem anno 1363, Joannes Rideau anno 1369, Godefridus de Wil Eques anno 1386, Warnerus de Davel anno 1390, Henricus de Boulau anno 1395, Joannes de Selles Eques anno 1412, Henricus de Dongelbiert anno 1418. Poſtea ſub Philippo Bono Henricus de Longchamp anno 1429. Guido de Tarpin Eques Camerarius Ducis anno 1438. Balduinus de Humieres Eques etiam Camerarius anno 1442. Cùmque Dominus de Hornes D. Gaesbecæ anno 1466 fuiſſet Capitaneus generalis conſtitutus Provincię, anno 1471. abdicante Hugone de Humieres annexa Gubernatoris dignitati hæc dignitas: quam obierunt Guide de Brimeu Humbricurtii Dominus anno 1471. Joannes de Lonchamp Dominus de Wines anno 1477. Philippus de Burgundia D. de Bevera anno 1478. Joannes Chalonius Princeps Aurangiæ anno 1481. Godefridus D'Eve tamquam Vicarius dicti Principis anno 1483. Joannes de Bergis D. de Walhain anno 1486. Gulielmus de Croy D. Serviæ anno 1503. Joannes de Bergis D. de Walhain anno 1509. Anthonius Marchio Berga-

Souverain Bailly.

Bergarum ad Schaldim anno 1528. Theodorus Baro de Brandenborch ad tempus anno 1541. Petrus de Werchia Seneſcallus Hannoniæ anno 1542. Petrus Erneſtus Comes Mansfeldiæ anno 1545. Henricus de Wittham D. de Berſel anno 1552. Philippus de Senſelles Vice-comes d'Aublaii ad tempus anno 1554. Carolus poſtea Comes de Barlaymont Eques Aurei Velleris Præfectus ærarii anno 1555. Joannes de Burgundia D. Fromontii ab Ordinibus ſtatutus anno 1576. Adrianus de Croy Comes Rodienſis anno 1577. Carolus Comes Barlamontii iterum & poſt eum Ægidius filius anno 1578, & Florentius Barlamonti Comes, & inſuper Spinoii Princeps frater Ægidii anno 1579. Nunc dignitatem obit Carolus Gaveræ Princeps, Egmondæ Comes; cui genus à Friſiæ Regibus, nomen à felicioris diſtrictu Bataviæ, Majores Gelriæ Duces, in Hollandia Comites, alibi Principes aut Dynaſtæ: cui ab infantia indoles, à pueritia eruditio, à juventute virtus bellica, à virili ætate rerum uſu acquiſita prudentia. Vir inter noſtri ævi Principes ab omni Heroicarum virtutum laude cenſendus.

SECTIO XVII.

Pares & Conſilium Provinciæ.

Balivis ab antiquo aſſiſtere ſolent 10, ut alii 12. *Pares Caſtri Namurcenſis.* Hos non dubito à tempore Alberti fuiſſe; ſed conſtat non eoſdem, qui nunc pro talibus habentur, fuiſſe. Unde Pollinacam, Faliſiam, Sorinas, Aſſeclam, Ywaniam, Siclinium, Ohayam, Ligniacum, Fallemaniam legis Dominos habuiſſe Pares Namurcenſes, cùm tamen modò hi tantùm numerentur Toparchæ de Syes, Andenarde, Obbais, Avelois, Hanii, Faulx, Boſſuti, Zetrudi, Wangæ, Bregnilerii. Hi ſolent antiquitus judiciis præſidere, ad hos omnes Comitatus cauſæ devolvebantur, donec inſtitutum conſilium Provinciale ſub Burgundis. Joannes de Bergis Balivus à conſiliis habuit 4. Eccleſiaſticos, 6. ſeculares, (nunc poſteriores manent) & nomine ſigilloque ſuis, quibuſcum pro tribunali ſedit. Regina autem Hungariæ Præſidi & Conſiliariis 4. ſtipenda conſignans, authoritatem dedit cognoſcendi de omnibus viâ appellationis controverſiis, quod ſervatur, Gubernatore cauſas Parium caſtri, feudorum, & allodiorum, & perſonales Nobilium Provinciæ ſolum cognoſcente. Præſidem nunc agit Petrus vanden Boſſche, Vir prudentiæ Singularis. Huc etiam referendæ dignitates Receptoris generalis, qui ſub ſe habet 4. Chartalarios Namurci, Sanſonis, Flæruci, & Bovinii, & ab annis 400. *Receptor Comitatus* dicebatur; eratque ſecundus à Balivo. Ejus eſt peculium Principis curare, & ſubeſt cameræ rationum Inſulenſi. Habet ad promovendum jus Principis Procuratorem Generalem, atque hoc à Principum Burgundorum ævo.

Anno 1491.

Anno 1551.

Chartiers.

SECTIO XVIII.

Præfecti & Senatus oppidi.

A Rei præeſſe ſolet ab antiquo Caſtellanus jus habens inter paucos duodecim ſecuriſerorum. Dignitatem nunc obit idem qui Gubernator eſt, & Vicarium habet eundemque præfectum præſidii caſtrenſis, quod munus ſub Carolo V. inſtitutum, & nonniſi peritiſſimis quibuſque commendari ſolitum invenimus. Nunc eo fungitur Everardus Syverii Eques raræ vir experientiæ, quique Principi ætatem totam conſecrans poſt obita primæ notæ in bellis munia huc tranſlatus eſt. Invenio antiquitùs dignitatem *Ducis civium Namurcenſium*, ſimiliter *Signiferi urbani*. Deinde lego fuiſſe tres Horoſcopos, duos Præcones villæ, quatuor Clericos, quæ munerum nomina nunc in diſſuetudinem abierunt. Et duplex eſt Senatus, veteris & novæ urbis, uterque Prætore ſuo & 7. Scabinis conſtans. Novam libertate & privilegiis dònavit Iolendis Comitiſſa, *conſirmarunt ſecuti* Comites, Guido auxit. Veterem ab antiquo inveni ſeptenario numero Senatum habuiſſe, cui junctim cum Prætore jus clavium oppidi demandatum & juriſdictio intra primum ab urbe lapidem. Magiſtratus hic annuus eſt dumtaxat, & conſtituitur deſtituiturque per Gubernatorem Provinciæ in pervigilio D. Andreæ. Sunt inſuper peculium oppidi procurantes, Quæſtores 2, quos Conſules vocant, & olim Electi vocabantur, eo quòd alter à populo alter à Balivo ſupremo eligeretur. Dignitate horum primaria fungitur per annos plures I. Minetius vir prudentiæ experientiæque maximæ. Sunt & Jurati 4, & Referendarius, quem Prætorem fabrorum vocant; cujus eſt ad Senatum referre ſententiam populi.

Harciers.

Citantur in diplomate D. Albani dato anno 1221.

Diploma datum 4. Maii an. 1284.

Anno 1323.

Bourgimaiſtres les Eleux.

Le Maieur de Fevres.

SECTIO XIX.

Plebeius Ordo.

Inter cives invenio veteres aliquot familias urbanas olim in Senatum cooptari frequenter ſolitas, & ſunt vel dicti à loco, ut Pontini, Wariſolienſes, Pontilachienſes, Martinenſes, Spinetenſes, Banduelenſes, Aſſonvilenſes, Corioleſes, Wartanienſes; vel ab eventu habituve dicti Longini, Brachiati, Colliones, Macri, Farti, Strenii, Confeſſi, Honorati, Sagittarii, Collectores, Mercatores, Turrarii. Lectior autem pars civium nomina dare ſolet aut Collegio Sagittariorum per Guidonem Comitem inſtituto, aut Gladiatorum per Albertum Archiducem confirmato, aut Bombardariorum aut Rhetorum tempore Caroli V. inſtitutis collegiis. Vilior in certa opificum Collegia, è quorum ſingulis 4. eligi ſolent. Unde Comes *aſſenſu Majoris, Scabinorum, Juratorum, & bonorum hominum 4. Opificiorum ait ſe leges* præſcribere mercatoribus.

Dupont, Fumale, Wariſoul, Pontilache, Sainct Martin, Spinee, Banduel, Aſſonville, Corioul, Wartaing.

Loingnes, Branché, Collé, Smalkin, Farchy, Bonnan, Confeiſé, Honoré, Arbeleſtrier, Gaiſſier, Marchant, Tourrier.

Anno 1266.

Maiſtres de Meſtiers.

Anno 1424.

SECTIO XX.

Monetaria.

MOnetam ab antiquo Namurci fuiſſe diſco ex donationibus antiquis, ubi frequens mentio denarii Namurcenſis. Guido Comes Monetariis primus ampliſſima dedit privilegia
Anno 1297. Datum 13. Maii. ad exemplum Pariſienſium. Quæ reſtrinxit aliquantiſper Gulielmus ſucceſſor, confirmante id
Anno 1312. Datum 23. Aprilis. ipſum Gulielmo altero. Philippus autem bonus
Anno 1374. novam cudere monetam conſenſu Joannis Comitis cœpit. Ante & circa nuperas Belgici turbas moneta ærea adhuc Namurci confecta: & certè ſunt ad hoc obligatæ ad cudendum certæ familiæ.

SECTIO XXI.

Namurcenſium Genius.

CIves olim re lanaria quæſtum faciebant.
Rudes & leal. Vulgari loco deſcribuntur rudes ſed cordiales, ut ſic exprimam. Rei bellicæ & virtutis opinionem apud exteros meruere. In cultu modeſti, ut victu faciles, laborioſi, ſtaturæ & formæ medioeres. Opes poſſident non contemnendas, & pro opibus ſunt liberales, nec facilè genium defraudaturi. A litteris alieniores eos non nemo notat, & ingenii magis Mæchanici, quod equidem non obſervo verum eſſe. Fateor quidem non eam fuiſſe olim doctorum copiam, quę alibi; ſed unà, defectum illum in urbe jam abundè ſuppleri, in qua ex popularibus numeravi nunc ſuperſtites & habitantes ultra 25. Juriſconſulti titulo donatos, Nobilitate etiam forenſi, quæ ferè ad Academias & bonarum litterarum mercatum ablegatur.

SECTIO XXII.

Dies ſollennes Namurci.

LIbet hìc dies auſpiciales adjicere, quibus excepti ritu ſolenni aut inaugurati Comites,
Anno 1188. in Octobri. aut aliud cum pompa actum. Balduino Nobilium
In Maio, anno 1196, aut 1197. homagia in Herbattis excipiente. Cùm Henrico
Kal. Februarii. Cæco juſta fierent, Philippo in D. Albani inau-
Anno 1196. gurato. Cùm ei juſta fierent. Cùm Jolenthis
Festo S. Dionyſii anno 1212. in urbem reciperetur. Guidone Flandro Na-
..... anno 1212. murcum veniente. Cùm Joannes inveſtiretur à
In Maio an. 1267. Patre. Cùm alter Joannes à civibus reciperetur,
An. 1297. In Dec. Guidone in Comitem aſſumpto. Cùm eidem ju-
An. 1330. Martis poſt Invocavit. ſta ſolverentur. Philippo ex Norwegia reduce.
An. 1335. 2. Maii. Gulielmo in D. Albani jurante, & juramentum
An. 1336. 12. Mar. renovante anno 1342. Cùm ejus cadaver ſepul-
An. 1336. 8. Nov. chro inferretur. Gulielmo filio in locum ſurroga-
An. 1338. 8 Oct. to. Cùm ejus defuncti exequiæ celebratæ. Joan-
An. 1391. 3. Oct. ne in Comitem aſſumpto. Duce Anthonio cum
3. Oct. an. 1392. uxore in urbem venientibus. Philippo Burgun-
15. Feb. an. 1418. diæ Duce recepto. Ipſo cum uxore Namurcum
31. Jan. eodem. delatis. Delphino Franciæ eodem veniente.
Anno 1412. Cùm inaugurati Carolus Pugnax, Maxæmilia-
Anno 1431. nus, Philippus, Carolus V, Philippus II, Al-
Anno 1439. bertus Archidux.
Anno 1457.
Anno 1468.
Anno 1478.
Anno 1483.
Anno 1515.
Anno 1558.
Anno 1599.

SECTIO XXIII.

Leges Namurcenſes.

LEges Urbis volunt ex veteribus regni Lotharienſis eſſe, redactas in ordinem ab Alberto II, à Guidone auctas, à Gulielmo emen- Anno 1357.
datas. Conſuetudines per Philippum Regem re- Anno 1564.
novatæ. Nundinæ annuæ celebrantur triduo ante natalitium Baptiſtæ, octiduo ante ferias Dionyſii & Clementis, & durant dies 17. Fora hebdomadatim ſunt diebus Saturni, Veneris, & Mercurii.

SECTIO XXIV.

Res Sacra.

QUoad Rem Sacram gaudeat meritò Namurcum primitiis Religionis Chriſtianæ, quam prima urbium Belgici annunciante D. Materno Apoſtolorum Principis Diſcipulo ſuſcepit, adeòque per Martinum Comitis ſui filium 7. Tungrenſem Epiſcopum latè per Hasbaniam propagavit. Idololatræ erant antea his locis, & Nam Deum Murciamque Deam profano ſacrificii genere venerabantur. Nam ego reor Neptunum eſſe, ſic dictum à ſorbendo ſive deglutiendo. Murtia Dianæ cognomentum eſt. Et bene loco huic inter ſylvas juxta aquas hæc Numina dedit Gentilitas. Quæ poſtquam extirpata eſt, nullis hæreſeon offuſcata perverſitatibus, fides penes Namurcenſes perſeveravit. Quorum Comites ad unum omnes pietatem ſuam poſteris teſtatam reliquerunt, in opprimendis alibi ſchiſmatibus ſępe occupati.

SECTIO XXV.

Cathedralis Namurci.

CAthedralis Eccleſia Namurci eſt à Paulo Bulla data 4. Idus Maii anno 1559.
IV. erecta, cujus Epiſcopo, exceptis paucis, incuria ut puto, prætéritis pagis, paret tota Namurcenſis Provincia & Brabantia Gallicana, urbes nimirum octo, pagi 164. in Brabantia, 183. in Namurcefio, præter appendices. Cęnobia Benedictina 12. Ciſtercienſia 14. Præmonſtratenſia 5. Regularium Canonicorum 3. Scholarium 1. D. Franciſci 3. Carmelitarum 1. Capucinorum 1. S. Trinitatis 2. S. Joannis Jeroſol. Commendarię 2. Cruciferorum 1. Beginarum 3. Collegia, Canonicorum 9. Canonicarum nobilium 3. Hoſpitalia & Noſocomia 40. Venientibus in numerum etiam iis quæ nuper incorporata ſunt, aut etiam nunc propter injuriam temporum deſierunt habere Congregationem Religioſorum. Epiſcoporum primus Antonius Havechius S. T. Doctor Ordinis D. Dominici, qui
obiit, ſepultus in Choro Eccleſiæ, ubi ſynodum Anno 1571.
primam Dioceſanam celebravit anno 1570. 2.
Franciſcus de Wallum-Capelle ex Religioſo D. Obiit an. 1592. ibidem ſepultus.
Franciſci Vir pietatis merito ſummis imiſque acceptus

Obiit anno 1592. ibidem ſepultus.

ceptus. 3. Joannes Dave ex Conſiliario Mechlinienſi, Vir prudens & eruditus mortuus.

Anno 1595. ibidem ſepultus.

4. Jacobus Blaſæus Ordinis D. Franciſci, qui Andomaropolin ad Epiſcopatum alterum abiit.

Anno 1601.

Surrogatus eſt Franciſcus Buyſeret Montenſis. J. U. Doctor, ex Decano Metropolitanæ Cameracenſis & electo ibidem Antiſtite, bono diœceſeos & Religionis huc tranſlatus. Qui inauguratus Montibus.

Anno 1602.

Secundo Epiſcopatus ſui anno Synodum diœceſanam indixit, ubi multa bene & prudenter ductu Spiritus S. reformata, & inſtitutum Nivellis auſpiciis ejuſdem Seminarium diœceſanum. Deus ei longam & felicem vitam det.

Teſtis Codex vetus Evangeliorum S. Albani cui præfixa narratio ſic habet.

Hujus de qua dixi Cathedralis Namurcenſis exordium tale eſt. Oratorium erat inter illa naſcentis Eccleſiæ primordia, quod tradita per manus fides credit à Cornelio Papa dedicatum, Kalendis Septembribus.

Ex tabula veteri ad latus Chori ſuſpenſa.

Fama habet, fuiſſe antiquitus Virgines in vicino ſacra peragentes, ſed fama tantùm. Etſi enim tradunt quædam chronica, & aſſerunt nonnulli antiquitatum inveſtigatores, fuiſſe in Eccleſia ſarcophagum, qui titulum Abbatiſſę ſancti Albani præferret, tamen ego non ſum facilis ut credam. Monachos & nigros, id eſt Benedictinos fuiſſe certum eſt. Quorum cùm diſciplina monaſtica tepeſceret, & proventus injuriâ temporum deficerent,

Ex diplomate dato Indict. 15. Anno 1047.

Albertus Secundus *dirutam Eccleſiolam reſtruit*, & loco Monachorum Canonicos ſubſtituit 12, quibus & ipſe & uxor Decimas alioſque proventus aſſignavit.

In diplomate Philippi Comitis dato anno 1207.

Atque hæ ſunt prabendæ unius inſtitutionis S. quinque aliæ ſunt alterius, (credo ab aliquo ſucceſſore Alberti adjectæ.)

Hæc ad verbum leguntur.

Quia autem inter 5. illas una erat cæteris opibus & dignitate præſtantior, eam Balduinus Imperator dividens ex una duas fecit.

Ex inſcriptione in veteri Choro.

Philippus autem Balduini Succeſſor addito novo Choro Eccleſiam augens & totam reficiens, numerum Canonicorum uſque ad 20. ſupplevit, & addidit 20. Vicarios.

Anno 1211.

Eccleſia dedicata per Guidonem Card. Legatum Sanctæ Sedis. Altaria & Sacella ferè Comites fundarunt certatim, nolentes Eccleſiam hanc ſuę munificentiæ expertem. Godefridus anno 1116. Henricus anno 1216. Iolendis anno 1216. Gulielmus anno 1336. Luduvicus ejus f. anno 1370. Altaria quiſque fundavit & dotavit. Vita horum Canonicorum ab ipſo fundationis exordio regularis fuit, quod docent clauſtrum, dormitorium, & alia arctioris diſciplinæ loca, quæ adhuc conſpiciuntur. Cùm autem fervor ille primitivus tepeſceret, bellorum, ut fit, injuriis ſub Henrico Cæco licentiorem vitam inducentibus,

Tenor litterarum ad longum extat in Chronico Anſelmi Leodicenſis. Anno 1204.

Guido Legatus Apoſtolicus & Antiſtites Pręneſtinus aſſenſu Leodienſis Epiſcopi & Philippi Comitis aliquatenus repreſſit noxiam Canonicorum libertatem, & leges vivendi poſuit, aut veriùs repoſuit. Quę ſervatę aliquamdiu in deſuetudinem ierunt, maximè tempore bellorum ſub Balduino Imperatore. In hac Eccleſia octo Comites ſepulturæ locum adepti ſunt, nobileſque plures. Inter alios memoria dignus Nicolaus de Conde Eques & libertus de Egeſées magni Eccleſiæ Benefactôres.

Sepultus ante Aram D. Nicolai Obiit anno 1207.

Sepultus etiam hìc Joannes Auſtriacus, qui poſt relatam ab Agareno hoſte victoriam extinguendo orbis Belgici incendio miſſus, jamque recens à triumpho Templutenſi diem ſupremum obiit. Tabulam altaris veterem Gulielmus II. Comes curavit. Altare ex nigro marmore cum Epitaphio Vicarius ad memoriam dicti Joannis Auſtriaci ſubſtituit. Supplicatio, quam vocant, annua Namurcenſis cœpta celebrari.

Anno 1459.

Habentque Canonici diſtrictum ſuum, & in eo tribunal, minimè Senatus urbani dominium agnoſcens, & conſtituitur cum Scabinis 7. Prætor, idque ex privilegio Alberti II. confirmato per Henricum Cæcum, Balduinum primum.

Diploma datum anno 1159. & 1182, & 1270.

Auctum per Guidonem & ſubſequentes Principes. Theſauros habent incomparabiles Pontificum Cæſarumque dono. Puta Stephani Papæ, (qui & bibliothecam ſuam reliquiſſe perhibetur) antequam ad Apoſtolicæ dignitatis apicem eveherentur, *Scriniolum Hebenum Sanctorum Reliquiis refertum*.

Verba Codicis S. Albani.

Beneficio Leonis Papæ partem corporis S. Gerardi Trilonienſis Epiſcopi, unà cum Dalmatica qua Pontifex utebantur. Dono Liedini Bicharienſis Epiſcopi partem corporum D. Nicolai & Georgii. Miſit & Birantio Henricus Imperator *vas aureum pulchrum & pretioſum, in quo continebantur maxima pars de ligno Domini in modum crucis auro circumligata & ornata: inſuper de ſacroſanctis Reliquiis Imperialis Palatii, de Spinis Coronæ Domini, de Veſte purpurea, de Pannis infantiæ, de Linteo quo præcinxit ſe in Cana, de Zona B. Mariæ, de Capite B. Pauli & Jacobi.*

Verba Litterarum anno 1295. in Martio, quæ appenſo plumbeto & ſerico purpureo aſſervantur.

Diploma ſupereſt

Nivelo etiam Sueſſionum Epiſcopus *Pretioſum Chriſti Sanguinem à Regia urbe Conſtantinopoli allatum dedit.*

Anno 1205.

Warnetus inſuper Abbas tertius Albani in Maguntia de Capite S. Albani Martyris miſit.

Superſunt litteræ ſed ſine data.

Habent prętereà ſudarium intinctum ſanguini Prothomartyris Stephani. Habent Altare minuſculum eleganti forma confectum ad morem priſcum. Habent & inſignes ſalutiferæ crucis partes, quas diebus Veneris populo præbent exoſculandas. Hæc ſacerrima pignora dum Venerabundus aſpexi, & antiquæ pietatis Majeſtatem & Principum nunquam ſatis laudatam munificentiam exoſculatus ſum. Viri clari in hoc Capitulo fuerunt M. Maſius Decanus in Concilio Tridentino celebris. Joannes Broſius ſimiliter Decanus ab eruditione celebris. Archidiaconum nunc agit I. Dauvin J. Licent. Vir pietate & eruditione clarus, cujus humanitate pluries me adjutum fateor.

SECTIO XXVI.

Collegiatæ aliæ.

SUccedat Collegium Canonicorum D. Virginis vetus illud, & quod de præeminentia longo tempore cum D. Albani collegio certavit. Monſtrant enim altare & locum ubi S. Maternus converſioni infidelium operam dans rem Divinam perfegit. Clericos habuit à Caroli M. ævo, quos in ordinem redegerunt ſecuti Leod.

Epiſ-

Epiſcopi. Stephanus autem Epiſcopus conſti-
tuens 12. Sacellanos, Vicarios & Conſultores
Epiſcopi, totidem Eccleſiarum D. Virgini in-
ſcriptarum Abbates, etiam Namurci 9. conſti-
tuit Clericos, præfecitque unum Abbatem ſe-
cularem, qui hoſpitalitatem curaret. Ex quo
tempore manſit hic Abbatis ſecularis dignitas,
Sub anno 922. qui & beneficia confert. Numerus autem Ca-
nonicorum auctus uſque ad 18. Quis autem do-
tator aut fundator, præcisè ſciri nequit. Clau-
ſtrum etiam & officinas olim habuerunt lii Ca-
nonici, & Senatûs erat reparare illa, ſicut & mu-
ros vicinos, viciſſim percipiens ratione ſingulo-
rum ſepeliendorum unum veterem groſſum. Cui
Anno 1474. juri ob nimia gravamina Senatus renuntiavit.
Tertium eſt Canonicorum Sancti Petri in Ca-
ſtro Collegium. Cujus templum extructum oc-
caſione Capitis Sanctæ Petronellæ iſtuc delati.
Anno 1202. Ex diplomate hac de re dato. 12. Canonicos cum Præpoſito & Cuſtode à præ-
diſceſſoribus ſuis fundatos teſtatur Philippus
Comes, & ſe addit decimam tertiam præben-
dam cum officio Decanatus inſtituiſſe. Hujus
collegii etiam meminit dictum Guidonis legati
diploma. Gulielmus Comes Altare Deiparæ in
Anno 1147. eadem Eccleſia inſtituit & dotat. Capitulum
hoc authoritate Pontificis ſuprà allegatâ unitum
eſt Albanenſi ad dotandum 9. præbendas affe-
ctas ſive graduatas. Ex quo jam antè aliquot viri
inſignes ad famam venerant.

SECTIO XXVII.

Parochiæ.

PArochiales ſive curam animarum habentes
Eccleſiæ in urbe ſunt hæ: *D. Virginis* anti-
quiſſima & prima oppidi, quæ antiquitus ex Ca-
nonicis ſolet habere Paræcum, qui ad diſtin-
ctionem *Canonicus inveſtitus* vocabatur. Viſita-
Anno 1392. tio una Leodienſis vocat *Plebanum*. Regiſtra
alia *Viciarcum*. *Joannis Evangeliſtæ* annexa Ca-
Anno 1493. pitulo Albanenſi in communionem munii Pa-
ſtoralis aſſumpta poſt auctam urbem. Ubi titulo
Virginis Matris inſtituta ſacra civium confra-
ternitas à Joanne Papa 22. & confirmata &
Anno 1327. Ex libello ſodalitatis per Paræcum exhibito. indulgentiis ornata, in qua nunc haud pauciores
mille conſratres numerantur. *Sancti Lupi* Pa-
rochia, Malonienſi Abbatiæ Canonicorum Re-
gularium annexa, ubi ad honorem D. Annæ
Anno 1462. Ex diplomate communicato per D. Franc. Renſonium Paræcum. inſtituta civium Sacra Sodalitas per Leodium
Antiſtitem. *S. Joannis Baptiſtæ*, à 200. circiter
annis in communionem parochialis oneris aſ-
ſumpta, quæ in duplum aucta anno 1501, no-
Anno 1560. viſſimè ſodalitio Sanctiſſimi Sacramenti & in-
dulgentiis per Pium IV. ornata. *S. Nicolai in*
Anno 1153. *Herbattis* fundata, & ab Henrico Antiſtite dicata.

SECTIO XXVIII.

Cœnobia Virilia.

NObilioris ſexus Cœnobia in urbe ſunt:
Cruciferorum Conventus inſtitutus aut ve-
Anno 1249. rius inſtitui cœptus à quodam privato. Coaluit
demum in formam Cœnobii, poſt reformatio-
nem authoritate Capituli generalis introductam. Anno 1412.
Huic Cœnobio relictum eſt Collegium Cruci-
ferorum Lovanienſe ab Philippo de Volgaia Ex teſtamento ejus dato Ind. 9. in Decembri.
nobili Zelando fundatum. *Franciſcanorum*,
ſi non à Comite, certè auſpiciis Comitis inſti- Anno 1491.
tutum eſt Cœnobium. Cujus Religioſi obſer- Anno 1432. aut ut alii 1515.
vantiæ inſtitutum amplexi ſunt, hortante Mar- Anno 1490.
gareta Caroli Ducis vidua. In Eccleſia ſepulti Teſte Verſu in vitrea Templi.
Comites duo, Luduvicus etiam Pettegenii &
Ballioti D. Guidonis, Joannis, Philippi, Guliel-
mi Comitum frater, qui abſente fratre conſtitu-
tus Namurci Gubernator, in Worucano prælio
obiit, hic cum uxore Margareta de Haveſche Anno 1371.
Comitiſſa de Rouſſi tumulum habet cum filio
naturali Almarico & Margareta nepte. Jacent
hic etiam Nobiles multi, qui locum pietatis no-
mine celebrem ſepulturæ ſuæ elegerunt. Nu-
merum Religioſorum quinquagenario majorem
fuiſſe lego. Prodierunt hinc Viri à fama & ſcrip-
tis noti, Fr. Wallon-capellæ Epiſcopus II. Na-
murcenſis, Henricus Willot, cujus extat Og-
dœas ſermonum de Venerabili Sacramento. Ni-
colaus Cardin aſſumptus in Abbatem Bronien-
ſem. Capucinorum Conventus Senatûs & pri-
vatorum munificentiâ conſtruitur, Templum
dicatum à Reverendiſſimò moderno anno 1607.
Dominicâ 7. poſt Paſcha.

SECTIO XXIX.

Cœnobia Virginum.

ALterius ſexûs Monaſteria ſunt: Beginaſium
à tenuibus initiis inchoatum, & nuper an- Anno 1591.
nexum Cœnobio Carmelitico. Quod Carmeli-
ticum tali modo propagatum eſt: Tradux &
colonia Bruſletenſis in Hannonia Cœnobii eſt
Dionantenſe Cœnobium, quo per injurias tem-
porum exuſtæ Virgines Namurcum profugæ Anno 1467.
obtinurunt facilè à Carolo Duce & Luduvico Ex Archivis Cœnobii per fr. Joannem Dogium Confeſſorem.
Borbonio Epiſcopo Leodienſi authoritatem
conſtruendi Monaſterium, *in fundo 2. Bona-* Litteræ Amortizationis datæ in Auguſto.
riorum ſito prope locum dictum Prata parvæ Har-
battæ infra ſecuritatem & ultimam Namurci fir- Litteræ datæ 3. Septembris.
maturam. Quod factum probabat Epiſcopus Tri- Anno 1469.
carienſis, Sedis Apoſtolicæ Legatus. Capitulum
cum 4. periciclis Clauſtri & cæmiterio dedica- Anno 1476.
tum. Templum autem Virgini Matri & Divis
Laurentio & Alberto inſcriptum dicatum à Da- Anno 1478.
rienſi Epiſcopo Ordinis Carmelitarum. Cœno-
bium & ſitus & ſtructuræ & diſciplinæ titulo
commendatur. Virgines nuper à Generali Or-
dinis reformatæ præter tria Monaſticæ Reli- Anno 1603.
gionis vota, Clauſtri etiam perpetui ſtabilitatem
promittunt. Numero ſunt 34. lectiſſimę Virgines
& famæ optimæ, Patronumque habent Abbam
Villarienſem, eo quòd Hoſpitale S. Calixti, ex- Situm erat ultra Moſam in ſuburbano.
cipiendis Abbatiæ Villarienſis Religioſis fun-
datum, procurante Francone Archimandri- Anno 1260.
tâ dictarum Virginum paupertatem levatu-
ro, incorporatum ſit dicto Cœnobio. Vitrea eſt Anno 1478. Litteræ datæ 20. Novemb.
in templo una inſignis retro Aram primariam
cum

cum inſignibus Burgundicis & figura Ducis cum
conjuge & verſibus his:
Ut ſis propitia, tibi do ô Virgo Maria
Rencnſes mille, ut pater voverat antè.
O Regina Mater Salvatoris, natum tuum precare pro nobis.

Beginaſium dependens à Capitulo ante annos
300. inchoatum convenientibus in unum virgi-
Ex communicatis per Virginum Præfectum. nibus aliquot. Gryſeæ, quas vocant, 3. D. Fran-
ciſci Regulam amplexæ Namurcum venerunt,
Anno 1498. quibus coëmpta domus ſtructumque Cœnobium
Anno 1503. Anno 1507. cum templo. Noſocomium oppidi majus ab
omni ſcriptorum memoria fuit ſenſim piorum
cleëmoſynis locupletatum. Hoſpitale D. Jacobi
ſub Burgundiæ Principibus ad famam venit, aſ-
pirante civium aliquot, qui Compoſtellam viſe-
rant, munificentiâ. Beginaſium Gryſearum
Sub annum 1315. cum ſacello fundatum à Gertrude, relicta Ni-
Ex litteris Ludovici Epiſcopi. colai du Pont; ſed cùm fundationi non fieret
Anno 1467. ſatis, Boneffienſi Abbatiæ cum onere annexum
eſt, eſtque nunc & fuit monachorum hoſpitium.

SECTIO XXX.

Sacella.

Anno 1209. SAcellum D. Jacobi in Caſtro à Philippo Co-
Anno 1207. mite ſtructum, à Guidone Epiſcopo dica-
Ex Miſſali antiquo, ubi id propria Comitis manu annotatum. tum. Sacellum in vico vivorum à Jacobo Bran-
Anno 1256. che Receptore Comitis factum.

SECTIO XXXI.

Viri Clari Namurcenſes.

NAtales ſuos debent Namurco Viri ſancti-
tate & virtute clari præter Comites & Im-
peratores Græciæ, qui hìc nati præſumuntur,
Martinus 7. Epiſcopus Tongrenſium, Joannes Anno 277.
Epiſcopus Braſarenſis, Franco Weſemalius ex Anno 1470.
impari matre Baronis Weſemalii fratris bello Anno 1256.
ſtrenuus, & inter primos ſui temporis. Theologi,
Petrus Broſius Doctor Sorbonicus. Juriſperiti, Anno 1524.
Nicolaus Goubletius J. U. Doctor. Hiſtorici, Anno 1550.
Gerardus de Jacea Capellanus & Notarius Ca- Anno 1525.
pituli S. Albani, qui ſcripſit geſta Comitum.
Anſelmus Decanus D. Mariæ & Presbyter Ca-
nonicus Leodienſis, qui Leodicenſem hiſtoriam Vixit anno 1400.
ſcripſit.

SECTIO XXXII.

Suburbanum.

AB Urbe ad ſuburbanum progredior, &
quâcumque pedem portâ effero, ſeriam
offendo pietatem. Coronant Urbem veteris he-
remi totidem portis reſpondentes, quæ ſunt in-
ſcripta D. Barbaræ Virgini, Martino Antiſtiti,
Georgio Martyri, Salutiferæ Cruci, Anto-
nio Anachoretæ, Fiacro Confeſſori, Huberto
Epiſcopo. Quæ magno plebis Concurſu tum
aliàs tum maximè ſacrâ hebdomade viſuntur.
Vicinior ſuperioribus S. Adriani à moderno An- Anno 1605.
tiſtite dedicata eſt. Remotior S. Hilarii ſub
Gulielmo II Comite conſecrata. Valetudina-
rium extra muros cum Sacello Henricus Epiſ- Anno 1153.
copus benedixit. Leproſaria Guido Comes
adornavit. Cetera vide in Præfectura Namur-
cenſi.

FINIS.

LECTOR AMICE,

Ne folicula aliquot ad calcem hujus libelli vacua relinquerem, ſubjicio quædam mea poëmatia, diverſis temporibus ad Nobiles quoſdam Comitatûs Namurcenſis conſcripta.

Cœnotaphium Baronis Florinenſis, Delegati Ordinum Namurcenſium, ad Florentinum Baronem filium.

LAtonæ geminos, Patrem, Matremque Deorum
 Florenna exili conſepelivit humo.
Vis loquar è plano? Labor atque ſcientia prudens,
 Majeſtas & opes contumulata jacent.
Sic eſt: nam Virtus, genius, fortuna Baronem
 Hunc repercre ſibi, vel pepercre ſibi.
Florebas Florenna tui tutela Dynaſtæ,
 Et Glymæorum nobile pignus eras.
Nunc tibi quos vivus Flores impertiit, illos
 Defuncti tumulo grata, memorque refer.

Lachrymæ ad tumulum Gulielmi Carondeleti, Dynaſtæ Crupetenſis, Wavremontani, &c. ſub perſona Euphyli, ad ejuſdem nominis Salriæ ad Sabin Dominum.

LUgubres fundat Elegeia poſthuma verſus,
 Flore nigro, & foliis vincta, cupreſſe, tuis.
Manibus atra placent, Flores Heroibus, apta
 Cupreſſus foribus, propria vincla pyræ.
Uniparæ radicis onus, truncique perennes,
 Et folium & ſtreperi ramus odoris amans
Cypreſſum tumulis conſecravere, rogique
 Feralis primum conſtituere decus.
Emphylus, heu! abiit nunquam rediturus; at unum
 Unum, quod nunquam nomen abibit, habet.
Pande ſinus inſane dolor, lachrymaſque ſequaces
 Porrige, & in malis ſtemmata pinge tua.
Eliciat gemitus oppreſſi anguſtia cordis,
 Ejiciat fracto murmura miſta ſono.
Et ſi quæ lachrymis obſepta repagula ſicci
 Gutturis evadat vox, ſapiat lachrymas.
Et ſapiat lachrymas, ſi quis titubante papyro
 Errat, & in numeros ſpirat Apollo leves.
Euphylus occubuit. Quænam, heu! injuſſa feneſtras.
 Intrat, & ad cordis vox penetrale ruit?
Euphylus occubuit? Cęlo lachrymante ſecundùm
 Deucalionæas terra timebit aquas.
Euphylus occubit? in fletum ſolvere tellus,
 Sylva, ager, & rutilo glauca Napæa ſinu.
Veſtri prima chori pars occidit; ille ſerenus,
 Munificus, locuples, nobilis, & ſapiens.
Vellant purpureos Auguſtæ frontis honores
 Numina, quæ magni Principis eſſe ſolent.
Veſter erat, veſtri decus immortale Palatî,
 Seu plaga Crupeti, ſeu Vaſremontis erat.
Nænia concinnent cum femineo ululatu
 Luſor & alba Venus, Liber & alma Ceres.
Euphylus, heu! Cypriis Pythiiſq; exercitus olim,
 Legiferæ Bromio & ſæpe litare ſolet.
Advolet & Genius, ſed fuſco præpetis alæ
 Remigio, ut magnum ſtridor inane ſecat.
Et Regina Deûm pullo deformis amictu,
 Pulſet inęquali compita lenta gradu.
Hæc repetat veteri quod nobilitate Dynaſtam
 Perdiderit, clarum prædicet ille genus.
Aut ſi fortè loqui ſingultu urgente negatum eſt,
 Altera Avos, alter ſtemmata monſtret Avûm.
Qualia Burgundi Proceres novêre, ſuoſque
 Suſcipit in veteri gens Aquitana throno.
Qualia apud Leucos, & pulchri Haginonis in agro
 Ad Sabin & Moſæ littora curva colunt.
Plora Phœbe pater, quod ſi plorare profanum eſt,
 Ros pluat argenti, per caput atque genas.
Euphylus occubuit; tuus ille, in flore juventæ,
 Delitium & Muſæ corque jecurque tuæ.
Flete bonæ Charites, ſaltem cryſtallinus humor
 Impleat os niveum, ſi modò flere pudet.
Tuque Themis juſto cave ſis dare frena dolori,
 Tu virtus oculos abjice, plange manu.
Euphylus occubuit, qui Divûm hominumque voluptas,
 Veſter alumnus erat, veſter amicus erat.
Patria ſoſpitibus abeuntem Heroa Camænis
 Proſequere, ille tuus quàm benè Tutor erat.
Et ſi plura loqui renuit glutinata palato
 Linguâ rudi, hoc ſaltem dixerit: Occubuit.
Hoc ſatis eſt, ſatis eſt laudum, ſi verba deeſſe
 Confitear, lachrymis verba ſepulta ſuis.
Tu ſacer Ordo precum tumulos cumulabis honore,
 Hoſpes veſter erat ille, Patronus erat.
Sed quid poſco preces, date plauſum votaque; Cœlos
 Euphylus unâ emptos integritate, colit.

Epitaphium Merodiæ nuptæ Vice-Comiti Deſclaii, in partu Namurci mortuæ.

THeatrum amoris, Margarita Virginum,
 Speculum pudoris, Arca continentię,
Formæ Decus, Morum Venuſtas; Scrinium
Prudentiæ, Flos generis, Exemplar thori
Jugalis, Integritatis officina, ſpes
Stirpis, Mariti adorea, lumen Domus,
Pietatis enutricia, gemmaque Charitum,
Laus nuptiarum, ſumma virtutum omnium.
Vis ampliùs dicam? Ampliùs tumulo hoc latet.
Merodia una & una Brandeburgico
Enupta Magno Magna, parvo hoc clauditur.
Me rodat invidia odiumque, Merodiam
Niſi invidia & odium merum necaverit.

Invi-

Invidia & odium, inquam, Deûm immortalium.
Qui, ne pares ſibi pareret infantulos,
Venere erubeſcente, Superis ſtupentibus,
Matrem futuram mortis ad curam trahunt.

In R. Merodii Baronis Frentzıaci ex Paleſtina (quò junior abiit) reditum Acclamatio Hendecaſyllaba.

TAndem reddere, glorioſe Miles,
Lubenti patrię, Merodiamque
Inter ſydera tolle prima gentem,
Illuſter Juvenis, tuo nec alter
Dignior Patre, Stirpe, Avis, Amicis.
Tandem reddere Patrio Penati,
Poſt tot littora, tot ſinus, tot urbes
Emenſas, ſcopulos inhoſpitales,
Natantes pelago gemente terras,
Nutantes pelago fremente ripas.
Poſt immane furentis Agareni
Barbaris vada ſolibus peruſta,
Et ſceptrum Mahumetis inquieti.
Luſtratam Solymam & Sacram Paleſten.
Et quæ limina Patris Æviterni
Æquęvam ſobolem ſubiiſſe conſtet,
Quæ calcaſſe, cruciſque poſt laborem
Inveniſſe ſuo locum ſopori.
Sacrati generoſe Eques ſepulchri,
Tandem reddere Belgicoque cœlo,
Belgicoque ſolo: quod in tuorum
Conſpiravit adoreas Parentum.
Quos Brabantia læta Marchiones
Vidit & Comites, videt Barones
Romani latus ImperI propinquum.
Tandem reddere nobili Namurco,
Quod te olim gravioribus Patronum
Curis accipiet, baſinque rerum
Agnoſcet referetque publicarum.
Tandem reddere, nec larem paternum
Dedignare tuis proinde factis,
Prudentemque animi peritioris
Quæſitum experientiâ, vel uſu
Nervum intendere gentibus juvandis.
Sic ſic vita comes, Deuſque proſper
Et virtus genitalis in nepotum
Ibit progeniem, Merodiumque
Inter aurea tollat aſtra nomen.

In Warneri Davriani Ordinum Namurcenſium cum Barone Frentziaco hactenus Duumviri nuptias cum Renata Dynaſtæ Fontanenſis filia, Merlemonte ad Ornum celebratas XVII. Kal. Novembris, anno M. D. C. VII.

WArnere Stirpis ultima Davricæ
Spes, & propago fonte Domartiò
Lati Garumnæ, fertiliſque
Littora per Sequanæ triumphans
Warnere gentis & procerum decus
Namurciorum, ſive ſiniſtrior
Obnubilatâ fronte triſtes
Sors triplicat maleſana rugas;
Sive hinc repulsâ nube ſuavior
(Urente qualis Cynthia ſyrio)
Criſtam ſerenat, aureoſque
Jactitat imperioſa montes,
Tu ſanctioris anchora conſilI,
Reique fidus advena publicæ,
Per nota dudum Davrianæ
Progrederis documenta ſtirpis.
Tales parentes, Talis Avus fuit,
Suſpecti, amati, civibus, exteris.
Quêis per manus Prudentiæ, atque
Integritatis opinionem
Ad abnepotes mittere mos fuit:
Ad abnepotes mittere laus fuit.
Idem tibi mos, lauſque; aviti
Degener haud tituli future.
Unum deeſſe quod potuit tibi,
Felix Namurcum, fama narrat
Viribus obtinuiſſe totis.
Thoro colebas cœlibe Theſpias,
Et cum novem Pæana ſororibus,
Deaſque ſylvarum, Deoſque,
Saltibus imperitare cæcis,
Quos fabularum prodiga mollium
Finxit vetuſtas. Res erat aurea,
Et vita præ Throni beato
Sæpiùs Imperio eligenda.
Sed poſterorum, ſed generis tui
Non ulla ſacro cura animo fuit,
Donec Venus (cœleſtis illa,
Non lubrici Dea fœda Cypri)
Mentem impuliſſe viſa fuit tuam,
Mentem impuliſſe gaviſa fuit tuam.
Pares paraſque nuptiali
Sit docilis thalamus Coræbo.
Diana, quamvis virgo, facem movet:
Muſæque flores, quamlibet innubæ:
Caſtæ licèt ſpirant Napææ
Oreades, Dryadeſque nardum.
Quando in Renata ſtemma renaſcier,
Et Davriani ſpem generis vident,
Illuſtriumque prorogari
Stemmata imagineſque Patrum.
Et quando Athenis Theſmophoreia ſunt:
Et Scenopeia ſervat Hebraïcum
Vulgus, Joviſque fulminantis
Feſta colunt alacres Latini;
Tunc Merlemonti ſunt hymeneia,
Viri inter omnes, nobiles & pii,
Doctique, qui piacularis
Fit Cereris, Jovis & Jehovæ.
Age ergò felix mons mera cui volans
Sublime nomen hactenùs indidit,
Applaude, nec te voce vincet
Suave minuturiens Aëdon.
Tuque Orne ripa, undique fertiles
Myrthis coronas vel Jovis arbore.
Nuptæque flagranti fragrantes
Clara roſas Roſinæa funde.
Ophana cantus Hanno-Brabanticos
Ter duplicata congeminet fide,
Et boſcus apros & miniſtret
Cornigeri bona terga cervi.
Omnes in unas omnia nuptias

Cantu atque voto perpete congerant,
Dicantque: Felix calculoque
Candidiore dies notandus,
Conjux marito gaudia quo ſuo,
Conjux maritæ gaudia quo ſuæ
Defert & auget nuptialis
Delicium geniale vincli.
Addant: In annos Neſtoris hic & hæc
Vivant, ſemel juncti valeant ſimul;
Brevique creſcentes utrique
Dent pueros ſimiles parenti.

Ad Claudium de Namur Duſii Toparcham de Gente Namurcica Elogium.

PEr decus Hannoniç, per ſtemmata Flandra Namurcum
Ivit, abivit.
Per Burgundorum titulos, atque Auſtria ſceptra
Ivit, abivit.
Namurci nomen, Namurci inſignia prima
Iverunt, abierunt.
Namurci Comites, Comitumq; ex ordine proles
Iverunt, abierunt.
Solum in Namurco Duſium per ſecula bina
Eſtque fuitque.
Nomen Namurci ſolum atque inſignia prima
Sunt fueruntque.
Ergo in Namurco Duſium, in Duſioque Namurcum
Itque reditque?
Ergo Namurci ſtirpes, inſignia, nomen
Iverunt redierunt?

De E. Siverii Caſtro præſidioque Namurcenſi recens præfecto.

REx Equitem, Archique Dux Chyliarcham
Te creat; erro:
Illud virtuti debitum & hoc fidei.
Curæ Arx prima tuæ committitur. Eſt onus, inquis,
Atque honor eſt oneri, ſicut honori onus eſt.
Rem tanti tantùm tanto vult credere Princeps,
Non aliter voluit, non aliter potuit.

Ad I. Marotium, Erneæ, Montiniaci, Engeſiæ, & alibi Dominum.

PEtis aliquot Muſei mei quiſquilias tibi tranſſcribam: ego verò dum pugnantes cum tineis & blattis ſchædas, delicta juventutis, ut cum Theologis loquar, excutio, incido in lituras, litteras inquam, nec viſum quid aptius illud ad litteratum. Unum dolet, quòd non ad nobilem & magnum virum aliquid nobile & magnum mittere integrum fuit. Quod tamen ipſum, quantulumcumque ſit, pro innata humanitate amplecteris, & in eo candorem meum.

An domus quia fert ſpeciem, princepſque ſororum eſt,
Propria dicta Deo eſt littera, ſacra lari?
Lanigeri pecoris, & ſymbolon extat amoris.
Vox illud facit, hoc junctio certa duûm.
Littra Junonis, ſeu Cynthia, pronuba ſeu ſit.
Nempè facit Caias, cornua nempè facit.
Cur nota Patroni, atque eadem ſit nota clientis,
Quæris? Devotum hunc exprimit, hunc famulum.
Neptuno placui, vitç ſum ſacra, dolorique,
In promptu cauſa eſt, dum incipis eſſe, gemis.
Auctor familiæ ſum, creditis. Aſſecla Martis
Sum, dicent, ferrum, flamma, fames, furiæ.
Eſſe voluptati ſacram Bacchoque fatentur
Glans, gula, cumque genis gaudia grata ſuis.
Spiritus, affectus, nota ponderis, & mola cæli
Dicor, Mercurius, ſi rogo, teſtis erit.
Hanc Aſtræa ſuam atque ſuam concordia dicit,
Nempe una & ſimplex eſt utriuſque nota.
Nequitiæ ſignum Græci fecere, Latinus
Servitii, inſcriptus dicet utrumque Cilix.
Illa ego quam fures faciunt, recutiataque turba,
Hic jubilatur enim, cùm jugulatur ibi.
Et mille & Mulier ſonat M, ſunt utraque Magna,
Et qualis numerus, talis ea eſſe cupit.
Nummus itemque nepos mihi ſcribitur, & bene: Nam hæres
Corraſo ſtruitur nummulo, ovatque nepos.
Me neque fortior eſt, neque me perfectior ulla,
Hoc Philos atque Sophos dixerit, illud æquus
Prætor, plebs, populus, Patres, Præſulq;, Latinis
Scribor, ſum Grçcis res metuenda clepi.
Quid ſibi vult Q? quod modò tu. Vel littera quinta eſt,
Quam tu ter quintam forſitan eſſe putas.
Mundi hominumque caput habeor, & pronubus iræ,
Hoc catulus, illud Romaque Rexque docet.
Sum ſacra in fanis, in agro ſum ſparga veneni,
Quid ſibi vult Orpheus? quid ſibi Mercurius?
Littera Chriſticolûm nunc eſt, tutoribus olim
Propria, nunc Tutrix Tau cui, tutus erit.
Scripta maritum & ſignificavi picta maritam,
Connubium eſt uno vir mulierque thoro.
Eſt mihi forma crucis, eſt perfectæ Decadis vis,
Perfecta eſt duplici ſub cruce noſtra ſalus.
Littera Pithagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Symbolon ætatis, & mihi finis erit.

FINIS.

J. B.

J. B. GRAMAYE

ANTIQUITATES

COMITATUS NAMURCENSIS

Libris 7. comprehenſæ, pro ratione totidem Præfecturarum in eo.

UBI

Cœnobiorum Fundationes, Incrementa, Laudes; Parochiarum Patroni, Collatores; Eccleſiarum Tumuli & SS. Reliquiæ illuſtriores; Pagorum decora, Domini, deſcripta; locorum omnium res notatu dignæ, partim ex Archivis Urbium, Cœnobiorum, Toparchiarum; partim ipſius authoris peregrinatione collectæ, inſertis ad ſingulas Sectiones generaliter in Namurceſio obſervatis.

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE

DOMINO D. FRANCISCO BUSERETO NAMURCENSIUM EPISCOPO LONGE DIGNISSIMO, DOMINO ET MOECENATI SUO.

ALteram dioceſeos tuæ partem quæ in Brabantia, ſtylo meo aliquantiſper illuſtratam nuper miſi; alteram nunc mitto, duplici titulo tuam; & quia ſingulari humanitatis tuæ beneficio concepta, & quia aſpirante favoris tui patrocinio ad maturitatem perducta. Tu me, Magne Antiſtes, *illuſtrationem dioceſeos tuæ parturientem non tantùm conſuetudine clientem, ſed & officio amicum, palatio hoſpitem, quadra alumnum tuum eſſe juſſiſti; conatus meos apud ſubjectos authoritate, apud pares in altero ordine auxilio, &, erubeſcam dicere, honoribus proſequi dignatus, me & mea omnibus jurium titulis Tibi vendicas. Fruſtrà quercum cædit invito Jove Corydon, ait proverbium; & ego niſi Principis titulo, Antiſtitis beneficio, Nobilium favore evectus, nunquam cum fructu ſumma antiquitatum Namurcenſium attigiſſem. Et ſunt illæ raræ, magnæ, inexpectatæ etiam mihi. Mirabitur, ſcio, lector, & in Namurco meo Namurcum vix noſcet, ubi quæ Vulcanus antiquitatum ſpongiâ delevit, Mars Urbium carnifex in ruderibus magnarum molium conſepelivit, ipſum tempus edax rerum abſumpſit, viderit aliquouſque rediviva, eruta, reſtituta, & priſci priſtinique decoris florem cum præſenti rerum ſtatu æſtimabit. Mirabitur, inquam, & quod & quicquid miretur, tuum eſt: Tu Phœbus novellæ plantationis meæ ſurculos irradians: Tu Juno teneriores floreti Namurcenſis arcas irrigans: Tu Numen Namurceſio poſt Superos primum, cui hoc munuſculum offert*

Reverendiſſimæ Illuſtriſſimæ Gratiæ Tuæ

Cliens

J. B. GRAMAYE.

PRÆ-

PRÆFECTURA NAMURCENSIS.

HUic Præfecturæ urbanus Prætor præeſt, ſubeſt quicquid infra primum ab urbe lapidem conſpicitur, quod libet partiri in quatuor membra, quorum primum conſtituo circa Sabim & Moſam, verſus Septentrionem, ubi Pagus Maglonienſis & Marlania Sylva. Pagi hujus nomen non uno loco apud veteres reperio, monaſterium autem quod nomen ſervat undique cinctum territorio Namurcenſi eſt juris Leodini, cujus in vicino eſt Abbatia Virginalis Ciſtercienſium, ſtructa loco, quem fama tenet ab ipſo ordinis Patriarcha Bernardo olim viſitatum.

Ex veteris tabulæ Inſcriptione. Anno 1130.

Templum Innocentius ſecundus Papa, Virgini Matri, Apoſtolorum coriphæis, Stephano Prothomartyri, & Divis Medardo Hilarioque dedicavit. Solennitati leguntur interfuiſſe Hugo Ravennenſis Archiepiſcopus, N. Oſtienſis, Mathæus Albanienſis, Albertus Virdunenſis, Godefridus Salonienſis, Joſephus Sueſſionum, & alius Atrebatenſis Epiſcopi. Fatetur autem Petrus Comes Anthiſiodorenſis & Namurcenſis, Domum ſanctimonialium de Valle S. Georgii fundatam à Philippo Marchione Namurcenſi, & à ſe loco boniſque auctam. Sacelli unius dedicatio legitur: extant in Eccleſia aliquot tam nobilium quàm Abbatiſſarum tumuli qui locum religionis titulo celebrem amarunt.

Ex diplomate ejus hac de re dato. Anno 1215.

Annò 1291.

Marlania autem ſylva meritò dicatur voluptati & pietati ſacra, quæ ſacellorum frequentia & venationis parit continuatio. In hac jus civibus aliquo modo datum diſco. In hac Sacellum à Philippo Comite dotatum, ubi Religioſos olim egiſſe colligo ex diplomate Honorii, confirmantis bona fratrum habitantium in Marlania.

Ex diplomate datò Mercurii poſt Nicolai. Anno 1293.

Bulla data Laterani 4. Kal. Junii.

Eſt & alia à Floreffienſibus dependens, qui ad rem Divinam obligatos ſe profitentur.

Diploma Abba. datum, in Februario anno 1287.

Eſt & alia celebris ob ſepulchrum, mortem, & aſſervatum ibi corpus S. Heriberti, (ubi ab antiquo herimicola eſſe ſolet,) quæ per Balduinum Imperatorem tradita Abbatiæ Molinenſi, unde adhuc Religioſus ad ſacra curanda mittitur.

Diploma ab Honorio Papa confirmatum. Anno 1247.

Eſt & alia S. Georgio inſcripta, per Gulielmum Comitem fundata.

Diploma datum 20. Martii.

Libet hic aſſcribere rem memoriâ dignam. Bouga rupes eſt in conſpectu Namurci, & in rupe vicus celeber ob pugnam cum Francis anno 1554. & caſtra Joannis Auſtriaci. Qui morti vicinus non in tabernam, aut Palatium urbanum, ſed in tentorium militare ad Bougam, ſe voluit transferri; ſcilicet indignum reputans, animum tot bellis & victoriis clarum, alibi quam inter arma deficere.

SECTIO I.

Diſtrictus JAMECENSIS.

ALtera parte ultra Moſam Jameda eſt, Eccleſiam habens S. Symphoriano inſcriptam, & olim Abbæ Villarienſi commiſſam, & ulterius conſpicitur Gerondiſartum, Ordinis Vallis Scholarum D. Auguſtini, Prioratus tali propagatus initio. Albero antiſtes Leodinus, locum dictum Sartum Geroldi intra terminos Eccleſiæ B. Mariæ Namurcenſis obtulit Deo & S. Auguſtino, & Capellam dicavit iiſdem, quam donationem Alexander ſucceſſor ratam habuit & auxit. Idemque poſt fecit Eugenius Pontifex. Hi religioſi poſtea Ordinem Vallis Scholarum aſſumpſerunt, & Cœnobii Leewenſis, itemque Mechlinienſis ſunt inſtitutores. Cœnobium eſt elegans fonte lympidiſſimo irrigatum, cujus vis ea eſt ut marmora rigidiſſima etiam excavet. Monumenta & Epitaphia viſuntur in Eccleſia nobilium diverſorum.

JAMESCH. GERONSART. Anno 1134.

Ab hoc prioratu dependent vicinæ Parochiæ Werda Catharinæ virginis, perſonatu etiam inſignis, Erpenum Apoſtolorum Principi etiam dicatum cum Sacello Andeyienſi, cui S. Quintinus præeſt, Rineſium ſitum in pago Hoyoulenſi, cum Eccleſia S. Deſiderii & Sacellis Artheyenſi & Phaleſyenſi, & conſpiciuntur è vicino Anhea, olim celebris ob ſtructam inibi arcem à Joanne Epiſcopo Leodienſi, ubi & agere frequenter, & è propinquo Guidonem Comitem parentem viſere ſolebat. Ligniacum Quintini in ſacris Patronum in foro Dominum habens (qua patet diſtrictus vici Loherienſis) gentis Eviæ. Cujus Parochiæ ſubcenſentur, vicus cum caſtro Brumaniæ, ubi Dominium Dynaſtæ Tiloënſis.

WIERDE. ERPENT. ANDEY. RISNES. ARTHEX. FALIRE. ANHE. LINES. LOYR. BRIMAIGNE.

In ſcriptâ autem relatum eſt, Theodoricum de Bonan, caſtri Dominum ob res præclarè, fortiter, & fideliter geſtas à Philippo Archiduce promeruiſſe ſummæ titulum juriſdictionis, & Philippum ejus heredem Joanni Salmirio transſcripſiſſe.

Anno 1525.

Laudandum Philippi Comitis elogium, qui ſupplicanti cuidam Joanni del Vaulx ſibi liceret bona Comitis pace ſylvas ad novum ſartum eruere, & locum agriculturæ aptum facere, reſpondit: optimè factum ex ſylvis ſartum facere, & pro glandibus ſegetem metere, & in ſartis optimè homines naſci & paſci, ſed in ſylvis viros. Alludens ad venationem virtuti congruam excitandæ.

SEC-

SECTIO II.

Campus MARTIUS.

LOca ſunt hic ad Moſæ ripas, & circa, Martis nomen manifeſtè referentia, cujus generis eſt illa Eccleſiam habens D. Martino inſcriptam, cui providet Capitulum D. Martini Leodienſe, & ſub ſe habet celebre miraculis Deiparæ interventu Sacellum Gelbuſeenſe. Extat in vicino Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia Virginalis, cujus initium à Matronis quæ poſt militiam maritorum in terram ſanctam huc ſe contulerant. Nomen vetus D. Virginis de Vivario. Templum dedicatum, teſtibus Comite Namurcenſi, Herberto Comite de Nameſche, Antonio Waleſſienſi, Werico Gilbuſcenſi, Roberto de Villa, cum fratribus duobus Equitibus, Gulielmo de Harpael, & aliis.

MARCHOVELET. JELBUSÉE. MARCH LE DAM. Ex inſcriptione tabulæ veteris, Anno 1103.

Interjecto tempore Ciſtercienſis Inſtituti Regulam Virgines Matronis ſuccedentes aſſumpſerunt, primaque Abbatiſſæ titulo præfuit Maria de Berwier. Jam nona præeſt Clementia à Caſtro, & augendo Cœnobii ædificio multùm incumbit.

Sub anno 1380.

Hæc ſubcenſetur Parochiæ Bovinienſi, quæ tutelarem habet D. Lambertum, & in ſacris junctim agnoſcit Capitulum Marianum Namurci, & Dominum temporalem. Eſt & alia Marcia in ſupercilio Moſæ, & titulum preferunt jam indè Gentiles de Waſſervas Marciæ ſuperioris, & arcem habitant.

BOVEN. MARCH SUR MOSE.

Rem ab exteris maximè advertendam hic aſcribo, ut cui ſimilem Belgium non habeat: molendina dico Sabis in quorum majore 8. ſub uno tecto aquis impelluntur, ad terendum omnis generis frumenta, in altero ſimiliter ad diverſos uſus.

SECTIO III.

Pagus HOYOUENSIS.

PAgum voco, id eſt, diſtrictum, cum aliàs Authorem non habeam antiquum, qui hujus pagi meminerit. Nomen ei dat rivulus, qui juxta Namurcum in Moſam ſe exonerat. Hoc ambitu comprehendo Rineſium, de quo ſuprà. HOYOUL.

Adjacet Friſerum Martini Parochia ſex vicorum princeps totidemque Sacellorum, à Decano Cathedralis Namurcenſis pendens. FRISÉ.

Sacellorum duo Aviſolienſe & S. Marci diruta jacent, reliqua ſunt Deiparæ apud Wariſolium, D. Catharinæ Campilonienſis, Nicolai Colinienſis, Remigii Vedrinenſis. AUSOULX. S. MARCQ. WARISOUL. CAMPILON. COLLIGNE. VEDRIN.

Lego autem Advocatiam Campilonienſem cum ſylva Grandiſalienſi emptam ab Erneco de Waroux, Comiti Namurcenſi relictam teſtamento Roberti fratris. Anno 1366.

Caſtrum Aviſolii à Gulielmo Comite ornatum privilegiis, poſſeſſum ab Henrico Dawin, ab eoque Colardum Oultremontium emiſſe, redemiſſe lego Ernoldum de Hutaing. Anno 1417. Anno 1421.

Sunt ad extremum in ſuburbano Fanum Servatii, & Martini, illud ob reperta non uno loco Numiſmata, & alias antiquitatum reliquias innoteſcens, hoc gentis Ivia peculium Sacello & Prætorio eleganti inſtructum. S. SERVAIS. S. MARTIN.

PRÆFECTURA WASEGGENSIS.

SOlet potior hujus Præfecturæ pars olim dici *pagus Mehanienſis* à fluvio, qui mediam ferè ſecat. Deinde diſtrictus Pratenſis à multitudine ſemitarum dici cœpit. Nomen Balivatûs Waſegenſis in ore eſſe cœpit, cum privilegio Cæſareo, & opibus & incolarum numero excellens Waſegga ad famam venit. Cujus Eccleſiam D. Martino inſcriptam, Cæſar in liſerum allodium contradidit Abbatiæ Laurentianæ, ad muros oppidi Leodicenſis, Advocatum conſtituens Adelbertum Namurci Comitem, quod ipſum interjecto tempore ſucceſſoribus Namurci Comitibus confirmarunt Imperatores. Gaudet pagus jure civium Balivum habens Præfecturæ caput, Majorem vicorum aliquot in vicino rectorem.

BALUAGE DE WASEIGE. BATISPAYS. Ex diplomate Reginaldi Epiſcopi hac de re dato Anno 1030. Et Conradi Henricique Cæſarum Anno 1035.

E quorum numero ſunt Ambeſinium cum Sacello Magdalenæ, & Ambeſiniolum, cujus parochia inſcripta D. Martino dependet à Capitulo Andennenſi. Ambitu ſuo comprehendens illuſtre Dominium & primi nominis Alterivenſe Sacello D. Lamberti & caſtro olim inſtructum, nobiliſſimæ peculium familiæ: unde prodiit Clarembaldus ille obſes apud Ducem Brabantiæ. Dominium autem rediit ad Comitem. Anno 1180.

AMBESIN. AMBESINIOUL. HAULTRIVE.

Subeſt etiam Ambeſiniolo in ſacris Avinium Sacellum prothomartyris Stephani pulcherrimis & raræ antiquitatis ornatum monumentis, & tumulis Dynaſtarum loci. Pretorium quod conſpicitur olim Oultremontiorum fuit, nunc eſt Domini Wariſoulii. AUVIN.

Appendere etiam ſolet parochiali Waſeggenſi Branchoniæ Eccleſia D. Baptiſtæ; patronatus Gentilium de Charlet, nuper ſeparata; eodem etiam referenda Boneffia non tam caſtro & Toparchis ſuis, quàm Abbatiâ Ciſtercienſi celebris. Illi fuerunt olim à loco nuncupati. BRANSON.

Acquiſivit hereditatem deindè Luduvicus de Juppleu, qui teſtamento nepotem heredem ſcripſit Joannem de Glymes, & perſeverant poſteri cognomines, qui & Eccleſiæ S. Medardi provident jure patronatûs. Anno 1443. Anno 1449.

Hęc

Anno 1240. Hæc cœpit ſed incerto authore; opinio ta-
men habet, Comitis auſpicio, Staſſini de Hem-
Anno 1263. Ipſo Simonis & & Judæ.. metines beneficio jacta fundamenta; eo quòd
inveniatur Guido Comes propriis manibus pri-
mum fundamenti lapidem poſuiſſe, & Staſſini ſe-
pulcrum extet cum Epigraphe anno 1267. 6.
Kal. Octobris:

Audax, formoſus, prudens, pius, ac odioſus
Nulli, Staſſinus jacet hic lachrymabile pignus.

Anno 1242. Cœnobium fieri probavit Innocentius IV,
Anno 1267. Feriâ 6. ante Palmas. Eccleſiam cum tribus Altaribus dedicavit Er-
mundus Turonenſis Epiſcopus Vicarius Joannis
Leodiorum Epiſcopi.

Demùm decreto Capituli Generalis, & con-
ſenſu Duciſſæ Burgundiæ mutato ſexu Ciſter-
cienſis Inſtituti Virginibus Monachi ſubſtituti
Anno 1461. Feſto S. Michaëlis ſunt, procurantibus Jardineti & Molinenſi Ab-
bate, qui ex ſuo Cœnobio ſinguli Religioſos in
hanc duxêre coloniam.

Ex priorum numero Petrus Molitoris Alo-
ſtanus Abbas eligitur, qui annexo Boneffiæ
Namurcenſi Beginaſio, certo ſub onere domum
cum egeſtate & ruinis luctantem aliquantulùm
recreavit, & ſucceſſorem habuit Theodoricum
Anno 1470. Wiere etiam Aloſtanum, ſed Molinenſem A-
lumnum, qui operi à prædeceſſore inchoato in-
ſiſtens Laïcorum ope feliciter perfecit, ſed infe-
Anno 1474. liciſſimè vidit inprimis bellorum furoribus obno-
xium, tum incenſum, peſte etiam vexatum;
quod cum aliquamdiu Namurci agens deſeruiſ-
ſet, privilegia à Reverendiſſimo Ciſtercienſi ob-
tinuit haud contemnenda.

Surrogatus poſt interregnum triennii Petrus
Anno 1483. Quaye, qui deformati rudera Cœnobii repetens,
& diſperſas ob temporum calamitatem oves col-
ligens, memoriam ſui non in Boneffia tantùm,
quam ædificiis novis ornavit, & diſciplinâ re-
gulari reddidit commendabilem; ſed etiam in
Suevecano quod reformavit, Salzinenſi quod
cum aliis pluries viſitando confortavit, reliquit.

Anno 1525. Succeſſor hujus & virtutum cum dignitate hæ-
Dictum Anno 1553. res Georgius Sarens Mechlinienſis, Templum,
cujus fundamenta Petrus jecerat, perfecit. Prin-
cipibus & inprimis Leodicenſi ita acceptus, ut
coëgerit etiam invitum Trudonopolitanæ Ab-
Anno 1553. batiæ clavum ſuſcipere.

Subſtitutus Mathias ab Hortebech pari hono-
ris ſucceſſu, poſt cinctam muris, auctam ædificiis
Boneffiam, reformatam juſſu Principum Cam-
Anno 1555. bronam & Groningam, ad Villarienſem Abba-
tiam pertrahitur.

Qui ſecutus eſt Rumoldus Hunæus Mechlin.
aſſiſtentibus, quod pulchrum, duobus prædiſ-
Anno 1560. ceſſoribus inauguratus ſummam prudentiæ apud
omnes tenuit opinionem.

Anno 1567. Poſt quem electus Luduvicus de Quaye etiam
à diſciplina meliori optimè audivit. Alter ab eo
Cornelius Bruſeghen Antverp. poſt reformati
Heverenſis Cœnobii laudem, vidit ab Auraico
Principe, Templum, Cænaculum Abbatis, æ-
grorum hoſpitum domos & reliqua incendi, diſ-
perſiſque fratribus cum gemitu Namurci vixit.

Succeſſor Gerardus Robais Rottegernenſis Anno 1570.
omni conatu reduxit ad ruinas incenſi Cœnobii
Religioſos, & pro modulo tuguria aliquot ex-
truxit, abſoluturus opus niſi ſuperveniente nova
bellorum calamitate, cedere cum ſuis & Huy
exulare cogeretur. Peſte mortuus poſt ſe habuit
Joannem Rotharium Lovan. qui ad ædes Na- Anno 1579.
murcenſes, ubi hodièque rem Divinam agunt
Cœnobitæ, Conventum duxit, morbo ex injuriis Anno 1583.
temporum contracto defunctus.

Qui nunc feliciter præeſt Ægidius Breuſe-
gem Antverpienſis, inſignem Religioni & Cœ-
nobio navat operam: cui, ut ſit vita longa, precor.

Ciſtercienſes non ſemper eo, quo nunc utuntur, ha- Extat in Codice Molinenſi.
bitu uſos diſco ex diplomate anno 1444, *quo cavetur*
ne Molinenſes utantur deinceps veſtibus gryſeis.

SECTIO I.

Dynaſtia BRENNELIACI.

Dictam hanc volunt à Brenno illo toties fa- BREGNILIERS.
bulis noſtratibus cantato: ſita eſt tertio à
Tungris lapide ad ripas Jairæ fluvioli, cujus Ec-
cleſia inſcripta Virgini Matri, Paſtorem acci-
pit à Canonicis D. Dionyſii.

Toparcha eſt ex Paribus Namurcæi Comi-
tatus. Fuit olim Clarobaldus Altirinenſis, poſteà
Arnoldus D. de Momalc, nuper dotali titulo
cum Margareta Momalia Dominium accepit Anno 1531.
Henricus Merodius. Margareta autem poſtea
legitur tranſcripſiſſe Joanni Oyenburgico D. Anno 1570.
Duraſſienſi. Ultimo Anthonium à Burgundia
Brigdami Dominum video profeſſum. Anno 1601.

Cùm Dominio hoc accepit Comes vicos Al-
terinæ, Hoſdeni, & Avieni, & quod puto bene-
ficium Holoniç ſuper Lairam, quod Arduemon-
tenſes primo, tum Lambertus Haultpenne, tum Anno 1413.
Joannes de Seraing dotem poſſedit, arce inſigni
ornatum.

Quam citò poſt mortem Deus in Sanctis ſuis ope-
retur, vel ex hoc collige, quod ipſo mortis anno lo-
cis procul diſſitis famâ ſanctitatis innotuerit. Ita
vides diploma fundationis Haſterienſis, Datum
ipſo quo D. Gertrudis obiit anno ſcribi, Bono ni-
mirum Comite, ut nos à Regno Imper. annos
ſupputamus, à Divæ iſtius obitu clarum annum
ſubnotante.

SECTIO II.

Pars Comitatus HASBANIENSIS.

Thenæ Hasbanicæ, quas nonnulli volunt op- THISNES EN HASBAING.
pignoratas fuiſſe Duci Brabantiæ, quod ego
de Thenenſi Brabantiæ oppido intelligo. Mu-
nicipium certè eſt totius præfecturæ nobiliſſi-
mum, in ſacris Capitulo Andanenſi obnoxium
eſt.

Wanſin. Wanſiniole. Chappaville. Cui ſubcenſentur Wanſinia cum ſuis appendiciis Wanſiniolo & Capavilio, ad rivum è fontibus ſalientem commodum ob molas & fertilem turturum.

Merdo. Vicina eſt Mardorpia, quoad rem ſacram S. Remigio & Canonicis Leodienſibus S. Joannis Evangeliſtæ ſubjecta. Advocatos habere ſolet olim Flonenſes Archimandritas, à quibus jus venit ad Gentiles de Clocquier.

Vilen Hasbay. Ultra Mehaniam eſt villa Hasbaniæ Deiparæ ſacra, & Parœchum accipiens à Capitulo Paulino apud Leodios.

Burdins. Hannesch. Burdinum in ſacris Andanenſi Capitulo ſubeſt, & Deiparam ſpeciali titulo colit. Hanneſſia Eccleſiam habet D. Lamberto inſcriptam, & ejuſdem tituli Leodienſes Canonicos Patronos, tertiaque putatur diœceſeos Tungrenſis.

Acoz. Acoſſiæ providet Paſtor Meſſienſis de Paſtore qui D. Martino ſacram regat Eccleſiam.

Fumale. Fumalia huc etiam ſpectat, cujus Eccleſia è Superis Martinum Antiſtitem, è mortalibus Vallis noſtræ Dominæ Abbatiſſam habet patronam. Caſtro ornatur & commodo Mehaniæ perlabentis. Toparchia pronuper Hoſdeniorum, nunc N. de Cerf Præfecti Sanſonenſis.

Mox. Moxcenſe etiam territorium hujus loci eſt, quod ab Abbate Flonenſi acquiſitum, nunc à Vice-Comite Upinienſi, & Joanne Loſſon poſſidetur.

Unde fiat quod in unico, quod reperi, diplomate Alberti primi ſigillis munito, in altera ſigilli parte equitem, in altera Angelum viderim, ſæpe inquiſivi, & dubitavi, an non ex eo ſit quod Archangelus Michaël peculiaris Namurci ſit Tutelaris, quod doceo ex vetuſtiſſimis Sacello, Cœnobio, Eccleſia huic inſcriptis. (Vide Bronium. Walciodorum, Gerpiniam. ubi exempla dictis fidem factura.)

SECTIO III.

Comitatus Landensis.

Landen. INvenio in Manuſcripto vitæ Divæ Beggæ eam vocari Comitiſſam Landinenſem, quod licet referre poſſim ad Landinum Brabantiæ, tamen inclinor magis in Landenum Moſæ, eo quod monumenta Andennenſium & chronicon Leodienſe uno ore tradant Sciliam D. Beggæ patrimonium fuiſſe, adeòque Eccleſiam Prothomartyris Stephani ab ipſa exſtructam, quam olim Andennenſes nunc Sicilinienſes Canonici procurant. (Seilles.) Viſitur hic Dynaſtæ Crehanienſis Caſtrum inſigne, viſuntur ſilvę duæ, rupes etiam cærulei lapidis, qui hinc in pleraſque Belgicæ Provincias defertur, venæ etiam ferri, plumbi, & calcis. Solet Landenum de quo agimus appendix eſſe Selii, nunc ex ſacello D. Remigii erecta Parochia, ſub qua Caſtrum turris inſtar fortiſſimum Dynaſta Wariſolius exſtruxit, qui Eccleſiæ Patrocinatur.

Vezin. Vicina eſt huic Pago Vicinia, cujus titulum præfert Dominus Caſtri Melroienſis, qui & Eccleſię D. Martino dicatæ Patrocinatur.

Audire me memini diverbium in vulgo frequens Namurois pour la vie, *quod ejus generis eſt, ac ſi dicas, Namurcenſis uſque ad mortem; & cum legam in tumultu illo ſub Joanne Comite, plebi ſymbolum fuiſſe* Namur pour la vie, *volenti ſignificari Namurci libertatem uſque ad aras ſibi defendendam, cœpi dubitare, an non ex hoc fonte dicterium manaverit.*

SECTIO IV.

Comitatus Namecensis.

INvenio in dedicatione Templi Marciani ſecundo loco, Herbertum Comitem de Nameſch, unde mihi fundamentum hujus Comitatûs. Municipium, ut nunc res ſunt, non uno titulo celebre, in ſupercilio Moſæ, Prætorio, Prioratu, & Dominio mediæ juriſdictionis ornatum. Nameschi.

Domini antiqui à loco dicti, gentiles de Juppleu, per Luduvicum acquiſierunt jus, qui mox illud Henrico de Forvie tranſſcripſit, cujus ſucceſſor Anthonius Anthonio Marbaſio. Gedeon de Barnonnette cum uxore Marbaſia cœpit poſſidere, & eodem titulo Dionyſius de Argenteau. (Anno 1441. Anno 1446. Anno 1481. Anno 1516. Anno 1581.) Prioratus autem Ordinis D. Benedicti fundatus, per *Franconem liberum hominem* & *Helſendem ejus conjugem*, qui Cluniacenſi Abbæ commiſſus eſt, Adriano Pontifice authoritatem faciente. Nuper eâdem Pontificiâ authoritate aſſignatus Epiſcopo Namurcenſi. (Ex Bulla Adriani Papæ, per Reverend. Namurcenſ. ſem exhibitâ.)

Eccleſia Virgini Matri inſcripta Perſonatum habere ſolet, nunc tranſlatum in Villam Wareti.

Romanos in Namurceſio diverſatos, præter hiſtoricos, nomina locorum manifeſtè docent, Romeræa, Pontis Romanorum, Montis Aquilæ, &c. & alia pro potiori parte vicorum nomina è Latino derivata aut detorta. Manifeſtiſſimè verò omnium Epitaphia, quorum unum ſaxo ad Moſam inciſum juxta Namecam tale eſt:

D. M.
NINNIUS
DRAUSONIUS
VIVUS SIBI
M. F.

SECTIO V.

Comitatus Hugoniensis.

Hingeon. NOmen hoc reperio in diplomate Stabulenſi, & hinc eſſe puto, quod omnes Toparcham proprium non habentes pagi, jura petant à Senatu & Tribunali Hugonienſi. Eccleſia D. Medardi confertur à Floreffienſibus. Adjacet haud procul ad ripas Soliæ Tillerium, cujus Eccleſia (Tillier.)

cleſia ſub honore D. Folliani alternatim à Salzinenſi & Marcienſi Abbatiſſis curatur.

Cortilz. Tillerour. Curtile autem & Tillerolium prætorio inſtructum, titulo Martini Antiſtitis habet Parochiam, cui providet Capitulum Sancti Joannis Leodicenſe.

Vil en Waret. Francque Waret. Waret le Chauchy. Sunt in Vicino Wareta aliquot, Villam puta, & Francum Waretum, itemque Waretum Strati, quorum hoc D. Quintinum honorat, & agnoſcit Collatores Paſtoralis curæ Gemblacenſem & Salzinenſem Abbatias.

Rythmum popularem vidi, potiores Namurceſii rivos ſeptem recitantem, quod ſic additis quibuſdam Latinum feci:

Moſa, Sabis, Flavion, Bochus, Ora, Mehania, & Ornus,
Namurcæa rigant divite rura ſinu.

SECTIO VI.

Municipium Novæ-Villæ.

Noville le Bois. MUnicipium hoc indigetant Francorum hominum, illud neſcias an vico ſuo, an Parochiâ, an Dominio celebrius. Ille ſylvas habet duas 700. & ampliùs jugerum, partim Toparchæ, partim Communitatis; rivulum etiam qui aliquos viculos lambens in Soliam ſe effundit.

Sart Helman. Hambraine. Necourt. Recourt. Montigny. Hæc præter Sartum Helmondi, Hambraniam cum Sacello, Reocuriam & Neocuriam, caſtrum Dominiumque complectitur Montiniaci: peculium olim gentis Eviæ, nunc Marottiæ, Joannem Dominum agnoſcens, Virum à litteris, prudentiâque non vulgariter commendandum.

Agnoſcit Divum Protomartyrem, collatricem Paſtoralis curæ Salzinenſem Abbatiſſam.

Vodonium & Vodoniolum ad Soliam rivum, cujus Adocatiam à Comite obtinuit Theobaldus Smael, D. de Broesberch, & ab eo per varios pervenit ad gentiles de Anneaux Abencurtii Dominos. Vodon, Vodoniol. Anno 1555.

Hoc caſtro inſigne Fernelemontano Toparchas habuit inprimis provinciæ. Gentiles à longo campo poſſediſſe olim diſco, nuper Philippum Marbaſium cum uxore obtinuiſſe, nunc Baronem Peſchiacum ejus potiri. Fernelmont. Anno 1449. Anno 1453.

Dominicum Petri ſimiliter à Marbaſiis poſſeſſum invenio. Dompere.

Turrim Gobiniam à Romanis nomen cepiſſe, & reperta volunt circa eam numiſmata Anthoniorum, Adriani, &c. Tour Gobin.

Haud procul hinc Hanreſſia eſt, Archipresbyteratu inſignis Eccleſia D. Remigii à Prçlato S. Jacobi Leodienſis Paſtorem accipiens: tertia diœceſeos Tungrenſis Eccleſia, & Alta ripa nobilis peculium familiæ, nunc Baronem de Vierve ex gente Hamalia Dominum habens, Eccleſia Dionyſium tutelarem. Adjacet Pontilaca D. Martini & Gentilium de Charlet Eccleſia & Bellus reditus poſſeſſio nunc Dominæ Merlomontanæ uſuſfructuariæ. Remotior eſt Emptina D. Georgii Eccleſiam habens à Boneffienſi Domino dependentem. Hanrech. Oultreppe. Pontilache. Beaurewart. Hemptin.

Libet hìc etiam aſcribere Dominium Zetrudanum, quod licet Namurcæi juris, tamen cum Brabantis in communionem onerum venit, ex lege per Wenceſlaum Ducem dicta, eo quod Namurci Comes in bello Mechlinienſi Adorpiam exuſſiſſet. Dominus eſt ex paribus Caſtri Namurcenſis, & lego Reinerum Schoonvorſtanum poſſediſſe, emptumque à Marchione Juliacenſi, denique per uxorem Mariam obtinuiſſe Joannem Gaverum. Zetrud. Anno 1354. Anno 1356. Anno 1455.

PRÆFECTURA FEXENSIS.

Mairie de Feix

HÆc circa origines & prima incrementa Mehaniæ ferè ſtatuitur, antiquiſſima & primaria Comitatus, nomen adepta à vico ſuburbanis proximo, quem nunc intruſa littera *r* vocant Frizetum, olim Feizetum ſive Feixetum. Friſé.

Dividere eam commodè videor in partes quæ ſequuntur.

Dato anno 1204. *Horoſcopi nomen invenio in diplomate Namurcenſi, & dubito, an non per id nomen intelligantur excubitores nocturni, ad horam ſigna edentes, an potius viatores publici horis itinera metientes. Quicquid eorum ſit, nomen dignitatis fuit.*

SECTIO I.

Comitatus Leruntensis.

Lernu.

COmitatus nomen reperi in donatione Dominii Roſarienſis facta Walciodoro, ubi id ſcribitur ſitum *in Comitatu de Lernus.* Unde amplius colligo latè per Gallo-Brabantiam extendiſſe, & veroſimile eſt in Namurceſio reliquias hujus ſolas ſupereſſe pagos duos, quæ unum ab antiquo tribunal & privilegiatum habent. Qui ſunt Municipium Lernutenſe & Aſca-refalia. Utriuſque Eccleſiæ de Paræco providet Decanius majoris Leodinæ, quarum illa Prodromo Joanni, hæc Virgini Matri inſcribitur. Illic D. de Pottel, hìc Gentiles de Huy Prçtorium habent. Anno 1032. Aisch en Refay.

S. Germain. Jan.-Valle. Honore.

Adjacet fanum Germani cujus Eccleſiæ per illum ipſum deſignato loco ſtructæ alternatim per Salzinenſem & Argentonenſem Abbatiſſas proſpicitur. Ubi prætorium Vallis-Jani peculium gentis Honoratorum, quam origine Namurcenſem & ante annos 130. Equeſtris Ordinis fuiſſe, tam ex Epitaphio in æde Mariana Namurci, quàm ex ſcriptis veteribus diſco: nunc ejus potitur N. de Forvie.

Utuntur Namurcenſes frumenti genere quod Speltam quaſi peltam à decorticando vocant, bladum olim vocabulo à Barbaris Latinitate donato vocabant; & totâ Brabantiâ viciniſque locis maximè uſitatam fuiſſe docent antiqui computus. Zeam Latini, Romani per excellentiam ſemen, ſicut Itali Biadam vocant, & eſt ad nutritionem optima, duplici munita cortice, unde duplici molarum genere opus, altero ad decorticandum, altero ad terendum.

SECTIO II.

Advocatia Mehaniæ.

Mehania vicus ad confluentiam ſitus, ubi aliquot auctus rivulis Mehania famam accipit. Hujus Advocatos olim Jupilienſes, denique Ægidium de Foul reperio extitiſſe, (Anno 1361.) tandem Claudium Argentealenſem matris Fouliæ (Anno 1525.) heredem jus ad poſteros cognomines tranſmittere. Parochia D. Petro dicata Malonienſes agnoſcit, ſub qua Allodium cum caſtro Montis-Aquarum. (Monceaux.)

Quod olim Davriani poſſederunt, nunc Everardus de Syverii Eques à Catholica Majeſtate (Anno 1569.) renunciatus, & renunciatus merito virtutis quam pluribus bellis oſtendit, per annos 20. Locumtenens Turmarum Comitis Boſſutani, & aliàs Gubernator Lanoyæ, nunc Præfectus caſtro & præſidio Namurcenſi, Vir à rerum experientia & prudentia magnus, & in flagrante apud Principes gratia.

Mehaignoul. Longchamp. S. Denis. Anno 1403.

Mehaniæ appendet Mehaniolum & Longus-campus, adjacet Fanum Dionyſii, quod Comes ab onere Cormedatum & manûs mortuæ eximit: cujus parochiæ Tripſæa & Martinia (Tripsees. Matigne.) ſubſunt, illa Bacchi hæc Martis nomen manifeſtè referens.

Bolinee.

Hujus etiam loci eſt Bolinia Gentilium Deſchange olim, poſtea Clocquetiorum quibus à Walevia cognomen, Advocatia, cum prętorio Joannis de Corthy.

Quæro unde natum familiare Namurcenſibus adagium in eos, qui aberrant à via, & locum quo tendunt, circumeunt, ut dicantur ire viam Gerpinienſem? An ob famoſam illam & multâ peregrinorum frequentiâ celebratam poſtridie Paſchatis ſupplicationem, quâ clerus cum populo Feretrum D. Rolendis proſequens, Re Divina poſt medium noctis peracta, ante lucem procedens ad quinque paſſuum millia circumcirca latè patentem parochiam ambulat, & vix ad ſecundam pomeridianam revertitur?

SECTIO III.

Vicecomitatus Upiniaci.

Hujus duo feuda Philippus naturalis de Namur obtinuit, (Anno 1399.) & poſt eum Dongelbergici. Quorum Joannes legitur ceſſiſſe Ægidio (Anno 1456.) Domino de Floyon. Succeſſit demum affinis Joannes del Vaulx, (Anno 1518.) & ad extremum dotali titulo gentiles Vitſlebii. (Anno 1546.) Qui ſupereſt Vicecomes operæ in bellis fortiter navatæ præmium meruit dono Principis ſupremæ juriſdictionis honorem. Eccleſiæ Tutelaris eſt Apoſtolorum Princeps, Collator Abbas Villarii. Cui ſubcenſetur in ſacris Caſtrum Vice-comitatus honore etiam celebre Dierlezienſe, quod Philippus Duſii Dominus (Derleze. Anno 1439.) à gentilibus de Tay redimens ad heredes tranſmiſit, & nunc titulo gaudet primogenitus Dynaſtæ Duſienſis.

Duſium, de quo dico, ab urbe dioceſeos Rhemenſis nomen referens, (Duys.) Francorum ſecunda in Hasbaniam colonia, Eccleſiam habet D. Remigio inſcriptam à Griſone ſive Ægidio Archipræſule Rhemenſi, aſſignatam Capitulo Andenenſi, ſed per turbas bellorum ſub Alberto II. jus Patronatûs ad Comitem venit, qui id Capitulo ſuo Albanenſi tranſſcripſit. Ornatur (Bayart.) prætorio veteri (ad fluenta Mehaniæ, vivarium uno latere arcem ſtipans & muniens, permeantis) quod ferunt annales Aymondi filios ex Ardenna ſuperiori profugos hic primùm ſedem fixiſſe, unde caſtrum hodièque eſt Brabanti Ducis beneficium. Toparchiam loci video Joannem de Harduel dono Comitis obtinuiſſe, (Anno 1364.) poſteà Joannem de Namurco idem à (Anno 1422.) fratre Comite conſecutum, & tertio Philippum Joannis Comitis naturâ filium parentiſque Conſiliarium & palatii Magiſtrum virtutis & generis merito accepiſſe, unà cum Toparchia Sarti Duſienſis.

Hic Philippus duplici celebris titulo in longam poſteritatem clari ſtemmatis ſobolem propagavit ex Maria Longocampia pater factus alterius Philippi Barbaræ Wittemiæ copulati. Unde Henricus prodiit Dominæ Floſtoyenſis ex Holonienſium ſtirpe maritus, parens Philippi & per eum ſocer Comitis Rogranii, avus alterius Philippi; is junctus Joannæ Crehanienſi clarâ apud Hasbanos gente, produxit Claudium de Namurco virum humanitate, & virtute inclytum, quique J. Berloënſi heredi Berzæenſis Dominii Matrimonio junctus claram ſtirpem feliciter propagat. Quoad Dominium, id latè patens præter Sarti Toparchiam (Sart en Dur Laitre,) complectitur Latriæ Dominium Tyrienſis circa Valcuriam Comitatûs beneficiarium: Appendices etiam Rivuli, Sylvulæ, Tombulæ, & Sartioli: vulgo Sart, Boſcaille, Rion, Tombelle.

Præterque Parochiam habet Sacellum in caſtro à Dominis olim fundatum. Nec omittendum quod præter alia feuda habeat Duſii Domi-

Dominus Toparchiæ Roncinienſis beneficium.
Leuze. Haud procul hinc jacet municipium Lutoſæ
Patronos in ſacris habens D. Martinum &
Capitulum Dionyſianum Leodii, Dominos
Rinsseau. Dionyſium de Marbais, & (quâ rivuli vi-
culus patet) gentiles de Wayaulx. Remotius
Verdin. eſt Viridarium,in ſacris appendix Frizeti, in foro
gentiles olim à loco dictos habuit, donec à Jo-
Anno 1379. anne emit Joannes de Davre. Poſt per nuptias
Anno 1494. Toparcha d'Emmeries obtinuit, denique Joan-
Anno 1502. nes de Trivires Nicolao Salmirio tranſſcripſit.

Utriuſque ordinis homines in Namurceſio capillitium ferè uſque ad Burgundorum tempora nutriſſe ſcio. Et exempla Eccleſiaſticorum monachorumque paſſim in tumulis obvia ſunt. Principis Philippi II. effigiem vidi in Archivo Illuſtriſſimi Ducis Arſcotani, ſigilla paſſim habentur, & monſtrantes idem Nobilium Tumulos ſimiles in æde Mariana Namurci, & Geronſarto invenies.

SECTIO IV.

Pars Comitatus & Pagi Mehaniensis.

Egesees. Litteræ venditionis datæ 18. Januarii an. 1363.
TErritorium Angaſienſe à Comite acquiſi-
tum partim ab Agimontio Valhainiæ Do-
mino, partim ab Euſtachio de Seraing. Qui
idem beneficiario tradidit titulo poſſidendum
gentilibus de Rideal, à quibus Henricus Oultre- Anno 1492.
montius emens revendidit Joanni Lodonoet.
Nunc ejus potitur Joannes Marotte Ergneæ
Dominus, vir à litteris, induſtria, humanitate
multùm commendandus. Eccleſiæ D. Huber-
tum colenti providet Cantor Namurcenſis alter-
natim cum Capitulo Nivellenſi.

Nova Villa celebris ob victoriam ultimam Noville sur Mehaingne.
Balduini Comitis Hannoniæ contra Henricum Anno 1194.
Cæcum, ſacrorum tenus D. Philibertum hono-
rans, & Abbatiſſam de Ramea agnoſcens.

Paulo ſupra ſunt, recenti Principis virtutem
æſtimantis & fidelitatem beneficio ſummæ ju-
riſdictionis honore donata Iviorum Dominia
Franconia D. Petri & Affligimenſium, Tave- Franquenne, Tavilrs.
ria D. Martini & Canonicorum Leod. D. Bar-
tholomæi Eccleſiam habens, & hæc prætorio
inſigni ornata.

Harluria eoſdem cum Taveria in ſacris agnoſ- Harleu.
cens, niſi quod ut ibi Dominus loci, hìc Ca-
pitulum Nivellenſe venit in communionem præ-
ſentationis Paſtoralis. Viſitur hìc Caſtrum Dy-
naſtæ Henhovii.

PRÆFECTURA FLORIDI RURIS.

Fleru. FLeruci nomen à terræ genio
eſſe volunt, quod rus ibi maxi-
mè florens & lætum; ut non
inconcinnè quà homines quà
pecudes habitant, horreum
Namurcenſe aut pœnu Comi-
tatus dixeris.

Municipii inſignia flos unus. Locus fuit antiquitus non ultimæ famæ, &
neſcio an non hic dominati Gentiles de Florido
Rure nuncupati, quorum nomina alibi in diplo-
matibus reperio; inſignia ſunt flores terni.

Litteræ datæ in Octobri Indictione 3. anno 1145. Municipali honore & privilegiis urbium do-
navit vicum Henricus Comes, auxit confirma-
Anno 1246. vitque Balduinus Comes & Imperator Conſtan-
Anno 1265. tinopoleos, & poſt eum Guido: unde annuatim
celebrantur nundinæ binæ, & fora hebdoma-
datim diebus Martis & Veneris.

Municipium eſt ſic ſatis elegans plateis & do-
mibus exornatum. Et niſi ſæpius hoſti in præ-
dam fuiſſet, inter pulcherrima cenſendum. Hal-
lam frumentariam ex ærario Principis refectam
pronuper lego. Tum aliàs ſæpe tum nuper ho-
ſtibus Brabantiam invadentibus, prædis & in-
Anno 1596. cendio hìc ſævitum.

Præficitur à Principe, utpote Domino, Ba-
livus territorio, urbi Major cum Senatoribus.

Peculium Theodorici Hornani Domini Par-
Anno 1367. wetani in Fleruco emit Comes. Idem à Cœ-
Anno 1570. nobio Villarienſi redemit quadrantem totius ter-
ritorii, quam à Leodicenſibus acquiſierat Abbas
loci.

Res ſacra olim dependebat à Parochia D. Bar-
tholomæo inſcriptâ, quæ nunc extra munici-
pium viſitur in heremum converſa.

Parochia autem in meditullio municipii ſita
poſterior eſt tempore, & D. Victori inſcripta.
Cui Parœcum deſignant patroni tres, Equites
puta Jeroſolymitani, Canonici D. Albani, &
Princeps jure & juriſdictione gaudens, quâ Leo-
dicenſes olim, totius territorii pro quadrante
Domini ex emptione per Henricum II Epiſco-
pum factâ.

Collegium Canonicorum hìc fuiſſe, ex diplo- Datum anno 1394.
mate diſco, quo Comes declarat, quid juris in
Templum habeat. Ceterum dum inquiro qui-
nam illi Canonici, nihil aliud occurrit, quàm
quod opinor intelligi Collegium Walcurienſe,
quod hìc aliquamdiu reſedit.

Hoſpitale eſt munificentiâ civium inſigniter
dotatum; fuit etiam leproſarium.

Diſce præ omnibus cultam à Namurceſio Deipa- Exempla quære in Namurco, Valcuria.
ram ex Templis antiquiſſimis ei inſcriptis, & inſig-
nibus omnium ferè Comitatus Monaſteriorum quæ
eam præferunt, nominibus etiam antiquis. Ità
Marciam D. Virginem de Vivario, *Salzinas*
D. Virginis & S. Georgii ad Sabin, *Floreffiam* Hæc nomina partim ex veteribus chronicis, partim ex diplomatibus petita.
Florem Mariæ, *Solis-montem* Deiparam in Sole,
Soleriam Cœnobium Conſolationis Mariæ,
Grandipratum Monaſterium B. Mariæ in Gran-
diprato, *Molinas* Allodium B. Mariæ, *Jardi-*
netum Hortulum B. Virginis, *Boneffiam* Vi-

neam noſtræ Dominæ, *Bronium* Deiparæ ad fontem, *Walciodorum* Vallem Moſæ, ubi ad honorem Mariæ ſemper Virginis, Illuſtris Eilbertus Comes ſtruxit Eccleſiam. *Vides in codicibus & diplomatibus antiquis nuncupari.*

SECTIO I.

Comitatus Marbasiensis.

Marbais. Nomen à torrente inditum, bais enim beeck, id eſt torrens nobis vertitur.

MArbaſium veteri arce & prætorio inſtructum, vicos ſex ſuo ambitu comprehendens, Comitatus, ut volunt, titulo nonnunquam inſignitum, & latè per Sylvam Sogneſiacenſem Dominii ſui alas extendere ſolitum. Priora, quæ dixi, duo tam certa quàm incerta poſteriora: niſi quòd repererim in veteri diplomate Cameracenſi *Adonem Comitem de Marbes* ſubſcribentem, & in ſchædio veteri hæc legerim verba ita latinè à me expreſſa: *Cùm etiam Euſtachius de Marbais aſſereret ſe nullius beneficio ditionem ſuam poſſidere niſi Dei & Solis, Dux magnam ejus portionem militi depopulandam conceſſit: quâ re indignatus ſacramentum dixit Comiti Namurcæo ſpe auxilii ab eo obtinendi. Dux autem uſque ad Tyliam omnia occupans ſuo fiſco aſſcripſit.* Atque ex hac aut ſimili narratiuncula referunt Marbaſienſes antiquitùs ſe liberos nullius clientes fuiſſe.

Dato anno 970.

Vil de Marbais.

Nec tacendum quod in veteribus reſcriptis *Villam Marbaſienſem* cum appendiciis ſemper ſcriptam legas.

Prima Dominorum ſtirps è priſcis regni Lotharici incolis eſſe putatur. Quâ deficiente volunt alicujus Comitis ſecundo-genitum ductâ herede, in titulum bona & nomen ſucceſſiſſe. Unde & nonnulli Baronis cognomento eos honorant, licèt nullos Comitatus Namurcenſis Barones agnoſcat.

Perſeverat gens, raro exemplo, uſque ad noſtra tempora & rariore exemplo Dominium poſſedit, niſi quòd unica defuncti Toparchæ ſoror pronuper Tſerclaeſio Dynaſtæ Tiliacenſis ſecundogenito affini ſuo Dominium transſcripſerit operæ ſerio in controverſiis nonnullis navatæ præmium.

Ex Marbaſiis invenio bellis ſacris celebres Ewaldum & Joannem anno 1199. Gulielmum anno 1209. Joannem anno 1280. Ewaldum ſub annum 1300. claros.

Joannem Balduini Comitis & Imperatoris Seneſcallum, Vice-Comites Bruxellenſes uſque ad annum ferè 1300. Venatores Imperii ſub Henrico Imperatore, Radulphum Eccleſiæ Leodicenſi Præpoſitum, Joannem anno 1260. Canonicum ibidem præter alios recentiores.

Anno 1260.

Potitos Dominiis ampliſſimis & primæ notæ: in Namurcæſio, *Dompiere*, *Faulx*, *Goſcelies*, *Villers*, *Robollez*, *&c.*

In Leodicenſi ditione: *Louvernael*, *Hourt*, *Clocquier*, *Fraſteau.*

In Brabantia: *Tiliaco*, *Ligniaco*, *Houtanio*, *Beverna*, *Kersbeca*, *&c.*

In Hannonia & alibi aliis.

Parochialis à Patrono Toparcha dependentis Divus Tutelaris eſt Martinus Antiſtes Turonum, ubi tumuli Dynaſtarum veteres & magnifici viſuntur, & inſignis ſalutiferæ Crucis portio ex Palæſtina per Ewaldum, niſi fallor, Marbaſium aſportata ante annos trecentos.

Ut curioſos qualiter poſt mortem anima ageret, ita parùm ſollicitos fuiſſe, ut ſepulturæ locum titulis exornarent, docent Namurci Comitum [a] *tumuli nudo notati nomine, & alterius cum epigraphe* Gerardus [b] de Los, *& alterius cum tali* Vir Nobilis [c] Manaſſes, *cùm tamen hic fuerit affinis Regum & Moderator regni Hieroſolymitani: ille Comes Eilberti Frater.*

a Extant Floreffiæ.
b Walciodori in navi Eccleſiæ.
c Bronii in pronao Templi.

SECTIO II.

Comitatus Darmiensis.

Darmt.

HUnc poſſedit Litoldus B. Guiberti pater, & poſt eum poſſediſſet Cœnobium Gemblacenſe, niſi Heribrandus Comes Bratuſpantius armatâ manu interveniſſet. Et reor auxilii per Comitem Namurcenſem lati præmium fuiſſe traditum & annexum deinceps Darmium Namurcæſio. Extendebat ſe latè ad Sabin, quo tractu nunc pagi & Dominia conſpiciuntur ſequentia.

Chastelineau.

Caſtellinium ad Sabin, aut ſi mavis Caſtellum ad aquas, Sabis puta (qui ditionis caſtellaniæ, & per eam Namurcenſes fines lambit) & rivuli qui circa Solimontium ortus, mediamque ſecans Toparchiam in Sabin ſe exonerat. Situm eſt in confinio diœceſis Leodinæ ex adverſo Caſtelleti oppidi Leodienſis. Unde frequens de finibus controverſia per leges concordiæ utrimque datas & acceptas ſopita legitur.

Ex diplomate hâc de re dato poſtridie D. Catharinæ. Anno 1380.

Municipium eſt agris tam arvis quàm paſcuis fœcundum, ſylvis etiam: quarum duæ celebriores, altera à Theodorico dotatore Cœnobii Solimontani, altera ab Sagittarum exercitio dicta, & illa quidem Cœnobii, hæc civium: illa permutatione, hæc Canonicorum S. Bartholomæi Leodicenſium ceſſione. Sed enim reperio quoad jura & paſturas ſylveſtres ſæpè motas diſſenſiones tam inter Abbatiſſam, quàm inter Toparcham & cives, quibus finis impoſitus prudentiâ Baronis Merodii.

Bois de Thiry.
Bois de Fliches. Ex Litteris datis Sabbatho ante Paſcha.
Anno 1264.
Ex litteris hâc de re datis 12. Octobris.
Anno 1540.

Sylvam autem Theodorici Lambertus Dynaſta loci ceſſit Cœnobio Solimontano, in vicem recipiens ab eo Curiam judicialem D. Bartholomæi dictam, eo quòd antea Canonici Leodicenſes ejuſdem Divi nomen præferentes eam poſſederant.

Ex diplomate hâc de re dato 20. Martii.
Anno 1499.

Toparchia loci fuit olim Glymæorum quibus origo naturalis à Brabantiæ Ducibus. Cùm autem Guido de Glymes, poſtremus ſtirpis, donatione inter vivos Balduinum de Humieres ſucceſſorem declaraſſet, interveniens Lambertus de Bois Dominus de Momberting Ducali ſententiâ præfertur; cujus neptis Adriana Illuſtriſſimo

Ex diplomate hâc de re dato.
Anno 1470.

Anno 1516. ſimo Baroni Renaldo de Merode enupta, in mariti nomen & familiam tranſtulit hereditatem.
Quæ hodieque in poſteris & nomine perſeverat,
& præeſt modò ampliſſimi nominis Frentziacus
apud Juliacenſes Baro Philippus de Merode, à
peregrinatione Hieroſolymitana Eques S. Sepulchri, Vir omni Heroïcarum virtutum genere excellens, à litterarum amore & humanitate inprimis commendandus, cujus beneficio
horum, quæ vides, monumentorum habui inſpectionem.

Cives & incolæ hujus loci magnam pronuper
rem facere ſolent arte ferrariâ, ferrum informe
deducendo, rude coaptando, quæ nundinatio
non ita pridem excogitato molarum compendio
deſiit uſurpari. Invenies & alibi venas nigræ ter-
Hoilles. ræ, quam igni aptam fovendo carbones vocant.

Caſtrum hìc eſt & Toparchæ ordinaria habitatio foſſis muroque non ſimplice ornatum, turribus ſex minitans, muris eâ craſſitie, ut non meminerim alibi majorem vidiſſe, unde in ſubjectam planitiem ita grata oculis diſcurſio, ut ſuprà
nihil. Hortos adjacentes ambit rivus, ad cujus
interfluxum mola ingenioſo artificio eodem
tempore quatuor operas magiſtro pendens, in
ligno quidem ſerrando, in ferro coagulato tormentis puta bellicis terebrando, in cultros acuendo, & aliis.

Quoad rem ſacram Parochialis D. Bartholomæo inſcripta à Florinenſi Archimandrita curatorem animarum accipit. Ubi inſignis è nigro
marmore poſito tumulus Richaldi Merodii &
Margaretæ d'Oignies Baronum, quorum ille
Ex litteris Joannis Epiſcopi 8. Octobris datis. anno 1577. hæc 1602. vivere deſiit. In qua patronatus Dominorum loci ſunt Virginis Matris
Anno 1498. Sacellum dicatum.

Itemque aliud Mariæ Magdalenæ, itemque
caſtrale SS. Viti & Creſcentii. Turris nuper à
Anno 1604. tempeſtate dejecta, curâ civium reparatur.

Eſt ampliùs intra juriſdictionem Caſtellinii
Hoſpitale vetus, ubi olim Magiſtrum & Fra-
Datum 4. Kalend. April. Pontif. anno 4. tres Religioſos peregrinis fovendis operam dediſſe diſco ex diplomate Pontificis Gregorii bona eorum confirmantis.

Ulteriùs partim in hoc partim in Gylienſi
Fleruceńſique territoriis ſita eſt Ciſtercienſis In-
Bulla data 10. Kal. Aprilis Pontif. anno 13. ſtituti, inſtituta Abbatia virginalis auſpiciis Henrici Comitis, fundata eodem Gregorio V. au-
Anno 1088. Soriamont. thoritatem faciente, vulgo vocant Soliſmontem.
Anno 1380. Ea rigidiori modo reformata Mariâ de Senſel
ſanctimonialium Antiſtitâ.

Lue contagioſâ omnibus aſſumptis Guliel-
Poſt annum. 1400. mus ipſe Comes Namurci Mariam de Alveto
cum aliis Mechliniâ adduxit, Cœnobium reſtituturas. Domos priores Abbatiæ refecit Eliſa-
Anno 1460. beth de Lannoy poſt reformationem 5. in Or-
Ex tumulis earum in Capitulo. dine, ſuccedens Joanna de Trazenies dormi-
Anno 1496. torium cum duabus partibus ambitûs ædificavit,
opere ſic ſatis eleganti.

Anno 1508. Agnes de Sautoir poſtea domum Abbatialem
& Confeſſoris perfecit. Viſitur hìc Icon Virginis Chriſtiparæ contage laborantibus viſa opem
ferre, & inter alias SS. Reliquias pars Clavi
Dominici, cui adjectum vetus fœdium cum inſcriptione tali:

Hæc eſt pars Claviculi, cum qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus fuit affixus patibulo Crucis, quam D. Henricus Cæſar de Lutzeborch dedit Domino Theodorico Comiti de Rochefort, & Militi de Walcourt, & dedit ulteriùs ex gratia cuidam homini devoto, nomine Salomon Andreæ, pro eo quod Salomon dedit D. Theodorico multas Reliquias diverſas, quas conſecravit in locum ſanctum an. D. 1333.

Huc etiam ſpectat, partem territorii Caſtel- S. Franchois Le beau lieu.
liani occupans Cœnobium SS. Franciſci & Luduvici, inſigne illud nec abs re Belli Loci nomen
habens, extructum Thomæ Hubuleti Presby- Anno 1417.
teri & Gerardi ab Eyck Abbæ Floreffienſis curâ. Ubi olim 35 Fratres agere ſolent, & Græcæ
Hebraïcæque ſcientiæ peritiſſimi eſſe. Nunc ædificiis pulchrè inſtructum, ſed bibliothecâ magìs, Religione verò & pietate, quàm vicinis vicis
impartitur, maximè.

Sartum Lamberti Divum ſuum nomine re- Lambusart.
fert, nunc emptionis titulo Baro Fentriacus
pago dominatur, & Eccleſiæ patrocinatur.

Wanceſium, Winiacum olim, cujus Eccle- Wagnees.
ſia D. Lamberto dicata authoritate Manaſſis E- Anno 1103.
piſcopi Cameracenſis Cœnobio Lætienſi eſt
commiſſa. Dominium ſummæ compos juriſdictionis, nunc Dynaſtæ Serany.

Bellum Lezinum ſimiliter Toparchia, ſub qua Baulet.
Curia Gentilium de Niverlé.

Boniacum Collegii Canonicorum Foſſenſis Boignies.
peculium ſub tutela D. Lamberti.

Denique Brigoda Sancti Amandi Domicel- Brigode S. Amand.
los habet plures Abbates Malonienſem (qui &
Eccleſiæ providet) & Floreffienſem, Philibertum Marbaſium, & Dominum de Severi, generis antiqui, virtutis & fidei probatę prudentiæque rerum uſu acquiſitæ, & rerum fortiter geſtarum meritę à R. M. Equitem creatûm, cujus
eſt Prætorium inſigne loci. Pago ſubcenſetur Lescaille.
Geſæ Sartum Abbatiæ Villarienſis peculium. Ghessart.

Sunt præterea ad limitem Brabantiæ pagi aliquot ſecundarii, Dominium quidem ſed non
Parochiam ſeparatam habentes. Ejus generis
Allodia Ligniaci & Tamines: Illa à Vernero de Les Alleux de Lignyes de Tamines.
Davre olim poſſeſſa & per nuptias ad Godefridum de *Neuſrue* devoluta, cujus filius Gerar-
dus Luduvico Montfortio transſcripſit, à quo Anno 1412.
deinceps poſſident Ligniaci apud Brabantos To- Anno 1529.
parchæ ex Argentealenſibus. Hæc ſita in Dominio Cœnobii Ogniacenſis, utraque pagis Brabantiæ quoad ſacra ſubcenſentur, ſicut & Ton- Tongrenelle.
grenella, quæ ante 2. ſecula quendam Godefridum Pinhar de Breles Dominum agnovit; po- Anno 1447.
ſtea Luduvicum Montfortium, denique Gentiles de Grominken, ad extremum cum uxore accepit Dominus de Novelle Bapalmæ Artheſiorum Gubernator, Vir à prudentia, natalibus,
virtute commendandus. Ornatur arce non contemnenda quamvis per has turbas diruta.

Mons Sombreffiæ Dominos à Sombreffia Bra- Mons sur Sombreffe.
bantiæ alios nec habet nec habuit, licet ipſa Namurceſii pars, & Eccleſia pulcha pulchris ornata
ſepultu-

ſepulturis Virgini Matri dicatur, & Canonicum Paſtorem ex Bona Spe accipit.

Quæro, cur non pauciores centum Eccleſiæ in Namurceſio ſint inſcriptæ D. Martino? An quod primus Comitum Namurci Chriſtianorum dictus Martinus ejuſdem nominis filium habuerit Hasbaniæ Apoſtolum, à quo dedicatæ Eccleſiæ cum titulum Martini retinuerint, poſt Normannorum rabiem reſtitutæ ſacris, creditæ ſint non huic Tungrenſi, ſed alteri Turonenſi Epiſcopo, qui toto orbe notior, inſcriptæ fuiſſe?

SECTIO III.

GOLZINIENSIS *Caſtellania.*

Golzin. Meierus vocat Golſinam. CIvitati huic Golſiniæ nomen & originem eſſe volunt à Golzinia Naymonis primi Namurcenſium Comitis uxore, quæ loci genio oblectata locum ubi æſtivaret munire cœpit. (Poſt an. 1100.) Quem ampliaſſe & ornaſſe volunt Godefridum Comitem. Cujus ſucceſſores eam ſibi Regiam fere delegerunt. Tulerat à Brabantis & Hannonibus frequentes clades, ſed Leodicenſes eam captam exuſtamque tantum non ſolo æquarunt. (Anno 1431.) Unde cum ad leges pacis veniretur, ob cædium cladiumque copiam & enormitatem, Sacellum Palatinum in Caſtro reſtituere & quotidianum in Parochia de Boſſieres pro mortuis miſſæ Sacrificium celebrandum inſtituere compulſi ſunt. (Ex diplomate hâc de re dato.)

Viſitur adhuc Sacellum Sancti Mauritii, viſuntur ruinæ, quæ etiam nobis tacentibus caſtri majeſtatem loquuntur, viſuntur mœnia ſemiruta & paucùlæ aliquot intra eorum ambitum ædes. Capta fuit Golzinia à Fernando Flandro, eidemque uſusfructus etiam relictus. (Anno 1232. Author Meierus.) Nundinæ ante nuperas turbas celebrabantur, nunc abierunt, & incolæ civium jure gaudent. Hujus oppidi Caſtellano olim ſolent ſubcenſeri pagi plures ſecus, Ornum & Sabin quos hic ſubjiciam.

Quæro, quid ſibi velit haud procul à Davria ſaxum illud ingens duobus aliis ſuperjacens in modum altaris, quod vulgus aram Brunehildis vocat?

SECTIO IV.

MONS MERULARUM *cum pago* ORNANO.

Merlemont, Orne. LAbitur hoc tractu rivus, cui, ut opinor, nomen Orni ripam alibi coronantes fecerunt, ſicut rivus pago, ubi Eccleſiæ ad honorem D. Martini dicatæ curatorem animarum dat Monaſterienſe Capitulum. Pago dominatur & imminet arx in edito monte, loci genio munita (Montem Merularum vocant) (Merlemont.) ante aliquot ſecula, & quod credo tempore bellorum quæ Ducibus noſtris cum Namurcæo Comite fuerunt, extructa ad limitem Gallicanæ Brabantiæ: (Sub annum 1100.) cujus molendinum, ad quod novem pagi recurrunt, donatum à Comite, Sacellum caſtrale erectum anno 1550. (Anno 1420. Ex MS. chronico.) Quam inter celebriores Comitatûs Namurcenſis versùs Brabantiam fuiſſe, non unâ ratione doceri poſſet: tum quòd tempore Godefridi III Ducis noſtri Comes in omnia momenta vigilans, nec ſatis ſibi ſecurus de Brabanto, ad eam tuendam cives ex oppido Namurcenſi ſubmiſerit: tum quòd Henricus Dux hanc potiſſimùm cum Floreffia elegerit, cui præſidia imponeret. (Ex annalibus qui in Camera Ordinum Brabantiæ aſſervantur, per D. de Bauſigny mihi communicatis.)

Nec immeritò: rupes enim raræ altitudinis unâ parte horrorem aſpicienti, & oppugnaturo deſperationem injicit: (Anno 1189. poſt 7. dierum obſidionem capta.) parte alterâ horti & lætus ad ſylvæ fauces ager oblectat. Dominos autem ante an. 500. ſuſpicor liberos fuiſſe, nec ulli beneficiariam clientelam debuiſſe. An autem ab antiquo tales fuerint, an contendentibus de Ducatu Lotharingiæ Lovanienſi & Limburgico Principibus, in libertatem ſe vindicarint, an denique Comitis Namurcæi jugum excuſſerint, ignarus. Hoc certum, Henricum Merlemontanum ab ejuſdem nominis Duce Brabantiæ in fidem acceptum, (Anno 1151.) ſed per pacis leges Trajecti ab Imperatore dictas Merlemontium adjudicatum Namurcenſi Comiti, (Anno 1152.) & proinde Merlemontanum clientem fiduciarium Comitis declaratum.

Ex quo tempore vix dubito, quin beneficio Comitis poſſederint caſtrum ſuum ſecuti Henricum Merlemontanum Dynaſtæ. Domini veteres à loco nomen & inſignia trium Merularum aſſumpſerunt, bello togâque clari: quod teſtentur Henricus, de quo ſuprà, Dux Tyraſcienſium in expeditione ſacra, & alter ejuſdem nominis Archivenator Comitis, qui cum titulo *Viri illuſtris* inter fautores Walciodori reperitur: (Anno 1216.) ut taceam illum, qui inter teſtes donationis cujuſdam Gemblacenſis ſecundo loco ſubſcribit *Joannes Miles de Mirmont*, (Anno 1180.) & alterùm Gemblaci ſepultum, cum cenotaphio tali per has turbas diruto:

Sint centum mundi nec erunt ab Odone fæcundi.
Mermonto natus, dominatus, glorificatus,
Si non in cœlo vivit, quo virtus abivit?

Ceterum cùm primogenia hæc ſtirps fatum ſuum tuliſſet, poſſeſſio Merlemontis cum unica herede devenit ad Dominum Vallis, quod credo, ex Marbaſiorum ſtemmate oriundum. Denique Adam Dynaſta Douppay apud Eburones ductâ Vallenſis Toparchæ filiâ dotalem accepit Merlemontem, (Anno 1299.) & eundem filiæ ſuæ Jolentæ Henrico Ringeburgico Domino de Groule nuptæ transſcripſit poſſidendum. Qui Joanni Calvo Montano vendidit, (Anno 1404. De Chamont.) & is demùm Wilhelmo de Stendremale Caſtellano de Montigny, Præpoſito Bullonienſi, Domino Aveſnarum Hasbaniæ revendidit. (Anno 1414.) Wilhelmus hic claris ortus natalibus (quod nota apud Leodios ſtemmata teſtantur) opibus & affinitatibus potens cognatum Warnerum de Davre teſtamento heredem inſtituit, in cujus ſtirpe perſeverat hodièque. (Anno 1432.) Nunc dominatur loco Warnerus Davrianus, Vir inter nobiles eruditiſſimus, inter eruditos nobiliſſimus, inter utroſque prudentiſſimus, Ordinum Provinciæ Deputatus,

tatus, cujus benevolentiæ & favori gratias ago, & tu lector debes.

FLAWYE. TEMPLOUX. A Malonienſi Abbate pendent Flavia & Temploſium Namurci, illa D. Matri inſcripta, & majoris olim Leodicenſis peculium, hoc à Templariis dictum, aut Templo fonteque miraculis
Anno 1395. D. Hilarii claris. Huic Comitem certas libertates indulſiſſe lego, cujus ager clade Ordinum contra J. Auſtriacum celebris.

VELLAINE. Velania in Eccleſia reveretur D. Martinum & Decanum D. Albani, in foro Gentiles à loco nomen adeptos, qui ad noſtra tempora perſeverarunt. Heredem filiam cum dominio Dionyſius d'Argenteau obtinuit, & obtinent etiamnum filii, in nonnullis ſupremæ juriſdictionis compotes. Frequentatur hìc celebri peregrinorum concurſu Caput S. Honorii, huc ex Galliis delatum, & miraculosè nuper repertum, loco omnibus incognito, ubi gliſcentibus turbis fuerat depoſitum.

JEMEPPE. Jemeppia ad Sabin S. Martinum colens, quà ſacra, quà civilis patet juriſdictio, Præpoſiti & Collegii Leodicenſis Dionyſiani, Advocatos habuit olim Sombreffiæ Dynaſtas, Gisbertus de Wachtendock ex Nobilibus Gelriæ ratione
Anno 1484. uxoris Mariæ poſſedit, Balduinus à Burgundia emptionis jure acquiſivit, cedente Daniële
Anno 1503. de Miwarcm filiarum Sombreffiarum herede. Nunc poſſidet N. à Burgundia Zevenhuſæ Do-
OULTREONO. minus, ſicut vicum Ultraornanum, & caſtrum
FROMONT. Frigidi-montis; pulchrum illud & elegans in colle edito ſitum haud procul à Sabi. Vicus ſu-
MOUSTIER SUR SAMBRE. perior parochiam habet vicini Monaſterii ad Sabin pagi nobilis, qui tam in ſacris, quàm in foro & tribunali à ſecularis Collegii Canonicarum Antiſtita dependet. Parochia Virgini Matri inſcribitur. Collegiata Apoſtolorum Principi celebris ob tranſlatum illuc ex Turrino prope Antwerpiam corpus B. Fredegandi. Dedicata à B.
Obiit anno 661. Amando Epiſcopo, qui ibidem congregationem Monaſticè viventem inſtituit.

Poſt Normannorum autem vaſtationem, San-
Anno 901. Ex Leodicenſium chronico & Flaccentio. ctimoniales à tot malis vix reſpirantes paulatim regreſſæ, primâ collegium reſtituente nobili Ermengarde: unde frequenter, quod ante Cœnobium S. Fredegandi dicebatur, pòſt vocatum eſt Monaſterium Ermengardis ad Sabin. Author & director reſtitutæ diſciplinæ Ebroinus Abbas, fautor Stephanus Epiſcopus.

Anno 926. Templum extructum cum clauſtro & poſt triennium dedicatum. Virgines cùm velo monaſticæ religionis uterentur, Henricus Epiſcopus conceſſit, ut mores & habitum Canonicalem aſſumerent, quod Joannes ſucceſſor ejus
Anno 1282. perfecit, & confirmavit.

Ratione Monaſterii & aliarum Villarum 16.
Anno 1360. Comes cum quatuor nobilibus Leodii Epiſcopo ſacramentum dixit. Balduinus Imperator prædiſceſſorum ſuorum beneficia & donationes confirmat, addens medietatem amendarum. Unde incolæ jure civium gaudent. Curatorem animarum præſentat Abbatiſſa in pagi Boteyenſis Ec- BOTEY.
cleſia, in qua Apoſtolorum Principis interventu plures à febribus curantur. Balaſtria ſive Bellum BALASTRE.
atrum, ſacrum Cuſtodis collegii D. Albani peculium dono Alberti Comitis, Aldegundis titulo notum. Dominium ſeculare cum Caſtro, Villa & juribus amplis Roberto de Namur, filio ſuo Belle-fortis Domino dederat Comes, à quo ad Gentiles & Dominos de Thily pervenit. Nunc ejus potitur J. Tſerclaes Eques Thiliaci Toparcha. Balaſtria Martini Floreffienſium eſt. Annexa huic Dominio Archidapiferatûs dignitas, PANNETIER.
inſtituta, aut veriùs ex temporaria facta here- Anno 1367.
ditaria. Incolæ gaudent jure municipum.

Ad decus Namurcenſium facit, quod Sanctiſſimi è longinquo Epiſcopi, Potentiſſimi Principes, viri magni hìc[a] *potiſſimum quietis ſuæ locum ele-* a In Matlanio.
gerint, ut Herıbertus Colonienſium, Lupicinus[b] *Am-* b In Lullimio. c Walciodori.
bianenſium, Foronannus[c] *Scotiæ, Serenus Aſiæ,* d Haſteriæ.
[d] *Joannes & Drogo Metenſium, Epiſcopi. Carolus Martellus Auſtraſiæ, Odoarius Lotharingiæ, Begga Franciæ Duces.*

SECTIO V.

Præfectura ORNENSIS, *ſive* BOSSIRIÆ, *ſubalterna Flerucenſi.*

BOſſiria Mariæ ſacrum Monaſterienſis Ab- BOSSIERE.
batiæ peculium, vicus nobilis & nobilis cognomentum familiæ, complectens ſub ſe pagos novem & Urbem Goſſeliam, cui Comes Gulielmus jus mortuæ manus remiſit 22. Novembris anno 1414. Pagi qui mediæ juriſdictionis compotes habent Dominos, Collatricem Collegiatæ Monaſterienſis Abbatiſſam.

Ferolia D. FEROUL.
Buzetum. BEUZET.
Iſnia Sylveſtris. ISNE SAUVAIGE.
Iſnia Dominæ. ISNE.
Maziacum. MAZI.
Villariolum. VILLERET.

Viſchnetum hoc poſterius ſolum Triplici gaudentem juſtitia Dominum habet è Brantiorum ſtirpe.

Ubi Prioratus Canonicorum Regularium ab Ex diplomate Monaſterienſis Abbatiſſæ.
Oigniaco pendens, fundatus per Balduinum de
Merlemont Canonicum Monaſterienſem. Solum Anno 1211.
abundat hoc in diſtrictu diverſi generis mineralibus, & videre eſt turres ad ripam Orni fluminis complures, pluraque nobilium Prætoria.

Pium morem & à Judæis primitivaque Eccleſia derivatum exoſculor, offerendi hebdomadatim, cum defunctorum recolitur memoria, panem in uſus Sacerdotum, quem Namurcenſibus uſitatum diſco ex miraculo Valcurienſi. Cum oppreſſus in ſubterraneo ſpecu operarius Virginis Matris auxilio pane per uxorem diebus Lunæ oblato ad defuncti, ut putabat, mariti memoriam nutritus, poſt anni decurſum ſalvus & integer apparuit.

I SEC-

SECTIO VI.

Præfectura Veteris Villæ.

Vieſville. HÆc olim ſubalterna eſſe ſolvet, uti & præcedens, ſed non ita pridem ſeparata à Fleruco proprium habet Balivum, nunc J. Minetium Equitem. Nomen habet ab urbe quam veterem ob id vocant, quod perhibeatur ante Normannorum cladem imò ante Namurcum ſtructa. Nec defuerunt opinantes *Garnerium* illum villæ Comitem qui in diplomatibus reperitur hinc eſſe.

Anno 1411. Utut ſit, urbs cum caſtro, cujus rudera ſuperſunt, eodem quo Golſinium tempore à Leodicenſibus everſa. Incolæ interim civium jure & privilegiis hodieque gaudent. Sacellum S. Jacobi in arce Philippus Comes fundavit. (Anno 1211.)

Anno 1188. Urbem Balduinus Comes occupavit. Quæ Fernando Flandriæ Regulo uſusfructus loco aſſignata; pro quò Viennam malè legit Meierus. (Anno 1232.) Controverſiam autem ejus ratione natam & duello definiendam, ſub Henrico Cæco certis pactionibus finitam lego. Eccleſia Georgio Martyri conſecrata à Floreffienſibus adminiſtratur. (Ex donatione Epiſc. anno 1217.) Sicut & Thimionum Martini, & denique fanum Remigii, niſi quod hic concurrit Lętienſis Abbas, ibi dono Simonis militis Dominii partem Floreffienſes habeant. (Thimeon. Damp Remy. Anno 1188.) Lobienſis autem Prælatus proſpicit Eccleſiæ D. Martini in Chanoy, & S. Remigii in Gilliers, quarum pagi à Principe pendent. (Chanoy. Gilly.) Sub hac Præfectura eſt, quod ſequitur.

Variam Saxorum ſepulchralium formam notavit, Detagonam, [a] *Tetragonam,* [b] *longo-quadratam,* [c] *ita ut pars inferior ſuperiore anguſtior eſſet, rotundam,* [d] *triangularem* [e] *etiam: atque hæc omnia in Namurceſio.*

a In Jardineto.
b Bronii.
c Ibidem.
d Namurci.
e Namecæ.

SECTIO VII.

Comitatus Goscelinienſis *cum Urbe.*

Goscele. HÆc urbs inter Namurcenſis Comitatus urbes recenſita pro parte dumtaxat una in Namurceſio ſita eſt. Vallo cincta & arce inſtructa tempore Henrici Luceburgenſis Comitis, ut puto. Nundinas habet, & fora hebdomadaria. Capellam Caſtrenſem dotavit, & ſtruxit Gulielmus Comes. (Anno 1393.) De Dominis dixi in Genappia Brabantiæ: qui Comitis dignitate ornati probantur; cùm Radulphus Comes vixit qui Eccleſiam, quæ nunc Parochialis in oppido eſt, extruxit, ad uſum Monachorum. (Anno 1100.) Petronilla autem vidua ejus Comitiſſa de Rochi mutato conſilio Caſtrum Sarti demolita, ibi alteram extruxit Eccleſiam, in quam Monachos tranſtulit aſſentiente filio ſuo Ebalo de Gocelies, ipſaque Monaſticam juxta templum profeſſa ibidem cum pluribus Gocеliæ Dominis ſepulta eſt. (Anno 1129. Sarlemoin.) Theodoricus autem de Birbais locum hunc immunitate donavit. (Anno 1120.) Albero Epiſcopus ratam habuit Prioratus hujus Sarti Monachorum fundationem, ejuſdemque donationem Lætienſi Cœnobio factam. Præter hunc eſt ejuſdem Ordinis D. Benedicti Prioratus Lobio ſubjectus Hagæ nomine, de quo in Hannonia. (Anno 1195.) Comitatui ſubcenſere libet vicos & Dominia vicina. Obaſium cujus Dominus ex Paribus Namurcæi Comitatus cenſetur, & eſt Archimandrita Floreffienſis dono Henrici Comitis, qui id Regis beneficio ſolet poſſidere, & Conrardi militis. (Obais. Ex diplomate donationis Indict. 15. Ex altero Indict. 5. Anno 1152.)

Subcenſetur parochiali huic, licèt propriò inſtructum Sacello, Caſtro, Pago, Roſiniacum, inclytæ nomen familiæ, quæ defecit, & cum Dominio tranſiit in ſtirpem Davrianam. Nunc pręeſt Warnerus Merlemontis Dynaſta, Vir genere, virtute, prudentiâ maximus, & neſcias utro major. Heppeniacum longo tempore Dynaſtarum Traziniacorum Toparchia; pronuper alienata, poſſidetur nunc à Domino de Valegny dotali titulo, ornatur arce egregiâ. (Heppignies.) Templum D. Bartholomæo inſcribitur. Cujus appendix vicuſque de Wayaulx, cum Sacello D. Lamberti, cujus patronus eſt D. E. de Severy, qui & peculium ibi habet nobile. (Vayaulx.) Trauliacum cognomines habuit Dominos, quorum Everardus Euſtachio de Vertaing tranſſcripſit Dominium, manſitque in poſteris Vertaniæ Dynaſtis, donec Anthonius Rubepratenſis Joanni Dive ceſſit. (Trauli. Anno 1418.) Sartum Landelini peculium Cuſtodis Valcurienſis. (Anno 1555. Landelinsart.) Advocatos habuit olim Montenacenſes. Tranſlatum autem jus per Joannæ nuptias ad Chriſtianum de Limelette, nec multò pòſt eodem dotali titulo Joannes Sotteau obtinuit. (Anno 1480. Anno 1493.)

Uſitatum noſtratibus, arboris in morem genus maternum & paternum diſponere: id ante ſex ſecula etiam obtinuiſſe, ex tumulo Haſterienſi videbis, ubi arbor utrimque ramis ornata, &c. (In navi Eccleſiæ.)

SECTIO VIII.

Vice-Comitatus Davrianus.

TOparchia hæc in Suburbano cenſetur, quam libet hic adjicere commoditatis gratiâ. Ea vicos tres comprehendere ſolita, vetus eſt Comitis Namurcæi beneficium, ubi Eccleſia S. Martini Parœcum accipere ſolet à Walciodorenſi junctim & Domino. Gaudet immunitate & privilegiis diverſis, municipali etiam jure aliquando ornatum fuiſſe, præter villæ nomen, quod paſſim vetera diplomata ei tribuunt, docet feudorum codex.

Caſtro ornatur duplici, altero ad Moſæ ripam, in rupe per Warnerum de Davre extructo, nunc ob lemures deſerto; altero recenter extructo. Domini ab antiquo Vice-Comitis dignitate ornantur, & licèt vulgo Vice-Comites de Davre vocentur, ego tamen opinor Vice-Comites Namurcenſis caſtri aut certè Comitatûs habendos. Domini primæ ſtirpis hìc rerum potiri deſierunt

ſierunt Mariâ Warneri Toparchæ unicâ filiâ & herede Henrico Boulant Domino de Roley in
Anno 1415.
uxorem datâ. In qua ſtirpe hæſit donec avunculo Roulantio Henricus de Barbençon ſucceſſit.
Anno 1477.
Davrianæ genti (quæ licèt in hoc loco defecerit, alibi tamen ſecundo-genitorum ſtirpes ſuperſunt) origo eſt è Galliis, nominatim è Dom-Martini Regulis (eodem cum Hembricurtiis & Montenacenſibus trunco.) Clara illa & illuſtris, à Leodinis inter Barones recenſita, à Namurcæis non niſi cum præfatione honoris ſolita nominari; Seneſcalli & Mariſcalli dignitates obtinere ſolita, juncta nobiliſſimis quibuſque hujus tractûs, & primæ notæ dominia occupans.

Exemplo ſint in Brabantia Ligniacum, Linſemalia, Thiliacum, Ophania, Gentinia: in Hannonibus Boſcus Iſaac, Sorilia: in Arteſia Romencuria: in Hasbania Roliacum: in Namurcæſio Merlemontium: in Flandria Steinvordia, quæ Davrianæ Stirpis Dominos habuerunt. Quæ Fundatorem Abbatiæ Nizellenſis & Boſci Iſaac, Dotatores Floreſſiæ, Salzinis, Geronſarti, Monaſterii produxit, Othonem Gemblaci Archimandritam celeberrimum, Wernerum Aquicincti nunc Abbatem, Joannem annò 1206. in D. Gertrudis Lovanii Priorem.

Annam ſub annum 1216. Nivellis Canonicam. Tres Leodii Archidiaconos, unum Præpoſitum. Juncti Matrimonio naturalibus Principum Brabantiæ, Flandriæ, Namurci & Hanoniæ, & Gentilibus de Huldeberch, Baronibus Raviæ, Sombreffiæ, Valhainiæ in Brabantia: Warfeſæis, Argentealenſibus, Warouſenſibus in Hasbania: Marbaſiis, Fumalienſibus, & aliis in Namurcæſio. Stirpis monumenta conſpiciuntur antiqua in D. Lamberti Leodienſium æde, illuſtria in Salſinis, Boſco Iſaac, Geronſarto.

BOVINUM URBS ET CASTELLANIA.

SECTIO I.

Nomen loci hujus nunc maſculino, nunc muliebri genere efferunt veteres. Etymon manifeſtè Latinum eſt à bobus deductum, ob paſcuorum fortè frequentiam. Arx fuit olim, & Romanis, ſiquidem Chronico fides, gloriatur authoribus. Jura oppidi & libertatem civium Namurcenſium accepit à Jolenthe Comitiſſa.
Anno 1213.
Muro cincta ſub Henrico Cæco,
Anno 1176.
ſed exiguo circumſcripta ambitu. Pomœria producta per Clinum urbi imminentem ſub Henrico Viennenſi.
Anno 1216.
Circa an. 1320.
Munimenta Urbi præcipua acceſſerunt procurante Senatu. Ita ut nunc habeat portas tres, plateas 12, fora rerum venalium 2, turres in mœnibus 16, ad Moſæ ripam ex adverſo Dionanti extructum. Præcipua ejus opera ſunt arces 2. Quarum altera ab antiquo ſupéreſt ſub Godefrido Comite in collis urbani
Anno 1110.
præcipitio erecta. Altera nomine Crepicordii
Anno 1320.
ad invidiam contra Dionantenſes extructa in edita rupe, unde in Urbem Dionantenſem proſpectus. Præficitur Caſtellanus à Comite.

Calamitates Urbi advenerunt. A peſte annis 1262. 1308. 1478. 1579. Ab aquis anno 1480.
Author Hocſem in Chronico.
& aliis quibus Namurcum. Ab igne per hoſtes immiſſo anno 1320. & 1554. Ab hoſte, cùm à
Anno 882.
Normannis Arx Bovinii ſolò æquata. Cùm
Guiſianus in chronico Hannoniæ. Anno 1188.
eandem Balduinus Comes Namurceſium ſibi aſſerturus oppugnatam ad deditionem compellit, & refectam præſidio firmat. Incrementum Bovinii perpetuæ cum Dionantenſibus diſcordiæ
Chronicon Leodicenſe. Anno 1319.
puto fuiſſe ſeminarium. Unde tum aliàs ſæpe bellis Leodicenſibus in mutuam conſpirarunt perniciem, tum verò maximè cum ob cæſos 7. & 30 poſt captivitatem ſupplicio affectos ex ſuis, Dionantenſes in furorem acti omniaque extrema minantes, Bovinium obſident, machi-
Anno 1121.
nis concutiunt, & niſi in caſtris nata fuiſſet diſſenſio, miraculi inſtar foret non captam. Interim ex adverſo oppidi ſtruxerant Dionatenſes im-
Montorgueil. dicta fuit; id eſt Mons ſuperbiæ.
menſæ molis turrim, unde Saxis licebat plateatim incedentes petere, quæ turris poſt plurium annorum bella per leges pacis juſſa dirui, ſed iterum iterumque reædificata. Ad extremum Philippi Boni juſſu ex pacto poſt Dionanti obſidionem inito diruta eſt.
Anno 1431.

Bovinium etiam à Franco nuper expugnatum
Anno 1554. 8. Julii.
caſtrumque Crepicordii everſum, ſed mox diligentiâ Franconis Toparchæ Favi Martinenſis recuperatum. Quoad rempublicam lego in ſchædis veteribus Beringerum Comitem beneficio Cæſaris arcem Bovinii primum poſſediſſe.
Sub anno 940.
Forma Senatus eſt Prætor Urbanus, Conſul cum Scabinis 7. more aliorum oppidorum. Nundinæ annuæ circa feſtum Lamberti, forum hebdomadarium die Veneris habetur.

Lectior pars civium in contubernia Sagittariorum diſtribuitur inſtituta.
Anno 1398. Sub Guidone Comite.
Vilior rem facit arte coriariâ, & alutariâ. Olim textrinis multùm pręſtare ſolebat. Quoad rem ſacram unica eſt D. Lamberto inſcripta Eccleſia; quam viciſſim Capitulum Dionantenſe & Leſſienſis Abbas conferunt, ubi brachium S. Perpetui, & inſignis Dominicæ crucis pars aſſervatur.

Noſocomium D. Nicolai titulo notum ab Richeriis inibi dotatum. Solet etiam eſſe Beginaſium, ſed per bella eſſe deſiit. Foris eſt Leproſarium cum Sacello. Bovinio natales debet Henricus Bleſius pictor celebris, de quo Lampſonius Epigramma habet.

Libet Bovinio immediatè ſubſcribere pagos in ditione Leodinos, juris tamen Namurcenſis.

Sorines sur Dinant. Freyr sur Dinant. Litteræ datæ 29. Martii. Anno 1345. Anno 1363.

Sorinas & Frayeriam. Hujus Dominium lego Joannem Eſpangons vendidiſſe Comiti, qui non multo poſt terras pleraſque à Balduino de Mouſtier acquiſivit hìc loci, & in Reſpalio ſitas. Utrumque Dominium ab annis 200. Comes ceſſit Spontiniis, qui frequentes in Walciodoro habent tumulos. Joannes anno 1439. Wilhelmus anno 1476. Jacobus anno 1542. Wilhelmus anno 1587. omnes cum titulis Domini de Sorines & de Freyr.

Anno 1476. Sommeré

Sommeria tam in Eccleſia D. Huberto ſacra, quàm in tribunali proprium agnoſcens Dominum.

Corbion.

Corbionum D. Martini Eccleſia ſacrum Collegii Leodicenſis D. Petri peculium. Manilium S. Blaſii, nomine Patronum præferens, illud aliquando Gentilium de Marotte peculium; hoc Rupefortenſium.

Apud Francos veteres lego Principem aut Majorem Palatii ſolêre Comitia Nobilium annuatim indicere, ubi res majoris momenti peragebantur. Ita videre eſt apud Annonium in Parlamento Compendienſi, fidelitatis juramentum præſtare Theodulphum & Adonem Viennenſem, Saxones victos tributum repræſentare, diviſionem hereditatis inter filios Caroli Magni confici, Luduvicum conſortem Imperii declaratum. Ita in Moguntinenſi Taſſilonem proditionis reum damnari, & ſic de ceteris. Tempus indicendi hæc Comitia antiquitùs ſemel in Maio; ſub Pipino & Carolo ſæpiùs ad captandam popularem auram iterata; ſub Luduvico Pio ad binarium redacta, ſed quæ incertis tempore & loco celebrarentur. Primus Philippus Pulcher locum certum Pariſios, tempus certum poſt Natalem Dominicum & ferias Purificatæ Virginis definivit. Convocabatur ad hæc Comitia olim ſola Nobilitas; Luduvicus Rex Prælatos & Antiſtites adjunxit primus. Hæc omnia in veteri Namurcenſium ſtatu licet obſervare. Ad Nobilitatem olim, poſtea ad Pares è lectiore Nobilitate aſſumptos devolvebantur omnes controverſiæ. Hi præter ordinarias jure dicundo dicatas dies, quotannis 2 *tenebant (ſic loquebantur) generalia placita, ad quæ Eccleſiaſtici non vocati niſi extra ordinem. Ita lego Henricum Comitem Abbæ Floreſſienſi, Philippum II. Bronienſi Abbæ in Comitiis ſuffragium dediſſe. Sub Burgundis Principibus Prælati omnes vocati in conſilii & onerum communionem venerunt.*

SECTIO II.

Comitatus Prizerienſis & Hasteriæ *in pago* Lumenſi.

Comitatus voco, quia Comitum peculia, illud Eilberti, hoc Wederici: & licèt ſatis dixerim multos olim fuiſſe Comites genere, multos Comites titulo quorum terræ non ſint ideò Comitatus vocandæ: tamen quod ſciam inprimis fratres Eilberti Comitatûs titulum ſuis terris communicaſſe, Uddonem Rupibus, Heribrandum Quintini-Fano, Gerardum Adenardæ; quidni credam, Eilbertum grandiorem natu & ſeptem circa Walciodorum caſtra tenentem Prizerio ſuo titulum honoris communicaſſe? Prizeria tum oppidum erat & regia Comitis, cujus rudera adhuc viſuntur ſecùs Moſam, uno ſtadio ſupra Walciodorum.

Prizerie.

Eilbertus autem poſt infinitos labores partumque bellis decus, capti Regis Francorum, uſti Cymaci, oppugnatæ Peronæ laudem, anteactæ vitæ ductus pœnitudine, plurium in Tyraſcia & alibi dotator extitit Cœnobiorum, & præ omnibus Vallem Decoram in Moſæ ripis elegit, ubi ſanctioris vitæ florem aſpirante ſacri pneumatis aurâ plantaret.

Vaulsoir.

Anno 964. Diploma datum Indict. 6.

Fecit certè, & factum probavit Otto Imperator, confirmarunt ſecuti Cæſares; itemque Benedictus VII. Papa.

Bulla data 5. Kal. Novembris, Pontif. anno 3.

Anno 1103.

Cùm autem Cœnobium Metenſi Epiſcopo nonnihil eſſet obnoxium, Henricus Cæſar ab eo onere eximens, Leodicenſem vicinum ſtatuit Abbatiæ protectorem, Comitem Namurci majorem Advocatum: unde fit, ut Abbates beneficium fundi apud Leodicenſem, Dominii apud Namurcenſem profiteantur.

Diploma datum Indict. 11, Regni anno 48.

Quo loco hæc Abbatia omnibus habenda ſit, ſciet qui omnia, quæ laudem merentur, in ea æſtimaverit. Dominium ſeculare habet Walciodori & locis adjacentibus, Antinæ in Condruſio, Heidræ in Arduenna, Roſarii in Brabantia, Banni Haſterienſis in Tiraſcia. Aſſervant præter Corpus Fundatoris, SS. Candidi, Victoris & unius ex Urſulano ſodalitio, denique S. Nuncii & S. Eloquii Corpora.

Sub 13. Abbate huc tranſlata.

Sub 1 Abbate huc delata,

Aſſervant & quantivis pretii lapidem perſpicuum (Berillum vocat hiſtoria malè) cui B. Eligius Epiſcopus vitam Suſannæ eleganter inſcripſit, quemque Lotharius Anglorum Rex Eilberto Comiti donaverat. Evocati hinc ad Abbatias alias titulo Abbatis regendas Wibaldus Stabuletum, Caſſinas, & Corbeiam, Laurentius, Lebuinus, Thomas Bronium, Joannes Florinam. Ceterùm quia & incrementa cœnobii juvat ſcire, breviter ſubjiciam. Cùm *in pago Lummenſi loco dicto Walciodorus* Cœnobium *ſtrueret Illuſtris Comes Eilbertus & Erneſindis uxor ejus*, evenit fidei & pietatis propagandæ gratiâ è Scotia cum 12 fratribus venire B. Forannanum Scotiæ Archiepiſcopum, qui dum Angelico monitu Vallis Decoræ quærit hoſpitium, excipitur, & præficitur naſcenti plantario per Eilbertum, nec ſegnis curator officinas, clauſtra, templum & alia uſibus Monaſticis neceſſaria loca adaptat.

Anno 944. Verba diplomatis Cæſarei,

Anno 983.

Succeſſor in dignitate, (omnes enim de more meo Cœnobii Abbates ordine ſubjiciam)

Anno 993.

Radroe perficit tanto dignus magiſtro diſcipulus.

Dies obitûs. Anno 1008.

Machalanus ſtuduit inprimis eruditionem cum pietate jungere.

Guivio, Godefridus, ſolo nomine noti.

Anno 1033. Anno 1035.

Theodoricus vidit Cœnobium incendio fortuito abſumi, quod ſuccedens Erembertus reſtituens, clauſtra curiamque perfecit, alia Rodulpho poſt ſe Abbati perficienda reliquit.

Anno 1060.

Authoritate tum Cæſarea Popo nunquam ſatis

ſatis laudatus Stabuleti Abbas præficitur. A quo cedente LAMBERTUS ſubſtitutus parochialem S. Michaëlis extruxit.

GODESCALCUS peculium Cœnobii auxit, anno 1111.

WIDERICUS ſummæ Vir eruditionis diſciplinam Monaſticam formavit, anno 1129.

Hæc ex Chronico Cœnobii & Epitaphiis petita. THEODORICUS ſacra Sanctorum pignora procuravit, anno 1155.

ROBERTUS claro loco natus, anno 1174.

PETRUS ſuperiori & ſanguine & virtute affinis, anno 1189.

LIBERTUS Lateranenſis Concilii teſtis, anno 1203.

WARNERUS monumenta ſua, turrim, porticumque ad Parochiam uſque reliquit, an. 1216.

WALCHERUS ædificia verſus Moſam ædificavit, anno 1228.

NICOLAUS MOLENDINUM perfecit, anno 1230.

HENRICUS, veræ qui Religionis amator, moribus & vitâ cunctis præluxit honeſtâ, an. 1251.

GERARDUS HIERGE ex Magni illius Manaſſis poſteritate, anno 1260.

ALARDUS HIERGE, qui Templum Chriſto conſtruxit novum, anno 1264.

PHILIPPUS anno 1270.

NICOLAUS anno 1276.

JACOBUS anno 1284.

WALTERUS anno 1326. ſolo noti nomine.

JOANNES DE TONGRIS gratus Principibus ob ſingularem prudentiam, anno 1337.

BALDRICUS, qui pater Eccleſiis quindenis præfuit annis, hujus ſpiritui ſedem det Chriſtus amœnam anno 1352.

THOMAS CORBEAU. anno 1358.

JOANNES anno 1375.

VALTERUS anno 1404.

ÆGIDIUS DENÉE anno 1438.

JOANNES HENIART anno 1469.

JOANNFS ABRY anno 1489.

JOANNES FAING anno 1492.

ANDREAS FERAIGE anno 1505.

JOANNES MOUCHET anno 1527.

ÆGIDIUS HENRAERT anno 1551. qui cum ſucceſſore NICOLAO SARTEAU inſigne opus novi Clauſtri cœperant, quod ſuperveniente bellorum malo jacet imperfectum. Anno 1560.

FRANCISCUS REMIGNO anno 1578.

THEODORICUS SOMALLE anno 1590.

WARNERUS DE ROSIER anno 1601. vitâ functus ſucceſſorem habet JOANNEM SCAILLET virum ab induſtria, humanitate, & œconomiæ laude commendandum.

CHASTEAU THIRY. Ex adverſo Walciodori ultra Moſam eſt caſtrum Theodorici, beneficium Pollivacæ poſſeſſum à Rupefortenſibus, (Anno 1294.) denique ab Agimontiis, (Anno 1340.) poſtea à Gentilibus de Boulan, à quibus (Anno 1406.) devenit ad Brandeburgicos, manetque in nomine, niſi quòd Roſiniaci apud Hannones Baro uſumfructum habeat. Dominus loci eſt Walciodori Advocatus, & aliàs pluribus gaudet privilegiis.

Vetus Namurcenſium moneta fuit obulus, quem ob id denarium [a] *per excellentiam vocabant, & notatus erat ſigno navis, fortè quia Namurcum, aut turris monetaria ad Moſam. Deinde erant* [b] *alveariati,* [c] *galeati,* [d] *paterati;* [e] *libra, &c. Et conficiebant 5 alveariati unum galeatum, 3 galeati pateratum, denique 6 alveariati cum duobus obulis libram, 5 galeati cum duobus alveariatis* [f] *piſcem, &c.*

a DENIERS. b WIHOTZ. c HEAULMES. d PATTARTS. e LIVRES NAMUROIS. f VISCH.

SECTIO III.

HASTERIA.

Eccleſia fuit à D. Materno dicata, & à Clericis rem Divinam peragere ſolitis adminiſtrata, donec Wedericus Comes, diruto quod ibi erat caſtro, Metenſi Epiſcopo dedit Eccleſiam, ſubſtituens Virgines cum Abbatiſſa Helmetrude. (Anno 656.) Poſtea Adalbero Metenſis Antiſtes S. Glodeſindi & Monialibus ejus dederat Cœnobium, quod ſucceſſor Theodoricus Eilberti Walciodorenſis affinis ſui rogatu annexuit Walciodoro, (Diploma datum ind. 13. Regni Ottonis anno 35. Anno 969.) ita ut unus idemque duabus Abbatiis præeſſet Archimandrita. Et lego deinceps octavum Abbatem Eccleſiam Haſteriç extruxiſſe. (Anno 1034.) 38 Ægidium eandem cum clauſtro multùm auxiſſe & renovaſſe, (Anno 1150.) quæ nuper Francis Duce Janlyſio Namurceſium petentibus, reliquo Cœnobio exuſto manſit intacta. Ceterum antequam (Anno 1561.) pacificè unio hæc ſtabiliretur, varias lego enatas controverſias, ab Epiſcopis, imò & ipſo Comite ſopitas, & fuit Haſteria ſub 13 Abba juniorum Schola, & Gymnaſium, ſub 20 ſenum requies, ſub 28 Novitiorum conventus, nunc quorumdam juniorum conventus ſub Priore uno, cujus locum olim obtinebat Præpoſitus. Quia autem raræ antiquitatis & plurium errores arguens eſt diploma fundationis hujus, id libet adſcribere.

In nomine Sanctæ Trinitatis & individuæ. Ego Comes Widericus nobili proſapiâ exortus, quomodo in vita mea egi, omni venturæ generationi relinquendum curavi. Defuncto namque patre meo ſcilicet Ohario Lotharienſium Duce nobiliſſimo, qui à ſtirpe proceſſerat Hiſperici Francorum Regis, uxorem magnæ nobilitatis duxi nomine Bertam, ſcilicet Metenſis Regis Sigiberti amitam, & illi dotis nomine dedi allodium Haſterienſis villæ ſuper Moſam poſitæ cum omnibus appenditiis ſuis, videlicet cum Jetieres, Serevilla, Mareyna, Gedermo, Porvina, & hoc quod continetur in Dionante, videlicet Eccleſia, Camba, & terra Hermeatones, Goeſſenée cum Manſo in villa Vireux, Foſcià, Samrsaco in Famenna, Riennes in Arduenna, cum ſilvis, terris cultis & incultis campis, & molendinis, & cum multa familia, quæ infra Bannum iſtorum allodiorum continetur. Non pauco autem tempore cum magna lætitia mortalem vitam duximus, ſed quando Dei judicio heredibus carnis privati ſumus, quapropter Divino conſilio tacti al-

lodia noſtra ſtatuimus ſervire juſtitiæ & veritati, ut ita hereditatem fruemur perpetuam. Erat autem Haſterienſis Eccleſia à priſcis temporibus à Sancto Materno Petri Apoſtoli Diſcipulo conſecrata, in qua multorum Sanctorum Reliquiæ ſunt poſitæ, de Chriſti Sanguine, de Matris ejus Lacte, de Spina Coronæ, de ejus Veſtimento, de præſepis ejus Stramine: illas S. Sirenus Epiſcopus, qui in Eccleſia Haſterienſi requieſcit, detulit à Jeroſolyma eodem tempore, quo S. Joannes Epiſcopus Reliquias Prothomartyris Stephani invenit revelatione Divinâ. Quia ergò in Haſteria maximæ continebantur Reliquiæ, & quia uxor mea neptis erat S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi, communi conſilio decrevimus allodia noſtra tradere Metenſi Eccleſiæ, quæ præ omnibus Eccleſiis habebatur inſignis, in toto regno noſtræ terræ. Confracto ſiquidem Haſterienſi Caſtello villam dictam Stephano ſancto tradidi, ibi locum ſepulturæ meæ & uxoris in Monaſterio Haſterienſi paravi, de quo ejectis Clericis, qui vice Capellanorum Deo & mihi famulabantur, ibi in ipſo loco Monialium Congregationem ſtatui, iiſque Abbatiſſam nomine Halmetrudem præfeci, cum quibus uxor mea jurabat ſe famulaturam Deo poſt obitum mortis meæ, ſi vita comes eſſet illi. Actum eſt hoc publicè Mettis anno Dominicæ Incarnationis D. C. LVI, Indictione quartâ decimâ, regnante Sigiberto filio Dagoberti Regis, in ipſo anno quo obiit S. Gertrudis.

Corpus B. Sirenindis etiam in Haſteria ſepultum eſt

Mortem D. Gertrudis notat Trithemius anno 673. Meierus an. 664.

Namurcenſem tam Nobilitatem, quàm Plebem bellis ſacris inſignem operam dediſſe docent gentilitia è tranſmarinis arma reportata, & Fundatio Marciani Cœnobi, ubi profectorum viduæ collectæ fuiſſe perhibentur numero 139. Libet autem Coryphæos & Anteſignanos harum expeditionum in ſingulis Præfecturis nominare hos: Marbaſienſes, Goſcelienſes, Upiniacenſes, Davrianos, Spontinios, Tyrocaſtrenſes, Montiniacenſes, Belleſortenſes. Et quidni tali genio ſit Nobilitas, quæ Principes habuit per duo ſecula, qui potiorem ætatis partem contra infideles certando, tres etiam vitam conſumpſerunt?

SECTIO IV.

MONS-AQUILÆ *Caſtellania, & Balivatus.*

MONTAIGLE.

NOmen & opus arcis hujus ad rivum Flavionenſem ſitæ à Romano exercitu eſſe, non citra rationem opinantur. Apud ſcriptores caſtrum Faniç nuncupari video. Quod lego Comitem emptionis titulo acquiſiviſſe ab Ægidio Barlomontano. Cùm tamen anteà obſervem portionis hereditariæ loco aſſignaſſe tertio genito ſibi filio Comitem, cum territorio longè ampliori, quàm ſit nunc Balivatus.

Anno 1298.

Bello Leodienſi incendio fœdatum, deinceps priſtini decoris ne umbram quidem unquam recuperavit. Caſtello præficitur à Comite ferè aliquis è nobilitate, qui in plæriſque præminentiis æqualis eſt Caſtellano Namurcenſi.

Anno 1411.

Balivatui ſubcenſentur Vici duodecim, quoad rem ſacram dependentes à Biolo ſupra-dicto, aut Falania (cujus Eccleſia D. Remigio ſacra Bronienſes agnoſcit) à Seeninio aut denique Anheto. Poſteriorum ille Abbatiæ Floreffienſi per Epiſcopum contributus. [1] Hic Walciodorenſi, [2] uterque D. Martino ſacer. Hic ob clarum S. Walheri ex Paræco Martyris tumulum celeber, cui ſubeſt Wellinenſe Sacellum, ſubfuit D. Remacli Gerinienſe per Epiſcopum Havetium Parochiæ titulo donatum. In vicino ſunt Flavionum Patronos Martinum & Abbam Bronienſem habens, & Stavela Marbaſiorum olim, poſteà Glymenſium Florinis dominantium Toparchia, nunc tres domicellos habens. Utrobique rivus erumpit, uterque apud Montagliam junctis aquis auctior ſupra Molinas in Moſam fertur.

FALAIN. SCHEN. ANHET. [1] Anno 1161. [2] Anno 1067. WELLIN. GERIN. FLOYON. STAVE.

Molinæ autem Ciſtercienſis Inſtituti Abbatia eſt de qua hæc Encomii vice. Cœnobii hujus laudes digerere nec mearum nec humanarum eſt virium, cujus in fundamento ſanctitas, in nomine reverentia, in progreſſu religio, in ſitu amœnitas, in toto ſtatu divina latet fœcunditas. Nomen loci Allodium B. Mariæ, & in nomine antiquo omen abſconditur; ſcilicet fore ut ibi Ordo Ciſtercienſis peculiari obſequio Mariç Virgini dicatus fructificaret. Joannes Leodiorum Antiſtes anno 1233. authoritatem fecit ſtruendi Cœnobii Virginalis ad præſcripta Ciſtercienſis Inſtituti. Factum illud ſtructumque loco parùm à Moſæ ripis diſtante paſſibus à Bovinio mille, à Walciodoro 1500. quem Flavion fluvius alluit, cujus in vicino & molæ aquis actæ plures & ferri fornaces caminique Vulcanii 2. Virgines primæ ex Solimontio advenerunt, Antiſtita prima Beatrix, cui ſuccedens Dominium de Salcto anno 1266. ab Ægidio de Bois acquiſivit. Quæ ipſa Capellam corpore D. Heriberti nobilitatam, in ſecreto Marlaniæ receſſu à Balduino Imperatore meruit obtinere. Interjecto autem tempore cum expedientius videretur Virginum loco monachos ſubſtituere, Gulielmo Comite anno 1414. & Martino Papâ probantibus, advocati ejuſdem Ordinis Religioſi ſex, è Villario totidem cum Abbate JOANNE DE JEVIA ex Alna, inſigne pietatis ſpecimen & exemplum poſteritati reliquerunt.

Mortuo Abbate anno 1420. ſucceſſit JOANNES PENNO inſignis Marciani Cœnobii promotor, obiit anno 1430.

Succeſſerunt Ordine WALTERUS DE MIGRODE claris ortus natalibus, obiit 1438.

PETRUS DE AMSTERDAM prudentiç titulo Ordinibus acceptus, obiit anno 1464.

JOANNES GIRELIN Philippi Regis Caſtellç Confeſſor, & Conſiliarius, obiit anno 1483.

NICOLAUS NEUMART titulo pietatis commendandus, obiit anno 1498.

JOANNES BLERIA Marchiæ Dominarum ſerius curator, obiit anno 1512.

JOAN-

Joannes Rolandi Vir litteratus, obiit anno 1523.

Tossanus de Quercu œconomiæ laude clarus, obiit anno 1530.

Petrus Boutte, obiit anno 1534.

Petrus de Flandria inſignis Cœnobii reparator, obiit anno 1556.

Simon Columbanus magnæ Eccleſię reſtaurator, obiit anno 1558.

Nicolaus Tibault Vir ſyncerus & pius, obiit anno 1561.

Lambertus Brut, Vir timens Deum 1572.

Jacobus de Glymes, qui ipſo nomine clarum prodit genus, obiit 1594. cui ſurrogatus magno Cœnobii bono Petrus de Royer, ab iiſdem quibus prædiceſſores laudibus commendandus, genere apud Leodios notus, pietate apud Religioſos, prudentiâ apud omnes, cujus humanitate & beneficio fretus ex Archivis Cœnobii hoc collectaneum digeſſi. Det Deus & vitam longam & felicem, quæ erit & proderit Cœnobii & Reip. Namurcenſis bono.

Age, age felix tali Præſule cœleſtis Reginę allodium, quod utriuſque ſexûs flores in Curia cœleſti repræſentavit, quòd tantoperè coluit & amavit Gulielmus Namurcenſium Princeps, ut annulum matrimonialem eidem reliquerit devotionis Mnemoſinem, ſcyphum imò eburneum in meliores uſus converſum. Quod duo SS. Innocentum capita, 35 ex ſacro D. Urſulæ collegio, aliæque notabiles Sanctorum commendant Reliquiæ. Undè tum Franciſcus Bomale, tum alii in Abbates aliorum Cœnobiorum aſſumpti. Quæ Abbatia ſicut Vulcano & Marti aliquoties objecta, anno puta 1474. anno 1544. anno 1554. anno 1578. & 1594. cùm partim exuſta, partim ſpoliata; tamen Prȩlatorum diligentiâ à tot malis reſpirat.

Præter Taxos ad arcus & alia id genus aptiſſimas, arbores habet Namurci Regio fructiferas, & habet in rupibus naſcentes, & vix exiguo terræ tectis radicibus, in proceritatem maximam excreſcentes, quod mirum.

SECTIO V.

Floreffia *Urbs & Caſtellania.*

Originem trahit à Flore & F quibus tanquam inſignibus utitur.

OPpido huic antiquitate, pretio, Religione, ſacris profaniſque titulis celebri florum nomen indidit amœnitas, commendat allabens pleno gurgite Sabis & pratorum nemorumque è vicino proſpectus & copia. Jus oppidi & immunitatem à patre datam *in emptione Allodii villæ ejus* confirmat Henricus Comes. Sub quo mœnibus turribuſque ſic ſatis inſtructa Floreffia ſpeciem elegantis oppidi induit, numerans vias regias 16. portas 4. turres plurimas, fora rerum venalium duo.

Ex diplomate dato Indictione 14. Anno 1151.

Paucorum annorum fuit hæc majeſtas. Orto enim inter Comites Henricum & Balduinum bello, per hunc occupata Floreffia. Sed cùm ad preces Abbatis militem Balduinus eduxiſſet, incertum an Abbatis vitio, an Henrici dolo, admittitur Namurcenſe præſidium. Nec multò poſt Brabantus oppignoratas ſibi terras, inter Sabin & Moſam tuiturus, & unà Henrico opitulaturus è ſuis juſto numero adjungit. Quâ re irritatus Hanno, Balduinum dico, viribus ſuis & Cæſareâ authoritate confirmatus cum aliis Floreffiam capit, diripit, incendit, mœnia turreſque amolitur. Vix à tot malis reſpiraverat, Philippi Comitis beneficio ſibi reſtituta Floreffia, cùm novum à Flandria bellum, quo occupata per Ferrandum Comitem, incenſaque, & in cineres propemodum redacta eſt.

Anno 1122.

Ex Guyſiano & Annalibus Hannoniæ & Chronico Floreffienſi.

Ex Divæo & Annalibus noſtris.

Ex Joannis Hecentali Chronico in vita Abbatis 4 Hermanni.

Anno 1189. in Octobri.

Anno 1208. Chronicon Floreffienſe in Joanne Abbate 9.

Anno 1228. Oudegerſt. c. 109. Meierus ad annum illum.

Reſtitui quidem cœpta ſub Gulielmo Comite, ſed nunquam ad veteris gloriæ apicem reducta. Dominium hujus oppidi fuit tempore S. Bertuini penes *Odoarium Principem*, qui Regio natus ſanguine Floreffiæ legitur habitaſſe, & viciniis locis imperitaſſe, Pipinoque acceptiſſimus fuiſſe, quippe qui ejus rogatu quinque Villas D. Bertuino Epiſcopo ad uſum Cœnobii conſtruendi aſſignavit. Acceſſit Comitatui Namurcenſi per emptionem, à Godefrido Comite facta. Prætorem cum Scabinis ſeptem conſtituit ex eo tempore Comes. Guido Comes ex lectiore civium parte viginti Sagittariorum contubernium cum ampliſſimo privilegio inſtituit, Gulielmus ſucceſſor addidit 16. alios, & libertates antiquas confirmavit. Quoad rem ſacram Parochia Virgini Matri inſcripta per Comitem Godefridum commiſſa eſt Abbatiæ ibidem Prȩmonſtratenſi. Præter quam titulo Domus S. Martini Cœnobium Sanctimonialium fuit ordinis D. Auguſtini fundatum tenuiter privatorum eleëmoſynis, & annexum dictæ Abbatię. Erat & Hoſpitale dono Jacobi de Sombreff Militis contraditum eidem. Sunt denique intra libertatem Oppidi Sacella, D. Laurentii de Sarto à Joanne Milite, & Eva ejus conjuge fundatum. D. Martini de Zadion dedicatum. D. Virginis de Manoir dedicatum à primo Namurcenſium Antiſtite. D. Gertrudis in Floreffiolo quod Floreffiolum Gulielmus Comes gaudere juſſit privilegiis Floreffienſium. Cujus ſucceſſor incolis venationem cunicularium in loco *Becq* dicto permiſit. Ad extremum hujus loci eſt Virilis Abbatia Præmonſtratenſis à Godefrido & Ermeſende Comitibus dotata, ab ipſo Ordinis Patriarcha Norberto inſtituta. Qui Eccleſiolam quam hodièque *Salve* vocant, cœpit, perfectam à Richardo Abbate primo. Cujus ſucceſſor locum ampliavit. Tertius in ordine loca cibo ſomnoque capiendis extruxit. Eccleſiæ majoris fundamenta jacta anno 1165. quæ dicata per Epiſcopum Leodicenſem Henricum II. poſt vaſtationem ſacris reſtituta per Iſfridum Epiſcopum Radelburgenſem. Decimus Tertius Prælatorum & infirmorum receptacula ſtruxit & muro cinxit cœnobium. 35. clauſtrum renovavit. 39. omnia nova, quæ nunc

Ex Molano ad 12. Novemb. & m. ſ. D. Bertuini vita apud Maloniences.

Sub Pipino.

Ex diplomate Henrici Comitis id referentis dato anno 1151.

Anno 1395. Ex diplomate ejus dato in Aprili.

Anno 1405. Ex diplomate ultimi Aprilis.

Anno 1121. Ex diplomate ejus dato Indictione 14.

Anno 1300. Ex diplomate Joannis Comitis.

Anno 1209. Ex confirmatione Wilhelmi de Parweis facta.

Anno 1240.

Anno 1302.

Anno 1564. Ex diplomate dato in Octobri.

Anno 1394. Ex diplomate dato 22. Aprilis.

Anno 1417.

Anno 1121.

nunc conſpiciuntur ædificia fecit aut refecit. 41. Eccleſiam reſtituit. 43. Villam confinem Cœnobio extruxit.

1 In cœmeterio primæ Eccleſiæ ſepulti.

[1] Omnium ſeries hæc eſt:

Richardus Sanctiſſimi Norberti calculo deſignatus, anno 1121.

Almaricus rei & Religionis Monaſticæ Propagator felix, anno 1150.

2 Sepulti in Capitulo.

[2] Gerlandus Alemannus, Divini Cultus promotor eximius, anno 1161.

Hermannus Alemannus, Henrici Comitis Confeſſor, fortunæ utriuſque victor inſignis, anno 1180.

3 Sepultus ante aram S. Servatii.

[3] Joannes Davelois, mirabili vitæ ſanctimoniâ piè geſtum deſeruit honorem, anno 1200.

4 Incertum ubi ſepulti ſint.

[4] Wericus, ſub quo pars ſalutiferæ Crucis per Philippum Comitem huc delata ſanguinem ſtillavit, anno 1204.

Helinus, comes Joannis Vitriaci in peregrinatione Hieroſolymitana, anno 1218.

5 In cœmeterio.

[5] Nicolaus, Virginum Wangenſium ſanctus proſpector, anno 1220.

6 In Capitulo ſepulti.

[6] Joannes de Hoyoul, prudentiæ quam in adverſitatibus oſtendit eximiæ, ceſſit anno 1239.

7 In Sacrario ſepultus.

[7] Joannes a Capella, ex Septem Fontium Abbate huc vocatus, ſcriptor eximius.

8 Ante aram Domitiani.

[8] Domitianus, Crucis ſalutiferæ cultor inſignis, aræque ejus fundator, anno 1242.

9 In Sacrario.

[9] Petrus de Capella, ſuperiori & carnis & virtutis germanitate par, anno 1254.

In Capitulo ſepulti.

Theodoricus, vir ſincerus piuſque fugit honorem, anno 1268.

Valterus d'Obais, ædificator ſtrenuus, in alium orbem vocatus anno 1280.

In dogmate verus,
Moribus, ingenio, virtutibus, indole clio;
Lux fuit in reprobis, pacis fuit aſſecla nobis:
Improba damnavit, quæ ſunt laudanda probavit,
Flos obiit florum, Valterus regula morum, &c.

Verba ſunt Epitaphii ejus.

Ante aram D. Petri. obiit anno 1303.

Valterus de Leez,
Corpore formoſus & ſtirpe fuit generoſus,
Moribus ornatus & religione probatus,
Patris habenſque ſtatum rexit, fugiendo reatum,
Liquit primatum, ſe fecit ad omnia gratum.

Ante aram D. Jacobi.

Joannes de Lovanio, anno 1304.
Qui Floreſſienſis Paſtor fuit atque Zenenſis,
Et Steinvordenſis, Rompſtorp ac Winagienſis.

Ægidius de Neil ex Septem Fontium Abbate huc aſſumptus, anno 1294. in itinere ad limina Apoſtolorum vitam cum morte mutavit.

In Eccleſia ſepulti

Hugo de Refayt modeſtiæ titulo gratus omnibus mori morbo cogente viſus, anno 1306.

Nicolaus de Gesteaul claro loco natus, anno 1306.

Ante aram D. Auguſtini.

Petrus de Solra nomine ipſo inclytum prodens genus, & virtutem pro genere habens, anno 1314.

Sepultus apud Sacratium.

Ægidius de Spira vir eruditionis nomine optimè audiens, anno 1315.

Robertus de Turnout, cedens in Poſtulam hoſpitalitatis theatrum, ſervitio peregrinorum ſe mancipavit, anno 1317.

Ante aram S. Petri.

Ericus, genere & genio quàm virtute major.

Godefridus de Revez neſcias an nobilitate, an gratiâ Principum, an eloquentiâ præſtantior, anno 1333.

In Sacello S. Petri.

Hugo de Hossier, anno 1336. ſummo omnium cum gemitu ad Superos vocatus.

In Eccleſia ſepulti.

Gillenus Galterus de Namurco, regugularis diſciplinæ obſervantiſſimus, anno 1341.

Ante aram S. Crucis.

Theodorus de Warnans Cœnobiorum ſerius viſitator, anno 1360.

Ante fores chori.

Joannes de Perweis Decretorum Doctor, anno 1379. vir ſummæ eruditionis.

Petrus de Blehen, anno 1390.

Alardus de Obasio, anno 1396.

Ægidius Herentalius, anno 1399.

Joannes de Harchees, anno 1414.

Nicolaus de Blehen, anno 1431.

Balduinus de Fourvy, anno 1449.

In medio chori ſepultus.

Lucas ab Eyck, anno 1465. qui primus Inſularum honorem & ſolus in Namurceſio obtinuit hactenus.

Gerardus ab Eyck
Acceptus Magnis Abbas, acceptus & imis.

Joannes Sampeyn, anno 1508.

In Poſtula ſepultus.

Ægidius de Solre, qui anno 1516. cedens, innocuæ tranquilla ſilentia vitæ complexus eſt.

Godefridus Martini, quanto ſui deſiderio anno 1548. obierit, marmoreum teſtetur mauſolæum à Conventu ipſi erectum.

Joannes Decanus, anno 1552.

In Sacello Joan. Bapt.

Gulielmus Doupasius,
Cui ſimilem nunquam genuit Floreſſia florem,
Non habuit, vel habet, non habitura parem.
Anno 1576.

In Bello Reditu ſepultus.

Ægidius Dayscletius, anno 1592.

Henricus Eerselius, anno 1607. qui inſignem in refectiones Villarum impendit operam. Cui ſurrogatus

Joannes Roberti, ex Priore Cœnobii electus, inauguratus anno 1607. Vir integritatis ſummæ & religionis zelator maximus, qui ut maximo Cœnobii bono electus, ita diu vivat ſuperſtes.

Hæc illa tertia quadrigæ Præmonſtratenſis rota, prima per Candidi Ordinis Patriarcham in Belgium ducta Colonia, quæ fructum fœtumque ſuum non in Belgium tantùm, Gallias, Germaniaſque, ſed etiam in Orientem & Palęſtinam propagavit. Teſtatur in Brabantia Helencenium, per Reinerum Militem Floreſſiæ attributum. In Leodina Dioceſi, Leſſia D. Martini auſpiciis dedicata, & ex Collegio Canonicali Floreſſienſis Abbatiæ tradux effecta. Bellus Reditus aſſumptis è Floreſſia fratribus per Alberonem Epiſcopum inſtitutus. Septem Fontes in Galliarum Winangia in Germanię confinio, Floreſſiæ ſua debent exordia. Sicut & monaſterium S. Abacuc in Hieruſalem. Taceo primę famæ & pietatis Hoſpitale Poſtulanum à Faſtrardo,

Anno 1133. Ex diplomate quod dedi in meis Thenenſibus.

Anno 1152. & ex Prioratu Abbatia facta, an. 1200. Ex diplomate Epiſcopi.

Anno 1124. Ex diplomate ejus dato Indict. 2.

Anno 1173. Ex Epitap. Præmonſt. an. 1218. requirentis à Vitriaco Cardinali id reſtitul.

Anno 1202. Ex diplomatibus fundationum quæ vide ſuis locis.

do, Utwikio in mediis ericetis dotatum, itemque Harlemontanum ab Oſtone de Trazenies in ſuo Allodio fundatum, & Prioratus ſacellaque minoris notæ plura. Hæc illa, quæ laborantes in vinca Domini 23. animarum curatores ſolet ablegare, non immeritò floris ſortita cognomentum, ubi tot mellificæ apes religionis noſtræ quaquaversùs explent alvearia. Cujus odore capti Comites poſthabitis ſeculi pompis vitam monaſticam obierunt, magnâ ambitione locum quem vivi coluerunt, poſt mortem eligentes. Cujus religione ducti Heroes inter honoris ſui titulos præferre gaudebant, Beneficiarium eſſe Floreſſiæ. Qualis Theobaldus Miles & Toparcha Longicampi, Gerardus *de Orbais Miles egregius, Vir potens & nobilis.* Taceo quod Abbas loci ſolus in Namurcenſi Comitatu infulis honoratus, jam inde per Radulphum Epiſcopum ceſſione Joannis de Cymay Canonicus D. Pauli Leodienſium habeatur. Floreſſienſi Præfecturæ aliquot Vicos ſubcenſent, quos volens prætereo. Adjiciens ſolùm Sarta vicina Laurentii, & Lamberti; illud Bronienſium, hoc Floreſſiæ olim peculium, & Fraviriam D. Martini Eccleſiam.

Anno 1281. Sic vocatus in diplom. Floreſſienſi. Anno 1185. Anno 1189.

Sart S. Laurent et S. Lambert.

Fravires.

Miremur ingenii humani ſolertiam, quæ per omnes ſecretioris naturæ angulos volutans ad rerum compendia proficiſcitur. Ferri uſitatum in Namurceſio opificium conſideremus: ejus aptandi talis modus: Primò intruſa in terram magnâ vi pertica explorant venas, & ferri pertica, ut ſic dicam, manſuefacta ad rudis ferri procedunt venationem. Venâ repertâ effodiunt informes maſſas, glebas diceres niſi duriuſculas adverteres. Apparatur fornax argillâ circumductâ, ſupernè impendet juſtæ profunditatis receptaculum ſimili adverſus ignem argillâ munitum, in illud carbonibus ſaxiſque mixtas ferri rudis maſſas injicis, quæ ſuccenſæ, ſecèrnuntur à matre ſua terra; & per foramen infernè receptaculi defluunt craſſitie cubitali. Maſſam hoc modo purgatam Vulcaniis clientibus offert, qui denuò impoſitam igni perpetuis malleis contundunt, & in longas diducitur Bracteas, Bracteæ autem ab aliis alibi fiſſæ ad quoſvis uſus aptantur.

SECTIO VI.

Pagus LOMACENSIS, *in quo* LIBINENSIS *Comitatus cum terra* BRONIENSI.

Terre de Libines.

SUccedat Comitatus Libinenſis; Comitatum voco, quia id ante me fecerunt chronologi veteres, & fecerunt ducti auctoritate diplomatis Ottoniani, ubi inter teſtes ſubſcribit *Edardus Comes de Libines*, datum anno 991. Comitatum hunc ſe extendiſſe uſque ad Flavionem rivulum, & Territorium Foſſenſe, & hinc inde ſilvis cinctum conſtituo, eò quod ſciam totum tractum dictis clauſum limitibus portionis hereditariæ loco aſſignatum ſecundo-genito Comitis Namurcenſis. Factum hoc quidem non unus ſcribit, ſed ne unus quidem adſcribit cujus Comitis filio, aut quo tempore id factum. Ego opinor totum hoc Stantii, qui pater B. Gerardi Bronienſis Patriarchę fuit, fuiſſe peculium, eò quod loca plæraque in vicino hodièque ſint, aut olim fuerint Abbatiæ Bronienſis. Toparchiam autem Libinenſem (ſic enim obliterato Comitatûs nomine dicta) poſteà gentiles à loco nuncupati tenuerunt, in ſcutis præferentes faſcias duas; ſucceſſerunt in bona affines Coelhemii Brabanticæ Originis Oyebruganorum propago. Quorum teſtamento Joannes de Juppilia profeſſus, & poſt eum cognomines Geviæ Domini. Donec per Jolentham conjugem Joannes de Longo-Campo ejus potitur, idemque Abbatiæ Bronienſi tranſcribit. Abbatiæ quam in Allodio ſuo B. Gerardus per Stantium patrem Haganonis Auſtraſiæ Ducis, per Plectrudem matrem Namurcæi Comitis nepos fundavit, de qua hæc pauca é multis.

De Libine. Van Coelhem. Juppleu anno 1419. Anno 1445. Anno 1365.

Aggredior locum naturæ genio, hominum induſtriâ, Divûm benignitate ornatiſſimum, ſed anxius an rudi calamo, hebeti ingenio, profano ſtylo fas ſit circa res tam eximias ludere. Attamen quod ſolet inſulſum crocitans inter minurientes paſſerculos, intendam fauces & parum còcinnus Encomiaſtes jejunâ meâ laudatione alios, quibus mage fœcundum pectus, facundum guttur, provocabo. Bronium auribus inſonat, à Borno ſeu fonte inditum nomen, & omen exoſculor. Scilicet benigna in alumnos ſuos terra ſinum proferens, lætâ fontis limpidi ſcaturigine, hunc pagi Lomacenſis angulum ditaverat, benignior in ſuos fideles Deus fontem medicum curandis languoribus adjecit. Et ecce in fani medio

Bornon rivulus hic ortus molas de Broul, Romenyes, Arbes agens, ex adverſo Riverix in Moſam profluit.

Vivi fontis aquam puteo ſpirare perenni.

Cujus orificio verſum hunc inſcriptum legi:

Concurrunt ægri, ſacri, bibuli, ſitibundi,
Præſtabo cunctis dulce refrigerium.

Bronium in oculos incurrit alibi læto latoque agro, alibi nemore oportùno, alibi colle leniter acclivi conſpicuum, grato naturæ luxuriantis, & dona ſua multiplicantis intuitu. Bronii authores dum aſpicio, Pipinum Ducem venerabundum, ſanctiſſimum Antiſtitem Lambertum Archangelo Michaëli Sacellum dicantem, Apoſtolorum Principes locum ſuò cultui eligentes, B. Gerardum in ſomnis monitum & Canonicos & templum officinaſque & proventus conſtituentem invenio.

Talis relligio praceſſit tempore primo,
Donec dante Deo inducitur ordo,
Nam Canonicorum licentiori vitæ occurſurus,
Diſcipulus Chriſtum cupiens ſimulare Gerardus
Præſul Biſſenos hic Monachos ſtatuit.

Stephanus Papa confirmat libertates Eccleſiæ hujus anno 913. 5. Kal. Maii, regnante Henrico in Regno Lotharii, Imperante in Italia Hugone anno 2. Indict. 6. Romæ Actum,

Nec hic tantùm, ſed & aliis totâ Flandriâ Hannoniâque Cœnobiis, quò à Principibus exoratus reformationis ſaluberrimæ præcepta in-

vexit, illa in penitioris diſciplinæ ſacrario juxta Pariſios hauſta. Tumulus hìc ex marmore nigro in crypta D. Magdalenæ cum hac Epigraphe:

Clarus ab Auſtraſia generoſa ſtirpe Gerardus,
Sanctus in hoc humili condidit oſſa loco.
Gaudeat omnis plebs, tali defenſa Patrono,
Atque ſuo plaudat Bornia terra Duce.

Præter feretrum autem Beatiſſimi Patriarchæ Gerardi, aſſervat Bronium corpus S. Eugenii, Archiepiſcopi Toletanæ Sedis, & S. Leodegarii: denique duorum ſacra pignora innocentum ex Cœnobio Cymacenſi per præſcium vaſtationis ſubſecuturæ B. Gerardum delata, & cùm diu latuiſſent, revelatione cuidam Tiberiæ Nivellenſi cæcæ factâ, reperta. Ad extremum rara vitalis ligni & Crucis Dominicæ portio per Manaſſem Antiochiâ Hirgiam delata, & Bronienſibus legata, præter alias SS. Reliquias hìc religioſè aſſervatur; & frequenti miriculorum gloriâ illuſtris infinitam peregrinorum invitat multitudinem. Intereſt nunc initia & incrementa hujus ſacri Cœnobii leviter perſtringere. Cui exordium dedit ille toties laudatus, nec unquam ſatis laudandus GERARDUS verè gerens ardua, aut ſi Teutonicum placet etymon, verè Deſiderius: ut qui zelo Religionis ductus hoc unum in votis habuit, ut melioris diſciplinæ in declinantibus vitio temporum Cœnobiis reſtitueret chariſmata.

Hiſtoriam rei geſtæ & miracula magis celebria prætereo, eo quod peculiari opuſculo ea cogitet publicare Reverend. Namurci Epiſcopus.

Anno 958. Quo in aliam & meliorem vitam evocato, HERIBERTUS ex Sacellano & Pædagogo Ottonis

Anno 992. 2. Auguſti præficitur, cujus rogatu & Notgerus Antiſtes & Otto Cæſar Bronium venientes, in ſuam uterque protectionem ſacrum recepêre peculium.

Succeſsêre GUINEBOLDUS, qui Eccleſiam perfecit,

REYNERUS, qui de Parœcia diſpoſuit,

a Obiit an. 1062. GONTHERUS, [a] qui D. Gerardi vitam exſcribi curavit,

QUERIMONDUS & LAMBERTUS claro loco nati; hic ex Roſetenſibus, ille ex Cymacenſibus Dynaſtis,

b Obiit an. 1085. BOSO, [b] qui à Gregorio VII. & Henrico IV. privilegia obtinuit, & confirmari & augeri curavit,

c Obiit an. 1106. THOMAS[c] Religionis, ARNULPHUS peculii monaſtici ſerius promotor.

d Anno 1116. STEPHANUS, ſub quo SS. Innocentes[d] elevati.

Diploma datum anno 3. Alexandri Epiſcopi, & 6. Lotharii Regis.
e Anno 1131.

EBROINUS, ſub quo per Innocentium Papam adſcriptus Sanctorum numero [e]B. Gerardus.

f Obiit an. 1156. GERARDUS [f] viâ haud vulgari ex Levita in Abbam cooptatus.

g Obiit an. 1161. GODEFRIDUS[g] nepos Henrici Leod. Epiſcopi.

LIBOINUS, qui ſummæ Religionis merito à

h Obiit an. 1185. Lucio Papa [h] confirmationem impetravit.

i Obiit an. 1192. ARNULPHUS [i] Comiti Namurcæo peracceptus.

1 Ex Epitaphio eius in medio Capituli.

[1] ROBERTUS inſuper Lobienſis Archimandrita, cujus opus ſunt omnia fornicato opere extructa ædificia, [l] quæ videntur etiamnum. l Obiit an. 1221.

[2] *Thomas* [m]*luce piâ, migrans quò Virgo Maria,* 2 Verba Epitaphii ejus in navi Eccleſiæ.
Tranſiit ad Chriſtum, clemens poſt ſe trahit iſtum.
Spiritus ut, cujus hìc tectum corpus habetur, m Obiit an. 1268.
Spiritibus Sanctis in perpetuum ſocietur.

Secutus tali Epitaphio:

[3] PETRUS[n] *in hoc buſto latet, ut qui vaſe venuſto* 3 Epitaphium in navi Eccleſiæ.
Pectoris egregiæ geſtabat dona Sophiæ: n Obiit an. 1270.
Lex necis hunc trivit, qui leges ſolvere ſcivit.

GERARDUS, obiit anno 1273.
[4] THOMAS [o] autem. 4 Epitaphium in Sacello Mariano.
Abbas BALDUINUS[p] *in crimine rarò ruinus.* o Obiit an. 1293. p Obiit an. 1301.

Surrogatus cui tale Epitaphium:

[5]THOMAS[q] *in hac Tumba fructus pietatis & unda,* 5 Ibidem.
Exemplar morum jacet Abbas, lexque bonorum. q Obiit an. 1310.
GERARDUS[r] *prudens mundanaque omnia ridens.* r Obiit an. 1311.

ALARDUS [ſ] Vir multæ experientiæ. ſ Obiit an. 1336.
HENRICUS ſolo mihi notus nomine.

[t] JOANNES duo ſucceſſivè Prælati VALTERUM invenerunt ſucceſſorem. t Obiit an. 1390.

VALTERUS Nicolaum de Laine Virum undecumque doctiſſimum, qui cùm de tranſlatione ſalutiferę Crucis eleganter ſcripſiſſet, feretrum S. Eugenii ſplendidè adornaſſet, campanam turris, quę fulmine conciderat, refeciſſet, dignitatem ceſſit NICOLAO CARDIN Minoritæ Namurcenſi, cui ſurrogatus WILHELMUS A GRAU. Obiit anno 1448. Obiit anno 1452.

[6] *Hunc clarum pariunt, clarum magis acta probarunt,* 6 Epitaphium in Sacello Mariano. Obiit anno 1482.
Aulam fundavit, uſtam turrim reparavit.

[7] JACOBUS LE TOURRIER, qui poſt inſtructam bibliothecam, reſtituta ædificia, emblematis ornatum cœnaculum vita functus obiit. 7 Epitaphium ante Sacellum Marianum. Anno 1503.

[8] WILHELMUS DE BEEZ Organa confecit, Altare inſignitum Porphyreticis tranſtulit, Eccleſiam multùm exornavit, defunctus. 8 Epitaphium in navi Eccleſiæ. Anno 1517.

THOMAS BADRE ceſſit Pedum WILHELMO CAULIER, cujus virtutem teſtantur opera, tam hìc, quàm Lobii, cui junctim præfuit; Chorus novus, ædificia Abbatiæ potiora ſuperſunt. Obiit anno 1550. Anno 1564.

[9] Succeſſor BENEDICTUS DE MAILLY vidit bello Francico partim flammis, partim prædis objici Cœnobium. 9 Epitaphium in Sacello Mariano, Anno 1567.

Quo moriente Abbatia Namurcenſi Epiſcopatui annexa Epiſcopum Abbatem habet, nuper à Francis iterum ſpoliata.

Dependebat à Bronienſibus olim Virginale Cœnobium Rovillonenſe, dependet nunc Prępoſitura Salvæ-ſoyæ per Reynerum Militem de Bioul anno 1206. nuper Paſtoratui annexa. SAUTOY.

Peculium etiam Abbatiæ eſt ad eundem rivulum Bieram Valetudinarium vicus à veteri Inſtituto nomen retinens. MALADRE.

In

Ermenton ſur bier. Biemeré. In vicino ſunt & occurrunt ad eandem ripam Armentonium Domini Grando-campii Peculium, Myricetum Biæ Lobienſium hactenus, nunc emptionis viâ Simonis Gobault cum Patronatu Eccleſiæ Apoſtolorum Principi inſcriptæ. Furnaux. Paulo ulterius Prætorio inſtructa Furnalia in ſacris Capituli Loſſenſis titulo B. Virginis ſubdita, in tribunali Dominorum in loco agentium. Graup. Gyropium Martini, cujus Dominium Dave. ab Alnenſi Abbatia coëmit N. Taboulet. E- via inclytæ & latè per Namurcesium dominatæ origo ſtirpis. Bossieres. Ab anno 1499. Supra Bronium viſitur turris Boſſires gentis Ivia jam inde Peculium. Arbre. Lesves. Ad rivum Borniæ Arbor eſt Nicolai Marottii, & Levia Joannis Sohé Dominium. Eccleſia D. Vulmaro ſacra ab Alnenſi Archimandrita dependet. Contigua eſt versùs Moſam profunda Villa ſub Remigii Antiſtitis & Collegii Mariani apud Namurcenſes patrocinio, Principis Peculium. Profondeville.

Heremi Namurcenſes quàm olim fuerint celebres, docet frequentia, quam probo ex locorum veſtigiis intra ſecundum ab Urbe Namurci lapidem, quæ heremitis olim ornata nominare poſſim ultra 28. Denique prologus vitæ D. Heriberti præfixus, ait tum in Marlania ferè ducentos utriuſque ſexûs heremicolas fuiſſe.

SECTIO VII.

Comitatus de Biolo.

Biolz. INter Bornium & Flavionem & Biam amnes eſt Territorium Bioli illud primæ famæ & nominis, ſive amplitudinem æſtimes, quæ latè versùs Moſam patet; ſive Dominos qui fuerunt olim inter illuſtriores Comitatûs, quibus ſucceſſerunt Jacenſes affines, his Brandeburgici; ſive privilegia quæ habet ut plurimùm cum civibus communia. Eccleſiæ providet Comes, præeſt Deipara, & lego Comitem certa quædam in hac Toparchia à Joanne Marbaſio coëmiſſe. Anno 1363. Verſus Moſam eſt Rovillonium, Vicus ob fundatum ibi ordinis S. Magdalenæ Cœnobium, titulo D. Martini, quod aſſenſu Comitis Anno 1285. tranſlatum in Hoſpitale S. Quelini circa Hoyum. Envoyum Claudii d'Emmin peculium appendix Parochiæ. Cæterum cum reperiam in diplomate anni 1002. apud Stabuletenſes laudari G. Comitem de Biolo, facilè inducar ut credam Biolum hoc eſſe, quod iſti bono titulum dederit, maximè cum diſertis verbis tradat chronicon Leodicenſe m. ſ. Gobertum illum quorum Comes Namurci de ſylvis quibuſdam contendit *ex veteri Comitum ſanguine oriundum*. Quo fundato ordinis gratiâ finiam & definiam Biolenſem Comitatum, Moſâ & rivulis Bornio & Flavione, vicinum Libinenſi ad occaſum.

Varios Beginarum ordines & habitum fuiſſe diſco ex fundationibus Namurci, ubi & conjugatas à maritis ſeparatas, quales fuerunt Marciæ Dominarum; & viduas, quales fuerunt in Cœnobio Boneſſienſibus incorporato; & vetulas, virgineſque, quales adhuc ſuperſunt, fuiſſe: & denique aliquas gryſeis, aliquas nigris, cum & ſine velo capitis albo adhuc vides; albis veſtitas in tractu Leodienſi videre eſt, nigro ſcapulari indutas in Brabantia.

SECTIO VIII.

Vice-Comitatus Gerpiniæ & Bievenæ *Territorium.*

TEndentibus cum Sole ad occaſum, occurrit Gerpinia cum diſtrictu latè-patenti. Gerpinia municipium ſacris profaniſque titulis Gerpin. nobile Dominium dono Ermeſendis datum Collegio Monaſterienſi Vice-comitatu nobile & Advocatia Rollouſiæ gentis olim propria. Jure Anno 1020. civium donata per Ermeſendem Lotharingicam Alberti primi conjugem. Nundinas annuas habet, & diebus Veneris & Lunæ. Propolium frumentarium privilegiis ornatum, à Anno 1208. Philippo Comite habet celebre & notum ob nundinantium copiam & feracem frumenti vicinum agrum. Combuſtus fuit ab Advocato Florinenſi Echaldo Vicus, cum Eccleſia inſcripta Anno 1141. Ex codice Floreffienſi. D. Michaëli, ubi inter alias SS. Reliquias viſitur S. Rollendis ex nigro marmore tumulus, quæ Regiis clara natalibus Chriſtum præ delitiis ſectata hunc fugę & quietis locum invenit. Inſcriptio talis eſt:

Diva Rollendis ſummi deſiderii Galliarum Regis filia, mea hic oſſa quieverunt, curo ſtranguriam Dei permiſſu, herniam, cæcitatem præter languores cæteros. Me implorate, meâ qui operâ egetis.

Viſitur ejus feretrum argento cælatum, ante triennium ſpecioſo opere renovatum. Feriis Paſchalibus ſupplicatio eſt frequentiâ adventantium extremè celebris, ad quinque paſſuum millia ſe extendens: ita ut ſacris poſt medium noctis peractis, circa crepuſculum matutinum ad iter progrediatur. Ita enim latè patet ejus Paræcia, plures ſub ſe vicos complectens. E quibus eſt Acoſſia prætorio & venis ferri inſtru- Acoz. cta, Dominium gentis Marottiæ, quod Sacello ſuo aſſervat D. Fredegundi reliquias. Marottia autem gens ante aliquot ſecula notior, quæ neſcio an Franciæ debeatur an Belgio. Hoc ſcio, Vicum eſſe in Viromanduis nomine *Temploux*, ubi nobile feudum eſt dictum de *Marotte*, poſſeſſum à nobilibus eodem nomine, è quibus fuit Ægidius de Marotte de Temploux 34. Vaucellarum in Cameraceſio Abbas tempore Philippi Boni. Hinc ſi petamus gentis exordia, fatendum unà, ante annos 400. in principatu Leodino dominatos, cum legam in donatione Vallis noſtræ anni teſtem Joannem de Marotte Militem. Utut ſit, ſatis conſtat bellorum, ut fit, injuriis obnoxiam familiam declinaſſe multùm; niſi quod nunc latè lautèque in Namurceſio & Leodina

Leodina regione imperans recuperet deperditam majeſtatem.
Goigny. Goniacum N. le Syr centurionis ſtrenui ceſſione Principis Toparchia. Sacellorum hoc D. Remigio, illud Nicolao in-
Bertronsart. ſcribitur. Sartum Bertrandi cum Sacello D. Fiacri, Equitum Jeroſolymitanorum peculium: cujus in vicino heremus jam inde à D. Rollendis
Villeer le Potterie. temporibus nota. Villare à teſtarum nundinatione dictum Dominum habet N. de Staves Philippopolis Gubernatorem, virum magni nominis & virtutis, è gente Martiniaca. Olim fuerat Theodorici de Straing, qui cum filiæ ſuæ do-
Anno 1410. tem Gerardo Anghiano tradidiſſet, & is Ge-
Anno 1414. rardo Marbaſio vendidiſſet, Joannes de Hun
Anno 1460. cœpit poſſidere, & ad heredes tranſmittere, quo-
Anno 1570. rum Maria Philiberto Martiniaco elocata dotem attulit.
Jonqueroy. Jonquerium Louvervallenſium olim, &
Anno 1426. per uxorem Joannam Joannis Triverii facta Dynaſtia. Cujus ſucceſſor Simon de Villeriſche
Anno 1452. cogn. de Trivires Simoni de Hun Villarii Domino tranſcripſit. Nunc dotale poſſidet Berzeæ Dominus, ex Berlonenſibus. Succedat Præfe-
Biesme. ctura Bievenenſis plurium pagorum conſtans dominatu, & municipali jure gaudens, peculium Principis. Eccleſiæ D. Martino ſacræ Capitulum Namurcenſe providet, à qua pronuper ſeparata & in parochias erecta Sacella S. Ragen-
Ore. Sart Austacq. fredis in Aureto, & S. Crucis in Sarto Euſtachii.

Quod Gallis ſonat Seignorie Foncier, *hoc curtim Dominicatam; quod* un cenſe, *hoc curtim carrucatam; quod* un maiſon ſans labeur, *hoc curcile in diplomatibus vocatum ſexcentis exemplis docere poſſem.*

SECTIO IX.

Dynaſtiæ Sabis.

Toparchiæ ad Sabin duæ ſunt, quarum Domini ab antiquo pares Caſtri Namurcenſis
Aveloix. Han sur Sambre. appellantur, & ſunt Aveloſium & Hanium, illud poſſident mediatim Archimandrita Floreffien-
Anno 1225. ſis, dono Joannis Militis de Aveloix, mediatim Domini Hanienſes per nuptias Joannæ Dave-
Anno 1390. loix cum Ægidio Loſſenſi, poſt quem Ægi-
Anno 1430. dium, utrobique imperaſſe lego Gualterum de
Anno 1434. Lox, denique Willhelmum de Spontain emptionis titulo poſſediſſe, Henricum de Seraing
Anno 1487. eviciſſe, & interjecto tempore Carolum de Bur-
Anno 1521. gundia per ſententiam curiæ ejus potiri, cujus heres ſupereſt Harmannus à Burgundia Phalaſii Dynaſta vix à virtutibus Heroicis, humanitate & litteris commendandus, titulo Hanii, etiam Par Caſtri Muhanienſis.
Soye. Adjacet his Soya cum Prætorio inſigni, quoad Eccleſiam D Amandi & tribunal, à Domino loci dependet. Dominium autem cum ſummæ titulo juriſdictionis dono Gulielmi Comitis, ac-
Anno 1442. cepit Robertus de Hemmetines Eques, cujus ſucceſſor Andræas in Balduinum de Glymes,
Anno 1457. tranſtulit. Joſne Comes Salmenſis per Iſabellam
Anno 1767. uxorem compos factus Jacobo naturali ſuo tradidit. Poſt quem affines Joannes Davredis & Anno 1418.
Thomas Tſerclaes ſucceſſerunt, & noviſſimè Anno 1538.
Joannes Lonchin dotali titulo conſequutus ad poſteros cognomines tranſmiſit. Anno 1547.

Angit me, & refellit omnium hiſtoricorum communem ſententiam quæ vult à Lothario Rege Lotharingiæ nomen inditum, diploma à me citatum in Haſteria, ubi nominatur Oacrius Dux Lotharienſium anno 656. cùm tamen Lotharius ille, aliquot ſeculis poſterior vixerit demum ſub annum 823. teſte Annonio.

SECTIO X.

Valcuria *Urbs, in pago* Ardennensi. Walcourt.

Nomen hujus oppidi nunc duplicato V, nunc ſimplici olim ſcriptum diſco, nunc Walincurtis, aliàs Walencuria; & Gallis Walcourt, Teutonibus neſcio an non Waelhoven, quod vocabulum in unico Leodicenſi regiſtro reperi. Valorum exterorum habitationem ſo-
nat. Ante urbem arx fuit quadrata, ab Arbeo Sub annum 100. Teſte vita D. Materni.
quodam præmiatore extructa. Urbis jura, leges, & libertatem habuit à Francis Saliis. Muro Anno 910.
cincta poſt Normannorum receſſum. Pomæria autem ejus producta, ita ut nunc habeat portas quatuor, vias publicas, forum rerum venalium celebre, ad ripas Auriæ rivuli circa Florennas nati; qui hìc alium abſorbens circa Marcianum Sabi miſcetur. Ejus ædificia primaria ſunt. Caſtrum vetus prima Dominorum ſedes, per bella Francica tantum non funditus everſum. Curia olim quidem opere non contemnendo extructa, ſed eodem belli impetu vaſtata. Halla frumentaria celebris nundinantium copiâ qui diebus Martis ſuas illuc merces convehunt. Fata ejus ſive calamitates præcipuæ ſunt:

Ab igne per hoſtes immiſſo anno 1360. 1474. 1545. 1578.

Ab aquis anniverſarium pœne malum ſuburbana patiuntur.

A tempeſtate anno 1432. cùm fulmine icta turris.

A peſte rariùs, ob aëris clementiam, læſam reperio.

Ab annona etiam, ob ſufficientem incolis agrum.

Ab hoſte, cùm à Francis capta Urbs an. 1474. & 1546. 1568.

Iterum cum à Regio milite infeſſa, an. 1578.

Senatus conſtat Scabinis ſeptem.

Nundinę annuæ ſunt alterâ Nicolai, converſione S. Pauli, feriâ 3. ante Aſcenſionem, & 2. poſt Lętare, forum hebdomadarium die Martis.

Ad rempublicam venio, in qua primos facio Toparchas, qui fuerunt ab antiquo celebres, & à loco nomen accipiebant. Cujus ge- Sub an. 1000. Ex chronico Walciodori.
neris eſt Guericus in bello Eilberti Comitis contra Francos: Hìc ſtirpe deficiente, Aveſnenſes in titulum venerunt. E quorum familia fuit Walterus gener Caſtellani Tornacenſis & filius

filius Theodoricus ſororius Balduini Comitis
Anno 1189. Ex chronico Hannoniæ. Montenſis. Poſtea Gilbertum Duraſſii Regulum lego Walcuriam poſſediſſe, & ad hæredes
Anno 1208. Ex Hembricurtio. tranſmiſiſſe. E quibus fuit Gerardus ille, quem
Henricus Imperator Græciç reliquias Sanctorum
Ex diplomate Lætienſi. Lætienſibus mittens, vocat Primum inter
Prætores ſuos. Succeſſerunt Rupe-fortenſes, è
quibus ſunt Theodorici duo pòſt nominandi,
& Wericus ille, qui Walcuriam Gulielmo Comiti
Anno 1363. Ex diplom. hac de re dato. miti vendidit. Voluit quidem Joannes Rupefortenſis jure affinitatis venditionem irritam
Anno 1364. facere, ſed viribus inferior ceſſit. Quia autem
Brabantiæ Duci oppignorata erat Valcuria, Namurceſio non niſi per Philippum Bonum plenè
Anno 1418. Ex veteri diplomate ſine dato ubi hæc fusè referuntur. annexa fuit. Quoad rem ſacram, accepit hic
locus in Pago Arduanenſi, ut tunc loquebantur,
ſitus, lumen fidei annunciante Beato Materno,
qui ad meliorem frugem converſo Arbo horum
locorum Tyranno, Eccleſiam Virgini Matri
dedicavit, in eaque Iconem ſuis, ut creditur,
manibus delineatam repoſuit, miraculis clariſſimam & frequenti peregrinorum concurſu viſitari ſolitam.

Hæc Eccleſia Normannorum, quod veri-
Anno 992. ſimile, incurſionibus vaſtata, à Guerico Dy-
Anno 1020. Ex diplomate dato Indictione 9. naſta reſtituta eſt, aucta ab Eduino Villæ Valcurienſis Domino & Erceburga uxore, ſolem-
Anno 1027. niter dedicata Calendis Julii. Cùm autem miraculorum gloriâ latè celebraretur, evenit for-
Anno 1304. tuito igne Templum abſumi, Iconem autem
dictam Angelorum miniſterio præeunte niveâ
Jardinetum vocant. columbâ tranſportari in Sacellum horti unius
ſuburbani. Unde cum nulla arte deferri poſſet,
Theodoricus Rupe-fortis Regulus voto concepto ſe in loco hortuli Cœnobium exſtructu-
Anno 1361. rum, divinâ permiſſione imaginem in Valcuriam retulit, ad cujus adventum tanta brevi confluxit hominum frequentia, & peregrinorum
liberalitas, ut templum nulli totius Comitatûs
facilè ceſſurum extructum ſit: In quo paulatim 20. amplius Sacellani à diverſis Nobilibus
ſunt inſtituti. Collegium etiam 8. Canonico-
Anno 1020. rum cum Præpoſito inchoatum à ſupradicto
Eduino, perfectum à Theodorico Comite Ru-
Anno 1317. pefortenſi & Milite de Valcourt. Hoſpitale in
oppido eſt, & Sacellum unum à Comite Na-
Anno 1354. murcenſi fundatum, alterumque D. Georgii à
Werico Dynaſta & Philippa Traſiniaca uxore
Anno 1336. in ingreſſu Caſtri dotatum. Foris Leproſarium
Anno 1317. Ex diplomate in Decembri dato. eſt &. Abbatia Jardineti inchoata à Theodorico
Rupe-fortenſi, ab altero Theodorico ejuſdem
nominis, & Gertrude conjuge oblata Joanni
Anno 1332. Oigniez Abbati, ad uſum Cœnobii Virginalis
Ciſtercienſis, cujus remaneat ſolùm Advocatus
idem qui Valcuriæ Dominus. Sed cum interjecto tempore videretur ſatius & magis ex re,
Anno 1430. ſubſtituti Virginibus Monachi.

1 Anno 1441. Abbatum primi JOANNES [1] EUSTACHII,
2 Anno 1462. MARTINUS DE ALNETO, ARNOLDUS [3] DE
3 Anno 1505. SOMBREF, tenue aliàs Monaſterii peculium
multùm auxerunt, templum de novo & clauſtra extruxerunt.

JACOBUS DE WINI foſſis muroque cinxit Anno 1532.
Cœnobium. Secuti
NICOLAUS CLBRMIS,
GUILIELMUS FLOCQUIER,
JACOBUS RAVESCHOT,
JOANNES ROSART,
MARTINUS LEDRIS,
ZACHARIAS DE LEERS,
HUBERTUS SCHULFORT,
THOMAS BUF,
USMARUS CLEMENS.

Nunc præeſt eruditionis ſingularis & facundiæ HUGO DE BUSSERET.

Eſt Cœnobium ſic ſatis elegans, aquis cinctum, ornatum ædificiis.

Subcenſentur meritò Valcuriæ Martinia & MATIGNE.
Fontenella; illa Capituli Foſſenſis, hæc cuſto- FONTINEL.
dis Valcurienſis & Gentilium de Boſſu & Haverlandt peculium.

Rogatus Vir doctus de ſingulis Belgii Provinciis ſententiam, cùm Leodicenſes ex concubitu Martis cum Venere, Brabantos ex luſu Apollinis cum Minerva, dixiſſet: Namurcenſes addebat ex raptu Ditis & Proſerpinæ procreatos. Cur? Lectori conjecturam relinquo, mihi præter ſuſpicari nihil occurrit.

SECTIO XI.

Comitatus CASTRI.

REfert vetus chronicon frequenter à me laudatum, *Johannem Comitem Caſtri*, cum aliis primæ notæ Nobilibus in Palçſtinam profectum, & poſt partam in oppugnatione Tyri rei militaris gloriam, relataque ab hoſte Agareno ſpolia, reverſum in Ardennam, Caſtrum ad rei memoriam extruxiſſe, & poſteris ſuis Tyri cognomentum reliquiſſe. Ego hæc ſingula video ap-
poſitè ad Tirium caſtri referri, cujus amplitu- THY LE-CHASTEAU.
do vicos aliquot complectens, hìc loci conſpicitur, circa Valcuriam, quam certiſſimum eſt, in pago Ardennenſi olim ſitam fuiſſe.

Pagorum Someſca Mauritii, Terſenia Marti- SOMSÉ. TERZEN.
ni ſeparatæ pronuper illa à Gordinenſi D. Re- GORDINES.
migio inſcripta Eccesia, hæc à Gerpinienſi, proprium Parochiæ jus obtinuerunt, dependentes
prout matres earum, illa à Foſſenſi Capitulo,
hæc à Monaſterienſi. Caſtrum autem, quod ho- CHASTRE.
dieque nomen ſervat, à Florinenſi Abbate accipit Parœcum, qui Eccleſiæ D. Martini provi-
deat. Virolia à Tudinienſi Capitulo, qui Deipa- FIROUL.
ræ ædem curet. Tirienſis autem pagi Eccleſia
Domnienſi Abbatiſſæ per ſupradictum Comitem donata eſt, & Apoſtolorum Principi inſcripta, cujus opem in bello Comes & imploraverat & ſenſerat. Dominium fuit olim Comitis
Namurcenſis, qui id filio tradidit cum amplis
privilegiis. Poſteà Dynaſtas de Werchin Hannoniæ Seneſcallos agnovit, nunc illuſtriſſimus
Fontenoi Comes ex Croyacis ejus potitur. Tirii
beneficium eſt Berzea Berloënſium Dynaſtia, BERSÉ.

prætorio ornata, Eccleſiamque habens Margaritæ Virgini ſacram & Alnenſi Abbatiæ obnoxiam, ubi brachium Apoſtoli Bartholomæi religioſè aſſervatur. Vicina eſt Curia, & ſolet, antequam à Wallon-capellio Antiſtite ſepararetur, à Torparcha loci ſtructa & dotata Prodromi Baptiſtæ Eccleſia appendix Berzeæ haberi, inſigni ornata caſtro, Glymæorum non ultimi nominis Dominium.

COURT.

BALIVATUS SANSONENSIS.

EST Arx ad ripas Moſæ, in rupe excelſa, cui à fortitudine nomen Sampſonis inditum volunt. Templum Mercurii fuiſſe tradunt annales, in hoc diſſentientes, quod alii ante natum Servatorem velint Arcem cum fano ſtructam: Alii à Romanis in Gallia dominantibus: Alii ab Alberone Clodionis Criniti filio: Quicquid ejus ſit, hoc conſtat, à Martha Imperatrice refectam. Denique à Gulielmo II. Comite munitam, ornatam, reſtauratam, cujus opus eſt, quicquid modo reliquum conſpicimus. Hanc loci genio inprimis munitam referunt Normannorum furores ſuperaſſe: hoc certum, quod bellorum Leodicenſium Francicorumque ſemper calamitates evaſerit.

Sic memoriæ veteres.
Sic chronicon Leod.
Sic Waſenburgenſis.
Anno 1451.
Sub annum 1354.
Ex inſcriptione ſupra portam D. Joannis.
Anno 1404.

Rupi ad Moſam impendet, ad quam exiguus per ambages & unius dumtaxat capax aditus. Unde mihi ſubinde occurrit an non à Saxo nomen ſit, *x* litterâ duriuſculâ in *ns* mutatâ. Rurſùs an non à Saxonibus qui his locis, quod certum, agentes fortè arcem ſtruxerunt.

Comitis Namurcæi Allodium fuiſſe olim quidam volunt, alii Eccleſiæ Leodienſis. Hoc certum, Comites cœpiſſe Caſtrum à manu Epiſcopi relevare. Cùm Hugo Epiſcopus Philippo Comiti ad augmentationem feudi Sanſonenſis aſſignavit 50. marcas Leodicenſes ſuper Hallis Huenſibus recipiendas. Profeſſionem autem beneficii à prædiceſſoribus aliquot intermiſſam Guido Comes apud duos ſucceſſivè Epiſcopos reſumpſit, adeoque cùm Namurci Comitatum ab Hannone ſolent relevare, ſemper adijcere ſolent *excepto Caſtro de Sanſon.*

Ab anno 1196.
Anno 1269. & 1296.

Amplius cum videam plures à Martha Imperatrice contractus tangentes Caſtellaniam de Sanſon, crederem facilè, illam Comitatu pulſam hìc egiſſe, imò ſepultam in Nameſche. Ubi nihil obſtat quod vocetur Caſtellana, cùm fieri potuiſſet eſſe duos Caſtellanos, quomodo ſæpe duo ſunt Advocati minor & major. Caſtro præeſſe ſolet Præfectus hereditarius, quem Caſtellanum vocabant, cujus generis obſervas Franconem ſub Martha, & paulò pòſt Nicolaum de Gommeſines; ſub Burgundis Oultremuntii hâc dignitate functi. Qui nunc præeſt Capitaneus dicitur, & fuerunt hoc nomine aliquot ex Deviorum familia Siclinii ſepulturam magnificam nacti. Idem qui Caſtri Capitaneus, ut loquuntur, Balivus eſt tractûs inter Moſam & Acrenſem ſylvam, qui per leges pacis cum Lucebnrgenſi initæ Namurco addictus eſt. Nemoris autem Acremontani & Luſtinii Advocatiam Comes emit à Theobaldo de Leſées. Caſtrum Sanſonenſe Nameenſi Parochiæ ſubeſt, & ſubcenſentur Præfecturæ ejus in primis.

Anno 1253. Confirmatio ejus per Martham anno 1255.
Anno 1431. Collardus.
Anno 1122. Teſte Waſſebutgenſi.
Anno 1370.

Solere antiquitus Epitaphia rithmis gallicis confici, docet Caroli Martelli juxta Ardennas cum tali inſcriptione:

Charles Martel Pepin ij ᵉ filz naturel,
L'an vij ᵉ peu plus matinis à mort cruel.

Sed videndum an hoc Epitaphium tam ſit antiquum, an non potius ab aliquo poſt mortem Martelli ſcriptum.

SECTIO I.

SCLADINIUM.

SCladinium ſive Siclinium cum appendicibus ſuis Scladiniolo, Bona-Villa, & Strudio. Quorum qui omnes Sacellis ſuis inſtructæ, illæ eandem cum Scladinio parochiam habent, hoc Mazerolii Collegio per Henricum IV. qui invito proprio genitore occupavit Imperium fundato, ad honorem Mauritii & S. Felicis de Pinſis, & cujus Patronus ejuſdem beneficio Cæſaris eſt Abbas S. Cornelii Indenſis. Numerus Canonicorum eſt octonarius cum Præpoſito. Viſuntur in Eccleſia tumuli veteres & ſpecioſi gentilium de Hun, de Forvie, Deve, &c. Inita permutatione cum Abbate Indenſi Comes trientem Dominii Scladinienſis accepit.

S. CLAIN. S CLANIAU. BONVILLE.
MAZEROEL.
Annó 1204. Ex inſcriptione in templi pronao.

Populum Namurcenſem multùm votivis proceſſionibus deditum, & experientia & relatu didici. Laudatus certè fuit ab hac re ab aliquot ſeculis, & exemplo ſit, illa per Guidonem Sedis Apoſtolicæ Legatum inſtituta ſupplicatio anno 1204. *ad quam concurriſſe lego plura hominum millia*, populi pietate (*verba ſunt chronici*) Cleri tarditatem accuſante. *Hic eſt ille Guido qui Canonicos Namurcenſes reformavit.*

SECTIO II.

Dynaſtia ANDANIENSIS.

HUjus loci eſt etiam Andenna ſive Andania municipium primæ famæ, quod juribus & libertate oppidi donarunt Imperatores. Titulum acquiſivit à D. Begga, Arnoldi Marchionis Vidua,

ANDENNE.

Anno 686. obiit aut anno 683. ut Meierus, aut an. 663. ut Vivineus.

dua, quæ paricidam Godanum, continentiæ ejus inſidiantem fugiens in ſecretiora Ardennæ ſylvę, vitæ reliquum Deo conſecravit. Eccleſias in circuitu ſeptem ad ſimilitudinem Romanarum dedicari curavit, quarum una Prodromo Joanni inſcripta, ubi viſitur ejus tumulus, & ſacræ non uno miraculorum genere illuſtres reliquiæ. In vicino clauſtrum eſt ſanctimonialium olim, nunc ſecularium Canonicarum, jam inde ab exemplo & Inſtituto D. Beggæ profectum. Virginum erat olim vita regularis, & ſolâ voti profeſſione à monaſtico ordine diſtincta. Quæ præerat, Antiſtita imo Abbatiſſa vocabatur. Vaſtante Belgium Normannorum rabie Andennenſe Cœnobium etiam incendio abſumptum eſt, per Imperatores reſtitutum. Et interjecto tempore ingentem à Leodienſibus Andennenſes cladem acceperunt.

Feſto S. Martini.

Anno 883.

Anno 1051. Male enim nonnulli in an. 1059. conjiciunt.

Cum à Comite Durachienſi, ſive quod alii tradunt, Balduino Hannonii Comitis filio incenſum municipium, Virginibus turpiter habitis, & denique fugâ ſalutem quærere coactis. Poſt quam calamitatem cum Advocatus loci Comes Namurci injuſto titulo bona Collegii Canonicalis ſuis equitibus diſtribuerat, quæ juſſu Henrici Imperatoris Albertus Comes reſtituit, & à manu Cæſaris recepit Eccleſiæ Advocatiam. Vix à tot malis cœperat reſpirare, cum novus à Leodiis turbo. Ortâ nimirum inter Namurcenſem & Leodinum contentione, poſt populationes varias utrimque, dum ſtarent acies juxta Andennam, nec exſpectata ab Hannoniis ſupervenirent auxilia, Namurcenſis poſt acrem pugnam inferior, fugæ præſidium in municipio ſperabat; ſed inſecuti hoſtes, unà irrumpunt, ferro in obvios, flammâ in ædes tam ſacras quàm profanas, omni laſciviarum genere in Virgines ſęviunt. Cujus tamen facti mox ductus pœnitudine Epiſcopus Templum reſtauravit, & Virgines non contemnendis ornavit privilegiis. Biennio poſt lego iterum à Comite Durachienſi Mareſcallo Leodicenſi exuſtam, templo excepto, Andennam. Sed & aliàs ſæpius à Leodio grande malum Andennenſes ſenſerunt. Sepultus in vicino Carolus Martellus, nutritus Andennis Grizo Remenſis Epiſcopus. In Andennenſi Capitulo Canonici 10. Canonicę 30. quæ omnes claris ortæ natalibus ſunt, & ſolæ tales recipiuntur. Dignitates ſunt Præpoſitæ, Cantricis, Scholaſticæ. In Eccleſia viſuntur tumuli veteres nobilium. Parochiæ ſubeſt Andaniolum ubi Apoſtolorum Principis; Coutiſſa, ubi Antiſtitis Martini Sacellum & Reliquiæ B. Urbicis Canonicæ ſanctimonialis olim Andennenſis; Bonſalla etiam Sacello inſtructa.

Anno 1107. Ex diplomatibus hac de re datis.

Anno 1151.

Ex diſticho gallico ſaxis inciſo.

Andenioul.

Coutisse.

Obſervo in Collegiis ante annum 1000. tam Monachorum quàm Religioſorum, ferè ſemper cryptas Eccleſiæ ſubjectas eſſe aut fuiſſe, & vides hodieque Namurci in Collegiatis, Walciodori, Bronii, Andennæ, &c. Et equidem arbitror cryptas illas, quod paſſim videre eſt, Eccleſiis tempore priores eſſe, Bonos autem veteres aucto & opum & incolarum numero majus ædificium molientes, maluiſſe ad memoriam antiquæ ſanctitatis ſuperſtruere, quam eas amoliri.

SECTIO III.

Comitatus Bellefortensis.

AD hanc etiam ſpectat præfecturam, Territorium & Comitatus Bellefortenſis, cujus caſtrum vetus inter munitiſſima, familia vetus inter nobiliſſimas, Parochia S. Germani inter ampliſſimas cenſenda. Sub hac Sacella in Urbis Huyanæ conſpectu duo, D. Julianæ ubi caſtrum inſigne; B. Leonardi Leproſorum; denique Sacellum in Gives. Adjacet huic Cœnobium D. Martino olim dicatum, Ordinis Mariæ Magdalenæ, fundatum primitus in Rouillez cis Moſam à Toparchis Bellefortenſibus; ſed à Joanne Comite tranſlatæ Virgines in Hoſpitale S. Quelini juxta Hoyum. Subjacet Abbatia Ciſtercienſis Inſtituti, quam à Domino Bellefortenſi primò fundatam recitat vetus chronicon in pago de Ben ad Moſam: inde tranſlatam in locum, ubi nunc conſpicitur, ubi Eccleſiam Hugo Epiſcopus dedicavit. Cumque ex prima fundatione Regulares eſſent S. Auguſtini, annitente Epiſcopo Bernardi Inſtituta amplexæ ſunt, authoritatem faciente Romano Papa. Prima hujus generis fuit Abbatiſſa Eliſabeth de Boves cognata Joannis Arclenſis Epiſcopi. Cœnobium loco opportuno ad Sylvæ fauces ſitum, juſto numero habet Religioſas. Viſuntur in Eccleſia tumuli veteres Dynaſtarum Bellefortenſium, Comitum olim: qui fuerunt antiquitus iidem cum Falaſiæ & Goniæ Dominis: cumque liberi aut ſaltem Leodicenſium fœderati eſſent, Belleforti Dynaſta ob calamitates illas cauſa vaccæ Cyneienſis enatas clientelam juravit Comiti Namurcenſi. Poſtea devolutum Dominium ad Bertholdos Mechliniæ imperantes, à quibus redemit Ægidius de Traulx dictus Fanchon, Huenſis oppidi incola. Ab eo Comes, qui adeò refectum caſtrum pulchrè adornavit, & filio ſuo Roberto aſſignavit. Qui Alberti Bavari Hannoniæ Comitis gener, & ſecundis nuptiis Iſabellæ Meliniæ Hugonis D. Antonienſis filiæ maritus, junior in peregrinatione tranſmarina à Spontinii Domino Eques creatus; in obſidione Caletenſi auxiliaris fuit Eduardo Regi, à quo 300. ſterlinorum annuatim præmii loco obtinuit. Eidem in altero contra Francum militans cum 100. equitibus, Luduvico Frandriæ Comiti in obſidione Gandenſi aſtitit, & defuncti ſua præſentia honoravit exequias. Mariſcallus Wenceſlai Ducis in bello Juliacenſi, cum eodem arbiter fuit controverſiæ inter Gulielmum fratrem ſuum, & Toparcham Marbaſii, quoad apprehenſionem homicidarum in territorio Marbaſienſi. Cumque præter naturalem Robertum nullos ex uxoribus liberos procreaſſet, Dominium rediit ad Comites Namurci. Caſtrumque à Leodicenſibus dirutum eſt, & iterum à Francis vaſtatum.

Beaufort. Ben. Anno 1285. Solieres. Anno 1196. Anno 1214. Anno 1231. Anno 1233. Anno 1276. Anno 1327. Anno 1351. De hoc multa Froſſardus, qui ab hoc inductus hiſtoriam ſcripſit. Anno 1347. Anno 1369. Anno 1383. & 1368. Heuterus 300. ponit & vocat Comitem Namurci. Anno 1371. Anno 1384. Obiit anno 1391. Anno 1431. Anno 1554.

Ut

Ut ludos Imperiales frequenti Principum conventu Namurceſio & nominatim Andennis celebratos ex infelici Comitis Muhamenſis caſu didici: ita etiam urbes loco & tempore certis aliquando propoſitis præmiis conveniſſe & certaſſe, imò & municipia, imò & pagos. Ita lego in haſtiludio apud Golziniam tempore Philippi II. Comitis Floreſſienſes; in ludis Monaſterii ad Sabin anno 1302. indictis Andennenſes primas retuliſſe; in Fleru-cenſi certamine ſub Maxæmiliano Imperatore Joannem Boulart Templutenſem triumphaſſe.

SECTIO IV.

Pars Pagi MOSÆ.

Moze.

Anno 1420.

Anno 1495. Faulx.

PAgi nomen frequenter in diplomatibus occurrit: ego hujus partes merito faciam vicos & ſitu & nomine Moſam referentes, qui ſunt, Mozetum Lamberti Paræcum immediatè ab Epiſcopo capiens, Caſtro & Toparchia ornatum, quæ olim Agimontiorum fuit: tandem emptionis titulo acquiſivit Nicolaus de Haultvlep: à quo venit ad Oultremontios, quorum Ægidius dotem filiæ Jacobæ aſſignavit Jacobo Berloenſi enuptæ. Eſt & Faulxia cujus Dynaſtæ ex Paribus Namurcenſibus & ſunt & fuerunt olim Marbaſienſes, poſtea Luduvicus Endegem de Wange per uxorem potitur Dominio. Mozerolium ſacrum Scladinienſis Collegii peculium, cujus appendix Goyetum prætorio ornatum Colardi Melunii olim, inde Balduini Tien-le-ſer dicti de Broesberch, tandem Joſephi de Hun Dominium. Mozeretum regularis Geronſarti Eccleſia, ſicut ſuperior D. Martino inſcripta.

Anno 1536.

Mozerol.

Goyet.

Anno 1405.

Anno 1424.

Mozeret.

Mons ex Moss

Anno 1231.

Haltines.

Mons Mozeti cum prætorio Arvillæ, Deiparæ ſacer & dependens à virili Ciſtercienſi Abbatia quam in Grandiprato fundandam teſtamento præceperat Philippus Comes, & Iolenthis ſoror ejus evocatis Villario Monachis inſtituit. Fuerunt in ea Viri aliquot illuſtres, interque alios Joannes Landuinus Abbas Doctorque qui potiora Cœnobii ædificia cum Succeſſore extruxit. XLI. in ordine nunc ſupereſt Ægidius Bouchian, qui reſtaurando tam Cœnobio quod prædis aliquoties militaribus exhauſtum, quàm diſciplinæ, quæ aliquantulum turbata, egregiam navat operam. Reſtat Præfectura Haltinenſis ſacrum Abbatiæ Stabulenſis titulo D. Martini peculium, & Sartum Bernardi D. Dionyſio inſcriptum à Grandiprato dependens.

Provosté de Polvache.

PRÆFECTURA PONTIS VACCARUM.

Obiit anno 1086.

Colligitur anno 12[illegible]. poſſeſſam à Walteramo Limburgenſi.

Anno 1280.

Anno 1327.

Polvache. Meierus ad annum 1244.

PRæfecturæ huic aliud à reliquis Namurceſii nomen è Lutzeburgo petitum, quod Prætores ſuos ferè *Præpoſitos* vocat, prout hiſce locis *Balivi* aut *Majores* dicuntur. Hanc primus Lutzeburgenſium poſſediſſe creditur dono Imperatoris Henrici, cujus filiam Clementiam duxerat, Conradus Comes. Poſteà cum Lucceburgi hæreditate ad Henricum cœcum Namurci Regulum devoluta, poſt mortem cujus juris controverſi manſit, donec convenit eam à Lutzeburgenſi Comite quidem poſſideri, ſed beneficio Mamurcenſis debere. Ita lego Henricum Lutzeburgenſem *Pollivacam*, ut vocant, *relevare* apud Namurcenſem. Interjectoque tempore cum hic augere peculium ſuum, ille ad Regnum Bohemiæ evectus diadema ornare ſtuderet, Joannes Lucceburgicus Bohemiæ Rex 27300. florenorum totam hanc Regionem vendidit Catherinæ Namurcenſi, quæ ad filios Comites tranſmiſit. Ex quo tempore Præfectum conſtituit Princeps, & illum ex nobilitate populari. Nunc recens dignitate fungitur Petrus de Waha Vecmonti Dominus, vir prudentiæ non vulgaris cui, quæ Dominos tangentia habeo, accepta fero. Præfecturæ appellationem communicat Caſtrum in edita rupe præterfluenti Moſæ imperans, quod Pollivacam non nemo, diploma gallicum Ponvache indigetat, unde ego certâ ſignificatione Pontem Vaccarum feci, eo libentiùs quod conjecturam juvent duo Leodicenſium chronica, quorum alterum ait hìc loci profugis ruſticanis contra prædones nocturnos aſylum fuiſſe, alterum refert pontem in vicino fuiſſe ſublicium, quà armenta quiſque ſua abigeret. Quicquid ejus ſit, hoc conſtat, rupem egregiâ à Bohemis arce ornatam, unde ſcriptoribus placuit dici *Caſtrum Bohemorum*. Hoc à Thoma Flandriæ Regulo captum lego, ſed mox recuperatum. Bellis Bovinienſibus vaſtatum, Leodicenſi & Gallico funditùs everſum. Ita ut ſolas portentoſæ molis ruinas veteris magnificentiæ teſtes reliquerint. Subjectum erat Caſtro municipium elegans & muro alibi cinctum, eodem belli impetu everſum.

Guicciardinus male Polivacam ait appellatam domine Capiemontis.

Anno 1244.

Anno 1320.

Anno 1430. & 1544.

Mairie de Hour.

Lisoigne.

Eurehailles;

Godin.

Nomen ei Bohemicum *Hour* quod integrum perſeverat in Pręfectura plurium pagorum. Et ſunt cis Bochum flumen (quod juxta Schaltinium naſcitur Emptinaſque abluens, & mox auctum Cyncienſi & Anatoyenſi rivulis ex adverſo Molinenſis Abbatię in Moſam fertur) Liſonia vicinę Leſſienſis Abbatiæ titulo S. Bartholomæi Eccleſia. Eurohalia ſacrum Abbatię apud Leodios Laurentianæ peculium. Ultra Bochum in conſpectu Moſæ ſunt Godinium Prætoriis ornatum duobus, altero Domini Vecmontii qui Eccleſię D. Petri providet, altero D. Temporalis.

Acutè dictum à Viro Magno: Si Montes, Brugæ, Colonia, Confluentia periiſſent, ex his quatuor elementis poſſe Namurci corpus fabricari, ſicut ex Parma & Placentiæ cineribus animam excitari.

SECTIO I.

Præfectura Arcus Redditi.

MAIRIE DE RENDARCHE.

SUbalterna eſt hæc Polivachenſi nuncupata ob memoriam, ut aiunt, cladis Normannorum. In ea ſunt, à Luſtris dictum Luſtinium (LUSTIN.) quà ſacrum quà fori jus patet, Collegiatæ Hucnſis peculium, celebre ob B. Lupicini Ambianenſis Epiſcopi tumulum & frequenti miraculorum gloriâ coruſcantes reliquias. Curerium à (CORIER.) Curſu ferarum nuncupatum, D. Quintino & Leſſienſi Abbæ in ſacris obnoxium, gentis Glymææ peculium jam inde. Cujus in vicino Aſcanum (ASS.) Caſtrum Dominorum de Crehen nobile peculium. Ivodium (IWOT.) D. Martini & Grandepratenſium Eccleſia ſub qua Ronchanii Caſtrum (RONCHYN.) & Dynaſtia, Duſii beneficium. Aſſeſium (ASSES.) ut titulo D. Martinum, ita patrocinio Præpoſitum D. Martini Leodicenſis agnoſcit & ſub ſe habet.

Vavremontium (WAVREMONT.) ab inſidiis venantium ſic dictum, quorum hìc opportunitas, Vicecomitatu, Toparchiâ, Caſtro, nemore ſuo notum, gentilium de Loye & denique ſtirpis Carondeletiæ Dominium. Nunc agnoſcens Gulielmum Equitem multâ rerum experientiâ clarum, qui dum communi omnium Eccleſiaſticorum, quibus Mecœnas erat perpetuus, luctu in alteram vitam evocatur, hæredem declarat (ANNO 1607.) G. Carondeletium gentis in Aquitaniæ Palatiis natæ, Burgundię titulis educatæ, quæ magnum totâque celebrem Europâ Panormitanum Antiſtitem recenti memoriâ produxit, Solriæ ad Sabin Dynaſtam.

Errare Guicciardinum qui Namurco inter Belgii provincias locum ultimum tribuit, docent vetera diplomata, in quibus titulum Namurci invenias præpoſitum Luceburgico: ut omittam antiquitate, ſitu, Nobilitate è primis, magnitudine, fœcunditate ſaltem non èx ultimis habendum provinciis.

SECTIO II.

Toparchia Principis.

SCyum (SCY.) Martino Antiſtiti inſcriptum etiam in ſacris è Patronatu Principis. Sorinæ (SORINNES.) & Boſella (BOSELLE.) Leodicenſi Provinciæ confines pagi. Schaltinum (MARIE DE SCHALTIN.) & Leignonum Mariæ utrumque ſtabulenſis Abbatiæ, illud B. Remacli acquiſitione, hoc Epiſcopi donatione, utrumque non uno titulo nobile municipium. Falamania (FALAMAIGNE.) Dominium gentilium de Brandenborg, nunc agnoſcens Vice-Comitem Deſclay primi nominis & virtutis virum. Ohetum (OHEY.) Petri etiam in ſacris agnoſcens Principem ubi Dominium Waley, & Hellotum (HAILLOT.), hoc Præpoſitæ Anderinenſis ſub invocatione Deiparæ peculium, illud Dynaſtæ Duſienſis Dominium per nuptias Crehanienſium.

Plures occurrunt pagi quibus Sartum & Fanum nomen eſt, & colliges hinc hominum pietatem, illinc locorum olim genium.

SECTIO III.

Toparchiæ Nobilium.

COmitis Barlemontani ſunt Harginia (HARGNIES.) in ſacris Ciſtercienſi Cœnobio Vallis Dei obnoxia. Borſinia (LES DEUX BOURSINES.) vetus Dynaſtam Agimontii, nova Walciodorenſem Eccleſiæ patronos agnoſcens. Pons Romanorum (PONDROM.) ab ſupradicto Walciodorenſi Prælato curatorem animarum accipiens, Baronum Raviſiæ apud Brabantos olim, poſtea Rubepratenſium, nunc Montenacenſium Dynaſtia, & Haybenſis. Gentis Genartiæ (TERRE DE HAYBES.) quà ſacra proviſio & ſumma patet juriſdictio peculium eſt Walinia (WALIN.) Dominæ Crehanienſis eſt. Hovria Famennæ (HOVE EN FAMAINE.), Joannæ Barlemontanæ uſufructuariæ Emptina (EMPTINES.) ſubjacet, olim gentilium de Rògrave, poſteà Groesbekiorum.

Ænigma hoc accipite huc ſpectans.

Si duo Fulcra domum, tum ſi tria Fulcra tridentem
Suſtineant, princeps, neſcio qualis erit?

SECTIO IV.

Pars Comitatus Bellefortensis, *in pago* Havelaniensi.

HUjus pagi nomen reperi in Stabuletenſi diplomate anni 1012. & opinor ſubcenſendas, aut ſaltem ſubcenſitas olim huic Toparchias vicinas quas ſcio olim eoſdem cum Belleforte Dominos habuiſſe. Filea (FILÉE.) D. Victoris & Capituli Huenſis Eccleſia, ſub qua Caſtellum Hodomontii (HODELMONT.) nobilem Joannem de Seles Dominum habens. Gonia (GOINES.) vicina gentilium de Warvan habens Dominos qui & provident Eccleſiæ inſcriptæ Virgini & Apoſtolorum Principi. Gevia (GEVE.) D. Maximinum & Collegium D. Petri Leod. agnoſcens in ſacris, aliàs Toparcham qui fuit olim è Bellefortenſibus, demum ex Ardennatibus, tum ex Marneffiis. Municipium ingentibus auctum privilegiis per Joannem Bohemiæ Regem.

Ultima prima mihi ſit littera, prima ſecunda:
Et medio media, & quarto ſtet in ordine quinta.
Collige nunc vocem. Neſcis? Illuſtre Namurcum eſt.
Quod tamen haud unquam noſces, niſi ferveat ira.

Hoc de Namurco Ænigma curioſis excutiendum relinquo.

SECTIO V.

Comitatus BOCHI *cum Caſtellania* SPONTINII.

CUm *Erici Comitis Bochi* extet in Eccleſia Aquiſgranenſi monumentum, ego libenter huc retuli, & facerem Comitatum interamnem. Cujus caput Spontinium, Arx, Familia, Toparchia illuſtriſſima. Illud docent bis geſta propriis auſpiciis contra Huenſes bella, bis impetitum ab eis Dionantum, ſemel occupatum Cyneium. Illud nobiliſſima Walciodori, Leodii, Grandiprati & Bronii docent monumenta. Illud à tribus ſucceſſivè Dominis expeditio aſſumpta in orientem, & denique Robertus frater Comitis Namurcenſis teſtetur, qui Equeſtris ordinis honorem à Spontinii Dynaſta accipere laudi ducebat. Eccleſiæ Tutelaris eſt S. Georgius, Collator Abbas Stabulenſis.

BAN DE SYES. Huc ſpectat tribunal Sycenſe illud à Comite cum Pollivaca acquiſitum, cujus Toparcha cum eſſe ſoleat ex Paribus caſtri Namurcenſis, per litteras Cæſaris Antonium Deſine D. d'Ocignie ANNO 1531. lego profeſſum. Eodem modo & anno Audenardam cum Patriciatu Caſtri Namurcenſis lego Gulielmum de Berlo obtinuiſſe. Alii Patriciatus ſive Pariæ beneficio Comitis poſſidentur Boſſutum & Balliolum in Hannonia, Wanga in Brabantia. Reſtat Manilium Blaſii, patronum MANIL. habens è gentilibus d'Awaing oriundis in cognomine Namurci pago ubi Eccleſiam D. Quin- AWAIGNE. tini curat Abbas Leſſienſis. Jamania D. Martini & Florinenſium Eccleſia. JAMAIGNE. Natoia Mariæ & Collegii Leodicenſis S. Petri, NATOY. ſub qua Monfrinium Dominium. Dynaſtæ Duſienſis. Romeræa ROMERE. Bronienſis Abbatiæ peculium, Jaſſonia Martini Leſſienſium, Purnoda Remacli Stabulenſium.

A*Djungenda forent hic olim Namurcæi juris* Durbutum, *cum* Rupibus, *de quibus in Luceburgo agam*, Thenæ *cum* Ogniaco, *de quibus in Brabantia egi, & quædam alia ſuis locis percurrenda. Subjeciſſem & Indicem Pagorum, Patronatuum, Dominiorum, ſed cum ſecutus ferè ſim vulgarem calculum, & cenſuales libros, inde quivis nomina & ſeriem diſcat. Indicem Sanctorum Diœceſeos Namurcenſis habes apud Molanum, Familiarum nobilium & Cœnobiorum in charta ſeparatim dabo cum inſignibus. Interim his fruere Lector & me ama.*

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM NAMURCENSIUM
VOLUMEN I.
In ſeptem ſectum periodos.

Pars Septenarii Prima.

Encomium Comitatum & Comitatus Namurcenſis. 3

Pars Septenarii Secunda.

Principatus Namurcenſis ſeptem Seriebus comprehenſus, in quibus Comites & eorum ſucceſſio probata.

Series I. *Ex tenebris Antiquitatum eruta, cujus Authores quære in Hiſtoria Namurci* folio 12. & ſeq. 4

Series II. *Ex infinitis diſcrepantium Scriptorum opinionibus aliquouſque deducta, cujus partem alteram confirmat Henninges* folio 29. 67. *& aliis, hanc ſtirpem deducens.* 5

Series III. *Contra vulgarem traditionem diplomatibus firmata.* 6

Series IV. Marchionum *ſimiliter ſtabilita.* 8

Series V. *Roborata eodem modo.* 10

Series VI. Marchionum et Comitum. 11

Series VII. *Cujus probationem pete ex Heutero & aliis paſſim.* ibid.

Pars Septenarii Tertia.

Hiſtoria Namurci, in qua decas Capitum, Geſta Principum Namurci ediſſerens.

CAPUT PRIMUM.

Quo res ante natalem Dominicum Namurci geſta, aut de Namurco tradita, recenſentur. 12

Cap. II. *In quod conjecta, quæ per ſecula ferè ſeptem de Namurco legimus Romanorum & Francorum tempore.* ibid.

Cap. III. *In quo Series Arduennæ Principum, qui per* 300. *annos aliquam Namurci, ut nunc eſt, partem tenuerunt.* 13

Parergon *ad excuſandum memorias & diaria vetera.* ibid.

Cap. IV. *Annorum ferè* 200. *Geſta & Comites continens, Glomerici poſteros, & ferè ſanguinis Lotharici.* 14

Cap. V. *Annorum* 50. *Hiſtoriam expediens ſub Comitibus Ermengardis Franciçæ hæredibus.* 15

Parergon *ad lucem hiſtoriæ dandum.* 16

Cap. VI. *Alteros quinquaginta annos percurrens, quibus inter duos Comites bellatum.* 17

Cap. VII. *Et in eo geſta annorum* 24. *per Comites Hannonici ſanguinis & Marchiones.* 19

Cap. VIII. *Ubi duodecim annorum hiſtoria, quibus in familia Cortenacenſi hæſit Namurcum.* 20

Cap. IX. *Tres annorum decades percurrens, quibus à pluribus poſſeſſum occupatumque Namurcum.* ibid.

Cap X. *Geſta per Comites ſanguinis Flandrici complectens annis ſexaginta.* 21

Pars Septenarii Quarta.

Titulus, in quo Comitum tam viventium, quàm ſepultorum Inſcriptiones.

Priores ex authoribus & diplomatibus petitæ, poſteriores ex locis ubi ſepulti Comites, niſi quòd aliqua ego ſubſtituerim, quæ annotàvi. 23

Pars Septenarii Quinta.

Geneſis, ubi Comitum Namurci Propagines, Stemmata, & Affinitates digeſtæ.

Stemma primum. 27

Stemma ſecundum. 28

Stemma tertium. 29

Stemma quartum. 30

Stemma quintum. 31

Stemma ſextum. 32

Pars Septenarii Sexta.

In & decrementum Comitatûs Namurcenſis.

Incrementum Comitatûs. 33

Decrementum Comitatûs. 34

Pars Septenarii Septima.

Index.

Ubi Nomen, Agnomen, Annus obitûs, Locus ſepulturæ, Inſignia Comitum Namurcenſium. 35

Breviculus Manuſcriptorum Codicum, quibus uſus ſum. 36

Index Bellorum, quibus Namurci Comites aut inter aut præfuerunt. 38

TOMUS SECUNDUS,

In quo breviter Antiquitates Urbis & Comitatûs Namurcenſis deſcribuntur.

SECTIO I.

Nomen. 41

Sec. II. *Origo.* ibid.

Sec. III. *Incrementum primum.* ibid.

Sec. IV. *Incrementum alterum.* ibid.

Sec. V. *Ultimum Incrementum.* 42

Sec. VI. *Ornatus exterior.* ibid.

Sec. VII. *Caſtrum.* ibid.

Sec. VIII. *Opera Urbis.* ibid.

Sec. IX. *Calamitates.* 43

Sec. X. *Seditiones.* ibid.

Sec.

INDEX.

Sec. XI. *Oppugnationes.* ibid.
Sec. XII. *Rara quædam.* ibid.
Sec. XIII. *Domini, Majores, & Directi Namurcenſium.* ibid.
Sec. XIV. *Principes Namurci.* 44
Sec. XV. *Palatinæ Dignitates.* ibid.
Sec. XVI. *Gubernatores & Baiulivi.* ibid.
Sec. XVII. *Pares & Conſilium Provinciæ.* 45
Sec. XVIII. *Præfecti & Senatus oppidi.* ibid.
Sec. XIX. *Plebeius Ordo.* ibid.
Sec. XX. *Monetaria.* 46
Sec. XXI. *Namurcenſium Genius.* ibid.
Sec. XXII. *Dies ſolennes Namurci.* ibid.
Sec. XXIII. *Leges Namurcenſes.* ibid.
Sec. XXIV. *Res Sacra.* ibid.
Sec. XXV. *Cathedralis Namurci.* ibid.
Sec. XXVI. *Collegiatæ aliæ.* 47
Sec. XXVII. *Parochiæ.* 48
Sec. XXVIII. *Cœnobia Virilia.* ibid.
Sec. XXIX. *Cœnobia Virginum.* ibid.
Sec. XXX. *Sacella.* 49
Sec. XXXI. *Viri Clari Namurcenſes.* ibid.
Sec. XXXII. *Suburbanum.* ibid.

Antiquitates Comitatûs Namurcenſis libris 7. comprehenſæ, pro ratione totidem Præfecturarum in eo.

Præfectura Namurcenſis.

Sectio I. *Diſtrictus* Jamecenſis. 55
Sec. II. *Campus* Martius. 56
Sec. III. *Pagus* Hoyoulenſis. ibid.

Præfectura Waseggensis.

Sec. I. *Dynaſtia* Brenneliaci. 57
Sec. II. *Pars Comitatus* Hasbanienſis. ibid.
Sec. III. *Comitatus* Landenſis. 58
Sec. IV. *Comitatus* Namecenſis. ibid.
Sec. V. *Comitatus* Hugonienſis. ibid.
Sec. VI. *Municipium* Novæ-Villæ. 59

Præfectura Fexensis.

Sectio I. *Comitatus* Leruntenſis. ibid.
Sec. II. *Advocatia* Mehaniæ. 60
Sec. III. *Vicecomitatus* Upiniaci. ibid.
Sec. IV. *Pars Comitatus & Pagi* Mehanienſis. 61

Præfectura Floridi Ruris.

Sectio I. *Comitatus* Marbaſienſis. 62
Sec. II. *Comitatus* Darmienſis. ibid.
Sec. III. Golzinienſis *Caſtellania.* ibid.
Sec. IV. Mons Merularum *cum pago* Ornano. ibid.
Sec. V. *Præfectura* Ornenſis, *ſive* Boſſiriæ, *ſubalterna Flerucenſi.* 63
Sec. VI. *Præfectura* Veteris Villæ. 64
Sec. VII. *Comitatus* Goſcelinienſis *cum Urbe.* ibid.
Sec. VIII. *Vice-Comitatus* Davrianus. ibid

Bovinum urbs et Castellania.

Sectio I. 65
Sec. II. *Comitatus* Prizerienſis & Haſteriæ *in pago* Lumenſi. 66
Sec. III. Haſteria. 67
Sec. IV. Mons-Aquilæ *Caſtellania, & Balivatus.* 68
Sec. V. Floreffia *Urbs & Caſtellania.* 69
Sec. VI. *Pagus* Lomacenſis, *in quo* Libinenſis *Comitatus cum terra* Bronienſi. 71
Sec. VII. *Comitatus de* Biolo. 73
Sec. VIII. *Vice-Comitatus* Gerpiniæ & Bievenæ *Territorium.* ibid.
Sec. IX. *Dynaſtia* Sabis. 74
Sec. X. Valcuria *Urbs*, *in pago* Ardennenſi ibid.
Sec. XI. *Comitatus* Caſtri. 75

Balivatus Sansonensis.

Sectio I. Scladinium. 76
Sec. II. *Dynaſtia* Andanienſis. ibid.
Sec. III. *Comitatus* Bellefortenſis. 77
Sec. IV. *Pars Pagi* Moſæ. 78

Præfectura Pontis Vaccarum.

Sec. I. *Præfectura* Arcus Redditi. 79
Sec. II. *Toparchia* Principis. ibid.
Sec. III. *Toparchia* Nobilium. ibid.
Sec. IV. *Pars Comitatus* Bellefortenſis, *in pago* Havelanienſi. ibid.
Sec. V. *Comitatus* Bochi *cum Caſtellania* Spontinii. 80

FINIS.

ANTIQUITATUM CAMERACENSIUM LIBER PRIMUS.

SECTIO I.

De Nomine.

QUod nunc Cameracum dicimus, paulò aliter olim ſcribi legique obſervo. In [a] diviſione hereditatis paternæ inter Carolum & Luduvicum Lotharii filios ſic habes: *Hæc eſt diviſio quam Carolus de eodem regno ſibi accepit. Lugdunum, Vezontium, Viennam, Tungros, Tullum, Viridunum, Camaracum, &c.* Itinerarium [b] Antonini *Camaracum* non præterit. Diplomata [c] Frederici II. Imperatoris, Henrici & Conrardi II. *locum qui Cameracus dicitur* vocant. Regino [d] ad annum octingenteſimum nonageſimum nonum *Radulphus*, inquit, *pagi Camiracenſis, &c.* [e] Vignerius *Cambrayam Urbem in finibus Galliæ* deſcribit. [f] Alter noſtri ævi poëta,

> *Cambracum*, ait, *titulis auctam Imperialibus Urbem*
> *Commendant bellum, forma, cathedra, ſitus.*

Et item [g] alter:

> *Urbs Cameracenſis, quæ totum nota per orbem,*
> *Dicitur à Cambro nomine Cambripolis.*

Nec tacendus [h] qui *Camericum* novo invento audèt appellare, ſecutus appellationem Teutonicam *Cameryck*, ſicut Vignerius Gallicam *Cambray*, uterque forſan ignarus extare Latinum apud veteres Urbis nomen, uterque more noſtratibus nimiùm familiari detorquens, & Romanâ civitate ſine ſuffragiis donans vocem nihil minus, quàm Romanam. Nos porro ut prima illa & vetera cum grata veneratione auctoribus ſuis accepta ferimus, ita poëtis non invidemus, amœnitates ſuas & luſus circa Cambronis narratiunculas.

a Apud Annonium lib. 5. cap. 25.
b Folio 14.
c Paſſim, & imprimis in Archivo Cameracenſi extantia.
d Intellige manuſcriptum Bibliothecæ Gemblacenſis.
e Lib. 2. cap. 14. folio 63.
f Fr. Porius in Epigrammatum lib. 1.
g Julianus de Ligne Presb. initio hiſtoriæ Cameracenſ. editæ Atrebati an. 1602.
h Poſtellus in Coſmographia.

SECTIO II.

De Etymo.

ETymon Urbis aliter alii derivant, omnes aut obſcuris conjecturarum involucris, aut ridiculis opinionum phaſmatibus ſe intricantes. [a] *Camberichum* Gangis oſtium in India, [b] Cambros in Illyrico gentem, [c] Camaricam Cantabrorum, [d] Camarinam Siciliæ, [e] Camaren Italiæ urbes ex Geographorum ſcriptis novimus; novi & ego [f] qui ab his exordium, & notationem Cameraceni nominis deducunt: qui cùm nullo authore, nullo teſte, ſolâ nominum affinitate trahantur, me non facilè in eandem errorum officinam pertraxerint. Sunt inſuper quibus hiſtoriæ, aut hiſtoriæ perſonam indutæ placent fabulæ, iique gaudent authorem invenire qui nominet Germaniæ populos Gambrinios [g] aliumque qui ab eis Cameracum denominet. De [h] Germanorum colonia huc ducta nolim temerè negare, non magis quàm de Barbarorum Duce Cambrone [i] quod alii tradunt; ſed nec credere Gambrinios illos etiam Tacito tacente notos, eſſe Cameracenſium progenitores. Ad extremum ſunt qui ad vernaculos fontes gaudent recurrere, & dicere dictum Cameracum *Camer-ryck*. Id eſt [k] dives camerarum ſive habitationum, natumque nomen cum Belgarum aut Franciæ Principes regni hîc ſedem ſtatuerunt. Hanc ſententiam licet meræ conjecturæ ut non refutem, certus tamen Cameracum [l] ante Francorum in Galliis regnum innotuiſſe, & frequentem urbium terminationem eſſe *Acum*, & urbium juxta magni nominis aquas aut flumina ſitarum, ut ſunt Tornaci ad Scarpim, Maſaci ad Moſam, Bavaci, Curtraci &c. quod *Acum* Galli in *Ays* vertunt, & nomen hodieque eſt civitatis quàm Latinè *Aquas* ſive Aquiſgranum dicimus.

a Nominatur Ptolomæo lib. 9.
b Appiano in Illyricis.
c Ptolomæo l. 2.
d Deſcribitur à Fazelo tom 1. lib. 5.
e Nominatur Ovidio 3. Faſtorum.
f Laudantur ferè à Divæo.
g Tacitus nominat eos.
h De hac Germanorum Colonia idem Divæus refert.
i Guiſianus hæc plurimum exaggerat.
k Viri docti ad me ſcripta opinio.
l Patet ex Antonini ſupra allegato itinerario.

SECTIO III.

De Origine.

CHronica à viris primæ notæ & doctrinæ olim conſcripta ſilent omnino de initio Urbis Cameracenæ, abhorrentia, ut puto, ab incertis dubiiſque veterum traditionibus. Atrebatenſe [a] *Authores*, ait, *Atrebatenſis & Cameracenſis urbium ignorantur, quandoquidem nec fama ſuperſtes, nec annales aliquid de his ediſſerunt.* Cameracenſe [b] eodem initio: *Ignorantur*, inquit, *licet antiquitas in defenſione ſui erroris multa de eis confingat, quæ non confirmantur aliqua authoritate ſcripturarum, ſed potius ab eis exorta ſunt, qui non rei certitudinem, ſed potius narrantium ſequuntur involutam varietate multiplici fabulationem.* [c] Molanus eodem ſenſu: *Communem antiquarum urbium eſſe fortunam, ut multi circa earum natales occupentur, & antiquas narrationes qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*

Hoc etiam Cameraco obveniſſe fatebitur, qui inve-

a Intelligo id quod m. ſ. aſſervatur in Cathedrali Atrebat. ubi hæc picturis Epiſcoporum ſubjecta.
b Intelligo m. ſ. in Bibliotheca S. Sepulchri.
c Intelligo m ſ. Libro 1. rerum Lovanienſium.

d Fabulatur hæc H. Magnus in Synopſi.

e Viri docti ad me miſſa conjectura.

invenietd[d] ſcribentem (riſum teneatis amici) loco ubi nunc urbs eſt, initium dediſſe Chami Noacho nati nepotem, aut etiam tempore[e] Hoſtilii Romanorum Regis urbem à Gallis Germanorum exemplo ſtructam, vocatamque Somorobrinam, quaſi dicas *So-mer-op-ryn*, id eſt, prout ad Rhenum, intellige, ſtruunt. Certè ut nec primum refutationem, ita nec poſterius fidem meretur; cùm ex Itinerario,[f] ubi & Somorobrina & Camaracum nominantur, certò pateat[g] urbes eſſe diverſas. Ulterius quod referunt annales, longo ante Virginis partum tempore ab Hunnis deſtructam urbem, à Cambrone Duce nomen & alteram vitam accepiſſe; nolim aut probare aut improbare, certus tamen in ſuis fabulis ſcriptores ſibi non conſtare: Unus ſic proſequitur carmen ſupra à me allatum:[h]

f Teſtis Guiſianus in Hannoniæ tom. 1.

g Itinerarium ubi ſupra.

h Julianus de Ligne ubi ſupra.

Hujus nam Camber, vel Cambro eſt conditor Urbis,
Qui quondam Hunnorum Dux erat armipotens.

Alius vaſtitatem illam Cameraco obveniſſe vult à Barbaris, quorum apud[i] Cæſarem mentio. Ego nihil definio, nihil credo. Quod autem ſubjiciunt nonnulli à Transrhenanis vaſtatam urbem, ſub Auguſto Cæſare reſtitutam, idque per[l] Claudium Romanorum Decem; ſi authorem è veteribus aliquem haberet, credibile eſſet, & ſiquidem alium non inveniret everſorem, à[m] Clodione Francorum Rege circa annum 430. auctam ornatamque.

i Cæſar belli Gallici lib. 5.

l Annal. Hannoniæ ex Hugune Tullenſi veteri ſcriptore.

m Iidem lib. 2.

SECTIO IV.

De Incrementis.

Certiùs & rectiùs progredimur, quo luci, hoc eſt veritati, propinquiores. Vetuſtiſſimus[a] ſcriptor ſub annum 740. ubi de victoria Caroli Martelli contra Chilpiricum parta apud Vinciacum meminit *Caſtri Cameraci*, alius[b] *Caſtelli Cameracenſis*. Unde colliges, illo tempore Caſtellum duntaxat fuiſſe, conformiter annalibus qui referunt à Carolo Magno[c] Cameracum mœnibus inſtructum. Quæ extenſa[d] à Dodilone Epiſcopo, ita ut fanum Auberti concluderetur.[e] Gerardus autem eo nomine Epiſcopus reliquam urbis partem ligneis ſepimentis, foſſiſque cinxit. Quibus ejuſdem[f] nominis mediatè ſucceſſor muros turribus inſtructos ſubſtituit. Etſi autem non dubitem ſuccedentes per aliquot ſecula Antiſtites alibi mœnia reſtauraſſe, aut perfeciſſe; tamen quia nihil hac de re in ſcripta relatum, nihil dicam. Solùm quod recenti memoriâ præcedenti ſeculo pomeriâ aliquantulum[g] producta, bello Caroli V. Francico mœnia paſſim refecta ſint. Et quidem cum illa portas Malleenſem & Sillenſem interjecta renovarentur, turrim pulchro opere non ita pridem erectam, everti viſum fuit expediens. Sicut cum propugnaculum Roberti à porta vicina nuncupatum extructum eſt, viſum portam occludere. Dictum autem propugnaculum nuper renovatum, ſimulque mœnia in vicino.

a Evulgatus per Pythæum.

b Diploma Stabulenſe.

c Tornacenſium m. ſ.

d Chronicon Cameracenſe. Anno 950.

e Idem lib. 1. Anno 1030.

f Idem lib. 2. Anno 1091.

Anno 1530.

g Sequentia partim ex inſcriptionibus, partim ex oculatorum teſtium relatu.

Anno 1175.

Anno 1501.

Anno 1555.

Anno 1603.

Anno 1574.

Illud autem quod portæ S. Georgii impendet, ſtrui cœptum, obſeratâ muris portâ. Nunc etiam aſſidui in munienda oppidi parte, quæ verſus Arcem infirmior videbatur, laborant. Anno 1606.

SECTIO V.

De Situ & Qualitate.

Civitas Cameracenſis, ait[a] vetus Scriptor, *præ aliis pulchrâ & decora eſt, ſicut hi qui Hieroſolymam petentes diverſas urbes aſpexerunt, teſtantur. Sunt quidem aliæ plures longitudine & latitudine atque divitiis nobiliores; ſed ſitu & domorum compoſitione non ita, quamvis crebris incendiis deturbata ſit. Aſſerunt etiam quod Urbi Hieroſolymæ nulla ſimilior ſit. Nam ſicut illa ab oriente habet montem Oliveti: ſic urbs Cameracenſis habet ab oriente montem S. Gaugerici.* Et ſicut Dominicâ *in ramis Palmarum Patriarcha & Rex cum Clero & populo procedunt aſcendentes in montem Oliveti, ibique palmas accipiunt, & veniunt in vallem Joſaphat, ubi legitur Evangelium, & deinde fit ſermo ad populum: ita profectò in urbe Cameracenſi eâdem Dominicâ, cuncta civitatis turba cum Epiſcopo & Clero procedentes montem S. Gaugerici aſcendunt, ibique Palmæ benedicuntur, & diſtribuuntur. Dehinc deſcendentes pergunt ad S. Sepulchri Abbatiam, quaſi in vallem Joſaphat, ubi etiam legitur Evangelium, & fit ſermo ad populum. In latere montis Oliveti eſt Bethania & domus S. Lazari: Cameraci etiam ad radices montis S. Gaugerici eſt Hoſpitale S. Lazari.* Hæc ille.

a Intelligo illum qui anno 1118. claruit, ſcripſitque vitæ D. Lieberti ſupplementum, extat in Bibliot. S. Sepulchri.

Proceſſio autem, cujus hìc mentio, ab anno 1545. deſiit taliter celebrari, & nunc loco ejus adeunt Eccleſiam S. Nicolai. I. Hocſem[b] qui 2. ferè poſt ſeculis ſcripſit: *Cameracum*, inquit, *antiqua & celebris Epiſcoporum ſuorum ſanctitate urbs commodis duorum gaudens fluminum* (Scaldim & Scaldiolam rivulum intelligit) *& privilegiis Imperatorum multum locupletata.* Anonymus[c] Franciçæ hiſtoriæ Scriptor: *Cameracum* (ait verbis à me in Latinum tranſlatis) *urbs magna, ſita partim in valle, partim in acclivi, nullam propugnaculorum, mœnium, munitionis ad morem novum habens ſimilitudinem.* (Ita tum, nunc aliter ſe res habet) *Quà Franciam reſpicit & orientem, campo agroque arvo per 800. aut 1000. paſſus plano ſe totam offert aſpiciendam; ita tamen ut verſus urbem leni deſcenſu nullis umbrarum arborumve obſtaculis intercepta tendatur: verſus occidentem loco humiliori ſuburbanum ingens, & horti prataque ſecundùm flumen optima: ad meridiem ultra planitiem nonnihil declivem proſpicis amœna vallium, & collium diſtinctione picturatos agros: ad Septentrionem collis eſt opido impendens.* Auctor noſtri temporis *Cameracum* deſcribit[d] *Urbem magnam, fortem, divitem ædificiis tam privatis quam publicis, & Eccleſiis maximè Monaſteriiſque admirabiliter inſtructam, populo & divitiis plenam, mercatoribus etiam & artificibus maximè lineorum pannorum qui totâ Europâ celebrantur.*[e] Ambitus ejus ſeſquimiliaris, longitudo graduum 26. minutorum 6. latitudo graduum 49. minutorum 45.

b Extat in Bibliotheca S. Laurentii Leodicenſi.

c Intelligo editum anno 1181.

d Guicciardinus in Deſcript. Belgicæ.

e In Geometra anno 1516. 27. Jan adhibiti æſtimarunt.

SEC-

SECTIO VI.

De Operibus.

OPera opidi deſcripturus,à portis ordiar,quarum illa quam vulgo *du Male* vocant, *Malleorum* olim dicta (fidem faciente Ordinario Eccleſiæ [a] Cameracenſis) fortè à fabrorum propinquis habitaculis: *Robertina*, non ab aliquo Epiſcoporum nuncupata, ſed à Roberto Coillet. [b] Idque circa ævum Roberti I. Epiſcopi: *S.Lazari* à vicino Leproſario dicta, quâ inaugurandus Antiſtes primùm ſolebat ingredi, quæ ſicut & ſuperior clauſa eſt: *Nova* ex re nomen adepta ſuperioribus occluſis ſubſtituta, ſub Barlomontano Præſule, cujus aliquandiu nomen prætulit, honorata ingreſſu Ducis [c] Andegavenſis: *Georgeana* à Parochia vicina nomen ſumens, ornata ingreſſu Caroli V. in urbem: *Sepulchrenſis* à vicino Cœnobio nuncupata, renovata Roberto de Pratis [d] Abbate primum fundamenti lapidem ponente: *Cantipratenſis* à Cœnobio ſuburbano dicta, poſt nuperam inundationem [e] refecta, & arce inſtructa poſt reductam à Comite Fontano urbem: *Sellenſis* ab arce [f] per Servium Romanorum Ducem ſtructa, ut aiunt, vel à propinquo *D. Joannis* fano dicta, in conſpectu cujus ſunt molæ aquatiles à Nicolao [g] Epiſcopo perfectæ.

Pontium lapideorum ille qui Schaldim ſternit, renovatus; alter qui Schaldulam circa Minores,etiam non ita pridem refectus eſt.Fora rerum venalium 4. majora ab annis 400. nota fuerunt. Plateæ lapidibus ſtratæ [h] ſeriùs. *Caſtellum* Urbis majus genio loci ita munitum, ut arte humana videatur inexpugnabile, Carolo V. ſua debet initia: *Sellenſe* Romanis authoribus gloriatur [g] à Nicolao Epiſcopo reparatum: *Cantipratenſi* portæ impendens recenti memoria extructum. *Palatium Epiſcopale* à S. Venedulpho inchoatum, ab Herluino [i] primo Cameraceſii Comite augmentatum, renovatum ab [l] Henrico de Bergis, ornatum à Roberto [l] Croyaco, variè auctum, perfectum, ornatum à Gulielmo de Bergis Archiepiſcopo adhuc ſuperſtite. *Curia Spiritualis* olim ſecus D. Mariæ, ubi nunc granaria [m] Cœnobii Aubertini, tranſlata in ædes oppoſitas hoſpitali Julianenſi.Cujus conclave [n] authorem præfert Henricum de Bergis Epiſcopum. *Curia ſecularis*, oppido ſub Andrea [o] Epiſcopo ſtructa perhibetur an. 1398, dicta olim Domus Pacis, cujus frontiſpicium elegans adjectum, & aliud ſimile opus altera parte ſuperadditum magno fori majoris ornamento. Hujus in medio eminet horologium oppidi, opere [p] pereleganti fabricatum anno 1510. *Macello* majori (cùm antea plateatim carnes venderentur, maximè in vico qui adhuc nomen ſervat) locus [q] deſignatus eſt à Petro Epiſcopo. *Minus*, quod in ſuburbano Cantipratenſi erat, illo everſo in urbem tranſlatum eſt, domo recenter adaptatâ.

Nota etiam fuerunt olim Palatia *Sancto-Paulinum* à Comite extructum, ab Henrico IV. Rege Francorum Roberto de Hamaide Domino de Fay venditum. *Elebaldi* palatium de quo poſtea: aliud à *Roberto* Epiſcopo verſus D. Gaugerici ſtructum.

a Ubi agitur de proceſſione palmarum.
Anno 1174.
b Ex Diplom. an. 1233. ubi ſic vocatur.
Anno 1559.
Anno 1572.
c Ex inſignibus an. 1595. abraſis.
Anno 1581.
Anno 1549.
d Ex Chronico S. Sepulchri.
e Ex diario Juliani de Ligne.
Anno 1190.
Anno 1539.
f Annales uno orè tradunt.
g Ex vita ejus in Rubea Valle.
Anno 1266.
Anno 1537.
Anno 1240.
h Ex veteri Codice meo hiſt. Leod.
Anno 1544.
Anno 1265.
Anno 1595.
Anno 583.
Anno 1007.
i Ex Chron. m. S. Cameracenſi.
Anno 1484.
Anno 1519.
l Ex libris rationum utriuſque.
m Anno 1260. Ex literis venditionis per Nicolaum Epiſcopum factæ Abbati anno 1256.
n Ex inſignibus ejus in limine portæ anno 1480
o Ex diplomate hac de re dato.
Anno 1544.
Anno 1605.
p Ex literis conſenſus Imperatoris Maxæmiliani datis anno 1509.
Anno 1353.
q Ex literis concordiæ cum civibus initæ anno 1353.
Anno 1580.
Anno 1595.
Anno 1442.
Anno 1530.

SECTIO VII.

De Bellis

BElla in Cameracum geſta triplici ſerie tractabo, præteriturus vetera illa ante annum ab orbe redempto milleſimum facta aut ficta, percurſurus ſequentia quatuor ſeculis geſta, abſoluturus noviſſima illa & recentis memoriæ. Primi generis ſunt, quod referunt, [a] ab Hunnis Duce Cambrone, Germanis Duce [b] Arioviſto, Romanis [c] Duce Claudio captam urbem, ſine auctore ſine fundamento. Deinde qualiter à Clodione Francorum Duce [d] intercepta, rurſuſque à Merovingorum factione [e] per proditionem oppreſſa, iterum à Comite Hannoniæ [f] juſſu Sigiberti Regis inſeſſa, à Pipino Duce [g] Ebroïni manibus erepta: & iterùm quomodo [h] à Normannis fœdâ populatione vaſtata omnem amiſerit ornatum: nec multò pòſt ab Hunnis ſecundò obſeſſa [i] miſerum in modum [l] afflicta ſit: niſi quòd ultimâ vice ita fortiter Epiſcopus cum Clero & populo reſtiterit, ut hoſtes obſidionem ſolvere coacti ſint. Hæc, inquam, prætereo, quia antiquiora nec ſatis ab antiquis explicata; ſicut illa quæ pòſt Epiſcopi cum Flandris aliiſque geſſerunt. Lego enim [m] captam Urbem à Joanne Atrebate, qui Advocatum ſe jactans, Epiſcopum (cui Imperator Henricus Urbis gubernationem conceſſerat) Urbe excluſerat, ſed accurrente in auxilium Comite Flandrorum, recepta & per [n] leges pacis Imperatori reddita. Nec multò pòſt [o] eùm ob privatas controverſias Hugo Oziacenſis Dynaſta Epiſcopum dolo captum in arcem ſuam abductum detineret, Richildis Hannoniæ Comitiſſa auxilio veniens Oziaco capto Epiſcopum reſtituit libertati. Et cùm Flandriæ Regulis quæſitum patrocinii ſive Advocatiæ jus eſſet Imperatoris dono, minùs obſequentes oppidani, non ſemel imperata facere coacti ſunt nominatim à Theodorico Elſatio [p] captâ Urbe.

Nec minor ab Anglis Franciſque belli impetus: & cùm, licèt irrito conatu, ab Eduardo [q] Anglorum Rege, & Luduvico Boiorum Duce obſeſſa urbs: & cùm à Luduvico XI. Galliarum Rege capta, [r] ſed brevì reddita Philippo Archiduci: & cùm [ſ] tentata ab Henrico Rege, ſed conatu in effectum non reducto.

a Lucius Tungrenſis auctor.
Anno 445.
b Hugo Tyllenſis auctor.
c Guiſianus p. 1. teſtis.
Annò 500.
d Gaguinus teſtis.
Anno 660.
e Annales Franciæ fatentur.
Anno 689.
f Annales Hannoniæ tradunt.
g Iidem id referunt.
Anno 882.
Anno 895.
h Meierus ad annum 882.
Anno 934.
i Vide Baronium tomo 10.
l Vide Molanum ad 2. Aprilis
Anno 1049.
m Ex Chronico Cameracenſi.
n Teſtis Meierus ad annum. ...
Anno 1050.
o Guiſianus & Annales fusè.
Anno 1070.
Anno 1153.
p Meierus ad annum 1153. fatetur.
Anno 1339.
q Auctor Froiſſardus lib. 1.
Anno 1477.
Aonn 1553.
r Heuterus l. 1. Rerum ſub Auſtriacis geſtarum.
ſ Surius & Sleidanus meminerunt.

SECTIO VIII.

De Seditionibus.

TErtii generis bella ſunt & ſeditiones, cùm Urbs unà cum oppido per Balduinum de Gavre Dominum d'Inchy capta, & per eundem Francis data eſt.

Anno 1576. 25. Octob.

A quibus miſſus Joannes de Moluc Dominus
Balegniaci in gubernatione, Balduino apud
Anno 1580. Cameraceſium necato ipſo Sanctorum Inno-
Anno 1582. centium, ſucceſſit. Miſſus autem à Catholico
Anno 1580. 20. Sept. Rege Marchio Robaſii fixis ad Marconiam
caſtris, urbem cum fame luctantem (ita ut de-
ficiente alimento equorum carnes ederent) pre-
mebat, & coëgiſſet victas manus dare, niſi ſu-
perveniens Andegavenſis Dux inſtructâ mili-
Anno 1581. 18. Aug. tum manu urbem ingreſſus eſſet; Rex etiam ipſe
Francus Cameracum veniens, omni viâ & mo-
do animis ſe civium inſinuaſſet. In cujus fide
Anno 1595. 2. Octob. manſit urbs, donec Henricus Enriquez Fonta-
nus Comes, Belgii tum Prorex 17000. exer-
citu caſtra in conſpectu urbis metatus, partim
vi, partim deditione arcem, urbemque recu-
peraſſet.

Subjungendæ his ſeditiones, & rebelliones
Anno 1165. civium. Cujus generis eſt illa enormis multorum
annorum litibus, excommunicatione, & ban-
no Imperiali producta, & vix tandem Cæſaris
authoritate, ſublatis oppidi privilegiis, confir-
Anno 1208. matis Epiſcopi, ſopita. Et iterùm repullulans vix
magno tumultu & labore ſedata. Sedata at non
extincta, quæ factioſis quibuſdam ſuggerenti-
Anno 1240. bus reſumpſit vires, poſt annos demum viginti
Mandato Imperatoris Frederici oppreſſa. Cu-
jus tamen reliquiæ cùm biennio pòſt viderentur
repullulare, Abbatis S. Sepulchri & D. Auber-
Anno 1268. ti interventu inita concordiæ ratio. Nec dein-
ceps niſi cum jactura ſui & nominis & privile-
Anno 1292. giorum ſe cives moverunt, aliàs certâ pecunię
Anno 1303. ſummâ pacem coacti redimere, aliàs ad delicti
expiationem juſſi Capellas Palatii Epiſcopalis
dotare, &c.

*Priora hujus ſectionis petita ex Scriptoribus re-
rum præcedentis ſeculi; Poſteriora ex Codice Ca-
pituli, ubi diplomata Cæſarum & concordiæ de-
ſcripta.*

SECTIO IX.

De Calamitatibus aliis.

CAlamitates alias, quas ſingula Cameraco
elementa intulerunt, non tacebo.

Ignis quidem [a] Normannorum & Hunnorum [a] Meierus ad annum 882.
[b] operâ immiſſus anno 882. & 930. Ut ite- [b] Molanus in natalibus.
rum fortuito caſu potiorem [c] urbis partem ab- [c] Chronicon Cameracenſe.
ſumens anno 1029. ad 24. Julii. Et iterum,
neſcio quâ [d] fortunâ, Ædem Marianam cum Anno 1064. [d] Ex J. Waterlo.
vicinis habitationibus invadens, & interjecto
temporis bis 20. annorum ſpacio [e] totam Ur- [e] Ex hiſtoria J. Lygny.
bem fœdavit. *Aqua* autem intumeſcente Schaldi Anno 1121.
limites ſuos egreſſa, magnam [f] ſuburbano cla- Anno 1148. [f] Ex Chronico Leodienſi.
dem intulit: & iterùm ex ſoluta nive auctum
flumen in Novembri pontem Cantipratenſem Anno 1260. [g] Ex libris rationum opidi.
[g] dejecit. Anno 1532.

Fames etiam & *contages* aëris infecti effecta
ſæpiùs Cameracum afflixerunt. Nominatim Anno 1016.
cum [h] mortuis deferendis vivi non ſufficerent: [h] Ex vita D. Lietberti &
& poſtea urbis cœmeterio non ſufficiente, Ge-
rardus Epiſcopus [i] aliud extra muros dedicavit. [i] Fundatione S. Sepulchri.
Laboratum etiam graviter annis 1380. & 1402. Anno 1047.
[l] & recentiori memoriâ cùm perhibentur mor-
tua 15000. [m] hominum: & poſt biennium 1600: Anno 1519. [l] Ex diariis memoriiſque privatorum.
& iterùm poſt biennium magno numero ferun-
tur interiiſſe. Unde mos obtinuit feriâ ſecundâ
cujuſque hebdomadis ad placandum Divini Nu- Anno 1532. [m] Ex fide dignorum annotatiunculis.
minis iram proceſſionem pro avertenda lue face-
re, ſicut feriâ quintâ pro pace impetranda fieri
conſuevit: & interjecto aliquot annorum ſpatio
Hoſpitale extra portam malleorum, cum cœ-
meterio fuit dedicatum. Nec tacenda ultima illa Anno 1545.
& celebris anno 1596. octodecim millium ho- Anno 1596.
minum morte æſtimata peſtis, cujus reliquiæ
multos poſt annos adhuc pullularunt.

FINIS.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

De Civitate & Republica.

SECTIO I.

De Dominis directis.

URbe ædificatâ Rempublicam formaturus, à capite ordiar, id eſt Dominis directis, & primum facio Galliæ Regem, qui poſt victoriam Clodionis [a] Criniti Urbis Dominium uſurpavit & ſervarunt poſteri. Et quamvis Cameracum, ut mox dicam, poſtea imperio fuerit & manſerit attributum; tamen ſæpè tentavit Francus [b] Urbis Dominium patrocinii titulo in ſe transferre. Quod adeò [c] nuperis bellis fecerat, ſed armatâ manu Rex Catholicus paulò pòſt, ut dixi, poſſeſſionem ejus jure armorum uſurpatam interrupit. Cùm autem à Pipini Ducis contra Ebroïnum victoriâ Ducatui & demùm regno Auſtraſię Cameracum ſubcenſeretur, in pacificatione Virodunenſi [d] inter filios Luduvici Pii factâ Cameracum ceſſit Lothario, & rursùs divisâ inter Lotharii filios paternâ hereditate, [e] Carolo Imperatori in ſortem obvenit, manſitque ex eo tempore penes Auguſtos ſupremum urbis Dominium. Qui licèt tam *Advocationem* quàm *Comitatum* & poſſeſſionem gubernationemque Cameraci aliis inferioribus permiſerint; tamen merum ſummumque ſibi jus retinuerunt. Ita lego Flandriæ Regulum [f] Aquiſgrani ratione Advocatię Cameracenſis Imperatori Sacramentum dicere: ita ipſummet Epiſcopum Cæſari apud [g] Cameracum ratione Dominii Urbani juramentum fidelitatis præſtare. Quorum utrumque non ſemper ſervatum, Flandro ſæpiùs ob non recognitum tempori beneficium Advocatiâ privato, ſed ſemper per leges pacis reſtituto, qui tandem jugum Imperii planè plenèque videtur excuſſiſſe. [h] Epiſcopi autem non ſemper Imperii ſe beneficiarios profeſſi ſunt, ſed imò ipſum Flandriæ Comitem inſuper Epiſcopo *ratione Caſtellaniæ Cameracenſis Oziatique* fidelitatem juraſſe lego, idque ex Imperatoris haud dubiè dono. Atque hi quidem ſint Domini directi, quos in hiſtoriis licuit reperire.

[a] Meleτus, Pithæus, Annales fatentur. Anno 448.
[b] Vide libellum anno 1575. Pariſiis hac de re editum. Anno 1581.
[c] Vide ſupplementum Surii ad hunc annum.
[d] De ea annales & Pythæus. Anno 846.
Anno 855.
[e] Vide Annonium lib. 5. c. 25.
Anno 1264.
[f] Annales in Philippo Comite. Anno 1040.
[g] Ex m. ſ. Leodicenſi Chronico.
[h] Fatetur Meiętus, Oudegerſtius & alii. Annó 1192.

SECTIO II.

De Regibus, Ducibus, Comitibus.

IN ſecundo ordine conſtituam Reges, Duces, Comites Cameraci. Reges uno duntaxat tempore reperio in familia Principum Francicorum legens Runcharium & Regualdum Clodionis [a] Criniti filios Reges Cameracenſium appellari. Qui cum affligente Gallias Merovingorum rabie aliquandiu fortiter reſtitiſſent, tandem urbe per proditionem captâ propriis ejus manibus trucidati ſunt. Et quidem hos Cameraci Regulos dictos opinor, quod ibi regiam ſuam haberent.

Duces Cameracenſes tempore ſunt poſteriores, cùm ſcilicet eâ dignitate ornati ſunt à Maxæmiliano Imperatore Epiſcopi. [b] Quorum primus Jacobus Croyacus in Ordine Epiſcoporum 70. Continetque Ducatus urbes 4, Caſtella primaria 18, minora turribus ſuis inſtructa 22, Pagos, non venientibus in numerum appendicibus, circiter 150. in quibus veteres Comitatus invenio 4, Comites Cameracenſes invenio Albericum [c] Hannoniæ Principem dono Sigiberti Regis, cui in dignitate Hugo [d] filius ſucceſſit. Poſtea invenio Marcum [e] *Comitem caſtri Cameracenſis* ſub Pipino. Denique lego Balduinum Ferreum Flandriæ Principem [f] cum Juditha Regis Francorum filia dotis loco intèr alia Cameracum accepiſſe, eique filium natu minorem Redulphum (malè Endonem quidam vocant) Comitem poſt ſe reliquiſſe, illum Caroli Simplicis avunculi ſtrenuum defenſorem, pro quo contra Heribertum Viromanduorum Comitem decertavit, & quod nonnulli tradunt, [g] occubuit: quod alii, iterum contra Heriberti filios [h] quatuor pugnans, eiſque fanum Quintini & Peronam eripiens, dum illud ope Normannorum recuperant hoſtes, obtruncatur. Et quamvis Flandriæ ſcriptores [i] Balduinum Comitem ſeribant ſucceſſiſſe; tamen ego aliunde [l] certiùs didici, Valterum ex ſorore nepotem ſucceſſiſſe. Quo mortuo Cæſar devolutum ad ſe Comitatum Wicbaldo cuidam [m] tradiderit. In quo finiam.

[a] Henninges p. 2. Regni 3. Monar. 4.
Anno 501.
Annó 1509.
[b] Ex diplomate hac de re dato.
Anno 1260.
[c] Guiſianus p. 2. lib. 11.
[d] Henninges folio 63. ubi ſupra.
[e] In veteri m. ſ. Leodicenſi.
[f] Oudegerſt. cap. 22.
Anno 879.
[g] Marchantius lib. 2.
Anno 809.
[h] Chronicon Walciodorenſe fuſe hoc bellum proſequens.
[i] Divæus eos recenſet.
[l] Ex codice Walciodorenſi.
Anno 968.
[m] Ex m. ſ. Biblioth. Vaurentianæ.

SECTIO III.

De Epiſcopis Dominis.

DEſcendo ad Dominos Urbis Epiſcopos, de quibus hæc habeo ſcribenda. Traditur à nonnullis [a] Carolum Magnum Eccleſiæ Cameracenſi Dominium in Urbe donaſſe. In urbe dico, non *in caſtro aut veteri aut novo Cameraceſi*, quod poſteà conſecuti ſunt Antiſtites. Quomodo ergo, inquies, legis Henricum Imperatorem [b] Lieberto Epiſcopo *Urbem regendam tradidiſſe?* Fortè intelligit tum à Cæſare ſummæ juriſdictionis honorem conſecutos Antiſtites, qui antea Domini Legales, ut ſic dicam, aut poſſeſſores fundi Urbani erant. Atque Elbaldus Vir illuſtris, [c] de quo poſtea, poſt dictum annum legitur

[a] Harigerus Abbas Lobienſis in ſua hiſtoria.
[b] Scriptores Rerum Flandricarum tradunt. Anno 1049.
[c] Vide infra lib. 3. fundationem Eccleſiæ S. Crucis.

tur poſſediſſe ampliſſimas hereditates in Urbe, & quidem *Palatium propinquum ædi Marianæ cum hereditate templum utique cingente* Capitulo S. Crucis aſſignaſſe: ſed nihil hoc infringit, cùm conſtet illum Capituli Cathedralis beneficiarium fuiſſe, unde hodièque Capitulum S. Crucis Mariano eſt ſubalternum. Amplius cùm Comites *novi Caſtri* Cameraceſii Provinciam in circuitu Urbis totam adminiſtrarent, Henricus Cæſar [d] donationem Eccleſiæ fecit, *& tam animæ ſuæ conſultu, quam Venerabilis Heriberti Archiepiſcopi Colonienſis interventu Cameracenſi Eccleſiæ in honore Sanctæ Mariæ conſtructæ Comitatum Cameraceſii ſuæ auctoritatis præceptali pagina, prout firmiſſimè potuit, donavit. Præcipiens ut prælibatæ ſedis Venerabilis Herluinus Epiſcopus ſuique ſucceſſores, dehinc habeant poteſtatem eundem Comitatum in uſum Eccleſiæ ſupradictæ tenendi, Comitem eligendi, bannos habendi, ſeu quicquid ſibi liberet, modis omnibus inde faciendi &c.* Datum 11. Kal. Novembris, indict. 5. anno 1007. anno Henrici Regis ſecundi ſexto, in Aquiſgrani Palatio &c. Atque hanc donationem Conrardus Cæſar & alii ſucceſſores ratam habuerunt. Henricus autem Cæſar cum hujus ignarus Philippo [e] Comiti Namurcenſi Comitatum dictû aſſignaſſet, *defectu relevii*, ut putabat, ad ſe devolutum, Clemens IV. Pontifex Eccleſiam in integrum reſtituit, Cæſaribus poſtea non invitis. Ita manſit urbis & Provinciæ Dominium penes Epiſcopum, pronuper armorum jure nonnihil imminutum.

d Extat hæc donatio in Codice Theſaurariæ. Anno 1007.

e Hæc ibidem habetur titulo de reſtitutione Comit. Camer. Anno 1305.

SECTIO IV.

De Advocatis & Caſtellanis.

DOminis ſuccedant alii minoris notæ Præfecti, inque primis *Advocati*. Quod muneris cum Imperator [a] non ſemel ſuum eſſe profeſſus ſit, ſuamque in tutelam ſuſceperit Cameracenſis Eccleſiæ bona: tamen ut magis propinquem *Advocatos*; hanc dignitatem ſæpe putâvi antiquos Cameraci Comites obiiſſe, maximè cùm legam Hugonem Hannonii Principis filium non Comitem tantùm, ſed & Advocatum [b] Cameracenſem (pro quo alii Abbatem perperam [c] legunt) nuncupari. Quod autem uno ore omnes ſcriptores tradunt annexam Comitatui Aloſtano Cameracenſem Advocatiam junctim à Cæſare antiquitus in feudum tenuiſſe Flandriæ Regulum; inde natum puto, quòd cùm ſolùm in Flandria Aloſtanum Comitatum ſoleant à manu Imperatoris ſuſcipere, ſicut & Advocatiam Cameracenſem, creditum vulgo utramque provinciam junctam ſemper fuiſſe. Cauſa autem curputem ab antiquo Flandrum, etiam antequam Aloſtanæ ditionis compos factus eſſet, Cameraci dominatum, eſt, tum quod ſupra tradidi de Redulpho [d] Comite, tum quod annales diſertis verbis tradunt [e] Roberto demum Comiti *ab Auguſto jus in Cameracum novumque caſtrum datum, quale prædeceſſores ejus ante non habuerant*, qui idem ut ſuum iſtis regionibus augeret peculium, à [f] Godefrido affine coëmit quicquid in Cameraceſio & Oſtrevandia juris habebat. Et deinceps video ratione hujus Advocatiæ [g] Flandros Cæſari ſacramento obligatos fuiſſe. Quoad munus Caſtellani ſeu Vicecomitis Cameracenſis, puto, licet non ignarus [h] id poſtea Oziacenſes Dynaſtas obtinuiſſe; illud etiam Flandriæ Regulum obtinuiſſe olim, ſed Epiſcopi beneficio, cum legam *Balduinum Comitem de Caſtellania Cameracenſi, caſtelliſque Oziaco & Hanrichorte Joanni Epiſcopo juramentum præſtitiſſe*. Non ignarus etiam plures particulares diverſis in locis fuiſſe Cameracenſes Advocatos, & pluribus locis Caſtellanos, de quibus poſteà.

a Extant in Archivis Cameraci diplomata.

b Item. f. Annalium Hannoniæ.

c Meierus ad annum 882.

d Vide l. 2. c. 2. ſupra. Anno 1110.

e Meierus hæc ex Archivis citat.

f Annales Hannoniæ tradunt.

g Fuſius hæc in Aloſtanis noſtris videbuntur.

h Apud Meierum ad annum 1192.

Anno 1192.

SECTIO V.

De Senatu.

AD Senatum pergo, cujus forma præciſè qualis fuerit ab antiquo, non facilè dixero, certus variis munitos privilegiis cives ægrè Epiſcopi Imperium admiſiſſe, & ægrius tuliſſe. Et cùm in fori [a] medio haberent campanas, & turrim, quùm *Belfrois* indigetabant, & *Communitatem* inſtituiſſent ſeu Senatum plebeium, cui ſpecioſum *Pacis* nomen indiderant, poſt plurium annorum controverſias coram Frederico Henricoque Cæſaribus motas per ſententiam Curiæ Imperialis damnati privilegia pleraque ſua, & libertates cedere, *Belfroium* amoliri, *Communitatem* de cætero intermittere compulſi ſunt. Et exinde varia Senatus forma fuit, qui nunc conſtat Præfecto uno, [b] Senatoribus 14. quos antea Præſul, poſt reductam à Rege Catholico urbem Princeps Belgium poſſidens aut adminiſtrans conſtituit. Hi Senatores deſignant Ædiles 4. publicis operibus, Cenſores 2. (collectores vocant) politiæ minori intendentes. Cætera ferè aliarum urbium more adminiſtrantur. Leges autem [c] oppidi 48. in ordinem Antiſtes Godefridus fertur digeſſiſſe, renovatas [d] illuſtrataſque per Luduvicum Barlomontanum, & jam typis evulgatas. Statuta autem Curiæ ſpiritualis per Maxæmilianum [e] primum Archiepiſcopum innovata 28. Martii. Et ſolebant Cameracenſes in civilibus appellare ad Cameram Spirenſem, in Eccleſiaſticis ad Curiam Rhemenſem. Ab hac autem poſt erectum Archiepiſcopatum exempti ſunt Pauli [f] Pontificis authoritate.

a Hæc omnia refert diploma Henrici Imperatoris.

b Ex regiſtro curiæ Cameracenſis ad 6. Februarii.

c Democharis reſtis tom. 2. c. 15. Anno 1234.

d Extant paſſim Duaci excuſæ. Anno 1574.

e Et hæc in omnium manibus ſunt. Anno 1564.

Anno 1559.

f Ex Bulla erectionis Archiepiſcopatus.

SECTIO VI.

De Populo.

CAmeracum laudat Guicciardinus à populi frequentia, mercatorum omnis generis copia & opibus, nundinantium multitudine. Celebre eſt, & in ore omnium ſubtiliſſimi lini genus, quod à loco telam ſive lintheum Cameracenſe vocant. Civium pars lectior in quinque Sagittariorum collegia diſtribuitur. Quorum

Sclope-

Anno 1542. Anno 1520.

Sclopetarii inſtituti, ſive malis, ad juramentum admiſſi nuper. Collegium D. Sebaſtiani ſacellum habet in Curia dedicatum ſub Roberto Croyaco. Hortum habuit exercendis Sodalibus olim in urbe: poſt producta autem pomœria pridem cum Collegio Chriſtophoriaco habent. Hortus juxta Cantipratenſem portam eorum eſt, qui D. Chriſtiani titulum præferunt.

Rem feciſſe antiquitus cives re textoria, ex nominibus platearum antiquis manifeſtum eſt, quorum illa quæ nunc Cantipratenſis dicitur, à tinctoribus, quæ nunc Sellenſis nuncupatur, à textoribus nomen habebat. Nunc, ut dixi, celebris eſt tenuiſſimi lini textrina & nundinatio, à qua licet nomen habeat vicus urbanus, vulgo *La ruë de Laigniers* dicta, tamen potior mercatorum pars plateam D. Georgii habitat. Quoad alias mæchanicorum artes & nundinationes, ſatis apparet ex plateis, quibus nomen piſcis, equi, vaccæ, porci, piſtrina, macellum indunt, ſingulos ſeparatam urbis regionem habitaſſe. Illa verò platea quæ vetus nuncupatur, primo lapidibus ſtrata eſt, ne quis fortè opinetur illam quæ *Stratum* appellatur, primò ſtratam. Anno 1103.

FINIS.

LIBER TERTIUS

De Re Sacra.

SECTIO I.

De Initio Religionis.

a Extant in Cœnobio Rubeæ Vallis.

IN miraculis S. Servatii lego *Flaminiſſam* [a] *Panis apud Cameracum* febribus liberatam, & Chriſtianæ Religionis initiatam ſacris: unde colligo *Panem* hic loci cultum. Hoc certus, fidei noſtræ apud Cameracenſes, pulsâ idololatriâ, exordium deberi [b] S. Piato, qui ſociis ſtipatus quatuor in Gallias ablegatus eſt per Sixtum Papam, cujus in Apoſtolatu ſucceſſor [c] Dionyſius creditur Dioceſes Cameracenſem Atrebatenſemque ſeparaſſe. Ceterum cùm perſecutio Diocletiani in Fideles, ſchiſma Arrianum inter Fideles multùm ſæviret, miſſus ab Urbe Diogenes natione [d] Græcus, qui apud Rhemos infulis honoratus utramque Dioceſin cum laude & fructu adminiſtravit. Sed nec hæc fuit quies diuturna, intercipiente Wandalorum Hunnorumque rabie. Poſt quam miſſus à Clodovæo Rege S. Vedaſtus [e] unde Pontificum ſuorum cathalogos utraque Dioceſis auſpicatur. Hujus tempore etſi non dubitem quin aliqua Virgini Matri inſcripta fuerit Eccleſia, tamen hiſtoriæ nihil, unde id liquidò doceri poſſit, afferunt ante D. Gaugerici ævum, [f] quem referunt exiguo juxta Sacellum D. Virginis cubiculo habitaſſe. Quod cubiculum S. Bertholdus ejus ſucceſſor in Epiſcopatum, titulo deceſſoris ſui dedicavit, de quo vetus martyrologium in hæc verba: *Ipſo die* [g] (puta 21. Octobris) *dedicatio Altaris S. Gaugerici, quod ſitum eſt in ſiniſtra parte ejuſdem Altaris,* (Aram S. Lamberti intelligit) *ubi etiam idem B. Gaugericus, in carne adhuc vivens locum quietis ſibi adaptaverat.* Hoc Sacellum quod impedire [h] primariam Eccleſiæ aram videretur, Rotardus Epiſcopus diruit; ſed Gerardus interjecto tempore ſucceſſor, eodem, quo fuerat, loco reſtituit. Nunc titulo D. Gaugerici nullum eſt in Æde Mariana Sacellum, niſi quòd unum DD. Laurentio & Gaugerico inſcriptum ſit à parte Chori dextra.

b Baronius & Platina meminerunt. Anno 250.
c Ita Chronicon Atrebatenſe.
d Demochares tom. 2. cap. 15.
Anno 560.
e Surius, Molanus & alii in vita hujus.
Anno 597.
f Ex m. ſ. ejus vita in Abbatia Altimontenſi.
Anno 633.
g Ex Chronico Cameracenſi.
h Ex eodem & Kalendar. veteri. Anno 989.
Anno 1023.

SECTIO II.

De Templo Mariano.

UT initia & progreſſus auguſtiſſimi Templi deſcribam, poſt Normannorum, [a] qui illud in Decembri combuſſerunt, abitum, Stephanus & Fulbertus, & inprimis Engueramus Epiſcopi, ut urbem ita inprimis Templum Deiparæ cœperunt reſtituere, perfectum ad Septentrionem, dedicatumque [b] Kalendis Auguſti per Rotardum Epiſcopum. Quod haud multò pòſt fortuito igne abſumptum reparavit, & veteris Templi pomeriis multùm extenſis ornavit, dicavit ultimâ Julii Gerardus [c] Antiſtites eo nomine ſecundus. Sed iterùm incendio deformatum & à [d] Nicolao Epiſcopo reparatum quidem; aliquot tamen poſt ſeculis lego ad 5. [e] Julii conſecratum. Partes ejus potiores, Chorus legitur abſolutus an. 1252. Turris à Rotardo [f] Epiſcopo extructa quidem, ſed poſt ſeſquiſeculum ferè 4. Decembris exuſta. Illam autem, quæ nunc conſpicitur, certum ante mortem Nicolai Epiſcopi, qui juxta ejus baſin ſepultus eſt, ſtrui cœptam. Campanæ quatuor majores [g] Furfeæ dictæ autorem ſuum, de quo pòſt, referunt; alias antè ſuſpenſas lego. Horologium illud [h] memorabile, quod in præambulo repræſentat eleganti artificio Paſſionis Dominicæ perſonas, Petrus Epiſ-

a Teſte Meiero, Sigiberto, aliis. Anno 881.
b Anno 990. Ex Chronico Cameracenſi.
Anno 1064.
Anno 1091.
c Ex vita per ejus Sacellanum deſcripta.
d Anno 1148. Ex Lamberto de Waterlo & aliis.
Anno 1472.
Anno 1489.
e Ex Kalendario Eccleſiæ Cameracenſis.
f Ex hiſtoria Juliani de Ligne.
Anno 1161.
Anno 1167.
g Ex Inſcriptione regiſtriſque veteribus.
Anno 1411.
h Ex m. ſ. ejus vita in Biblioth. Lætienſi & Guiſielmi Pepin &c.

copus

[dicatoris ſermone de Aſſumpt.] copus curavit anno 1349. Extant & hìc varii Epiſcoporum & nobilium tumuli. [Anno 1450.] Viſitur & Icon D. Virginis [i] gratioſæ teſtamento M. Furſei de Bruyle Canonici & Archidiaconi Valencenenſis [i Ex hiſtoria hujus per J. de Ligne ſcripta.] relicta & proceſſionatim 4. Auguſti in Eccleſiam [Anno 1452.] deportata. Crucem inſignem, Coronam pulcherrimam, Imaginem D. Baptiſtæ cum incluſo ejus dente eſtimatam 1000. ſcutatis, S. Luduvicus Rex Franciæ donaverat: Imagines ex ſolido argento, crucem denique & Deiparæ effigiem ſimiliter argenteas ſplendido opere alii obtulerunt: Feretrum argenteum 450. marcis olim [l] confectum, Ægidius du Bois Canonicus [m] inaurari & illuſtrari curavit. Aliæ magno numero SS. Reliquiæ per Haliecharium Epiſcopum [n] à Luduvico Rege Francorum Conſtantinopolim miſſum in Theſauraria Eccleſiæ leguntur repoſitę, per Petrum de Alliaco Epiſcopum viſitatę ſunt 8. Junii.

[l Ex libris rationum Capituli. Anno 1228. Anno 1418. m Ex inſcriptione veteri. n Teſte Chronici lib. 1. cap. 40. Anno 1404.]

SECTIO III.

De ejus Clero.

Metropolitanæ Eccleſiæ Clerum & perſonas ſacras percurſurus à parvis incipiam. Confraternitates in ea ſunt D. Annæ: DD. Coſmæ & Damiani, de quarum initiis necdum quicquam mihi ſcire contigit: D. Virginis Cameracenſis, quam à Joanne & Gregorio [a] Pontificibus honoratam vario indulgentiarum beneficio, & denique à Petro Epiſcopo confirmatam diſco; quæ tamen in uſu eſſe deſiit, ex quo Icon Deiparæ, quæ D. Lucæ manibus picta creditur, in Sacellum S. Trinitatis hujus Eccleſiæ, ut dixi, tranſlata eſt, inſtitutumque adhuc vivens Sodalitium ejus titulo & patrocinio. Septem Matricularii ſacris aſſiſtentes diverſo tempore inſtituti. *Chorales* pueri, ſive malis ſymphoniacos appellare, ab annis trecentis erant, & docebantur ſacris tàm cantu quàm miniſterio aſſiſtere, olim 5. poſtea 6. [b] nunc 8. ſunt numero, ex collatione & eleemoſynario ſuſtentati. Vicarii parvi incerto numero 12. ferè aut 14. quibus Alexander Papa fructus præbendæ [c] unius aſſignavit ſtipendii loco. Sacellani ſunt in duo diviſi Collegia, quæ vocant Communitates [d] & cenſentur in majori 45. in minori ante applicatum ſeminario unum locum 10, temporibus & authoribus diverſis fundati. Mihi ſatis erit unico verbo tempus annotare quo ſingula Metropolitanæ hujus Sacella extructa ſunt, aut Capellani primi potioreſve in iis inſtituti: & ordiar ab eo quod Sanctiſſimę Trinitati inſcribitur, dotatum à Michaële Archidiacono anno 1240. Sacellum Nominis Jesu Guilielmus Claix anno 1557. dotavit. Aſcenſionis anno 1527. Sanctæ Crucis, anno.... Dominici Sepulchri anno 1369. Deiparæ quam pietatis vocant, ante annum 1525. Illius quam magnam ſive Cameracenſem vocant, annis 1232. & 1351. Et denique ejus quam de Alabaſtro vocant, anno 1350. Joannis Baptiſtę anno 1247. Michaëlis Archangeli anno 1388. fundata ſunt. Apoſtoli autem Andreæ Sacellum Joannes de Bethunia Epiſcopus anno 1223. Petri & Pauli anno 1331 & 38 & 55. Philippi anno... Joannis Evangeliſtæ anno 1432. Jacobi anno 1363. inſtituta ſunt ſive dotata. Laurentii autem & Gaugerici anno 1329. Gengulphi & Jacobi Apoſtoli anno 1079. Stephani Protomartyris circa annum 1260. Coſmæ & Damiani & Chriſtophori & Blaſii Martyrum annis....... Martialis anno 1366. à Petro Andrea Epiſcopo. Nicaſii anno 1476. Thomæ Cantuarienſis anno 1332. dotata ſunt. Sacella Laurentii autem & Gaugerici anno 1329. Hieronymi anno....... Nicolai & Catharinæ Virginis anno 1232. & 1323. Vincentii & Euſtachii Martyris anno 1342. per Comitem Hannoniæ. Annæ autem Matris anno 1319. Urſulæ Virginis & Sodalium anno 1375. Eliſabethæ Virginis & Eligii anno 1239. fundata ſunt Sacella. Atque hæc quidem ſunt, quæ de Sacellorum initiis ad meam devenêre notitiam, quæ libuit annotare, ut ex iis colligatur, quo tempore pietas & Sanctorum veneratio ſua ſumpſerit incrementa. Vicarii majores novem inſtituti accedente Clementis Papæ conſenſu, diviſoque in eos unius præbendæ fructu. Annexa inſuper & Præpoſituræ & Decanatui duplex, Epiſcopo & Abbati Aubertino (qui ob id Canonicus cenſetur, & è ſuis Religioſum ad horas Canonicas Metropolitanæ deſignat) ſingulis ſingulæ per Pontificem præbendæ ſunt aſſignatæ. Quibus in numerum venientibus univerſim ſunt in Metropolitana Cameracenſi 50. majores Canonici, qui initia Carolò Magno & Cæſaribus ſua referunt accepta, incrementa etiam, niſi quod aucto opum numero, numerum quoque ipſi ſuum auxerint. Prius, quod dixi, manifeſtum evadit ex diplomate Luduvici Pii, qui refert, ab Hildoardo Cameracenſis urbis Epiſcopo oblatas ſibi immunitates avi ſui Regis Pipini, & genitoris ſui Caroli bonæ memoriæ præſtantiſſimi Imperatoris, addens qualiter genitor ſuus & anteceſſores Reges prædictam ſedem, quæ in honore eſt Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ſemperque Virginis, ob amorem Dei tranquillitatemque conſiſtentium fratrum ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione habuiſſent. Datum Aquiſgrani Palatio Regio 17. Cal. Maias, Indictione nonâ, anno Regni tertio, id eſt Chriſti 816. Quod ipſum iiſdem ferè verbis Arnulphus Rex anno 894. & ſucceſſores deſcribunt.

[Anno 1116. a Ex Bullis dictis & diplomate Epiſcopali. Anno 1071. Anno 1402. Anno 1454. Anno 1302. b Ex regiſtro veteri in Theſauraria. Anno 1499. c Ex Bulla Erectionis. d De Fundationibus libellus eſt ſeparatus. Anno 1269. Anno 1574. Anno 1161. Anno 1361.]

Dignitates in Capitulo ſunt Præpoſiti Majoris, Archidiaconi Majoris cui nunc tres eâdem dignitate Brabantiæ, Hannoniæ, Valencianenſis ſuccedunt, olim quinque, per erectionem novorum Epiſcopatuum avulſis à Cameracenſi corpore duobus, Antverpienſi ſcilicet & Bruxellenſi. Decanus, Cantor, Theſaurarius, Scholaſticus nomina officium veteris diſciplinæ Canonicorum deſignantia, quæ declinavit abdicatâ clauſtrali vitâ ante annum à Chriſto nato milleſimum. Omitto hìc *officium*, quod vo-

vocant *Aſſiſæ magni miniſterii*, *panis*, *vini*, *fabricæ*. Omitto partitiones quinque & dotationes magnas *de Fontaines*, *d'Opignies*, *Curnieres*, *Sains*, *Ribec ourt*.

SECTIO IV.

De Metropolitana.

COllegiata hæc Cameracenſis, unitam ſibi
habens Atrebatenſem, Cathedralis fuit ſub
32. Epiſcopis: ſeparatæ autem per Urbanum
Papam præfuerunt 37. Epiſcopi. Cum autho-
Anno 1555. ritate Pauli V. in Metropolitanam erecta eſt,
ſubjectis Cameracenſi Archiepiſcopo Epiſcopis 2. veteribus Tornacenſi & Atrebatenſi, & totidem novis Audomaropolitano & Namurcenſi. Numerans in Diœceſi ferè 800. Parochias: numerabantur olim 1757. Subcenſentur Archipresbyteratus nunc 13, olim 15. Cœnobia Benedictina 24, Ciſtercienſia 8, Præmonſtratenſia 4, Regularium 18, Franciſcanorum 8, Carmelitarum 3, Prędicatorum 1, Gulielmitarum 2, Canonicorum Collegia 10, Scholarium 1, Carthuſianorum 2, Sacella à templis ſeparata 2783, Hoſpitalia ferè 700.

Habetque adeo Eccleſia Cameracenſis ſeu potius Antiſtes ut Comes Cameracenſis & Princeps S. Imperii 12. Pares hereditarios, qui ſolent ante reductam nuper urbem feſto Purificatæ Virginis per ſe aut ſuos Præfectos ſupplicationem cum tædis proſequi. Sunt autem poſſeſſores terræ Rumiliacenſis, pratorum Montrecurtenſium, Terræ Niergnecenſis, Dominiorum Cantanii, Marconiæ, Eſniæ, Bouſſyæ, Cauroii, Blairegniaci, Præmontis, Cuvilerii, Andencurtii.

Officii Divini quædam incrementa adjiciam in exemplum potius, quàm complementum, eò quòd boni veteres parùm curioſi fuerint in annotandis ejuſmodi minutiis. Itaque ut prætercam *Horas Canonicas majores*, ut quæ ab omni Scriptorum memoria ſolenniter Cameraci fuerint decantatę; licet modo paululùm, ac nunc, alio, cùm legamus demum anno 1472. ſtatutum à Canonicis, *ne parvi Vicarii teneantur horas cantare*, *niſi paucis ſolennitatibus*; invectuſque tum mos alternatim gratâ Muſices intermixtione pſallendi. *Parvas* quas vocamus *Preces*, horarias anno 1094. in Synodo Clarevallenſi inſtitutas, ſeriùs Cameraci receptas lego. Joannes Martini Canonicus Romæ anno 1446. mortuus, *veſperas diebus Sabbathi poſt Completorium* inſtituit decantandas; quod nunc fit quotidie ex inſtitutione Adriani Quarre Archidiaconi an. 1557. defuncti. Totum *Officium de Domina* ſemel in hebdomade cantandum anno 1444. decreverunt Capitulares, quod idem in Collegiata D. Gaugerici inſtituerat anno 1377. Gerardus Epiſcopus. Antiphonam *Salve* inſtituit anno 1528. Luduvicus Wanpulaer Canonicus. *Ave Maria poſt Laudes* Jacobus Charitatis Canonicus anno 1461. mortuus. *Regina Cœli Antiphonam Paſchalem*, in navi Eccleſiæ fundavit anno 1435. Ægidius de Baſio. Spectabiles templi Imagines *S. Anthonii* in pronao Gulielmus Logenar anno 1404. *S. Michaëlis* ſub campanili Joannes le Duc anno ..... *Joannis Evangeliſtæ* in dextro pronai Jo. Pierin anno 1526. *S. Gaugerici* in Clauſtro Jo. de Samier anno 1556. *Transfigurati Servatoris* Pontius Boherius anno 1409. *S. Quintini* Nicolaus Planchet anno 1456. *S Barbaræ* Henricus de Caſtris anno 1445. *Crucifixum* majorem Henricus à Bergis Epiſcopus anno 1502.

Subjiciam & Feſta duplicia, ut loquimur, tam communia quàm magna, quæ Metropolitana Cameracenſis ex privatorum fundatione celebrat.

Octavâ Januarii duplex Nominis Jeſu funda-
vit Joannis de Bolbaic Canonicus mortuus 28. Anno 1557.
Julii.

Duplex Transfigurationis fundavit Pontius Anno 1409.
Boherius Canonicus.

In Adventu duplex Dominicæ primæ funda- Anno 1418.
vit Ægidius de Buſco Canonicus.

Vigeſimâ primâ Novembris duplex magnum Anno 1518.
Præſentationis fundavit Arnoldus de Criel Canonicus.

Veneris ante Palmas duplex ſeptem Dolorum Anno 1554.
fundavit Joannes Malourt Canonicus.

Secundâ Julii duplex magnum Viſitationis .....
fundavit Michael de Beringhen.

Quintâ Auguſti Mariæ ad Nives fundavit Anno 1566.
Joannes Happe Canonicus.

Octavâ Septembris duplex Nativitatis funda- Anno 1475.
vit Reginaldus de Leonibus Canonicus.

In Septembri Recollectionis feſtorum Mariæ .....
Michael de Beringen.

Duo duplicia S. Michaelis fundavit Joannes Anno 1388.
T'ſerclaes Epiſcopus.

Primâ Auguſti duplex Petri ad Vincula fun- Anno 1409.
Pontius Boherius.

Sextâ Maii Joannis ante portam Latinam Anno 1409.
fundavit idem.

Vigeſimâ quintâ Julii duplex Jacobi Apoſtoli Anno 1409.
fundavit idem.

Trigeſimâ Novembris duplex Andreæ Apo- Anno 1220.
ſtoli fundavit Joannes Epiſcopus.

Vigeſimâ octavâ Octobris duplex Simonis Anno 1475.
& Judæ fundavit Reginaldus de Leonibus Canonicus.

Tertiâ Auguſti duplex Inventionis S. Stephanus fundavit ......

Decimâ Auguſti duplex Laurentii Levitæ Anno 1466.
fundavit Nicolaus Waſpail.

Vigeſimâ ſeptimâ Julii duplex Chriſtophori Anno 1556.
Martyris fundavit Joannes Samier Canonicus.

Vigeſimâ Januarii duplex Fabiani & Sebaſtiani fundavit Ægidius Flamel Canonicus.

Vigeſimâ tertiâ Novembris duplex Clementis Papæ fundavit Nicolaus Clemens Canonicus.

Decimâ quintâ Januarii duplex Firmini E- Anno 1452.
piſcopi fundavit Furſeus de Bruyle Canonicus.

Vigeſimâ nonâ Octobris duplex Quintini Anno 1456.
Martyris fundavit Nicolaus Planchet Canonicus.

Anno 1469. Duodecimâ Martii duplex Gregorii Papæ fundavit Nicolaus Gregorius Canonicus.

Anno 1460. Duo Feſta S. Franciſci fundavit Franciſcus Saret Canonicus.

Anno 1566. Duo S. Nicolai fundavit Nicolaus de Hourdin & de Duaco.

Anno 1566. Decimâ tertiâ Maii duplex Servatii Epiſcopi fundavit Servatius Carlier Canonicus.

Anno 1525. Decimâ nonâ Martii duplex Joſephi Confeſſoris fundavit Petrus Briquet Canonicus.

Anno 1397. Duo Feſta S. Martini fundavit Joannes Martini Canonicus.

Vigeſimâ ſeptimâ Januarii Chryſoſtomi Epiſcopi fundavit idem.

Anno 1464. Primâ Decembris duplex Eligii Confeſſoris fundavit Radulphus Flauuier Canonicus.

Anno 1598. Decimâ tertiâ Aprilis duplex Urſmari fundavit Joannes à Quercu Canonicus.

Anno 1469. Sextâ Februarii duplex Vedaſti Epiſcopi fundavit Petrus de Hamele A.

Anno 1566. Decimâ ſeptimâ Januarii Anthonii Abbæ fundavit Anthonius Nobeſcourt.

.....Claudii Epiſcopi fundavit idem.

Vigeſimâ ſextâ Auguſti duplex Luduvici Regis fundavit idem.

Anno 1474. Nonâ Octobris duplex Amati Epiſcopi fundavit Radulphus Mortier.

Anno 1319. Vigeſimâ Julii duplex S. Annę fundavit Mathæus Bochu aurifaber, inſtitutum anteà à Joanne de Guiſe & Maria Conjuge.

Anno 1401. Vigeſimâ quintâ Novembris duplex Catherinę Virginis fundavit Galterus de Bello-viſu Præpoſitus.

Anno 1463. Nonâ Decembris duplex Barbaræ Martyris fundavit Henricus de Calſtris.

Anno 1452. Octavâ Octobris duplex Ragenfredis Virginis fundavit Odoarius Divitis.

Anno 1559. Vigeſimâ nonâ Julii duplex Marthæ Virginis fundavit Joannes le Duc Scholaſticus.

Anno 1566. Decimâ Januarii duplex Genovefæ Virginis fundavit Anthonius de Nobeſcourt.

Anno 1598. Vigeſimâ primâ Januarii duplex Agnetis Martyris fundavit Joannes Donart Canonicus.

.... Quintâ Februarii duplex Agathæ Virginis fundavit Joannes Tacquet Canonicus.

Anno 1516. Decimâ Februarii Scholaſticæ Virginis fundavit Jacobus de Croy in D. Gaugerici.

SECTIO V.

De Collegiatis aliis.

PRæter Metropolitanum, Collegia Canonicorum ſecularia ſunt, Sancti Gaugerici ex Monaſterio factum Capitulum, per S. Theodoricum [a] Antiſtitem anno 832. Carolo Calvo Imperatore [b] & Rege Francorum præbendas dotante. Unde ad 6. Octobris [c] anniverſarium mortis ejus diem recolunt. Hanc Eccleſiam anno 882. à Normannis [d] combuſtam Raginerius Montenſium [e] Comes reparavit anno 887. Sed non multò pòſt Hungaris [f] urbem obſidentibus iterum vaſtata, (Anno 951.) occiſis in ea quinque Presbyteris aliiſque multis 6. Kal. Junii: cęſis ab Othone [g] Imperatore Hungaris reſtaurari cœpta, dedicata 16. Kal. Junii. (Anno 963.) Duravitque uſque dum ad ædificandum arcem diruta eſt, Canonicis [h] in Parochialem S. Vedaſti tranſlatis. (Anno 1544. Anno 1545.) Ubi primùm rem Divinam fecerunt 18. Novembris. Novum Chorum extruxerunt 23. Septembris. (Anno 1565.) *Capitulum S. Crucis* ſubalternum [i] Mariano nec Decanum nec Paſtorem ab hoc diverſum habens, Fundatorem agnoſcit Elbaldum le Rouge Virum illuſtrem, qui & Palatium ſuum [l] in urbe Cameracena, & circuitum ejus Canonicis aſſignavit an. 1070, Liberto Epiſcopo hortante [m] & probante. Fundatoris tumulus ex choro [n] veteri in novum tranſlatus hodièque conſpicitur. (Anno 1227.)

Abbatia Canonicorum Regularium primitus (Anno 888.) extra urbem, [o] denique extenſo pomęrio muris incluſa per Dodilonem Epiſcopum: & volunt hanc fuiſſe olim ſecularium Clericorum, [p] jam inde à D. Vedaſti ævo Capitulum titulo Apoſtolorum Principis inſignitum, (Anno 530.) quod poſtea Beati Auberti nomen induerit. Aubertus enim (Anno 963.) Epiſcopus *in eo octo præbendata* [q] *beneficia legitur instituiſſe*, & ſeriam loci hujus curam ſucceſſoribus Epiſcopis demandaſſe: quorum Herluinus (Anno 980.) [r] combuſtam à Barbaris Abbatiam refecit, Gerardus ſucceſſor Apoſtolorum Principibus Petro & Paulo dedicavit. Libertus, flacceſſente Canonicorum veterum Regulâ, amotis hinc ſecularibus regulares ad præſcripta Auguſtini Canonicos ſubſtituit, Abbatemque primum (Anno 1060.) inſtituit Bernardum. Sed enim deformata miſerum in modum incendio Abbatia tertio idus Auguſti, (Anno 1099.) & iterùm 8. idus Septembris, cum (Anno 1148.) Templo penè ſolo æquata, per Abbates aſpirante Epiſcopo reparata, & denique Kal. Maii per (Anno 1164.) Nicolaum Epiſcopum conſecrata, ex eo tempore vires paulatim reſumpſit, & præcedenti ſeculo multùm & ſplendidè exornata. Sacellum enim Sancti Auberti cum ara Jacobus à Campis in Ordine Abbatum XIX. extruxit, (Anno 1520.) D. Cęciliæ ædiculam Joannes de Buiſſier, (Anno 1519.) cujus ſucceſſor Michaël de Franqueville Chorum novum (Anno 1543.) ſpecioſo opere perfecit. Ædificia & rem ſacram egregiè promovet Michaël Laccaert in ordine XXVI. vir humanitate & prudentiâ conſpicuus, cui vitam longam apprecor. In hoc cœnobio multi nobilitate illuſtres viri, multi Cathedralis Eccleſiæ Canonici regulam profeſſi ſunt: prodieruntque hinç nonnulli ſanctitate & eruditione clari. Cujus generis eſt Lambertus Waterlo Scriptor hiſtoriæ Cameracenſis, ſub Galtero quarto Abbate, Joannes etiam Bucerius, cujus libellum habeo elegantem & doctum de Religione & Religioſis Canonicis. Sunt inſuper raræ in ſacrario hujus cœnobii reliquiæ, quas cum reliqua quantivis pretii ſacra ſupellectile venerabundus aſpexi.

a Ex vita ejus in Rubea Valle.
b Ex monumentis Capituli.
c Ex Libitinario Capituli.
d Sigibertus author.
e Guiſanus teſtis tom. 1.
f Molanus ad 5. Auguſti.
g Vide Baronium tom. 10.
h Ex teſtium oculatorum relatu.
i Ex diplomate fundationis.
l Teſtis etiam Maſſæus lib. 13. qui male vocat Elbaldum Archidiaconum.
m Extat etiam hujus diploma.
n Ex veteribus regiſtris.
o Ex Chronico Camerac.
p Ex Guiſano & aliis.
q Verba veteris mei Chronici.
r Hæc & ſequentia petita ex Joanne Waterlo & ex geſtis ſchædiſque Abbatiæ Aubertinæ.

SEC-

SECTIO VI.

De Abbatiis aliis.

EX aliis in oppido Cameracenſi Abbatiis oc-
currit vetus Benedictina Divorum Medar-
di & Lupi per beatum Gaugericum in Monte
Anno 610. Boum olim erecta : ubi Monachis ad Sanctorum
patrum normam viventibus Archimandrita pri-
mus præfuit Lando Gaugerici frater. Et quia
ſepulturę locum hìc nactus eſt, obſervare licet,
in hiſtoriis paſſim appellari *Monaſterium D.Gau-*
Anno 832. *gerici*,quod in Canonicorum Collegium à Theo-
dorico mutatum ſuprà dixi. Eſt inſuper Benedi-
ctini Inſtituti alia Abbatia titulo Sancti Sepul-
chri, cujus hoc eſt initium. Peſte aut quod alii
ſcribunt fame inclementer Cameraci ſæviente,
Anno 1047. Gerardus Epiſcopus in Suburbano, ut tum erat,
cęmeterium ſepeliendis defunctis conſecravit, &
Sacellum titulo D. Nicolai & Dominici Sepul-
chri. Lietbertus ſucceſſor cùm in peregrinatio-
ne Hieroſolimitana ſpe videndi Dominicum Se-
pulchrum fruſtratus eſſet, reverſus hoc loco
Cœnobium ampliori ſchemate conſtruxit, quod
Anno 1064. ampliatis mœnibus in urbem eſt incluſum. Sa-
cellum à Waltero Abba auctum, Cœnobium
ſub idem tempus ab altero Waltero Archidiaco-
no, & demum hìc Monaſticen profeſſo. In illo
Anno 1156. Sacellum Deiparæ dicavit Nicolaus Epiſcopus.
Anno 1376. Quod ruinam minitans reſtituit Valeranus de
Ab anno 1480. ad 89. Luxembourgh Dominus de Ligny. Templum
quâ nunc videmus formâ factum perfectumque.
Anno 1482. Capitulum & Bibliothecam Gulielmus Cour-
tois extruxit. Clauſtrum cum Refectorio & Au-
lam Abbatialem Nicolaus Griſel : quæ unà cum
Sacello S. Cæciliæ perfecit Antonius Griſel.Sub
Anno 1502. Joanne Fruy Sacra Roſarii Societas in hac Ec-
Anno 1563. cleſia ſolenniter erecta. Sub Antonio de Fervis
novus pulchro opere Chorus templi erigitur de-
Anno 1578. dicatus 17. Januarii: quem Michaël de Sains con-
Anno 1602. cameravit, organaque & excelſum paucis annis
Anno 1603. conſtruxit vir ab œconomiæ & prudentiæ lau-
dibus multùm commendatus. In hoc quoque
Cœnobio fuerunt Viri à ſcriptis & fama clari,
qui quantùm ſcriptione profecerint olim, teſta-
tur pulcherrima omnium diſciplinarum codici-
bus inſtructa Bibliotheca, tam typo quàm cala-
mo ſcriptis, ex qua olim opera Cardinalis Vi-
triaci, nuper Thomæ Cantipratenſis aureum de
apibus volumen emaculatiùs prodiit. Quę fuerit
hujus Cœnobii fama, teſtetur unica Bruxellis
fundata per Godefridum Ducem Præpoſitura,
eaque veriſſimo pietatis argumento, cùm tot
circumcirca & viciniores eſſent Abbatiæ, huic
potiſſimùm commiſſa.

*Hæc univerſim petita ex Guiſiano, vita D. Gau-
gerici & Lieberti apud Surium alioſque, Meiero
ad annum* 1064. *Maſſeo, Waterloo, & Chronico
Abbatum S. Sepulchri.*

SECTIO VII.

De Paræciis

CUræ animarum deſtinatas Eccleſias habet
Cameracum novem : è quibus inſcriptæ
Gangulfo Mártyri & *Salutiferæ Cruci* dependent
ab illuſtri Capitulo Metropolitano : hęc quoad
patronatum, illa quoad omne aliud jus. Hæc ex
vetuſtiſſimis oppidi, (ut quæ Joannem [a] XVIII. a In Chronico Cameracenſi.
Antiſtitem ſepulturæ ſuæ mandaſſe legatur) Anno 879.
Odeio novo exornata, renovato [b] poſt annos b Hæc & his ſimilia ex regiſtris Eccleſiarum & memoriis privatorum collecta per Julian. de Ligne.
ferè ducentos. Illa per Hugonem Capituli Ma-
riani Decanum extructa an. 1070, per Gerardum
Antiſtitem ſexennio pòſt dedicata 30. Decemb.
porticum habet inſignem Ædilium ſacrorum
curâ nuper renovatam.Duæ ſequentes Patronum Anno 1533.
agnoſcunt Archimandritam D. Auberti, titu-
lumque habent altera *D. Vedaſti*, *D. Eliſabe-
thæ* altera. Illa licèt Erlebaldum communem
cum Capitulo S. Crucis fundatorem putetur
habuiſſe; ſanior tamen opinio eſt, antiquiorem
eſſe. Turris ejus opere ſpectabili cœpta, ſed Anno 1504.
cùm tranſlatis in hanc Beati Gaugerici Cano-
nicis ſubſerviret, alia minor turris ſuperaddita Anno 1551.
eſt à Parochianis. Hæc D. Eliſabethę à mira-
culo [c] ibi facto nomen adepta, exile ante Sa- Anno 1042.
cellum fuit, à nono D. Auberti Prælato [d] au- c De hoc m. ſ. Rubeæ Vallis.
ctum, & cum ruinam minaretur à Thoma Anno 1058.
Blontino Regulari Canonico reſtitutum reperi- d Ex Jo. de Waterloo.
tur. Et certè cogitaverat Maximilianus de Ber-
gis Parochiam hanc aucto Templo reddere au-
guſtiorem, niſi iniquitas temporum ſuperve-
niens conatum intercepiſſet.

Collatio Parochiarum [e] *Georgii Mártyris*, e Ex fundatione Abbatiæ S. Sepulchri.
Nicolai Confeſſoris, & *Mariæ Magdalenæ*, à Li-
berto Epiſcopo contradita eſt Abbatiæ Sancti Anno 1050.
Sepulchri, quod ipſum abundè magnam ſapit
antiquitatem. Earum prima renovata turrique Anno 1439.
ornata, & diverſis temporibus Choro cum duo- Anno 1500.
bus Sacellis inſtructa invenitur. Secunda à Wal- Anno 1539.
tero primo loci Abbate exſtructa, renovata au- Anno 1380.
ctaque & novemdecim pòſt annis dedicata legi-
gitur ad 17. Maii, turri etiam ornata non ita pri- Anno 1541.
dem, & ſacrâ civium ſocietate titulo Venera-
bilis Sacramenti per [f] Julium III. Pontificem f Ex Bulla Erectionis petii.
decorata. Præter quam augendæ pietati civium Anno 1553.
inſtituta Sodalitia tum Maxelendis virginis,
tum Deiparæ Lauretanæ. Tertia ſimili modo
renovata, & interjecto tempore turri ornata le- Anno 1414.
gitur. Reſtant *B. Gaugerici* Parochia, cum Ca- Anno 1551.
nonicis unde dependet tranſlata in D. Vedaſti,
& denique *D. Martini*, patronatus Abbæ Caſtel-
lenſis, quæ fuit olim Cœnobium ſanctimonia-
lium, quarum [g] cuſtodiæ corpus Beatæ Maxe- g Surius de hac tom. 6. ad 13. Nov.
lendis fuerat concreditum; ſed cùm aliquoties
incendio fœdatum eſſet, tranſlato per S. Vin-
ditianum corpore in ædem Marianam, auctum
Templum in Parochiam erectum eſt, renovari Anno 1474.
cœptum & poſt ſeptemdecim ferè annos perfe-
ctum, cùm antea turri egregiâ munitum eſſet. Anno 1459.
Celebratur hìc multâ civium frequentiâ B. Clau-

Anno 1599.

dii Confeſſoris ſocietas. Ad extremum hujus loci eſt Caſtrenſis Eccleſia cœpta & proximo quinquennio perfecta anno 1602. & titulo militari in communionem oneris paſtoralis veniens.

SECTIO VIII.

De Cœnobiis aliis.

NObilioris ſexus Monaſteria ſuccedant, & in iis primum Carthuſienſe, quod licet auctoritate diplomatum docere nequeam Cameraci fuiſſe, perfectum; certus tamen [a] ſum illos eandem cum Franciſcanis domum habitantes in ſuburbanum Valencianenſe tandem commigraſſe: unde nuper hæreticorum graſſante inſaniâ in urbem ſe receperint. Et fieri potuit illos à Franciſcanis hoſpitio exceptos cœnobium aliàs non habuiſſe, aut etiam domum quam nunc Franciſcani occupant poſſediſſe, & poſteà ſe in commodiorem locum transtuliſſe. *Franciſcani* [b] autem primùm extra, ſed propè Urbem reſederunt loco vicino portæ Cantipratenſi, quà Selienſem reſpicit, qui in veteribus monumentis *Vieux Cordeliers*, id eſt veterum Minorum reperitur appellatus. Fundator habetur Joannes [c] de Floz Eques, Vir nobilis & potens. Ceterum cùm locum hunc parum ſibi convenientem Religioſi judicarent, Nicolao [d] Epiſcopo authoritatem faciente, in urbem ſe receperunt, & apta ſuis uſibus loca ſtruxerunt. Cumque ab honeſto cive Jacobo Cordelois acquiſiviſſent domum [e] in vico interpontano, mutatâ Cœnobii formâ illic aditum fecerunt. Templum dedicatum invenio [f] manu Guidonis Epiſcopi, quod fulgure concuſſum ante annos in Junio plus minus [g] 100. lego, Quodque amplius ventorum & ſuperæ tempeſtatis vi dejectum 8. Octob. Robertus de Couchy [h] Canonicus olim & Cantor Eccleſiæ Majoris reparaverat. Dormitorium perfectum pronuper: Et Templum & Cœnobium ſubterfluit rivus, (parvam Schaldim vocant.) Pulcher hic nuper adornatus eſt locus quem Oliveti hortum vocant.

a Ex veteri m. ſ. Dorlandi Carthuſiani.
Anno 1378.
Anno 1567.
b Ex Fr. Gonzagæ Ordine Seraphicæ Relig.
Anno 1262.
c Ex libro Capitulari antiquo.
d Ex literis Epiſcopi datis in Martio.
Anno 1266.
Anno 1411.
e Ex confirmatione Petri Epiſcopi.
Anno 1303.
f Ex inſcriptione veteris tabulæ.
Anno 1504.
g Ex memoriis veteribus.
Anno 1528.
h Ex regiſtro benefactorum ordinis.
Anno 1504.

Religioſi Inſtituta eorum qui Recollecti vocantur, aſſumpſerunt 1. Novembris. Quibus præter aſyli jus [i] Clemens IV. & Innocentius [l] V. ampla dederunt privilegia. In hoc conventu Ordinis conſilium celebratum anno 1484. 1525. & 1567. Et tum [m] *Cuſtodia*, ut vocant *Arteſiæ*, ſe extendebat in Franciam, quæ nunc reducta eſt ad Provinciam S. Andreæ. Ex hoc Cœnobio prodierunt viri clari.

Anno 1620.
i Ex Bulla anno 1265. data.
l Ex Bulla anno 1276.
m Ex Gonzaga.

SECTIO IX.

De Collegiis Docentium.

COllegium Patrum Societatis JESU auſpiciis Maxæmiliani [a] à Bergis Archiepiſcopi, inchoatum, evocato cum ſociis R. P. Eleutherio du Pont. Qui conductam primò, mox emptam Philippi de Anneux Domini d'Abencourt, domum habitârunt, rem divinam in S. Nicolai facientes: donec eorum Eccleſia perfecta, fuit 23. Aprilis dicata. Cui perficiendo multum adjumento fuit Antonius Quarré Canonicus. Ceterum cùm urbem per Francos inceſſam Patres cum aliis pluribus deſeruiſſent, reverſi urbe reductâ coëmptis locis vicinis & nominatim Jacobi d'Anneux Domini de Talma domo, Gymnaſium ope Capituli & urbis adornarunt 27. Junii apertum. Scholæ autem novæ perfectæ 26. Aprilis. Nec tacendi *Hieronimiani vel* potius *Fratres Scholares S. Georgii & Gulielmitæ*: quorum initium ſic ſe habet. Walterus de Bouzies domum [b] nutricandis pueris reliquit, quos ab educatione bonos infantes, aut ab habitu & capucio fuſco cappatos nuncupabant. Fundationem autem cum Sacello Henricus [c] de Bergis multum auxit an. 1480. Cujus ſucceſſor [d] Jacobus de Croy edoctus de fructu, quem Hieronimiani, ſive Scholares à B. Gerardo inſtituti faciebant, domum eis aſſignavit. Quorum quinque Gandavo venientes, ludum litterarium inſignem aperuerunt. Ubi Chriſtianus [e] Maſſæus Gymnaſiarcha fuit & præfuit. Ab his fratribus ſacellum vetus dirutum, novumque extructum. Perſeverantque ad annum uſque 1554. cum eadem domus tradita eſt Gulielmitis [f] Walincurienſibus, in vico ditionis Cameracenæ fundatis an. 1218., qui etiam juventutem docentes hæſerunt aliquamdiu, ob ſupervenientes bellorum difficultates. [g] Redditâ pace Walincuriam ad ſuum cœnobium reverſi, domo ad ſeminarium Epiſcopale deſtinatâ. Quod cum ſatius videretur in Univerſitate Duacena conſtituere, domus profugis virginibus de Primy conſignata eſt.

Anno 1562.
a Hæc & ſequentia partim ab ipſis mihi Patribus Societatis communicata, partim ex tractatu Juliani de Ligne hac de re, petita.
Anno 1576.
Anno 1580.
Anno 1595.
Anno 1604.
Anno 1606.
b Ex fundatione eorum olim in veteri tabella deſcripta.
Anno 1270.
c Ita ut Fundator propemodum habeatur.
d Ex diplomate ejus 27. anno 1509. dato.
Anno 1503.
Anno 1509.
e Extat paſſim ejus chronicon.
Anno 1548.
27. Septembris.
f Ex fundatione eorum quæ extat in Hannoniæ chronico.
Anno 1562.
g Cætera ex fide dignorum relatu didici.
Anno 1597

SECTIO X.

De Virginalibus Cœnobiis.

QUoad Virginum Cœnobia, Ordinis D. Auguſtini Abbatia eſt, *Premiacum.* [a] Cum ad famam pietatis in extructo recens Cantipratenſi Cœnobio obſervatæ Virginis aliquot Joanni Abbati & cognomini Epiſcopo ſupplices factæ eſſent, locum extruendo oratorio Cœnobioque pone Cantipratum impetrarint. Ceterùm ob pericula & ſuſpiciones Joannes II. Epiſcopus eas à juriſdictione Abbatis ademptas eſſe voluit: quę amplius à Cœnobio virili remotiores futuræ ideoque locum ab ortu quingentis ab urbe paſſibus diſtantem, *Premy* dictum obtinuerant: ubi elegans templum & Cœnobium ſtructum, deſtructum per bella. Virgines in urbem profugæ primo hoſpitium ſuum, deinde conventum S. Lazari, unà incoluerunt. Demum locum Hieronimianorum obtinuerunt. Cujus Sacellum Jacoba d'Anneaux Virginum maxima auxit, & ſuccedens Maria du Mont-Sainct-Eloy ſomno ciboque capiendis oportuna ſtruit ædificia. Sacellum quod foris conſpicitur nuper in villa, quæ ſola ruinę Cœnobii ſuperſuit, extructum eſt. Virgines [b] *Franciſcani Inſtituti*, Henricum de Bergis Epiſcopum agnoſcunt fundatorem,

a Ex litteris Epiſcoporum & archivis Cœnobiorum omnia hæc petita, & poſtrema ex relatu fide dignorum.
Anno 1190.
Anno 1214.
Anno 1192.
Anno 1580.
Anno 1597.
Anno 1602.
Anno 1606.
b Ex bulla Innocentii data 36.

Anguſti & ſchædis Cœnobii.
Anno 1490. torem, qui unà cum Capitulo Innocentii VIII.
conſenſum impetravit, & advocavit 16. cum uno
Confeſſore Religioſas collectas & electas ex
Gandenſi, Brugenſi, Ambianenſi, Atrebatenſi,
Heſdinienſi cœnobiis. Quę Cameracum ingreſſę
c Ex tractatu Juliani de Ligne Præsbiteri concinnato viſis earum archivis. auxilio Margaretæ (quæ Maxæmiliani Roma-
norum Regis filia erat, & anno 1493. venit
Cameracum) cœnobium abſolverunt. [c] *Beginæ*
Anno 1496. ad occidentem ferè ſecundum muros oppidi
fundatæ, per Eliſabetam de Flocquiers loco
Anno 1240. peroportuno & amæno. Ubi vaſtato prius per
Anno 1562. bella, denique funditus everſo earum cœnobio,
alium in urbe locum coëmerunt, Sacello ædifi-
Anno 1587. cato anno 1599. dedicato anno 1602.

SECTIO XI.

De Xenodochiis & Noſocomiis.

IN genere Hoſpitalium quæ à ſacris Virgini-
bus curantur hæc ſunt: *S. Lazari* celebre &
opulentum fovendis indigenis Cameracenſibus
Anno 1118. leprâ infectis deſtinatum. Exteris enim alius lo-
a Ex litteris Abbatiæ S. Sepulchri datis illo anno, quæ mentionem hujus faciunt. cus ad meridiem urbi adjacens [a] antè an. 1379
fundatus ſubſervit, urbis muros è vicino reſpi-
ciens. [b] Fundatores habuit Burchardum Epiſ-
copum Goranum, S. Gaugerici Canonicum (qui
b Ex monumentis loci & Abbatiæ Andreanæ. à S. Sede obtinuit onus ſuæ præbendæ anne-
cti, celebrandi omnibus feſtis in Sacello D. La-
zari, quod hodièque ſervatur,) Joannem Car-
notum & D. de Momirel, Simonem d'Oſi Ca-
c Ex bulla Eugenii III. id confirmantis. ſtellanum Cameracenſem. Præerant huic Le-
proſario olim 6. viduæ. [c] Nicolaus 39. Epiſco-
d Ex litteris ipſius Epiſcopi & bulla Eugenii IV. pus 12. earum loco inſtituit ordinis D. Benedi-
cti. Joannes 67. Epiſcopus ſex dumtaxat [d] cum
e Ex memoriis veteribus & relatu teſtium. propria regula aut Statutis potius ſubſtituit. [e] Lo-
cus bello Francico vaſtatus, reædificatus haud
Anno 1418. multo poſt: ſed iterum nuper everſus planè, &
Religioſæ cum aliquandiu in certa D. Auberti
villa civitati vicina verſus Schaldoverſum vicum
Anno 1478. hæſiſſent, in urbem receptæ domum coëmerunt
Anno 1497. templumque ſtruxerunt & hoſpitale. *Noſoco-*
f Ex vita ejus & Maſſæo lib. 13. *mium S. Juliani* authorem [f] aut certè renovato-
Anno 1559. rem habet Gerardum Epiſcopum, auctum eleë-
Anno 1572. moſynis & opibus. Capellam conſecratam die
animarum, ſemidirutam Robertus de Couchy
g Ex litteris fundationis. tum [g] Cantor poſteà Prępoſitus S. Mariæ repa-
Anno 1090. randam curavit, & inſtituit qui rem divinam
peragerent. Capella altera major & illuſtrior
Anno 1546. perfecta invenitur. Aula qua decumbunt ægri
Anno 1512. facta. Apparet hìc olim etiam viros ægris
Anno 1533. operam navaſſe. Cum legamus Wirenbaldum
h Ex diplomate veteri in archivis Capituli. [h] civem honeſtum, & divitem aſſenſu uxoris
(quæ monaſticen etiam profeſſa eſt) hìc & vitæ
reliquum ægrorum ſervitiis mancipaſſe, & bo-
Anno 1120. norum bonam partem legaſſe. Cujus filius in D.
Auberti habitum religionis induit: Unde mos
obtinebat olim ut virginibus ſecundum Regu-
lam Auguſtini hìc viventibus à Capitulo, cui
ſubſunt, Canonicus Regularis Paſtor & director
Anno 1564. aſſignaretur. Ex his vocatæ quæ Noſocomium
i Ex Codice veteri Aubertino. Atrebatenſe reformarent. [i] *Xenodochium D. Bap-*
tiſtæ ſacrum per Balduinum Lambertum & Jo-
hannam conjuges inchoatum eſt: traditumque Anno 1150.
virginibus [l] certis ægrorum curam habituris. In- l Ex Scriptis Juliani Lignæi.
terjecto tempore virgines quædam in commune
viventes in vico Vedaſtino, huc introductæ ſunt Anno 1220.
Honorio III. authoritatem faciente. Ceterum
cum lue contagioſa omnes interiiſſent, advocatæ
è S. Juliani Noſocomio virgines Auguſtinianæ, Anno 1505.
& Ordinem ſuum & novas Moniales ſubſtitue-
runt. Cœnobium ædificiis & ſacello novo in- Anno 1535.
ſtructum operâ & ope Joannis Mouſcron Cano-
nici & Officialis potiſſimum, & primum Sacella-
nus ab antiquo inſtitutus per Godefridum Epiſ-
copum petente & erogante [m] Joanne 33. S. Se- m Ex fundatione in archivis S. Sepulchri.
pulchri Abbate, qui relictum à Joanne le Mayeur
& Helwige conjugibus præbendam, collatione
Abbatibus S. Sepulchri attributâ, huic Xenodo-
chio applicavit. *Nigræ Sorores Auguſtinianæ* Anno 1232.
etiam peregrinos excipientes præcisè à quo fun-
datæ ſint, non liquet. Tradita per manus fides
habet locum [o] à Beginis habitatam. Donec Ja- o Ex tabula Altaris ubi Beginæ effigies.
cobus de Croy Epiſcopus evocatis Binchio &
Montibus, Sororibus, quas ab habitu nigras vo-
cant, domam aſſignavit, quæ mendicantes ſunt, Anno 1509.
Sacellum auctum ornatumque. Cùm quadrien- Anno 1552.
nio poſt fortuito igne dormitorium abſumere- Anno 1556.
tur. In hoc Sacello Jacobi minoris titulo ſolent
confratres D. Jacobi ſacra ſua peragere, ante-
quam Sacellum ſibi proprium erexiſſent, cum
Hoſpitali ad excipiendum peregrinos ex Gallia
venientes, quod factum anno 1489.

SECTIO XII.

De Sacellis.

SEcundi ordinis Sacella ſunt hæc: *Oratorium*
S. Eligii (ſic enim olim dictum) vetus à Ni-
colao Epiſcopo refectum, dotatum à Joanne & Anno 1265.
Jacobo de Marlis fratribus Canonicis B. Mariæ.
Sacellum ſive ædicula lignea *S. Fiacri* extructa Anno 1265.
eſt, cùm cœmiterium S. Crucis quod in medio
opidi erat, authoritatem faciente Clemente IV.
Pontifice, tranſlatum eſt in locum muris vici-
num. Ex lignea autem poſt lapidea facta eſt ſic
ſatis elegans. Sacellum magnâ populi pietate Anno 1463.
ſolitum frequentari, maximè ex quo ſacra ti- Anno 1537.
tulo S. Fiacri hìc inſtituta eſt ſocietas. *Sacel-*
lum in foro à Johanne Tſerelas dicatum Virgini
Matri, ditatumque ex legatis Joannis de Tour- Anno 1384.
nay Canonici cujuſdam defuncti anno 1489. De
S. Jacobi Sacello ſupra dixi, & *Beati Gregorii*
apud Bonos Infantes. Reſtant Sacella *S. Seba-*
ſtiani in curia ſeculari, *Ivonis* in ſpirituali, *Ni-*
colai in collegio, & denique oratoria duo Pa-
latii Epiſcopalis, quorum ſuperius Archangelo
Michaëli, inferius Beato Ignatio inſcribuntur:
quæ quando dedicata præcisè ſcire nequęo,
certus in duobus poſterioribus Sacellanias eſſe Anno 1313.
totidem ad delicti expiationem fundatas per op-
pidanos. Nec omittenda Sacella hoſpitiorum S.
Andreæ, Aquicincti, Femienſis, Vaucellarum,
Montis S. Martini Abbatiarum. Ad extremum
ſubjungere convenit loca pauperibus fovendis

deſtinata, quorum antiquiſſimum Margaretæ de
Anno 1281. Lille ſua debet initia, quæ Beginarum ipſa pri-
mùm amplexa Ordinem, viduis cum pauper-
Anno 1319. tate luctantibus domum aſſignavit. Paupercu-
larum in vico D. Gregorii & ſimilium in Ve-
daſtino quis extiterit fundator, non mihi liquet:
Anno 1387. aliarum in vico Cantipratenſi Inſtitutor eſt Joan-
nes Frenin, civis honeſtus. Receptaculum 4.
pauperum, quos probos homines vocant, Joan-
nes Tſerclaes Epiſcopus Legatis teſtamento
quingentis francis monetæ Regis Francorum,
in domo dicta de Bevre inſtitui voluit; Petrus
de Alliaco Epiſcopus, cœptum à prædeceſſori-
Anno 1400. bus opus perfecit, & Sacellum dedicavit. Fue-
rat ab anno 1265. certa ad nutricandos orpha-
nos & expoſititios domus, ſed non ita accom-
moda: ideoque præfecti pupillorum domum
in vico S. Vedaſti ſitam à nobili Viro Joanne
Anno 1560. Hennin Domino de Cuvilers coëmerunt, in
Anno 1594. Junio. Cujus capella cœpta, perfecta poſt quin-
quennium, & denique dedicata 13. Januarii
anno 1602.

Hæc omnia partim ex Maſſeo, partim ex Archivis, partim ex memoriis veteribus, partim ex fidedignorum relatu petita.

SECTIO XIII.

Ad Suburbanum.

AD Suburbanum Cameracenſe ut progrediar, occurrit haud procul à Schaldi ſuburbium Cantipratenſe, cujus Sacellum macellumque & vicus pœne integer nuperis turbis, ut dictum eſt, periit, unà cum Cœnobio *noſtræ Dominæ de Pratis*, Ordinis Canonicorum Regularium S. Victoris, quod titulo Abbatiali inſignitum anno 1180. fundatum ſub Rogero 43. Epiſcopo, everſum eſt anno 1580. ex quo tempore Religioſi ad Prioratum quemdam ſuum in Belingen prope Hallas ſe receperunt. Fuerunt & alia plura Sacella, ſed eodem belli impetu everſa. De vicis autem reliquis in ſecunda parte Cameracenſium dicemus.

FINIS.

DAVIDIS LINDANI
GANDAVENSIS
DE TENERÆMONDA
LIBRI TRES.

Sereniſſimo Principi

ALBERTO

Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ,

BELGARUM PRINCIPI,

PIO, PACIFICO,

PATRIÆ PATRI.

ILle ego, SERENISSIME PRINCEPS, qui puer pro REGE CATHOLICO exulavi, jam adultus fidi in PRINCIPEM obſequii pignus hunc librum defero. Primùm ut quam tum obſervantiam Parentum ſecutus fata ignarus præſtiti, eam adultâ ætate, deſtinato judicio, adultus nuncupem: Dein quia palam eſt inter melioris eruditionis myſtas, non mediocriter ingeniorum monimentis TUAM CELSITUDINEM delectari; iis præſertim, quæ Belgicarum urbium origines, progreſſus, ornamenta complectuntur. Laudandum herculè in PRINCIPE ſtudium: unâ enim hâc viâ & ingenia excitantur, quæ ad invidiam totius Europæ tua Belgica produxit, & producit; & ſimul præſtantiſſimarum urbium, regionumque Nobilitas diffunditur. Hoc in genere ſtilus noſter verſatus, primigenium hunc laborem CELSITUDINI TUÆ dicat, ut olim meſſor primas ſegetes Cereri, Baccho uvas. Argumentum eſt TENERÆMONDA: haud maxima fateor urbium; ſed tamen PROPRIUM SERENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINIS DOMINIUM, quod à multis retrò ſeculis, nec Imperialis, nec Gallicæ Clientelæ, ſolis Dynaſtis paruit; qui ſui juris, limitaneam hanc Brabantiæ Flandriæque ditionem, ſummo Imperio gubernarunt. Quà conditione manſit, donec primùm conjugio, dein aut munificentiâ Galli, aut tranſactione, tribus circiter abhinc ſeculis, ad Flandriæ Comites migravit: qui ipſi interdum non dedignati ſunt TENERÆMONDÆ titulum inter ceteros adſcribere. Exinde paulatim illi provinciæ accenſeri cœpit & dici FLANDRIA PROPRIETARIA: imò exiſtimari etiam corporis Flandrici. Quam Popularium externorumque opinionem, cùm in oppidi ditioniſque damnum emergere videret immortalis Princeps PHILIPPUS BURGUNDUS (ille cui morum integritas BONI nomen comparavit) ſacro diplomate quantum potuit occurrit edixitque conceptis verbis: *Hoc oppidum & Dominium de* TENREMONDE, *non eſſe, nec umquam fuiſſe de Comitatu Flandriæ, neque de tenemento illius Comitatûs; nec etiam de Caſtellania Gandenſi, ſed ſemper fuiſſe, & adhuc*

eſſe

eſſe prædictum oppidum & Dominium de TENREMONDE *purè vicinum noſtro dicto oppido & Caſtellaniæ Gandenſi.* Idque fecit, ne hujus Dominii incolæ obſequii ſui mercedem, damnum pro hoſtimento ferrent. Etenim propria huic urbi laus eſt, ſtuduiſſe Principibus, & quieti, quantumcumque adverſi Boreæ turbarent: quod abundè teſtantur civilia bella ſub LUDOVICO CRESSIACO, LUDOVICO MALEANO, PHILIPPO AUDACE, PHILIPPO BONO, ut alia taceam; quibus toties ſummis viribus petita, toties ſummâ pro Principe conſtantiâ defenſa eſt: ut non immeritò CAROLI V. CÆSARIS MAXIMI ET FORTISSIMI hoc exſtet elogium: *Hanc urbem ſemper bonam fidamque fuiſſe, erga ſe & ſuos Majores Flandriæ Comites, neque ullum exſtare contrarium exemplum.* Verum eſt illud Xenophontis: *Quales Principes tales Cives*: ut enim in magna hac mundi Republica, nemo eſt quantumvis animi dejecti, qui non interdùm oculos attollat in cœlum, ac Solem, hujuſque lumen in ipſo uſurpet; ita nemo ferè tam ultimæ vilitatis, qui non de PRINCIPUM moribus libenter inquirat, iiſque ſeſe quantum natura fert, accommodet: Itaque nihil mirum, ſi quos commendo Cives, ſemper eâ fuerunt fide, quum priſci hujus urbis DYNASTÆ, ejuſque ſtirpis heroës, tantâ fuerint animi moderatione, ut nulla iis umquam cum vicinis controverſia interceſſerit. Fuêre inter illos magni conſilio, qualis ille DANIEL cui Flandria excuſſum *Normanni* jugum, & legitimum Comitem *Alſatium* debet: Fuêre Templorum Conditores, quales RINGOTUS & ADELWIDIS, à quibus ſua primordia Canonici hujus urbis habent: Abbatiarum Fundatores, qualis MACHTILDIS quam ſui Cœnobii Fundatricem Swivecanæ agnoſcunt: Legumlatores, qualis ROBERTUS, cui ſuas leges in omne ævum hæc civitas acceptas feret: Bellatores, qualis PHILIPPUS *Roberti* ex filia nepos, qui acie fuſis, fugatiſque Gallis, Rege vulnerato, Flamulâ convulſâ, Flandriam è ſervitute eripuit, in libertatem aſſeruit: Fuêre alii, quos itidem aliarum virtutum ornamenta commendarunt: turbulentum verò ingenium nulla Hiſtoriarum monimenta in eâ ſtirpe commemorant. Genius AUSTRIACÆ genti gemellus

——*Si fas eſt magnis componere parva.*

Verùm

SERENISSIME PRINCEPS,

——*in publica commoda peccem,*
Si longo ſermone morer tua tempora.——

Unum modò liceat rogare, utinam & impetrare: ut ſtudium hoc meum, argumento exiguum, affectu ſummum, SERENISSIMA TUA CELSITUDO æqui & boni conſulat. Ita magnus ille mundi Princeps DEUS CELSITUDINEM TUAM reſpiciat, conſilia ſecundet, Imperium ac gloriam augeat: quod cum univerſa Belgica voveo

SERENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINI

Devotus

DAVID LINDANUS.

Nobiliſſimis & Ampliſſimis Viris
D. CAROLO D'AUBERMONT,
Equiti aurato Raimbaucourtii Domino
PRÆTORI:
D. ADOLPHO VERANNEMAN
Bouchautii Toparchæ
CONSULI:
CETEROQUE SENATUI, ET POPULO
TENERÆMONDANO
SALUTEM.

VIri nobiles, Viri prudentes, *quod hactenùs numquam Patriæ, id Urbi veſtræ dedi, quæ mihi altera patria: in qua confirmatâ ætate, non plurimùm modò vixi, ſed etiam ſuaviſſimè: quia tanto omnium favore, ut ſi Civitatem hîc natalibus adeptus eſſem, neque deberetur major, neque præſtaretur. Itaque quod Cunabulis non potui, profeſſione factus ſum veſter Civis: non primus credo meæ familiæ; ſaltem non nominis. Nam etſi Gandavo natales debeam, originem Lovanio; fortè tamen inter Majores meos hîc vixêre, qui plurimi dum Antiquitates veſtras eruo,* Lindani *nominis occurrerunt. Quocirca fieri queat, ut non externâ ſolùm ratione; ſed inſtinctu inſuper naturali, & occulto volens huc diverterim, & ubi primùm per ætatem ſapere licuit, lubens meritò me, atque omne meum ſtudium huic Reipublicæ nuncupârim: pro qua quidquid oneris ſubivi, eo levius mihi fuit, quo plures ad id cauſæ. Quod ſi umquam aliâs, nuper certè ſenſi, cùm ad mea ſtudia veſtrum inſuper imperium acceſſit: quod eâ animi alacritate ſubivi, ut quæ difficillima videbantur, & niſi per abrupta quædam adeunda, planâ viâ confecerim, etſi non ſine pulvere. Ita audentes Fors juvat, & improbus labor nihil infectum relinquit, aut intentatum. Accipite ergò ſereno vultu: & quanto ſtudio hæc Reipublicæ veſtræ ornamenta congeſſi: tantâ benignitate in undoſum famæ pelagus tendenti cymbæ, lenis auræ favonio adſpirate.*

Uſu & fructu veſter

DAVID LINDANUS.

IN DAVIDIS LINDANI GANDAVENSIS TENERÆMONDAM ELOGIUM.

QUiſnam *Hominis* genius nuper, *Lindane* diſerto
Pectore dixiſti; quod modò vivit opus:
Nunc tua, de tenebris, quæ ſit ſollertia, claram
Ducendi in lucem ſæcula priſca, doces.
Noſtræ præſertim recitas dum ſedulus Urbis
Hiſtorias veteres, fortia facta, fidem;
Ortum, progreſſum; Dominos, Indultaque fido
A Dominis Populo, flumina, Ruris opes:
Ordine concinnò, firmis rationibus, ipſis
Ex Archivorum teſtibus, & tabulis.
Quid tibi pro tantis meritis, Vir Docte, precemur?
Cognita quàm virtus poſſit ut eſſe magìs.
Lecturi videant, norintque ex ungue Leonem:
In re qui modicà, tam grave pondus habes.
Tempus erit, cùm te majoribus ire per altum
Auſpiciis, Procerum cura benigna volet.
Sic te Muſa beet: dignis & honoribus auctum
Cultorem foveat turba Novena ſuum.
Debita pro ſtudiis, exantlatoque labore,
Tranquillà ut referas præmia mente ſenex.

O. N. T.

FRANCISCUS VANDEN ZYPE
J. C. Canonicus Antverpienſis,
IN DAVIDIS LINDANI SORORII SUI TENERÆMONDAM.

IGnotus *Troiæ* ſitus, excidiumque fuiſſet;
Si non *Pelaſgis* verſibus clareſceret:
Occiderat *rerum Domina Urbs*, & *Conditor Albæ*;
Niſi ſi diſerti *Muſa* ſtaret *Virgili:*
Jure igitur fortunatum dictavit *Achillem*,
Præcone *Homero*, *Magnus*, heres ſanguinis.
Te quoque *Lindano* nomenclatore beatam
Oceſſe Teneræ *Teneræmonda* cenſeo.
Ille ſitum, nomenque tuum, laudeſque reponet,
Facta Incolarum dicet ille fortia:
Quænam olim fueris, tum quod jus Urbis, & Agri:
Quæ nunc ſit Urbis dignitas, quæ Civium.
Quidquid eris quondam, Vate hoc præëunte fereris,
Rara inter Urbes æviternum principes.

INDEX LIBRORUM,

Quibus hac Teneræmondæ Deſcriptione uſi ſumus præter variarum familiarum Archiva.

Adriani Barlandi *Chronicon Brabantiæ.*
Analecta Cornelii Gaillart *M. S.*
Analecta Dionyſii Harduin *M. S. apud* Juſtum Harduinum Franciſci *filium*, Dionyſii *ex fratre nepotem.*
Analecta Joannis de Clerck *Actuarii hujus urbis M. S.*
Analecta Joannis Ghevartii *Officialis Antverpienſis M. S.*
Annales Brabantiæ.
Annonii *Geſta Francorum.*
Anonymus M. S. de Flandria apud Joannem de Clerck *Actuarium hujus urbis.*
Anonymus M. S. de Geſtis Ducum Brabantiæ, apud Juſtum Harduinum.
Anonymus de Bello Grimbergenſi M. S. ibidem.
Anonymi Annales Flandriæ M. S. apud Joannem Bapt. Lauttens *Juriſconſultum in hac urbe Judicem Cauſarum Civilium, & Syndicum Territorii.*
Anſonis *Abbatis vita D. Urſmari.*
Archiva Abbatiæ Blandinienſis, Gandenſis, ſive D. Bavonis, Troncinienſis, Equitum Melitenſium Gandavi, Abbatiæ D. Brigittæ Teneræmond. Swivecanæ, Waeſmonſterenſis, Præpoſituræ Tuſſchenbeke, Capituli, Curiæ Feudalis, hujus urbis, & variorum Sacellorum.
Auberti Miræi *Chronicon.*
Ejuſdem vitæ Illuſtrium Belgii Scriptorum.
Ejuſdem Origines Benedictinæ.
Auli Gellii *Noctes Atticæ.*
Beati Rhenani *Germania.*
Bartholomæi Platinæ *Vitæ Pontificum.*
Bernardi de Girard *Hiſtoria Gallica.*
C. Plinii *Hiſtoria Naturalis.*
Carolus Loyſeau *de Dominiis.*
Chriſtiani Maſſæl *Chronicon.*
Colenetii *Hiſtoria Neapolitana.*
Cornelii Kiliani *Etymologicum.*
Diarium Gandenſe M. S. apud Simonem Kerckhovium *Eccleſiæ Cathedralis Gandavi Paſtorem.*
Franciſci Guicciardini *Commentarii.*
Franciſci Petrarchæ *Epiſtolæ.*
Flavii Vegetii *Lib. de Militia.*
Guilielmus Paradinus *de Antiquo Statu Burgundiæ.*
Henrici Doultremanni *Triumphus Valentenenſis.*
Jacobi Meyeri *Annales Flandriæ.*
Ejuſdem Tomi de Flandria.
Jacobi Marchantii *Commentarii rerum Flandricarum.*
Joannis Bochii *Opus Triumphale.*
Joannis Froiſſardi *Hiſtoria.*
Joannis Bapt. de Gramaye *Antverpia.*
Ejuſdem Mechlinia.
Ejuſdem Campinia.
Joannis Goropii Becani *Origines.*
Joannis Molani *Natales Sanctorum Belgii.*
Julii Cæſaris *Commentarii.*
Ludovici Guicciardini *Belgicæ deſcriptio.*
Marci van Vaernewyck *Antiquitates Belgicæ, & Chronicon.*
Matthæi Villanei *Annales.*
Nicolai Everardi *Conſilia.*
Oliverii de la Marche *Introductio, & memoriæ cum notis I. L. D. G.*
Petri Divæi *Rerum Brabanticarum libri XIX.*
Petri Oudegherſte *Annales Flandriæ.*
Paulli Æmylii *Chronicon.*
Phalaridis *Epiſtolæ.*
Ponti Heuteri *Rerum Belgicarum libri.*
Roberti Gaguini *Geſta Francorum.*
Sigeberti Chronicon, *cum Auctariis, ex editione* Auberti Miræi.
Seneca *Philoſophus.*
Stephani Ydens *Vita D. Gudulæ.*
Witichindi *Geſta Saxonica.*

LIBRORUM ARGUMENTA.

LIBER PRIMUS

Habet ea quæ ad Urbem ſpectant.

CAPUT I. Diviſio Flandriæ, Nomen Urbis, & Etymon.
II. Urbis origo unde, ubi de veteri Arce, & Curia Feudali quæ inibi.
III. Urbs quando cœperit, & ejus deſcriptio.
IV. Urbis ſitus, & qualitas.
V. An Teneræmonda fuerit juris Brabantici, ubi quædam de Lotharicio, & Brabantiæ nomen unde.
VI. Domini Teneræmondæ.
VII. Bella pro Dominis & obſidiones.
VIII. Privilegia.
IX. Politia.
X. Populus, ejuſque diviſio.

LIBER SECUNDUS

Loca Sacra complectitur.

CAP. I. Chriſtianam Religionem quis invexerit, tum cujus hæc ditio diœceſios.
II. De Eccleſia Collegiata, & quæ inibi.
III. De Templo D. Ægidii, & Sacello Anachoretico.
IV. De Bogardis, Alexianis, & Capucinis.
V. De Abbatia Sanctæ Brigittæ, & Monaſteriis ejus Inſtituti.
VI. De Abbatia Swivecana.
VII. De Abbatia Waeſmonſterana.
VIII. De Beginaſio.
IX. De Sororibus Auguſtinianis, ſive Nigris.
X. De Noſocomio D. Blaſii.
XI. De Xenodochiis.
XII. De Domo S. Spiritûs.
XIII. De variis ſparſim Sacellis.

LIBER TERTIUS

Continet deſcriptionem Territorii.

CAP. I. An ditio Teneræmondana Gallici, an Imperialis ſoli.
II. De iis pagis qui immediatè Teneræmondæ Domino parent, & inſuper duobus Dominiis fiduciariis.
III. De iis pagis qui à Domini ſubditis in Clientela, hereditario jure poſſidentur.
IV. De Scabinis Capitalibus ſive Majoribus.
V. Quantum ad Flandriæ expenſas hoc Dominium tribuat.
VI. De tribus aliis Dominiis quæ Teneræmondæ accenſentur.
VII. De tribus Alodiis Capituli Teneræmondenſis.
VIII. De Ditione Bornehemia.
Coronis. Ubi Viri illuſtres hìc nati.
Operis *Epilogus.*

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

B*One Lector, unius Urbis magnam hìc molem vides, quæ tamen in duplum poterat ſurgere, ſi minutias ſectari voluiſſem. Satis faſtidioſo hoc ſæculo potiſſima dare; quæ ut magis faventem te habeam, externis interdùm ornamentis decoravi; ut alienis gemmis matronæ ſponſas ſolent. Itaque non hìc ſolius* Teneræmondæ *Antiquitates habes, ſed multa de ſuis Brabanti videbunt, plura Flandri, ex diplomatum rata fide, & hiſtoriarum monimentis: nova quædam, pleraque aliter atque alibi. Neque tamen addicam, ex formula, omnia comperta dare; ſed quod in hoc ſcripti genere fieri amat, quædam ſolida ſunt, quædam conjecturis conſtant: quas tamen ratio adſtruit. Ubique verum ſecutus ſum: ſi non ſemper aſſecutus, condona; ut alius tibi.*

DAVI-

DAVIDIS LINDANI
GANDAVENSIS
DE
TENERÆMONDA
LIBER I.
CAPUT PRIMUM.
Diviſio Flandriæ, Nomen Urbis, & Etymon.

De hac Urbe narrationem orſurus, nihil opus eſt ut multa de Flandriæ Comitatu prætexam, ne toties eam crambem recoquendo, lectori pariam faſtidium. Scripſêre enim de Flandria complures & judicio, & ſtilo prçſtantes viri: inter quos meo quidem ſuffragio, ſummum tulit punctum clariſſimus *Jacobus Marchantius:* & ea eſt inſuper ejus regionis nobilitas, ut nulli paullo humaniori ſit ignota. Quare hoc unum ſatis erit dixiſſe, quum *Flandria* dividatur in *Comitatum*, *Imperialem*, & *Proprietariam*, inter ea quæ *Proprietaria* nomine deſignantur, potiſſimam eſſe *Teneræmondam:* ſive loci antiquitatem ſpectes, ſive ſitus opportunitatem, ſive oppidi ornatum, ſive eos, qui hìc olim imperio potiti, ſive gentis erga Dominos fidem, ſive Privilegia, ſive Politiam, ſive Sacra, ſive denique amplitudinem Dominii, & fines, quæ omnia ſuo quæque loco optimâ fide, & quantâ accuratione poteſt, perſtringemus. Orationem enim diffundere neque res poſtulat, neque ſcripti genus admodum requirit. Enimvero urbem hanc antiquitus *Dordonam* appellatam Tungrorum Annales ferunt, ut nobis clariſſimus vir Joannes Baptiſta Gramaye ſuggeſſit; ſed ejus rei nullum alibi exemplum, aut veſtigium. Itaque non auſim aſſerere, in tanta præſertim ſuperiorum temporum caligine: de quibus quod omnes ſciunt, plures fabulæ exſtant, quàm Hiſtoriæ. Quæ lues non modò noſtram Belgicam occupavit; ſed omnem penitùs Europam. Italiam tamen excipio; quæ ipſa interdum etiam hoc malo de cœlo tacta, non uno ſemper ore ſuos Scriptores legit. Uſitatum verò à multis ſçculis nomen eſt *Teneræmonda:* Cujus tamen varia eſt ſcriptio; ſed eadem ubique origine: nunc enim Tenremunda, nunc Teneramunda ſcribitur. In priſcis etiam diplomatibus *Teneramundia* & *Teneramundium*; ſed ratio poſtulat *Tereræmonda* ſcribi: habet enim etymon voce compoſitâ ex nomine *Teneræ* fluvii perlaberitis, & dictione veneraculâ *mond*, id eſt os, redactâ ad terminationem Latinam; ut ſit quaſi *Teneræ os:* quod reſpondet nomini vernaculo *dendermond*, quia hâc urbe Tenera in Scaldim labitur, quem auget juxta novam arcem, nominis ſui velut capitis diminutione.

1 Flandriæ diviſio.
Jac. Marchantius Commentar. de Fland. lib. 1.
2 Teneræmonda Flandria proprietaria.
3 Ejus priſcum nomen.
4 Teneræmonda Etymon.
Guicciardinus deſcriptione Flandriæ.

CAPUT II
Urbis origo unde, ubi de veteri Arce, & Curia Feudali quæ inibi.

Hujus Dominii quæ primordia, aut quando; quia nihil comperti habeo, tacere potius, quàm conjecturis lectorem morari. A Cæſare tamen eſſe certum (ſolum enim Imperiale eſt) qui temporarium Prçfecti Dominium hçreditario mutavit. Urbis autem initium ab Arce: Arcis rurſus incertum. Ab Advaticis eſſe nonnullis placet, qui à Romanis Advaticorum victoribus debellatam exiſtimant, & vectigalium exactioni deſtinatam, à tenendo ſiſtendoque navium curſu Tenericæ nomen ſervaſſe, fabuloſiùs arbitrantur quàm veriùs: quum Advaticos nunquam hçc loca coluiſſe conſtet, cùm aliunde, tum ex Cæſare, qui de Advaticis loquens: *Cunctis*, inquit, *opidis caſtelliſque deſertis, ſua omnia in unum opidum egregiè naturâ munitum contulerunt: quod cùm ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes, deſpectuſque haberet; unâ parte leniter acclivis aditus, in altitudinem ducentorum non ampliùs pedum relinquebatur.* Atqui ſitus ille huic noſtro imò Flandriæ univerſæ, vicinçque Brabantiæ, tam eſt diſſimilis, quàm nocti dies. Etenim quum Gothi contra Vandalos, qui Gandavum tenebant, varias arces ad flumina condidiſſe memorentur, ut Aldenardæ & Aloſti, non abſurdum dictu ſit, etiam hujus noſtræ conditores fuiſſe: niſi fortè ſtructis jam ante munitionibus eum locum Vandali occuparant, aut ante hos alii. Certè tam opportunum ad confluentes Scaldæ & Teneræ nemo ſanius neglectum credat. Fuiſſe enim inter duo flumina circumquaque paludibus cinctam, ideoque difficilem victu, hodiernus ejus ſitus demonſtrat, & Hiſtoriarum monimenta fidem faciunt, adeò ut aliquando ne urbe quidem expugnatâ vinci potuerit. Eam ad Maleani uſque tempora ſtetiſſe indicio

1 Urbis initium quod.
2 Arx ab ab Advaticis.
Vide Pontum Heuter. de veteri Belgio lib. 1. cap. 12.
* De bello Gal. lib. 2.
3 Ejus aliunde origo quæſita.
Meyerus ad an. 411.
4 Ejus ſitus.
* Froiſſard. lib. 2. cap. 61.
5 Quando adhuc ſteterit.

dicio eſt; quòd is bello Gandenſi iſthic aulam
Meyer an. 1379. 6 Quando prolapſa. ſuam & domicilium habuit. Exinde verò ſeu ve-
tuſtate, ſeu aliàs prolapſa jacuit, ſuperſtite mu-
rorum parte, antiquam teſtaturâ majeſtatem: quæ
ipſa minuta nuper admodum, avectis hinc ad ſtru-
Anno 1559. cturam Palatii Archiducalis ſtupendâ mole ſaxis,
non ſine gravi & loci imminutione, & antiqui-
7 Ibidem officina monetaria. tatis damno irreparabili. Habuit antiquitùs hac
in arce Teneræmondæ Dominus officinam mo-
netariam, quod ex carbonibus & ingenti num-
mulorum numero aliiſque indiciis, quæ ſub ru-
deribus detecta, non eſt obſcurum.

8 Et Curia Feudalis. Prætereà Curiam feudalem, quam Dynaſta *do-
mum* ſuam vocat: (ideò nempe, quòd inibi do-
micilium priſci hujus urbis Domini habuêre) alii
Lib. Feudal. *domum Teneræmondanam*, quâ paucæ latiùs extra
ditionem patent: diffunditur enim ad varios pa-
gos Brabantiæ, Caſtellaniæ Gandenſis, Brugen-
ſis, Cortracenſis, Aloſtenſis, Inſulenſis, Alde-
9 Quæ Dominia complectatur. nardiæ, in Waſiam, & quatuor Ambacta; com-
plectiturque extra limites territorii plurima domi-
nia, quæ ipſa præter venationem, aucupium,
piſcationem, cignos, redditus pecuniarios, alioſ-
que, confiſcationem, bona nothorum, & exte-
rorum, clientelas, relevagia, decimas, atque
alia hujuſmodi; etiam Tribunalia habent, Præ-
tores, & Scabinos, per quos juſtitiam exercent
Lib. Feudal. civilem, & criminalem, qualia ſunt: *Maſſeme*,
Lib. 3. cap. 3. num. 4. 24. 86. 122. 185. *Molenbeke*, *Vinderhoute*, *Merendre*, *Eecke*, *Huyſ-*
cap. 6. num. 1. 11. *ſe*, *Rode*, *Oorſcamp*, *Inghelmunſter*, *Sancti Eligii*
69. cap. 7. num. 3. *Vive*, *Oudenem*, *Monſtruel*, *Bleu Caſtel & Mor-*
22. 33. *tanſchen in Hardoye*; quæ omnia ad dictam Cu-
riam referuntur, præter ea Dominia, quæ fini-
bus hujus territorii continentur: de quibus infrà
10 Gandavi feuda huic Curiæ obnoxia. latiùs dicturi ſumus. Illud autem non eſt ſilentio
tegendum, in ipſam uſque Gandavum, hujus Cu-
riæ jus extendi: ubi Teneræmondæ Domini be-
neficio poſſidetur feudum dictum *Tgheleede ad
D. Bavonis aquâ & terrâ*: quod ſe extendit in
Steendam (loci nomen Gandavi) *Molenſtede*,
Langhebrugghe, *Wachtbeke*, *Mendonck*. Feudum
inſuper *ſuper thelonio Sancti Bavonis*, & varia loca
ad Dei Servatoris, atque alia plurima eâ urbis re-
gione, quæ *ultra Scaldim* dicitur *extra portam
Brabanticam in Imperio*, ut vocant. *Trajectus* de-
nique ad amœnum illud ad Scaldam viridarium,
quod vulgò de *Hoye* dicunt, inter arcem à Ca-
11 Hujus Curiæ privilegium primum. rolo V. Cæſare ſtructam, & Beginaſium. Habet
autem hæc Curia id ſingulare: *Quod ſine Princi-
Diplomate Phil. 1461. pis venia aut proximi hæredis aſſenſu, nullâ etiam
juratâ neceſſitate, liceat feuda gravare, in alios
transferre, pignori dare; modò id fiat coram Præ-
12 Privilegium ſecundum. Ibidem. tore Tribunalis, & feudatariis juſto numero.* Dein
*quando poſſeſſor mutatur, non tenentur pendere pre-
tii decimam; ſed relevagium* 10. *librarum Pari-
ſienſium tantùm & Cubicularii jus, quod Cambre-
13 Privilegium tertium. Dilpom. Joan. 1419. lagium vocant.* Tertiò *à lata hìc ſententia non eſt
provocatio, niſi* immediatè ad Parlamentum re-
præſentans Principem: ante cujus inſtitutionem
14 Super hoc Concilii Flandriæ contentio. ad ipſum Principem ibatur. Et quidem cùm à duo-
bus ferè ſæculis, ſummo conatu niteretur Con-
Ibidem. cilium Flandriæ cauſas hujus Curiæ ad ſe pertra-
here, idque quo efficaciùs facerent, obtinuiſſent
à filio Principis Philippo Comite tum Caroleſii
auctoritatem conjiciendi in carcerem Prætorem
hujus urbis, ejuſque Vicarium, quia mandatis
Concilii non paruerant, Joannes Philippi Pater, 15 Eam quis repreſſerit.
re intellectâ graviter id ferens, ſcriptis acerbiſſi- Ibidem.
mè litteris Concilii inſtitutum repreſſit: quod ini-
quum eſſe, multis libellis, & Privilegiis Joannes
de Neufchaſtel Montis Acuti Dominus, cujus
cauſa agebatur, oſtenderat. Quo in diplomate 16 Privilegium quartum.
adſeverat *numquam ab hac Curia eſſe provocatum*, Lib. Conſuetud. tit. de adminiſtratione Juſtitiæ.
*eamque declarat ab omni reſorto immunem: quòd-
que Feudatarii hìc immediatè repræſentent ipſum
Principem.* Denique notandum, *neminem in cauſis
criminalibus hâc urbe damnari, aut mulctari, niſi
in hac Curia præſentibus juſto numero feudatariis*,
quos *homines ſuos* in diplomatibus Dominus vocat.
Quum autem feudorum alia ſita ſint cìs Scaldim, 17 Qualis in feuda ſucceſſio.
trans Scaldim alia; uſus obtinuit, ut *in ea, quæ* Diplom. Roberti anno 1264.
in Juriſdictione Teneræmondenſi trans Scaldim, id 18 Trans Scaldim.
*eſt, in latere Flandrico, ſita ſunt, maximus natu
ſuccedat in duos trientes, ceteri in reliquum feudi:
quæ cìs Scaldim in latere Imperiali ſive Brabantico*, 19 Cis Scaldim.
in ea omnes mares æqualiter: quæ verò extrà limites 20 Quæ extra Teritorium.
hujus Dominii, ea ſequuntur conſuetudinem ſui loci. Lib. Conſuetud. tit. de feudis.

Eâdem in Arce nunc collis viſitur, à Gallis exer- 21 Collis in Arce unde.
citationis cauſa accumulatus, qui poſt prælium
Gravelinganum, quo graviter eorum res attritæ, Lud. Guicciardin. Commentar. lib. 1. anno 1558.
huc ad cuſtodiam miſſi ſunt. Id moneo, ne poſte-
ritas ignara rei, novam hinc ordiatur fabulam.

CAPUT III

Vrbs quando cœperit & ejus deſcriptio.

QUando hæc urbs primùm cœperit, temera- 1 Urbis initium quale.
rium ſit affirmare; quia, ut in pleriſque Bel-
gicæ urbibus, incertum. Credibile tamen ante Ca- 2 De eo conjectura.
roli Magni ævum fuiſſe, quo tempore Haymo-
nem Teneræmondæ Comitem, Vorſiam Tun-
grorum Regis filiam duxiſſe ejus gentis Annales
tradunt. Et ut hinc ad diplomata abeam, id eſt,
ea unde non eſt provocatio, cùm in Archivis
Blandinienſibus *Hugo de Teneræmonda* legitur ſub-
ſcribere anno M. LXI. ſatis manifeſtum eſt ante
id tempus urbem exſtitiſſe, unde ejus familiæ & Diplom. Machtildis anno 1223.
tot exindè Procerum illuſtre nomen promanavit.
Hoc, quo nunc eſt ambitu, non ſemper fuiſſe
conſtat, tum aliàs, tum ex codice Swivecano:
ubi *Sancti Ægidii Hoſpitale extra Teneræmondam* 3 Hoſpitale ſancti Ægidii olim ubi.
dicitur ſitum. Mœnitam fuiſſe jam inde à Ro- 4 Urbs quando mœnita.
berti prioris ævo, ex ejus legibus conſtat, ubi Anno 1233.
murorum urbis fit mentio. Imò vel ante annum Artic. 21. Diplom.
milleſimum ducenteſimum, hinc liquet, quòd anno 1223.
cùm Machtildis, Roberti mater, Teneræmon-
dæ Domina, daret Hoſpitali Sancti Ægidii pra-
tum vulgo *den Bruel*, addidit hanc legem: *Si
Teneræmondæ Dominus ſecus dictum pratum muni-
tionem villæ voluerit ampliare, à dicto prato licen-
ter ſumetur ampliatio, quanta in illo loco conveniet.*
Et quod magis eſt, ab ipſis uſque Normannorum Meyer. anno 846.
temporibus clauſam reor: Illâ enim gente uno
furoris impetu omnia populante, tranſlatas huc
in tutum Divorum Hilduardi & Chriſtianæ reli-
quias

5 A quo prolatum Pomærium. quias ferunt. Illud autem ex dicta Machtildis
donatione veriſimile, quòd Roberto filio, vivâ
adhuc matre, animus fuerit augendæ urbis: eum-
que ipſum ſtruxiſſe exteriores oppidi muros, qui
nunc urbem ambiunt: idque eò magis, quòd ne-
que Guidoni genero id facere per Gallum vaca-
Idem anno 1343. verit, neque nepoti Roberto, neque pronepoti
Guilielmo, neque hujus filiis Gallico civilique
bello involutis; & tamen exſtitiſſe conſtet, ex
6 Muri quando partim demoliti. demolitione Creſſiaci ævo, potiente hâc urbe
Amboſio, nonageſimo quinto à morte dicti Ro-
7 Arcuatum opus à quo. berti Guidonis ſoceri. Porrò arcuatum illud opus
multò eſſe recentius, & inclinanti demum muro
oppoſitum, ipſa ſtructura manifeſtis paſſim indi-
ciis oſtentat: quod Maleano deberi hinc credi-
Tabul. anno 1368. bile, quòd ejus tempore data Beghinis ſecunda
compenſatio, ob ante occupatam partem ſuæ
areæ; ideò nempe quòd cùm primùm illi mu-
ri ſtructi ſunt (quod Roberto jam tribui) exile
datum illis pretium, neque quantum aliis, quorum
arva aut prata murorum moles occupabat: ita-
que ſecundâ hâc ſtructurâ occaſionem nactæ,
amplius petierunt, & impetrarunt: nempè uſum
graminis quantumcumque eſt inter catharactam
ad D. Rochi, & arvum quod dicitur *Ackervelt*,
8 Quod dilatatio acceſſerit. intra & extra murum. Prior autem murorum
ambitus multò erat anguſtior: acceſſit enim
quidquid eſt inter aquæductum vulgo *Peerde-
kens Veſte*, id eſt equorum mœnia, qui ſe per
canalem in Teneram exonerat juxta pontem di-
ctum *Le-moye*: ultra verò dictum flumen, mag-
na pars hortorum Sodalitatis D. Georgii, ubi
etiamnum antiquæ molis rudera ad ripam ex-
ſtant: & inſuper quidquid ultra rivum, qui à
D. Rochi Sacello incipiens hortos Affligemen-
ſes & Cappucinorum alluit, ſublabenſque pon-
tem portæ aggeris ad aquaticas molas in Tene-
ram fertur. Cui rei adhuc indicio eſt platea *de
Nieu-ſtraet*, id eſt nova platea appellata, & alia
inſuper è regione ultra alterum rivum, qui olim
fuit extima urbis foſſa dicta *de Veſte*, id eſt,
9 Urbis Flumina. mœnia. Præter Scaldam qui urbem alluit (unde
Gramaye Antverpia cap. 2. præter amœnitatem magna merces advehendi
avehendique opportunitas) Tenera inſuper
(quem olim Tennam dictum volunt) qui me-
diam urbem ſecat, multiplici aquarum divor-
tio compendioſam adfert utilitatem, ductis huc
10 Rivi. illuc per præcipua loca rivis, qui quotidiè ma-
ris fluxum & refluxum ſentientes, aquis num-
quam ſtagnantibus, præter ſummam ad omnia
11 Aer. commoditatem, aërem etiam, etſi per ſe ſaluber-
rimum, tamen ſalubriorem reddunt.

12 Pontes. Pontes univerſim ſunt viginti tres: quorum
ſedecim è lapide vivo aut latere, ceteri è ma-
ceria. Potiſſimi verò ſunt Tenerici duo, lapideus
Meyer. an. 1452. unus, alter ligneus; & Scaldenſis: quem ante
annum M. CCCCLII. non fuiſſe inde conſtat,
quòd, cùm eo tempore Philippus Bonus vellet
copias Scaldim trajicere, coactus ſit inanibus
13 Pons Scaldenſis ſubitus. vaſis tabulas inponere, & eo modo ſubitaneo
ponte flumen ſternere. Aliquanto poſt ſolidiori
Acta publica anno 1554. opere pons ſtructus, qui adhuc ſupereſt, longi-
tudine eximiâ: ut mirum videri queat, tantam
quotannis & aquarum, & glaciei vim, labente
& refluo flumine irrefractum poſſe pati. Præ- 14 Ripæ.
ter pontes tantillo ſpatio, tanto numero, mul-
tum ornamenti oppido adferunt ripæ munitæ
muro: ut commoditatem accurata tutaque na-
vium ſtatio.

Fora rerum venalium ſunt ſex, Maximum, 15 Fora.
pulcherrimâ domorum ſerie: in hoc Prætorium
eſt Pannarium ſive Conventus textorum, quem
Hallam noſtrates, Divæus Phalas vocat, cum 16 Phalæ.
turri multis ab hinc ſeculis ſtructâ. Illud Curiæ Antiq. Brabantiæ
loco olim frequentatum volunt. Illi turri Curia lib. 14.
contigua eſt, novo frontiſpicio & variis Princi- 17 Curia.
pum, aliiſque ſtatuis jam pridem ornata. Eodem
in foro Macellum eſt anno M. CCCC. VIII. ut epi- 18 Macellum.
graphe habet, conſtructum. Piſcarium præterea Anno 1609.
ſumptuoſo nuper opere auctum. Dein Granarium
vetus, Granarium novum, Linarium, Armenta-
rium denique anno ſuperiore novo opere ſtratum. Anno 1609.

Dies rerum Venalium eſt Lunæ. Quo autem
ſecuriùs & lubentiùs peregrini, etiam debitores, 19 Mercatus hebdomadalis.
commeënt, nemini quemquam licet poſtulare
æris alieni, die Dominicâ, Lunæ, Martis, per 20 Ejus privilegium.
ſingulas ſeptimanas: idque indulto Cæſaris Ma- Diplom. 1454.
xæmiliani. Nundinatio autem anniverſaria à 21 Nundinatio annua.
Philippo Audace Maleani genero data in tri- Diplom. an. 1357.
duum, olim incipiebat die Martis poſt Feſtum 22 Quando olim.
D. Lucæ; ſed quia poſtmodum in idem tempus 23 Cur tranſlata.
Bruxellanæ & Beverenſes nundinæ incidebant,
Carolus V. eam traſtulit in diem Veneris proxi- Diplom. 1550.
mè ſequentem primum Sabbathum menſis O-
ctobris uſque ad Martis excluſivè. Data autem 24 Ejus privilegium.
ab utroque Principe immunitas ab arreſto, non
ſolùm illo nundinationis tempore; ſed octiduo Codex Swivecanus 1334.
antè, & octiduo poſt, excluſis ab hoc Privi-
legio hoſtibus, exſulibus, fugitivis, & debito- 25 Qui hujus expertes.
ribus Principis.

Portæ urbis ſunt quatuor: Bruxellenſis, Me- 26 Urbis Portæ.
chliniana, Trajectenſis (ita à Scaldis trajectu
vocata, eadem in priſcis monimentis Scaldenſis Anno 1394.
dicta) & denique Lapidea, quæ ducit in arva
inter Scaldim, & Teneram, quam acta publica 27 Lapidea quando ſtructa.
à duobus circiter ſeculis ſtructam loquuntur. Meyer. an. 1343.
Id ne quem in alias ſuſpiciones abducat, mo-
nere viſum legibus Pacis Creſſiaci tempore tri-
bus locis patefactam hanc urbem, & mœnibus
nudatam quâ Gandavum ſpectat: itaque veri-
ſimile eſt dirutam inter cetera hanc portam:
nam ut tunc primùm ſtructa ſit, fieri non po-
teſt, quum ex monimentis Swivecanis mani-
feſtum ſit, diu ante prædictam ſtructionem & Anno 1334.
demolitionem, eodem eam nomine exſtitiſſe,
ubi deſignatur *locus extra portam lapideam.*

Quum verò propter obſidionis, & incurſio-
num hoſtilium pericula, non ſemper tutum pe-
regre molere, præter Principis molas aquati-
cas quæ in ſuburbio, quòd Novum Burgum vo- 28 Molæ aquaticæ.
cant, duæ inſuper publicæ ſunt in oppido: una 29 Ventilares.
autem quæ vento agitur, quales plures ſunt in
vicinia, ſed oleariæ & lorticaria item una.

Neque hìc omittendum publica ædificia, 30 Gymnaſium.
Gymnaſium, curâ Senatûs ſuperiori ſeculo cum Anno 1514.
honorario Muſis dicatum, eo ſplendore, ut

B pauca

pauca totâ Belgicâ, etiam in mediocribus oppidis, huic queant comparari. Structum autem eſt anno M. D. LV. Rectore ludi publici magiſtro Henrico Cares, qui primus ſalarium de publico accepit anno M. D. XL. ut ejus monimen-
Lib. 2. cap. 2. num. 67. tum habet. Supereſt nova arx, quæ ſub Alexan-
31 Nova Arx. Anno 1584. dro Farneſio Belgicæ Prorege ad gemini fluminis, Scaldis & Teneræ, concurſum excitata eſt: Etſi non admodùm opus externo hoc præſidio, ubi Civium probata in Principem fides, eſt mu-
De Clementia lib. 1. cap. 3. rus aheneus, *qui* (ut cum Seneca loquar) *objicere ſe pro illo mucronibus inſidiantium paratiſſimi, & ſubſternere corpora ſua, ſi per ſtragem illi humanam iter ad ſalutem ſternendum ſit.*

32 Ædes privatæ. Porrò privata ædificia ampla ſunt, & commoda, & utcumque nitida. Hortos omnes pænè ædes habent: pleræque etiam vivas ad limen aquas. Primam laudem & amplitudine, & loci
33 Aula Viglii. amœnitate meretur aula Viglii à Præſide Viglio Zwichemo nomen nacta: qui eam emit à Michaële van Hofſtadt, à quo ad Præſules & Canonicos dictę urbis abiit; & ab his pretio ad
Anno 1611. V. N. Adolphum Veranneman. Inſuper hìc ædes ſuas habent Abbatiæ S. Bernardi, & Afflighemenſis; olim etiam D. Bavonis, Ninivenſis. Loca Sacra ſecundus liber dabit.

CAPUT IV.

Urbis ſitus & qualitas

1 Teneræmondæ ſitus. EST autem hæc urbs hinc pratorum & fluminum amœnitate læta, inde arvorum ubertate dives, ſita ad limites Brabantiæ, Flandriæ-
2 Quo ſolo. Vita Joannis Burgundi. que, ad meridionalem Scaldæ plagam, in ſolo Imperii ſive *Romano*, ut Dintherus vocat: quod & ſitus demonſtrat, & omnes ſcriptores fatentur; eâ loci opportunitate, ut vix major eſſe queat: eſt enim præſtantiſſimis, nobiliſſimiſque
3 Vicinæ urbes. Iet. Oudegherſte Annal. cap. 169. Belgicæ urbibus cincta. Intra ſextum milliare habet Antverpiam, & Mechliniam, intra quintum Gandavum, Bruxellas, Hulſtum, & denique intra ſecundum Aloſtum: ad quæ omnia non terrâ ſolùm commoda via patet; ſed &
4 Ejus qualitas. Marchant. Comment. lib. 1. aquis merces ultrò citròque tranſvehuntur. Eſſe verò non feudum Imperii ſed Alodium, vel ex diviſione Flandriæ apparet: quæ quum dividatur, ut jam ante dixi, in Comitatum, Impe-
5 Sententiæ argumentum. rialem, & Proprietariam, & Proprietariæ nomine Teneræmonda cenſeatur; nominis indicio liquet neminem ſuperiorem agnoſcere hujus oppidi Dominum: nec Gallo debere fidem, ut Comitatum; nec Imperatori, ut Imperialem. Gallici juris numquam fuiſſe palàm eſt. Imperatori ſi deberet, nihil opus foret tertio hoc diviſionis membro: inter Imperiales enim cenſeretur, non Proprietarias. Et ut omittam illud Proprietatis nomen, quum variæ fuerint controverſiæ inter Imperatores & Comites Flandriæ, ob non præſtitam fidem ratione ter-
6 Nunquam controverſum. Idem Vita Jo. & Meyer. an. 1416. rarum Imperialium; nulla fuit umquam contentio de ſupremo in Teneræmondam Dominio. Joannes Burgundus legitur præſtitiſſe fidem de Burgundiæ & Aloſti Comitatibus, & multò antè Balduinus Comes, ejuſque ſocer Philip- Idem anno 1191.
pus Alſatius, Teneræmondæ nuſquam factâ mentione. Imò neque Guido Flandriæ Comes 7 Ne à capitali hoſte.
umquam præſtitit fidem Guilielmo Cæſari: qui Oudegherſte 1176 cap. 81.
capitalis Flandriæ hoſtis, ſi fides illi debita fuiſſet, mulctaſſet Flandros hoc Dominio: ut Meyer. an. 1252.
eadem de cauſa dederat Avenio Guidonis uterino fratri Comitatum Aloſtenſem, Waſiam, Zelandiam. Qui inſuper voluit poſtea, ut Guido Idem anno 1254.
& Joannes ejus frater cederent Avenio dominatus Imperiales ſitos inter Flandriam & Hannoniam. Et demùm tranſactio facta inter Ludov. Idem anno 1322.
Creſſiacum, & Gulielmum Hollandiæ Comitem, conventumque, ut Hollandus Zelandiam ſibi haberet; Flander verò ditionem Aloſtanam, Waſiam, quatuor Officia, & Gerardimontem, remiſſo utrimque omni jure, & prętextu: nuſquam nominatâ vel indicatâ Teneræmondâ. Quare meritò Wielandus Flandriæ 8 Domini quale Imperium.
quondam præſes *ſine medio teneri dicit: Domi-* Lib. de feudis.
numque ibi ſupremum habere Imperium. Meye- Rerum Flandric. tom. 9.
rus *optimo jure Prædium vocat, ac nulli obligatum.* Quod perindè eſt, ac ſi Alodium diceret; ita enim Alodium Cujacius definit: *Nullius*, in- 1. Obſervat. cap. 14.
quit, *Domini beneficium; liberum, non ſervum; immune, nihil penſitans; optimo jure; optimâ conditione; nec fidem, nec homagium, nec inveſtituram debens.* Exiſtimandum verò, etſi non ab Wieland. lib. de feudis.
Imperatore, Imperialiter tamen hanc ditionem poſſideri, & dono quondam Imperatoris, Alodium privati juris factam: ut modò Waſiam Ibidem.
aliaque quædam teneri Wielandus cenſet. Quando autem ab Imperii clientela defecerit, incertum eſt. Quod item de Brabantia ſua fatetur Divæus: quam tamen ab Henrico V. Go- Rerum Brabant. lib. 10.
defridum Barbatum in feudum accepiſſe conſtat: cujus ſucceſſores multo tempore poſt excuſſam clientelam Comitiis Imperii interfuêre, idque primùm exoleviſſe poſt annum M. CCCC. VI. Ducatu ad Antonium filium Philippi Audacis Burgundiæ Ducis devoluto. Gaguinus *id Dominium* 9 Non eſt Flandriæ feudum
ſui juris indigetat. Manuſcriptus quidam de Flan- Auſtatio Hiſtoriæ
dria codex vocat *Teneræmondam Francum Alo-* Idem Meyer. tom. 10. & Marchant. Comment. lib. 1.
dium, & Reſortum quidem in Flandria debere; non Diplom. an. 1451. Vide num. 17.
eſſe tamen Flandriæ feudum. Quod etiam diſertis verbis Philippus Bonus declaravit. Etſi Ro- Diplom. an. 1313.
bertum Betunium Flandriæ Comitem ad eam ſervitutem adegiſſe conſtat, non quidem urbem ſed hujus ditionis Territorium, ut indicant tabulæ Gulielmi Nigellani Roberti ex fratre Gulielmo Nepotis. Qua de re, quæ exſtant tabulæ ad majorem rei lucem hìc dabo Latio dona- Ibidem.
tas: *Nos Gulielmus Flandrenſis Eques, Teneræ-* 10 Contra id tabulæ.
mondæ Dominus, Notum facimus: quòd cùm controverſia verteretur de tenemento terræ de Tenremonde, inter chariſſimum & amantiſſimum Dominum & Patrem noſtrum, Dominum Gulielmum Flandrenſem, piæ memoriæ, Dominum quondam de Tenremonde, quem Deus abſolvat, ex una parte; & chariſſimum atque amantiſſimum Dominum & Patruum noſtrum Robertum Flandriæ Comitem, ex altera; quia dictus noſter Pater dicebat,

&

& aſſerebat, quòd non debeat tenere, neque tenebat totam terram de Tenremonde in feudum, & homagium à Comite Flandriæ, fratre ſuo, eſſe enim ibidem ſatis multa Franca Alodia, quæ non tenebat ab illo, ut aiebat: chariſſimus autem noſter atque amantiſſimus Patruus dicebat, & ſuſtinebat contrarium. Quæ controverſia numquam declarata aut definita fuit, vivente chariſſimo atque amantiſſimo Patre noſtro prædicto. Nos ad componendam prædictam controverſiam, quam habere poſſemus contra chariſſimum noſtrum Patruum ſuprà dictum, & ad declarandam rei veritatem, dedimus prædicto Patruo noſtro ſupra ſuam conſcientiam, ut veritatem diceret, quomodo, & quòd in poſterum dicta terra de Tenremonde deberet teneri in feudum, & homagium Comitis Flandriæ, quia certiùs quàm alius quiſquam poterat ſcire, quum valdè diu eam terram de Tenremonde poſſederit in ſuum Dominium, antequam dictus noſter Dominus & Pater eam acceperat, & ab ejus manu devenerat in manus prædicti Domini & Patris noſtri. Qui Patruus noſter prædictus ſuſcepit dictam veritatem dicere ſupra ſuam conſcientiam, & dixit, quòd tota terra de Tenremonde, in omnibus ſuis locis, & partibus, debet teneri in feudum & homagium à Comite Flandriæ, & quòd ita ipſe accepit, quandò eam hereditatem accepit, & tenuit ab Illuſtriſſimo & potentiſſimo Principe Domino Guidone, bonæ memoriæ olim Comite Flandriæ, quem Deus abſolvat, Patre ſuo chariſſimo, & Avo noſtro; & quòd ita ſemper dixiſſet, ſenſiſſet & tenuiſſet, quòd chariſſimus & amantiſſimus Dominus noſter & Parens debuiſſet recepiſſe & tenuiſſe à ſe. Cui dicto nos aſſentimur, & cognoſcimus pro nobis, & heredibus noſtris, & ſucceſſoribus, totam dictam terram de Tenremonde & quæ inde dependent plenè & integrè recepiſſe, & debere tenere, ab illo in feudum & homagium. In cujus rei teſtimonium mandavimus præſentibus literis noſtrum Sigillum apponi, & rogamus ac requirimus chariſſimum noſtrum atque amantiſſimum Dominum & Fratrem Dominum Joannem Flandrenſem Dominum Crevecuriæ, Daloes, & Caſtellanum Cameracenſem; ut ad res ſupradictas velit præbere ſuum aſſenſum; quantum ejus intereſt, aut intereſſe poteſt, & mandare præſentibus tabulis apponi ſuum Sigillum ad rei teſtimonium. Et nos Joannes Flandrenſis ad petitionem chariſſimi & amantiſſimi fratris noſtri, præbuimus & præbemus noſtrum aſſenſum ad res ſuprà dictas, quantum noſtra intereſt aut intereſſe poteſt: & mandavimus præſentibus apponi noſtrum ſigillum, in teſtimonium veritatis. Acta ſunt hæc prædicta omnia & conventa inter chariſſimum & amantiſſimum Dominum & patruum noſtrum ex una parte, chariſſimum & amantiſſimum fratrem noſtrum & me ex altera, ad D. Bavonis Gandavi: præſentibus inclyto & potente Principe Domino Ludovico, maximo natu filio Domini Comitis Flandriæ Comite Nivernenſi & Rhetellenſi, Guidone fratre noſtro, Gulielmo Nivelliaco, Domino Ghiſberto de Leeuwerghem, Domino Twano de Vaernewyck, & Domino Gerardo Ducke Equitibus, Balduino de Sinnebeke & Henrico Braem Scribis Conſilii Domini Comitis Flandriæ, atque aliis multis, anno gratiæ M. CCC. XIII. luna poſt feſtum ſanctæ Catharinæ menſe Novembri.

Hunc patris & patrui aſſenſum ſecuta *Maria* Joannis filia, cum *Inghelrammo Amboſio* marito clientelam Ludovico Creſſiaco Flandriæ Comiti præſtitit. Equidem id eo tempore primùm tentatum arbitror, quo Robertus matris ſuæ Machtildis Teneræmondæ Dominæ hæreditatem adiit, eumque compoſitò præſtitiſſe Guidoni Flandriæ Comiti parenti ſuo fidem, quo id exemplum poſteri, quando divelli Teneræmondam contingeret, imitarentur: eâque ratione Dominatus, alioquin liber & ſui juris, Flandriæ connecteretur. Cujus rei ſuſpicionem mihi dedit, quòd in declaratione dicta non dicit Robertus, Superiores Teneræmondæ Dominos fidem Comitibus Flandriæ præſtitiſſe quod procul dubio expreſſiſſet, ut ſuæ cauſæ firmamentum; ſed tantum id de ſe aſſerit. Et credibile eſt non temerè Gulielmum moturum fuiſſe Roberto fratri litem, & niſi multis, validiſque ſubnixum rationibus, potiſſimùm verò more majorum: qui ſummam in his controverſiis vim habet. Nam ſi ratio, & conſuetudo, & uſus ſuperiorum temporum à Roberto ſtetiſſet, non fuiſſet diu protractum ejus rei judicium. Et quidem videor videre hujus controverſiæ primum Roberto in mentem veniſſe poſtquam hujus Dominii poſſeſſionem Gulielmus adierat: nam ſi id illi antè in animo fuiſſet, quum æſtimatione factâ Teneræmondam hic acceperit, poterat cum clientelæ onere ad eum & poſteros tranſmitti: quod de ditione Bornhemia atque aliis factum conſtat. Et ne cui mira videatur hujuſmodi Principum agendi ratio, quibus unum eſt inter Imperii arcana limites quà poſſunt proferre, ex infinitis unum exemplum eſt Ripelmonda, non incelebre ob arcem in Waſia municipium: eam ſoli eſſe Imperialis non Gallici, & ſitus, & ratio convincit: & tamen Ludovicus Galliæ Rex, qui cœlo poſtmodum adſcriptus eſt, ejus nomine clientelam ſibi à Margareta Flandriæ Comitiſſa extorſit, & eâdem operâ univerſam Waſiam ſuo Regno aſſeruit: reclamantibus omnium temporum hiſtoriis, & diplomatibus. Itaque nihil mirum eſſet, ſi eâdem ratione Teneræmondam Robertus vendicaſſet, eo potiſſimùm prætextu *quod ita ipſe accepit quando eam hereditatem accepit & tenuit ab inclyto & potente Principe Guidone bonæ memoriæ olim Comite Flandriæ.* Nam quomodo demùm potuit antiquitus fuiſſe feudum Flandriæ, quum aut à Gallo hanc ditionem Comitem accepiſſe, aut à Cæſare neceſſe ſit. Ab illo non potuit: quum & urbem, & univerſum territorium cis Scaldim & ultra, Imperialis eſſe ſoli, inter antiquitatum peritos nemo neget: & ne quis ignoret, uno verbo infra docebo. A Cæſare verò ut quidem multa Balduinus Inſulenſis acceperit, nempe *Terram omnem inter flumina Scaldem & Teneram, quinque Inſulas Zelandicas, Caſtrum Gandenſe*

11 Qua ratione datæ, conjectura.

12 Conjecturæ ratio.

13 Altera conjectura.

14 Ejus ratio.

15 A pari.

Oudegherſtè Annal. c. 113.

16 Tabulæ argumento rejectæ.

Libro 5. cap. 1. num. 1.

denſe, cum quatuor officiis, inquit Meyerus (Ou-
Ad annum 1057. Annal. cap. 40. degherſte etiam adjungit *omnem terram quæ ſita
eſt inter Scaldim & Hontam à foſſa Othoniana,
Antverpiam uſque*) nulla tamen uſquam Teneræ-
mondæ mentio. Si aliquis putet eam cenſeri no-
mine *terræ inter Scaldim & Teneram*; id ipſe
loci ſitus convincit (niſi quòd exigua admodum
portio hujus noſtræ ditionis inter Scaldim &
Ad annum 1046. Annal. cap. 39. & Marchant. Comment. lib. 4. titulo Bel. German. Teneram) & Meyerus atque Oudegherſte id
palàm de terra Aloſtenſi interpretantur. Et ut
concedam exiguam eam partem eo nomine cen-
ſeri, non potuit certè tota urbs, & omne ter-
ritorium ejus donationis ratione in Flandri be-
17 Et poſterioris Domini tabulis. neficium concedere. Ut ut eſt, Philippus bonus
ille Belgici Imperii quaſi conditor, jam olim
eam de clientela opinionem diſerto diplomate
rejecit; ſatis apud poſteros teſtatus, quod ſu-
prà conjecturis probavi, Teneræmondam ante
Roberti Betunii ævum, non fuiſſe feudum Flan-
Archiva oppidi. driæ. Nam cùm intellexiſſet *plurimos ex ſubdi-
tis, & aliis, putare & ſuſtinere opidum & Do-
minium de Tenremonde eſſe de Comitatu Flandriæ,
& Caſtellania Gandenſi, ideoque jam ante ali-
qui ex Officiariis & ſubditis voluiſſent juriſdictio-
nem & cognitionem cauſarum in facto juſtitiæ, &
aliàs ad ſe trahere, præter eos, quos hìc conſti-
tuerat: bono*, inquit, *& maturo judicio, & de-
liberatione declaravimus, & per præſentes decla-
ramus, noſtrum prædictum opidum, & dominium
de Tenremonde, nec eſſe, nec fuiſſe de Comitatu
Flandriæ, neque de Tenemento ejuſdem Comita-
tûs, neque etiam de Caſtellania Gandenſi; ſed
ſemper fuiſſe & adhuc eſſe prædictum opidum &
Dominium de Tenremonde purè vicinum noſtro di-
cto opido, & Caſtellaniæ Gandenſi.* Ita ille anno
M. CCCC. LI.

18 Contra has argumentum rejectum. Et ne quis id factum exiſtimet minuendæ po-
pulari Gandenſium potentiæ, (quod magno ſtu-
dio & hic & alii ſæpe conati ſunt, & demum
Lege Carolinâ 1540. *Carolus V.* ſummo ejus Reipublicæ commodo
Meyer. ad annum 1453. effecit, magno illo privilegio, omnium privile-
giorum abrogatione, quo à plebe ad optimates
Rempublicam tranſtulit) ſecus eſſe eo diplomate
Archiv. oppidi tab. anno 1461. liquet, quo idem *Philippus* edicit, Curiæ Tene-
ræmondenſis Clientes non eſſe obnoxios ſuo edi-
cto de non vendendis feudis, *quia* (inquit) *hæc
feuda alterius ſunt naturæ, quam aliarum Curia-
rum: quum hæc terra ſit Imperialis, & non de no-
19 Aliis tabulis. ſtro Comitatu Flandriæ; ut ſatis liquet ex noſtris ta-
bulis in Conſilio Flandriæ aliàs expeditis, & nunc
examinatis, poſt maturam deliberationem, & ha-
bito ſuper hoc judicio Conſilii Flandriæ, quia &
urbs, & Territorium Dominii Teneræmondenſis ſe-
parata ſunt à noſtro Comitatu Flandriæ.* Vides
etiam accuratâ inquiſitione, & maturo Conſilii
Flandriæ judicio hanc ditionem à Flandria ſe-
jungi: neque aliter Flandriam vocari poſſe, quàm
olim Antverpiam, & Mechliniam; quando Flan-
Meyer an. 1357. Num. 42. driæ Principibus utraque ea urbs paruit. Idem
Maxęmiliani diploma habet cujus verba modò
ſubjiciam. Et ſanè adhuc uſus habet, ut non ſim-
pliciter Flandria vocetur; ſed cùm adjectione:
20 Et evidenti argumento. *Flandria Proprietaria*. Quod ut magis liqueat,
id unum par eſt addere, quòd Comites Flandriæ
ſeorſum interdum uſi ſunt titulo Tenerçmondæ;
non facturi, niſi aliud à Flandria hoc dominium
eſſe ſciviſſent. Cujus rei exempla ſunt in diplo-
mate Hammenſi: *Guido Comes Flandriæ, Betu-* Vide lib. 3. cap. 2. num. 13.
niæ, & Teneræmondæ dominus. In Epitaphio: Vide. lib. 1. c. 6. num. 107.
*Machtildis Comitiſſa Flandriæ, Advocata Betu-
niæ, & Domina Teneræmondæ.* Et in tabulis pub-
licis: *Carolus Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Lim-* Archiv. Eccl. B. Mariæ Teneræm. tab. an. 1472.
*burgi, Luxemburgi, Comes Flandriæ, Dominus Te-
neræmondæ.* Enimverò poſt præſtitam illam clien-
telam, Comites Flandriæ etiam in hanc urbem Meyer. an. 1328.
(de qua tamen nulla in tabulis expreſſa mentio)
directum ſibi jus arrogarunt. Hinc Teneræmon- 21 Teneræmonda cur à Creſſiaco mulctata.
da à *Creſſiaco* mulctata legitur trecentis libris,
quia exules receperat: quod tamen *valde Tene-* Annal. cap. 154.
ræmondanis contra exſpectationem evenit: (inquit 22 De mulcta idonei ſcriptoris judicium.
Petrus Oudegherſte, & ſubdit rationem) *quia
dicta urbs non ſpectabat ad dictum Comitem; ſed ad
Beatricem de ſancto Paulo* (Viduam & uſufru-
ctuariam Joannis Dampetræ Tenerçmondæ Do-
mini) *quæ ſimul erat Domina Neellæ & Crevecurii:* Archiv. oppidi anno 1349.
Et rurſum à *Ludovico Maleano*, ob Civium inter
ſe tumultum in cæde Henrici van Loecke: niſi
id factum dicamus, quia hoc dominium jam à
Rege acceperat, etſi non omne jus, de quo la- Lib. 1. cap. 6. num. 151.
tiùs infrà, ubi de hujus Dominii Dynaſtis. Eâdem 23 Teneræmonda in quibus Concilio Flandriæ obnoxia.
ratione exiſtimo cauſas Civiles hinc ad Senatum
Gandenſem pertractas, & poſtmodum ad Con-
cilium Flandriæ: niſi id incuriâ Tenerçmon-
denſium factum aliquis credat, qui id paſſi, &
ita paulatim in morem abiiſſe, quia nemo con-
tradixit. Quod idem in cauſis feudalibus hujus 24 In quibus non.
Curiæ eventurum fuiſſe exiſtimem, niſi vindi-
cem habuiſſent virum potentem Montis acuti Diplom. Joannis Burg. anno 1419.
dominum, & per eum ipſum Principem Joan-
nem Burgundum, quod ſuprà oſtendi. Enim
verò poſtquam ab Amboſiis ad Flandros hæc di- Cap. 2. num. 15.
tio abiit, non re ſolùm ii Principes hìc ſupre- 25 Comitis Flandriæ à quo tempore & quæ hic poteſtas.
mum dominium exercuerunt; ſed id etiam ſcrip-
to reliquerunt poſteris teſtatum. Et quidem *Ma-* 26 Exempla.
leanus qui primus hoc dominium ab Amboſiis
accepit, *ſupremum ſe Dominum* inſcripſit, *ſine* Diplom. an. 1355.
medio, & abſolutum. Cujus exemplum ſecuti po-
ſteri eodem ſunt uſi titulo, inter quos *Joannes
Burgundus* diplomate de cauſis feudalibus ſe vo-
cat *Dominum ſupremum, ſine medio, & reſpectu.* Anno 1419.
Rurſum eo diplomate quo *Maxæmilianus* Cæſar Anno 1480.
concedit immunitatem à fiſco, dicitur *hoc do-
minium ad limites Flandriæ, in Imperiali ſolo ſi-
tum, teneri à Deo merâ proprietate.* Et hujuſ- 27 Priſcorum dominorum quale hic imperium.
modi ferè fuiſſe priſcos Teneræmondæ domi-
nos, ab ultima antiquitate inde apparet; quòd
non ſolùm habeant in ſua ditione ea ſigna, quæ
ad dominia alicujus notæ & dignitatis requirun- Carolus Loyſeau tractatu de Dominiis.
tur; qualia ſunt Imperium merum, mixtum, &
Juriſdictio, Eccleſia Collegiata, Abbatia, Hoſ- Vide lib. 1. cap. 6. num. 31. & lib. 2. cap. 6. num. 7.
pitale, Forum, Urbs mœnita, Caſtrum, Sigillum,
Telonium, alia dominia feudo data, Juſtitiæ
conceſſio, pœnarum etiam capitalium ante &
poſt latam ſententiam remiſſio, Jus denique aſyli;
ſed inſuper quòd *Principes Teneræmondæ* ſe in-
ſcripſerint, omniaque habuerint quæ à Politicis
ſupre-

ſupremi dominii indicia nuncupantur: qualia ſunt

28 Supremi imperii nota prima. Idem cap. 3.

Primò *Jus condendi leges*: quo non eſt alius effectus magis proprius ſupremo Imperio, adeò ut Princeps & lex ſint quodammodò relativa, quum Princeps ſit conditor legis, lex verò opus Principis: quæ publicè & privatim omnes devincit, ut Princeps in omnes & ſingulos habet Imperium. Condidiſſe autem leges Teneræmondæ Dominos palàm faciunt ſanctiones *Roberti*, quas infrà dabo.

Lib. 1. cap. 9. num. 74.

29 Secunda. Ibidem.

Secundò *Inſtitutio Magiſtratuum*, qui ſunt vivæ leges, ut leges muti magiſtratus.

30 Tertia. Ibidem.

Tertiò *Arbitrium Pacis & Belli*, cujus quidem idcò nullum exemplum, quia hâc animi moderatione fuerunt priſci hujus urbis Domini, ut iis non modò nullum bellum; ſed ne controverſia quidem cum vicinis Brabantis, Flandris, Aloſtenſibus interceſſerit. Suos tamen ſubditos ad militiam devinctos habuiſſe Conventio *Roberti* Advocati cum Canonicis Cameracenſibus palàm facit, ubi hæc verba: *Et ſciendum quod hoſpites Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem debent ire in exercitum Domini de Tenremonde, quantum terra de Tenremonde durabit*. Idem diploma ejuſdem *Roberti* teſtatur, donatione Maſminiæ, Calckenæ, & Lacrnæ, ubi ita legitur: *Si homines mei ibidem manentes, exercitus meos, vel equitaturas non fecerint ſicut debent, vel ad placita mea non venerint, ego pro forefacto tali, ſicut Homines mei judicaverunt, potero pendeare ſuper feodum quod mei homines tenent de me.*

31 Quarta. Ibidem.

Quartò *Ultimum Reſortum*. Quod jus qui habent cenſentur inter ſupremos Dominos, etiamſi ſint vaſſalli; quia eorum ſubditi & clientes non ſunt obnoxii Tribunali externo. Id autem ita dependet à ſupremo Imperio ut vocetur jus ſupremitatis, ſive, ut expreſſiùs Græci, autocratias: eſtque maximum vinculum ſupremi Imperii, quo adempto indirectè jus condendarum legum tollitur, ceteraque omnia quæ ad ſupremum Imperium faciunt. Quod in Galliis ſatis olim experti Comites & Duces hâc unâ ratione in ordinem redacti. Judicatum autem hìc olim per arreſtum, antequam in Flandriæ communionem hæc urbs conceſſit, non eſt obſcurum: quia hæc ditio neque Brabantiæ obnoxia, neque Flandriæ; ſed ſui juris ad neutrius Conſilium aut Principem appellavit, aut appellare potuit. Et quòd magis, *Joannes Burgundus* id ſatis diſertè innuit diplomate ſuprà laudato, ubi hęc verba: *Pource que celle noſtre ville tenons exempte de tout reſort*, id eſt: quia hanc noſtram urbem tenemus exemptam ab omni reſorto. Et centum octuaginta ſex annis ante *Joannem*, *Robertus* Teneræmondę Dominus gravem mulctam imponit, *quicumque judicio Scabini dedixerit*: Si verò aliquis haberet controverſiam cùm Scabino, *ad domum Teneramundanam*, id eſt, Curiam feudalem, juſſit referri, aut ad *Scabinos Antverpienſes*, non quidem ut Judices ordinarios; ſed ut arbitros, ut ex legis circumſtantiis liquet: non facturus ſi ſuperiorem Teneræmonda Judicem habuiſſet. Et quamquam ab uno ſæculo & altero hinc ad Conſilium Flandriæ provocatum eſt, tamen in Feudalis Curiæ ſententiis numquam ab antiqua conſuetudine declinatum: donec inſtituto à Carolo pugnace Parlamento hac iri cœptum: cùm antè ad Principem iretur. Imò judices hujus Curię antiquitus ipſum Principem repręſentaſſe, ex *Joannis* diplomate ſuprà oſtendimus: quod ſummum eſt ſupremi Imperii indicium; quum non civilis tantùm de feudis juriſdictio penes Curiæ noſtræ Feudalis Judices & ſit & fuerit; ſed criminalis inſuper, quæ maxima eſt non Magiſtratuum modò; ſed & Regum poteſtas. Sine illis enim aut extra eorum Curiam nullum hac urbe criminale judicium exercetur.

32 Ultimum reſortum quanti ſit.

33 Teneræmondenſes habuiſſe, argumentum unum.

34 Alterum. Anno 1419.

35 Tertium.

Vide lib. 1. cap. 9. num. 74. artic. legum 18.

Art. legum 28.

36 Partim ſublatum.

37 Partim non.

38 Judicum feudalium dignitas. Anno 1419.

Cap. 2. num. 13.

39 Supremi Imperii nota quinta. Carolus Loyſeau de Dominiis cap. 3.

Denique *Monetam cudere*, quæ nexus eſt Rerumpubl. & pacis bellique nervus, ſemper eſt habitum ſupremi Imperii: præſertim ſi ſuperiora illa acceſſerint. Cujus rei non modò jus habuiſſe antiquos Teneræmondæ Dominos; ſed etiamnum cudiſſe, manifeſtum eſt ex diplomate ab Odardo Cameracenſium Præſule Canonicis hujus opidi olim conceſſo: ubi, *pro libertatis memoria* ſtipulatur ſibi dari quotannis *tres Teneræmondenſis monetæ ſolidos*.

Anno 1108. Vide diploma infra lib. 2. cap. 2 num. 11.

40 Sexta.

41 Septima.

Bodinus *de Repub.* duo inſuper addit: *Pecuniam imperare*, & *à ſolo Deo tenere*. Prius illud habuiſſe Teneræmondæ Dominos, *Amboſii*, cui dotale hoc Dominium, diploma convincit: quo Senatui concedit poteſtatem exigendi tributi genus quod maltotam vocant. Poſterius verò *Maxæmiliani* laudatum diploma docet, ubi hic ſenſus: *Teneræmondam Dominium eſſe ſui juris, ſitum in terra Imperiali, idque Dominium tenere à Deo, merâ proprietate: neque ullo modo eſſe de tenemento Flandriæ.* Et quamquam ex poſterioribus Dynaſtis hic fuit; non aliud tamen illi jus fuiſſe, quàm prioribus conſtat. Neque eſt quod de feudo aliquis objiciat; quum tale antiquitus non fuerit, uti ſolidis conjecturis & rationibus credo probaſſe, & ipſi Principes dipomatibus ſuis ſat reliquerunt teſtatũ.

Anno 1353.

42 Teneræmondam a Deo Teneri Anno 1410.

Diplom. Philippi boni anno 1451.

43 Cur priſci Domini Flandricis ſe rebus miſcuerint, non Brabanticis.

Chronicon anno 1128.

Gigantomachia. Oudegherſte annal. cap. 171.

Quod autem jam olim Flandriæ rebus cum auctoritate ſe miſcuerunt, potuit id fuiſſe tum ob alia in Flandriæ Comitatu feuda; tum etiam muneris alicujus hæreditarii ratione: quod de *Daniële Teneramondano* apparet: quem cum *Equitio Flandriæ Majorem* Anſelmus vocat, quod aut de Majore domus aut de Marcſchalco (quæ vox eſt noſtras, & ita ſcribendum Goropius monet, & etymon convincit) intelligendum, mihi ſuſpicio; quum ſciam olim duos Marcſchalcos Flandriæ hereditarios eſſe ſolere. Unde factum putem, ut antiquitùs etiam cum auctoritate Flandriæ ſe rebus miſcuerint, non autem Brabantiæ, cui tamen æquè vicini. Ex dictis non eſt obſcurum, cur poſtquam ad Flandriæ Comites hæc urbs devenit, & paulatim in Flandriæ communionem, & nomen abiit, *Flandria proprietaria* dici cœperit: nempè, quòd ſoli Comiti obnoxia. Quod factum *Maleani* primùm tempore, qui primus Comitum, & Flandriæ & Teneræmondæ Dominium junctim poſſedit. Fuerat quidem ante in Flandrenſi familia: nempè hereditate *Machtildis Roberti* Tene-

44 Teneræmonda cur Flandria Proprietaria.

Circa an. 1355.

45 Et à quo tempore.

Archiv. Swivecan. anno 1248.

Teneræmondæ Domini filiæ, quam *Guido Dampetra* duxerat; ſed antequam is ad Comitatum pervenit, *Robertus* filius jam aditâ maternâ hereditate, Teneræmondam & re, & titulo poſſidebat. Idem hic poſtquam Flandriæ Comitatu potitus eſt, tranſtulit hoc Dominium in *Guilelmum* fratrem (cui jam ante *Guido* pater aſſignaverat, lege conjugii, cum Adela Rodolphi Nigellani filiâ) is autem ad poſteros: donec emptione ad Gallum, dono ad *Maleanum* venit: penes cujus ſucceſſores Flandriæ Comites hactenùs manſit, addita Flandriæ, non ſubdita: quod Philippi Boni Belgarum Principis non unum diploma manifeſtum facit.

46 Quis Comitum primus Teneræmondæ dominus. Anno 1264. Conventione cum Canonicis hujus oppidi an. 1264. li. 3. c. 7. n. 35. Ondegerſte Annal. c. 130. Idem cap. 163.

CAPUT V.

An Teneræmonda fuerit juris Brabantici: ubi quædam de Lotharicio, & Brabantiæ nomen unde?

Divæus Antiquit. Brabant. l. 1. c. 2.

ETENIM Brabanti ſui olim juris ad annum uſque M. C. LXXX. hoc Dominium fuiſſe contendunt: quæ res quum hactenus à plurimis credita, à paucis quæſita, à nemine quod ſciam pertractata fuerit, operæ pretium facturus videor, ſi ab Hiſtoria & ratione lucem mutuabor. Aiunt illi ex ſuis Annalibus, in compenſationem opis bello Bertholdico ſive Grimbergenſi latæ, *Godefridum* Brabantiæ Ducem *Alſatio* Flandrorum Comiti *Teneræmondam* aſſignaſſe. Dein allegant, Nobilitatem Brabanticam à *Philippo bono* huic urbi cuſtodiendæ miſſam. Tertiò ſolitum in dubiis controverſiis à Senatu Teneræmondano Antverpiam ad Senatum mitti conſultandi causâ, quod vocant *Ad caput ire*. Quartò eadem eſſe Lovanii & Teneræmondæ inſignia. Et denique *Remigium* ſive *Rengotum Calvum* Teneræmondæ Dominum à Duce *Godefrido* petiiſſe confirmationem fundationis Canonicorum à ſe factæ, non facturum niſi Brabantiæ Feudatarius fuiſſet.

Cap. 11.
1 Teneræmondam Brabantici fuiſſe juris argumentum primum.
2 Secundum.
3 Tertium.
4 Quartum.
5 Quintum.

6 Reſponſio ad I.

Ad primum Brabantorum pace reſpondeo, donationem illam fictam eſſe, ſive de Dominio utili agant, ſive de directo. Nam quod ad illud attinet, fieri non potuit; quum eo ipſo tempore, & antè, & poſt, ſuos hæc ditio habuerit Dynaſtas, quos paulò poſt dabo, ab anno circiter milleſimo ad *Maleanum* uſque, qui aut mutatione, aut *Philippi Pulchri* munificentiâ ad Flandriæ Comites hoc Dominium tranſtulit. Si verò de Dominio directo intelligant; contrà eſſe cenſebit, qui ad Flandriam ſpectaſſe, etiam ante allegatæ donationis tempus, ditionis hujus Proceres, animadvertet: quum variis bellis præſto fuiſſe Flandriæ Principi legantur, Brabanto numquam: ne ipſo quidem belli Grimbergenſis incendio, quando omnis Brabantia conceſſit in partes, ubi tamen ob viciniam & loci commoditatem, plurimum in iis fuerit momenti. Nec manu ſolùm; ſed & ſummis conſiliis de rebus Flandriæ cum auctoritate interfuiſſe, cum alii tum ille *Daniel* (quem *Majorem Flandriæ* Anſelmus Abbas vocat) indicio eſt, qui in deliberatione ſuper reprimenda *Guilielmi Normanni* tyrannide, auctor fuit, vocandi ad Flandriæ Comitatum ipſum *Theodorum Elſatium*, eundem illum, quem à Brabanto hanc ditionem dono accepiſſe volunt: cui conſilio ceteros aſſenſiſſe, & hiſtoriæ teſtantur, & rei eventus indicavit; utcumque renitente *Normanno*, & ne quidquam adjuvante Brabantorum Principe: qui ſi directus hujus ditionis Dominus fuiſſet, quid cauſæ erat, cur eam non in fiſcum redigeret, in qua tanta oportunitas, & pace & bello, medio inter Brabantos, Flandroſque loco? Saltem occaſione abſentis apud hoſtem Dynaſtę, non magis agro ſui Clientis pepercìſſet, quàm Aloſtano; quem ferro flammâque populatum ferunt. Imò verò ſi talis donatio umquam facta eſſet, quę poterat oriri controverſia inter fratres tanto dignitatis gradu diſparatos, ſi, ut antè dixi, uſus, & conſuetudo majorum, pro fratre majore, Flandriæ Comite, feudi directo Domino ſtetiſſet? Quâ autem ratione id evenerit, ſatis ſuprà, quantùm potui, expreſſi. Et quidem non agere Brabantos de Dominio directo, ſed de utili, id indicio eſt, quòd hanc donationem factam dicunt, ad liberandum Ducem Brabantiæ, à juranda clientela Comiti Flandriæ: quod diſertis verbis illi exprimunt. Cùm enim *Elſatius* ſępiùs opem tuliſſet Brabanto graviter periclitanti, ac variis ſuorum cladibus tæderet plures auxiliarios mittere, ferunt tandem Brabantorum precibus annuiſſe, eâ lege: ut eorum Dux quando ad pubertatem perveniſſet, præſtaret fidem Comiti Flandriæ, & fateretur ſe Ducatum Brabantiæ ab illo in feudum tenere, quam conditionem tum à Tutoribus acceptam, *Godefridus* adultâ ætate recuſavit: indignum Duce ratus, Comiti eſſe feudatarium, & Clientelam jurare; ſed donatione Teneręmondæ Tutorum promiſſa compenſavit, non recuſante ſcilicet Elſatio. Hæc illi; atque alia longè abſurdiora, ſatis imprudenter (fortè decepti à vernaculo, fabularum magis quàm Hiſtoriæ ſcriptore, qui primus id commentus ſit) credidêre, & aliis credendum ad poſteros tranſmiſêre. Credat Judæus apella, non ego, nec quiſquam alicujus naris. Nam qui ſit veriſimile, *Elſatium* potentiſſimum Principem, & cui tantum à bellis externis ocium, ut quater in ipſam uſque Aſiam adverſus barbaros exercitum traduxerit, directo jure in totam Brabantiam ceſſurum, quod illi pacto debebatur, & quò plerique Principum per fas & nefas ruunt, mutatione directi dominii in unum opidum Teneræmondenſe, non magnum, & exiguam partem agri; quum longè plurima, & optima ditionis pars ſit ultra Scaldim, ubi Brabantię Duci nullum umquam jus. Adde quod Divæus magno oſcitantiæ indicio, diligens alioquin Scriptor, nunc *Philippo Elſatio*, nunc *Theodoro* donationem factam ſcribit: quodque item anonymus m.s. (in bibliotheca Juſti Harduini) de bello Grimbergenſi, neque *Theodori*, neque *Philippi* meminerit; ſed omne hoc bellum ſubſidiis *Balduini* Comitis

7 Brabanti Donationem eſſe fictam, ſive quoad dominium utile, ab impoſſibili. Vide cap. 6. n. 4.
8 Sive quoad directum. Vide lib. 1. cap. 6. n. 149. & 150.
9 Ejus ratio una ab Hiſtoria. Meyer anno 1096 1126. 1127. & alibi.
10 Altera.
Chronic. an. 1128 Meyer an. 1128.
Divæus lib. 8. & Anſelmus Abbas anno 1128.
11 Tertia.
Meyer an. 1128. Et Divæus lib. 8.
12 Quarta.
Cap. 4. n. 12.
Ibidem num. 11. 12. 13. &c.
13 Brabanti an de utili an de directo Dominio agant. Annales Brabant. & Divæus lib. 8. & alii.
14 Hiſtorica eorum narratio.
Annal. Brabant. c. 1. 2. 3. alibi.
15 Quis præiverit.
16 De utili illos Dominio agere, argumentum.
Annal. Brabant. cap. 31.
17 Divæi error. Lib. 1. c. 2. l. 9.

18 Anonymi narratio. Aub. Miræus vitâ Dintheri. Comitis confectum memoret. Prudentior Dintherus, qui quatuor Brabantiæ Ducum à ſecretis, eâque ratione omnium hujuſmodi arcanorum conſcius, nuſquam hujus donationis meminit, 19 Dintherus cur hic taceat. non omiſſurus ſi vel ipſe credidiſſet, vel aliis voluiſſet eſſe perſuaſum. 20 Hæc fabula penitus exploſa. Sed quid tam multis? unus mihi aries ſupereſt, cujus impulſu omnis adverſariorum munitio concidet. Auctar. Affligem. à Miræo editum. *Grimbergæ Dominus* (verba ſunt Chronographi Affligemenſis ad annum M. C L I X.) *omni auxilio deſtitutus, à Comite Flandriæ derelictus, cui ſoli innitebatur, cum Duce, ſerò tamen, in pacem rediit.* Vides Grimbergæ Domino Flandrum ſtuduiſſe, non Brabanto. Et quidem de hac narratione quis dubitabit? Quum auctor eo ipſo tempore vixerit, quo hæc geſta ſunt, ut rectè notavit ad Auctarium Affligemenſe doctiſſimus Aubertus Miręus, & ipſe Scriptor narratione anni M.CLIII.& M. CLIV. reliquit teſtatum. Eant ergo in malas tenebras, quicumque in poſterum illum fictę donationis fucum addent Hiſtorię: cui veritas eſſe anima debet, non commentum.

21 Reſponſio ad II. Ad Nobilitatem illam Brabanticam quod attinet, Oliv. de la Marche l. 1. cap. 25. neque Meyerus, neque Annales, neque Meyer an 1452. Chronica Brabantiæ, neque Oliverius de la Marche, Ibidem. ejus ævi ductor & Scriptor ullam mentionem faciunt: 22 Allegatum eſſe falſum. quod non erat omittendum, ſi verum: ſed lego, ipſum Principem cum nobilitate aulicâ huc veniſſe menſe Martio, & manſiſſe ferè ad Inducias belli Gandenſis, quæ initæ Julio proximo, & inde Bruxellas profectum, relicto Teneræmondę & alibi juſto præſidio.

23 Reſponſio ad III. Quod tertio loco ponitur, nempe Teneræmondanos in dubiis cauſis Senatum Antverpienſem conſulere ſolitos, Conſilio 3. (quod malè Appellationem Nicolaus Everhardus vocat) 24 Conſuetudo conceditur, Brabantia fuiſſe negatur. non magis probat hanc urbem fuiſſe Ducatus Brabantici, quàm etiamnum eſſe. Si enim hac ratione fuiſſet; adhuc eſſet: 25 Ratio. ea namque conſuetudo intermiſſa quidem eſt, non tamen omiſſa. Itaque manente cauſa effectus maneret. Superſunt enim varia poſt fictam illam donationem hujus rei exempla, ut ipſi Antverpienſes poſſunt meminiſſe; & quidem unum recentis adhuc memoriæ, cum cis paucas annorum decades, miſſi è Senatu duo Antverpiam cum Actuario conſultum quid ſtatuendum eſſet in cauſa Joannis de Hooghe, Rei, adhuc ſuperſtitis. Quo autem plànius hanc conſuetudinem lector intelligat, viſum hìc uno verbo indicare ejus rei modum. 26 Conſuetudo explicata. Ante judicandum ubi difficultatem res habebat, ne temerè diriberent, mittebantur è Senatu Antverpiam, qui in frequenti Senatorum conſeſſu dicerent, *hanc vel illam cauſam coram Scabinis Teneræmondæ controverti, quæ quum ultro citroque variè ſit agitata, tam ſolidis utrimque argumentis, ut dicti Scabini non ſint eâ prudentiâ, aut ſapientiâ, ut potuerint diribere, & certò judicare: ſe publico juſſu ad Senatum Antverpiam miſſos ad referendum. Itaque rogare ut Senatui placeat de jure reſpondere, & capitalem ſuam ſententiam exprimere.* Hoc facto ſcripta communicabantur, & habitâ ſuper iis deliberatione, non ferebant quidem Antverpiani ſententiam ſed eam ſcripto Legatis dabant in Curia poſt reditum edicendam. Cujus quidem rei hujuſmodi eſt formula: *Viſis & examinatis iis, quæ coram Scabinis capitalibus delata ſunt, habitoque ſuper iis Judicio Juriſconſultorum, mandamus Scabinis hunc in modum diribere, & ſententiam effari.* Et re verâ vix id aliud erat quàm hodierna Conſultatio, quæ à ſubalternis Magiſtratibus fit apud Juriſconſultos, quorum deciſio nanciſcitur vim ſententiæ, etſi ante Judicis enuntiationem privata tantùm eſt opinio. Id tamen intereſſe didici, quòd alterutrâ partium petente, cogebatur Judex *ad caput ire*, ut vocant, ubi nempe aut ſuſpectus erat, aut putabatur ignarus cauſę; ad Conſultos autem Juris ire non cogitur: quod tamen pæne ſemper fit ob periculum mulctæ, ſi perperam definiatur. Dein non alligatur Judex ſententiæ certi Juriſperiti; à ſententia verò Capitali deflectere eſt nefas. Potiſſimùm autem id uſu receptum exiſtimem, 27 Quando recepta. antè quam ad Flandriæ Comites hæc ditio devenit: quando ſine provocatione Teneræmondæ judicatum eſt, ut ſupra oſtendi. Capite 4. n. 31. Et quia olim ante appellandi uſum, non de partibus 28 Quæ cauſſa damnati apud Dominos querebantur, ſed de Judice; quo Senatores ſine ſuorum invidia, minore Partium ſuſpicione, majore ſuâ ſecuritate, & inconcuſsâ judiciorum auctoritate, controverſa definirent, conſultatum iviſſe credo, non in Brabantiam, neque in Flandriam, ne ad alterutrum Tribunal paulatim traherentur; ſed ad urbem Imperialem Antverpiam: 29 Cur Antverpiam itum. ſive Dominorum arbitrio, ſive Senatus primùm electione, ſive conceſſu partium, ſive nobili priſcis temporibus Senatus Antverpienſis æquitate, ad quem etiam è longinquis Campiniæ locis antiquitus hâc cauſâ itum, Gramaye Campiniæ cap. 6. ſive antiquâ ſub Marchionatu conſuetudine, cujus antiquitus hanc ditionem membrum fuiſſe non eam inficias, ſeu demum alia de cauſa, quo tempore pauci totâ Flandriâ, Brabantiâ, Belgicâ denique univerſâ, non dicam rerum, ſed ne ſcribendi quidem, aut legendi erant periti. Itaque quod ignorabant, cogebantur ab aliis diſcere: ne per inſcitiam fas, nefaſque confunderent, quod ipſum conſultandi formula innuit, quam ſupra dedi. Neque hìc diſſimulare ingenui putem, quod à legiſlatore & Domino hujus urbis *Roberto*, adſentiente Senatu olim eſt decretum, quod in ſpeciem pro Brabantis facit, cujus hæc ſunt verba: 30 Roberti Teneræmundæ Domini lex. Vide infra cap. 9. num. 74. art. 30. *Si Dominus Teneræmondenſis, vel aliquis alius, contra Scabinos aliquid velit dicere, ſuper aliqua cauſa; Dominus Teneræmondenſis debet eos ſubmonere ad domum ſuam apud Teneræmondam, vel apud Antverpiam, vel alibi ubicumque Dominus vellet, ubi poſſet adducere Scabinos de Antverpia, & ibidem debent venire & judicio Scabinorum de Antverpia, Scabini Teneræmondenſes poſſunt convinci.* Unde temerè aliquis exiſtimare 31 Inde objectio. queat, Senatum Antverpienſem judicem fuiſſe inter Dominum hujus opidi, & Scabinos, eoque magis inter Domini ſubditos; ſed accuratiùs diſpicienti 32 Ejus ſolutio. liquet honorarium tantùm id arbitrium;

Vide infra cap. 9. num. 74. titulum Robertinæ. bitrium fuiſſe, & adſciticium: quod tamen vo-
luntate Domini, & Senatus aſſenſu plenę ſen-
tentiæ vim habuit, ne aut per vim omnia Do-
mino licerent, aut Scabini refractarii fierent, &
potiſſimùm ne in infinitum controverſiæ tra-
33 De ejus conſuetudinis origine conjectura. herentur. Imò verò fieri queat ut ab hac ſan-
ctione illa conſultatio originem habuerit, & exin-
de Antverpiam ſit itum, non in Scabinorum
modò cauſis, quod hìc præcipitur; ſed paulatim
etiam quibuſlibet, non eodem tamen fine: quia
non erat de his lex, ut de illis: ſed ut in cauſis
Scabinorum ad dictos Scabinos definitionis cau-
sâ ex lege ibatur, ita demum etiam in aliis qui-
buſlibet conſultationis gratiâ: qua de re poſtea
lex potuit eſſe lata. Quam illis operam Ant-
verpiani non negarunt, quia in ſpeciem ſpecta-
34 Ea firmata. bat ad incrementum auctoritatis. Si verò ante
id tempus ea conſuetudo uſitata fuiſſet, vel illud
animo Robertus agitaſſet; qui varias de judiciis
35 An ea conſuetudo ſublata. leges tulit, hanc non erat omiſſurus. Ceterum
quòd ad Curiam Flandriæ nunc eſt provocatio,
nihil impedit dictam conſultationem, ſive ut
Flandricæ formulæ vim exprimam, *Itionem ad
caput*: namque in ipſis hujus opidi conſuetudi-
nibus ubi ad Flandriæ Concilium conceditur
appellatio, hæc etiam *ad caput eundi* conſue-
36 Iterum argumenti nervoſa rejectio. tudo jubetur obſervari. Nunc ut rivum hunc
claudam, ſi neque provocatio ad Curiam Flan-
driæ, neque cum ea gente communis cenſus,
& tributa, hoc Dominium Flandriæ membrum
Cap. 4. n. 27.19. faciunt; quod jam antè *Philippi boni* diploma-
tibus oſtendi; multo minùs efficet dicta con-
ſultatio, ut Brabantiæ pars hæc ditio fuerit:
quæ ſi umquam fuiſſet, quum non omnino o-
miſſa ſit ea conſuetudo, Brabantia certè eſſe
non deſineret.

37 Reſponſio ad IV. Quoad inſignia Teneræmondæ cum Lova-
nienſi urbe communia, præterquam quod reſ-
ponderi queat diverſi coloris eſſe, nam ubi illa
alba, hæc rubra ſunt, & contra (quod mul-
tum intereſſe ejus rei periti norunt) hæc ratio
38 Auſtriæ & Lovanii eadem inſignia. refellitur armorum Auſtriæ, & Lovanii colla-
tione: quæ & re, & colore eadem, nihil ta-
men efficiunt commune Auſtriacis & Lovanien-
ſibus: niſi fortè eâdem ſtirpe ortos velint Ar-
chiduces Auſtriæ & Comites Lovanienſes, quod
39 Item Teneræmondæ & Betuniæ. non facit ad hunc rhombum. Dein argumento
à pari, ſequeretur etiam Betuniam eſſe juris
Brabantici, quum eadem ſint Teneræmondæ,
& Betuniæ inſignia.

40 Reſponſio ad V. Denique quod de Ringoto Calvo adferunt,
ſuique argumenti auctorem Divæum laudant,
41 Argumentum an verum. Lib. 1. cap. 2. ſomnium merum eſt. nam toto opere Antiqui-
tatum ſive rerum Brabanticarum, qui proprius
huic rei locus eſt, & ubi Tenerȩmondam ille
42 Negativa ratio. auctor ſuæ Brabantiæ conatur aſſerere, nec om-
ninò uſquam in Schædis quæ ſuperſunt in bi-
bliotheca doctiſſimi Auberti Miræi ejus confir-
43 Altera à præpoſtero. mationis meminit. Et quidem quomodo potuit
à Brabantiæ Duce confirmationem ſuæ funda-
Divæus lib. 2. tionis *Ringotus* petiiſſe, quum ille Ducatus in-
ſtitutus ſit anno M. C. VII. *Ringotus* autem
Lib. Obituum Eccleſiæ Teneræmond. obierit anno M. C. VI. ut ex ejus Epitaphio
& aliàs, abundè conſtat.

Nunc ut breviter ſententiam meam aperiam, 44 Controverſiæ Conciliatio.
ubi neque utile Tenerȩmondæ Dominium, ne-
que directum penes Brabantiæ Duces fuiſſe o-
ſtendi, ne nihil illis videar largiri, dum quæ-
ritur num Teneræmonda fuerit juris Brabantici,
ſi tam latè Brabantiam extendant, ut eo nomine 45 Teneræmonda quo modo olim Brabantia.
cenſeatur quidquid fuit pagi Bracbantenſis, cu-
jùs limites Tornacum uſque pertinere Sigeber-
tus auctor eſt, & Brabantici juris facit quid- Ad an. 1059. & Anſelm. Abbas Affig. ad an. 1123.
quid eſt cis Scaldim; concedam Teneræmon-
dam ſitam in Brabantia: & eâdem ratione om-
nem ditionem Aloſtanam cum magna parte urbis
Gandavenſis, idque ex mente Divæi, qui *Brach-* Lib. 7. & Annal. Brabant. cap. 45.
*bantiam, Bratuſpantes, ſeu pagum Brachbantenſem
alios olim fines habuiſſe* fatetur. Et quidem in al- 46 Brabantiam nunc quam olim anguſtiorem.
terum uſque, id eſt Flandricum Scaldȩ latus, ve-
terem ſe Brabantiam extendiſſe in Chronicis D.
Bavonis Ludovici Imperatoris diploma teſtatur:
ubi *Monaſterium quod dicitur Ganda* (D. Ba-
vonis Gandavi) *ſitum in pago Brachbantenſi*. Un-
de & illud manifeſtum, non omnia quæ in pago
Brachbantenſi juris fuiſſe Lotharingici: patuiſſe
enim ea quæ in latere Flandrico Vicario primùm
Cæſaris, qui in veteri caſtro Gandâ, ut dein
Comiti novi Caſtri, quod Othonianum vocant,
tam eſt veriſimile, ut multis rationibus non in-
digeat: quum in confeſſo ſit, quòd *Scaldis flu-* Chronic. D. Bavonis ad annum 1035.
*vius à fonte ſuo uſque ad mare diſcernit Regnum
Lotharienſe à Comitatu Flandriæ, qui eſt de Reg-
no Franciæ*. Alibi idem Cœnobium *in ſolo Im-* Archiv. D. Bavonis Dip. Joannæ Comitiſſæ anno 1236.
periali dicitur: non quia in Imperiali Scaldis la-
tere (quod contra eſt) ſed quia in ſolo Impe-
rii, ut de tota Waſia, parte ditionis Teneræ-
mondanæ & quatuor Ambactis liquet: quæ etſi
in latere Flandrico, Flandriâ tamen non com-
prehendebantur donatione *Caroli Calvi*, quæ *Bal-* Meyer. an. 863.
duino ferreo primo Comiti uxoriæ dotis nomi-
ne facta. Ea enim *terminos habuit Scaldem, So-
monam, & Oceanum*. Quod de Brabantia dixi, 47 Teneræmonda olim Lotharingia.
etiam de Lotharingia reſpondebo: cujus limi-
tes Scaldim & Rhenum faciunt, quocirca in
Nortgeri Leodienſis Epiſcopi Epitaphio, Va- Henricus Doultreman. Triumpho Princip.
lencenæ ponuntur in Marchia, id eſt, limite,
Franciæ, & Lotharingiæ; quia videlicet me-
diam eam urbem Scaldis ſecat, utriuſque limes.
Itaque Lotharingici etiam juris Teneræmon-
dam facio, ſi de veteri limite ſit quæſtio. Si 48 Eadem numquam Ducatus Brabantici.
verò an fuerit Ducatus Brabantici pars, & feu-
dum, & donatione pro hoſtimento, ad Flan-
driæ Comites devenerit, quod illi volunt, non
priùs concedam, quàm id de Comitatu Aloſtano,
& parte urbis Gandenſis oſtenderint, & hâc
atque ſuperiore diſſertatione ſolutâ, Teneræ-
mondæ Dominum clientelam Brabantiæ Duci
præſtitiſſe, vel uno exemplo comprobarint.

At vero quum hìc de Brabantia & Lotha- 49 De Lotharicio & Brabantia nomine diſſertatio nova.
ringia ſit ſermo, non inportunum credo erit,
ſaltem non ingratum antiquitatum ſtudioſis, obi-
ter annotare, quod neque apud Brabantos, ne-
que noſtrates Chronographos legere memini,
compertum tamen habeo partim ex M. S. Chro-
nicis D. Bavonis, quȩ mutuo à Clariſſimo viro
Maxæmyliano Vrientio acceperam, partim ex
obſer-

obſervatione optimi & doctiſſimi Simonis Kerckhovii, apud quem cùm de hujuſmodi deliciis ſermo eſſet, hilarè retuli quod recens
Ad an. 967.
in dictis Chronicis præter opinionem, & oppidò quam inexſpectatum legeram, *Machtildem viduam Balduini* (Comitis Flandriæ Arnulphi magni filii) *nupſiſſe Godefrido Duci de Eenham: ex qua genuit tres filios Godzilonem Ducem, Godefridum, & Herzelonem*, & iterum inſcriptione mo-
Sigebert. an 1005
nimenti: *Epitaphium Godefridi Ducis Eenhamenſis, in Blandinio ſepulti.* Cùmque dicerem, me hinc trahi in alias ſuſpiciones, commodùm ille ſubjecit:
50 Lotharicii ruina ubi.
in Eenhamenſis Cœnobii vicinia rudera quædam ſupereſſe, & veteris Sacelli parietinas, quod vulgo *Sacellum Lotharicii* vocant, ut & ipſum locum *Lothryck*, id eſt Lotharii Regnum: ab arce credo, aut prætorio ibidem à Lotha-
51 De Eenham ſuſpicio.
rio ſtructo, quæ res ſuſpicionem meam confirmavit: non quidem Ducatum *Eenhamam* fuiſſe, quod alibi nuſquam exſtat; ſed prę aliis amatum hunc Principibus locum, & primariam ditionis Lotharingicæ fuiſſe ſedem, & inde *Eenhamenſem* hunc titulum pro tota ditione poni.
52 Eadem confirmata. Ad an. 1005.
Hanc meam ſuſpicionem inſignis apud Sigebertum locus confirmavit, cujus hæc ſunt verba: *Anno* M. V. *mortuo Othone Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennenſis. Iſte Dux Godefridus dictus eſt Ei-*
53 Eenham olim quid.
hamenſis. Erat autem Eiham opidum & caſtrum munitiſſimum, & ſedes principalis Ducatûs regni Lotharici. Qui Dux Godefridus duxit Machtildem filiam Hermanni Ducis Saxonum, relictam Balduini Comitis: de qua idem Godefridus genuit tres filios, Godefridum, Godzilonem, & Hezcelonem. Hezcelo Comes poſt mortem Ducis Caſtrum Eiham cum Provincia Brabantenſi ſuſcepit & diu tenuit. Hic enim genuit filium nomine Herimannum, & filiam nomine Berthildem: qui dum adhuc juvenes eſſent defuncti ſunt, & in Eccleſia apud Felſicam ſepulti: qui poſtea multis miraculorum ſignis claruerunt; ſed à Virdunenſibus Monachis furtivè ablati ſunt. Alteram quoque filiam tradidit nuptui Reginero Montenſi Comiti, ſimul cum tota Provincia Brabantenſi. Multa hìc notatu digna; quæ autem ad rem noſtram faciunt, cumprimis hæc: *Godefridum Ducem dictum Eihamenſem: & Eiham opidum & caſtrum munitiſſimum, principalem fuiſ-*
54 Quid nunc.
ſe ſedem Regni Lotharici. Eſt autem nunc Eenham (veteres *Eiham* & *Iham* dixêre) nobilis ad Scaldam juxta Aldenardam locus: ubi celebrem
55 Olim portu nobile. Ibidem Chronicon Camerac. Rerum German. lib. 1.
olim portum fuiſſe Beatus Rhenanus meminit, cui conformiter Chronographus Cameracenſis, *Locus eſt*, inquit, *ſuper Scaldim fluvium* quem *dicunt Iham, ubi modernis temporibus honorabilis vir Comes Godefridus & uxor ſua Machtildis matrona videlicet memorabilis (erat enim ſuum præ-*
56 Caſtro.
dium ſuis uſibus opportunum) caſtro quidem mu-
57 Mercatura.
nito navigium, mercatum, telonium ceteraque negotia ſtatuerunt. Et ſubjungit: *Infra caſtrum ve-*
58 Monaſteriis.
rò Monaſterium in honore Sanctæ Mariæ deputatum Canonicis fundaverant; Extra verò Herimannus filius duo Monaſteria ſtruxit, unum Sancto Laurentio, alterum ſancto Salvatori. Multo antè ſancti Fredegandi juxta Antverpiam Monachos relicto Turnino vulgo *Deurne*, quorum
Aub. Miræus Originum c. 30. ill Auctario.
Cœnobium Normannicâ rabie everſum ferunt, huc fugiſſe, & domicilium collocaſſe, poſſeſſiones Eenhamenſis Cœnobii, quas olim in agro Antverpienſi & præſertim Turnini habuêre, ſuſpicionem præbent. At verò caſtrum illud,
59 Caſtrum à quo everſum. Chronic. D. Bavonis an 1014. Meyer an. 1133. Idem a. 1063.
quod dixi, dirutum eſt à Balduino Barbato Flandriæ Comite, cujus filius Balduinus Pius ſive Inſulenſis ibidem Monaſterium condidit, Ordinis D. Benedicti quod à loco *Eenhamenſe* dicitur:
60 Ibidem Cœnobium à quo.
cui *tribuit caſtellum Einham, eâdem quâ ipſe ab Herimanno Montenſium Comite acceperat libertate: pertinente tamen ejus loci patrocinio ad Comites Flandros.*
61 Eenhamæ Dominus quis.

Ex eodem aut ſaltem vicino ſolo *Brabantiæ*
62 Brabantiæ nomen unde.
nomen derivare non tam difficile erit, quàm novum. Nam (omiſſis de Brabone fabulis, quas
Gygantomachia.
conſentiens omnium doctorum auctoritas jampridem exploſit, & acutis ſolertiſſimi Goropii alluſionibus, qui *Brabant* quaſi bravam bandam dici vult, & *Bratiſpantium* quaſi *Braeſſten bant*, id eſt braviſſimam bandam, Latinè fortiſſimam cohortem) quum receptum ſit aut Eenham, aut
Oudegherſte Annal. c. 39. Meyer an. 1078. & an. 1280.
Brakele (uterque in Comitatu Aloſtenſi locus eſt) Brachantum appellatum fuiſſe; & inſimul ejuſdem dictionis nomen *Brachantum* eſſe & *Brabantum*,
63 Brachantum & Brabantum Synonima.
quid impedit corrupto nomine *Brabantiam* à *Brachanto* nuncupari? Præſertim quum antiquitus non *Brabantia:* ſed *Brachbantum* ſolere dici, norint omnes qui Hiſtoriam patriam. Et quidem quid faciliùs quàm ſive Latino, ſive noſtrate charactere *b* pro *h* & legere, & ſcribere? Unde primùm error, qui tandem publicus evaſit. Eadem eſt ratio in terra *Bracbatenſis* & *Brachatenſis*: etſi in hac dictione de mendo Sigebertum Divæus ſuſpectum habet, cui ſpuria
64 Divæi error. Rerum Brabantic. l. 1. c. 1.
ea vox viſa eſt; ſed malè: quum vel ex Meyero manifeſtum ſit indifferenter *Brachantum* &
Ad an. 1078.
Brachata dici: & indubitata diplomatum fides convincit. Cui rei idoneæ teſtes tabulæ Affligemienſes:
Orig. Miræi cap. 43. Inſcript. Diplom. Godefridi ibid.
ubi *Henricus Divinâ propitiante clementiâ Bracbatenſis patriæ Comes, & advocatus*, & alibi ſæpius. Porrò terram *Brachantum*,
65 Brachantum & Brabantum ſynonima eſſe probatur.
& terram *Brabantum* Synonima eſſe, quod jam dixi, non ex affinitate modò vocum apparet: ſed inſuper ex dicto D. Bavonis Chronico duo loci convincunt. Prior eſt hìc: *Balduinus In-*
Ad an. 1035.
ſulanus terram Aloſtenſem, & Gerardimontis, & Brabantum terram uſque Teneram fluvium, de Regno Lotharienſi ſibi uſurpavit. Alter verò
Ad an. 1057.
paulò poſt: *Henricus Rex Balduino Inſulenſi Comiti prædicto, Brachantum terram uſque Teneram fluvium, ejus hominio acceptam, in feudum conceſſit.* Ubi utrobique iiſdem de locis agi nemo humanior ignorat. Et ſi quis putet ſoli huic Chronographo eum ſcribendi morem fuiſſe; legat is diploma Lotharii, quod in archivis Blandinienſibus, ubi *Tdeghem* ponitur *in Brachanto*. Vides etiam hìc *Brachantum* pro *Bracbanto* poni.
66 Brachantum pro Brabanto. Epiſt. 42. Cent. III. ad Belgas.
Sed & univerſi ille Phœnix, immortalis Lipſius, diſertè fatetur, *Brabantiæ* antiquum nomen *Brachantum* eſſe. Rurſum *Brabantenſe* etiam
67 Brabantum pro Brachanto.

nomen pro *Brachanto* uſurpari, & terrâ *Bra-*
Ad an. 1005. *chatenſi*, ſive *Eenhamia*, ex Sigeberto ſupra no-
tum: cujus vel ideo continuam orationis ſeriem
dedi. Ibi *Hezzilo Comes*, *Eiham cum Provin-*
cia Brabantenſi ſuſcipit, *& filiam nuptui tradit*
68 Hodiernam Brabantiam extra veterem eſſe. *cum tota Provincia Brabantenſi*. Ubi illud *tota*
omnem hodiernam *Brabantiam* excludit: quum
certum ſit, neque Comitatum Lovanienſem,
neque Bruxellenſem, neque Nivellanum Hez-
cilonem poſſediſſe; ſed terram *Brachatenſem*
69 Illi rei lux. tantùm, atque *Eenhamiam*. Cui rei lucem dabit
Ad an. 964. Meyerus, qui hanc Henzilonis ditionem *terram*
Brachatenſem vocat, ipſum autem *Henzilonem*
Eenhamenſem: ut & antè, patrem ejus *Gode-*
Ad an. 1005. *fridum Eihamenſem* dictum Sigebertus meminit.
70 Brabantiæ nomen non eſſe à Bratuſpantibus Hæc originatio verior quàm à *Bratuſpantibus*:
unde aliqui contractè *Brabantiam* deducunt, pro
Divæus Rerum Brabant. lib. 7. *Bratuſpantia*; etſi magna eſt vocis & (olim)
Ibidem. populi vicinia, quem Lovanienſibus affinem fuiſ-
Origin. Miræi cap. 31. ſe hiſtoriæ docent. Cur autem *Bratuſpantiam*
à *Brabantia* alienam putem, ratio eſt hæc: quod
Anſfridus Comes Hoyenſis, *Teyſterbandiæ*, *Bra-*
tuſpantiæ, *& Dominus de Holtena*, *Bratuſpan-*
tium fuit Comes, quando *Bracbantum* à Duci-
Ibidem. bus Lotharingię poſſidebatur: paulò poſt autem
à Comitibus ſeorſum, quando ab anno D. CCCC.
XCIV. ejuſdem Anſfridi dono, Comitatus *Bra-*
tuſpantium, & Teyſterbandiæ, ad Eccleſiam
Trajectenſem devenerat. Quod autem Anſfri-
dus *Bratuſpantium* fuerit Comes, eamque di-
tionem dederit Eccleſiæ Trajectenſi, liquet in
Ibidem. Originibus Miræi, ex ſcriptore qui Anſfrido
æqualis, & inſuper ex Sigeberto ad annum D.
CCCC. XCVII. Itaque alia ditio *Bratuſpantia*
fuit à *Bracbanto*; neque inde hoc nomen de-
ducendum; ſed, ut dixi, à *Brachanto*: præſertim
Supra num. 65. quum oſtenderim *Bracbantum* & *Brachantum*
ejuſdem eſſe notionis. Quocirca noſtræ Flan-
driæ gratari lubet, & *Brachatenſis* atque *Een-*
hamæ loci genio, cujus ſolum tot proceres olim
non incolere ſolùm dignitati ſunt; ſed & inde
titulorum ſeriem inſignire. Sed hæc prius fuê-
re: nunc civile imperium Eccleſiaſtico *Een-*
hama mutavit, omiſſoque ſuperiore titulo, Cœ-
nobium, ut dixi, & Abbatem habet: qui illu-
ſtrium heroum ſucceſſor, *Eenhamenſis* pagi Do-
71 Eenhamæ præſens Dominus. minio potitur: quæ dignitas nunc eſt penes am-
pliſſimum Brugarum Antiſtitem *Carolum Phi-*
lippum de Rodoan, natalibus, eruditione, vir-
tute illuſtrem: qui everſum nuper calamitate
72 Cœnobium reſtituit. ſæculi Cœnobium ingenti ſtudio, & inpenſis,
priſtino nitori indies reſtituit. Lotharicii tamen
Ducalem titulum Brabantiæ Principes vetuſto
de more adhuc inſcribunt, imò etiam præſcri-
bunt: idque & meritò, & veterum imitatione:
Meyerus ad an. 1247. & Divæus Rerum Brabant. l. 1. cap. 12. Idem l. 1. cap. 2. quum Brabantiæ titulus demum ab Henrico ter-
tio aſſumptus ſit, ad annum M. CC. XLVII.
An autem hoc *Lotharicium* ab illo, quod dixi, an
aliunde, hìc non diſputo (à Lothario enim eſſe
73 Lotharicium Brabanti fruſtra quæſiverunt. peritiores norunt.) Hoc modò dicam: Brabantos
jamdiu *Lotharicium* ſuum quæſiviſſe; ſed (quod
Lib. 1. cap. 12. & ipſe Divæus in Brabantiæ ſuæ antiquitatibus
fatetur) numquam niſi per ſomnium deſignaſſe

CAPUT VI.

Domini Teneræmondæ.

POſtquam oſtendi Dominium hoc liberum 1 Superioris Capitis comprehenſio.
eſſe alodium Imperii, & urbem in ſolo Im-
periali ſitam veteri Brabantiæ eſſe annumeratam;
non fuiſſe tamen umquam Ducatus Brabantici,
neque ejus provinciæ feudum, neque dono Du-
cis ad Flandros deveniſſe: Nunc Dominos per-
cenſebo, ab ultima origine quantum poteſt. Et Meyer. an. 750.
ne incerta pro certis obtrudam, omiſſo Magryp- 2 Magryptius an Teneræmondæ Dominus.
tio qui circa annum D. CC. L. vixit, & hanc di-
tionem tenuiſſe dicitur (cujus tamen rei nullum
uſquam reperi veſtigium: nam quod de Cœno-
bio Dickelvennæ ſtructo ſcriptores meminerunt,
id nos non tangit: eſt enim Dickelvenna Comi-
tatus Aloſtenſis,) ad eos accingar, qui aut hiſto-
riarum monimentis, aut fide diplomatum erui
potuerunt. Inter quos

Primus occurrit HAIMO, quem Tungrorum 3 Haimo Teneræmondæ Comes.
Annales Teneræmondæ Comitem vocant: &
circa annum D. CCC. Vorſiam ejus gentis Re-
giam puellam duxiſſe ferunt.

Poſt hunc altum fuit ſilentium, donec HUGO 4 Hugo de Tenremonde.
de Tenremonde occurrit, qui anno M. LXI. Blan-
dinienſi diplomati ſubſcripſit: ut nobis ſuggeſſit
Clariſſimus Joannes Baptiſta Gramaye.

Aliquanto poſt vixit ALARDUS *de Tenremon-* 5 Alardus de Tenremonde.
de, ut liquet ex Corbeienſi diplomate, &

BERNERUS *de Tenremonde* qui cum Aſtrico 6 Bernerus de Tenremonde.
nepote legitur inter teſtes diplomatis Fulgentii, Apud Aub. Miræum in Originibus cap. 57.
primi Abbatis Affligemenſis, anno M. XCVI. &
denique

DANIEL *de Tenremonde*, qui cum Roberto 7 Daniel de Tenremonde.
Flandriæ Comite profectus eſt ad ſacrum bellum. Meyer. an. 1097.
Horum omnium quis dominus Teneræmon-
dæ fuerit, quum eodem pænè tempore vixerint,
incertum; de DANIELE tamen ſuſpicor; quia id
nomen huic genti amatum: & ratio annorum
non repugnat HUGONIS fuiſſe filium. 8 Adelwidis Teneræmondæ Domina.

Sequitur ADELWIDIS, quæ *Ringoto Calvo* ſive
Remigio Teneræmondæ Dominium dotale at- 9 Ejus maritus.
tulit. Horum opus creditur ſummum urbis tem- Diplom. Odardi Epiſc. Camerac. an. 1108.
plum, D. Virgini dicatum: ubi ſex Canonicos
inſtituerunt. Hic Ringotus idem fuiſſe potuit, qui Vide infra n. 16. Ringoti Epitaph. num. 17.
in Chronicis D. Bavonis *Gandenſis Cœnobii Ad-* Ad an. 1050.
vocatus dicitur. Idque eò veriſimilius quòd in 10 Advocatus D. Bavonis Conjectura
ejuſdem Cœnobii Archivis *Machtildis Teneræ-*
mondæ Dominæ, *& Sigeri Caſtellani Gandenſis ma-* Tabul. an. 1221.
jores leguntur *poſſediſſe D. Bavonis Advocatiam*. 11 Conjecturæ ratio una.
Quin & ipſa Machtildis conventione cum Joan- 12 Altera.
na Comite Flandriæ, ejuſdem Advocatiæ men-
tionem facit. Eâdem ratione credo *Philippum* 13 Tertia.
Audacem Comitem Flandriæ Teneræmondæ Archiv. D. Bavonis.
Dominum inter ceteros Conſervatores Eccleſiæ
Sancti Bavonis & bonorum ejus Cœnobii, con-
ſtituiſſe Prætorem Teneræmondenſem. Obiit 14 Ringoti mors
autem Ringotus anno M. C. VI. tertio Nonas
Octobris. ADELWIDIS verò biennio poſt adhuc Obituar. Eccleſiæ Teneræmondenſis ad III. Non. Oct. Dipl. Odardi 1108. l. 2. c. 2. num. 11.
fuit ſuperſtes. Utriuſque epitaphium aut potiùs
fragmentum, ut in Scædis doctiſſimi viri Diony-
ſii Harduini, apud Juſtum Harduinum nepotem
exſtat,

15 Quid monimento inſculptum & inſcriptum.

exſtat, hîc dabo: *Duorum* (inquit) *effigies ſpectabantur: alterius Equitis, cum inſcriptione ad caput Gothico charactere* REIMGO... *Alterius autem matronæ herminis ut vocant amictæ, cui adſcriptum nomen* ADELWID... *In quadro autem ſaxi hæc legi poterant:*

Munificus, prudens fuit, atque pudicus.
Ut David Magnus ... mitis ut agnus.
Inſtituit Chorum lib....:Canonicorum.

Cetera longo ævo trita legi non poterant.

16 Teneræmondam Adelwidi dotalem, unde conſtet.

Fuiſſe autem Teneræmondæ Dominium ADELWIDI dotale, hinc manifeſtum: quòd *illa in ſcuto ſuo præferebat ea inſignia quibus hæc urbs ab omni memoria utitur. Maritus verò tres oblongos geſtabat palos Loſſenſium armis ſimiles.* Hanc cum Sarcophago inſcriptionem etſi antiquitatis gratiâ ſervari æquum erat; tamen ad majorem rei memoriam, & propagandæ tantæ Viri pietati, novum *Ringoto* Monimentum Senatus decrevit: quod è Scędis prudentiſſimi viri Joannis de Clerck, hujus urbis Actuarii deſcripſi, in hæc verba:

17 Ringoti recentius Epitaphium.

ILLUSTRI AC VERE NOBILI VIRO, AC HEROI,
DOMINO RINGOTO CALVO,
CIVITATIS ET TERRITORII TENERÆMONDENSIS DOMINO,
HUJUS DEO AMANTISSIMI TEMPLI,
AC CANONICORUM FUNDATORI,
CHRISTIANÆ VERÆ PIETATIS,
ET OMNIS HONESTATIS PROPAGATORI:
CUJUS VETUS SEPULCHRALIS INSCRIPTIO
LONGO PEDUM USU DETRITA EST,
S.P.Q. TENERÆMONDENSIS,
NOBILIS VIRI MANIBUS,
ET ILLIUS PIISSIMÆ MEMORIÆ DEVOTI;
QUO TAM PRÆCLARA VIRI VIRTUS,
POSTERIS PRO DOCUMENTO, ET EXEMPLO
FORET
GRATITUDINIS ERGO POSUERUNT. An. M.D.LXI.
DECESSIT AB HAC VITA Anno M.C.VI.
SIT SUPER ILLUM PAX DEI.

18 Daniel Teneræm. Dominus. Meyer an. 1126.

Succeſſit DANIEL qui cum Balduino Gandenſi, Galtero Lilarienſi, Regnardo Walnenſi, Theodorico Dicaſmudenſi, Richardo Berſtano, Hellino Bochautio, aliiſque ad ſexaginta circiter Equitibus Brugas profectus eſt,

19 Ultus cædem Caroli Principis.

ulturus Caroli boni cædem, execrabili paricidio à Stratanis in templo perpetratam. Idem ſub

20 Gulielmum Hipreſem cepit. Meyer. 1127. & Oudegherſt. Annal. c. 70. & 50.

Gulielmo Normanno Flandrię Comite, occupatâ Iprâ Gulielmum Iprenſem quem falsò Caroli boni proditorem Annonius vocat, in poteſtatem ſuam redegit. Tandem verò totâ Flandriâ à

21 Illi Flandria Alſatios debet. Meyer. an. 1128.

Normanno alienatâ, quòd tyrannide potiùs, quàm juſto imperio rem gerebat, auctor ceteris fuit evocandi ad Comitatum Flandriæ Theo-

Chronic. an. 1128.

dorum Alſatium. Hic Meyero ſuccinit Anſelmus Abbas Gemblacenſis, eorum temporum æqualis: *Orta*, inquit, *ſeditione & diſſidio inter Gulielmum Comitem & Morinos, annitentibus Equitio & Daniële Majoribus* (veriſimiliter Marſchalcis) *Flandriæ, accerſitur Theodoricus filius Theodorici Ducis Alſatiæ, nepos Roberti Comitis Flandriæ ex ſorore Gertrude.* Hic *Daniel* elogio Meyeri *Vir* 22 Ejus Elogium. Ad an. 1128.
prudentiſſimus vocatur. Filios habuit *Walterum,* 23 Liberi.
Balduinum, & Danielem. Eodem tempore vixit Diplom Walteri filii apud Joannem Gevartium.
Lauretta de Teneræmonda.

Patris hereditatem adiit WALTERUS. Hic admodum beneficus fuit in Affligemenſes. In do- 24 Walterus Teneræmondæ Dominus.
nationis diplomate vocatur *Advocatus Teneræ-* 25 Ejus inſcriptio.
mondenſis, & rurſum: *Dominus Teneræmondenſis:* Apud eumdem an. 1145.
facitque mentionem patris ſui *Daniëlis.* Idem confirmavit Affligemenſibus *alodium, quod eis* Apud eumdem Diplom. 1151.
dederat Walterus van Holten apud Curtelo, adſentientibus *Balduino, & Daniële fratribus.* Ibidem 26 Fratres.
inter teſtes citatur *Theodoricus de Tenremonda,* 27 Theodor. de Tenremonde.
cui matrem fuiſſe lego *Laurettam de Tenremonde,*
quæ *Abbatiæ Affligemenſi Eleëmoſynam conceſſit* 28 Ejus mater. Apud eumdem.
pro anniverſario ſuo & Theodorici filii. Et in di- 29 Walteri altera deſcriptio.
plomate hac inſcriptione utitur: WALTERUS
Dei miſericordiâ Advocatus de Tenremonde obiit Meyer. an. 1173.
anno M. C. LXXIII.

Illum excepit filius WALTERUS, qui confir- 30 Walterus Teneræmondæ Dominus.
mavit Affligemenſibus patris donationem, quoad ea quæ ſita in Belle. In diplomate inſcribit ſe Diplom. an. 1176. Apud Joannem Gevartium.
Principem & Dominum de Teneræmonde. Ibidem patrem vocat WALTERUM. Uxorem habuit A- 31 Ejus inſcriptio.
DELISAM, cujus hoc exſtat in Blandinio diplo- 32 Et conjux.
ma: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti,* 33 Hujus Diploma.
Amen. Ego ADELISA *uxor Domini* WALTERI *de Tenremonda, Notum fieri Volo tam præſentibus, quàm futuris, me pro remedio & ſalute animæ meæ, & prædeceſſorum meorum, fratribus S. Petri Gandavi Deo ſervientibus, conceſſiſſe ut omnia ad prædictos fratres pertinentia liberè, ſine omni exactione thelonei in terra de Tenremonde partis illius quæ me contingit, ſive terrâ, ſive navigio, habeant tranſitum. Ut ergo donatio mea rata permaneat & inconvulſa, præſentem paginam ſigilli mei appenſione, & teſtium ſubſcriptione roboravi. Sigillum Rodolphi Capellani mei, Signum Bertoldi filii mei, Signum Balduini de Rameſdonck, S. Joannis fratris ejus, S. Danielis filii Walteri de Tenremonde, S. Theodorici de Tenremonde. Machtildis Advocata.* Tempus & locus, quo hæc acta, nuſquam erat. Hæc ad verbum inſerui, ut ſuſpicioni occurram, quæ oriri queat ex his verbis *partis illius quæ me contingit.* Unde aliquis credat partito hanc ditio- 34 Quando datum, conjectura.
nem poſſeſſam eſſe; ſed credibile eſt viduam fuiſſe WALTERI (ut etiam in diplomate Odardi de quo infrà, *Adelwidis uxor Ringoti* ponitur pro Infra l. 2. cap. 2. num. 11.
Vidua) & intelligenda ea verba de uſufructu ADELISÆ aſſignato: idque eo eſt veriſimilius, quòd *Machtildis* quæ diplomati ſubſcripſit paulò pòſt cum marito deintegro dictæ Abbatiæ immunitatem eſt largita. Hanc ſecundis nuptiis 35 Secundum illi fuiſſe conjugem, conjectura.
WALTERO junctam inde conjicio, quòd etſi filiũ haberet *Bertholdum*, non is tamen *Waltero* ſucceſſerit; ſed *Machtildis*, quòd ſecus fuiſſet: nam quum *Walterus* non conjugis dote; ſed cum hæreditate paterna Teneræmondæ Dominium adierit, ſi filius *Walteri Bertholdus* fuiſſet, ſtatim ab ipſius morte accepiſſet hanc ditionem, quæ Machtildi obvenit. Quòd autem hujus *Walteri* uxorem *Adeliſam*

liſam facio, non ſuperioris: cauſa eſt, quòd hæc filium vocet *Bertholdum*. *Walteri* certè meminiſſet, ſi ſuperioris fuiſſet uxor. Dein quia *Machtildis*, quæ *Waltero* ſucceſſit, diplomati ſubſcripſit, & Chirographo ſuo velut confirmavit. Porrò *Daniëlem* illum, qui inter diplomatis teſtes memoratur, fratrem fuiſſe credo ſuperioris *Walteri*, quem habuiſſe fratrem *Daniëlem* nomine ſuprà dixi: *Theodoricum* verò filium *Lauretta*, cujus etiam antè memini. Illud denique in ſubſcriptione diplomatis hìc notare viſum; tanti ſuperiorum temporum Dynaſtas Sacellanos ſuos feciſſe, ut etiam filiis præponerent: quum nunc, magno ſæculi opprobrio, etiam inferioris notæ nobiles non pluris ſuos ſacrificos faciant, quàm reliquos familiæ miniſtros.

36 Machtildis quæ inter teſtes quæ ſit.
37 Daniel ibidem quis.
38 Et Theodoricus.
39 Aliud ibidem ſingulare.

Defectu prolis maſculæ MACHTILDIS jam inde à Philippi Alſatii ævo, ante annum M. C. XCII. hìc Imperium nacta eſt: quæ an filia *Walteri* fuerit neque negare auſim, neque aſſerere, nam in dubiis Scepticus ſum, & alios eſſe ſino. Hęc *Gulielmo ſeptimo Atrebatenſium Advocato Betuniæ Domino* nupſit. Huic *Gulielmo* agnomen *le Rous* Meyerus tribuit: eumque cum Balduino Comite in Græciam profectum refert. Filius fuit Walteri quantum colligo ex libro Obituum hic ad D. Virginis, ubi ad *Sextum Idus Januarii* legitur, *Walterus ſextus Advocatus an.* M. CC. X. ut ad *decimum nonum Cal. Maii* Wilhelmus *ſeptimus Advocat. an.* M. CC. XIV. Fratrem habuit Joannem Betunium, qui tertius fuit eo nomine Cameracenſium Præſul: & Bertholomæum, qui etiam prędictâ expeditione Balduinum Comitem ſecutus eſt. Hoc Conjugio conjunctæ primò Teneręmonda, & Betunia: ante hoc enim tempus neminem Teneræmondenſium videas uti titulo Betuniæ, nec contrà. Quin & ipſa *Machtildis* à morte mariti nuſquam ſe Betuniæ Dominam dicit; ſed Teneræmondæ tantùm. Dein ab hoc fortè tempore ſua inſignia Betunii à Teneræmondanis mutuati ſunt, quę Teneræmondenſis familiæ fuiſſe, vel ante annum M. C. manifeſtum eſt ex inſcriptione ſepulchrali *Ringoti* & *Adelwidis*, quam ſuprà dedi: ubi hodierna Teneræmondæ inſignia *Adelwidi* tribuuntur: & quòd vel ſolùm fidem adſtruat; eadem in fornice turris Eccleſiæ Teneræmondenſis viſuntur, non picta ſolùm; ſed ſaxo inciſa: quod qui cominùs, dum hęc ſcriberem, viderunt, retulêre. Structa eſt autem illa turris, aut à Rengoto Teneræmondæ Domino (qui in ea Eccleſia Canonicos inſtituit, obiitque an. M. C. VI.) aut multò antè. Betuniæ autem inſignia alia ab his hodiernis vidiſſe memini, variis diplomatibus Roberti Betunii, Guidonis Soceri, cum hac inſcriptione: *Secretum Roberti de Betuné.* Utriuſque autem oppidi hodierna inſignia ſunt Faſcia rubra, in ſcuto argenteo: de qua multa Symbolicè, Doctiſſimus meo judicio Belgarum ſui ævi, Joannes Goropius Becanus, in explicatione vocis noſtræ BANT, id eſt faſcia & vinculum; cujus inter cetera hæc verba decerpſi: *Quum faſcia ſit vinculum ad hominum membra*

40 Machtildis Domina. Oudegherſte Annal. c. 79.
41 A quo tempore.
42 Ejus maritus. Ita obituar. Eccleſiæ Teneræmondenſis. Anno 1214.
43 Cujus filius.
Archiv. Eccleſiæ Teneræmond. an. 1217. Meyer. an. 1203.
44 Ejus fratres.
45 Teneræmonda & Betunia quando junctæ.
46 Betuniæ inſignia unde.
Num. 16.
Archiv. Swivecan. & Tuſſchenbeke.
47 Teneræmondæ & Betuniæ inſignia.
48 De faſcia Goropii Diſſertatio.

confirmanda neceſſarium, majores noſtri inſigni prudentia faſciam unionis & potentiæ inde pendentis ſignum eſſe voluerunt. Hinc banda (id eſt *faſcia*, noſtris *bandt*) *pro Vexillo militari, non ut ſimplici ſigno portari cœpit; ſed ita ut nihil eſſet magis hieroglyphicum. Notabatur enim eo, omnes debere eſſe colligatos vinculo amico, & hominis membra confirmante, non ſecus atque infantis tenelli artus vinciuntur, ad robur conſequendum. Hoc nimirùm ille voluit, qui ſagittas colligatas filiis frangendas dedit, quas cum frangere ſic nequirent; rursùs dedit ſingulas, quas facillimè fregerunt. Sicut enim concordiâ parvæ res maximas vires ſibi comparant; ita diſcordiâ maximæ quæque vires franguntur. Faſcia igitur, quam noſtri bandam vocant, priſcum noſtris fuit ſignum militare, quo omnium animi ad unionem & concordiam ſtrictè arctèque retinendam moverentur. Videmus hactenùs puerorum vexilla è longis faſciis conſtare; qualia veterum fuiſſe cogitandum. Poſterior ætas multas faſcias conſuit: fortaſſis ut ſignificaret, non unam ſe ducere potentiam, non unum robur, ſed multa: & non anguſtam habere ſe poteſtatem; ſed longè latèque dominantem. Jam quoniàm unio & colligatio hominum, principes & ſupremas vires habet, atque ea faſcia ſignificabatur; tranſlatum eſt Symbolum ad ſummam & regiam potentiam denotandam, ſi faſcia candida caput cingeret: & ſicut poteſtàs Regia omnium eſt antiquiſſima, ita ab antiquiſſima gente* (Cimmeriis) *traxit originem.* Et paulò poſt: *Ex eodem fonte manavit & illud, quòd in omnibus ſacris, vittis ſive faſciis, tum victimas, tum aras, tum Sacerdotes ornarent, ſignificantes omnem poteſtatem à ſuperis orandam: & eo ſolo nos ſalvos eſſe poſſe, ſi poteſtati Divinæ noſtra debilitas alligetur. Fatebantur igitur hâc teſſerâ ſeſe agnoſcere omnium rerum poteſtatem apud illum eſſe cui ſacra fieri deberent.*

Hactenùs de faſcia, armorum noſtræ urbis occaſione. Quia verò quibuſdam dubium eſt, quid *Advocati* nomine deſignetur; viſum hìc annotare, quòd adverti præter Romanam priſcam ſignificationem, quæ in Comœdiis obvia, & inſuper vulgarem, quę nunc Juriſconſultis tribuitur, id nomen aliquando poni pro Domino: ut ſuprà, ubi *Walterus* ſe inſcribit *Teneræmondæ Advocatum*, & alibi ſæpiùs. Inſuper pro tutore pupillorum: item pro defenſore & conſervatore. Nam legi conjuncta: *Avoüé mambour & gardien du pais de Liege.* Id eſt, Advocatus, Tutor, & Conſervator ditionis Leodicenſis. Sic *Theodoricus Alſatius Flandriæ Comes ſuſcepit in ſuam Advocatiam, & protectionem Cœnobium Troncinienſe.* Et rursùm: *Vetat ejus Cœnobii Advocatium penes alium eſſe, quam Comitem Flandriæ, aut eum qui Waſiæ Dominium Comitis beneficio poſſidebit.* Et denique pro Primate. Ita apud Marchantium: *Arcem* (inquit) *Teruana ab Arnulpho Avoüo, hoc eſt urbis Primate, adversùs ſacerdotii libertatem extructam diruit.* Quum verò aliquibus ſit perſuaſum Advocatos hos Atrebatenſes, Dominos Atrebati fuiſſe; ne quis in eumdem lapidem impingat, paucis videat

49 De Advocati notione annotatio.
Archiv. Abbatiæ.
Meyer. an. 1142. Vita Theod. Alſatii.
50 Advocati Atrebatenſes an Atrebati Domini.

ſtatum

Meyer an. 963.

ſtatum Atrebateſii. Hæc ditio Flandriæ olim conjuncta fuit dote Judithæ Caroli Calvi Imperatoris, & Galliæ Regis filiæ, cum Balduino

51 Arteſia quando à Flandria avulſa. Ejus ſponſalia an. 1179. nuptiæ 1180.

Ferreo: manſitque ad Philippum Alſatium; qui dote Iſabellæ, Margaretæ ſororis ſuæ filiæ, eam transtulit ad Philippum II. Ludovici VII. filium. Tandem Philippus Auguſtus Atrebateſium

52 Quando in Comitatum erecta. Lib. 6. Hiſtor. Oudegherſte cap. 109. & Meyer an. 1236. Oudegherſte c. 93. & Meyer. an. 1199. Idem 1236. & Rerum Flandric. tom. 10.

in Comitatum erexit, anno M. C. XCVIII. ut Æmylio placet, ut Iperio M. C. XIX. Alii id S. Ludovico tribuunt, faciuntque primum Comitem Robertum S. Ludovici fratrem anno quadrageſimo quinto poſt Iſabellæ ſponſalia, nempe ſalutis humanæ M. CC. XXXVI. Quod ex tabulis Pacis Peronenſis veriſimilius. Itaque manſit ea regio à Flandris avulſa; donec conjugio Ludovici Creſciaci, cum Margareta à Francia, Philippi longi filia, Machtildis Atrebatenſis herede, ad Maleanum rediit: diſcreto tamen titulo &

53 Quomodo ad Flandros redierit.

54 Advocati Atrebatenſes quales fuerint. Marchant vita Guidonis & Oudegherſte Annal. cap. 113.

corpore. Unde apparet Dominos illos Betuniæ, Atrebatenſes Advocatos, non Dominos Atrebati fuiſſe; ſed defenſores atque Primates: aut (ut aliis videtur) Dominos ditionis Allevæ, & Itinerum limitaneorum circa Atrebatum: quod munus in Clientela Abbatum D. Vedaſti poſſidebant. Etſi tenuius id videtur, quàm ut tantillę dignitatis munus præfigatur ceteris titulis propriarum urbium. Hoc enim modo ubique legitur: N. *Atrebatenſis Advocatus Betuniæ & Teneramondæ Dominus.* Sed ut diverticulo ad viam redeamus; hic *Gulielmus* cum conjuge dedit Abbatiæ Blandinienſi immunitatem à teloneo. De qua re quod ibidem ſupereſt diploma, cum piorum Dynaſtarum memoriæ, tum ob inſignem præ ceteris ejus ævi ſcriptis elegantiam, hic inſero:

55 Gulielmi & Machtildis Diploma Blandinienſe.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Quæ aguntur in tempore, cum tempore dilabuntur, & tranſeunt; & humanos actus oblivio innata demolitur: ſola verò negotia literis ſignata, & earum mancipata cuſtodiæ, ſubſiſtunt, & à ſua ſtabilitate inconcuſſa non diſcedunt. Ea propter ego WILLELMUS *de Betunia, Dominus de Tenremonde, &* MATHILDIS *uxor mea, tam poſteris, quàm præſentibus notum fieri volumus: quod pro ſalute & remedio animarum noſtrarum, ſimul & prædeceſſorum noſtrorum, Eccleſiæ S. Petri in Gandavo conceſſimus, & firmiter tam à nobis, quàm à ſucceſſoribus noſtris volumus obſervari, ut omnia ad prænominatam Eccleſiam, vel ad uſus fratrum in ea commorantium, pertinentia, qualicumque modo ſive terra, ſive navigio per terram noſtram tranſeant, abſque teloneo, & Vienagio, & omni exactione, liberè tranſire permittantur. Ne igitur quæ bono zelo ordinata ſunt, iniquorum malignitas in poſterum diſſolvat; donationem noſtram prædictæ Eccleſiæ, intuitu illius conceſſam, apud quem nullum bonum irremuneratum, nullum malum permanet impunitum, ſigilli noſtri appenſione, & teſtium ſubſcriptione roboravimus. S. Roberti Decani de Bella. Wilhelmi Capellani S. Joannis & Henrici Cononicorum. S. Walteri de Sottinghem. S. Raſonis de Gavera. S. Walteri de Bella. S. Walteri Tali. S. Balduini de Gandavo. S. Simonis de Vaernewyck. S. Bauduini Advocati de S. Bavone. Actum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo tertio.*

56 De antiquitate Blandinenſis Cœnobii & Bavonenſis controverſia.

At verò de hac Abbatia ne quem Sigebertus malè intellectus abducat; monendus hìc paucis lector. Scribit ille: *Anno* D. C. VIII. *in Caſtro Gandæ Eccleſiam ædificatam.* Paulo poſt: *Anno* D. C. X. *Blandinium* (inquit) *Monaſterium ædificatur in Gandavo.* Unde aliquibus perſuaſum, recentiorem Abbatiam Blandinienſem eſſe Bavonicâ; ſed malè: utrobique quidem illud Sigeberti verum eſt: Nam de Blandinio fidem faciunt verſus Chronographici qui ibidem leguntur in hęc verba:

In ſexcenteno deno fundavit Amandus
Anno Blandinium, Patronum dans ibi Petrum.
Rexit Florbertus, dotavit Rex Dagobertus.

Et quod de Eccleſia in caſtro Gandæ adſertur, itidem ejus Monaſterii Chronica confirmant, ubi hæc verba: *Eccleſia Gandenſis, quæ nunc dicitur Sancti Bavonis, fundata fuit olim à Sancto Amando Anno* D. C. VIII. Sed ad rei lucem obſervandum quod ibidem habetur: *Congregatis autem ibidem cultoribus, primò Clericis, deinde Monachis, Abbatem eis præpoſuit nomine Florbertum.* Et conformiter in officio de Sanctis Eccleſiæ Cathedralis D. Bavonis Gandavi: *Divus Amandus in Eccleſia Gandenſi, quam opibus præcipuè B. Bavonis fundaverat, non monachos initio, ſed Clericos ſæculares ſimul viventes conſtituit. Cùm autem illi à primæva ſua ſanctimonia degenerare, & licentius vivere inciperent; amotis illis, Monachos ibidem Inſtituti beati Benedicti collocavit: Dato illis Abbate Florberto, raræ pietatis viro: qui primus utriuſque ſimul Monaſterii D. Petri Gandenſis & Blandinienſis curam, & adminiſtrationem geſſit.* Quod anno D. C. XVIII. eveniſſe, ex Chronico Caſtri, & Cœnobii S. Bavonis Dionyſius Harduinus notavit, tranſlatis inde in ſua Analecta his verbis: *Anno* D. C. XVIII. *beatus Amandus in Eccleſia Gandæ amotis Clericis catervam monachorum aggregavit, quibus præfecit Abbatem venerabilem virum Florbertum, virtutibus & ſanctâ religione decoratum.* Itaque non hìc à prima origine Monachi; ſed Sacerdotes ſæculares, & aliquanto pòſt Monachi: quibus datus Abbas Florbertus, qui quidem fuit primus utriuſque Cœnobii Abbas: quod variè liquet; ſed jam inde ab initio Blandinienſibus ipſe D. Amandus præfuerat. Quod etiam prædictum Chronicon teſtatur; ubi legitur, quod *B. Amandus rexit Blandinium ad annum* D. C. XVIII. *quo etiam ad D. Bavonis Monachos inſtituit: ac tunc utrique Monaſterio Florbertum præpoſuit.* Ut igitur origine Eccleſia D. Bavonis Blandinio eſt antiquior: ita Abbatia illa, Abbatiâ Blandinienſi eſt poſterior.

Ad an. 946.

Die quinta infra Octav. S. Bavonis Lect. 4.

57 Super ea controverſia deciſio.

Obiit autem prædictus GULIELMUS anno M. CC. XIII, ut notat Meyerus: ut autem liber obituum hìc ad D. Virginis M. CC. XIV. X. Kal. Maii. Relictâ MACHTILDI viduâ & quinque liberis, *Roberto* (quem etiam *Fougardum, & Focardum*

58 Gulielmi mors. Ad an. 1213.

59 Et liberi. Marchant. vita Guidon. Maſſæus ad an. 1276.

Scriptores vocant) *Daniele* (quem aliqui Ro-
berto præferunt) *Joanne*, *Gulielmo*, & filia
Meyer. an. 1213. *Machtildi*. Eo mortuo Ludovicus Galliæ Regis
Idem an. 1297. filius (qui poſt inter Cælites à Bonifacio octavo
eſt relatus) Betuniam occupavit, quam tamen
Machtildi, ad pubertatem Danielis ſervan-
dam tradidit. Hanc narrationem aliter texit
Ad an. 1213. Apud Juſtum Harduinum. Meyerus, Danielem Roberti filium ratus, qui
eſt frater. Quod erroneum eſſe ipſius Danielis
60 Meyer. error. litteræ convincunt: quibus *dat Roberto fratri ter-
ras de Rooſenbeke:* & aliæ, quibus ſe *Advocatum
Atrebatenſem* vocat, *& Betuniæ Dominum*: facit-
que mentionem *Roberti*, *Joannis*, *& Gulielmi*,
quos *fratres* vocat. Dein ſi filius Roberti fuiſſet,
ea ditio morte Danielis non abiiſſet inverſo na-
turæ ordine ad Robertum patrem; ſed ad ſoro-
61 Daniel Betuniæ Dominus. rem Machtildim. Ex liberis Gulielmi &
Meyer. an. 1213. Machtildis *Daniel Betunius* ſive ætatis privi-
Varia Diplom. legio, ſive regis favore paternam hereditatem
Meyer. an. 1213. Idem an. 1216. adiit: habuitque uxorem Euſtachiam Caſtellio-
62 Ejus uxor. nenſem, in qua familia per ea tempora erat Comi-
tatus ſancti Pauli. Hic Ludovicum Regem An-
glicanâ expeditione ſecutus, quindecim Eque-
63 Mors. ſtris Ordinis viros ſecum duxit. Obiit autem cir-
ca annum M. CC. XXVIII. ſuperſtite uxore ſine li-
beris, unde ad Robertum fratrem ea hereditas de-
64 Gulielmus Molenbecæ Dominus. venit. Gulielmus Betunius Molenbecæ fuit Do-
minus. Hic legitur inter teſtes tabularum, qui-
bus Ferdinandus, & Joanna Comites Flandriæ
Oudegherſte Annal. cap. 101. balfardum, numariam ſervitutem Franconatibus
remittunt, anno M. CC. XL. Vir fuit militaris,
65 Ejus uxor. *Eques longè probatiſſimus* Meyero dictus. Uxo-
Ad an. 1234. Tabul. an. 1223. rem duxit Iſabellam Pontis-Rorardi Dominam,
Meyer. an. 1233. & Oudegherſte cap. 109. à qua multis cum lacrymis elatum ferunt. Is Ma-
tris inſtitutionem Ciſtercienſis Abbatiæ confir-
Archiv. Abbatiæ. mavit. Præter alias expeditiones fratrem Rober-
tum ſecutus eſt ſacro bello in Stadenſes, invi-
ſum Hæreticorum genus. Idem cum uxore *de-
dit Abbatiæ Troncinienſi jus ſuum in Bekenghem,
Herkenghem, & Herneghem, tam in decimis, quàm
in nummis, avenis, & aliis rebus: ut poſſideant
in æternum liberè & quietè: Actum anno* M. CC.
XXVI. Illud quoad Bekeghem iteravit anno ſe-
quente, *pro ſalute*, inquit, *mea*, *uxoris*, *& fi-
liorum. Datum in domo apud Pontem-Rorardi anno*
66 Liberi. M. CC. XXVII. Liberos habuit Ægidium Mo-
Archiv. Swivec. tab. anni 1232. lenbecæ Dominum, qui cum Patre Margaretæ
Amitæ majoris donationes Swivecanæ Abbatiæ
confirmavit: & Gulielmum Pontis-Rorardi Do-
minum: qui uxorem duxit Beatricem Hebu-
Meyer. an. 1271. ternæ Dominam. Hic ſtruxit Cœnobium Vi-
ctorinarum ad Pontem-Rorardi in agro Furnen-
67 Et nepotes. ſi. Liberos reliquit Joannem Dominum Ven-
deulæ, & Hebuternæ: & filiam quæ nupſit
Vice-Comiti Furnenſi & Neoporti. Ille autem
uxorem habuit Joannam Caſtellionenſem, &
ex ea filium Joannem: qui ductâ Joannâ de Brien-
ne multos reliquit poſteros, quorum longa ſe-
ries variè ſe diffudit. Inter eos numeratur Ro-
Meyer. 1383. Froiſſard. lib. 2. cap. 116. bertus Betunius Vicecomes Meldenſis, Domi-
nus de Vendeul, Rumſt, & Falny: qui bello
Analecta Gaillardi. Gandenſi ſub Maleano Præfectus erat Arienſis.
Fratrem habuit Joannem, conjugem Iſabellam

Ghiſtellanam, Ghiſtellę, Inghel-monſtri, Arnę,
Pontis-Vendini, Reyghers-vliet, & Thelonei
Brugenſis Dominam.
Joannes Machtildis filius (aliis Jacobus) obiit 68 Joannes Gulielmi filius.
Abbas Aquicinctenſis. Machtildis autem ejus 69 Machtildis
ſoror, quæ cum fratre Roberto, & Gulielmo Guilielmi filia.
etiam inter teſtes memoratur fundationis Swi- Archiv. Swivec. tab. anni 1223.
vecanæ, nupſit Ghilberto Sotteghemio Raſſe- 70 Ejus maritus,
ghemi Domino, habuitque in dotem Calke- Diplo. Roberti anno 1228.
nam & Laernam (pagos ditionis Teneræmon-
danæ) & Maſminiam in Comitatu Aloſtenſi. Hic 71 Geſta mariti,
Ghilbertus Robertum & Gulielmum uxoris fra- Meyer. & Oudegherſte c. 109.
tres comitatus legitur dictâ in Stadenſes hæreti- Idem cap. 101, anno 1228,
cos expditione. Idem cum Michaële Boulario,
Rolando de Haſſebroeck, & Arnoldo Aldenar-
denſi controverſiam ſopivit, quæ inter Ferdinan-
dum Flandrię Comitem & Gandenſes, de novan-
do Senatu, ſummis utrimque ſtudiis agitata. Libe- 72 Machtildis liberi.
ros reliquit Gerardum, Ghilbertum, Robertum,
& Machtildem: quos duobus locis archiva Swive-
cana ſuggerunt. Prior eſt tabulis *Margaretæ nobi-
lis mulieris*, *Dominæ de Waume*, *quibus dat Ab-
batiſſa & Conventui de Swiveke prope Teneræmon-
dam Ordinis Ciſtercienſis ad anniverſarium ſuum*,
& Joannis filii 30. *ſolidos Flandrenſis Monetæ
annuatim*, ubi teſtes donationis: *nobilis mulier
de Raſſeghem Machtildis*, *filius ſuus Gerardus de
Sottenghem Dominus de Raſſenghem*, *frater ſuus
Dominus Robertus*, *ſoror prædictorum Nobilium
Domicella de Raſſenghem Machtildis*, *Actum
apud Sweveke anno Domini* M. CC. XLV. Alter
verò ubi Robertus de Raſſenghem, mente &
corpore ſanus, teſtamentum condit, & fratrem
ſuum Ghilbertum ex aſſe heredem inſtituit anno
M. CC. LXXI. Inter illos maximum natu Gerar-
dum fuiſſe ibidem diploma docet, quo *Mach-
tildis Domina de Raſſenghem per conſenſum di-
lecti filii ſui ſenioris Gerardi*, *conceſſit Abbatiæ &
Conventui de Swiveke pro anniverſario ſuo & Ghil-
berti mariti*, *bonæ memoriæ*, *quoddam pratum ſitum
in palude S. Odulphi*, *quod ipſa emit propriis de-
nariis tunc temporis dum exſtitit Domicella. Actum* Archiv. Swivec.
anno M. CC. XLIII. Hunc ad annum M. CC. LVI.
ſuperſtitem fuiſſe in tabulis Leonii de A memo-
ria. Liberos reliquit Gerardum Raſſenghemi 73 Nepotes.
Dominum, cui uxor Maria (alibi Aëlphis) Oudegherſte cap. 146.
Gulielmi Liedekercæ Domini filia, & heres: Idem cap. 154.
Ghilbertum, & Hugonem, qui fratris tabulas, Idem cap. 146.
de clientelari arcis Liedekercanæ poſſeſſione,
confirmarunt anno M. CCC. XXII. Porrò Ghil-
bertus ſuperioris Gerardi frater, Ghilberti &
Machtildis filius, etiam filium reliquit Gerar-
dum Maſminiæ Dominum. Hujus memoria ſu-
pereſt in codice Swivecano: ubi Aviæ ſuæ Maſ-
miniæ Dominæ donationem confirmat anno M.
CCC. XXXII. Uxorem habuit Eliſabetham Mal-
deghemiam. Utriuſque Epitaphium apud Gail-
lardum hoc deprehendi:

*Septimo die menſis Maii obiit Gerardus de Raſ-
ſeghem*, *Dominus de Maſmines*, *Miles*, *cujus a-
nima per Domini miſericordiam requieſcat in pace.
Amen. Anno* M. CCC. XXXVIII.

Decim.

Decima Januarii obiit Domina Eliſabeth de Maldeghem, Domina de Eecke, & de Weſſeghem: uxor quondam Domini Gerardi de Maſmines, Militis, Orate pro anima ejus. Anno M. CCC. XXVI.

Gerardi gentilitia inſignia erant *Dixmude, Axele, Maſſeme, Nevele.* Unde liceat exiſtimare quàm difficile ſit in Genealogiis ſemper inoffenſo ire pede. Gerardus ejus pater nunc Sotteghemium ſe inſcripſit, nunc Raſſeghemium. Hic Raſſeghemius primò vocatur, inde in Epigraphe uxoria *de Maſmines*, & tamen ex familiarum enumeratione Dixmudanæ ſtirpis paternum genus eſſe apparet, niſi nomina inverſo ordine ſcripta ſint, quod ſuſpicor: Maſminiæ certè gentis inſignia, & hunc & patrem & avum geſtaſſe in variis ſigillis ipſe vidi. Uxoris autem conſanguineæ gentes erant hæ *Maldeghem, Rode, Ghiſtele, Reyghers-vliet.* Conditi ſunt Maſminiæ in ditione Aloſtanâ, qui tamen pagus inter clientelas Curiæ Feudalis Teneræmondanæ recenſetur. Filium habuere Gerardum (qui nunc *Raſſeghemius* vocatur, nunc *Maſminius*,) Maſminiæ Dominum. Hic primus eſt quem Laernæ titulo uſum deprehendi, idque iis tabulis quibus, *præſentibus Ludovico Namurcenſi, Domino Ghiſtellæ, Domino Pratenſi, Burghgravio Dixmudæ, Domino Woſtinæ & Nevelæ, Domino Pouccæ, Domino Gerardo Raſſeghemio, Domino Joanne Inſulenſi,* &c. *promittit pro ſe & ſuis heredibus Comiti Flandriæ, ejuſque ſucceſſoribus Flandriæ Comitibus, eorumque hominibus, Principis diploma aut literas ferentibus, ſuæ arcis Laernæ copiam facere, eumque & ejus delegatos, ſive armati ſint, ſive inermes, in prædictam arcem admittere, quotieſcumque à dicto Comite ejuſque heredibus requiſitum fuerit. Actum Gandavi* 8. *Septemb. anno* M. CCC. LXII. Uxorem habuit Catharinam *Maldeghemiam* Philippi Maldeghemii Equitis, Maldeghemi, Grimbergæ, Moeſecæ, Hayeghemi, & Leyſchotæ Domini, & Eliſabethæ Maldeghemiæ Ackoyç Dominæ ſororem; filiam Philippi Maldeghemii, & Mariæ de Grimbergis, cujus dote Berleghemi dominium accepit. Liberos reliquit Walravium Maſminiæ & Berleghemi Dominum & Claram Maſminiam: quæ primum Sigero Cortracenſi, dein Philippo Erpæ Domimino nupta eſt; & Joannem Maſminium Calkenæ Dominum, de quibus infra: obiit autem prædictus Ghilbertus Raſſeghemi Dominus relictâ Machtildi viduâ, circa annum M. CC. XXXVIII. quo hæc dedit *Monialibus Swivecanis pro remedio animæ Ghilberti mariti, pratum in palude S. Adolphi:* quod ratum habuit Gerardus filius, Raſſeghemi Dominus. Præter hos Machtildis liberos quos dedi, eâ ætate vixerunt duæ ejus ſorores, Margareta, prolixâ ſuâ in Abbatiam Swivecanam munificentiâ illuſtris, ubi etiamnum vitam cælebs tranſegit. Et altera Gulielmo de Grimbergis Aſcæ Domino nupta. Huic Adeliſæ, Agnetis, Antoniæ, aut ſimile nomen fuiſſe ſuſpicor ex tabulis Swivecanis ubi *G. de Grimbergis, & A. uxor concedunt Winagium de Rumſt prædilectæ ſorori domicellæ Margaretæ de Tenremonde pro quadraginta libris Flandricis, quas eidem ex juſto debito debebant, donec has prælibatas quadraginta libras totaliter & perfectè perſolverint. Datum apud Rumſt anno Domini* M. CC. XXV. Eumdem Robertus dominæ Machtildis filius, *Dominum dilectum avunculum ſuum* vocat diplomate anni M. CC. XXXVIII. Fratrem fuiſſe exiſtimem Gerardi de Grimbergis, Grimbergæ & Ninovæ Domini, ex iis tabulis quibus hic cum conjuge Agnete concedit Abbatiæ Troncinienſi immunitatem à Theloneo, quas ſignavit *Gulielmus de Grimbergis Gerardi frater anno* M. CC. XIX. Unde & illud conſentaneum, fratrem habuiſſe Arnoldum (nam is Gerardo fuit frater) qui uxorem habuit Sophiam Caſtellanam Bruxellenſem (alteris nuptiis conjugem Leonii vander A) unde nati Arnoldus de Grimbergis, & Oda, quæ nupta eſt Waltero de Grimbergis, & iterùm Sigero de Gandavo Equiti: & inſuper Patrem habuiſſe Gerardum de Grimbergis, Grimbergæ & Ninovæ Dominum, matrem Machtildem, avum Gerardum, qui Theodori Alſatii ævo *in ſuburbanis ſuis* (verba ſunt diplomatis) *Abbatiam in honore S. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, & Sanctorum Martyrum Cornelii & Cypriani ob ſuam ſuorumque ſalutem inſtituit.* Filium Gulielmus reliquit Gulielmum, qui cum patre & avunculo Roberto Margaretæ materteræ ſuæ donationes Swivecanis virginibus confirmavit. Hunc à Guidone Flandriæ Comite Opdorpæ Dominium (quod nunc V. N. Theodorus Liefveltius, Belgicus Maro, poſſidet) accepiſſe, donationis diploma docet: quòd à V. N. Adriano de Marſſelaere nuper accepi, in hæc verba:

Guido Comes Flandriæ univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod nos dilecto & fideli noſtro Wilhelmo de Grimberghes, Domino de Aske, & heredibus ſuis poſt ipſum, pro fideli ſuo ſervitio quod nobis multotiens impendit, dedimus in augmentum feudi ſui quod de nobis tenet, quidquid habemus apud Hupdorpe, tam in hominibus, quàm hoſpitibus, reditibus, decimis, ſive aliis quibuſcumque rebus, cum omni juſtitia alta, & baſſa liberè à nobis, & noſtris heredibus Comitibus Flandriæ tenendum in perpetuum, & habendum. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras noſtro ſigillo fecimus roborari. Datum apud Warneſton, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, die Jovis poſt diem Pentecoſtes, menſe Maio.

Hic Gulielmus heredem habuit Robertum de Grimbergis Aſcæ Dominum, cui conjux fuit Maria de Bergis. Utriuſque tabulas apud prædictum V. N. de Marſſelare inveni, ex quibus ad verbum hæc habe:

Robertus de Grimbergis Dominus de Aſta, cum Mariâ uxore dederunt ob remedium animarum

Archiv. Swivec. tab. anni 1246. Ibidem an. 1256.

Archiv. Præpoſituræ Tuſſchenbeke.

74 Pronepos.

Tab. an. 1262. Analect. Gaillardi.

Ibidem.

75 Ejuſque poſteri.

Lib. 3. cap. 3. num. 126.

76 Margareta de Tenremonde Machtildis Dominæ ſoror. Vide l. 2. cap. 6. num. 6.

77 Altera ejuſdem ſoror cui nupta.

Archiv. Swivec.

Archiv. Abbatiæ.

Diplom. Gerardi

Archiv. Swivic. tab. an. 1250.

Ibidem tab. an. 1230. & 1237.

Archiv. Niniv. Diplo. Gerardi.

Theod. Alſat. 1142.

78 Ejus filius.

Diplom. an. 1238.

Archiv. Swivec.

79 Nepos.

marum ſuarum, & animarum patrum, & matrum, prædeceſſorumque ac amicorum ſuorum, totalem decimam ſuam quam habebant, vel quocumque modo poſtmodum habere poterant apud Opdorp; cum omni jure quod illis in eam competiit, viris religioſis Abbati, & Conventui Monaſterii loci S. Bernardi, Ciſtercienſis ordinis, Cimeracenſis Diœceſis, in veram, & puram eleëmoſynam, donatione inter vivos: & vendiderunt iiſdem quintum manipulum in eodem pago; nihil retinentes, excepto alto Dominio Juſtitiæ ſuæ. Actum anno domini milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo ſecundo.

Mortuâ Mariâ, alteram Robertus duxit Iſabellam Belcenſem (ita diplomate Swivecano, ad annum M. CCC. VII. ubi dicitur *uxor nobilis viri Roberti, domini de Aſca*) quâ defunctâ, tertiam adſcivit Mariam Barbançoniam, quæ anno M. CCC. XXXV. cum liberis, marito fuit ſuperſtites.

80 Pronepos.

Inter hos fuit Robertus; cujus tabulæ exſtant in codice Swivecano, datæ anno M.CCC.XCII. Hunc vix toto quinquennio pòſt vixiſſe, certa fides

81 Ejuſque filius.
Ibidem.
Ibidem.
Ibid. tab. anno 1248.

ex Joannis filii ejus tabulis, qui *Grimbergenſi* nomine omiſſo, *Aſcanum* ſe inſcribit, anno M. CCC. XCVII. Eum Aſcæ dominum Gaillardus vocat; & anno M. CCCC. VIII. hereditatem adiiſſe Margaretæ van Mewerve, conjugis Dancardi Boſſard.

82 Ingelrammus de Tenremonde.
Abbatiæ archiva.

Vixit inſuper ejuſdem MACHTILDIS tempore Inghelrammus de Tenremonda, qui Virginibus Swivecanis liberum per Scaldam tranſitum dedit, cujus tractum in feudum tenebat, approbante poſtea Roberto, rogatu ipſius Inghelrammi dum viveret, & ab ejus morte etiam heredum.

Archiv. Swivec. diplom. an. 1223.
Lib. 2. cap. 6.

Prædictum Scaldis feudum ab Inghelrammo per filiæ conjugium, aut aliàs, devolutum eſt ad Andream de Grimbergis, qui virginibus Waeſmonſteranis conceſſit immunitatem à teloneo, quod ratione tranſitus per dictum flumen eſſet pendendum.

83 MACHTILDIS dominæ obitus.

Obiit autem prędicta MACHTILDIS, poſt quàm fundaſſet in ſuâ ditione Hoſpitale D. Ægidio ſacratum: quod paulò poſt convertit in Abbatiam Ciſtercienſem (de qua fuſiùs infrà) anno ſalutis humanæ M. CC. XXIV.

Hujus quæ in Archivis Flandriæ exſtat Conventio cum Joanna Comitiſſa Flandriæ ſuper ſervis & albinis & hominibus Advocatiæ, hìc viſum dare.

JOU MAHAUS *Dame de Terremonde fons ſçavoir, à tous ceulx qui ces letters verront, que tiex eſt la convenance entre moy & Madame la Conteſſe de Flandre & de Haynout, dendroit la terre d'Aloſt & Terremonde: que li uns ni peut cachier ſerf, ne aubaine, ne homme d'Avoërie, ne ancele, de demaine à l'aultre; mais es fiefs le peut il cachir, & ſuir: & leur homme les ſuiront par tout la où il ſouloient. Et c'eſt aſſavoir dendroit l'Avoërie de S. Bavon de Gand, que le remaint en autel point, comme elle fut au temps, que li Cuens Baudoving tenoit c'eſte couſtume envers l'avoë Willem. Et chou doit eſtre ſceu par le loyal enqueſte Monſieur Bernard de Morſele. C'eſte convenance doit eſtre tenue, ſe li Cuens n'eſt encontre, quand il iert iſſus de priſon: Et à ce quil ſi accort doit Madame la Conteſſe metter tout le conſeil quelle pora en bonne foy. Et ſe el Conte deſalloit ains quil iſſiſt de priſon; li convenance doit eſtre tenue, ainſi quelle eſt deviſée. Donné à Coertray l'an* M. CC. XXI. *lendemain de la Magdalene.*

Hæc eo magis ad verbum pono, ut eliciam aliorum interpretationem, commodiorem fortaſſis meâ: quam utcumque aſſequi datum, ita habe:

Ego Machtildis *Domina Tenremondæ, notum facio omnibus præſentes litteras viſuris, quòd talis eſt conventio inter me & Dominam Comitiſſam Flandriæ & Hannoniæ, circa terram de Aloſt & Tenremonde: quòd neutra poteſt veſtigare & ſequi ſervos, neque albinos, nec hominem Advocatiæ, nec ancillam, de uno Dominio in alterum; ſed in feudis poteſt veſtigare & ſequi, & earum homines ſequentur ubicumque ſolebant. Et eſt ſciendum, quoad Advocatiam D. Bavonis Gandenſis, quod remanet eo modo, quo fuit eo tempore quo Comes Balduinus ſervabat hanc conſuetudinem erga Advocatum Wilhelmum: idque debebit reſciri per fidam inquiſitionem Domini Bernardi Morſelani. Hæc conventio debet ſervari, ſi Comes non contradicat quando erit egreſſus è carcere: & ut aſſentiatur debet domina Comitiſſa adhibere omne conſilium bona fide. Et ſi Comes moriatur ante quàm ſit liber à carcere; conventio debet ſervari ut ſcripta eſt. Datum Cortraci anno domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo.*

Mortuâ matre ROBERTUS Betunius Teneræmondæ Dominium accepit. Hic vir fuit gnavus, 84 Robertus Tener. dominus.
manu ac linguâ juxtà promptus, & probatâ in 85 Ejus probata in Ferdinandum Fland. Com. fides.
Ferdinandum Flandriæ Comitem fide: quod non uno loco teſtantur Annales. Et quidem cùm Meyer. anno 1213.
Ferdinandum totâ Flandriâ cedere Philippus 86 Varia geſta.
Galliæ Rex mandaret, quod cum ceteris Regni Proceribus bello Anglico adeſſe recuſaſſet, niſi Meyer. an. 1213.
Ariam & Fanū Audomari dolo ablatas redderet; atque ille ſuis in Gallum viribus diffidens, qui jam ante inſtructo in Anglum exercitu, in Flandria vi, & dolo graſſabatur, legatos in Angliam deſtinaret de acceptis injuriis, & auxilio acturos; inter alios hunc Robertum miſit: qui legationis caput, ita ſui Principis rem egit, ut allectis in fœdus Anglis junctis viribus in Gallos ſit pugnatum. Quare non immeritò in Annalibus no- Ibidem.
ſtris *Prudentis & diſerti* elogio celebratur. Anglorum acceſſu victę & depreſſæ aliquot naves Gallicæ. Poſteà verò cùm à noſtris fortiùs quàm feliciùs pugnatur, multis captis, multis cæſis, nullâ victoriæ fiduciâ, exiguâ vitæ; alii huc, illuc, Robertus Neoportum fugit: cujus oppidi præfecturam cum quadraginta Equitibus Flandris ſtatim accepit. Exinde ejectis totâ Flandriâ Ibidem.
Gallis, cùm Rex dolore amens novis copiis Flandriæ immineret, atque adeò extrema minaretur, & tamen captis everſiſque Inſulis & Caſſeto, nullâ aliâ re geſtâ, domum rediiſſet; Ferdinandus in Angliam trajecturus ROBERTUM Zantvicum prǽmiſit, ipſe cum aliis ſecuturus. Inde cùm ſubſequente vere rediiſſet; *conjunctis ſibi*

ſibi, ut Meyerus ait, *Gulielmo Saliſberienſi, Reginaldo Bononico, Hugone Bobâ, & Roberto Betunienſi*, res magnas in Flandria & contra Regis confœderatos in Brabantia geſſit.
Idem an. 1214. Hanc Principis felicitatem cum Othone IV. Cæſare fœdus interrupit. Namque cum prœlio Bovinienſi virtuti fortuna non reſpondet, & Ferdinandus & ROBERTUS & cum iis plurimi Flandricarum partium Proceres vivi in hoſtium poteſtatem pervenêre. Huic prœlio alios item Betuniæ ſtirpis interfuiſſe Meyerus indicat: ubi ſummo noſtratium encomio, *Hellinus*, inquit, *Seneſcallus, Raſo de Gavera, cum tribus filiis florentiſſimis adoleſcentibus, Philippus, Petruſque Maldeghemenſis, Ghiſtellani præterea, & Betunienſes, & Haveskerani, cum reliqua nobilitate, quantâ virtute, quibus dexteris rem geſſerint, quæque facinora fecerint, quis facilè ſcripſerit?* niſi per Betunienſes intelligat eos,
Archiv. Swivec. quibus Robertus Betunius præfuit. Enimverò poſtquam è carcere Gallico Robertus rediit, multa matris acta confirmavit. Quâ defunctâ
87 Ejus Prior Inſcriptio. Ibidem. ejus, ut dixi, hereditatem adiit, ſeque *Militem de Betunia* inſcripſit, *Teneræmondæ Dominum*: donec Daniële fratre ſine liberis exſtin-
88 Item altera. cto, adſcito paternæ ditionis titulo *Advocatum ſe Atrebatenſem, Betuniæ, & Teneræmondæ Dominum* nuncupavit. Quo titulo primùm uſus eſt anno M. CC. XXVIII. Quantum quidem ex codice Swivecano potui conjicere: ubi ad annum uſque M. CC. XXVII. *Miles de Betunia* dicitur *Teneræmondæ Dominus*. Pacatis autem per Gallum rebus, ad conſtituendam hanc Remp. animum
89 Leges huic oppido dedit, Anno 1213. Lib. 1. cap. 9. Vide l. 1. cap. 3. Meyer. an. 1233. adjecit: itaque & leges dedit, quæ hìc adhuc vigent, quarum exemplar ſuo loco ſubjiciam: & pomœrium protuliſſe creditur. His rebus intentum denuo belli tempeſtas abripuit, in
90 Urbem auxit. Oudegherſte cap. 109. Archiv. Swivec. lib. 2. cap. 6. Stadenſes hæreticos: quo Margaretæ Flandriæ Comitiſſæ auſpiciis profectum memorant: unde redux multa in pios uſus erogavit, non in ma-
91 Ejus pietas. Abbatiæ Archiv. tris ſolùm Abbatiam munificus; quod infra docebo, ſed in externa item Cœnobia: quorum multis immunitatem conceſſit à vienagiis & te-
92 Cœnobio Troncinienſi quid contulerit. loniis, & inter cetera Abbatiæ Troncinienſi anno M. CC. XXXV. cujus hìc præ ceteris memini, ut hâc occaſione errorem quemdam detegam, cujus generis multos in ſcripta irrepere neceſſe eſt, eorum præſertim, qui ex hiſtoriis hiſtorias concinnant, ſine ſubſidio diplomatum, & Archivorum, unde certiſſima ſcriptori & lux, & fides: quæ tamen omnia videre non eſt unius.
93 Ejus occaſione oſtenſus in Hiſtoria de Iwano Aloſtenſi error. Commentar. de Flandria lib. 1. Scribit in ſua Aloſto Vir Clariſſimus Jacobus Marchantius: *Neque ſilentio prætereuntur Aloſti Comites Iwani duo, alter quòd Canonicos Regulares Troncinii anno* M. C. XXXVII. *in Præmonſtratenſes Monachos converterit: alter quem Gandenſem nominant, quòd Laurentiam Theodori Alſatii Flandriæ Comitis filiam duxerit: ex quo matrimonio ortus Theodoricus poſtremus*, &c. Hic Iwanum ille Scriptor, accuratus alioquin, ut apud
Amphitr. Act. 1. Plautum Mercurius, Soſiam, ex uno geminum facit: ut ſatis ex Meyero liquet ad annum M. C. XL. & M. C. XLIV., & ejus Cœnobii Archiva convincunt; ubi *Iwanus de Gand ad uſum fratrum Troncinienſis Eccleſiæ liberè tradidit Allodium in villa dicta Burſt, & plura bona in Waſia, & pago Flandrenſi; accedente uxoris ſuæ Laurettæ filiæ Theodorici Comitis, cui quæcumque ſuæ poſſeſſionis erant in dotem dederat, gratuitâ conceſſione, & devota petitione.* Id & alter locus, illuſtris ſanè Diplomate anno 1139. de eodem Meyer. ad annum 1137.
præ aliis adſtruit: quem hìc addam ut unâ fideliâ, quod dicitur, duos dealbem parietes. Nam & ad inſtitutum facit, & ad Hiſtoriæ lucem, ubi aliàs magnæ tenebræ. Locus eſt diplomate dicti Alſatii: *Igitur Theodoricus*, inquit, *Iwani de Aloſt,* Anno 1166.
& Laurettæ ſororis meæ filius, ab hac luce moriendo ſubtractus, cùm naturæ debitum ſolviſſet, ac mihi præcipuè tum propinquitate cognationis, tum poteſtate meæ dominationis, de anima ac terra ipſius ordinare incumberet; terra enim illius in manus meas devenerat, ex ſtipulatione dotis Sorori 94 Et alter de ſucceſſione Comitatus Aloſtenſis.
meæ à patre ejus Domino Iwano olim factæ; Eccleſiam Troncinienſem cujus idem Theodoricus Advocatus fuerat, in meam Advocatiam ac defenſionem ſuſcipiens, eam chariùs amplecti, & bona in ſuſtentationem fratrum ejuſdem Eccleſiæ collata diligentiùs conſervare, & etiam mea donatione ampliare curavi. Vides collatione utriuſque loci Meyer. an. 1082.
Iwanum illum qui Canonicos Troncinii in Monachos convertit (erat enim Troncinii Dominus, eamque ditionem aliquanto antè Balduinus Gandenſis à Roberto Friſio acceperat,) maritum fuiſſe Laurettæ filiæ Theodorici Comitis Flandriæ, eumdemque filium reliquiſſe Theodoricum Aloſtenſem, & inſuper quâ ratione Comitatum Aloſtenſem Alſatius adierit? quod non uſqueadeò in Hiſtoriis obvium. Nunc ut ad ROBERTUM redeam, eum obiiſſe ferunt anno M. CC. XLVIII. quo anno pridiè D. Martini & Swivecanæ, & Bavonenſi Abbatiæ legavit pro anniverſario certos redditus: in quorum altero diplomate *Datum*, inquit, *apud Cales in Sardania pridie D. Martini anno* M. CC. XLVIII. Uxorem habuit Iſabellam de Moriaymes: ut ſigillum ejus habet, quod in archivis Swivecanis ipſe vidi. Hanc malè Teneræmondę Dominam putavit Meyerus. Ex ea filiam ſuſtulit Machtildim. Sunt qui alteram adjiciant Steenlandæ Domino nuptam; ſed de hac, nihil habeo certi. 95 Roberti obitus. Archiv. Bavon. Rob. diplom. 96 Uxor. Meyer. an. 1304. 97 Liberi.

Roberto ſucceſſit MACHTILDIS (quam Danièlis filiam malè Guicciardinus facit) hanc per vim raptam, ut memorant (ut illè ſexus injuriæ eſt obnoxius, & facilis capi) duxit Guido Guilelmi Dampetræ, & Margaretæ Flandriæ Comitiſſæ filius. At verò Petrus Oudegherſte diligentiſſimus Flandricarum rerum ſcriptor, nullâ de vi factâ mentione, *Pauco pòſt tempore*, inquit, *quàm Margareta Comes Pariſiis rediit, ubi fuerat ad præſtandum clientelam, concluſum fuit, & confirmatum conjugium Guidonis, ſecundi filii Comitis Margaretæ Flandrenſis, & Dominæ Machtildis, filiæ Roberti Advocati Atrebatenſis, Betuniæ & Teneræmondæ Domini: fueruntque nuptiæ celebratæ valde ſolemniter, in oppido Betunienſi.* Acta hæc anno M. CC. XLIV. Hæc Machtildis aviti & paterni exempli in Swivecanas memor, 98 Machtildis Domina. Deſcript. Betuniæ. Meyer. an. 1304. Annal. cap. 113. 99 Guicciardini error. 100 Ejus maritus. 101 Nuptiæ ubi & quando. 102 Mors. Archiv. Swivec. Meyer. ad annum 1304.

 poſt

Idem anno 1248. Archiv. Ecclesiæ Teneræmond. poſt varias donationes, tandem mortem cum
vita mutavit, abſente bello ſacro conjuge, ut
103 De mortis tempore diſquiſitio. Annales noſtri memorant. Mihi autem aliquod
veſtigium ex quodam Guidonis diplomate, poſt
mariti ex Syria reditum (ſi tamen ad eam expeditionem fratrem Gulielmum comitatus eſt)
MACHTILDIM obiiſſe. Ejus diplomatis hoc eſt
initium: *Guido Atrebatenſis Advocatus Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, & Machtildis uxor ejus, & heres terræ prædictæ.* Inibi exaratus erat
annus 123. Hic ſi nihil peccatum niſi omiſſione
unius characteris arithmetici; auſim ſcribere
1253. & eo anno ſuperſtitem fuiſſe. Alius enim
Vide ſupra num. 95. numerus iſte hìc non quadrat: nam anno 1243.
& multò poſt MACHTILDIS patrem vixiſſe; anno
Meyer. an. 1262. autem 1263. Guidonem alteram jam conjugem
Iſabellam Lucceburgicam habuiſſe conſtat. Pro
Annal. cap. 116. me facit Oudegherſte, qui anno M. CC. LIX.
104 Ubi humata Ad an. 1304. obiiſſe refert. Humatam Meyerus credit Betuniæ; ſed falli Gaillardi Collectanea monent: ubi
105 Meyeri error. Flinis in Sacello juxta Chorum Abbatiæ conditam dicit (quo etiam in Sacello Guido monimentum habet cum hac Epigraphe:

106 Guidonis Epitaph. *Hic jacet Guido Comes Flandriæ: obiit anno* M. CCC. IV.)

& fidem facit deſcriptâ Mauſolei inſcriptione:

107 Machtild. Epitaph. *Hic jacet ſepulta piæ recordationis Domina* MACHTILDE, *dicta de Betune, Comitiſſa Flandriæ, Advocata Betuniæ, & Domina Teneræmondæ, uxor Illuſtriſſimi Principis Guidonis Flandriæ Comitis, filii Dominæ Margaretæ Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſæ, hujus Monaſterii Fundatricis: quæ quidem Domina* MACHTILDIS *obiit circa annum Domini* M. CC. LXIV. *undecimâ Menſis Novembris.*

Hanc Epigraphen multò tempore poſt mortem
108 Liberi. Ad annum 1304. Vita Guidonis. tem poſitam dictio *circa* indicat. Peperit autem
hæc MACHTILDIS Guidoni liberos decem (Me-
109 Meyeri error. yerus & Marchantius novem ſcribunt decem
enumerant) Robertum, Gulielmum, Baldui-
Meyer. ad annum 1304. Ibidem. Ibidem. num, Joannem, Philippum, Margaretam, Mariam, Beatricem, Joannam, & Machtildem:
ex quibus Balduinus immaturâ morte ſublatus
110 Balduinus. quieſcit Brugis apud Franciſcanos. Joannes cog-
111 Joannes. nomento Bonus & Baudelonenſis ex D. Donatiani Brugis & D. Petri Inſulis Præpoſito fa-
Oudegherſte cap. 126. ctus Metenſium, dein Leodicenſium Antiſtes,
conditus eſt Flinis in Choro. Philippus eſt li-
112 Philippus. teris & armis clarus: uxorem in Italia duxit
113 Ejus uxor. Machtildem Cortenayam, Laurettæ Thiettæque Comitiſſam cum dote mille librarum Tu-
Meyer. ad an. 1304. Oudegherſte cap. 126. an. 1284. Analecta Harduini. Meyer. an. 1295. Idem anno 1303. & Oudegherſte cap. 140. ronenſium quotannis: conciliantibus eas nuptias
Guidone patre, & Carolo Siciliæ & Neapolis
Rege cui ſæpè præclaris factis virtutem ſuam
probarat. Illi ad id conjugium dedit Guido pater annuas mille libras Pariſienſes monetæ Flandricæ: quo mortuo Robertus fratri aſſignavit
ter mille & quingentas libras, ſuper reditibus
ſuis Bergis, Furnis, & alibi. Hic tanto amore 114 Ejus in patriam amor.
Patriæ flagravit, ut Patre Gallicâ perfidiâ in
carcerem conjecto, & laborante jam de libertate Flandria, relictis omnibus quæ à Carolo in
Italia acceperat, huc properarit, comitante Meyer. an. 1304.
uxore Machtilde; ubi tanto favore exceptus
eſt, ut unanimi omnium conſenſu, totius Flandriæ adminiſtratio illi ſit delata. Quo in mu- 115 Virtus militaris.
nere ita ſe geſſit, ut ſuperatis Gallorum technis,
& prælio Pabulano acie fuſo Philippo Rege,
convulſâque Flammulâ, decantato illo Gallorum ſigno, ex antiquo gentis ritu, pacem Patriæ, fratribus libertatem, ſibi æternum decus
compararit. Itaque rebus bene geſtis, & Repub.
conſtitutâ, tandem in Italiam ad ſua rediit: ubi
triennio poſt, menſe Novembri deceſſit ſine 116 Obitus.
liberis, ſepultus Neapoli. Oudegherſte filium Annal. cap. 154.
illi tribuit Henricum Flandrenſem; ſed eum
Guidonis fuiſſe Meyerus tradit. Margareta Joan- Anno 1304. & 1337.
ni Brabantiæ Duci nupta, peperit Joannem, 117 Margareta.
Godefridum, Margaretam, & Mariam. Maria Meyerus. ibid.
(quam Scriptorum plerique omittunt) Amedeo 118 Maria. Oudegherſte cap. 113.
Sabaudiæ Comiti data. Beatrix primùm Hugo-
ni Caſtellionenſi Sanpaulo Comiti juncta: ex 119 Beatrix. Meyer. an. 1304.
quo Joannem cognomento Teneræmondanum, & Marchant. vita Guidonis.
dein Florentio Hollandiæ Comiti (in aucupio Meyer. an. 1301.
à ſuis cæſo) ex quo Theodorum, Florentium, Idem anno 1304. Ibidem.
Gulielmum, Othonem, Joannem, Beatricem,
Machtildim, & Margaretam ſuſtulit. Joanna 120 Joanna.
maritum habuit Gulielmum Juliæ Comitem, Meyer. an. 1277.
quem Brabantiæ Ducis factione Aquiſgrani oc-
ciſum ferunt. Machtildis Bleſenſis Comitis fuit 121 Machtildis. Idem an. 1304.
uxor.

ROBERTUS *Dampetra* maximus natu matri 122 ROBERTUS dominus.
ſucceſſit: qui mortuâ priore conjuge Blancâ Ca- Meyer. an. 1265.
roli Andegavenſis Siciliæ Regis filia (quæ huma- & an. 1322.
ta eſt anno 1268. 17. Julii) & paulò pòſt ductâ Gaillart.
Jolantide Odonis (aliis ſed malè Roberti) Bur- 123 Ejus uxores. Meyer. an. 1270.
gundiæ Ducis, & Iſabellæ Nivernenſis filiâ, à Idem ad an. 1322.
dotali regione *Comitem* ſe *Nivernenſem* inſcripſit, 124 Inſcriptio. Archiv. Swivec.
Betuniæ & Teneræmondæ Dominum. Hic prædi- diplom. an. 1270.
ctum Carolum Ludovici Galliæ Regis fratrem, 125 De Manfredo triumphus.
in Italiam ſecutus, de Manfredo, in Flandrorum Meyer. an. 1265.
acie cæſo (Picardos Collenetius vocat) trium- Hiſtor. Neapol. lib. 4.
phavit, ætatis anno XVIII. ſuis illum manibus 126 Idem poſt
Manfredum mactaſſe Oudegherſte memoriæ Comes Fland. Annal. cap. 118.
tradidit. Poſtmodum ad Comitatum Flandriæ Meyer. an. 1305.
pervenit.

GULIELMUS *Dampetra* ſecundus natu, à mor- 127 GULIELMUS Dominus.
te patris, æſtimatione factâ, & urbis & agri, Tab. anno 1308.
Teneræmondæ Dominium accepit, quam Pa- Oudegherſte cap. 130.
ter vivus patrimonii loco illi addixerat: Unde in Meyer. an. 1304.
Hiſtoriis *Teneræmondanus* appellatur. Hic Ade- 128 Ejus uxor.
lam Rodolphi Nigellani Equitum magiſtri, & Meyer. an. 1302. Idem an. 1300.
Flandriæ pro Gallo præſidis (qui tandem prælio Cortraceno cum plurima Galliæ nobilitate, Idem an. 1302.
& florentiſſimo Chriſtiani orbis exercitu, à plebe Flandrica cæſus) unicam heredem uxorem
duxit: Ob quam affinitatem Gandenſes dicto Ibidem.
prælio Rodolphum ſervaſſent; niſi poſt tantam
ſuorum cladem noluiſſet eſſe ſuperſtes. Hoc con- Meyer. an. 1305.

jugio

jugio Gulielmus Nigellæ dynaſtiâ, & viceco-
129 Inter quos arbiter. Oudegherſte Annal. cap. 131. mitatu Caſtri Dinienſis familiam auxit. Idem le-
ctus fuit arbiter cum Roberto fratre, Hugone
Caſtellionenſi, & Guidone Comite S. Pauli, in-
ter Guidonem Flandriæ, & Robertum Arteſiæ
Comitem in controverſia de finibus Flandriæ,
& Arteſiæ: Idque circa annum M. CC. XCVI.
Aliquanto poſt patrem Guidonem pactis Con-
130 Ejus captivitas. ventûs Rodenburgici fiſum in Gallias ſecutus,
cum eo, & fratre Roberto, & frequenti inſu-
per nobilitate, in carcerem conjectus eſt: ubi
etiamnum patre Flandriam reviſente manſit ob-
ſes; donec tandem libertati reſtitutus eſt lege
Pacis (quam *fœdus iniquitatis vocant*, ob ini-
quas Flandriæ conditiones) quam tamen coa-
131 Cum fratre controverſia. Oudegher. c. 141. Lib. 1. cap. 4. Annal. cap. 43. Varia diplom. ctus eſt cum conjuge confirmare. Inter hunc
& Robertum Flandriæ Comitem, mota ea
quæſtio, cujus ſuprà memini: *An Territorium
Teneræmondenſe Flandriæ ſit feudum:* cujus rei
etiam Oudegherſte meminit. Ceterùm hoc
132 Inſcriptio. modo tituli eſt uſus: *Gulielmus Flandrenſis Ni-
133 Obitus. gellæ & Teneræmondæ Dominus.* Obiiſſe circa
annum M. CCC. XII. id indicio eſt, quòd adhuc
vixiſſe cognoſcitur anno M. CCC. XI. quo lega-
Archiv. Abbatiæ. vit Cœnobio Swiveceano, ex reditibus in Uyt-
berghen, octo libras, octo Solidos, octo de-
narios Pariſienſes. Mortuum verò fuiſſe anno
Diplom. anno 1313. ſupra c. 4. num. 10. ſequente, planum; quum videamus ejus filium
Gulielmum uſum titulo Teneræmondæ. Filios
134 Liberi & nepotes. habuit Gulielmum, Joannem, Guidonem,
Meyer. an. 1304. Analecta Harduini. Ibidem. quibus omnibus à materna ditione *Nigellanum*
cognomen fuit; & tres inſuper filias. Joannes
Nigellanus conjugio Beatricis de Sanpaulo
Ejus apud Oudegherſte mentio c. 154. Crevecuriç, Arſuriique Dominia, & Caſtel-
Analect. Harduin. laniam Cameracenſem nactus eſt. Liberos habuit
Meyer. ad annum 1346. & 1347. Joannem, qui ſine liberis obiit. Mariam quæ
Idem an. 1323. Amboſio, & alteram quæ Magno Gulielmo
de Craon nupſit. Guido Nigellanus ſub Ma-
leano armis clarus fuit; præſertim bello An-
glico. Idem cum Joanne fratre interfuit Con-
ventui, qui Audomaropoli celebratus eſt, ſu-
per redemptione Joannis Namurcæi, Guido-
nis Comitis ex Iſabella Luceburgenſi, Namur-
ci Comite primogeniti: quem per vim occupa-
tâ Sluſâ captum, in arctiſſimam cuſtodiam
Brugenſes conjecerant: quod conaretur empo-
rium Brugis, in ſuum oppidum avertere; ſed
is dum de liberatione agitur, fruſtratis cuſto-
dibus, fugâ ſibi ſalutem, & libertatem quæſi-
Idem anno 1324. vit. Idem Guido operam dediſſe memoratur
ſopiendæ controverſiæ inter Ludovicum Ni-
vernenſem, & Franconates: qui Comitis abſen-
tiâ freti, per fas nefaſque nobilium paſſim ædes
Idem anno 1352. flammâ atque ferro ſolo æquabant. Obiit au-
Gaguinus Hiſtor. lib. 9. tem Guido ſine liberis, prœlio Anglicano Ma-
Analecta Harduini & Meyer. anno reſchalcus Regni Galliæ. Filiarum verò ma-
Analect. Harduin. 1310. xima Maria nomine, Joanni Fiennati, Bono-
Ibidem. niæ Comiti nupſit: hæc Holbecæ Domina fuit,
Meyer. an. 1320. ut apparet iis tabulis, quibus concedit Rodol-
pho de Pipenpoy Bruxellenſi piſcationem in
Vildera, & rivo dicto *Stellekens-vliet*. Filium
habuit Joannem, qui ſubſcripſit tabulis aſſigna-
tionum, quas Robertus Betunius dedit Rober-

to, ſecundo natu filio, eâ lege, ut ratum ha-
beret Conjugium, & legem conjugii Ludovici
Creſſiaci, ſui ex fratre nepotis, cum Marga-
reta Philippi Longi filia. Altera Iſabella mari- Analect. Harduin. Ibidem.
tum habuit Dominum de Brians, & ſine prole
deceſſit. Tertia immatura obiit.

GULIELMUS *Nigellanus* ſive *Flandrenſis*, 135 GULIELMUS Dominus.
maximus natu, poſt patrem Teneræmondæ
fuit Dominus. Conjugem habuit Aliſiam, & 136 Ejus uxor.
ejus dote dominatum Bergenſem, Neoporti, Diplom. an. 1311. ſupra cap. 4 num. 10.
& Denſæ. Hic cum Roberto, Joanne, & Gui-
done patruis, interfuit Coronationi Henrici VII. Analect. Harduin. Meyer. an. 1308.
Imperatoris, quæ Aquiſgrani facta. Idem Ro- Ibidem.
berto cum Flandriæ Procuratoribus in Gallias 137 Idem Brugarum Præfectus.
ad Regem proficiſcente, Brugenſis urbis, à
qua motus exſpectabatur, adminiſtrationem ac-
cepit. Bello etiam Hannonico ſubſidiarius Ro- Meyer. an. 1310.
berto Patruo fuit, cum Ludovico Nivernenſi,
& Roberto ejus fratre. Hunc Meyerus *Roberti* 138 Meyeri error.
ex ſorore nepotem vocat, quum ſit ex fratre Gu-
lielmo, qui Adelam Rodolphi Nigellani filiam
uxorem duxerat; cujus ipſe Meyerus antè me- Ad annum 1302.
minerat. Hic ille Gulielmus eſt, qui cum Pa- Diplom. an. 1313. ſupra cap. 4. num. 10.
truo Roberto controverſiam finiit, de Clien-
telari Teneręmondæ poſſeſſione, ut patet ex 139 Patris controverſiam finiit.
conventione, quę ea de re exſtat. Tandem de- 140 Ejus mors.
ceſſit ſine liberis.

Morte Gulielmi Teneręmonda ad fratrem 141 JOANNES Dominus.
JOANNEM pervenit: ut liquet diplomate, cu- Archiv. Swivec.
jus initium: *Joannes Flandrenſis Nigellæ Creve-* anno 1320.
curiæ & Teneræmondæ Dominus: quo confirmat 142 Ejus inſcriptio.
Beatrici Colini Odomontii filię, Roberti Flan- Ibidem diplom. anno 1297.
driæ Comitis Patrui ſui donationem, cui Comes
ceſſerat, quoad illa viveret, *quidquid ſibi ut
Domino Teneræmondæ Abbas Affligenienſis ocrea-
rum & pellicei nomine quotannis debebat.* Conju-
gem & liberos ſuprà dedi. Porrò *Joannes* cum Nameto 134.
conſanguineo ſuo Ludovico Creſſiaco Flandrię Meyer. an. 1325. & Oudegherſte.
Comiti, Cortraci præſidio eſſet, furore plebeo Annal. cap. 150.
cum aliis viginti quinque Equeſtris Ordinis Pro- Idem cap. 154.
ceribus, miſerandum in modum periit, relictâ 143 Et mors.
Beatrice viduâ, quæ multò pòſt uſa eſt titulo
Nigellæ & *Teneræmondæ*.

Joannes Nigellanus heredem reliquit MA- 144 MARIA Teneræmondæ Domina.
RIAM, quę *Inghelrammo Offemontio* Amboſiæ
Domino nupta, inter alia Teneræmondam ad 145 Ejus maritus.
Amboſiam gentem tranſtulit. Aliqui hanc Gu- Varia diplom.
lielmi filiam credidêre; ſed Joannis fuiſſe inde 146 De ea error.
liquet, quòd poſt Gulielmum ad Joannem Te-
neræmonda abiit, & ab hoc ad MARIAM.
Hæc vixit adhuc anno M. CCC. XLIX. ut conſtat 147 Ea quando adhuc ſuperſtes.
ex conventione cum Abbate Affligemenſi, ſu- Analect. Joannis
per controverſia quam habuerant cum dicta Ab- Gevartii.
batia de feudis, quæ id Monaſterium à Teneræ-
mondenſi Domino tenebat. Imò verò eam cum
marito ſuperſtitem fuiſſe ad annum uſque
M. CCC. LIII. diplomate docemur, quo Senatui
poteſtatem faciunt imponendi certum tributi
genus, quod Maltotam & Aſſiſias vocant: &
alterum, quo Fullonibus in hac urbe prima pri-
vilegia Inghelrammus donat.

A Maria ad PHILIPPUM *Valeſium* Galliæ Re- 148 Philippus Galliæ Rex Teneræmon. Dominus.
gem, pretio hoc Dominium devenit. Oudegherſte cap. 161.

A Va-

149 Ludovicus Malean. Comes Fland. Teneræm. Dominus quomodo. Ibidem Oudegherſte & Girardus an. 1347. Meyer. an. 1331.

A Valeſio dono, ut aiunt, ad LUDOVICUM *Maleanum*, Flandriæ Comitem, ut hâc munificentiâ illum ab Anglicanis nuptiis avocaret ad Margaretam Joannis tertii Brabantiæ Ducis ſecundam natu filiam, proneptem ſuam, ex filia Margareta; quam antè trienni puero, & rex & pater deſponderant: qui ille & Regem ſibi conciliavit, & poſteris tot ampliſſimarum ditionum incrementum. (Malè Meyerus dotalem putavit hanc Meleano urbem.) Dintherus aliam adfert donationis cauſam, cujus hæc ſunt verba: *Philippus Rex Franciæ emit opidum, & terram de Teneræmonda, ſub Imperio Romano conſtitutas, erga Dominum de Amboyſe: quod, & quam idem Rex donavit ſupra dicto Ludovico Comiti Flandriæ, in recompenſationem medietatis opidi Mechlinienſis, & ſumma octuaginta ſex millium & quingentorum regalium. Et ex tunc Joannes Dux Brabantiæ, nomine Henrici ſenioris ſui filii fuit adeptus pacificam poſſeſſionem prædicti opidi Mechlinienſis.* Hæc ille: quæ narratio verior exiſtimari queat, vel hanc ob cauſam, quòd ea donatio facta videtur diu poſt conjugium Maleani, quod initum anno M. CCC. XLVII: & ex Diplomate allegato conſtat, Mariam Amboſio nuptam, cum marito ſuperſtitem fuiſſe, & Teneræmondæ imperaſſe anno M. CCC. LIII. Imò anno ſequenti Teneræmondam nondum penes Maleanum fuiſſe, certis indiciis ejus diploma docet; quo ut Dominus directus hujus opidi leges confirmat. Anno demum M. CCC. LV. hoc Dominio potitum ipſius verba teſtantur in hanc ſententiam: *Quia nunc primùm venimus ad Dominium, & omne jus urbis, & Territorii Teneræmondenſis, omniumque quæ inde dependent, ut Domini ſine medio.* Sed dici queat, Regem anno M. CCC. XLVII. eâ lege emiſſe, ut id Dominium penes Mariam & Amboſium eſſet quoad viverent; morte verò alterius, vel utriuſque Maleano cederet: quod equidem fieri potuit; quum eo anno Flander ſuo juri in Mechliniam ceſſerit, totiuſque opidi poſſeſſionem acceperit Henricus, Brabantiæ Ducis primogenitus: qui ibidem in dominum inauguratus anno ſubſequente: ut eodem anno Maleanus ſuas Teneræmondanis leges, & conſuetudines confirmavit: omne tamen dominii jus nondum, ut dixi, conſecutus.

Flandriæ Rerum tomo 1. Hiſtor. Brabant. lib. 5. cap. 37.

150 Alia rei occaſio Mechliniæ mutatio.

151 Ultra cauſſa verior.

Meyer. an. 1374.

Archiv. opidi anno 1354.

152 Maleanus quando demum utilis dominus.

153 Concillatio pugnantium auctorum.

Meyer. an. 1347. Gramaye Mechliniâ l. 1. ſect. 5.

Archiva oppidi Diplomate anni 1348.

A Dinthero & mea mente non admodum diverſi abeunt Marchantius & Divæus: quorum ille, ipſis ſponſalibus datam Maleano Teneræmondam dicit: quæ res fortè Meyero, & poſt illum Guicciardino, occaſionem dedit ſcribendi *hanc ditionem Maleano dotalem.* Hic verò, eo ipſo tempore *Maleanum Brabanto ſocero remiſiſſe octuaginta quinque millia, & quingentos regales*; pretium nempe, de quo, vivo adhuc Creſſiaco, conventum: acceptâ videlicet in compenſationem Teneræmondâ. At verò hìc obiter monere viſum, aliam eſſe Dintheri mentem, quàm verba innuunt. Et ne quis putet, hoc Dominium ab Amboſiis emptum Maleano Regem donaſſe, ut jure ſuo in Mechliniam, & inſuper credito octuaginta ſex millium, & quingentorum regalium cederet, ut oratio ſonat: Notandum emptam eam Urbem ab Adolpho à Marca Præſule Leodicenſi, & Reginaldo Comite Geldriæ patre & tutore Margaretæ, cui id avitum ex Bertholdis Dominium centum & ſexaginta millibus regalium, ſive quod perinde eſt, centum millibus numorum Turonenſium, in jus Ludovici Creſſiaci Flandriæ Comitis conceſſiſſe. Poſt quam emptionem quum inter Flandrum controverſia intercederet, dicente Brabanto, eam partem quæ Geldri fuerat, quum Brabantiæ ſit feudum, non potuiſſe alienari ſine ſuo aſſenſu: & velle alteram partem ære perſoluto ad ſe trahere, re verâ autem, quia in inteſtinis ſuæ ditionis, & Brabantiæ medio Flandrum ſuo imperio pernicioſum fore ſuſpicabatur. Tandem cùm Flander nollet cedere; ad arma ventum: quorum cùm tæderet, lectus utrimque arbiter, & ſequeſter, Rex Galliæ: qui pauco pòſt tempore, bellum quidem conjugiis diremit; de jure tamen utriuſque nihil definiit. Donec tantæ moræ tædio, modus controverſiæ inventus: pactumque inter eos Teneræmondæ, ut junctim, & paribus auſpiciis Mechliniæ imperarent, *alter in clientela alterius: vectigalia æqualiter partirentur: Scultetum & Quæſtorem ſimul conſtituerent: qui ad Neckers-Poelam morantur Cives, Duci; qui ad Blydebergam, Flandro ſubeſſent: Neutri, invito altero, munitiones conſtruere liceret.* Aliquanto pòſt, Creſſiacus totâ urbe ceſſit pretio octuaginta ſex millium regalium. Ita Meyerus. Alibi idem quingentos addit. Annales Brabantiæ huic numero mille detrahunt. Juſtum pretium ex legibus conventionis ſtatim dabo. Quum autem ante ſolutionem Flander è vivis exceſſiſſet, Philippus Rex cum Maleano certâ quâdam compenſatione conveniſſe dicitur, ut totâ Mechliniâ cederet. Hanc compenſationem Teneræmondæ donationem fuiſſe ex Dinthero certum: quam *Rex Maleano dedit in compenſationem*, inquit, *medietatis opidi Mechlinienſis, & ſumma octuaginta ſex millium & quingentorum regalium*, quod ſenſu diviſo intellige: id eſt, in *compenſationem medietatis Mechliniæ*, ſive ejus pretii quod pro ea pacti Creſſiacus & Joannes. Hanc autem emptionem Philippum de ſuo feciſſe, non eſt vero ſimile: quum nihil, aut certè non admodum regis interfuerit, Mechliniam penes Brabantos, aut Flandros eſſe. Imò verò quum ſemper ſuſpecta Gallis fuerit Flandrorum potentia, quàm ſæpe etiam per vim, & fraudem minuere ſunt conati, valde in hoc ſui imperii arcanum peccaſſent, ſi in re aliena tam fuiſſent munifici. Magis credendum, Regem rogatu Brabanti, qui promiſerat deſerturum ſe fœdus Anglicanum ſi Matrimonium filiæ ſuæ ſecundæ cum Maleano procuraret, etiam hâc in re auctoritatem ſuam apud Amboſium interpoſuiſſe; quaſi ſibi empturum: & quò negotium meliùs ſuccederet; veluti regali munificentiâ Teneræmondam cum Territorio Maleano dediſſe, eâ lege, ut omni juri in Mechliniam cederet. Quod per regem impetratum non Dintherus

Deſcrip. Teneræmondæ. Commentar. l. 1. Fland. Rerum tomo 10. Deſcrip. Teneræmondæ. Lib. Hiſtor. Brabant. 14.

154 Dintheri alia mens, alia verba. Dinther. Hiſtor. Brabant. lib. 5. cap. 37.

155 Ejus rei illuſtratio. Meyer. an. 1333. & Annal. Brab. c. 41. & Divæus Hiſtor. Brabant. lib. 14.

156 Mechlinia Creſſiaci, pretio.

157 Inde controverſia.

158 Et Bellum. Anonymus M. S. de Bello Grimbergenſi apud Juſtum Harduinum. Meyer. an. 1333.

159 Quis dein ſequeſter. Meyer. ibidem. Annales Brab. cap. 41. & Oudegherſte cap. 55.

160 Quæ inter partes conventio. Divæus Hiſtoriæ Brabant. l. 14. & Meyer. an. 1336.

161 Flander totâ cedit.

162 Quâ Lege. Meyer. an. 1346. Ad an. 1357. Cap. 41. an. 1347.

Numero 147.

163 Ceſſio cur irrita.

164 A Maleano iterata certa compenſatione.

165 Ea quæ fuerit. Lib. 5. cap. 37.

166 Dintheri interpretatio. Ita Meyer. ad annum 1357. & Divæus l. 14.

167 An à Rege compenſatio.

168 Negativæ ratio una.

169 Et altera.

170 Conjectura veriſimilis. Meyer. an. 1346.

171 Maleanus gratis non ceſſit. Ad an. 1347. cap. 41.

therus ſolùm meminit; ſed de conditionali inſuper compenſatione, & Meyerus, & Annales Brabantiæ fidem faciunt. Alioquin nulla erat ratio, cur Maleanus eam poſſeſſionem alienaret; præſertim gratis, ut credunt, imò vel invito quodammodo rege: quum antè ab eo ipſo definitum Hiſtoriæ memorent, *Ducem, ſi vellet emptionem reſcindere, daturum Comiti octuaginta ſeptem millia, & quingentos regales.* Quod de medietate intellige: de cetero enim ſatisfactum Creſſiaco, antequam conjunctim Mechliniam uterque poſſedit, nemo dubitat.

Gramaye de Mechlinia l. 2. ſect. 5. Meyer. an. 1333.

172 Neque vitium inopia.

Neque tam deſperatæ erant res Maleani, ut aliquo metu fuerit deſerturus ſuam cauſam. Quum paulò pòſt defuncto Duce Socero, non Mechliniam modò, ſed omnem pœne Brabantiam armatâ manu occuparit, & tenuerit: donec tandem aſſumpto utrimque arbitro Gulielmo Duce Bavariæ, Comite Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Domino Friſiæ, certis legibus ſopito bello, pax coiit. Ex cujus Conventionis capitibus ea potiſſimùm excerpſi, quæ maximè ad hanc rem facere videbantur.

173 Quod occupata Brabantia testatur.
Mayerus anno 1356.
Anonymus Ms. apud Harduinum, & Oudegherſte Annal. c. 165. & Meyer. an. 1357.

174 Et leges pacis.

Primò, *ut Lovanium, Bruxellæ, Nivella, Thenæ, mereant Maleano: & unaquæque dictarum urbium ſub ſuo ſigno mittat* XXV. *viros; inter hos duos Barones; & duos dignitate Equeſtri; idque ſumptibus Brabantiæ, per ſex hebdomades quotannis, quotieſcumque evocabuntur, & in quoſvis: excepto Duce Brabantiæ.*

Secundò, *ut Maleanus utatur titulo Ducis Brabantiæ quoad vixerit.*

Tertiò, *quum Gallus qui lectus erat arbiter inter Ducem, & Creſſiacum, in controverſia de poſſeſſione Mechliniæ decreverit, ut ſi Comes ſuo jure cederet, Brabantus illi numeraret ſummam octuaginta ſex millium, & quingentorum regalium, eaque Pax quæ Aſcæ pacta fuerat non eſſet ſervata, unde magnas Flandrum expenſas facere fuit neceſſe; ut in poſterum Maleanus totam eam urbem, cum ditione recipiat, cum omni jure & Juſtitia: nihil Brabantiæ Duci, aut ulli relicto.*

Ita Divæus lib. 15. pro belli, inquit, impenſis.

Quartò, *ut quoniam quod in dotem filiæ ſuæ dare Dux ſocer promiſerat, non dediſſet in ſolidum; Maleanus pro decem millibus florenorum annuis qui reſtabant, in feudum, à Duce Antverpiam caperet, cum appendentiis, & dependentiis, cum Juſtitia mera, mixta, & juriſdictione. Et ſi urbis redditus non aſcenderent ad decem millia florenorum annuè; tum Dux, quod deeſſet, intra menſem proximum ſuppleret.*

Denique *quod neque Duci, neque ejus uxori, ab hujus arbitralis ſententiæ die, quidquam liceret de ſuis ditionibus vendere, gravare, pignori dare: neque in partem, neque in ſolidum.*

Hæ conditiones ſatis indicant potiorem viribus fuiſſe Maleanum; neque metu ceſſiſſe. Et quidem conformiter huic Conventioni *Comitem ſe Flandriæ & Brabantiæ Ducem*, inſcripſit, (quod & ſepulchralis Epigraphe Inſulis teſtatur) & Mechliniæ poſſeſſionem adiit: quæ Flandriæ annexa manſit uſque ab Philippum Bonum; qui ſejunxit. Antverpiæ item dominium accepit, quam vel invitam, immiſſo præſidio, parere coëgit. Cùmque novum Prætorem inſtitueret rerum capitalium vindicem, quem *Flandriæ Souveranum*, ſive Summum vocant, utrumque hunc dominatum ejus ditioni ſubjecit.

Archiv. oppidi Diplom. an. 1379. Analecta Gaillardi. Meyer. tomo 9. Idem. an. 1357. Idem. an. 1374.

175 Neque nuptiarum gratiâ.
Meyer. an. 1346. Girardus Hiſtor. Gallic. an. 1347.

Neque eſt quod aliquis ſuſpicetur, nuptiarum gratiâ Comitem ceſſiſſe: quum illum ab ipſo Brabanto ſolicitatum conſtet. Neque denique metu Regis id facere in animum induxit; quem certum eſt Maleani ſtudioſiſſimum fuiſſe, ne cum Anglo, quo omnis Flandria inclinabat, paciſceretur: qui & nobiliſſimâ legatione, & ipſe inſuper trajecto mari, cum uxore, ac filia, & colloquio, & ampliſſimâ dote Comitem in ſuas partes pellicere conabatur.

176 Neque metu Regis.
Meyer. an. 1346.

177 Sed compenſatione Teneræmondæ.

Ut ut eſt, certè gratis Mechliniâ Maleanus non ceſſit; ſed quod & Dintherus, & Annales noſtri, & Brabantici teſtantur, certâ compenſatione: quod ut dixi de Teneræmonda intelligo, & mente & verbis Dintheri.

Lib. 5. c. 37.

178 Hæc Flandria Proprietaria, cur.
Supra cap. 4.

Ex illo fuit hæc urbs penes Comites Flandriæ: & nominis communione cœpit appellari *Flandria Proprietaria*: quia ut dixi neque Gallo, neque Cæſari obnoxia, & merâ proprietate à Deo eam Domini tenent.

179 Qui poſt Maleanum Teneræmondæ Domini.
Meyer. an. 1383.

Poſtquam LUDOVICUS inter vivos eſſe deſiit, ſecuti ſunt ii, qui & Flandriam, & Teneræmondam ſimul tenuerunt: quorum res geſtæ, quum ex Hiſtoriis, & Annalibus Comitum Flandriæ vulgò ſint obviæ; vix aliud quàm Nomina percenſebo, & annum quo inaugurati hujus oppidi dominium acceperunt: quod ad Carolum V. uſque omnes præſtitêre: qui continuò, ubi ex ephebis exceſſit, variâ rerum mole preſſus, & nunc in illam, nunc in aliam regionem diſtractus, hanc huic ſuo Dominio operam dare non potuit. Attamen non ideò inter particularia Principum Dominia deſiit cenſeri: quòd præter alios, publicè nuper Triumphali opere Clariſſimus Vir Joannes Bochius eſt profeſſus. Et quamquam Principes ceteris ſuis titulis non etiam hunc addunt, aliter tamen hìc olim uſitatum, in tabulis publicis deprehendi. Cui rei fidem facient exempla, quæ ſuprà dedi: *Guidonis Comitis Flandriæ, & Domini Teneræmondæ; Machtildis Comitiſſæ Flandriæ, & Dominæ Teneræmondæ; Caroli Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ, & Domini Teneræmondæ.*

Pompa hujus oppidi.

Cap. 4. num 20.

180 Comes Flandriæ Teneræmondæ titulo uſos, exempla.

181 Margareta Maleana Domina.
Divæus Hiſtor. Brabant. lib. 16.

Prima occurrit MARGARETA Maleana, Ludovici Comitis filia, quæ hìc jusjurandum præſtitit & accepit anno M. CCC. LXXXIV. Hujus maritus Philippus Audax, Joannis Galliæ Regis filius, promiſit Proceribus Brabantiæ ſe Antverpiam, & Mechliniam perpetuò Brabantiæ annexurum, ſi filio ſuo ſecundo natu Antonio illum Ducatum, vivâ Joannâ, à qua adoptatus erat, confirmarent: Teneræmondam verò etiam; donec ditionem Cuyckanam, & Graviam ſuis expenſis Brabantiæ aſſeruiſſet, quod etiam haud mediocre eſt particularis Dominii indicium. Obiit illa anno M. CCCC. IV.

182 Ejus maritus.

183 Brabantis quid promiſerit.

Meyer. an. 1404.

184 Joannes Burgundus Dominus.
Meyer. an. 1419.

Margaretam matrem ſecutus eſt JOANNES Burgundus, anno M. CCCC. VIII. 20. Aprilis (obiit anno M. CCCC. XIX.) Illum filius PHILIP-

185 Philippus Burgundus Teneræm. Dominus. Meyer. an. 1267.

pus Bonus, anno M. CCCC. XIX. (obiit anno M. CCCC. LXVII.)

186 Carolus Burgundus Teneræmondæ Dominus.

187 Teneræmondæ quando ſeceſſum habuerit Olivier de la Marche lib. 1. cap. 33. Idem l. 1. c. 22 & 33. Meyer. an. 1456. Idem an. 1476.

Philippum CAROLUS, anno M. CCCC. LXVII. primâ Auguſti. Hic cùm in patris indignationem incidiſſet propter domeſticorum munerum collationem, Philippo promovente Philippum Croiacum; Carolo ſibi Emeriacum aſſerente (impensè enim eâ ætate omne nomen Croiacum oderat) ſeceſſum ſibi in hoc oppido legit, ubi vixit donec, procurante Ludovico Delphino. XI. poſtea Gallorum Rege (qui & ipſe à Patre Carolo VII, ſed diſpari impietate diſſentiens, in Belgicam ſe receperat) & miſſo huc Raveſtanæ Regulo, Parenti eſt conciliatus. Obiit anno M. CCCC. LXXVI.

188 Maria Burgunda Teneræm. Domina.* Analect. Harduini & Archiv. opidi.

189 Margareta Eboracenſis Teneræm. uſufructuario. Marchant. Comment. lib. 3. vita Mariæ.

Carolo ſucceſſit MARIA, unica patris heres, Maxæmiliani Cæſaris uxor, anno M. CCCC. LXXVI. 20. Aprilis. Hæc hujus oppidi uſumfructum Novercæ Margaretæ Eboracenſi, Angliæ Regis filiæ, & ſorori, conceſſiſſe legitur. Quod fortè occaſionem dedit vitreæ ejus feneſtræ, quæ in ſummo Templo, in Choro D. Virginis viſitur, ubi ejus effigies, & Caroli Ducis mariti ejus imberbis ſpectatur. Obiit autem Maria anno M. CCCC. LXXXII.

190 Civis Teneræmondani egregium facinus.

Marc. Vaernewyck Annales Flandr. ad annum 1479.

Ceterùm quia hìc Maxæmiliani mentio, non importunum erit hìc inſerere (quod haud mediocrem huic urbi laudem comparabit) huic Principi, in præſenti periculo, vitam à noſtro cive ſervatam. Accidit id prœlio Guinegattano: ubi deploratis rebus, Galli clàm ei percuſſorem ſubmiſerant, qui ſigno Burgundum mentitus (quo extra ſuſpicionem eſſet) jàm Maxæmyliano imminebat, eique necem procuraſſet; niſi detecto fuco Gallico, noſter hic hominem occupaſſet, eoque dejecto & trucidato, Principi ſalutem, conjugi maritum, Belgicæ ſuum columen, ſibi atque patriæ ęternam laudem peperiſſet. Illum fuiſſe credo Petrum Teneræmondanum, virum tam ſpectatæ fortitudinis, ut peculiari encomio *Fortis Petrus Teneræmondanus* diceretur, eique Carolus V. Cæſar meritorum ergò Teneræmondanæ gentis inſignia tribueret, tribus mediis leonibus ad diſcrimen adjectis: quibus inſigniis paulò poſt uſus Michaël van Hofſtad, ejus familiæ heres, Willecommæ, Priemis, & Poelvoordæ Dominus, conditus hìc ad D. Virginis, cum conjuge Paſchaſiâ van Waeſberghe: quorum ille obiit anno M. D. LXII. hæc M. D. LXVIII.

191 Philippus Auſtriacus Teneræm. Dominus Archiv. urbis ibidem. Marchant. Comment. lib. 3.

Mariam excepit PHILIPPUS Auſtriacus primus, anno M. CCCC. XCVI. 14. Martii. Quam diem quorumdam privilegiorum confirmatione palàm deſignat: *Datum*, inquit, 14. *Martii auſpicali noſtro die.* Obiit anno M. D. XIII.

192 Carolus V. Cæſar Teneræm. Dominus. Lud. Guicciard.

Præmaturâ Philippi morte, CAROLUS V. hunc dominatum accepit. Is Pontificis elogio *Maximi fortiſſimique* cognomen accepit. Tandem magnis diuturniſque laboribus fractus, Chriſtianorum Cæſarum primus, ultrò, volens, Imperii dignitate, & Belgicis ditionibus ceſſit. Illam Ferdinandus frater ſuſcepit.

193 Philippus II. Auſtriacus Teneræm. Dominus.

In Belgicam PHILIPPUS II. *Auſtriacus* ſucceſſit, Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus: Eccleſiæ Romanæ columen. Hic XLIII. Belgici imperii anno, cum aliis ditionibus hunc etiam dominatum conceſſit

Miræi Chron. an. 1555. Bochius Opere Triumphali anno 1598. prid. nonas Maii.

194 Iſabella Clara Eug. Teneræm Domina.

195 Alberti Auſtriæ Archiducis conjux. Prid. Kal. Junii.

ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ filiæ ſuæ, ex Iſabella Henrici II. Gallorum Regis filiâ, in dotem, cùm Sereniſſimo Archiduce ALBERTO Maxæmyliani II. filio, Ferdinandi Cæſaris Nepote, Belgarum per ea tempora Prorege. Quâ de re tria exſtant diplomata; Patris cedentis, Filii approbantis, & *Iſabellæ Claræ Eugeniæ* donationem ratam habentis: quæ miſſo libello procuratorio per Archiducem ſponſum poſſeſſionem adiit. Quo facto, *Albertus*, poſtridie quàm *Philippus* Rex vitâ defunctus eſt, per Inſubres, & Lugures, in Hiſpaniam profectus, traditâ *Philippo III.* Regi *Margaretâ* Auſtriacâ Sponſâ, *Caroli* Archiducis Auſtriæ filiâ, ipſe viciſſim ſuam Valentiæ accepit: peractiſque ritè nuptiis, poſt tauri venationes, Cannarum luſus, & decurſus Equeſtres, ex Hiſpaniis uterque ſolvens, trajecto ſinu Narbonenſi, per oras maris Liguſtici, in Italiam Genuam devenit; & inde incredibili Provinciarum lætitiâ, in Belgicam, ac veterem heroum ſedem Bruxellas: ubi triumphali pompâ, ſummo magnatum populique ſtudio, & Ordinum immensâ gratulatione excepti, poſt varias Brabanticarum Urbium luſtrationes, tandem cùm Flandriam viſerent, primam hanc Urbem viderunt: eo apparatu, qui neque opes oſtentaret, neque celaret affectum: quem ita à Civibus Principes acceperunt, ut ſuum etiam ſatis demonſtrarint, vel hoc uno argumento: quòd dum hìc fuêre, Civium potiùs excubiis in palatio voluerint uti, quàm præſidiariæ hujus oppidi cohortis, etſi gentis Hiſpanæ. His Principibus æternùm Belgica debet, procuratâ populo pace Gallicâ, Anglicanâ, & induciis belli Belgici. De quibus cum ingenti partium deſiderio ageretur, datumque mihi in manus elogium eſſet illud, ET PACE, ET BELLO, quod cum emblemate recens excuſum, Sereniſſimo Principi nuncuparat doctiſſimus Aubertus Miræus, quem ob edita Illuſtrium Belgarum Encomia, *Solem Belgarum* Immortalis Lipſius vocat, in illud quod dixi Elogium, & alterum ejuſdem ferè ſententiæ, FATA SEQUAR, ſtudium erga Principem hoc mihi Epigramma expreſſit:

18. Kalend. Oct. 4. Kalend. Maii 1599. 196 Ex Hiſpaniis cum Archiduce ſolvit. 7. Idus Junii. 197 In Belgicam dotalem venit. Nonis Septemb. 198 Teneræmondam viſita 6. Kal. Febr. 1600 199 Quem hic affectum oſtenderit. Bochius pompâ hujus opidi. 200 His Principibus quid Belgica debeat. Anno 1598. Anno 1600. Anno 1609. 201 Nuncupatum Archiduci Elogium. Epigram. in Elogia Miræi. 202 Illud noſtrum Epigramma.

BELLA *regit* PACEMQUE *Deus; ſed Principis unum eſt,*
Prudente obſequio FATA *Deumque* SEQUI.
Qui facit, ut noſter; Deus hunc vel PACE, *vel* ARMIS,
Aut oleâ, aut lauro conſpicuum faciet,
Gratior at lauro eſt, pacatæ fructus olivæ:
Illa cruore venit; iſte favore venit.
Bellatum ſatis eſt, ſatis eſt Gradive cruoris:
Transfer Threicios iſta flagella locos.
Cede Dea PACI; *niveos quæ ſumit amictus,*
Aſtreamque polis evocat æthereis.
Ni facis; en, noſtris cœlo victoria caſtris
Imminet, & properans numine plena ſubit.

Per-

Percuſſura inimicam aciem; quam mittit ab alto
Ille Deus BELLI, PACIS *& ille Deus:*
Dum videt ALBERTUM BELLO, *vel* PACE *paratum*,
Securum Sortis, FATA, *Deumque* SEQUI.

CAPUT VII.

De bellis, obſidionibus, ærumnis, quas hæc urbs pro Dominis perpeſſa.

ENumeratis iis, qui hâc urbe potiti ſunt, ratio poſtulat, ut paucis oſtendamus, quæ bella Cives perpeſſi, & quâ fide erga Dominos fuerint: quorum uberiorem narrationem ab Hiſtoriis petere licebit. Cauſas tamen, utcumque potero, attexam; ne nimis jejuna ſit ſcriptio: & lector utiliùs legere, & faciliùs meminiſſe poſſit.

Sub Guidone Dampetra.

1 Guidonis ingenium & fortuna. Meyer. an. 1294. GUIDO Dampetra, & optimus fuit, & ſimul miſerrimus Princeps; animuſque illi rectior, quàm cautior: qui tamen ſuam bilem habebat, ubi ratio concitabat. 2 Quâ re Gallum offenderit. Hic cùm filiam Eduardo Angliæ Regis filio, & regni heredi, ambiente patre deſpondiſſet, nihil ſiniſtri aut ipſe meditans, aut de alio ſuſpicatus: tum quòd liberos locare gentium jure liberum; tum quòd (Meyer. an. 1295.) alta inter vicinos Reges pax erat: hoc tamen facto in tantam Galli indignationem incurrit, ut (Oudegherſte cap. 141.) cum conjuge atque filia amicè in Galliam invitatus (alii ultrò officii causâ iviſſe narrant) antequam in Angliam eam nuptum mitteret, 3 In carcerem conjicitur. in carcerem ſit conjectus: ſumpto prætextu, reum eſſe majeſtatis (ut ferè volenti nulla cauſa deeſt) quòd cum regni hoſte conjugia paciſceretur; re autem, quia Comitis potentiam ſuſpectam habebat: concitantibus eum Reginâ & avunculis: (Meyer. an. 1298. & 1300. Idem 1295.) qui Vatiniano erant in Flandros odio. Purgabat ſe Comes jurejurando, etiam promiſſis obſidibus, nihil ſe novaturum; ſed fruſtra erat: donec ſententia duodecim virorum, quos Galliæ Pares vocant, abſolutus eſt: 4 Liberatur. Marchant. vitâ Guid. & Oudegherſte cap. 130. Meyer. an. 1296. aut ut alii, procurante Pontifice, & fidejubente Sabaudo genero. Filiam tamen Anglo ſponſam obſidem relinque- 5 Filia obſes. Oudegherſte cap. 130. re abs Rege coactus eſt: quam cùm nec prece, nec pretio liberari Gallus pateretur (quin imò ſunt qui ſuſpectâ morte ſtatim ſublatam ferunt, (Meyer. an. 1296. Idem anno 1304. & anno 1335.) & viginti nobiles puellas in profluentem conje- 6 Et fruſtra repetita. ctas, & inſuper triginta illuſtres Equites partim in crucem actos, partim aliâ morte periiſſe) Guido (Chronicon Ms. Marchant. vitâ Guidon.) rei indignitate motus, fiſuſque Anglicano Germanicoque fœderibus, Regi bellum ultro in- 7 Bellum Regi indicit. dicit; ſed cùm à Cæſare fruſtratus, ab Anglo 8 A confœderatis deſertus. deſertus, & à ſuis deſtitutus (quod contra morem id bellum, inconſulto populo, indictum (Meyer. an. 1297. Idem anno 1298. Idem anno 1297.) eſſet) parum præſidii haberet in tantum hoſtem, à quo non armis ſolùm palam, ſed etiam (Ibidem. Marchant. vitâ Guidon. Meyer. an. 1300.) clam auro ſubruebatur; eò anguſtiæ devenit, ut cum Roberto, & Gulielmo maximis natu filiis, & quiquaginta inſuper Clientibus è prima nobilitate, dedere ſe Regi ſit coactus: eâ tamen lege, ut ſi intra annum de pace non con- 9 Regi ſe dedit certa lege. veniret, incolumis domum cum ſuis à Valeſio (Meyer. ibid.) Regis fratre deduceretur. Ubi in Gallias, ut pactum erat, venit; in carcerem cum omni no- 10 Eâ fruſtratus in carcerem mittitur. bilitate conjicitur. Quòd Comitem Valeſius adduxiſſet; ratum Rex habuit: quòd ſacramento illi de reducendo promiſerat; non habuit. Hoc rerum ſtatu cùm eſſet Guido, totaque Flan- 11 Flandria fiſco addicta. dria Regis fiſco addicta, & jam omnis pæne occupata à Liliatis (quæ Gallica factio erat) Teneræmonda ſimilem cum ceteris fortunam 12 Teneræmonda etiam occupata. paſſa eſt. Poſtmodum omni Flandriâ recuperatâ, poſt pugnam Cortracenſem (ubi memorabili (Meyer. an. 1302.) ſtrategemate, cæſo à plebe Flandrica flore Chriſtiani orbis, victoria penes noſtros fuit) ſola Teneræmondæ arx à Godefrido Virſonio (qui 13 Teneræmondæ arx. cum reliqua Gallici exercitus nobilitate, dicto (Meyer. ibid.) prælio cecidit) jam antè munita; Waſiis diu infeſta fuit; tandem eorum maximè operâ, 14 Difficulter recepta. pulſis per hyemem Liliatis, recepta eſt. Hanc ille eo accuratiùs munierat commeatu, milite, 15 Quare. Meyerus ibid. & omnibus quæ ad bellum inferendum, aut propulſandum neceſſaria; quòd animo volveret, Teneræmondam, Aloſtum, imò omnem inſuper Brabantiam ſibi vendicare, pulſo Joanne Duce, nepote ſuo, non aliâ causâ, quàm quòd genere materno ex Flandris eſſet; ſed pugna Cortracenſis inſtitutum cum fortunâ mutavit. Huic de Virſonio narrationi Divæus non planè aſſen- (Lib. 3.) titur. Erat autem Virſonius ille Joannis primi 16 Godefridus Virſonius quis. Brabantiæ Ducis frater, Arſchoti, Sichemi, Bierbecę, Rodæ Dominus: dictuſque eſt Virſonius, à dotali Comitatu. Habuit enim conjugem heredem ex aſſe Comitis Virſonienſis, in finibus Biturigum: unde filium ſuſtulit Joan- (Meyer. an. 1301. Oudegherſte cap. 140.) nem, & filias duas. Medio hujus belli incendio, quod jam fama per omnem Europam vulgaverat, Philippus Flandrenſis, Guidonis ex Machtildi Teneræmondæ Domina filius, relictâ Italiâ in Flandriam properavit. De eo Meyerus 17 Philippi Flandrenſis in Patriam amor. (hujus hìc verbis utar ne meis nimium videar dicere) *Tantus*, inquit, *in eo flagrabat amor pa-* (Anno 1303.) *triæ, ut omnia mallet relinquere; quam tempore tam neceſſario ſuis deeſſe. In Italia uxorem nactus erat (Mathildi nomen Cortiniacenſi) quæ Theanum & Loretanos poſſidebat. Adhæc ſub Carolo Rege* (Siciliæ) *res magnas in Sicilia, & Hetruria geſſerat; ab eoque in Aprutia & Apulia, clarorum opidorum Dominatus acceperat; ſed Carolo omnia reddidit* (qui ipſe maxima Gallo auxi- (Meyer. an. 1303.) lia ex Liguribus, Etruſcis, Siculis adduxerat) *ut ab omni ejus munere beneficioque liber, patriæ quam poſſet opem ferret. Huic miris applauſibus, effuſâque lætitiâ ab omnibus recepto, fratres ejus unanimi omnes conſenſu rerum ſummam deferebant, ideo quòd major illis eſſet ætate, reique militaris longè peritiſſimus.* Et paulò poſt: *Fuêre mirum* 18 Fiduciam addit. *in modum Flandri recreati, & gaviſi, ob adven-* (Meyer. ibid.) *tum Philippi Theatini, tanti nominis viri, ultroque in hanc militiam nomina dederunt: jactantes ſe ituros Compendium uſque; liberatum Comitem. Quod quidem dubio procul non detrectaſſent facere,*

19 Hoſti metum. *re, ſi ita viſum fuiſſet Ducibus.* Hic ita ſe in
ipſis primordiis geſſit, ut Galli, ubi vi minùs poſ-
ſent, in mora & induciis omne præſidium po-
Anno 1301. ſuerint. *Siquidem* (inquit rurſum Meyerus) *ubi*
Flandros conſpexiſſent tantâ alacritate, ac con-
cordiâ, quantâ numquam anteà, ſub Philippo lon-
gè bellorum exercitatiſſimo Duce, tam ſponte mi-
20 Indicias paciſcitur. *litare: animos planè deſpondebant.* Induciæ ta-
Meyer. ibid. men pactæ ſunt: non quidem imprudentiâ Phi-
lippi, aut Gallorum indolis ignorantiâ; ſed amo-
21 Quare. re parentis, & fratrum, ceteræque captivæ no-
bilitatis: in quos duriùs conſultum iri credebat,
22 Gallos acie fundit. ſi inducias à Rege oblatas recuſaſſet. Iis finitis
Meyer. an. 1304. nobilis illa ad Pabulam pugna à Philippo commiſ-
ſa eſt; quâ acie fuſo, fugatoque Rege, immor-
talem ſibi gloriam generique comparavit: Patri,
fratribuſque libertatem, Flandriæ denique à ca-
23 Regis in prælio periculum. pitali hoſte, pacem: Tanto in diſcrimine hic
Meyer. ibidem. Rex fuit (qui & vulneratus erat, & equo deje-
ctus, & tantùm non ſui impos) ut quàm primùm
Pariſios venit, ad D. Virginis ſtatuam Equeſtrem
24 Quid hoc bello conſiderandum ſui periculi monimentum dedicarit. Illud hoc
bello cum primis patuit, quantum in vulgo mo-
menti ſit, ubi aut de libertate, aut pro Prin-
cipe res agitur: præſertim ſi Ducem habeat.
Erat enim in noſtro exercitu pleraque mera
plebs, verè quod dici ſolet, ſine capite corpus,
Meyer. an. 1300. niſi hic noſter acceſſiſſet. Nam & Comes in
carcere cum maximis natu filiis degebat, do-
Ibidem. mi à nobilitate deſerti erant, foris tantùs hoſtis
urgebat, & quod mirandum magis, eodem tem-
pore & in Regem bellabant, & inſuper in
Hollandia & Zelandia exercitum habebant. Hæc
eò dixi pluribus, quia Teneræmondanæ gentis
fuit, à quo, poſt Deum, victoria.

Sub Ludovico Creſſiaco.

25 Tota Flandria ſub Imperio trium urbium. TEmpore Creſſiaci, cùm per factionem genes
Tripolim, id eſt, Gandenſes, Brugenſes &
Meyer. an. 1343. Iprenſes, univerſum pene Flandriæ Imperium eſ-
26 Teneræmonda Gandenſibus tributa. ſet, totaque ditio, velut in triarchiam diviſa; inter
alios Teneræmondenſes Gandenſium clientibus
Meyer. an. 1332. ſunt annumerati: idque ſine ſuffragio aut Comi-
tis, qui hujus demarchiæ inpotentiam non fe-
rens aliò conceſſerat; aut Amboſii, eâ tempeſta-
27 Novæ eorum leges. te Domini dotalis, ut dixi, urbis. Hoc velut in-
Idem anno 1345. ter-regno cùm Gandenſes vellent novas Tene-
ræmondanis leges præſcribere, & lanificium
pannoſque, quibus eo tempore vigebat hæc urbs,
28 Teneræmonda Gandenſibus ſe ſubducit. arctare; tandem hi Cives ſive illorum imperia
exoſi, quibus nihil niſi per vim debebant; ſive
rei inſolentiâ, ſive denique odio factionis, &
ſtudio in Principem, jugum auſi excutere, &
Comitem qui tantum non exſulabat, in auxilium
29 Comes & Amboſius præſidio veniunt. vocare. Venit ille comitatus Amboſio: miſit-
Meyer. ibidem. que Florentium à Brughdam, & Franciſcum
Villanum, qui militem conſcriberent; ſed his
in via interceptis, & trucidatis, exſules ſibi ad-
ſcivit: qui multis modis admodum fuerunt Gan-
30 Gandenſes huc convolant. denſibus infeſti. Quâ re magis illi incitati, Du-
Meyer. ibidem. ce Gulielmo Varnewyck cum tota pæne Flan-
dria, quam ſub imperio, aut fœdere habebant,

Teneræmondam confluxerunt. Comes immenſo 31 Illi fugiunt.
hoſtium numero territus, cum Amboſio, retro
unde venerat, in Brabantiam conceſſit. Nihil Meyer. ibidem.
interim de conſtantia remiſſum. Nam qui reliqui
erant propugnatores, fortiter eruptionem fece-
runt, & pugnarunt viriliter: donec auxilio deſ-
perato, interventu Joannis Ducis Brabantiæ, Gan- 32 Urbs viriliter defenſa.
denſibus ſunt conciliati; eâ lege: ut pannos more
ſolito texerent, ſed quinque dumtaxat quartis 33 Tandem dedita.
latos cum adſpectu reverſo. Dein ut mœnia tri-
bus locis Gandam verſus inciderentur, & ibi-
dem hiatus fierent, ſinguli quadraginta pedum,
quos non liceret reſtaurare, niſi unanimi Gan-
denſium, Brugenſium, & Iprenſium aſſenſu.
Datique ex pacto triginta duo obſides: octo 34 Dati obſides.
Gandenſibus, totidem Brugenſibus, Iprenſibus
& Duci Brabantiæ. Hujus belli aliam rationem 35 Alia belli ratio.
dat Oudegherſte: Ubi *continuò*, inquit, *à morte* Annal. cap. 167.
dicti Arteveldæ, Ludovicus Comes, ſummâ dili-
gentiâ rediit in Flandriam: & videns ſe non poſ-
ſe in ordinem redigere ſuos ſubditos, contra ſpem
ſuam, quæ juſſerat ſperare, ſe in Flandria ob mor-
tem dicti Arteveldæ omnia mutata inventurum,
& in ſuam rem converſa; miſit ingentem manum
ſuorum Nobilium, quæ Teneræmondæ in præſidiis
eſſet, quâ de re Gandenſes certiores, magnis vi-
ribus ad dictum oppidum venêre: quod deditione
ceperunt. Hæc anno M. CCC. XLV.

Sub Ludovico Maleano.

POſtquam magno aulæ faſtu, luxuque Ma- 36 Maleani faſtus.
leanus ſæpiùs ærarium exhauſiſſet, & ex- Meyer an. 1379.
hauſtum Flandri aliquoties ſublevaſſent, cùm 37 Exactiones.
nullum faceret exigendi modum, tandem reſti-
têre Gandenſes, palàm profeſſi, ulteriùs ad hæc
tributa nolle cogi. Quam repulſam Comes igno- 38 Repulſa.
miniam ſuam ratus, ad Brugenſes abiit: iiſque 39 Irritamenta belli.
ea conceſſit, quæ inclinatos ad turbas animos
magis irritarunt. Acceſſit privata Joannis Heyn- 40 Belli fax quis.
ſii, ſive Hions (quem perperàm Froſſardus paſ- 41 Froſſardi error.
ſim Lion vocat) indignatio: qui ereptæ ſibi per Lib. 2. variis locis.
Comitem præfecturæ nauticæ injuriam non fe- Meyer. an. 1379.
rens, direptis, incenſiſque ædibus, quas ipſe ſibi 42 Ejus cauſa.
Comes Waldelghemii in urbis Gandenſis vici- 43 Factum.
niâ ſtruxerat, funeſtiſſimo bello feneſtram ape-
ruit; quo uno ſeptennio ducenta hominum mil- 44 Quot millia hoc bello cæſa.
lia conſumpta memorantur. His initiis eo res Meyer. an. 1385.
abiit, ut brevi poſt tempore à Maleano tota
Flandria ad Gandenſes defecerit: exceptis Alo- 45 Quæ urbes Principi fidæ.
ſto, Aldenardâ, & Teneræmondâ. Aldenar- Meyer. an. 1379.
dam Comes maximam partem ſuæ nobilitatis
miſit: ipſe Teneræmondæ ſubſtitit, cum ſtipen- 46 Comes Teneræmondæ.
diariis Germanis. Gandenſes ſtatim ad obſiden-
dam Aldenardam profecti ſunt, ad ſexaginta
millia pugnatorum (Froſſardus ſupra centum Lib. 2. cap. 42.
millia numerum adauget) Hic cùm aliquandiu
deſediſſent, tandem cum parte copiarum, Du- 47 Gandenſes Teneræmondam oppugnant.
ce Raſone Herſelio Teneræmondam oppugna- Meyer. an. 1379.
tum venerunt. Et jam primâ luce, vi urbem Froſſardus lib. 2. cap. 42.
aquâ, terrâque odorti, uno impetu cepiſſent;
niſi Theodorus de Brederode Batavus Præfectus
Vigilum jam ante per accolas, noctis beneficio,
factus

factus certior, ad arma ſuos concitaſſet. Tan-
tus erat continuò tubarum, armorumque ſtre-
pitus; ut ipſe Comes arrepto ſuo ſigno, ex arce
ad muros convolaret: cujus præſentia & civium
48 Fruſtra. Meyer. an. 1379. militumque virtus urbem defendit: adeo ut Gan-
denſes coacti ſint ſub meridiem referre pedem,
49 Qui hic fortiſſimi. Meyer. an. 1374. & in caſtra ad Aldenardam reverti. Inter pro-
pugnatores primi nominis & virtutis erant Go-
ſuinus Sauvagius Flandriæ, Antverpiæ, Mech-
liniæque Prætor, quo munere omnium primus
Lib. 2. cap. 42. Meyer. an. 1379. à Comite paucis antè annis fuerat donatus, Ri-
chardus (Froſſardo Gerardus) de Raſſegem,
Joannes Villanus, Philippus Maſminius, & Phi-
lippus Longiacus. Id bellum etſi paulò poſt
50 Pax. Meyer. ibidem. compoſitum, recruduit tamen; imprudentiâ
51 Novi belli cauſſa. primùm Nobilium (ita vocabantur, qui à Prin-
52 Culpa Nobilium, cipe ſtabant) qui privatas ob cauſas Gandenſes
hic illic per occaſionem oblatos trucidabant.
53 Prunelli textoris, Meyer. ibidem. Dein temeritate Joannis Prunelli textoris: qui
nullo Senatuſconſulto Aldenardam occupavit;
turreſque & portas, quæ Gandavum ſpectabant,
demolitus eſt; ſed juſſus à Gandenſibus eam Co-
54 Et Comitis. Froſſard. lib. 2. cap. 47. miti reddere, paruit. Nonnullâ denique culpâ
Comitis: qui intempeſtivè de quibuſdam Gan-
denſibus ſupplicia ſumpſerat: de ipſo cum pri-
mis Prunello; quem Athi exulantem Hanno-
55 Teneræmonda tentata. Meyer. an. 1380. niæ Comes Ludovico tradiderat. Quâ re denuò
Gandenſium animis concitatis (quia eadem
quiſque ſibi timebat) iterùm Duce Raſone Lie-
dekercano Teneræmondam tentant; ſed forti-
56 Gandenſium clades. Meyer. ibidem. ter à Germanis repulſi, fuſi, fugatique ſunt
Quatrechtum uſque: ubi denuò plurimi cæſi,
captumque veſtiariorum vexillum. Aliquanto
57 Teneræmonda obſeſſa. pòſt reverſi urbem cingunt: certi non decedere,
niſi potiantur. Quanto numero venerint, hinc
putari poteſt, quòd ad hanc obſidionem non mo-
dò omnes ſuos clientes adduxerint; ſed frequen-
tiſſima inſuper Brugenſium, & Iprenſium auxi-
58 Summa vi oppugnata. lia. Suſtinuit hæc urbs omnem eorum impetum,
donec perlato in caſtra nuncio magnæ cladis,
quam Gandenſes Brugis cæſi, pulſique accepe-
rant, ſummis viribus, animiſque oppugnata,
plurimâ parte crebris ignibus conſumpta, & à
59 Dedita. Meyer. ibidem. fugientibus denique præſidiariis deſerta, dedi-
tionem facere coacta eſt. Paulò pòſt, pacis le-
60 Pace reſtituta. gibus ſibi reſtituta, recrudeſcentibus iterùm
odiis, ab iiſdem licèt Domi à Comite obſeſſis,
61 Tertiùm obſeſſa. obſeſſa eſt: quâ in obſidione cùm cives, & qui
in præſidio erant nobiles, aliique erumperent,
62 Pugna teneræmondana. Meyer. ibidem. magnâ utrimque virtute nobilis illa pugna com-
miſſa eſt, quam à loco Teneræmondanam An-
nales, & poſteri vocarunt. Vulnerati hic ambo
Gandenſium Duces, Petrus van den Boſſche,
Oudegherſte Annal. cap. 177. Meyer. an. 1380. & Jacobus Berſtanus, quorum hic etiam ocu-
lum amiſit. Civium tamen, nobiliumque major
jactura. Et quidem Hulſtani, qui cum plurimo
ex quatuor Ambactis milite hic frequentes erant,
cùm ultimi redeuntium eſſent, non potuerunt
ſine clade ſe recipere; quòd illos à tergo Gan-
denſes acerrimè premerent: itaque trucidati om-
nes, aut merſi ſunt, exceptis paucis, quos ad
muros funibus intra urbem amici pertraxerunt.
Tenuit obſidio, nec Gandenſes vaſa conclama-
runt, donec auditâ ſuorum ad Aldenardam ſtra- 63 Obſidio ſoluta. Meyer. an. 1380. Lib. 2. cap. 68.
ge, ultrò, ut ait Meyerus, abierunt. Froſſar-
dus aliter hanc narrationem contexens, nullâ
factâ mentione obſidionis; dicit Gandenſes,
etſi obſeſſos, Duce Raſone Herſelio, aliiſque,
petito, victo, vaſtato, flammâ ferroque Aloſto, 64 Aliis urbs occupata.
huc declinaſſe, & uno impetu urbem cepiſſe;
non tamen arcem, fortiter propugnante Wie-
deſchotano: amiſſo interim viro nobili Philippo 65 Non tamen Arx.
Namurcæo Vinderhouti Domino; & hinc Ge- 66 Namurcæi cædes.
rardi-montem abiiſſe, eâque urbe vi occupatâ,
cum ingenti demùm prædâ, retrò domum un-
de venerant reverſos. Interjecto dein exiguo 67 Pax rurſum Meyer. an. 1381.
tempore, cùm rurſùm pax coiiſſet, iterumque
à plebe, culpâ Brugenſium, violata eſſet, Gan- 68 Iterum bellum.
denſes Teneræmondam ſuos mittunt; ſed plus 69 Teneræmonda tentata. Meyer. ibidem.
inde detrimenti ferunt, quàm compendii. Poſtea
cùm nobiles omnem Gandenſium agrum crebris 70 Gandenſis ager vaſtatur.
incendiis vaſtaſſent, Gandenſes ne id inultum ſi-
nerent, ſeptem pagos in agro Teneræmondenſi 71 Agri Teneræm. incendia.
exuſſerunt: quibus rurſùm redditæ vices; agris 72 Redditæ Gandenſibus vices. Meyer. ibidem.
pagiſque totâ ditione Aloſtanâ, igni ferroque
populatis: quòd hinc maximè commeatus illis
ſuppeteret. Invaleſcente dein conjuratione Ar-
teveldicâ, repetito conatu ab iiſdem obſeſſa, 73 Teneræmonda obſeſſa.
conſtanter & feliciter defenſa eſt. Habebant tum
ad Aldenardam Gandenſes exercitum: ubi cùm
diu multùmque deſediſſent, & interim deditio-
nem Teneræmondæ Artevelda urgeret; reſ-
ponſum Feciali à Teneræmondanis, claves ſui
oppidi in foro Aldenardæ jacere: leni ſarcaſmo 74 Sarcaſmus.
irridentibus, quòd duabus ſederent ſellis. Itaque Meyer. ibidem.
re infectâ hinc diſceſſum eſt. Poſt hæc inter plu- 75 Obſidio ſoluta.
res, maximè memorabilis fuit ea Teneræmon-
denſium victoria, quam de Gandenſibus repor-
tarunt ad locum, qui vulgo Seven-Eecken, id
eſt Septem Quercus, dicitur. Hìc cùm Boſca-
nus conaretur reſtituere rem, amiſſo nobili 76 Nobilis Angli cædes.
quodam Anglo, Gandavum ſe recepit.

Sub Philippo Audace.

MAlcanus quòd bellum cœperat, non finiit: 77 Philippus Audax bellum continuat.
reliquias cum hereditate Philippus Bur-
gundus accepit. Hic Audax dictus eſt, ſive quòd 78 Is Cur Audax dictus.
talis fuerat in acie Pictavienſi, ſive quòd ita ab
Eduardo Anglo vocatus, quòd in convivio, præ- Meyer. an. 1384. Annotat. 68. in l. 1
ſente Rege, pugno miniſtrum cæcidiſſet, quòd Oudegherſte Annal. c. 180.
antè Angliæ Regi, quàm Galliæ, parenti ſuo, Meyer. an. 1377. Annal. c. 86.
etſi captivo miniſtraſſet: ſive demùm aliis de Lib. de antiquo ſtatu Burgundiæ cap. 9.
cauſis quas Petrus d'Oudegherſte, Gulielmus
Paradinus, & Oliverius de la Marche adferunt. Introduct. cap. 3.
Sub hoc non terrâ ſolùm Teneræmonda Domi- Meyer. an. 1385.
no ſuo profuit; ſed etiam mari Gandenſibus 79 Teneræmondanæ naves.
claudendo (unde potiſſimus illis commeatus)
opportuna fuit: miſſis navibus, quæ cum aliis
junctâ claſſe in Honta, & alibi excubarent, & 80 Quò miſſæ.
quidquid annonæ Gandavum veheretur, in-
terciperent. Quæ maximè res Gandenſibus 81 Quo fructu,
animos, & ſpem fregit: adeò ut pauco poſt tem-
pore de pace actum, & tranſactum ſit; ſuaque Meyer. ibidem,
Teneræmondanis ob fidem & conſtantiam con-
firmata privilegia.

Sub

Sub Philippo Bono.

82 Sub Philippo Bono.
83 Caleti obſidio. Meyer. an. 1416. Berlandi Chron. c. 92. malè 1437.

PHILIPPUS, cui communi elogio *Boni* cognomen tribuitur, magno molimine Caletum obſidebat: quod opidum antiquo jure hereditario, & patrimonii ſuum eſſe contendebat. Erat autem eo tempore penes Anglum: cum quo,

84 Qua cauſſa. Meyer. an. 1435.

jam inde à deſerto fœdere, Prilippo ſimultas erat, ob concitatos in Principem ſubditos. Quod non ſemel detectæ Angli literæ palam fecerant.

85 Gandenſes & Brugenſes obſidionem deſerunt. Commentar. in Olivet. de la Marche l. 1. c. 22.

Hic cùm Gandenſes, & Brugenſes quos magno numero in exercitu Philippus habebat, vellent opidum adoriri, facturique vel contra imperium videbantur;

86 Qua cauſſa. Ibidem.

Princeps machinas illis eripuit, bombardas, pulverem. Quapropter indignati, ſeceſſionem fecêre, &, vel invito Principe, convaſarunt.

87 Altera. Meyer. an. 1436.

Alia inſuper ratio memoratur, quod ſuſpecta illis nobilitas eſſet: nam cùm erumpentibus Anglis graviter periclitarentur; non ſubvenerunt illi, ut debuerant.

88 Tertia.

Erat tertia denique cauſa; quòd diſceſſu claſſis Batavicæ, quæ mare tenebat, dejecti fuerint animo, atque omni ſpe potiundæ urbis; quæ capi, niſi clauſo mari, non poterat.

89 Quæ cauſſa belli Gandenſis.

Flandrorum diſceſſu minutis viribus, Princeps obſidionem ſolvere coactus, exulcerato fuit in Gandenſes, & Brugenſes animo.

90 Philippi diſſimulatio. Meyer. an. 1438.

Sed ne ſimul cum duabus potentiſſimis eâ tempeſtate urbibus, ſibi negotium faceſſeret, quas unanimes difficile fuiſſet vincere; Gandenſes alienos à culpa ſeceſſionis pronunciat: eos ſeorſum ulturus.

91 Brugenſes ulciſcitur. Meyer. an. 1302. Idem an. 1436. Et Oudegherſte cap. 193.

Dein habitâ occaſione, poſt varios nequidquam Ordinum conventus, Inſulis, Cortraci, Teneræmondæ, Aloſti, ubi Princeps nuſquam per ſe, aut per Legatos comparuit, quod jam diu animo decretum erat, Brugenſes domat.

92 Gandavo Concilii Curiam transfert. Meyer. an. 1437.

Gandenſes cùm aliquamdiu quieti fuiſſent tandem tranſlatione Curiæ Flandriæ, quam Princeps Teneræmondam migrare juſſerat;

93 Tributa indicit. Meyer. an. 1445. Idem an. 1448. 1449. & Berland. Chron. cap. 97. Meyer. an. 1451.

dein novis ſalis & frumenti oneribus, aliiſque inſuper cauſis irritati, multa committunt contra fidem Principi debitam. Non priùs tamen in bellum mutua hæc odia eruperunt, quàm occupata à plebe arce Gaverenſi,

94 Gandenſes Gaveram occupant. Meyer. an. 1452.

Philippus delectum haberi juſſit, & quo arctiùs Gandenſes premeret, Teneræmondam venit, opportunum huic bello locum:

95 Philippus Teneræm. venit. Oliv. de la Marche l. 1. cap. 25.

ubi pæne ad inducias uſque ſedem fixit. Hic cùm videret in trajectu Scaldis magnam eſſe moram,

96 Mora bello periculoſa. Flavius Vegetius l. 3. cap. 25.

quæ nuſquam æque periculoſa atque bello; ubi ſæpe momento victoria & clades conſtat, & *occaſio ampliùs ſolet juvare, quàm virtus*;

97 Subito ponte Scaldim ſternit.

juſſit inanibus vaſis tabulas imponi, & ſic ſubitario ponte flumen ſternere: quod & altum eſt, & latum, & vorticoſo amne it præceps, reditque ut æſtus fert.

98 Propugnaculo munit. Oliv. de la Marche lib. 1. cap. 25.

Hunc pontem ne Gandenſes convellerent, in ulteriore ripa propugnaculum hoſtibus objecit (unde adhuc loco nomen '*T blockhuys*, id eſt arx) cui præfecit Dominos de Ternat, & de Humieres, proceres ambos Aurei Velleris.

Ibidem.

Primi per hunc pontem ad expeditionem ivêre Domini de Lannoy, de Humieres, Jacobus de Lalain, & Joannes Renthiaci nothus, maximo comitatu; in quo multa fuit juventus, è prima nobilitate. Hi trajecto Durmâ, Ibidem.

venerunt in Lokeren; nobilem & opulentum Waſiæ pagum: ubi cum pulſis Gandenſibus, 99 Gandenſium clades.

temerè ſe ad prędam plerique convertiſſent; hoſtes hinc inde ad tria millia conglomerati, occupato ponte, & incenſis plurimis ędibus, juvante flammas vento, cum reditum Burgundis intercluſiſſent, magnam ſtragem ediderunt. Quumque qui reliqui erant conarentur recuperare pontem; miſerandum in modum à Gan- 100 Eorum victoria.

denſibus, qui fortiter aditum, ſtrictis mucronibus, longiſque haſtis tuebantur, magnam partem cęſi, merſique ſunt. Nullus patebat reditus, niſi per flumen; quod alto, latoque gurgite utcumque rapido amne fertur: hàc tamen multi cum equis natando evaſerunt. Gandenſi- 101 Funeſta victoria. Oliv. de la Marche ibidem.

bus interim pluris victoria ſtetit, quàm Burgundis ſua clades. Maximè autem Jacobi Lalani virtus hìc emicuit: qui ubique Imperatoris 102 Jacobi Lalani virtus. Oliv. de la Marche ibidem.

& militis munere egregiè functus, meritus eſt non unam Civicam. Quocirca imitando Principibus exemplo, Philippus, qui in dicto propugnaculo reduces ſuos excepit, & (quamquam Gandenſes ſuperiores fuerant; tamen ſtrenuè ſuos rem geſſiſſe norat, & victoriam non à milite; ſed à Deo eſſe) Proceres ſuâ menſâ ibidem 103 Laudanda principis humanitas. Oliv. de la Marche l. 7. cap. 16. 18. 19. 21.

dignatus eſt; hunc Lalanum adſidere ſibi juſſit: ſeditque ipſe Princeps, intra illum, dicens, *velle ſe id de priſco more tribuere honori Equitis, prælii diei fortiſſimi*. Hic ille eſt, in cujus laudem tam 104 Vetus conſuetudo.

effuſus Oliverius de la Marche. Et certè virum magnum fuiſſe, Principis hoc de eo judicium, 105 De Lalano plura.

& tot monomachiæ, & provocationes Gandavi, Brugis, in Scotia, Anglia, Italia, Romæ, Neapoli, & denique in Burgundia, ubi continuo toto anno, in quoſvis paratus depugnavit, ſatis manifeſtant. Periit autem obſidione arcis Meyer. an. 1453.

Paucanæ, ictus in capite tormento, ingenti Principis dolore; qui cùm Vir eſſet militaris, milites non amore ſolùm; ſed etiam officiis proſequebatur, & præ ceteris hunc ſemper eximiè, quem non ſolùm Equeſtri baltheo do- Oliv. de la Marche lib. 1. c. 16.

navit, eo die quo ſummâ virtute, cum Joanne Bonifacio viro fortiſſimo duello decertârat; ſed etiam paulò pòſt, ob immenſam Viri virtu- Idem cap. 21. anno 1454.

tem, quæ jam omnem Europam ingenti nominis celebritate impleràt, in nobiliſſimum Aurei Velleris Sodalitium Valentianis allegerat. Tanta enim erat ejus prę ceteris exiſtimatio, ut inter tot Burgundicæ aulæ proceres, quorum innumero eâ tempeſtate numero, ad invidiam uſque, & vicinorum Principum, Regumque terrorem Belgica vigebat, in illum potiſſimùm, boni ominis causâ, Carolus futurus Princeps Ibidem.

(quem bellicoſum & audacem poſteritas vocavit) anno ętatis circiter decimoſexto, rudimenta equeſtris ſuæ decurſionis juſſus ſit obire. Se- Meyer. an. 1453.

pultus eſt Lalani; quo nobilis viri cadaver, cum lacrymis Princeps proſecutus eſt. captâque tandem arce, quam dixi, & in poteſtatem redactis præſidiariis octuaginta ſeptem, omnes cum Præfecto ſtrangulatos amico miſit inferias. Sed ut ad inſti-

106 Gandenſium clades. Oliv. de la Marche lib. 1. c. 25.
inſtitutum redeamus: paulò pòſt iidem ferè quos
antè dixi, ſuperatâ magnâ vi aliâ firmâque mu-
nitione, quam Gandenſes habebant in Over-
meere (pagi id nomen eſt) magnam eorum fe-
107 Legati Galliæ Regis Teneræmondæ. Vide l. 3. cap. 3. Oliv. de la Marche l. 3. cap. 26.
cêre ſtragem. Sub hoc tempus Carolus Gallo-
rum Rex, Legatos Teneræmondam ad Philip-
pum, & ad Gandenſes miſit, de pace acturos.
Hi navatâ apud Principem operâ eo rem addu-
108 Eorum operâ induciæ. Oliv. de la Marche ibidem.
xerunt, ut Gandenſes cum Legatis Regiis Tene-
ræmondam profecti, de induciis ſeſquimenſis
convenerint. Itaque ſopito jam ad tempus bello,
109 Princeps abit Bruxellas. Meyer. an. 1453
Philippus hinc ad Conjugem Bruxellas abiit,
relicto Præfecto urbis, & præſidii, Antonio
110 Quis huic oppido Præfectus.
magno Burgundiæ notho: qui finitis induciis
hoſtem ſæpè animosè hinc petiit; interdùm
111 Gandenſium de occupando Scaldis propugnaculo conſilium. Oliv. de la Marche lib. 1. c. 26.
etiam ab illo laceſſitus fortiter ſe defendit. Hu-
jus abſentiâ freti Gandenſes, Duce Morello de-
creverant occupare propugnaculum tranſſcal-
danum: quâ de re jam ante certior Georgius Ro-
ſenbos nothi Legatus, accerſivit ex urbe trecen-
tos ſagittarios, & quinquaginta equites: juſſit-
que expediri omnia, quę ad propugnationem
112 Ferox adventus.
facerent. Gandenſes jam dudum exſpectati, eâ
ferociâ, & animi deliberatione venerunt, ut ni-
hil veriti tormenta bellica, quæ magno nume-
ro, & aſſiduè non vano illos tonitru & fulmine
perſtringebant, recto tramite, firmiſque paſſi-
113 Oppugnatio
bus, ad ipſum uſque vallum perrexerint; & in-
credibili animi ardore munitionem inpugnarint,
& fortè occupaſſent, niſi ex urbe aliquoties no-
vę vires ſubmiſſæ, hoſtem laſſum identidem pro-
puliſſent. Itaque cum feſſis integri, alii atque
alii ſuccederent, ad tres horas acerrimè pugna-
114 Repulſi.
tum eſt. Tandem verò Gandenſes, cùm nihil
proficerent, ad ſua ſe non ſine clade receperunt.
Meyer. an. 1453. Oliv. de la Marche lib. 1. c. 27. & 28. Anonymus M. S. ad D. Bavonis Gandavi: & Meyer. an. 1453. Oliv. de la Marche l. 1. cap. 28. & Meyer. anno 1453.
Aliquantò pòſt cùm proditione Arnoldi van
Specken Præfecti arcis Gaveranæ, Joannis van
Ooſt Angli, ſuorumque ducum, dubiâ inſuper
Tormentarii cujuſdam voce *fugite* (cùm ignis in
pulverem nitratum incidiſſet) prœlio Gaverano,
exercitu ferè ad internecionem cæſo, victi eſſent,
& tantùm non cum urbe capti; Pacis leges, quas
115 Ad Gaverani clades.
victor Princeps non alias rebus deſperatis dedit,
116 Pacis leges.
quàm ante integris, acceperunt. Inter alias etiam
117 Quid in iis de Teneræmonda. Meyer. an. 1453.
hæc erat: *Ne Gandenſes inpoſterum ad ſe evoca-
rent cauſas pendentes in tribunali Teneræmondæ.*

Sub Maxæmyliano Auſtriaco, qui poſtea Romanorum Imperator.

118 Cauſa belli Flandrici ſub Maxæmyliano. Marchant. Comment. l. 1. & 4. Comment. in l. 2. cap. 11. Oliv. de la Marche. Andr. Barlandus Chron. cap. 156.
CUm mortuâ conjunge Mariâ Caroli Bur-
gundi filiâ Maxæmylianus vellet Philippi
filii, & dotalium ditionum tutelam ad ſe trahe-
here; & Ordines Flandriæ, ac primates, etiam
qui Principi pupillo ſanguine juncti erant, id
illi negarent, niſi ad tempus; idque eâ lege ut
jurejurando ſe adſtringeret, nihil ſe juſſurum
niſi viri prudentes auctores eſſent; quòd cum ob
ætatem uſu rerum carere exiſtimarent, & plus
æquo avaris & inconſultis hominibus tribuere;
119 Diſcordiæ ſopiendæ Teneræmondæ Conventus. Pontus Heuter. lib. 2.
ingens exorta eſt controverſia. Cui componendę
Antonii & Balduini Philippi Burgundi notho-
rum operâ indictus Teneræmondæ conventus,
cui interfuêre præter ceteram Nobilitatem duo-
decim Aurei Velleris Proceres: ſed cùm re infe- 120 Nullo fructu.
ctâ diſceſſum eſſet; Archidux qui in ordinem
nolebat redigi, bello, & apertâ vi agendum ra-
tus; quo faciliùs Gandenſes in poteſtatem ſuam 121 Maxæmyliani ſtrategema.
traheret (penes quos tum erat Philippus Prin-
ceps, Mariæ heres) duos currus perſonatis Ve- Oliv. de la Marche l. 2. cap. 11.
ſtalium & Monachorum habitu duodecim mili- Ibid. Comment. anno 1484.
tibus oneravit: quibus ductorem dedit Jacobum Oliv. ibidem.
de Fouqueſoles, cùmque in procinctu eſſet cum
expedita manu octingentorum equitum, exiguo
ab urbe ſpatio, loco nemoroſo, non procul à
Cœnobio Swiveeano, cui Waranda nomen, oc-
cupatâ ſummo mane, ipſo D. Catharinæ, novo 122 Quo hæc urbs capta. Oliv. de la Marche ibidem.
ſtrategemate portâ Bruxellenſi, dato ſigno cum
ſuis in urbem convolavit, eamque cepit: in foro
aliquantiſper pugnatum; ſed nulla edita cædes, 123 Unius cædes,
præterquam unius viri; quem ad ſignum roſæ
concidiſſe ferunt: ſuperſtite adhuc ad rei memo-
riam eo loci tabellâ. Comitis Hornani filium 124 Et cujus. Idem Introduct. cap. 6.
fuiſſe hiſtoriæ meminerunt. Ne autem ulteriùs
pugnaretur, pręſentiâ ſuâ Archidux effecit. Mi- 125 Principis prudentia. Ibidem.
ſerat enim plateatim, qui Civibus armatis om-
nem metum adimerent, & juberent de Principe
ſecuros eſſe. Itaque hâc ratione ab armis diſceſ- 126 Itum ab armis.
ſum. Poſtridie nihil urbs paſſa videbatur: ita pa-
cata erant omnia, neque fortunæ, quod fieri
ſolet, direptæ: neque ullâ civium militumque
offenſio. Ita præſentiâ ſuâ Maxæmylianus oc-
caſiones præcidit: qui ipſe etiam aliquamdiu hìc
ſubſtitit. Hæc ille qui eo tempore vixit, con- 127 Heuteri error lib. 2. Rerum Brabanticarum.
formiter narrationi popularium; contrà atque
Heuterus prodidit, de ingente civium ſtrage, Oliv. de la Marche lib. 2. cap. 11.
& fuga. Aliquanto poſt Archidux hinc Bruxel- 128 Quis huic oppido præfectus
las abiens Hugonem de Melun huic urbi pręfe-
cit; qui magnâ fide, integritate, & prudentiâ
hìc ſe geſſit. Reliquit autem inſignem memoriæ 129 Ejus hìc memoria.
ſuæ feneſtram, hìc ad D. Mariæ, in Choro Vir-
ginis Matris, cum effigie ſua, uxoris, armorum-
que gentilium. Salutaris admodùm erat Maxæ-
myliani in hanc urbem adventus: namque eo 130 Gandenſium adventus.
ipſo die Coppenolius Senatui Gandenſi à ſecretis Pont. Heuterus. lib. 2.
(quem concitandis ſeditionibus, & occupando Oliv. de la Marche lib. 2. cap. 11.
Archiduci; Gallorum Rex certâ penſione ſibi
devinctum habebat) Gandavo cum magna ma-
nu exierat: cui erat imperatum, hujus urbis 131 Quo conſilio.
mœnia, ac turres demoliri, & foſſas compla- Oliv. de la Marche l. 2. c. 12. & Introduct. cap. 6.
nare. Meminerant Gandenſes malos ſibi vicinos
Teneræmondanos eſſe, & numquam in ſua ſtu- Comment. in eumdem lib. 2. c. 12. an. 1485.
dia potuiſſe trahi, niſi vi coactos. Sæpiùs autem
ex hac tamquam arce oppugnatos, in ſummas
veniſſe anguſtias. Itaque conſultum, pace ſociam
urbem evertere, quam bello non poſſent. Hujus 132 Belli quis exitus.
autem diſſidii hic eventus fuit, ut bonorum Ci-
vium operâ pulſis Gandavo ſeditioſis, eâ urbe
Archidux ſit potitus, & ſimul filio: quem po-
ſtridie per Raveſtanæ Regulum, & Oliverium 133 Philippus junior Princeps Teneræmondam deductus.
de la Marche juſſit Teneræmondam deduci.
Ubi ſummâ gratulatione exceptus ſubſtitit: do-
nec compoſitis Gandavi rebus, paccatâque pro-
vinciâ, Bruxellas imperio parentis commigra-
vit, comitantibus illum Balduino de Lannoy,
& Joanne de Bergis.

Sub Philippo II. Auſtriaco Hiſpaniarum Indiarumque Rege.

134 Nuperrimo bello ærumnoſa nunc urbi neceſſitas.
NOviſſimis Belgicę turbis, faciliùs fuiſſet
contra Decumanos fluctus, & adverſam
nimborum tempeſtatem, perpetuum tenere
curſum; quàm non involvi publicis procellis:
quas illorum temporum luxus, & Dei ira conci-
Anno 1566. tavit. Primis tamen hæreſeon turbis nihil hìc
novatum (contrà atque Borrius ſcripſit) quo ta-
men tempore phanaticus lymphatorum homi-
num furor, per univerſam pænè Belgicam in
135 Aliquot procerum hic Conventus. imagines & templa bacchatus eſt. Sub id tem-
pus Auriacus, Egmondanus, Hornanus, Hoog-
ſtratæ Regulus,& Ludovicus Naſſovius,Auriaci
136 Quâ causâ. frater, quibuſdam litteris conſternati quas Pa-
riſiis à Franciſco d'Alava regio illic Legato, ad
Margaretam Auſtriacam in Belgicam tranſmiſſas
curioſus aliquis interceperat, Teneræmondam
convenerunt. Erat in iis,ut cum tribus illis (deſig-
nabantur hìc Auriacus, Egmondanus & Hornæ
Comes) quantùm poſſet omnibus modis diſſimu-
laret; favorem & confidentiam vultu præ ſe fer-
ret; Regem in illos opportuno tempore animad-
verſurum: aliaque multa in hanc ſententiam.
Super his habita hìc conſultatio in ædibus N. V.
Joannis van Royen, in quas paucis antè annis
ipſe *Philippus* Rex diverterat: & poſtea ſereniſ-
137 Quæ dictæ ſententiæ. ſimus noſter Princeps *Albertus* Auſtriacus. Sen-
tentiæ dictæ tres. Prima, Rege irato nihil tu-
tum: itaque cedendum. Altera, manendum po-
tiùs: non enim defore Belgis auxilia, quibus vim
vi depellant; ſi quid Rex ſecùs moliretur. Ter-
tia, Regem non eſſe eâ ſævitiâ, ut in Belgicæ
Primates, ſummi Ordinis Proceres, Collegas
ſuos, toties benè de Republica meritos impla-
cabili ſit irâ, neque tam durum, quin leniri poſ-
ſit. Meliùs de ejus indole ſentiendum, & ſpe-
138 Cur in nullam itum. randum. Hanc cùm maximè urgeret Egmon-
danus, penes quem erat ſumma bello auctoritas,
& Veteranorum favor, ſine quo nihil armis po-
terat tentari; aliis autem periculoſa agendi ratio
videretur, ubi nihil certi; ancipiti animo diſ-
139 Teneræmonda etiam occupata. ceſſum eſt. Anno exinde M. D. LXXII. occupatis
à Ludovico Naſſovio Montibus Hannoniæ,
Germani equites, ad 150. qui ab equorum co-
lore nigri vocabantur, ductore Arnoldo vanden
Dorpe, mixtis 200. civibus ferè Mechlinianis,
qui Auriaco ſub quodam gentis van Uffele me-
rebant (conceſſerat enim ea urbs in illius pote-
ſtatem,) ſtudio paucorum, clàm hìc admiſſi
140 Ea cauſa direptionis Mechliniæ. ſunt: quæ res inter cauſas direptionis Mechlinia-
næ, à Duce Albano ſcripto publico relata eſt.
Hi uno circiter menſe, nullâ re geſtâ, hìc hæ-
ſerunt: niſi quòd, cùm circa Drygotem (loci
nomen eſt) triremem Antverpiâ appuliſſe audi-
viſſent, vectores & milites depulſuri, ipſi amiſſis
primo congreſſu aliquot è ſuis, receptui cecine-
141 Quando ab occupatoribus deſerta. runt. Aliquanto poſt receptis Montibus Hanno-
niæ, Germani illi cum ſuis veriti adventum re-
gii militis, pavidi vix conclamatis vaſis, ſine
tympanis aut tuba, levi dato ſigno, hinc Saſſum,
& Bierfletum, & inde in Zelandiam diſceſſe-
runt. Itaque jam liber ab eorum vi Senatus, lega- 142 Teneræmondenſium ad Albanum legati.
tos decrevit ad Albanum Georgium Verplet-
ſen, Patrem Cœnobii Brigittani, Joannem de
Neve Cenſulem, Ægidium Veulckens Cano-
nicum, & Michaëlem van Waesberghe Sena-
tores, offenſam deprecaturos: in qua non ſce-
lus omnium; ſed periculi ſecuritas, & pauco-
rum perfidia, qui de induſtria excubias negle-
xerant. Poſtridie Mondragonius, nobilis ille 143 Mondragonius ſuos huc mittit.
Hiſpanus, qui ex gregario milite per ſingulos
militiæ gradus, ad ſummos honores induſtriâ
pervenit, audito urbem milite vacuam eſſe, mag-
nam cohortis ſuæ manum huc miſit ductore Le-
gato ſuo,qui cùm ad urbem veniſſent, Cives illo-
rum adventu utcumque ſoliciti reſponderunt,
Regis in poteſtate ſuam urbem eſſe, neque om-
ninò ſibi opus præſidio, quod tamen non re-
cuſarent, ſi Albani mandatum haberent: ad eum 144 Civium Reſponſio.
legatos à Senatu miſſos, tantiſper ingreſſum in
urbem differrent, dum illi cum mandatis rediiſ-
ſent. Ad hæc Servatius van Steeland, Waſiæ
prętor, qui cum ceteris pro mœnibus erat,
Cives ſecuros eſſe juſſit; ſine periculo rem eſſe,
offenſuros magis Regem, ſi pervicaces ejus mi-
litem excluderent. Ejus oratione moti, & præ- 145 Militum admiſſio.
ſentiâ confiſi, reſeratis portis militem admiſe-
runt. Hic Legatus Mondragonii,aliique qui cum
imperio erant, in eam ſententiam cum Senatu
locuti ſunt: ut aliquanta ſumma opus eſſe di-
cerent, qua rebellionem in Principem redime-
rent: cùmque ea in promptu non eſſet, non alia 146 Poſtulata rata.
commodior ratio viſa eſt, quàm ut quiſque tor-
ques, ſciphos, pateras, & muliebrem omnem
ex auro, argentoque mundum, in commune
ad curiam deferrent: rebus confectis rata por-
tione ſua recepturi. Hæc cùm potiſſimi inter
ſe converrerent; milites fremere, & vociferari
ſuo præmio fruſtratos ſe eſſe: venientibus urbem
direptioni addictam: nunc Ducibus omnia ceſ-
ſiſſe; nihil ſibi. Quæ cùm indignabundi agmi-
natim ingeminarent, eo ipſo die quo venerant,
à meridie urbs prædæ data eſt, ſine cæde ta-
men. Itaque decepti ſuâ ſpe Cives, ingens paſſi 147 Urbs direpta.
fortunarum naufragium: donec ſequente nocte
Legati ab Albano veniam factorum referentes, 148 Legatorum reditus.
& raptorum reſtitutionem, quæ nondum avecta 149 Ablatorum reſtitutio.
erant pleraque recuperarunt. Eam huic oppido
injuſſu Albani illatam vim Legatū poſteà morte
luiſſe aiunt. Id factum non uno loco in invi- 150 Error Emanuelis de Methe-
diam vocans de Meteren, more ſuo Hiſpanis ten.
imputat, quod eorum fuit, quos vulgo corrupta
voce Walones nuncupamus: ex qua gente tum
Mondragonii cohortem fuiſſe, ſatis notum eſt.
Poſt horum diſceſſum, miſſa huc tria ſigna Hiſ- 151 Hiſpanicum præſidium.
panorum qui ex Zelandia adventarant: quibus
evocatis pars cohortis Polwileri ſucceſſit. Per 152 Germanicum præſidium.
ea tempora, toto pæne anno fuit hæc urbs ſine
Senatu. Oppido præerat Joannes de Bonnie-
res, dictus de Swaetre, Dominus de Bouë, 153 Reip. nova adminiſtratio.
& Vichte Prætor: Senatus autem munia obi-
bant Guilielmus de Griſper Eques modò, &
ſanctioris Archiducum Conſilii Senator & Mar-
tinus

tinus Roelants: quibus datus Actuarius Petrus
Verreycken.
Interjecto deinde tempore cùm à morte Lu-
154 Regii militis inſolentia. dovici Requeſenii Belgicæ Gubernatoris, re-
gius miles ſtipendiorum pretextu variè tumul-
tuaretur, & tandem ab Ordinibus, quibus Re-
gio diplomate in adventum Joannis Auſtriaci reſ-
publica mandata erat, hoſtes & Regis & pa-
triæ judicati eſſent, eòque magis hoſtilia om-
nia minarentur, & perpetrarent, occupato jam
per vim Aloſto, fœdatiſque paſſim & igni &
155 Ordines de Teneræmonda ſolliciti. ferro agris; Flandriæ Ordines de Teneræmonda
admodum ſolliciti, quòd in ea multum illi Pro-
vinciæ ſit momenti; opus eſſe judicarunt eam
reddere ſuarum partium: quod etſi non omninò
erat in proclivi, quia magna pars cohortis Chi-
liarchę Polwileri, cui multa ſtipendia debeban-
156 Cum Præſidiariis paciſcuntur. tur, in præſidio erat; magnis tamen pollicita-
tionibus eò rem promoverunt, ut milites pro-
miſerint acceptis ſtipendiis, Ordinibus urbem
dedere; neque interea Hiſpanis iter dare: miſ-
157 Invito Chiliarchâ. ſique ea de re Gandavum obſides. Huic conven-
tioni tribunus ipſe Polwyler cum Conſtantino
filio ſummis viribus, quantum potuit, obnixus
158 Bloſii Prætoris prudens ſimulatio. eſt. Bloſius verò Treloni Dominus Prętor, cùm
maximè videretur eam rem provehere; tamen
159 Conſilium. unum ſtudebat, ut tanta ſumma addiceretur,
quantæ Flandri ſolvendo non eſſent: manerent-
que hìc tantiſper Germani, dum Joannes Au-
ſtriacus, qui jam in Provinciam venerat, ad-
ventaret. Id quantum occultavit, non caruit ta-
men ſuſpicione. Itaque miſſus Teneræmondam
160 Franc. van den Kethulle dat Ordinibus operam. Cornelius Schepperus Eecke Dominus & Fran-
ciſcus vanden Ketulle Ryhovæ Toparcha, ad
ſubducendas cum milite rationes; eoſque porrò
in Ordinum ſtudia pelliciendos. Quorum operâ
eò res ducta eſt, ut ſolutis huic præſidio du-
centis triginta millibus florenorum cùm toti co-
horti ultra 150. millia deberentur, dicerent ſe
oppido ceſſuros. Cùm autem ea ſumma tardius
numeraretur, & interim à Tribuno ſuo & à Joan-
ne Auſtriaco ſolicitarentur ad fidem Regi præ-
ſtandam, mutaturi conſilium videbantur; niſi
ſemimenſis ſtipendio, nomine congiarii, in ſin-
gula capita eos Ryhovius in ſuam ſententiam per-
traxiſſet. Itaque cùm ejus potiſſimùm induſtriâ
hoc opidum in Ordinum poteſtate manſiſſet, in o-
161 Fit Prætor Teneræmonden. peræ hoſtimentum Teneræmondæ Præturam illi
detulerunt, & in novos prẹſidiarios imperiū. Ger-
mani autem illi poſtquam de ſtipendiis ſatisfactum
illis eſſet, partim ad regios abiêre; partim ſa-
cramentum Ordinibus dixêre. Ryhovius novas
162 Hæretici cujuſdam intemperies. tres centurias introduxit. Hac tempeſtate cùm
externus quidam D. Danieli Heyns, in Beghina-
ſio pro concione locum aliquem in Matthæo ci-
tanti, Orationem abrumpens, dixiſſet: *At quæ*
163 Vitæ periculum. *ſequuntur*, *taces*; in maximum vitæ diſcrimen
venit, conſurgente tota concione, & muliebri
164 Teneræmondæ domus cujuſdam incendium. turba, uno furoris impetu irruente. Paulò pòſt
intempeſta nocte domus quædam, juxta portam
Bruxellenſem, arſit: an fortè fortunâ, an datâ
operâ, incertum. Cumque militari more tym-
pana ſonarent, concurſum hinc inde. In hoc tu-
multu quidam per tenebras alteri obvius, cùm
rogaret, Quis tu? atque ille reſpondiſſet, *Paep-*
uyt (id eſt foras Sacerdotes) ſive id hominis ve- 165 Temerarii per tenebras reſponſum.
ſaniâ dictum; ſive quòd teſſera ea erat; jamque
hæc vox tota urbe percrebuiſſet, uno impetu & 166 Templa & Sacerdotum ædes direptæ.
templa à militibus, & Sacerdotum ædes direp-
tæ ſunt; nullo aut Senatus, aut civium aſſenſu:
quos quæ fiebant prohibere, & rei ignorantia, &
armorum deſuetudo, & ſubitæ rei per noctem
metus vetabat. Poſtridie Petrus Dauwere Sa- 167 Petri Dauwere Sacerdotis cædes.
cerdos è curia, quò à phanaticis deductus erat,
deſcendens, in gradibus privato quodam odio,
pugione transfoſſus eſt: quo ex vulnere paulò
pòſt interiit. Ferebatur ejus cædis auctor homo 168 Ejus auctor.
quidam factioſus, & de nova religione ſuſpectus,
quem aliquando de hæreſi deferre prædictus Pe-
trus minatus erat: itaque ille temporum occaſio-
ne fretus, eas minas magno ſcelere ultus eſt.
Eodem anno (erat is M. D. LXXVII.) ſub Joanne
Auſtriaco rebus provinciæ omnino turbatis, cùm
Brabanti ſuæ ditionis gubernacula Auriaco tra- 169 Auriacus Brabantiæ Præfectus.
didiſſent, idque ægrè ferret pręcipua Belgicæ
Nobilitas, communi conſilio Archiducem Mat- 170 Matthias Archidux evocatur.
thiam, per Maelſtede dominum, ad capeſcen-
dam Belgicam invitarunt. Quod cæteri Nobiles,
Ordines, & Urbes provinciarum, quòd ſe incon-
ſultis factum eſſet, ſiniſtrè interpretati ſunt.
Decreverant ſuperiores illi Archiduci rerum 171 Quo conſilio.
ſummam tradere; cumque Teneræmondam du-
cere, opportunum ſuo conſilio locum: quo vi-
delicet Brabantiæ vicinior, Auriaci auctorita-
tem nominis ſplendore obfuſcaret, & paulatim
extingueret: cujus & poteſtas, & religio ſuſpe-
cta erat: (Gandenſes id captæ poſtmodum no- 172 Aliorum ea de re ſuſpicio.
bilitati objecerunt, dicentes factum ad ſeparan-
dam Brabantiam à Flandria, & novos concitan-
dos motus, ducendumque bellum, ſi Auriacus,
Brabantiâ nollet cedere) habebantque in animo,
ſi opus eſſet, uti viribus totius exercitus; ſed 173 Auriaci cautela.
Auriacus illos occupavit: Nam & præſidio Or-
dinum de exercitu ſecurus fuit; & Archiducem
in Ordinum favorem pertraxit.
Anno dein M. D. LXXXIII. Franciſcus Valeſius, 174 Franciſcus Valeſius.
Andium, & Alenzonii Dux, Henrici Tertii
Galliæ Regis frater unicus, Brabantiæ Flandrię- 175 Lectus Princeps.
que Principatum, in hac populi ſeceſſione adep-
tus, decreverat calido paucorum conſilio, abſo- 176 Ejus conſilium.
lutum in provincias imperium ſibi aſſerere: quod
aliàs (cum veteri Belgarum in Francos odio,
tum diverſarum religionum hominibus diffidens)
neque diuturnum fore, neque certum ſuſpicaba-
tur. Igitur uno, eodemque die (erat is 17. Ja-
nuarii) præcipua aliquot ad hanc rem loca occu-
pare contendit: ut Duynkercam, Dixmudam,
Vilvordiam, Aloſtum, Meninas, Oſtendam,
Brugas, Antverpiam, & Teneræmondam. Hìc 177 Teneræmondæ præſidium.
in præſidiis, Ordinum Flandriæ tres centuriæ
erant, ſub imperio Ryhovæ Domini: qui cùm
per ea tempora abeſſet, vicarium reliquerat Fri-
dericum vanden Dorpe; cui legatus Joannes van
Loo, Ductores erant Sonneveldt, Schuddemat-
te, & Gouy. Duo inſuper ſigna Gallica, quæ
recenter in has ditiones venerant, quibus impe-

rabat de Brugny, & Villenove. Prætor hos ad dictam diem venêre Aloſto tres centuriæ, ſub Blanchefort: & Antverpiam iter habere ſimulabant.
178 Gallicæ cohortes immiſſæ. His aliquandiu ad portam ſubſiſtendum erat (quæ de more, ob Hoſtilis incurſionis metum, ſub prandium claudebantur) tandem à Friderico vanden Dorpe, & Joanne van Loo admiſſi, primùm pacata omnia præ ſe ferebant; at poſtquam ad forum ventum eſt, funeſtam vocem ingeminarunt: Occide, occide. Belgicus miles cum civibus aliquot tueri ſe parabant; ſed ſerum erat in armis præſidium. Cæſi Cives qua-
179 Ceteros pellunt. tuor, milites paulò plures. Pulſi continuò Belgæ præſidiarii, qui remanſerant poſtridie juſſi abire.
180 Urbem occupant. Ita in Gallorum poteſtatem redacta Civitas.
181 Sub dio agunt. Nihilominus ſuſpenſi animo victores, per triduum catervatim ſub dio ad ignes ſubſtitêre: dum reſciſcerent quo eventu Antverpiæ res ge-
182 Gallorum Antverpiæ clades. ſta eſſet. Ubi cùm magna civium virtute Alenzonius cum ſuis pulſus eſſet, Berchemo ex ca-
183 Valeſius Teneræmondam cogitat. ſtris ad D. Bernardi, inde navigio Teneræmondam cogitabat; ſed ab Antverpienſibus miſſa per Scaldim claſſe prohibitus, Duffllam petere co-
184 In via clades. actus eſt: ubi trajecto Netâ, & dein Rymenandæ, Diliâ, poſt varias clades (ſtiterant enim Mechliniani amnem, unde magna exercitus pars inundatione periit) tandem Vilvordiam perve-
185 Teneræmondam venit. nit, & inde Teneræmondam, mœſtus & ſqualidus. Hoſpitium habuit in aula Viglii; Monpenſerius in corona; Marſchalcus Biron in ædibus Joannis van Royen; Comes de Laval juxta portam aggeris, ea domo, quæ vulgò *den Lombaert*.
186 Cum Ordinibus paciſcitur. Hic dum profugus Princeps hæret, tandem cum
187 Pacti leges. Ordinibus certis legibus in gratiam rediit: *ut ipſe Duynkercam proficiſceretur, & cum illo trecenti Equites, & quadringenti pedites: ubi aliquamdiu ſe contineret: atque interea cum Legatis Ordinum, de Provinciarum negotiis ageret: Vilvordiam Ordinibus traderet: ejus milites tam Galli quàm Helvetii Ordinibus mererent: ut & milites, & ipſe Dux ſacramento ſe adſtringeret, nihil in poſterum attentare contra Rempublicam. Eâdem lege Angli & Scoti in Waſia tenerentur. Interea Dux obſides acciperet: iis acceptis, ejus milites Teneræmondâ decederent: Dux Duynkercam abiret. In itinere captivos (ſolutis antè expenſis, alioqui aut alius, aut ipſe Dux ſponſor eſſet) & chartas cum ciſtis, ſcriniis, & ſupellectile, reciperet. Quo facto Dux Dixmudâ præſidia ſua evocaret, & ſimul obſides redderet. Dein Bergas S. Winoci milite ſuo liberaret: & denique omnium offenſarum utrimque amneſtia eſſet, & conventio Burdigalenſis 24. Januarii an.* M.D.LXXXI. *rata haberetur.* Acta hæc & confirmata *Teneræ-*
188 Teneræmondâ cedit. *mondæ* 18. Martii M.D.LXXXIII. Ex lege hujus conventionis migravit hinc, cum ſuis, vitio creatus Princeps, Duynkercam, hebdomadæ ſan-
189 Et Belgica. ctæ feriâ V. & inde rebus deſperatis, 28. Junii, in Galliam: ubi poſtquam cum fratre Rege, poſt longas ſimultates, in gratiam rediiſſet, profluvio ſanguinis, circa trigeſimum ætatis annum, periit.

190 Teneræmonda rurſus penes Ordines. Poſt Alenzonii diſceſſum rurſus hanc urbem Flandriæ Ordines præſidio munierunt, ejuſque cura iterum Ryhovio imperata. Paulò poſt, Gandenſes occupato jam ab immortali heroe Principe Parmenſi Saſſo (propugnaculum id eſt ad oſtium novi rivi, quem Gandenſes ab urbe ſua, per quatuor Ambacta ad mare uſque, ſub Carolo V. deduxerunt) & inſuper traditâ à Servatio vanden Steelandt ditione Waſianâ, cùm ancipites animo eſſent, & nunc in pacem cum Principe propenderent; nunc alia meditarentur conſilia: de Teneræmonda in omnem eventum
ſecuri eſſe curarunt. Miſſi itaque 27. Oct. M.D. 191 Eorum de hac urbe conſilium.
LXXXIII. Judocus Trieſt, Antonius Heymans, & Jacobus de Somere, qui Ryhovium exauctorarent, ne is in mora eſſet (quod futurum erat) 192 Et exauctorando Ryhovio.
ſi quid fortè de ſuarum urbium, & arcium deditione cum Parmenſi decernerent. Erat is tum 193 Detectum.
Gandavi, cumque id agi intellexiſſet, conſcenſo equo, itineri ſe dedit. Portâ autem quæ huc ducit obſeratâ, decreverat mœnibus eques deſilire, niſi obequitans, & idoneum ſaltui locum circumſpiciens, tandem ad Mudanam uſque portam progreſſus, eam ſolo obice obductam comperiſ-
ſet. Itaque hàc erumpens, citato curſu Tene- 194 Et impeditum.
ræmondam venit; ubi quàm primùm Legatos illos in carcerem conjecit: ex quibus Jacobus de Somere etiam de vita periclitabatur.

Sequente anno cum Principis Chimacenſis ſtudio Brugæ, Hypra, & Dammum in regias partes conceſſiſſent, ac inter Gandenſes etiam de pace ſermo eſſet, Montiniacus obturato ad 195 Scaldis Wetteræ aggere frænatus.
Wetteram Gandavum inter & Teneræmondam Scaldâ, ſtructiſque utrimque ad ripam propugnaculis, eò rem adegit, ut pactis induciis 196 Cauſa colloquii.
Tornacum miſerint, acceptis obſidibus Sigurâ
ductore Hiſpano, & Nicolao Daubermont Do- 197 Obſides.
mino de Manui Aldenardæ Gubernatore: qui à
Joanne Embieſio Conſule hoſpitio accepti, eo 198 Embieſii hoſpites.
eventu rem geſſerunt, ut Conſul non dubitarit 199 Ejus machinatio.
24. Martii decano nautarum imperare, quaſdam naves & pontones onerare ſcalis, perticis, tabulis, cratibus; & prono amne Teneræmondam
vehi. Quæ res cùm non omninò clàm fieri poſſet, 200 Impedita.
Senatûs decreto impedita eſt. Fuit id illi poſtmodùm exitio: nam continuò juſſus abdicare Magiſtratum, in carcerem abductus eſt; & Senatus ſententiâ damnatus, præcipitem illam animi levitatem (quam & ipſa res, & litteræ Montiniaci ad Siguram, & Roelandus Iorck Centu-
rio, conſilii conſcius, detexerant) extremo ſup- 201 Eam morte luit.
plicio luit. Hac de re Ryhovius certior, continuò Legatum dicti Roelandi Sethon Scotum in
vincula conjecit: qui quæſtionibus admotus, 202 Non ſolus.
& ordine omnia faſſus, morte multatus eſt, in crucem primùm actus, inde in quatuor partes diſſectus: quarum ſingulæ ad ſingulas urbis portas; caput autem ad D. Quintini ludibrio & exemplo expoſitum eſt. Eo periculo Ryhovius
cautior, majoribus præſidiis urbem firmavit, 203 Teneræmondæ præſidio firmata.
quę ad ſex ſigna Oliverius vanden Tempele Bru-
xellis ſubmiſit. Parmenſis dein poſt ſuperatum 240 A Parmenſi obſeſſa.
Liefkens-hoeck, validum ad Scaldam propugnaculum, tentatâ etiam, ſed deſertâ Lilloæ arce, junctis viribus Teneræmondam obſeſſum venit:

venit: cujus potiundæ ideò propior ſpes erat, quòd partem præſidii Lilloam miſſam ſciebat; & qui reliqui erant, circa ſex ſigna, non admodùm æquo animo eſſe, ob multa ſtipendia quæ debebantur, quorum prætextu Ryhovius in
205 A Prætore deſerta. Hollandiam profectus erat; re autem, metu obſidionis (omnia enim ſua convaſaverat, quæ antequam Antverpiâ ſolveret, amiſit, fraude nautę, qui depulsâ navi, antequam ille adventaret, nuſquam poſtea comparuit) relicto ad defenſionem urbis Legato ſuo, Domino de Mortaigne cum quingentis circiter militibus, & unâ equitum turmâ. Parmenſis occupato in novo caſtro (loci nomen
206 Derivato Tenerâ. vulgo Nouburgh) propugnaculo, quod ante tulam pavidi milites deſeruerant, & derivato per viam regiam Tenerâ, cujus inundatione Cives tutos ſe credebant (frænarant enim fluminis amnem aggere circa locum vulgò Putkensturre)
207 Bis oppugnata. admotis viâ Bruxellenſi octodecim tormentis, magno impetu cœpit urbem quatere, & facto longo hiatu, primò propugnaculum ad portam Bruxellenſem magna vi, tandem altero aſſultu
208 Tandem dedita. expugnavit. Inde antequam murum adoriretur, cujus ruinam novo intus opere propugnatores compenſarant, deditione urbem cepit 17. Auguſti M. D. LXXXIV. amiſſis in oppugnatione, & antè, multis magni nominis militibus; inter quos Petrus de Pace Chiliarcha Hiſpanus, & Petrus Taxis. Hanc deditionem inter potiſſimas victorias Parmenſem habuiſſe, hæc in cõnclavi Pontificio Romæ, Epigraphe docet: ubi inter paucas urbes Teneræmonda numeratur.

209 Ejus deditionis Romæ memoria. *Alexander Farneſius Octavii filius, Parmæ, ac Placentiæ Dux tertius, Provinciam nactus Belgicam, Philippi Hiſpaniarum Regis imperia detrectantem, Maſtrichum urbem munitiſſimam expugnavit: Bironium Gallum diverſarum partium Ducem, collatis ſignis prælio vicit: Duynkercam, Gandavum, Brugas, Hipras, Teneræmondam; Bruxellas, aliaque plurima Belgii oppida, aut vi cepit; aut ad deditionem compulit. Antverpiam nullis humanis viribus expugnabilem, ingenti ad Scaldim operum magnitudine circum munitam, in deditionem accepit, Noveſium receptum Colonienſi Archiepiſcopo reddidit. Belgas omnes qui continentem incolunt, in Philippi Regis poteſtatem, & ad Eccleſiæ Romanæ obedientiam reduxit. Haſce ob res fortiter geſtas à S.P.Q.R. Summus Imperator, elogio prope majorum triumphos, quorum gloriam aut vicit, aut certè æquavit, ornatus eſt, Achille Cibo, Octaviano Creſcentiæ Coſſ.*

210 Præſidiarii dimiſſi. Præſidiarii lege deditionis incolumes gladio & pugione accincti Willebroecam deducti ſunt.

Emanuel de Meteren (ut alia omittam de exhau- 211 Emanuelis de Meteren errores.
ſtis paulatim foſſis, dirutis cataractis, & obſtructo amne &c.) duos concionatores contra pacta captos eſſe ſcribit: quod ſecus eſt. Nam unus tantum erat neque ejus in legibus deditionis, aut ſermone, aut ſcriptis, ulla mentio. Cùmque inter præſidiarios exiens miniſter eſſe deprehenderetur, captus eſt, & ſtrangulatus. 212 Miniſter ſtrangulatus.
Idque eò magis, quòd Sacerdos anteà fuerat, & volens ſcienſque Principem, cum religione ejurarat. Exinde in Domini ſui obſequio ſemper hæc civitas manſit: unde exciderat, non 213 Civium in fidem Catholicam & Principem ſtudium.
Civium vitio, quorum pauciſſimi profanatæ religionis cultum, in communi illo delirio ſecuti; ſed fortunæ incumbentis neceſſitate, & externorum cogente patentiâ. Enimverò omnes ſuperiorum temporum Principes, ab ipſo uſque Maleano, ſummis elogiis egregiè proſecuti ſunt horum Civium fidem, quorum variæ hac de re laudes in archivis exſtant. Eximius erit teſtis, 214 De Civium fide Caroli V. teſtimonium.
unus inſtar omnium, Carolus V. Cæſar; quem Principem nominare, laudare eſt: hic illuſtri, & auguſto teſtimonio, omnium temporum merita complexus, poſteris teſtatum reliquit, *Hanc urbem ſemper bonam fidamque fuiſſe erga ſe, & ſuos Majores Flandriæ Comites: neque ullum extare contrarium exemplum.* Ut meritò dici queat, quod auſpicatiſſimo ALBERTI & ISABELLÆ Principum in hanc ſuam urbem adventu, vir doctus panxit:

Theſſala ſi Tempe, & Memphitica marmora deſunt; 215 De eadem Epigramma.
Adverſus Dominos eſt amor, atque fides:
Lædere quam potuit fatis vis major iniquis;
Fata ſed ipſa quidem frangere non poterunt.

CAPUT VIII.

Privilegia.

FIDEM Civium erga Dominos præmia id eſt Privilegia ſequantur: quæ Dominorum favore variè adepti ſunt: & ut omittamus ea, quæ antiquitus à priſcis Dominis habuerunt, quorum pleraque ſitu temporum, & oblivione periêre, à Ludovico Maleano auſpicabimur; qui primus Comitum Flandriæ, hoc Dominium accepit. Sunt autem inter cetera hæc.

Ludovicus Maleanus confirmavit leges & conſuetudines, quæ fuerant tempore Roberti Comitis. 1 Confirmatio legum & conſuetudinum. Archiv. oppidi. Diplom. an. 1348.

Idem ut *Dominus ſupremus & ſine medio* confirmavit privilegia textorum, & pannificii: quibus ea tempeſtate hæc urbs vigebat. 2 Confirmatio privilegiorum Textoriæ. Diplom. an. 1355.

Idem confirmavit jus Aſyli, quo antiquitus ſub priſcis oppidi Dynaſtis fruitam hanc urbem declarat: exceptis qui exulant ob conſpirationes contra Dominum, qui vim Domino intulerunt, aut miniſtris Juſtitiæ: latronibus inſuper, prædonibus, incendiariis, & qui feminæ vim intulerunt. 3 De jure Aſyli. Diplom. 1355.

Ibidem immunitatem Civibus largitur ab arreſto per totam Flandriam. 4 De immunitate ab areſtis. Ibidem.

5 De telonio Anverpiano. Diplom. 1379.

Idem Teneræmondanos à novo telonio Anverpienſi liberat.

6 De muniis publicis. Diplom. 1349.

Idem vetuit hìc exteros ad munia publica admitti exceptis Flandris.

7 Iterum de telonio. Diplom. 1383.

Maleani gener *Philippus Burgundus* hujus oppidi Cives (quod antè ſocer fecerat) à novo telonio Anverpienſi immunes eſſe declarat.

8 Nundinæ anniverſariæ. Diplom. 1397.

Idem conceſſit nundinationem anniverſariam: cujus initium eſſet Martis poſt D. Lucæ, duraturam triduo, cum immunitate ab arreſto.

9 Earum tranſlatio. Diplom. 1550.

Carolus V. tranſtulit diem, ſtatuitque initium primo Veneris poſt primum ſabbatum menſe Octobri. Dicta autem immunitas non modò nundinationis tempore data eſt; ſed octiduo antè, ad veniendum, & advehendum merces, & octiduo itidem poſt, ad convaſandum, & abeundum. Unde tamen excluduntur exſules, fugitivi, hoſtes, & debitores Principis.

10 De danda Civitate. Diplom. 1402.

Idem confirmavit antiquam conſuetudinem, quâ penes Scabinos erat poteſtas adſcribendi viros, & feminas, cujuſcumque loci & conditionis, in Civitatem & privilegiorum fruitionem.

11 De evocationibus. Diplom. 1402.

Idem dat Senatui poteſtatem ex alieno carcere & tribunali etiam in criminalibus cives ſuos, eorumque cauſas ad ſe evocandi.

12 De Aſſiſiis. Diplom. 1414.

Joannes Burgundus tranſtulit eas impoſitiones, quas Aſſiſias vocant, in publicum urbis uſum. Diplomati etiam filius ejus *Philippus* ſubſcripſit.

13 De purgatione foſſarum. Diplom. 1414.

Idem *Joannes* adſtringit omnes territorii incolas ad purgationem foſſarum hujus oppidi.

14 De reſidentia Sacerdotum. Diplom. 1414.

Idem cogit Eccleſiæ Collegiatæ Canonicos, & qui Eccleſiaſticis beneficiis fruuntur, ad perſonalem reſidentiam.

15 De judicio feudali.

Idem declarat cauſas hujus curiæ Feudalis non ſpectare ad cognitionem Conſilii Flandriæ; ſed Judices Feudales hic judicare per Arreſtum, & repræſentare ipſum Principem.

16 De cudendo numos. Diplom. 1513.

Philippus Bonus largitus eſt Curatoribus Sacelli Divæ Virginis poteſtatem cudendi numos æreos, pretii quatuor obolorum Flandricorum. Id Maxæmylianus confirmavit.

17 De coctione Cerevisiæ. Diplom. 1440.

Idem vetuit toto Territorio intra ſecundum ab urbe lapidem Cereviſiam coquere, aut aliunde quàm ex urbe petere: quod poſtea confirmavit Carolus V.

18 De exoneratione Cereviſiæ. Diplom. 1549.

Idem vetuit toto territorio Cereviſiam è navibus exportari; ſed in urbe id fieri mandavit: ubi etiam juſſit duas horas in ripa relinqui; quod ſtapelam ſive ſtabulationem vocant.

19 De optimo cathallo. 1444.

Idem remiſit medium bonorum mobilium, quod ad Principem ſolebat pervenire à morte eorum, qui non erant Cives, compenſatione optimi cathalli.

20 Teneræmondam non eſſe Comitatus Flandriæ. Diplom. 1451.

Idem ſingulari privilegio declarat oppidum & Dominium Teneræmondenſe nec eſſe, nec fuiſſe Caſtellaniæ Gandenſis; neque de Comitatu Flandriæ, neque de hujus tenemento; ſed purè vicinum Caſtellaniæ Gandenſi.

21 De Sodalitate D. Georgii. Diplom. 1451.

Idem comprobat Sodalitatem D. Georgii, eamque privilegiis ornat.

22 De venditione feudorum. Diplom. 1480.

Idem confirmat antiquam conſuetudinem hujus curiæ, feuda ad libitum onerandi, vendendi, alienandi, ſine venia Principis, aut proximi heredis aſſenſu: nullâ etiam juratâ neceſſitate: *Quia*, inquit, *hæc feuda alterius ſunt naturæ, quàm aliarum Curiarum: quum hæc terra ſit Imperialis; & non de noſtro Comitatu Flandriæ: ut ſatis liquet ex noſtris Tabulis in Conſilio Flandriæ aliàs expeditis, & nunc examinatis, poſt maturam deliberationem, habitoque ſuper hoc judicio Curiæ Flandriæ, &c.* Hoc tempore Principi ab arcanis erat Joannes de Bircquegny, Petri de Bircquegny Equitis filius, qui hoc Philippi diploma ſignavit: cujus eò potiſſimùm hìc memini, quòd ejus hâc urbe poſteritas durat.

23 De carcere Civis. Diplom. 1480.

Maxæmylianus vetuit Civem ob cauſas Civiles in carcerem rapi, ſi ſponſorem præbeat. In Criminalibus etiam noluit Prætorem in aliquem manus injicere, niſi habitâ antè ſuper facto inquiſitione: aut niſi aliquis ſit, qui ſe palàm Adverſarium & actorem profiteatur, ſeque cum Reo Prætori dedat.

24 Immunitas à fisco. Ibidem.

Idem declarat Cives in perpetuum immunes fore à fiſco, ob quodcumque demum crimen, exceptis læſione majeſtatis, conſpiratione & ſeditione.

25 De novandis Magiſtratibus. Ibidem.

Idem vult quotannis novos eſſe Magiſtratus: neque ulli ſuum munus ultra annum prorogari.

Diplom. 1496.

Prædicta *Maxæmyliani* beneficia confirmavit *Philippus Auſtriacus primus*.

26 Forum hebdomadale. Diplom. 1494.

Idem *Maxæmylianus* conceſſit mercatum Hebdomadalem diebus Lunæ: & immunitatem ab exſecutione & areſto ob debita, diebus Dominicis, Lunæ, & Martis. Id etiam *Philippus Auſtrius* confirmavit.

27 De non areſtandis qui annonam adferunt. Diplom. 1497.

Philippus Auſtriacus I. confirmavit antiquam conſuetudinem, de non areſtandis ob debita urbis, aut loci ubi habitant, iis qui cujuſcumque generis annonam in hanc urbem deferunt, quocumque modo.

28 De ædibus mortuariis. Diplom. 1524.

Carolus V. confirmavit conſuetudines quæ obſervantur in ædibus mortuariis.

29 De Sodalitate D. Andreæ. Diplom. 1524.

Idem novam D. Andreæ Sodalitatem privilegiis ornat.

30 De excubiis nundinarum. Diplom. 1527.

Idem juſſit ut nundinarum tempore adſcripti cives incolæ territorii cum armis ad excubias in portis præſto eſſent.

31 De tranſmittendis litibus in ſcriptis. Diplom. 1531.

Idem dedit Senatui privilegium in caſu appellationis, ad Curiam Flandriæ tranſmittendi lites cum iis ſcriptis ex quibus ſecundùm allegata & probata judicatæ ſunt.

32 De monopoliis. Diplom. 1540.

Idem vetuit monopolia exercere in territorio: mandatque omnibus merces ad forum deferre.

33 De exoneratione mercium. Diplom. 1540.

Idem prohibet uſpiam non cereviſiam modò; ſed ne ullas omninò merces onerari aut exonerari, præterquam in urbe.

34 De Judice Civili. Diplom. 1544.

Idem hìc conſtituit Judicem cauſarum civilium, quem Princeps *ſuum locum tenentem* ſive Vivarium vocat: coram quo Cives Gandenſes & Teneræmondani poſſunt citare debitores ſuos, qui habitant locis ſequentibus: *Lokeren*, *Coudenbrugh*, *Dackenam*, *Waeſmunſter*, *Eeverſele*, *Sombeke*, *Thielrode*, *Baſele*, *S. Gillis*, *S. Nicolaes*, *Nienkercke*, *Kemſeke*, *S. Pauwels*, *Stekene*, *Sinay*, *Belſele*, *Moerbeke*, *Themſeke*, *Ripelmonde*, *Exaerde*, *Haeſdonck*, *in S. Nicolaes*,

laes, *in Belſele*, *in Waeſmunſter*, *in Lokeren*, *Pumbeken*, *Paddeſchoot*, *Aerſchot*, *Bornem*, *Inghene*, *Mariekercke*, *de Weert*, *S. Amants*, *Baſſerode*, *Opdurp*, *Meſpelaer*, *Ghyſeghem*, *Hoffſtaey*, *Wieſe*, *Moorſele*, *Herderſem*, *Wanſele in ditione Teneræmondana*, *Oordeghem*, *Baveghem*, *Bueſtem*, *Nieukercke*, *Eerdeghem*, *Liekercke*, *Leewe*, *Lembeke*, *Dender-houtem*, *Ninove*, *Kerckhove*, *Okegem*, *Hilliegem*, *Erembodegem*, *Wolle*, *Tſeghem*, *Ter Alphene*, *Aſpelaere*, *Hautre*, *Haultert*, *Kerckskin*, *Hilleghem*, *Woubrechteghem*, *Sententelins*, *Zele*, *Hamme*, *Belle*, *S. Gillis*, *Swiveke*, *Grimbergen*, *Moerſeke*, *Lebbeke*, *Oudeghem*, *Appels*, *Moorſele*, *Capittele*, *& Wieſe-Capittele*.

35 Juriſdictio in hos Cives Gandenſibus erepta. Diplom. 1540.

Idem novâ lege quam *Carolinam* vocant, adimit Gandenſibus omnem juriſdictionem, auctoritatem, & præeminentiam in Teneræmondam, ejuſque Territorium.

36 De munitione oppidi. Diplom. 1542.

Idem cogit omnes territorii incolas, qui intra ſecundum milliare habitant, ad munitionem oppidi.

37 De Sodalitate D. Sebaſtiani. Diplom. 1546.

Idem abolitis priſcis privilegiis Sodalitatum DD. Ægidii & Sebaſtiani, iiſque in unum corpus redactis, nova indulta largitur.

CAPUT IX.

Politia.

1 Quæ hîc ſumma dignitas.

NUNC quæ Politia ſive adminiſtrationis ſit ratio, oſtendam. Summæ dignitatis, & authoritatis munus, ut in pleriſque Belgicæ

2 Prætoris munus.

urbibus, ita & hîc eſt Prætura. Vicem enim Domini abſentis Prætores obeunt, jus Domini curant, decimas ex emptione, aut mutatione omnium terrarum (exceptis feudis) capiunt: itidem reddituum, qui pro hypotheca fundum habent. Juſtitiam exercent criminalem, aliaſque habent inſuper dignitatis, & muneris prærogativas, quæ omnia aut per ſe, aut per Vicarium, ſive Proprætorem curant. Atqui hæc quum eximia ſint, non niſi claris natalibus viris, & virtute illuſtribus, demandari ſolent. Quales ii, quos à multis retro annis cùm ex Analectis prudentiſſimi viri Joannis de Clerck, hujus urbis actuarii; tum ex Dionyſii Harduini ſcriptis apud Juſtum Harduinum nepotem collectos, conſequenti ſerie producam. Etſi multò antè fuiſſe Roberti Betunii Flandriæ poſteà Comitis diploma oſtendit: quo ille vivo adhuc Guidone patre,

Archiva D. Bavonis.

juſſit ſuum Prætorem Teneræmondenſem præſentem eſſe venditioni, & traditioni aut quam facturus erat Raſo Gaveranus Eccleſiæ S. Bavonis, de alta juſti-

Anno 1274.

tia pagorum Everghem, Sleydinghe, Wondelghem cum omni reliquo jure. Idem Swivecanus Codex

Anno 1246.

teſtatur: & aliquanto antè, Roberti Advocati cum Capitulo Cameracenſi conventio.

3 Prætorum ab anno 1364. ad hoc ævum ſeries.

Gulielmus le Moſt anno M. CCC. LXIV.

Ludovicus Lichterveldius......

Joannes Halowinus anno M. CCC. LXXVI.

Ribardus de Haultrive anno M. CCC. LXXVIII.

Ghildolphus Gruythuſius Eques anno M. CCC. LXXVIII.

Hujus meminit Meyerus, ubi dicit: *Pacem factam per Margaretam à Francia Ludovici* (Malcani) *matrem inter Ghildolphum ab Gruythuſe, & Dominum Gruythuſium cum ſuis, ex una; & Joannem Boninum* (malè ibi legitur Bovinum) *Molenbecæ Dominum, & ejus propinquos, alia ex parte; & ſedatas domeſticas eorum rixas, & inimicitias.*

Ad annum 1377.

4 Controverſia ſedata inter Gruythuſios & Boninos.

Oliverius Halowinus anno M. CCC. LXXXII.

Oliverius Halowinus Eques anno M. CCC. LXXXII.

Robertus de Capple octavo Maii anno M. CCC. LXXXVI. Idem fuit aliquanto pòſt Prætor Aloſtenſis.

Joannes van Hoorſt ſexto Februarii anno M. CCC. LXXXIX.

Philippus Maſminius Eeckæ, & Hundelghemi Dominus anno M. CCC. LXXXIX.

5 Philippus Maſminius, Teneræmondæ obſeſſus. Meyer. an. 1379.

Hic idem ille fuit, qui ſub Maleano cùm hæc Urbs à Gandenſibus aquâ terrâque obſidebatur, inter Nobiliſſimos propugnatores eſt relatus: & poſtea pacatis inter Philippum Audacem & Gandenſes rebus, conventioni pacis inter alios proceres ſubſcripſit. Uxorem habuit

6 Ejus uxor. Collectan. Gaillardi.

Catharinam de Mirabel Franconis filiam, viduam Joannis Uyter-zwaene, & ex eo matrem Joannis: utriuſque memoriam inveni in obituario Collegiatæ Eccleſiæ Teneræmondenſis, in hæc verba: anno M. CCC. XCI. *Menſis Aprilis decimo octavo, obiit Nobilis & ſtrenuus Vir Dominus Philippus de Maſſemine Miles, qui dedit pro obitu ſuo Dominæque Catharinæ de Mirabelle ejuſdem uxoris, nec non Domini Joannis eorumdem filii, Militis, tertiam partem prati cujuſdam ſiti in Parochia de Wichline:* Et rurſum ad tertium Kal. Novembris: *Anno Domini* M. CCC. LXXXVIII. *obiit Nobilis Domina Catharina de Mirabelle, uxor quondam Nobilis Viri Domini Philippi de Maſſemine, Militis: qui dedit pro obitu ſuo partem prati, juxta tenorem qui habetur in hoc libro 14. Kal. Maii.* Conditi autem ſunt hîc ad D. Virginis, ubi ſplendidiſſimum habuêre monimentum, paullùm ſupra terram ſurgens; ſed illud hæreticorum rabies evertit: at non ſimul omnem memoriam, quam fugiente jam veteris ſepulchri inſcriptione, ne penitus obſoleſceret, in ſaxo ad parietem hoc ſenſu novavit Vir Nobiliſſimus Jacobus Yedeghemius hujus Urbis Prætor.

7 Utriuſque in obituario Teneræmond. memoria.

Hîc jacet Nobilis Vir Dominus Philippus de Maſmines Eques, Eeckæ Dominus, & Hundelghemi, Magnus Prætor Urbis & Territorii Teneræmondenſis, qui obiit vigeſimo ſexto Junii anno M. CCC. XCI. *Et Domina Catharina de Mirabel ejus uxor, vidua ante Domini Guerini Uyter-zwaene Equitis, Domini de Miromez, Herdeſſem, & Zombecæ, quæ obiit vigeſimo Octobris anno* M. CCC. LXXXVIII. *qui ſecundi Conjuges fundarunt hîc duas Sacellanias qua-*

8 Et Epitaphiu.

F *rum*

rum alterius Collator eſt Dominus Jacobus de Tedegem Eques, Wieſæ, & Imbieſæ, &c. Dominus, magnus Prætor Urbis & Territorii prædicti, ex prædicta Domina Catharina oriundus: qui felicis memoriæ, & ejus honoris ergò hoc mnemoſynon fieri curavit, an. M. D. LXXV.

9 Joanres Uyter-zwaene cujus filius. Ana'ecta Harduini.

10 Maritus.

11 Parens.

12 Avus.

Joannes Uyter-zwaene Eques Joannis & Catharinæ Mirabellæ filius Philippi Maſminii privignus, Dominus de Herdeſem & Advocatus Wiechlinæ. Hic duxit anno M. CCC. XCI. uxorem Margaretam Harlebecanam, Dominam Wackenæ, quæ patrem habuit Joannem Wackenæ Dominum, matrem Joannam Halowinam, ex qua ſuſtulit Trieſtanum, Hectorem, Joannem, Joannam, & Margaretam. Trieſtanus Dominus Wackenæ, Herdeſemi, & Zombecæ, habuit uxorem Eliſabetham van Steenhout, Roelandi filiam, Dominam Zombecæ, & poſt illam, Catharinam van Ghent, Joannis van Ghent Equitis filiam, & ex hac Philippum (qui à morte patris Wackenam vendidit Andreæ Andrieſſens & ſine prole deceſſit) & Margaretam, quam duxit Joannes Maſminius, habuitque ex ea liberos Joannem & Eliſabetham. Hector maritus fuit Eliſabethæ Pointe (legi etiam Pointinck.) Alteram item habuiſſe uxorem monimenti lineamenta oſtendunt. Liberos reliquit Hectorem, Eliſabetham, & Mariam. Humatus eſt cum utraque Conjuge hîc ad D. Virginis, in choro qui olim Sanctæ Crucis nunc DD. Hilduardi & Chriſtianæ. Sepulcri lapis is erat, qui nunc Philippum Maſminium, quem dixi, tegit. De Joanne nihil habeo certi. Joanna nupſit Philippo Maſminio: Catharina verò Joanni de Maerſchalck filio Joannis. Porrò cùm Joannes, quem Prætorem diximus, è vivis ſublatus eſſet, immaturis adhuc liberis, eorum tutelam ſuſcepêre Boelariç Dominus, & Joannes Mirabellus ſive de Hale Lilloæ Toparcha.

13 Simonis Rym Patruus.

Meyer. an. 1380.

14 Furore civili ſupplicio affectus. Meyer. an. 1384.

15 Simonis Rym duellum.

16 Joannis van Sickele apud Meyer. elogium. Ad an. 1381.

Simon Rym vigeſimo quinto Januarii anno M. CCC. XCI. Nepos fuit ex fratre illius Simonis, quem Rymiæ gentis columen, ſub Maleano Civilia bella declinantem, latâ à Raſone Malardo tribuno Gandenſium lege, ut qui Equeſtris Ordinis virum cepiſſet, præmium auferret duas libras craſſorum, qui Scutiferum unam, in urbem vi tractum Gandenſes, cum famulo inſontem ſupremo ſupplicio affecerunt. Cujus ſceleris cùm aliquanto pòſt Joannem van Zickele hic Simon inſimularet, & inſuper objiceret illuſtrium Gandæ familiarum arcana divulgaſſe, atque id utrumque Joannes negaret; ortum celebre apud Scriptores, & in hominum memoria duellum, Inſulis, coram Philippo & Iſabella Principibus: quo Victor Simon ſcelus Joannis, & mortem Patrui egregiè vindicavit. Illum tamen Meyerus elogio *probatiſſimi Civis* ornat, eumque ne conſpirationis in Principem aut particeps, aut ſuſpectus eſſet, in Hannoniam conceſſiſſe; & hanc viri cædem in invidiam vocans, *Poſtea tamen* (inquit) *Inſulæ, quo jure, quâque injuriâ, tamquam ſeditioſus à nobilitate necatus eſt.* Obiit autem prædictus Simon anno M. CCCC. IX. vigeſimo Aprilis. Conditus hìc in Choro D. Virginis, ſub laminâ æreâ, quam cum inſcriptione & conſanguinearum gentium inſigniis fanaticus nuper furor evertit. Ejus tamen adhuc in tabella monimentum viſitur, ubi armata ejus effigies, & hi verſus:

17 Simonis Rym obitus.

18 Et monumentum.

Simon Rym Miles, Dominus armis decoroſus,
Hic laudes ſtatuit ſub ſaxo Relligionis,
Anno milleno, centeno quater, quoque nono.

19 Gens Rymia unde.

20 Unde illis Symbolum Byſtervelt.

21 Rymiorum Gandavi vicus.

22 Et ædes gentiles.

Ceterum quod ad gentem Rymiam attinet, eam ex Saxonia oriundam ferunt: & primùm inde veniſſe Balduinum de Rym, poſtquam ea gens à Carolo Magno victa, huc illuc vitandis rebellionibus ſparſa eſt. Is quòd habitarat in Saxonia caſtellum Byſtervelt, gentilibus armis in hanc uſque diem hoc nomen inſcribunt. Illum autem Balduinum delegiſſe ſibi ſedem volunt, non procul à Scalda, eo loco qui ab hac gente Ringeneſſe quaſi Rymeneſte dici putatur, id eſt Rymiorum nidus & ſedes. Hos gentiles ædes eadem urbe, Maleani etiam ævo habuiſſe conſtat ex Meyero, ubi dicit: *Exules turpiter graſſatos in alto portu* (loci id nomen) *ædes quibus nomen de Rym, invitis omnibus bonis ſibi ad habitandum vendicaſſe.*

Ludovicus Salaert nono Maii M. CCCC. VII.

23 Gentis Steenlandiæ privatum bellum.

24 Gentis nomen unde. Meyer. an. 1361.

Ludovicus van Steelant anno M. CCCC. XII. Antè fuerat Prætor Aloſtenſis. De hac gente memini legere privatis familiæ viribus bellum Tornacenſibus moviſſe. Etenim Steenlandia, unde nobiliſſimæ huic familiæ nomen, jamdiu inundatione periit. Notat Meyerus anno M. CCC. XXII. nondum fuiſſe merſam: ex tabulis quibuſdam publicis ejus anni, quarum initium: *Hos Gulielmus Block van Steelant. Eques, Petrus Gulielmi filius, Heyens Paſtor in Steelant, Robertus van Steelant Dominus Uploſeræ, Dionyſius van Steelant, &c.*

25 Joannis van Hamayde uxor. Analecta Harduini.

26 Liberi.

27 Sepulchrum.

28 Familiæ Nobilitas. Meyer. an. 1473.

Ibidem.

Joannes vander Hamayden, (alibi legi de Homey) hic uxorem habuit Jodocam Halowinam, & ex ea liberos Jodocum, Godelivam, Chriſtianam, & Philippam. Humatus eſt hic ad D. Virginis, inter DD. Annæ & Huberti altaria. Hanc gentem per ea tempora illuſtrem fuiſſe indicio eſt, quod *Jacobus ab Hamayden* legitur inter illos proceres, qui Caroli Burgundi menſæ miniſtrarunt, in memorabili illo epulo, quo is Cæſarem Fredericum apud Treviros excepit: quo tempore Ducis filiam Cæſar Maxæmyliano filio ſuo ambiebat; Carolus autem à Cæſare Regis Burgundiæ titulum.

Obituarium S. Mariæ.

Ludovicus Salaert anno M. CCCC. XIV. uxorem habuit Eliſabetham Bonin.

Gerardus Maldeghemius Eques Scoudeæ & Baſerodç Dominus, undecimo Auguſti anno M. CCCC. XIV.

Guido

Guido Ghiſtellanus Axelæ & Waſquali Dominus anno M. CCCC. XVII. Hic in tabulis publicis dictus eſt *nobiliſſimus & potens Dominus Guido.* Uxorem habuit Margaretam Oudenhoviam Waſquali Dominam, quę obiit anno M. CCCC. XVI. & poſt hanc ſecundis nuptiis duxit Margaretam, filiam Balduini de Vos, Lacrnæ Domini: cujus dote Axelæ Dominium accepit. De ea in libro obituum hic ad D. Virginis leguntur hæc: *Decimo quarto Calend. Julii anno* M. CCCC. LIII. *obiit nobilis Domina D. Margareta de Vos uxor Domini Guidonis de Ghiſtella Militis.* Habet autem hæc Ghiſtellana gens cognomen à Ghiſtella, nobili prope Brugas municipio. Eſtque id primariæ celebritatis, non ſolùm ob hujus gentis proceres, quorum virtus militaris & togata, ſæpè belli domique Principibus & patriæ præſidio fuit; ſed etiam ob reliquias D. Godelivæ Hemridi de Sonfort ex Ogena filię, quam maritus Bertulphus Ghiſtellanus mantili compreſſo gutture juſſit ſuffocari. Accidit autem id anno M. LXX. nono Julii, quem diem ejus memoriæ pia poſteritas conſecravit.

29 Guidonis Ghiſtellani uxor una. Analecta Harduini.

30 Et altera. Collectan. Gaillardi.

31 Ghiſtellanæ gentis nomen unde.

Meyer. an. 1070.

Ludovicus Salaert vigeſimo quinto Novembris anno M. CCCC. XIX.

Joannes de Vaernewyck Dominus Exardæ decimo nono Decembris anno M. CCCC. XXI. Idem anno ſequente Prætor Aloſtenſis.

Rogerius Villanus decimo Februarii anno M. CCCC. XXIII. De hac gente vide infrà lib. 3. cap. 3. ubi de Calckene eſt ſermo.

Joannes Uytenhoven Joannis filius decimâ quartâ Aprilis anno M. CCCC. XXVI. Hujus familiæ fuit ille *Fulco patriâ Gandenſis, percelebri vir ſapientiâ, qui cùm nullis poſſet modis inpelli ab Jacobo Vitriacenſi Innocentii Legato, ut expeditionem* (in Albienſes Hæreticos) *pro more concionaretur, idoneum ſe eſſe negans*; ſubitò *ſeu vindice irato Numine, graviſſimâ correptus eſt hemorrhoide: quam viginti quatuor per annos tam forti infractoque tulit animo, ut Chriſtum Servatorem ante mortem videre, ut aiunt,* diemque *obitûs praeſcire meruerit. Canonicus erat Inſulanus. Condidit Gandavi domum hoſpitalem* (de portu B. Mariæ Virginis) *pro egenis, cui à vetuſto* loci nomine *nomen eſt Biloca,* ubi medio Templi ante Crucem monimentum habuit. Ejus Epitaphium, ut ex M.S. Gaillardi Collectaneis excerpſi, extra ordinem hìc dabo, ut gratiam ineam apud Gandenſium Antiquitatum ſtudioſos. Eſt autem hoc:

32 Fulconis Uytenhovii commendatio. Meyer. an. 1210.

33 Et Epitaphium.

In hoc vicino Sacello B. Mariæ requieſcit Dominus Fulco Utenhovius, qui ex hac luce migravit anno M. CC. XL. *tertio Cal. Septembris. Ad ejus ſiniſtram verò pauſat venerabilis Domicella Truna Utenhovia, ejuſdem Fulconis germana, quæ obiit anno* M. CC. XLII. *tertio Cal. Aprilis: qui favore inclytorum Ferdinandi & Joannæ Flandriæ Comitum, inchoaverunt, & fundarunt hoſpitale & Monaſterium, unicum profectò, atque ſupremum pauperum infirmorum ſolamen, atque refugium. Requieſcant in pace. Amen.*

34 Gentis Utenhoviæ antiquitas.

Ab eo uſque tempore, & fortè multò antè habita eſt Utenhoviorum familia inter Gandenſium potiſſimas: habuitque ſemper viros, quorum virtus in ea Repub. non eſt ignobilis.

Gulielmus Zaedelaer à Conſilio Ducis Burgundiæ vigeſimo Septembris anno M. CCCC. XXVIII.

Joannes Uytenhovius Joannis filius diplomate Philippi Burgundi decimâ tertiâ Decembris anno M. CCCC. XXIX.

Gulielmus Oudenemi Dominus Eques, à Conſiliis & cubiculo Ducis Burgúdię an. M. CCCC. XXXV.

Joannes de Prooſt Eertbrugæ Dominus, & in Schellebelle, à conſiliis Ducis Burgundiæ, decimo nono Octobris anno M. CCCC. XXXVI. Idem antè fuerat Prætor Aloſtanus, obitâque Præturâ hujus Dominii, rursùs Aloſtenſem adiit anno M. CCCC. LXII. Filius erat Adami de Prooſt, & Joannæ van Belle, Bernardi Eertbrugæ & in Schelle-belle Domini, filiæ: unde inſignia geſſit paternæ & maternæ familiæ mixta. Uxorem habuit Alexandrinam van Steelandt. Obiit ille anno M. CCCC. LXXV. Decembri; hæc verò anno M. CCCC. LXXXII. octavo Octobris. Uterque conditus eſt Aloſti ad D. Martini in Choro D. Virginis.

35 Joannis de Prooſt Pater.

36 Uxor.

37 Obitus.

Gulielmus Dominus Quevillæ à Conſiliis & cubiculo Ducis Burgundiæ, decimâ quintâ Januarii anno M. CCCC. LVI.

Henricus vander Eycken, Falconarius, & à cubiculo Philippi Boni anno M. CCCC. LXI. obiit anno M. CCCC. LXVI. Sepultus hìc ad D. Virginis. Uxorem habuit Elizabetham Zaelaert, & ex ea filium Joannem Sacellanum S. Joannis, & inſuper filiam Catharinam, quæ nupſit Joanni Peeters, unde filiam ſuſtulit Eliſabetham, Conjugem Joannis de Rantere: qui omnes, excepto hoc, ad D. Virginis uno monimento clauduntur.

38 Henrici vander Eycken uxor.

39 Liberi.

40 Monimentum.

Colinetus Daveluz anno M. CCCC. LXVII.

Galaudus Maſminius vigeſimo Auguſti, anno M. CCCC. LXIX. hic omnium primus dicitur titulo *Summi Prætoris*, cùm alii Prætores ſolùm dicti eſſent.

Joannes Serpieters (legi etiam *Pieters*) is hoc munus & diploma accepit ab Adolpho Clivienſi Raveſtanæ Regulo, Mariæ Burgundæ Vicario, ſecundo Aprilis M. CCCC. LXXVI.

Jacobus Donche, diplomate Mariæ anno M. CCCC. LXXVII. Antè fuerat magiſter rationum Margaretæ Eboracenſis, viduæ Caroli Burgundi.

Sigerus Spot per abſentiam Jacobi Donche decimo octavo Septembris anno M. CCCC. LXXX.

Joannes van Tedegem anno M. CCCC. LXXXI. De hac gente vide lib. 3. cap. 7. numero 6.

Carolus Maſminius anno M. CCCC. LXXXIII.

Jacobus Donche iterùm diplomate Maxæmyliani & Mariæ anno M. CCCC. LXXXV. menſe Januario, obiit 30. Julii anno M. CCCC. XCII. ſepultus hic ad D. Virginis, ſub lamina ærea, juxta monimentum Joannis van Steghem Scribæ hujus urbis.

41 Jacobi Donche obitus & ſepulchrum.

42 Joannis Coutreau uxor. *Joannes Coutreau* Eques, Aſcæ Dominus anno M. CCCC. LXXXVI. ſepultus eſt hìc ad D. Brigittæ, cum conjuge Anna van Immerſele. Illius con-
43 Et gentes conſanguineæ. ſanguineæ gentes ibidem in feneſtra ſpectabantur olim hæ: Coutreau mixta cum Dampmartin, inde Dampmartin, Ameronghe, Vienten, hujus verò Immerſele mixta cum Berchem, Molenne, Molin, & Halle.

Chriſtophorus de Barouſe uxorem habuit Philippam Utenhove: cum qua conditus eſt hìc ad D. Virginis, in crepidine altaris B. Mariæ, ubi olim Gallica epigraphe æri inciſa, quæ in MSS. Harduini & Gaillardi Analectis exſtat in hunc ſenſum:

Hìc ſitus eſt Dominus Chriſtophorus de Barouſe, Eques, natus in regno Portugalliæ; dum viveret, OEconomus Dominæ Mariæ Duciſſæ Burgundiæ, & filii ejus Philippi, Archiducis & Caſtellæ Regis, & primus OEconomus Dominæ Joannæ Reginæ Hiſpaniarum, & magnus Prætor oppidi & Caſtellaniæ Teneræmondenſis: qui obiit anno Domini M. D. XXVI. 23. *Septembris: & Domina Philippa Uten-hove ejus Uxor; qui variè hìc cultum Dei locupletarunt, & plurimas huic Sacello & Eccleſiæ eleëmoſynas contulerunt. Obiit autem hæc anno partæ ſalutis* M. D. XLI. 5. *Septembris.*

Leo de Prooſt Joannis filius anno M. D. IV. eodem & præturâ & vitâ defunctus eſt: humatus hìc ad D. Virginis.

Oliverius van Royen Paddeſchoti Dominus diplomate Philippi Auſtriaci primi, pridie Kal. Januarii anno M. D. V.

Alardus Bentinck (alibi *Benton*) Armiger vigeſimo tertio Novemb. anno M. D. VII.

44 Oliverii van Royen obitus & uxores. *Oliverius van Royen* iterum, ut conſtat ex tabulis publicis an. M. D. XI. quæ penes Coriarios. Obiit quinto Septemb. anno M. D. XXXIII. ſepultus hìc ad D. Virginis cum duabus uxoribus Amelberga Andrieſſens Danielis filia, & Margareta Rops cui pater Joannes.

Lævinus van Pottelsberghe Lævini filius Eques, Vinderhouti & Merendrę Dominus, diplomate Caroli quinti dato Gandavi decimo octavo Junii an. M. D. XVII. obiit Gandavi conditusque ibidem ad D. Michaelis.

45 Gentis de Bette origo. *Adrianus de Bette* Scutifer Dominus Schelkebellæ, Angreavi, Autreppæ, Holbecæ, Wellæ, & Eſſeghemi, diplomate Caroli V. dato Mechlinię duodecimo Maii anno M. D. XVIII. Huic genti in Flandria originem dediſſe dicitur ille Bette, qui cum Borluto, Serſandro, Serſimone ſub Arnoldo Flandriæ Comite in has ditiones ex Italia veniſſe creditur. Memorantur autem hi omnes Gandavi domicilium poſuiſſe, & harum quatuor ſtirpium auctores, quas immenſa à Principibus privilegia accepiſſe ferunt. Siquidem ab his univerſam Gandenſium 46 Auctoritas.
Rempublicam adminiſtratam à patribus poſteri acceperunt, & adhuc conſtans fama eſt: donec ducentis circiter poſt annis Ferdinandus Comes earum familiarum quaſi tetrarchiâ abolitâ aliter eam Remp. conſtituens triginta-novemviros introduxit. Hos quatuor gentium primores, per quatuor urbis regiones, ſingula habuiſſe Prætoria in literas relatum inveni: eorum adhuc duo ſuperſunt, & præter priſcum ſplendorem, ſingularem etiam præ ſe ferunt antiquitatem. Bettiorum ſedes in D. Joannis 47 Domicilium Gandavi.
Parœcia, ea domus erat quæ poſtea à Comitibus San-Paulinus, S. Pauli dicta eſt. Borlutorum in S. Micaëlis ea domus quæ poſtea à Gruythuſia gente nomen accepit: Serſandrorum in D. Jacobi, quæ nunc propolarum eſt, vulgò MERCENIERS-HUYS: Serſimoniorum in D. Nicolai, ea domus quæ à duabus turribus nomen habet, poſtea ad Utenhovios devoluta, & ab his ad Gruteros, inde ad gentem de Bette, in qua nunc eam poſſidet Joannes de Bette Eques, Ledæ Baro, Angreavi, Autreppæ, Peronæ & Eſſeghemi, *&c.* Toparcha, prædicti *Adriani* ex Jacobo filio nepos, primigenius nunc, & ſuæ ſtirpis caput. Huic etiam genti partim ac- 48 Huic genti Flandria quid debeat.
ceptam ferunt Flandri legitimam Principum ſucceſſionem. Nam cùm Balduinus Comes, is qui filiam duxit Theodori Alſatii, aleæ luſu amiſiſſet centum triginta millia librarum Flandricarum (quæ ſumma ad id tempus immenſa erat) cumque vix ſolvendo eſſet, fertur Roberto fratri Hollandiæ Comiti, qui eam ſummam lucratus erat, Flandriam transſcripſiſſe: Flandri autem veriti Provinciæ expilationem, exactor enim Robertus erat, collato conſilio tandem Adrianus & Lævinus Borluti, & Arnoldus de Bette liberandæ ab externa ſervitute patriæ eam ſummam luerunt: pacti antè pecuniæ annuos redditus, quos à Gandenſibus acciperent. Itaque reddita Comiti Flandria, ſacrumque patrimonium, eâ lege: ut neque Comiti neque ejus Succeſſoribus Flandriam liceret gravare, niſi Gandenſium aſſenſu. Quam conditionem Comitem accepiſſe ferunt, & ad perpetuam rei memoriam actorum exemplar Pariſios miſſum, ibique in Regni Archivis conditum, Legatis ad eam rem Philippo de Baenſt Prætore, & Gerolpho de Bette Conſule, quos ex Gallia reduces latrones in itinere obtruncarunt. Hæc ut Harduyni Analecta ſuggerebant hìc inſerui. Meyerus autem nuſquam meminit niſi quod à nonnullis ſcriptum dicat: *Flandriam abs Theodorico* (Alſatio) *Anglis fuiſſe oppignoratam: ceterùm* Anno 1657.
coram Rege Francorum grandi ſolutâ pecuniâ ab Gandenſibus redemptam, ac Theodorico redditam, quam ipſam narrationem fabulæ propiorem quam Hiſtoriæ exiſtimat.

Jacobus de la Trovilliere Eques, Dominus de 49 Jacobus de la Trovilliere ubi conditus.
Beaumanoir, diplomate Caroli dato Bruxellis vigeſimo nono Auguſti, anno M. D. XXXI. Conditus hìc eſt ad D. Virginis, in Choro Venerabilis Sacramenti: ubi olim Deo & memorię ſuæ feneſtram dicavit. *Fran-*

Franciſcus van Pottels-berghe, Eques, Vinderhouti, Merendrę, Weſenbecæ, & Brouckę Dominus, diplomate dato Antverpiæ decimo quarto Octobris anno M. D. XLII. Patrem habuit Lævinum, qui hic antè Præturâ functus eſt. Matrem Lævinam van Steelant: uxorem Jacobam de Bonnieres, qui omnes Gandavi ſepulti ſunt ad D. Michaëlis.

50 Franciſci Pottelsbergii pater.
51 Uxor.
52 Sepulchrum. Chronicon ad an. 1219.

Joannes de Wignacourt, Eques, Dominus de Fletres, diplomate dato Bruxellis anno M. D. XLIV. decimo quinto Martii.

Joannes de Montmorency Eques Aurei Velleris, Dominus de Courrieres, à Conſilio & Cubiculo Caroli Quinti Cæſaris, diplomate dato Bruxellis ultimo Junii anno M. D. XLVI. Idem paucis pòſt annis fuit Prætor Aloſtenſis. Ad hujus gentis illuſtrem antiquitatem notavit ex Maſſono Doctiſſimus Miræus, ab anno M. C. LXXIX. habuiſſe jus exigendi ſalis, allato in medium ea de re diplomate. Idem ex diplomatis ſigillo eruit, ab eo uſque tempore inſignia illis fuiſſe, Crucem & in quatuor ſpatiis aquilas; ſed ſingulas eo ævo, quæ nunc quaternæ. *Sigillum* illud erat *Matthæi de monte Morienciaco.* Fratrem habuit Bochardum, qui uxorem duxit Laurentiam filiam Balduini Hannoniæ Comitis, viduam Theodorici Comitis Aloſtenſis, Ywani filii, Theodorici Alſatii Comitis Flandriæ ex filia nepotis.

53 Gentis de Montmorency antiqua nobilitas.
54 Et priſca inſignia. Meyer, an. 1166.

Anthonius de Northout Eques, Baro Baeyeghemi, diplomate dato Bruxellis tertio Novembris anno M. D. LIV.

Joſephus de Baenſt Eques, Dominus de Meliſant, Ooſt-kercke, & Gapinghem, diplomate dato Bruxellis vigeſimo quinto Februarii. De hac gente dicit in Collectaneis ſuis Cornelius Gaillart, habuiſſe olim in ſuo Dominio Caſand poteſtatem cudendæ monetæ argenteæ, ejuſque generis numos ſe vidiſſe. Eoſdem antiquitus *de Caſand* vocatos, idem memorat. Stirpis autem originem refert ad Hiberniæ Regem, cui nomen Bagos: qui ortâ cum Angliæ Rege controverſiâ, veritus hujus vires fugâ ſibi conſulens, ad Flandriæ oras circa Rodeburgum (nunc Ardeburgum) appulit: & à Liderico Flandriæ Foreſtario, Caſand opportunum ad mare locum impetravit, ubi conditâ arce ejus uxor peperit Fridericum, qui primus ſuorum noſtro ritu initiatus eſt. Hic adultus duxit filiam Principis Turnini (oppidi id nomen quod olim juxta Antverpiam, locum nunc Deurne vocant.) Ingruentibus dein Barbaris dirutâ arce Caſandicâ, fortuniſque direptis captus, atque abductus eſt cum liberis: inter quos maximus natu Arturus, quòd facie erat liberali atque venuſta, à Rollone Barbarorum Duce, Franciæ Regi dono datus eſt. Cùmque Oginæ Regis filiæ, quam Rollo deſertâ gentili impietate duxerat, admodum gratus eſſet; hujus præſidio Suffocenſis Angli Comitis filiam in conjugem accepit. Unde ſuſtulit Antonium de Caſand, qui etiam Anglam habuit uxorem, & inde liberos. Horum maximus natu erat Oliverius; qui relictâ Angliâ huc rediit, & avito Dominio jure poſtliminii recepto, arcem Caſandicam reſtituit, & reliquit filio Joanni de Caſant, cui Comes Arnoldus dedit neptem uxoris ſuæ Roſalæ, quæ ex Italia huc migrarat. Utriuſque arma gentilitia dicuntur paulò ante nuperam tempeſtatem viſa in templo Caſant. Filium reliquere Joannem, qui verſatus eſt in aula Comitis Balduini Barbati, à quo creatus eſt Eques. Creditur autem is Comes primus qui invexit in Flandriam Equeſtris Ordinis dignitatem. Joannes, quem dixi, uxorem habuit familiæ Bolonienſis: ex qua filium habuit Anthonium de Caſant; qui Robertum Friſium comitatus eſt ad Sacrum bellum, ubi fortiter ſuperato procero quodam, & robuſto pugnatore, inſignia ejus clypeo depicta, gentilibus deſertis, ſibi & ſuis aſſeruit. Erant autem antiqua Caſandicæ ſtirpis inſignia medium brachium, cum manica rubra, & manus plena ſole. Hujus Antonii ævo multa loca terræ Caſandicæ, Zombecæ, Ooſtburgi, aliaque inter Walachriam & Flandriam maris inundatione perierunt. Uxorem habuit Veromanduam, & ex ea filium Rolandum: cui uxor fuit ſtirpis Catwicanæ in Batavia; unde natus eſt Guido, qui uxorem habuit ex gente Lyndalia, & ex ea liberos quorum ſtirps per Flandriam, Brabantiam, Hollandiam, & Zelandiam, variè diffuſa eſt. Huic Guidoni devictæ Cõſtantinopoleos laudem tribuunt: cùm enim eſſet Archithalaſſus, concitato armatæ ſuæ proræ curſu, catenam perrupit, quæ portum tuebatur, & accedere propiùs noſtram claſſem vetabat. Quo facto noſtris ſummâ vi irruentibus, regina urbium orientis, ſub noſtrum jugum venit. Hęc de gente Baenſt ſive Caſandica; quia ad illuſtrationem ejus familię faciunt, viſum ex Gaillardo in lucem dare.

55 Gentis de Baenſt antiquitates & origo.

Joannes de Bonnieres Dominus de la Boüe & Vichte. Obiit Conſul Brugenſis an. M. D. LXXIII. ut liquet ex inſcriptione funebris tabellę, quę hìc ad D. Virginis in choro B. Marię.

Jacobus van Tedeghem Eques, Wieſæ, & Imbieſę Dominus, diplomate dato Noviomagi duodecimo Julii anno M. D. LXXIII. Hic ille eſt qui Philippo Maſminio, & Catharinæ de Mirabelle Epitaphium poſuit, quod ſupra dedi. Cap. 9. n. 8.

Ludovicus de Blois Terloni Dominus. Hic cùm arcis Antverpianæ turbulentis illis temporibus Vicegubernator eſſet, & ab Ordinibus ad Joannem Auſtriacum propenderet, eique conaretur præſidiarios novo ſacramento devincire; à Ponto de Noyelles Bourſii Domino, præſidiariæ ibidem cohortis ductore, vi ſuperatus captuſque eſt, eique ab Ordinibus datus ſucceſſor

56 Ludovicus de Blois Terloni Dominus quare captus.
57 Et præturâ privatus.

Franciſcus vanden Kethulle Ryhovæ Dominus an. M. D. LXXVII. XVII. Auguſti, hac præſertim ratione: quòd in publico illo Regii militis tumultu, & Ordinum Belgicæ fluctuatione, cùm Flandriæ Ordines de hac urbe admodum eſſent ſoliciti, quòd multum in ea omnem in partem interſit, itaque conſultum crederent,

in ſuâ illam poteſtate continere, hujus potiſſimum operâ id effectum eſt. Cujus beneficii memoria apud Ordines adhuc recens erat, quando Trelonius, ut dixi, exauctoratus eſt. Obivit Ryhovius id munus donec rebus Ordinum deſperatis, imminente hujus urbis obſidione, ſtipendiorum prætextu, ad Auriacum in Hollandiam conceſſit, ubi mortem cum vita commutavit.

Medio rerum tumultu cum adhuc in Ordinum poteſtate hæc urbs eſſet, Præturam accepit *Carolus Daubermont* Eques, Raimbaucourtii Toparcha, beneficio Alexandri Farneſii, Parmæ Principis, Belgicæ Proregis, an. M. D. LXXX. Hic jusjurandum præſtitit Inſulis anno M. D. LXXXI. dein Teneræmondæ anno M. D. LXXXIV. omnium quotquot fuerunt diutiſſimè hoc munere functus eſt, & fungitur. Vicariam illi operam præſtitere Adrianus Brunel, Hubertus Uyten-eeckhoute, Antonius de Pottere, Carolus le Doux, Joannes van Belle, & Lucas van Hoorenbeke Juriſconſultus.

58 Amptmanni munus. Ut in Criminalibus *Prætor*, ita in Civilibus (feuda excipio) ſummum jus *Amptmannus* obit. Is Senatûs ſententias exſecutioni mandat. Heredat, & exheredat. Eidem licet in nocturnos ambulones animadvertere & mulctas ſui juris facere. Idem obit cum Scabinis luſtratque vias oppidi, ſuburbii, aggeres, rivos, & canales. 59 Cujus olim gentis. Id munus fuit olim penes gentem de Lu; ſed redemptione ad hujus urbis Dynaſtam rediit. Qui in compenſationem ſolvit quotannis duodecim libras Pariſienſes.

Quod jus Amptmannus in urbe habet, eo peregrè, quoad exſecutiones, fungitur is quem ſummum Majorem vocant.

60 Decani Hallæ munus. Civili inſuper munere fungitur Decanus Hallæ: hic Civium tribubus præeſt, Comitia indicit, ad populum Principis & Senatus poſtulata refert, ejus jura, & privilegia tuetur, eſtque Tribunus quidam plebis.

61 Senatores à quibus eligantur. Quod ad Senatum attinet, quotannis menſe Maio per Mandatarios Principis eliguntur, natalibus, virtute, & auctoritate præcipui, olim ſeptem, nunc novem: inter quos primus *Burgi*, id eſt, oppidi *Magiſter* vocatur. Ex cetero numero interdum duo deſignantur Præfecti pupillorum; interdum aliunde adſciſcuntur. 62 Senatus aſſeſſor Juriſconſultus. Senatui adſidet Juriſconſultus, quem ab annuâ penſione vulgo Penſionarium dicunt: & Scriba ſive Actuarius, 63 Et Actuarius. qui Senatui eſt à ſecretis. 64 Senatorum munus. Munus autem, & dignitas Senatorum, potiſſimùm in hoc conſiſtit, quod Rempub. adminiſtrant, 65 Quæſtor. pecuniariam rem conficiunt, numos per Quæſtorem diſtribuunt, Sarta tecta per magiſtrum 66 Magiſter Fabricæ. fabricæ curant; rationes Principis Legatis quotannis reddunt, vini pretium in ſingulos cados ſtatuunt. Quod credo originem habuiſſe occaſione diplomatis Balduini Imperatoris Biſantini, qui primus Flandriæ Comitum, vini ſui pretium paſſus eſt augeri. Antea enim quanticumque erat, 67 Priſca vini pretium ſtatuendi conſuetudo. Oudegherſte Annal. cap. 93. non pluris tamen ſibi emi patiebantur quam in binos ſextarios tribus denariis Pariſienſibus. Habebantque ad id ſatellitem qui nolentes Oenopolas cogeret. Quod cùm graviter Reſpublica ferret, Mercatores præſertim, quorum maximè intererat; Balduinus, quem Diplom. an. 1202. dixi, eam conſuetudinem iniquam ratus, abolevit, Diplom. an. 1203. Brugenſium primùm, dein totius Flandriæ rogatu: decrevitque ut & ipſe, & futuri in poſterum Comites, eorumque domeſtici, tanti vina emerent, quanti empta eſſe Scabini affirmarent. Iidem poteſtatem habent condendi omnis generis decreta, ad bonum publicum, 68 Condendi decreta. ſive oppidi, ſive territorii; approbante tamen Prætore, quæ mandant promulgari in oppido: eaque mutant ſecundùm neceſſitudinem & occaſionem temporum: mulctas inponunt, quales videntur convenire. Quoſlibet in Civitatem adſcribunt. 69 Civitatem dandi. Primam habent de ſuis Civibus cognitionem, & judicium. Itidem quoad domos mortuarias, & areſta, quæ totâ ditione fiunt, iis locis quæ Principi immediatè parent: Jus inſuper evocandi Cives ſuos, eorumque cauſas, 70 Cauſas Civium cognoſcendi. etiam in criminalibus, ex alieno carcere & Tribunali ad ſuum: 71 Eas & cives ſuos ex alieno tribunali & carcere evocandi. modò id fiat ante litis conteſtationem, aliàs non. Sine horum & feudalium ſententiâ Prætor neminem poteſt ſubjicere quæſtionibus: imò neque Civem in carcerem rapere. Iidem Scabini omnes cauſas Civiles cognoſcunt, & judicant, exceptis feudalibus. 72 Controverſias judicandi. Olim per areſtum judicaſſe ſatis ſuprà oſtendi. Cap. 4. num. 33. Sub Philippo Audace ad Curiam Flandriæ provocatum, idque in conſuetudinem abiit, quia nullus fuit aſſertor. Senatum etiam Gandenſem ad ſe olim hujus ditionis cauſas traxiſſe, cùm aliàs notum; tum ex Pacis legibus, quas illis Philippus Bonus præſcripſit, quarum hæc una: Meyer. an. 1453. *Ne in poſterum Gandenſes de cauſis Teneræmondenſium cognoſcant:* quæ etſi primùm cum ceteris omnibus rejecta; Pace tamen, poſt cladem Gaveranam, admiſſa eſt. Poſtea verò iidem id ſæpe conati, tandem Lege Carolinâ in perpetuum repreſſi ſunt: ubi diſertis verbis, ut antè dixi, Cæſar vetat, ne in poſterum de cauſis hujus noſtri Dominii cognoſcant. Diplom. an. 1540. Cap. 8. n. 35. Ceterùm in Criminalibus Homines feudales cum Scabinis judicant, idque in ipsâ Curiâ feudali; pronunciante tamen ſententiam Actuario Senatus. Prætor autem quidquid judicatum eſt exſequitur. 73 Id unde. Jus dicunt ſecundùm conſuetudines urbis, Decreta Principum, & Sanctiones Roberti Teneræmondæ quondam Domini, quas cum antiquitatis & memoriæ causâ adſcribere viſum; tum etiam quia aliquod ex illis indicium ſupremi Imperii, de quo antè: Cap. 4. n. 27.

Hæc eſt lex, & conſuetudo, quam nobilis Dominus Robertus Advocatus Atrebatenſis, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, de conſilio Scabinorum Teneræmondenſium, conſtituit, & tradidit obſervandam. 74 Sanctiones Roberti Teneræmon. Domini.

I. Si *aliquis infra libertatem villæ Teneramondenſis, alicui vulnus impoſuerit, & illud veritate* 75 De vulnere.

coram

coram Scabinis agnoſcatur, de quacumque re factum fuerit, ad domum in qua ille manet qui vulnus fecit, per Scabinos, & Juſtitiam Domini Teneræmondenſis debet ſubmoneri: qui ſubmonitus, ſi Scabinis ſe præſentet, veritate inquiſitâ, de illo qui vulnus fecit, per viginti libras foris factum
76 De citatione. *emendabit. Et ſi Scabini ſciant, quòd vulnus non fecerit, liber, & in pace remanebit. Quicumque verò foris factum aliquod incurrerit, vel fecerit, vel ille qui foris factum aliquod feciſſe imputatur, unde ad diem debet moneri, vel citari; citabitur primò ad tertium diem; & citabitur ad ſecundum tertium diem: ad tertium verò tertium diem ſimiliter citari tenebitur, & moneri. Si verò ad tertium tertium diem ſuæ monitionis, vel citationis non venerit; à foris facto ſibi imputato reus, & convictus permanebit.*

77 De aſſultu ædium. II. *Si quis verò aliquem domo ſuâ aſſilierit, & inde clamor factus fuerit, Scabini & Juſtitia domum ipſius ibunt inſpicere: & ſi Scabini poterunt videre aſſultum eſſe apparentem; ille de quo clamor factus eſt, debet ſubmoneri, ut ſuperiùs eſt expreſſum: qui ſi Scabinis ſe præſentaverit, & illum intellexerint feciſſe aſſultum; viginti libras amittet. Si verò Scabini cognoverint illum aſſultum non feciſſe, liber & in pace recedat.*

78 De iis qui aſſultui præſentes. III. *Quod ſi alii illi aſſultui interfuerint, de quibus clamor factus non ſit, ſi Dominus Teneræmondenſis veritatem ſuper hoc requiſiverit, Scabini debent veritatem inquirere: & quidquid veritate coram Scabinis de aſſultu Rei tenebuntur, unuſquiſque eorum viginti libras reus erit; ac ſi de eo clamor factus eſſet. Si verò Scabini nullum aſſultum agnoſcere poterunt, ab ipſis ſuper hoc veritas eſt inquirenda.*

79 De eo qui aliquem armis fugaverit. IV. *Qui cum armis molutis, infra præfinitum terminum aliquem fugaverit, ſi veritate coram Scabinis convincatur, in foriſfacto viginti librarum tenebitur.*

80 De eo qui vim vi depellens lædit. V. *Si quis aſſiliatur, quidquid ipſe fecerit in corpus ſuum defendendo, ad nullum tenebitur foriſfactum.*

81 De cæde exulis. VI. *Qui occiderit aliquem bannitum, in hoc nullum facit foriſfactum.*

82 De rapina. VII. *Quicumque veritate coram Scabinis convictus fuerit de rapina, viginti libras pro foriſfacto dabit, & damnum rapinæ reſtituet.*

83 De conciliatione exulis. VIII. *Qualemcumque concordiam faciat Domino Teneræmondenſi, tamen maneat bannitus, donec viris Teneræmondenſibus ad opus caſtri ſexaginta ſolidos dederit.*

84 De eo qui hoſpitio acciperit exulem. IX. *Qui bannitum pro foriſfacto viginti librarum hoſpitio ſuo ſuſceperit, veritate coram Scabinis convictus viginti libras amittet.*

85 De forefactis inter extraneos. X. *Extranei ab extraneis à foriſfactis omnibus infra libertatem villæ Teneræmondenſis accidentibus poſſunt convinci, & ſic à facto rei permanebunt.*

86 De eo qui fuſte percuſſerit. XI. *Qui aliquem fuſte, vel baculo percuſſerit, convictus veritate coram Scabinis, in foriſfacto decem librarum erit.*

87 De eo qui pugno, palmâ, &c. XII. *Qui pugno, vel palmâ aliquem percuſſerit, ſeu per capillos acceperit; ſi inde convictus fuerit, ſexaginta ſolidos dabit.*

XIII. *Si verò ad terram traxerit; centum ſo-* 88 De eo qui alium per terram traxerit.
lidos perſolvet: & ſi poſtquam ad terram ipſum traxerit, manu vel pede, vel aliâ re percuſſerit, decem librarum reus erit: & convictus talem habebit emendam à malefactore, qualem ei Scabini judicabunt.

XIV. *Quicumque alicui convitia dixerit, ſi* 89 De convitiis.
per veritatem coram Scabinis convincatur, decem ſolidos perſolvet.

XV. *Si verò Scabini ab aliquo treguas petie-* 90 De treguis ſive pace.
rint, pro quacumque diſcordia fuerit, & ille reſpponderit, quòd propinquiorem habeat parentem; ille debet ducere Scabinos ad propinquiorem parentem, & ab illo treguas debent requirere Scabini. Et ſi ille negaverit, & dare treguas noluerit, viginti libras perſolvet. Et ſi de cetero ab ipſo treguas petierint, & ille iterùm dare negaverit, quotieſcumque ad petitionem Scabini treguas dare renuerit, toties viginti librarum reus erit. Si verò propinquior parens inventus non fuerit, ille quem primò Scabini tenuerint, treguas debet dare, donec Scabinis propinquiorem monſtraverit parentem, & eodem Scabinis oſtenſo, debet quitus morari. Si autem treguas dare renuerit, viginti libras dabit, ſicut ſuperiùs dictum eſt.

XVI. *Si verò diſſenſiones, aut diſcordiæ aut* 91 De pugnis Civium.
guerræ, aut aliquod aliud malum inter probos viros villæ exoriatur, unde ad aures Scabinorum perveniet clamor; ſalvo jure Domini, Scabini poterunt illud inter ſe componere & pacificare.

XVII. *Qui autem compoſitionem, vel pacem* 92 De eo qui pacem renuit.
quam Scabini inter ſe facient, ſequi noluerit; forefactum viginti librarum incurret.

XVIII. *Si verò aliquis ea, quæ à Scabinis* 93 De eo qui Scabini teſtimonio vel ſententiæ dedixerit.
judicio, vel teſtimonio fuerint affirmata, dedixerit; unicuique Scabinorum, qui dedicti fuerint, ſexaginta ſolidos perſolvet: Domino autem tantum dabit quantum dabit omnibus Scabinis de forefacto.

XIX. *Quicumque etiam in Scabinos per ma-* 94 De eo qui Scabino vim inferet.
lum manum ſuam miſerit, veritate convictus viginti libras de forefacto dabit.

XX. *Quicumque per vim feminam violaverit,* 95 De vi feminæ illata.
& ſuper hoc veritate coram Scabinis convincatur, ei collum cum aſſere, qui vulgò nominatur Plancke, *debet abſcidi.*

XXI. *Si autem aliquis hominem infra liberta-* 96 De homicidio lex talionis.
tem villæ Teneræmondenſis occiderit; caput pro capite dabit, membrum pro membro, & omnia ſua debent eſſe in voluntate Domini, ſi de homicidio veritate convincatur.

XXII. *Nemo infra milliare manens gladium* 97 De geſtando gladio in urbe.
debet ferre intra muros villæ Teneræmondenſis; niſi gratiâ negotii per caſtrum tranſeat. Si verò villam intra muros velit intrare, causâ inibi morandi, gladium ſuum debet dimittere in ſuburbio, quod ſi non fecerit, ſexaginta ſolidos & gladium amittet.

XXIII. *Juſtitiæ verò Dominis, & miniſtris* 98 De eodem.
ejus, qui pacem villæ obſervare debent, nocte & die arma ferre licebit.

XXIV. *Si verò Scabini per aſſenſum Juſtitiæ* 99 De banno panis, vini, &c.
Domini bannum ponent in pane, vel in vino, vel in aliis mercibus, gratiâ emendationis villæ; tertia

pars

pars foreſacti, quæ de banno illo proveniet, debet dari ad opus villæ: reſiduum verò Domino reddetur.

100 De indicanda lite, actore peregrino. XXV. *Si Mercator vel aliquis homo extraneus, coram Scabinis pro requirenda Juſtitia venerit; & ſi ille, de quo quæritur, præſens ſit, vel inveniri poſſit; Scabini ei Juſtitiam debent facere juxta legem villæ, infra tertium diem, vel ſaltem infra octavum diem.*

101 De falſo teſtimonio. XXVI. *Si aliquis de infracturis villæ coram Scabinis falſum tulerit teſtimonium, & Scabini illud cognoverint, viginti libras amittet.*

102 De Scabino falſi convicto. XXVII. *Si aliquis Scabinus teſtimonio Scabinorum, ſuorum parium, de falſitate convictus fuerit; ipſe & ſua omnia debent eſſe in voluntate Domini.*

103 De actione in Scabinum. XXVIII. *Si verò Dominus Teneræmondenſis, vel aliquis alius, aliquid contra Scabinos velit dicere, ſuper aliqua cauſa; Dominus Teneræmondenſis debet eos ſubmonere ad domum ſuam, apud Teneræmondam; vel apud Antverpiam, vel alibi ubicumque Dominus vellet, ubi poſſet adducere Scabinos de Antverpia: & ibidem debent venire & judicio Scabinorum de Antverpia Scabini Teneræmondenſes, poſſunt convinci.*

104 De nova lege. XXIX. *Si verò Dominus villam aliquo modo vellet emendare, & aliam legem ponere, conſilio Scabinorum ejuſdem villæ, gratiâ emendationis villæ, aliam legem poteſt ponere.*

105 Civis immunitas. XXX. *Volumus etiam, quòd burgenſes de Tenremonde non poſſunt in priſonia mitti, ſi habeant plegios ſufficientes.*

XXXI. *In cujus rei Teſtimonium, præſentes litteras ſigilli noſtri munimine duximus roborandas. Actum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, trigeſimo tertio, menſe Junio.*

106 Judex Civilis quis. Præter Senatum, civilem inſuper hìc juriſdictionem habet Judex cauſarum civilium, quem *Principis locum-tenentem* ſive Vicarium vocant, inſtitutus à Carolo V. Cæſare anno M. D. XLIV. Coram hoc licet civibus Gandenſibus, & Teneræmondanis convenire ſuos debitores, certis locis in Waſia, ditione Aloſtana, & alibi viventes: de quibus diſtinctiùs ſupra capite VIII. numero XXXIV.

CAPUT X.

Populus ejuſque diviſio.

1 Populi hujus indoles. SENATUI *populus* ſuccedat. Huic propria eſt ab omni ævo fides in Dominos, & in Catholicam Religionem ſtudium. Genio ferè ſunt hilari, & libero: ingenio quo plerique Belgæ: animo in peregrinos & pauperes liberali: rara inter cives diſſidia, & ſi qua oriantur citra ſanguinem conſiſtunt. 2 Mores. Moribus ſunt honeſtis, 3 Sermo. ſermone neque indiſerto, neque affectato, & qui ad Anverpianum magis accedit, quàm Gandenſem. 4 Cur hìc nihil de nobilibus familiis. Enimvero Civium alii ſunt Nobiles; de quibus hìc ſigillatim nihil, ne dum familiam alteram alteri præpono, curis me mactem, & onerem invidiâ. 5 De Nobilitate diſſertatio. Ne tamen nihil dicam: Inter ea quæ Sapienti ſuo Stoici tribuunt, 6 Quid proprium ſapienti. id cum primis eſt, quod *Hominem ea parte æſtimat, quâ homo eſt.* Seneca Epiſt. 45.

------ Turpi ſecernit honeſtum, Hor. Satyra 6.
Non Patre præclaro, ſed vitâ, & pectore puro.

7 Unde hominis dignitas. Itaque ille ex ſolâ animi virtute, hominis dignitatem metiretur: quæ cùm in actione conſiſtat; 8 Qui verè Nobiles. verè illi Nobiles, qui vel togâ domi, vel foris ſago, Principi, & patriæ ſuam operam cum laude impendunt. 9 Qui etiam poſteris. Quæ ſi eximia aliqua ſit, non virorum modò plauſu; ſed & poſterorum encomiis celebratur. 10 Quæ nunc circa Nobilitatem conſuetudo. Una. Hæc Nobilitas etſi vera eſt, & unica; non tamen habetur vulgò, niſi Principis auctoritas accedat, qui ſæpe benemeritos hoc favore dignatur. Et quia

Fortes creantur fortibus, & bonis: Hor. l. 4. Ode 4.
------ nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam;

in ejus honoris communionem veniunt,
11 Et altera. *Et nati natorum & qui naſcentur ab illis.* Virgil. Aeneid. lib. 3.
utilis cumprimis inſtituto, ad excitandos ſubditorum animos: laudata enim virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

12 Quid in clarorum hominum poſteris ſæpe vitii. Sed id ferè vitii inter hos videmus, à rerum humanarum ignorantiâ ortum habens: quod multi corpus quidem exercent, cui jam inde ab incunabulis deſudant; animum verò negligunt: qui tamen primùm, & potiſſimùm exercendus, quia ab illo omnis noſtra dignitas. Alii dein ſolo hoc titulo ſibi blandientes, nihil à proletario hominum genere differunt; quàm quòd gladium geſtant, exuvium leonis ſuper crocoton. Qui quum à ſe nihil habebant, quo glorientur, imò omnium ferè rerum profiteantur ignorantiam; ceteros tamen non pluris quàm umbras faciunt. 13 Præpoſterum de Nobilitate judicium. Imò verò eò inſuper ſtoliditatis ventum eſt; ut qui ſuâ virtute emergit, præpoſtero judicio, per ignominiam, *Homo novus* & *primus ſuæ familiæ Nobilis* dicatur, ab iis, qui ipſi nihil, non dicam viro nobili, ſed ne homine quidem dignum præ ſe ferunt: ſolo familiæ nomine contenti, & virtute Majorum: quam jactitare malunt quàm imitari. 14 Stulta ambitio. Et tamen ad Rempublicam non admoveri ſolùm volunt; ſed etiam ceteris præferri: ubi ſedent *lapides ſuper lapides*, ut Chryſippi, habet Apophthegma. 15 Ea repreſſa. In ceteris animalibus eatenùs patrum habetur ratio; ſi natorum virtus reſpondeat. Ignavus equus generoſę ſtirpis, non tanti eſt, quanti magnanimus vili gente ſatus. 16 Tutum, honeſtum, utile conſilium. In navi ad clavum ſedent, non ii quorum Majores ſolertes naucleri; ſed qui ipſi gubernationis peritiſſimi: præſertim ſi tempeſtas imminet. Id ſi in Repub. & foris, & domi fieret; accuratiùs, credo, Majorum veſtigiis Nobilitas inſiſteret: & qui nunc alieno merito honos datur, proprius illis eſſet. Nunc verò quid ineptius, quàm ſi aliquis in ſegnitia deſideat, quia Patrem habuit aut Majores induſtrios? 17 Nobilium poſteri degeneres pœnâ digni. Quales duplici contumeliâ digni; cùm quia rectæ rationi, quæ

quæ communis eſt omnibus, non obtemperant; tum quòd ad virtutem, ne domeſticis quidem exemplis, patiuntur ſe adduci: otium negotio præferentes; induſtriæ ignaviam; ignorantiam ſcientiæ. Et tamen hujuſmodi monſtris populi ſtultitia paſſim aſſurgit, & indigniſſimorum mancipiorum ſuperciliosis nutibus ancillatur: quod ob gladium ac veſtem plerique, ex conſuetudine faciunt. Alii etiam, quia tanta vis eſt virtutis, ut eam in clarorum hominum poſteris, etſi degenerant, aliquo tamen honore dignam putent: quem quoties capiunt, erubeſcerent profectò, & virtutem Majorum tacitè ſibi objectam ſentirent; niſi iis ipſis unde initium ſuæ Nobilitatis duxerunt, nobiliores eſſe ſibi perſuaderent. Cùm contrà vera Nobilitas ſit illuſtrior ubi incipit, quàm ubi deſinit. Porrò quænam vera ſit Nobilitas, quænam umbratilis,
Lib. Epiſtol. Phalar. Epiſt. non ex Philoſophorum modò ſcholis, ſed vel ex Phalaridis aula diſcant: cujus hæc ad Axiochum Epiſtola:

18 De Nobilitate Phalaridis Epiſtola.

Honeſtum eſt gloriari nobilitate, ut aliis item bonis; ſed non novi hercle aliam nobilitatem, quàm virtutem. Cetera omnia fortunæ ſunt. Et ſanè qui vir eſt integer, etſi obſcuro loco natus, nobilior tamen eſt omni Rege. Contrà qui præclaris natalibus, antiquâ, illuſtrique ortus ſtirpe, improbi tamen vitam degit; ignobilior eſt iis, qui viliſſimum ortum ſunt ſortiti. Quocirca lauda apud Syracuſios animi virtutem, non nobilitatem mortuorum: quæ poſterorum ignobilium vitio, penitus intercidit.

19 Populi diviſio in locupletes & opifices.

Præter nobiles familias hujus urbis, Civium alii ſuo ſibi cenſu vivunt, alii in certos ordines diſtributi, mercaturam & opificia exercent. In his olim eminebant Textores: quando lanificio pene hoc oppidum ſtabat. Nunc hujus generis non eſt tanta copia; ſed tamen adhuc magna pars lanâ, lino, xilo, ſed & ſerico rem agunt. Alii pecore, & paſcuis; nundinatione item hebdomadali, & annuâ, quæ utraque valde ab exteris frequentatur.

20 Altera populi diviſio in Collegia armatorum.
21 Georgiani Baliſtarii.

Omnium pars lectior in tria Armatorum Collegia ſive Sodalitates diſtribuitur: quorum *Georgiani* qui arcu utuntur chalybeo, dignitate primi, Privilegia ſua & Sodalitii confirmationem nacti ſunt à Philippo Bono: ante cujus tamen ævum
Diploma anno 1451. diu fuiſſe, confirmationis diploma oſtendit: ubi *Majoribus ſuis ſæpe cum laude meruiſſe & huic urbi*
Meyer. an. 1455. *præſidio fuiſſe* Princeps fatetur. Quarto poſt confirmationem anno, decem ex hoc Collegio interfuere celeberrimis illis ludis Tornacenſibus, quibus ex quinquaginta novem Belgicæ Collegiis, quingentos quinquaginta tres Baliſtarios, artis ſuæ ſpecimen dediſſe memorant.

22 Ægidiani ſive Sebaſtianæi Sagittarii.
Archiv. Swivec. an. 1366.

Sequuntur *Ægidiani*, quorum manuarius eſt arcus. Horum mentionem ante tria pene ſæcula inveni in archivis Swivecanis. Nunc Sebaſtianici fere dicuntur: poſtquam DD. Ægidii,
Diploma Caroli V. anno 1546. & Sebaſtiani Collegia coaluerunt: quod factum Caroli V. ævo: à quo abolitis veteribus privilegiis, nova acceperunt.

Tertii ſunt *Andreani*, qui Bombardis utuntur. Prima ſua indulta à Carolo V. habuere, & 23 Andreani Bombardarii. Diploma anno 1514.
quamquam ætate ſunt poſtremi; tamen quia armorum genere exercentur præ ceteris hoc tempore uſitato, utilitate queant eſſe primi.

Suam ſingula Collegia habent Politiam, parentque Præfectis quos Hooftmannos vocant: 24 Collegiorum Politia.
dein Decanis, & Curatoribus, qui ex omni numero quotannis novi eliguntur. Tenentur autem omnes fidem præſtare Eccleſiæ Catholicæ, Principi, Senatui, & iis qui Sodalitio præſunt. Unde vernaculâ voce *Ghulde* quaſi *Ghehuldi*, id eſt jurati dicuntur: *Huld* enim nobis jusjurandum eſt. Inſtituta autem aut confirmata per Belgicam à Principibus hujuſmodi Collegia, in ſubſidium, ubi res ferret, & ad tumultus civiles vitandos, & cohibendos: cum habeant privato ſacramento florem ſibi urbium, & potiſſimæ fortunæ homines devinctos.

Præter dicta Collegia tria ſunt inſuper eorum 25 Tertia populi diviſio in Collegia Rithmicorum.
quos *Rhetores* noſtri vocant (alii perallusionem *Rhetoryckers* quaſi *reden rycke*, id eſt rationum divites, & fœcundos.) Veriùs tamen, & aptiùs 26 Iidem aptè vulgò dicantur Rhetores.
Rithmici dicantur: quum Rhetorum oratio numeris ſoluta ſit; horum vincta. Illis vitio homœoteleuta ſint, his neceſſaria. Unde homœoteleuticos Macropedius indigetat. Scriptores ſuos 27 Factores qui;
Factores vocant: pari ratione quâ Græci, & Latini ab origine Græca, Poëtas. Hi Odas, & Ele- 28 Quid præſtent.
gias; & Epigrammata linguâ vernaculâ ſcribunt. Quin & ſoccos induunt, & ſubinde etiam cothurnos: ad Comœdiam tamen quàm Tragœ- 29 Cur Comœdi magis quàm Tragœdi.
diam procliviores; quòd illa & minore curâ cudatur; & majore excipiatur plauſu. Si tamen ad Tragicam gravitatem ſtilum transferre libeat, priſcæ fabulæ, aut hiſtoriæ imitationem concedunt, & noſtra lingua ad eam majeſtatem 30 Lingua Flandrica majeſtatis capax.
poteſt aſſurgere: ſi modò eruditio adſit, & genius non abſit. Quod ex nobiliſſimi Theodori 31 Ejus exempla.
Liefveltii Opdurpæ domini tranſlatis Bartaſſi Septimanis, Lyricis item atque Hippolyto Juſti Harduini & Clytemneſtra, Gulielmi Coudron mihi nuper æſtimare licuit, etſi affecta hæc tantum erat, & recens à prima incude, nondum limam ſenſerat. Collegia ſunt *SS. Dorotheæ*, *Hil-* 32 Collegia hic quæ.
duardi, & *Rochi*: quorum ſymbola, *Roſa*, *Alauda*, *Carduus*. Inter prima duo certamen eſt de Antiquitate. *Roſiani* ſuis tabulis ſe tuentur, quas 33 Roſiani auctores.
ipſe vidi indicio Levini Sweems, ejus Sodalitatis Poëtæ primarii: quibus originem oſten- 34 Ætas.
dunt (quam debent Jodoco van Hoecke, Gulielmo Inghels, & Chriſtophoro de Vrieſe) & Senatus aſſenſum, à quo Sodalitii leges confirmatæ ſunt, Conſule Hectore van Belle anno M. CCCC. LXXVIII. Baptizationem item (ut voce illis uſitatâ utar) id eſt poteſtatem conveniendi ad provinciarum, & urbium ludos publicos, à Præſide, & Conſilio primariæ Sodalitatis Rithmicæ Gandavi anno M. D. LXV. *A-* 35 Alaudanorum origo & ætas.
laudini verò diſtractis per has turbas archivis, neutrum probant. Originem ſuam acceptam ferunt Gladiatorum Collegio; quod ſublatum eſt, quia inter batuendum aut forte fortunâ, aut

deſtinato conſilio, quidam ad mortem læſus eſt: mutatumque in hanc rithmicam Sodalitatem.
Archiva Eccleſiæ Teneræm. anno 1489. Etenim paucis poſt Roſianos annis inveni in tabulis *Decanum & Juratos Sodalitatis Alaudanæ*: quando autem cœperit, ignoro. Prædicto Roſianorum Collegio quod in certamine Poëtico Bruxellis olim accidit, quia inſolens cum
36 Eventus in Scæna rarus. primis eſt, uno verbo hìc viſum dare. Agebant in theatro fugam, & raptum Heliæ: Hic ubi ad Corvum ventum eſt, qui ſanctiſſimum virum in ſumma inedia paſcebat, cùm ejus avis ſimulacrum per funem demitteretur, fortè fortunâ è vicinia corvus advolans, ejus roſtro panem eripuit & avolans, tam propè Heliam acceſſit, ut is velut oblatum panem extensâ manu acceperit. Paulò poſt, cùm idem Helias ignito curru in altum rapiendus eſſet, tanta ſubitò vis ignium ex æthere incubuit, ut præ coruſcatione vix proſpiciendi poteſtas ex cavea daretur. Ita brevi tempore quod nulla induſtria potuiſſet,
37 Carduiſtæ quando primum. bis caſus dedit. Quod ad *Carduiſtas* ſive *Rochianos* attinet, ii non multò ſunt *Roſianis* poſteriores: ut ex tabulis publicis conſtat, quæ datæ
Vide lib. 2. cap. 13. num. 5. anno M. CCCC. LXXXIX. Hi privatis ſumptibus Sacellum ſibi ſtruxerunt, & D. Rocho dedicarunt, quum alii altaria tantùm habeant. Iidem 38 Collegiorum Politia.
feſto S. Rochi ſportulas prębent Canonicis, Senatui, & omnibus opidi Collegiis, ac Sodalitatibus. In hęc etiam Collegia nomen dant primores Civium. Habent ſuos ut ſuperiora Decanos, & Curatores. Diebus ſacris conveniunt, 39 Exercitatio.
& aut commentantur, aut recitant novi quidquam, aut priſci. Privatim etiam ſæpe dialogos exhibent. In amburbalibus verò ante meridiem quotannis ludos ex plauſtris, quæ ad priſcum morem circumvehuntur; à meridie autem Comœdias per varios dies ex theatro: quarum rerum ſumptus de publico ferè fiunt. Hi Gandavi, 40 Peritia.
Antverpiæ, Bruxellis, propter inventionum ſolertiam, & in rithmis accurationem, non ſemel præmia retulerunt.

Unum addam corollarii vice, nobilis illius Poëtæ, Oratoris, Philoſophi, Franciſci Petrarchæ, Præfatione in Epiſtolas.
qui de hujus artis antiquitate diſſerens: *Hoc genus*, inquit, *Rithmorum, apud Siculos ut fama eſt* 41 De Rithmorum antiquitate.
non multis ante ſæculis renatum, brevi per omnem Italiam, ac longiùs manavit. Apud Græcorum olim & Latinorum vetuſtiſſimos celebratum. Siquidem & Romanos vulgares rithmico tantùm carmine uti ſolitos accepimus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

Loca Sacra & quæ ad Religionem.

CAPUT PRIMUM.

Chriſtianam Religionem quis invexerit, & cujus hæc ditio Diœceſios.

1 De Incolarum Religione.

NUnc ad Sacra accingar. Et quidem quoad Religionem certum eſt Incolas, Accolasque, paganiſmi olim tenebris involutos, idola ut Deos coluiſſe. Primam Chriſtianæ lucis facem quis intulerit, incertum. Nam quod de D. Hilduardo Tullenſium Epiſcopo hìc creditur, quî poteſt? quum toto ſæculo, & multis antè annis, non modò vera fides in viciniis illuxerit (quam ingenti virtutum exemplo, prædicatione, miraculis, invexerunt, Tornaci [a] Piaton, Chryſolius, [b] Eleutherius, [c] Medardus; Tungris, [d] D. Agricolaus; Morinis, [e] Antimondus; Atrebati [f] Vedaſtus; in Sithiu poſt defectionem [g] Audomarus; Gandavi [h] Amandus, [i] Bavo; Brugis [k] Eligius; Oudenburgi [l] Urſmarus; in Brachanto [m] Lævinus; Antverpiæ, Hulſti, Axelæ, Haſnedæ, [n] Willibrordus; alius alibi:) ſed etiam varia variis locis ſtructa ſint (4) Cœnobia: [o] Blandinienſe, & [p] Gandenſe, [q] Troncinienſe prope Gandavum; [r] Trudonopoli Sarchinienſe; [ſ] Elnonenſe in Pabula; [t] Sithienſe Audomaropoli; [u] Atrebati S. Vedaſti; [x] Nivigellenſe, [y] Torholtenſe, [z] Tornacenſe, [a] Altimontenſe, [b] Haſnonium, [c] Laubienſe, [d] Marchianenſe, aliaque plura, quæ commemorare longum eſſet: & ſola hæc loca tam diu tenebræ occuparint? Mihi quidem non fit veriſimile: (5) in tantâ loci ad geminum flumen opportunitate: quem præ ceteris incultum manſiſſe, nemo credat. Præſertim cùm legam de vicinis * *Flandrenſibus, & Menapienſibus, quod de diverſis idolorum cultibus revocati facti fuerint una Eccleſia Chriſti:* idque circa annum ſeptingenteſimum.

Paruit autem olim in ſacris hæc Dynaſtia partim Cameracenſi Epiſcopo, partim Tornacenſi; nunc verò * poſt novas inſtitutiones ſub Philippo ſecundo Auſtriaco, Gandenſi ſubeſt, niſi quòd aliquot cis Scaldim loca Mechlinienſem Antiſtitem agnoſcunt. Hæc videlicet: *Opwyck, Bella ad Teneram, Appels, & Oudeghem.*

2 Chriſtianam à D. Hilduardo eſſe, non eſt veroſimile.
3 Ejus rei argumentum à locis vicinis.
a Meyer. ſub Diocletiano, inquit ad an. 484. id eſt circa annum 300.
b 484.
c 529.
d 522.
e Circa 300.
f Meyer. ad an. 668.
g 668.
h Chronicon D. Bavonis 608.
i Ibidem 427.
k Meyer. 649.
l 670.
m 633.
n 691.
4 Et Cœnobiis.
o Chronicon D. Bavonis an. 610.
p 608.
q Meyer. 633.
r Miræus Orig. cap. 15. an. 606.
ſ Cap. 2. 634.
t Cap. 626.
u Cap. 5. 680.
x Meyer. 650.
y 650.
z 650.
a Miræus Orig. cap. 9. 651.
b Cap. 17. 670.
c Cap. 10. ante an. 697.
d Ante an. 651. ann. 697.
d Ante an. 651.
5 Et loci opportunitate.
* Anſo Abbas vitâ S. Urſmari.
Miræus Chronic. an. 1559.
6 Cujus Diœceſis hoc Dominium.
* Diploma Pauli IV. 4. Id. Maii.

CAPUT II.

De Eccleſia Collegiata & quæ inibi.

1 Quot olim hac urbe Parochiæ.

UNICA hìc olim erat ante prolationem pomerii Parœcia: quæ etiam nunc totum pene opidum complectitur, titulo Beatæ Mariæ Deo Sacra. Vetus hìc Templum ante Normannorum tempora ſtructum hinc apparet; quòd illis omnia populantibus, Cives hujus urbis, Dickelvennâ tranſlatas DD. Hilduardi & Chriſtianæ Reliquias hìc condidiſſe memorantur. Factum id putem circa annum 846. quo barbaræ gentis metu, etiam DD. Bavonis, & Pharaildis Reliquias, aliò in tutum delatas, Meyerus tradit. Superſunt autem adhuc eæ Reliquiæ, & magna popularium religione aſſervantur. Fuit Hilduardus Tullenſium Epiſcopus: de quo ex Teneræmondenſi Martyrologio ita Molanus: *Ad ſeptimum Idus Septembris, in Civitate Teneramonda, B. Hilduardi Epiſcopi, & Confeſſoris: qui ſub Duce Magryptio, primò diverſis tormentorum cruciatibus affectus; ſed fidei conſtantiâ in adverſis, velut in proſperis lætus, fidelem populum ad agnitionem veritatis admonuit, fidemque Catholicam conſtantiſſimè prædicavit. Tandem ipſe Magryptium oppoſito veritatis ſpeculo ita devicit; ut abjecto incredulitatis errore, Jeſum Chriſtum Dei Filium aſſereret: & ſe ſuoſque velle baptizari acclamaret. Quo facto vir Dei Dickelvennæ Oratorium exſtruxit, in quo poſt hujus labilis vitæ deceſſum, glorioſo fine quievit. De quo loco viri Teneræmondenſes veneranda ejus oſſa, omni virtute famata, invenerunt: atque cum ſummo exultationis jubilo Teneræmondæ tranſtulerunt.* De Chriſtiana verò in eodem Martyrologio exſtant hæc: Ad diem ſeptimum Idus Septemb. *Item eodem die* (B. Hilduardi) *apud Teneræmondam adventus corporis B. Chriſtianæ Virginis.* Et iterum ad diem ſeptimum Kalend. Auguſti: *In Civitate Teneræmondæ, B. Chriſtianæ Virginis, quæ Regis Anglorum Migranimi filia unica erga Deos ſuos & idola, ſecundùm patrum ſuorum traditionem exſtitit devotiſſima. Hanc omnipotens Deus ſibi dignam adſpiciens, de Cælo illi Angelum ſub ſpecie pauperis tranſmiſit, qui eam catechizavit, atque in Chriſti nomine baptizari præcepit: cujus etiam ductu Dickelvennæ pervenit.* De hac plura Molanus ad XXVI. Julii. Enimverò multò pòſt tempore, Ringotus Dynaſta dictum templum à Normannis fœdatum reſtauraſſe creditur. Quocirca ejus *Conditor* in ſepulchrali inſcriptione dicitur, quam ſuprà dedi. Itidem in hujus Eccleſiæ Obituario, ubi hæc verba: *Anno gratiæ M. C. VI. obiit Ringotus Calvus; Fundator hujus Eccleſiæ.* Niſi quis de Canonicatuum inſtitutione id intelligat: quâ notione nomen illud *Eccleſiæ* in diplomatibus non infrequens. Ut autem hìc antea nullum templum fuerit, non eſt credibile. Idem ſex inibi Canonicatus fundavit; adſignatis datiſque ad id *allodiis de Winſia, Mor-*

2 Templi ætas.
3 DD. Hilduardi & Chriſtianæ Reliquiæ.
Ad an. 880.
4 D. Hilduardus quis.
In Martyrologio.
5 D. Chriſtiana quæ.
Plura vide apud Molan. in Natal. SS. Belgii.
In Natalibus Sanctorum Belgii.
6 Quis templum reſtaurarit.
7 Ringotus cur dictus hujus Eccleſiæ Conditor. Lib. 1. cap. 6. num. 17.
8 Ejus alia ratio.
9 Quis Canonicorum Auctor.
10 Quâ dote.

Morſela, & Gheverghem, in campis, ſylvis, & & pratis. Hujus fundationis confirmationem impetravit Adelwidis Ringoti vidua, ab Odardo XXXVI. Cameracenſium Præſule; quem Odonem Maſſæus vocat, & Abbatem antè Fornacenſem fuiſſe, virumque egregiè doctum aſſeverat. Diplomatis hæc eſt ſeries:

11 Confirmationis Diploma. Archiv. Eccleſiæ Teneræmond.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Odardus per gratiam Dei Epiſcopus Cameracenſis, pro ſalute animæ meæ, meorumque Prædeceſſorum, pro magna Eccleſiæ devotione, dominæ Adelwidis, venerabilis uxoris Remigii Teneræmondani, & omnimoda ſupplicatione Canonicorum Teneræmondenſium, eos ab omni perſona, omnique laica vexatione, auctoritate Dei, & noſtrâ emancipamus: & Canonicis ejus Eccleſiæ Canonicam libertatem aſſignamus: concedentes ut Decanus, qui Canonicorum ibidem Deo famulantium curam habuerit, in Eccleſiæ malefactores excommunicandi poteſtatem habeat. Sic tamen ut eadem Eccleſia, pro libertatis memoria, tres Teneræmondenſis monetæ ſolidos Decano Bruxellenſi, ad uſus noſtros, ſingulis annis perſolvat. Duo Eccleſiæ altaria de Opwyck, & Lebbeke, Eccleſiæ Teneræmondenſis, ſanctæ ſcilicet Trinitatis, & ſanctæ Chriſtianæ ſolummodo ad ædificia ſive ornamenta Eccleſiæ retinenda, libera Canonicè tradidi: in quibus ſalvis noſtris redditibus pontificalibus, Presbyteri per Decanum & Canonicos ſtatuantur: & ipſi nobis, vel Miniſtris noſtris ad curam ſuſcipiendam præſententur. Præfata quoque Eccleſiæ Alodia de Winſia in campis, in ſylvis, in pratis; de Morſele, in campis, in ſylvis, in pratis; de Gheverghem, in campis, in ſylvis, in pratis; cum omni Juſtitia terræ, & ſylvæ, liberè & integrè confirmamus: ſolis Canonicis uſibus profutura. Præterea quæcumque, à quibuſcumque in terris, in ſylvis, in pratis, ſeu in aliis poſſeſſionibus præfatæ Eccleſiæ oblata ſunt, vel in poſterum offerri contigerit, modis omnibus, ad Canonicos uſus permanere ac conſervari decernimus. Quæ bona ne tradantur oblivioni, noſtri ſigilli imaginatione ſignamus. Et ne ab aliquo violentur, auctoritate Dei & noſtrâ ſub anathemate prohibemus. Hujus confirmationis teſtes ſunt, ſignum Rodolphi: Archidiaconus S. Anſelmi, Archidiaconus ſancti Everardi, Archidiaconus S. Sigardi, Decanus S. Lamberti, Subdecanus S. Lamberti, ſanctæ Mariæ Canonici, S. Gerardi Canonici, S. Marcellini Canonici. Peractum hoc eſt anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo, centeſimo, octavo. Indictione primâ, prædicti Epiſcopi anno tertio. Salus & gloria omnibus Chriſtianis.

12 Gulielmi & Machtildis liberalitas. Ibidem Diplom. anni 1212.

Poſt Ringotum maxima fuit munificentia; ſed non æquè celebris *Gulielmi* Advocati Atrebatenſis, Betuniæ, & Teneræmondæ domini, ejuſque conjugis MACHTILDIS: qui *Eccleſiæ Teneræmondenſi unum modium ſiliginis Teneræmondenſis menſuræ de decima ſua in Opwyck, ad quotidianam diſtributionem largiti ſunt: ſic tamen, ut de conſuetudine Eccleſiæ Betunienſis, ſoli ſervitores præſentes inde participent. Iidem dederunt Eccleſiæ Teneræmondenſi decimas de Lebbeke, de Opwyck, de Baſerode, de Tenrebelle, de Grimbergis, de Zele, de Waeſmonſtiers, & de Hamme: (exceptâ decimâ quæ jacet in palude de Hamme) ad opus trium Capellanorum, nomine eleëmoſynæ: ita videlicet quod quilibet trium Capellanorum, deberet percipere annuatim de decimis memoratis, duodecim modios; quatuor ſiliginis, quatuor hordei, & quatuor avenæ, ad menſuram Teneramondenſem: reſiduum verò dictarum decimarum ſi quod eſſet, cederet in uſus ipſius Eccleſiæ; ſecundùm virorum Venerabilium Archidiaconi Cameracenſis, in Brabantia, & Abbatis Affligemenſis conſilium, & ordinationem.* Hanc donationem rogatu *Machtildis* viduæ confirmavit Joannes de Betunia Cameracenſis Epiſcopus, Frater *Gulielmi* Advocati, ut ex Diplomate conſtat. Actum anno M. CC. XVII. Ibidem. Eadem *Machtildis* à morte mariti tres Sacellanias, in totidem Canonicatus convertit. 13 Aliæ tres Præbendæ à quo & unde. Eâ de re ſentam ſitu & fugientibus litteris membranulam nactus ſum: quam ut potui deſcriptam, memoriæ cauſsâ, hìc inſero.

14 Ea de re Diploma. Ibidem.

Univerſis Chriſti Fidelibus, quibus præſens ſcriptum videre contigerit, Joannes Archidiaconus in Brabantia, & Joannes Canonicus Antverpienſis, quondam ibidem Chriſtianitatis Decanus, Salutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quòd cum nobilis Matrona Machtildis Domina Teneræmondenſis, ejuſdem loci conventualis Eccleſiæ patrona, & Walterus, & Waſſo, Presbyteri, & Ewanus, in dicta Eccleſia in tribus Capellaniis beneficiati, ex una parte; & Joannes Ham Decanus dictæ Eccleſiæ, univerſumque Capitulum, ſuarum præbendarum beneficiis, in terris, in redditibus, in decimis, in cenſu, in hoſpitibus, in cauſis de ſuis hoſpitibus, & cum ſuis hoſpitibus tractandis, in emolumentis in... receptis, & recipiendis, in oblationibus, & in aliis emolumentis, ad corpora antiquarum præbendarum pertinentibus, ſibi reſervatis, ſupradictas Capellanias & Evano & ſuis ſucceſſoribua, in prædicta Eccleſia Canonicis inſtituendis, ſuper procuratione & petitione Prælatis ſuis conferendis, ſuper expenſis pro rebus Eccleſiæ à Canonicis communiter faciendis, ſuper ſigilli Capituli ſigillatione, ſuper electione Decani, & Cuſtodis, ſuper collatione parochiarum, exceptis capellis de Vlaſſenbrouck, & de novo caſtro, ſuper terra Oberti, quam vir nobilis Walterus Teneræmondæ Dominus Presbyteris prædictæ Eccleſiæ contulit, ſuper obitibus nomine obitus diſtribuendis, collatis, & conferendis, ſuper cotidianis diſtributionibus, collatis, & conferendis, ſuper legatis & eleëmoſynis Canonicis de cetero conferendis, ſuper vicariis inſtituendis; à partibus fide & juramento interpoſitis, fuerit compromiſſum: Nos de bonorum virorum conſilio duximus ordinandum, quod tam Walterus, Waſſo Presbyteri, & Evanus Clericus, qui prædictas Capellanias jam ſunt adepti; quàm alii qui in hujuſmodi beneficia ſunt vocandi, in ſæpedicta Eccleſia Teneræmondenſi inſtituantur Canonici; eorum beneficiis nomine præbendarum cenſendis; fidelitatem jurent Eccleſiæ, obedientiam Decano promittant, more Canonicorum ad horas obligentur Canonicas, ſtallum recipiant in Choro, & vocem habeant in Capitulo, in Decani & Cuſtodis electione, in parochiarum collatione, exceptis capellis de Vlaſſenbrouck, & de novo caſtro,

quæ ad corpora antiquarum pertinent præbendarum: In ordinatione rerum univerſaliter ad omnes Canonicos pertinentium, in procurationibus, in expenſis communiter faciendis, & in rebus Eccleſiæ, ſive præbendarum alienandis. Præterea tam novi quàm veteres Canonici, de corpore ſuarum præbendarum, fideliter non in ſuis expenſis, niſi voluerint, auxilium ſibi ad invicem inpendant, & conſilium. Item tam novi, quàm veteres Canonici, procurationes Prælatis debitas, & expenſas pro rebus ab ipſis communiter communicandis faciendas, communiter, & æquali perſolvant portione. Item ſuper communi negotio quod tam novos tangit, quàm veteres, præter ipſorum conſenſum non ſigillentur, aut emanent. Item novi & veteres Canonici, tam non Presbyteri, quam Presbyteri, & eorum vicarii, in eorum abſentia, & Cuſtos, & Presbyter parochialis, quos Presbyteri parochialis ſolicitudine.... Decani obedientia, & horas Canonicas, ... Proventus terræ Oberti, quam vir nobilis Walterus quondam Teneræmondenſis Dominus, in eleëmoſynam contulit, & univerſos obitus nomine diſtributionum collatos.... De Vicariis inſtituendis.... Ut hoc robur firmitidinemque obtineat in perpetuum, noſtri ſigilli munimine duximus corroborandum. Actum anno milleſimo ducenteſimo, decimo quinto, Menſe Martio: in fine... per memoriam quod de tribus ordinavimus capellaniis, quoad miſſarum ſolemnitates, Teſtatoris intentione & inſtitutione, cùm libertate dictæ Dominæ Teneræmondenſis, & ſui ſucceſſoris, de Capellano in dicta Eccleſia ſibi eligendo, nunc omnino ſalvatis, & inpoſterum ſalvandis.

15 Electio Sacellani Domino Teneræmondenſi reſervata,

Has autem ſacellanias non eſſe eaſdem, quas *Machtildis*, ut antè dixi, inſtituit, inde liquet; quòd ea donatio confirmata demum anno M. CC. XVII. neque ulla in diplomate mentio Canonicorum; ſed *Capellanorum:* hæc autem mutatio facta, anno M. CC. XV. Itaque biennio antè. Non multo pòſt tamen etiam illæ in Canonicatus converſæ ſunt à *Roberto* filio, quantum ſuſpicor. Sic ad duodecim præbendas numerus adauctus eſt: quarum omnium jus patronatus ad Teneræmondæ Dominum ſpectat. Hujus ex filia nepos *Robertus* Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, avi, & proaviæ pietatem ſecutus, pręter alia Anniverſarium hìc fundavit uxori ſuæ *Blancæ*, Caroli Andegavenſis Siciliæ, & Neapolis Regis filio; ex qua ſuſtulerat Carolum brevis ævi puerum, quem Crucis ſigno inter ſcapulas ſignatum ferunt. Idem *ut Canonici ad faciendam in eadem Eccleſia perſonalem reſidentiam faciliùs incitarentur, unà cum Decano & Capitulo Teneræmondenſis Eccleſiæ tractatu habito diligenti, decrevit, ut fructus primi anni præbendarum Canonicorum dictæ Eccleſiæ de cetero ibi inſtituendorum, ad præbendas, poſt mortem, ſive reſignationem qualitercumque vacaverint, exceptâ cauſâ permutationis, integrè convertantur, & converti debeant, perpetuò, ad comparandos redditus ad diſtributiones quotidianas, & ad uſus alios Canonicos in horis nocturnis & diurnis perſonaliter deſervientibus diſtribuendos.* Huic decreto *Canonici* aſſenſi ſunt, *Obligantes ſe & poſteros, ſpecialiter ad hoc, quod dictos fructus ad alios uſus, quàm ad redditus comparandos, & Canonicis diſtribuendos, ut dictum eſt, convertere non poſſint: ſtatuentes inſuper, ut præmiſſa firmiter in poſterum obſerventur, quod quicumque de cetero in præfata Eccleſia conſtituetur Canonicus, vel inſtitui debeat, non inſtituatur in Canonicum, & in fratrem à Capitulo, nec admittatur ad aliqua jura præbendæ ſibi collatæ, niſi prius ab ipſo expreſſe præſtito ſacramento, quod præſentem ordinationem inviolabiliter obſervabit.* Id quo magis ratum eſſet, confirmavit Inghelrammus Cameracenſium Præſul: additâ cauſâ quòd *antea quotidianæ diſtributiones in præfata Eccleſia erant tam tenues, & exiles; quòd per exilitatem hujuſmodi, Canonici ejuſdem Eccleſiæ non curabant in eadem Eccleſia perſonaliter reſidere. Id autem Conſilium viſum ſibi accommodatum: ut ſic ad faciendum perſonalem reſidentiam faciliùs inclinarentur; & in ipſa Eccleſia Divinus cultus, ex frequentia reſidentium, augeretur.* Hæc Collegiata ad annum uſque M. D. LXXXVI. proprium habuit Horarum uſum, & Breviarium, quod adhuc exſtat; ſed ab eo tempore in Romanam conſuetudinem conceſſerunt.

16 Tres poſtremi Canonicatus à quo.

Diploma Joannis Epiſ. Cameracenſis 1414.

17 Blanca Andegavenſis. Diploma 1281. Meyer. an. 1265.

18 Eccleſiæ Reformatio. Diploma an. 1265.

19 Reformationis confirmatio. Diploma an. 1276

20 Quis horarum uſus.

Decanus à prima origine præfuit: cui ab Odardo Præſule data *poteſtas excommunicandi malefactores Eccleſiæ.* Hæc dignitas nunc eſt penes R. V. D. Jacobum Lauwers S. Theologiæ Licentiatum. Eam cùm ante aliquot ſæcula, nemo ne oblatam quidem admitteret; idque propter ingentes ſumptus quibus ferendo exigua emolumenta non erant (cogebatur enim antiquitus de more non ſolùm *reſidere in Choro ſine aliquâ diſpenſatione beneficii, vel ſervitii extra Chorum;* ſed inſuper *debebat reſpondere ad Synodum ſuis expenſis, & integrè expenſas dare toti Capitulo, & ſuppoſitis, Diacono, Subdiacono, Cantoribus, Receptoribus, in prandio trium ſolennitatum, Natalis Domini, Paſcatis, & Pentecoſtes*) ne acephalon Capitulum eſſet, unde cum ingenti rerum confuſione, multa præter decorum, & honeſtum fieri neceſſe eſt; delecti ſunt *nomine Epiſcopi Cameracenſis Scholaſticus Lobienſis, Officialis, & Cantor Nivellenſis, nomine verò Roberti Advocati Atrebatenſis, Betuniæ & Teneræmondæ Domini, Præpoſitus Betunienſis:* qui in reformatione hujus Capituli, & Eccleſiæ, inter cetera juſſerunt *quod de bonis perſonatuum de Opwyck, & de Lebbeke antiquitus ad fabricam Eccleſiæ Teneræmondenſis deputatis, decem libræ ſingulis annis, ad augmentationem proventuum Decanatus ipſius Eccleſiæ acciperentur; quum ita ſint exiles proventus Decanatus, quod ad onus ipſius ſuſcipiendum aliqua perſona idonea nequeat inveniri. Eligetur autem Decanus à Concanonicis, de gremio Eccleſiæ, ſecundùm formam de hujuſmodi Prælatis eligendis in jure traditam: & vocabuntur Canonici ad eligendum, qui conſueverunt vocari in vicinis Eccleſiis, videlicet Mechlinienſi, & Antverpienſi: & percipiet Decanus duplicem quotidianam diſtributionem.* Quod autem ad Canonicos illos attinet *Eccleſiæ Mechlinienſis, & Antverpienſis,* nulla hìc amplius memoria. Itaque aliquando credidi eorum

21 Decani ætas. Diploma an. 1108.

22 Privilegium.

23 Exiles Decanatus proventus. Ex vetuſto M. S. ex Archivis Capituli.

24 Magna onera.

Ibidem Diploma anni 1265.

25 Emolumenta aucta.

26 Decani electio.

27 In ea olim Antverpienſes & Mechlinienſes Canonici.

rum operâ noſtros uſos fuiſſe, cùm non major ſenario eorum numerus: poſtea verò deſitum illorum uti ſuffragiis, quando in duplum Canonicorum numerus auctus eſt; ſed falſam eam ſuſ-

Vide lib. 3. cap. 7. num. 35.

picionem fuiſſe didici: primùm ex Conventione Roberti cum Canonicis veterum præbendarum; quæ inita anno M. CC. LXIV. dein ex ſuperiore *Machtildis* diplomate anno M. CC. XV. quum ſuperiora illa de Decani electione decreta ſint anno demum M. CC. LXV. quo tempore jam & veteres erant, & novi Canonici. Quando autem, aut cur ea conſuetudo obolita, nondum inveni.

28 Cantor à quo.

Inter Eccleſiæ munia potiſſima ſunt *Scholaſtici*, & *Cantoris*: quorum hic ante quatuor ſæcula inſtitutus ab Ægidio Cuyf, eâ lege ut proximus

29 Scholaſticus à quo tempore. Archiv. Sacelli B. Virginis.

ſi quis eſſet ſuccederet; ille verò jam inde à Roberti Atrebatenſis Advocati, Betuniæ & Teneræmondæ Domini temporibus fuit, & antè: ut conſtat ex Reformationis diplomate, ubi *Rector Scholarum* nuncupatur.

Anno 1265.

Eorum neuter eſt Canonicus. Scholaſticus tamen Sacellanorum primus habetur. Præter ſuperiores præbendas, Sacellaniæ in hoc templo jam olim numerantur

30 Sacellaniæ Eccleſiæ. Archiv. Capituli. Ex M.S. Capituli.

hæ: *S. Mariæ tres*, *S. Annæ una*, *S. Catharinæ duæ*, *S. Spiritus*, *S. Joannis Baptiſtæ*, *S. Crucis*, *S. Jodoci*, *S. Georgii*, *S. Eligii*, *S. Nicolai*, *S. Joannis Evangeliſtæ duæ*, *S. Cornelii*, *S. Mariæ Magdalenæ*: qua-

31 Collatio penes quem. Ibidem. Cap. 12. & 13.

rum omnium collatio ad Capitulum ſpectat: ut etiam Sacellaniarum, quæ variæ ſparſim totâ urbe, de quibus infra. Præterea habent Cano-

32 Ubi inſuper Canonici habeant jus patronatus.

nici jus Patronatus in Lebbeke, Opwyck, Vlaſſenbrouck, novo Burgo, & ſacello S. Odulphi, cujus tantùm memoria exſtat & locus in ripa Scaldis.

33 Archipresbyter.

Ad hujus Eccleſiæ munia etiam referri queat *Archipresbyter* ſive *Decanus Chriſtianitatis*, ut vocant: etſi non ſemper hinc à Præſule eligitur; ſed interdum etiam ex Sacerdotibus Territorii. Hic omnibus ditionis Paſtoribus,

34 Ejus munus. M. S. Capituli.

& Sacellanis præeſt: paucis exceptis, quos Diœceſios Mechlinianæ ſupra diximus: quibus ſuccedanei ſunt, extra hoc Territorium Paſtores *S. Amandi*, *Mariæ-kercke*, *Bornehemi*, & *Inghenæ*, qui ab Archipresbytero quotannis viſitantur. Quæ quidem viſitatio luſtri inſtar eſt. Obit enim ſingula loca ut Cenſor, & in mores vitamque Sacerdotum inquirit: & ſi quid notâ dignum, de eo ad Præſulem aut Curiam Eccleſiaſticam refert. Inſuper Oeconomiam templi, & menſæ pauperum examinat, & rationes audit: quâ viâ fit, ut quantum humana conſilia valent, Sacerdotes frugi ſint, ſua ſacra decenter obeant, templi ſarta tecta curentur, & paupe-

35 Canonicorum privilegium. Ibidem.

res denique non negligantur. Habuerunt Canonici antiquitus ſive privilegium, ſive conſuetudinem, quòd in Civilibus, & Criminalibus primi ſuorum cauſas cognoverint, & judicarint. Et quidem in re civili exemplum inveni in cauſa Henrici de Keyſere Decani: quem cum judex Eccleſiaſticus ad ſuum tribunal citaſſet; graviter de eo conqueſtum eſt Capitulum, *quod Juſticiabilis eſſet coram ſuo Capitulo. Itaque rogarunt ut ſecundum laudabilem conſuetudinem, hactenus, & ab antiquo conſervatam cauſa ad Capitulum remittatur.* Itidem cum Roelandus de Boſco Paſtor hujus Eccleſiæ à dicto Judice de crimine appellaretur, allegarunt, *omnium & ſingularum* Ibidem. *cauſarum correctionem, & punitionem, exceptis Sacramentis, ad ſe ſpectare. Præſertim quum coram Capitulo cauſa ventilari cœperit.* At verò cùm & hìc & alibi viderent, indies auctoritatem ſuam lædi, univerſim & ſingulatim jura violari, immunitates, libertatem, privilegia minui, & labefactari, *per plerosque tam Eccle-* Tab. anno 1446. *ſiaſticâ quàm ſeculari poteſtate, atque Juriſdictione fulcitos, eorumdemque, & præſertim Reverendi in Chriſto Patris & Domini, Domini Epiſcopi Cameracenſis Vicarios & Officiales, & nonnullos alios contra Juſtitiæ tramitem; timentes veriſimiliter ex jam factis plus inpoſterum gravari poſſe, & gravaminibus hujusmodi propter divitias, majorum potentiam, & cujuſlibet ſuppoſitorum paupertatem, & litis ſumptuosè deducendæ inſufficientiam occurrere non poſſe, niſi de remedio provideretur opportuno*; ſocietatem inierunt cum Ca- Ibidem. pitulis *S. Gudulæ Bruxellis*, *S. Rumoldi Mechli-* 36 Societas. *niæ*, *S. Petri Anderlecti*, *S. Gommari Liræ*, *S. Petri Tournouti*, *S. Gaugerici Halteræ*: idque hunc in modum: *Quod*, inquiunt, *nos invicem, & ſub-* 37 Ea qualis. *ditos noſtros tuebimur, & defendemus in bona Juſtitia, contra quoſcumque Eccleſiaſticos atque ſeculares, quàcumque auctoritate, & dignitate, etiam Pontificali fulgentes: nos injuſtè aut de facto opprimentes, ſeu opprimere volentes: itaque quod ſi aliquis ex nobis, vel ſubditis noſtris, prætenderit ſe gravatum, aut oppreſſum, opprimive timet, aut gravari in futurum; caſum Capitulo ſuo ad longum exponet: & illud de eodem, & meritis ſuæ cauſæ diligentiſſimè informabit: quod ſi ex informatione ſummaria, & veriſimili, reperiat rem ita eſſe; ſcribat aliis Capitulis de Confraternitate, talem adveniſſe caſum, qui eſt contra tale vel tale Privilegium, aut Statutum, vel contra talem vel talem conſuetudinem: quare ſibi videtur, quòd talis ſit cum Juſtitia à Confraternitate defendendus: ſicque rogabit & requiret alia Capitula, ut reſcribant opinionem ſuam. Et ſi omnia, vel major pars eorum conſentiant primo Capitulo ſcribenti; tunc defendetur per omnia Capitula, conſilio, auxilio, & favore, ac etiam expenſis ab omnibus æqualiter exburſandis. Si tamen poſtmodùm inveniatur, illum prætendentem ſe gravatum, Capitulum ſuum malè informaſſe, ſolvet expenſas per omnia Capitula jam factas, & ob eam cauſam neceſſario faciendas, ſi ſit ſolvendo: alioquin ſecundùm exigentiam caſus aliter corrigatur, & puniatur: taliter quòd ceteris cedat in exemplum &c.* Hanc conventionem omnes ſimul Confœderati ſacramento confirmarunt Bruxellis ad D. Gudulæ, in conclavi, anno M. CCCC. XLVI. Iterumque Mechliniæ ad D. Rumoldi, 38 Eadem iterata. Archiv. Capituli. ſub nova forma & ſtipulatione anno M. CCCC. LXIV. Conventumque utrobique, ut omnes inpoſterum ad præbendas admittendi, in hoc fœdus jurarent. Quod ne quis recuſaret aut reſcinderet, Pontificium etiam Indultum acceſſit: quod Ibidem Nicolai diplom. anno 1447. poſtmodùm ſancivit Sixtus IV. anno M. CCCC.

LXXV.

LXXV. adjectâ auctoritate admittendi in dictam Societatem quoſvis alios.

39 Canonicorum Privilegium ſecundum. Archiv. Capit. Diploma anno 1254.

Aliud inſuper magni olim momenti privilegium ab Apoſtolica Sede per Legatum Canonici accepêre, ut, *cùm generale terræ fuerit interdictum, liceat in Eccleſia, non pulſatis campanis, interdictis & excommunicatis excluſis, voce ſubmiſsâ, Divina Officia celebrare: dummodò cauſam non dederint interdicti, vel id contingat ſpecialiter interdici.* Nunc autem rarior hujus eſt uſus; quia moderatiùs Pontifices hâc auctoritate utuntur: quàm olim in rebus politicis, vel ob pecuniam non numeratam, vel aliam aliquam cauſam univerſas provincias Eccleſiæ communione interdixerint.

40 Privilegium tertium. Meyer. an. 1319. 1325. & 1340. Marchant. Comment. lib. 2. vita Creſſiaci. Platina vita Clementis IV. & alibi

Peculiare inſuper hîc eſt, poſt ſummi ſacri ſolennia, Epiſcopali ritu populum beare aut benedicere, ut vocant: canendo, *Adjutorium noſtrum in nomine Domini*, quod alibi legendo ſolùm effertur.

41 Neceſſitas reſidendi. Archiv. Capit. Diplom. anno 1414.

Hujus Eccleſię Canonicos compulit Joannes Burgundus Flandriæ Comes, Teneræmondæ Dominus ad reſidentiam: alioquin nullos percepturos fructus; niſi fortè in Comitatu Principis verſarentur aut ſtudiis, quę privilegiata vocant. Id confirmarunt Petrus Alliacenſis Cardinalis, & Joannes V. Cameracenſium Epiſcopi, & poſt eos ipſe Pontifex Romanus.

42 Quis hinc lectus Præſul.

Ad 17. Kal. Decemb.

Non exiguum hujus Collegii ornamentum eſt quod hinc olim lectus eſt *Præſul, Reverendus pater Dominus Nicolaus Ruter Epiſcopus Atrebatenſis.* Quod Obituarium hujus Eccleſiæ mihi ſuggeſſit. Quo autem anno vixerit, non potui inde colligere. Et quidem poſteritatis juſta querela eſt, dum incuria temporum Antiquitas, rariſſimè annos notat: unde & hac in re & aliis variæ paſſim difficultates emergunt.

43 Sacellum D. Virginis. Ex ejus Epitaph. Analect. Harduini.

Meyer. an. 1210.

44 Inibi Sodalitas.

Anno 1563.

Archiv. Capit. Tabul. an. 1458.

45 De Curatoribus.

Eſt in hoc templo præter cetera magnificum Sacellum D. Virgini ſtructum: quod Chriſtophorus Barouſius Luſitanus Caroli Burgundi, & ejus filiæ Mariæ, Philippi item primi Caſtellæ Regis, ejuſque conjugis Joannæ Oeconomus, variis muneribus, & legatis olim ditavit; ibidem ſepultus, cum uxore Philippa Utenhove, matrona illuſtri, & vel ante quadringentos annos celeberrimæ Gandavi familiæ. Huc è Sacello D. Virginis ad portam aggeris tranſlata eſt Sodalitas D. Virgini ſacra: in quam quotquot tranſſcripti ſunt, optimam veſtem ad neceſſarios Sacelli uſus legant. Qua de re datæ à Senatu tabulæ quæ ſuperſunt in archivis dictæ Sodalitatis. Multò pòſt cùm eſſet controverſia inter Canonicos, Senatores, & Curatores, de Sodalitatis adminiſtratione, eam ſopivit Officialis Cameracenſis, hoc modo: *ut in feſto Conceptionis B. Virginis Canonici unum ex ſuis legant non Canonicum; Senatores unum non Senatorem; & Curatores deſtituendi duos, unum Sacerdotem, alterum laicum, omnes ex dicta Sodalitate: qui ante adminiſtrationem tenentur præſtare juramentum in manibus Bailivi, aut Decani Chriſtianitatis Bruxellenſi, vel ejus locum tenentis, & rationem reddere coram dicto Decano aut Vicario in Eccleſia Teneræmondenſi.* Nunc verò tres univerſum ſunt, quorum unus à Canonicis, duo à Senatu eliguntur: redduntque rationem adminiſtrationis coram Capitulo, & Senatu. Hujus Sodalitatis Curatoribus ex conſilio Canonicorum, & Senatus, Philippus bonus conceſſit olim in puram eleëmoſynam cudere numos æreos, pretii quatuor obolorum Flandricorum, quas mitas vocant: quæ valerent toto dominio Teneræmondano. Ejus rei diploma cùm per tumultus bellicos periiſſet, novo Maxæmyliani privilegio eſt confirmatum. Hic indulſit *decem millia ſingulis decenniis cudere.* Eo potiſſimùm numi genere ſolitas ſolvi expenſas dicti Sacelli, hinc conjicio; quòd dicto diplomate hanc privilegii cauſſam adfert Maxæmylianus, *quòd ſi dicti numi deſinerent cudi, periculum eſſet, ne divinus dictæ Sodalitatis cultus paulatim minuatur, & tandem penitus intercidat.* Cuſos primùm ad portam aggeris ante Sodalitatis tranſlationem, ex populari narratione conſtat. Dicti autem ſunt ii numi *B. Virginis:* tum quòd ab ejus Sacelli Curatoribus cuſi ſunt; tum quia pene omnes imaginem D. Virginis præferunt. Varia uno anno genera excuſa liquet, ex iis qui circumferuntur: & quidem penes me ſunt quatuor variæ formæ omnes, unius anni. Porrò alterius lateris communis inſcriptio *Denarius S. Teneræmondenſis* (Mariæ ſcilicet cujus in medio effigies) aut *Ave Mater Salvatoris Jeſu Chriſti*, rarò alia: Alterius verò varia; nunc enim nomen habet Curatoris, qualis apud me unus, cujus hæc Epigraphe: *Theodorus Cantor anno Domini* M. D. XII. ſed ejus generis non vidi alium: nunc, *Ave Gratia plena Dominus tecum*, aut aliud ſimile. Deſitum autem ingruente nuper tumultu Belgico.

46 Sacelli Privilegium cudendi numos æreos. Archiva Sacelli.

Quo pretio. Ibidem an. 1513.

48 Quo numero.

49 Nomen.

50 Genera.

51 Inſcriptio.

52 Sacellum Venerab. Sacramenti.

53 A quo ſtructum.

54 Inibi condita Cornel. Lalana.

Juxta D. Virginis Chorum exiguum illud Sacellum ab aliquo gentis Coudenhoviæ ſtructum inde apparet, quod in Cornelii Gaillardi monimentis, *Sacellum de Goudenhovè* nuncupatur. Id ante nuperam belli tempeſtatem D. Gulielmo dicatum erat: nunc verò venerabilis Sacramenti dicitur. In eo dum hæc ſcribo magno totius Civitatis luctu condita eſt præſtantiſſimi animi heroina *Cornelia Lalana*: de qua quod ab illuſtri manu accepi, bone lector, hic habe: & bonis manibus bene precare.

55 Ejus Epitaphium.

Illuſtriſſima Cornelia Lalana, Philippi Comitis Hochſtratani, & Annæ Renenbergicæ Comitiſſæ filia, virtutibus & factis heroicis præclara, (ut varia diplomata, & hiſtoriæ teſtantur) Sexageſimum Sextum agens annum, ut remotiùs à curis, & pacatiùs divino cultui vacaret, Teneræmondam ſibi elegit: ubi Senatus, Populique maximo applauſu excepta, immunitate donata, ut præcordia animi ſui in hanc urbem proclivis palàm faceret, in album Civium inſcribi voluit.

Poſtea

Poſtea per annum piis ſpiritibus, rebuſque divinis planè vacans, ut antè omnibus exemplo fuerat; ita etiam in ultimo vitæ limine, non minùs admiranda. Obiit XV. *Novembris, Anno* M. D.CX.

56 Quando ſepulta. *Sepulturæ tradita eſt D. Andreæ die in Choro Venerabilis Sacramenti, ſummo in Templo: pompâ quæ & genus, & modeſtiam ejus decebat:* 57 Ejus filii. *quod præſtitum per filios Comitem Gulielmum, & Philippum Baronem fratres. Vidua erat Illuſtriſſimi* 58 Maritus. *Gulielmi de Hamale, è Loſſenſibus Comitibus, Monceauxi Baronis, ſtrenuiſſimi herois, ut varia ſcripta teſtantur:* Inter cetera Philippi Regis 14. Aug. 1591. *qui ob bene, fortiter, & præclarè geſta, pro fide, & Rege, laudem æternam meruit: quibus in negotiis occubuit in Friſia, anno* M. D. 59 Mariti mors. LXXXII. *ipſo die Venerabilis Sacramenti.*

60 Arma familiæ, Quæ ſequuntur, ad familiarium inſignia ſpectant.

61 Et gentium conſanguinearum. *Quadratum in medio, Hamala cum Lalanis inſignia:*

Ad dexteram ſuperiùs, Lalanorum Comitum in Hannonia:

Inferiùs, Luxemburgenſium Ducum, unà cum Lesbauxorum, Andrearum Ducum, in Gallia mixta:

Ad ſiniſtram ſuperiùs, liberorum Comitum de Rennenberghe in Germania ſuperiori, ſive ultra Rhenum:

Inferiùs, Culenburgicorum Comitum, Ultrajectinis Gheldriiſque limitaneorum, id eſt in Inferiori Germania, ad Leccam.

62 Locus exſulum ubi. Inſuper in hoc templo locus exſulum oſtenditur, qui in hanc urbem antiquitus confugere ſoliti ad aſylum: idque non more ſolùm Majorum, ſed Principis etiam privilegio. Archiv. urbis. Diploma Ludovici Malcani anno 1351. Eſt autem ſupra Chorum qui olim S. Crucis, nunc D. Hilduardi dicitur: ſed per nuperas turbas omnia everſa; ne tabulatum quidem ſupereſt: fornices ſupernè nudi jacent.

63 Templi Latina monimenta. Præter monimenta quæ ſparſim hìc illìc dedi, pauca hìc ſuperſunt cum inſcriptione Latina: quæ hìc viſum dare, ne curioſum lectorem aliquâ parte fruſtrer.

64 Henrici van Damme. *Henricus de Damme magiſter in artibus, hìc ſub Albo ſarcophago ſepultus, obiit anno Domini, milleſimo, quingenteſimo, quoque quinto. Menſis Julii* 19. *eius anima vivat ſuper æthera, amen.*

D. O. M.

Genere & moribus ornatiſſimæ Matronæ,
CATHARINÆ A POTTELSBERGHE,
Conjugi ſuaviſſimæ, 65 Catharinæ Pottelsberghe.
Nobilis vir CAROLUS A CATS,
Dominus de Oſtenda,
ætatis ſuæ anno LXII.
ſibique, & poſteris vivus poſuit.
Obiit illa anno à Chriſto nato M. D. LXIX.
VII. *Idus Februarii:*
cùm vixiſſet annos XLI.
quinque relictis ex ſeptemdecim prolibus.
Hic verò . . . .

S. T. T. L.

Agapitus Foſſanus, nobilis Romanus,
Eques SS. MAURITII *&* LAZARI,
cùm ad bellum Belgicum contra hæreticos veniſſet,
poſt longam infirmitatem, 66 Agapiti Foſſani.
multâ cum patientiâ, & devotione,
animam reddidit Deo Factori,
XXII. *Sept. anno* M. D. LXXXIV. *à Chriſti natali,*
ætatis verò ſuæ XXX.

D. O. M.

E T

Magiſtro Henrico Cares
Weertenſi,
Hujus tum temporis florentiſſimi Gymnaſii Rectori,
qui à Senatu ſtipendium, & domicilium, 67 Henrici Cares.
ad Inſtitutionem Scholarum,
primus accepit anno
M. D. XL.
& obiit XIII. *Julii, anno* M. D. LVII.
Conjux verò ELISABETH BAEX
XXVI. *Febr. an.* M. D. LVI.
requieſcat in Pace.

Mnemoſynon Illuſtris Capitanei
Livii Marcei,
hìc ſepulti:
qui deceſſit IX. *Decembris, anno* M. D. LXXXIV. 68 Livii Marcei.
Anima ejus beatorum conſortio
fruatur.

Monumentum honorabilis Viri D. Jacobi vander Meeren, filii Adami, ex matre Catharina 69 Jacobi vander Meeren. *s'Hertoghen, Paſtoris hujus Eccleſiæ, & Canonici & Decani Chriſtianitatis, ætatis ſuæ* 68. *obiit anno* M. DC. IX. XXII. *Maii.*

Tempora Guillelmo veniebant nubila ſoli,
Baeyſtius in terra nil niſi terra jacet. 70 Guilielmi Bayſt.
Presbyter inſtituit Juvenes, puerosque tenellos,
ſplendida quos fovit Teneramonda ſinu.
Præfectuſque Scholis, vigilanti pectore, curat
Præſulis inſignis munia rara ſui.
Abſtulit atra dies triſti modulamina cantus,
Omnibus inſidiis mors fera quemque manet.
Da Pater omnipotens, placatus ſanguine nati,
Spiritus emergens ſidera clara petat.
Triſtia diſcipulus poſuit monimenta Magiſtro.
Invide poſt cineres, protinus æger abi.

Quod ſequitur brevi cum mnemoſyno ponendum Clariſſimus Vir Jacobus Brueſſegemius Teneræmondanus, Medicus Reipublicæ, & arcis Gandenſis, amicus noſter, nobis tranſmiſit: quod præ ceteris ob elegantiam hìc locum meretur.

Chriſto nato eiuſque Matri

S. 71 Mariæ Sexagiæ,

& æviternæ Memoriæ
Mariæ Sexagiæ,

Jacobi

Jacobi Sexagii, Viri ampliſſimi
& in Curia Brabantiæ Conſiliarii
æquiſſimi, & ſapientiſſimi,
filiæ:
quæ ſic ſemper vixit,
ut omnes illi vitam longam optarent;
ſic mortua eſt,
ut mortem ipſam amplecteretur.
Sed &
Joanni Mariano pupulo,
qui utrum formoſior, an blandior fuerit,
dubium reliquit:
Jacobus Brueſſeghemius
Medicus & Senator, maritus, & parens,
Conjugi, & Puſconi dulciſſimis
cum luctu, & lacrymis. P.
Vixit illa annis XXVI. *menſes* IV. *dies* XI.
diem ſuum in puerperio clauſit:
antè tamen filiolum hunc enixa.
Anno Chriſti M. D. C. II. XVII. *Kal Julii, horâ* IX.
matutinâ. Et poſt annum orbo patre relicto,
commune thalami pignus ad ſe vocavit
Triſmegiſtos.

Ejuſdem in uxoris mortem feliciſſimum anagramma Chronicon, & in id Clariſſimi Viri Cornelii à Marca, Euripidis & Senecæ Belgici teneros verſus, ob elegantiam, amici affectum, ejuſque optimæ conjugis memoriam, hic addo; ut hoc caput docto Corollario claudam.

72 Ad eamdem Anagramma Chronicon.

MarIa De ſeſtICh.

aCh! M'Ita DeſerIs?

73 In illud Carmen.

Quò properas mea vita? Nimis properaſſe dolebis,
Huc ubi ſollicitos ventilat urna reos.
Cur M'Ita DeſerIs? aCh! *Quis te malus abſtulit error!*
Non potes ambiguam ſola redire viam.
Nec ſum ego, vel plectro qui te, vel carmine ducam:
Non exorato ſtant adamante fores.

Bis ſena poteras luſtra mecum vivere;
Si nominis quadraſſet auſpicium tui
Sexagia; *ſed te Lacheſis inſontem abſtulit*
Properata nimium: dum tibi pigros malè
Lucina nexus languidâ intricat manu.
Nondum alter annus cœperat parilis tori;
Et fugis; & atram tota libitinam induis.
At ne ſilentem ſola corriperes fugam,
Ille tuus, ille meus, &, ô! thalami brevis
Commune pignus, bimulus nondum, occidit:
Et ponè matrem ſubit: & Elyſio vagus
Quærit papillas, anxium oblitus Patrem.

CAPUT III.

De Templo D. Ægidii.

1 Templum D. Ægidii à quo conditum.

PRÆTER D. Mariæ Parochiale, Templum alterum eſt intra muros, *D. Ægidio* ſacrum: conditum olim à *Machtildi* Teneræmondæ Domina. Id in Urbe parum loci complectitur: latiùs ſe peregrè diffundit. Fuerat à prima origine Hoſpitale S. Ægidio nuncupatum; ſed paucis pòſt annis verſum eſt in Cœnobium Ordinis Ciſtercienſis. Cùm autem locus multâ uligine noxius videretur; tranſlatum Monaſterium in Parochiale Templum Swivecanum: unde Abbatia Swivecana nomen nacta eſt. Quia verò Paſtoratus Swivecanus, cum ſacris, in templum Ægidianum tranſlatus eſt; factum inde, ut pagus mutato nomine, S. Ægidii vocetur, qui ante Swiveca dicebatur. Cui rei duo diplomata lucem, & fidem dabunt. Quorum prius hoc eſt:

Archiv. Swivec. Diplom. anno 1223.

2 Quomodo Parochiale factum.

3 Parochia quomodo antè dicta.

4 Ad ſuperiorum fidem Diploma unum. Ibidem.

Godefridus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, viris venerabilibus, Affligemenſi, Ninivenſi Abbatibus, &c. W. Archidiacono in Antverpia ſalutem in Domino. Cùm ad inſtantiam venerabilis Machtildis Dominæ Teneræmondenſis de conſenſu H. Perſonæ de Sweveke, & Walteri Presbyteri, ſalvo jure ſuo, in commodum religionis, & utilitatem, de loco in locum infra Parochiam de Sweveke aptiorem, in divini ſervitii amplificationem, de religione in aliam devotiorem ſufficienti congregationis ordinatâ, & confirmatâ ſuſtentatione, Hoſpitale S. Ægidii extra Teneræmondam ſitum, localiter, nec non & ſpiritualiter conceſſimus transferendum; veſtræ, cui majora committeremus, committimus fidelitati, quatenus ubicumque expediens fuerit infra ambitum dictæ Parochiæ de Sweveke, novæ religioni ibidem inchoandæ, non ſolùm Perſonatus; ſed etiam Presbyteratus jure per recompenſationem, ſive bonam æſtimationem, ſive per alium competentem modum, nunc ſalvo & in poſterum ſalvando, & ſufficienti Congregrationis proviſione ordinatâ, & confirmatâ, ſitum convenientem, & formam religionis devotam, ac competentem, ex noſtra parte concedatis ad nos quidquid ibidem duxeritis ordinandum, ut confirmemus referentes. Si verò vos tres non contigerit intereſſe, nihilominus ea duo veſtrûm exſequantur, abſque præjudicio juris alieni. Datum feriâ V. poſt feſtum B. Lucæ Evangeliſtæ, apud Cameracum, anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio.

Alterum eſt hujuſmodi:

5 Et alterum, Ibidem.

Godefridus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes litteras viſuris Salutem in Domino. Univerſitati veſtræ notum fieri volumus, quod cùm nos ſpecialiter dediſſemus in mandatis W. Affligemenſi, & R. Ninivenſi Abbatibus, & W. Cameracenſi Archidiacono in Antverpia, ut perſonaliter accederent apud Swiveke, ad conſiderandum locum competentem, in quo poſſet clauſtrum Sanctimonialium Ciſtercienſis Ordinis infra ambitum Parochiæ de Swiveke collocari, ſalvo jure Perſonæ, & Presbyteri Parochialis; ipſi nobis retulêrunt, quod in dicta villa, ubi prius ſita erat Eccleſia Parochialis, locus eſſet aptus, competens, & idoneus ad prædictum clauſtrum ædificandum Ordini ſupradicto: locus verò Parochiæ

com-

competentior, ubi prius erat clauſtrum, quàm Perſonæ, & Presbytero ſatisfactum ſit; ſicut nobis conſtat per litteras virorum venerabilium Abbatum prædictorum, & W. Archidiaconi in Antverpia. Nos huic mutationi noſtrum conſenſum adhibuimus, & adhibemus, cum favore prædictis Monialibus Epiſcopali auctoritate, dictum locum ubi ſcilicet erat prius Parochialis ſedes, præſentibus litteris confirmantes. Inhibentes arctiùs, ne quis aliquâ temeritate præſumat huic confirmationi contraire. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo, feriâ quartâ poſt feſtum S. Barnabæ Apoſtoli.

6 Sacellum Anachoreticum ubi.

Juxta prædictum D. Ægidii templum, Sacellum olim fuit, & domicilium Anachoreticum: quod per nuperas belli turbas ſolò æquatum eſt.

7 Quid olim.

Fuiſſe hoc antiquitus templum prioris Beghinaſii, ex Archivis Swivecanis moneor:

Tabul. an. 1435.

ubi vocatur *Capella veteris curiæ Beghinarum.* Habuit inibi Abbatia Swivecana Sacellaniam,

Ibidem.

quam etiam Cantuariam vocant; cujus *officium de more* jubet *obiri Eliſabeth Abbatiſſa in commemorationem*, inquit, *noſtri Monaſterii primæ, & principalis originis.* Unde & illud conſtat: Sacellum hoc primò fuiſſe partem Hoſpitalis S. Ægidii, inde Cœnobii Ciſtercienſis; poſtmodum templum Beghinaſii; & denique Anachoretriç ſive Incluſæ, ut vocant:

8 Quamdiu ſteterit.

ſteteratque ad quatuor pene ſæcula, quando ab externis in communi illa temporum calamitate everſum. Nunc ibidem præter rei memoriam, nihil ſupereſt.

CAPUT IV.

De Bogardis, Alexianis, & Cappucinis.

1 Quæ hic Cœnobia deſierint. Lib. M.S.

INTER Monaſteria ſexûs Virilis, olim Bogardicum fuit, & Alexianum; ſed utrumque à multo tempore alios in uſus converſum.

2 Monaſterium Cappucinorum.

A Bogardis tamen nomen pontis & plateæ adhuc uſitatum. Unicum ſupereſt Ordinis D. Franciſci Cappucinicæ reformationis, medio urbis loco, rivo adlabente, & horto amœnum: quibus tamen pro ſancto & frugali vitæ inſtituto, utuntur magis quàm fruuntur. Conditores, & annum hæc lapidis ad limen inſcriptio indicat:

3 Ibidem lapidis inſcriptio.

Deo Opt. Max. & Divo FRANCISCO *fratribuſque* CAPPUCINIS *Dominicus* IDIAQUES, *pro Majeſtate Catholica urbis Teneræmondenſis Gubernator, & unius Cohortis Hiſpanicæ Dux, hoc Monaſterium cum ſuis militibus dedicarunt anno* M.D.XCVI.

CAPUT V.

De Abbatia S. Brigittæ.

1 D. Brigittæ Cœnobium. Archiv. Abbatiæ.

UTriuſque Sexus Cœnobium Deo Servatori dicatum, ex Conſtitutione Brigittana, totâ Flandriâ diu nullum fuerat: tandem diligentiâ potiſſimùm Petri vander Helſt primùm hic ſtructum. Is multo antè tempore in id incubuerat: ubi verò comperit Mariam Clivienſem, Philippi Boni ſororem, Brigittanis amiciſſimam, Bruxellas veniſſe; eò profectus, ab illa ad Iſabellam Portugallenſem commendaticias huic Inſtituto impetravit: eòque rem deduxit; ut Iſabella Eccleſiaſten ſuum Cameracum miſerit: qui non ſine moleſtiâ, & difficultate à Capitulo Cameracenſi, & Teneræmondano motus, tandem Epiſcopi aſſenſum impetravit; quem Pontifex ratum habuit. Archiva Abbatiæ anno 1465.

Lectus eſt ſtruendo Monaſterio locus, dictus *Opt laer*, ad ea tempora fornicibus infamis. Interea Iſabella Princeps ſcriptis Ducis-ſylvam litteris ad Abbatiſſam Brigittani Ordinis, impetravit novæ Coloniæ aliquot Moniales. 2 Unde huc.

Itaque inde miſſa eſt Maria van Os, cum aliis tribus Monialibus, & Fratre Hermanno Vermuyden à confeſſionibus & fratre Joanne van Wouteren Adjutore. Ibidem 1466.

Hi omnes venêre Teneræmondam, tanto civium applauſu ut adventantibus uno paſſim ore acclamarint: *Tam grati ſitis Deo, quàm eſtis nobis.* Sequenti Feſto Purificationis ſolenni ſupplicatione deducti omnes à Canonicis, & Senatu in Cœnobium: ubi Monialium tradita cura Mariæ van Os. Ibidem 1468.

Aliquanto pòſt, fortè fortuna ipſo D. Brigittæ, Teneræmondam venit Iſabella Princeps, & cum ea Margareta Eboracenſis, Eduardi Angliæ Regis ſoror, conjux Caroli Burgundi, quem Audacem poſteritas vocavit (cujus tanto apparatu celebratæ Brugis nuptiæ, ut præ eo Antonii, Cleopatræ, Apicii, & Heliogabali luxus, meræ ſordes & rus merum.) 3 Iſabellæ Principis adventus. 4 Nuptiæ Caroli Audacis & Margar. Eboracenſis quales Barland. Chron. cap. 113.

Cumque hic omnia parata eſſent ad ſtructuram templi, rogata eſt primum in fundamento ſaxum ponere: quod fecit; ſuppoſuitque & illa, & futura nurus, ſingulę numum aureum. Poſt hæc facta electio primæ Abbatiſſæ, Mariæ Van Os: & Confeſſoris, Patris Joannis van Kets: peractæque ceremoniæ inaugurationis, & novæ profeſſionis, idque propter affluentium undequaque multitudinem, in novo templo: cujus opus quinos ſupra terram aut ſex pedes ſurrexerat. 5 Prima Abbatiſſa quæ. Archiv. Abbatiæ anno 1471.

Eodem die datum loco nomen *Mariæ Thronus*, & decreta ſolennis clauſura: atque hoc Cœnobium, quod hactenus Abbatiæ Aquę-Marianæ juxta Sylvam-Ducis fuerat obnoxium, emancipatum eſt, factumque ſui juris: & exinde totius Cœnobii adminiſtratio, quæ antè penes Confeſſorem fuerat, ad Abbatiſſam de more hujus Inſtituti tranſlata. 6 Monaſterii nomen. Ibidem.

Fortè ob reverentiam, quæ debita D. Brigittæ Ordinis auctori, Regiæ Danorum ſobolis. In cujus rei ſymbolum, Moniales in hunc uſque diem aureum in digito annulum geſtant: & ornantur in capite coronâ candidâ, purpureis diſtinctâ notis; in fronte, occipitio, temporibus, & vertice: mutatis Regiæ thiaræ lapillis, in quinque Chriſti Regum Regis vulnera. 7 Quare hic ſequior ſexus imperet.

Erat autem D. Brigitta ex Suevis oriunda, Daniæ Regis filia, Neritiæ Princeps. 8 D. Brigitta quæ.

Octo liberos habuiſſe dicitur, quorum omnium conſecrata memoria: mares quatuor, & fæminas totidem. 9 Ejus liberi.

Marito vitâ functo, cum filia Catharina Solymas profecta eſt: 10 Peregrinatio.

rever-

11 Ad Pontificem ſcriptio. Meyer an. 1334. reverſaque Romam ſcripſit Gregorio Pontifici, qui in Gallia ſedem habebat, Dei voluntatem eſſe, ut Romam rediret. Sederunt autem Avenione Pontifices ordine ſeptem, Gallici omnes
12 Qui in Gallia Pontifices ſedem habuerint. Platina vitâ Clementis V. ſanguinis: quorum primus *Clemens* eo nomine V. natione Vaſco Epiſcopus antè Burdegalenſis, qui Româ Sedem, Cardinales, & Curiam tranſtulit, & quo magis ea mutatio perennaret,
13 Avenionis emptio. Matthæ Villaneus 1. Annal. Platina vitis PP. & Meyer. 1334. emit eam urbem à Joanna Siciliæ & Neapolis Regina ſibi & poſteris Pontificibus, tricies mille florenis aureis. Illum ſecuti ſunt *Joannes XXII.* Cadurcus, *Benedictus XII.* Tholoſanus, *Clemens VI.* Lemovix, *Innocentius VI.* Lemovix, *Urbanus V.* Lemovix, & *Gregorius XI.* Lemovix: qui
14 Sedem quis Romam transtulerit. Sedem ex Gallia Romam tranſtulit, an. M.CCC. LXXVI. ſeptuageſimo quarto, poſtquam Avenione fuiſſet: magno Italiæ, & præſertim urbis
15 Pontificum abſentiam quid in Italia ſecutum. Platina vitâ Clementis V. Romæ damno. Pontificum enim abſentiam ſtatim ſecutæ ſunt urbium defectiones, novorum Principum lectiones, Venetorum cum Ferrarienſibus bella, Hetruriæ concuſſio, Galliæ
Idem vitâ Joannis XXII. Idem vitâ Clementis VI. Idem vitâ Innocentii IV. Ciſalpinæ motus, Henrici Cæſaris in Italiam irruptio, ejuſdem ſuſpecta mors, in Bavarum conſpirationes, Pontificum novæ lectiones & inde ſchiſma, Neapolitani regni turbæ, Romæ ob libertatem tumultus, Venetorum & Genuen-
† Idem vitâ Urbani V. * Idem vitâ Gregorii XI. ſium mutuæ clades, totius Italiæ turbatio, † Vicecomitum ſtrages, * Cypri vaſtatio Genuenſium auſpiciis, Famaguſtæ deditio, Perini Regis de ſalute pactio, & tributum, Pretenſis urbis invaſio, populorum ab Eccleſia ſeceſſio, Britonum Siſenriæ clades, miſeranda Siſenratum cędes, Romæ denique frequentes mœnium, Templorum, ædium ruinæ, ſolitudo, barbaries. Quæ maximè res & Brigittam ad monendum
16 Liberum Epiſcopi reſponſum. impulit, & Gregorium ad parendum. Acceſſit inſuper liberum Epiſcopi cujuſdam reſponſum, qui cùm à Pontifice rogaretur, quid cauſæ eſſet, quo minùs ad ſuam ſe Eccleſiam reciperet: Et quid, inquit, cauſæ eſt, cur tu, ô Pontifex, non ad tuam? Satis apertè Romam innuens. Itaque rediit ille, ut dixi, Romam: ſive D. Brigittæ monitu, ſive aperto Epiſcopi reſponſo, ſive demum ſuopte conſilio, cùm tot Italia calamitates, & ipſius Reginæ quondam urbium Romæ, fando audiret, animo cerneret. Sed non ideo præreptæ occaſiones ſchiſmatum in Eccleſia, & turbarum in Italia: quorum illa paulò pòſt ita Eccleſiam occuparunt, ut eodem tempore tres ſimul Pontifices Europa viderit: quæ tempeſtas aliquamdiu Eccleſiam, & omnes pæne provincias vehementer conquaſſavit, ſævientibus undique odiis, & in mutua excidia hominum furore comparato: hæc verò multos poſtea annos perdurarunt, ingenti totius Italiæ clade. Neque tantùm collyria potuêre, ut non ſubinde quæ malè coïerant vulnera, fędiùs eruperint, & ſæviùs in vicina membra malum contagio propagarint. Tandem verò prædicta Bri-
17 Brigittæ mors. gitta poſt multas revelationes, & vaticinia, quæ in volumen, quod exſtat, ipſa retulit, Romæ decedens, ad ſuperos abiit: ubi immortalitate gloriæ fruitur, ut hic nominis & ſancti per ordinem Inſtituti. Hujus Monaſterii ędificia communis pridem calamitas evertit; ſed Antiſtitæ 18 Monaſterii reſtauratio.
diligentiâ, & conſilio Reverendi Patris Jacobi van Loughenhaeghe paulatim reſtaurantur. Series autem Abbatiſſarum eſt hæc: *Maria van* 19 Abbatiſſarum ſeries.
Os, *Margareta Lombaerts*, *Magareta van Laere*, *Amelberga vander Beke*, *Beatrix Ridders*, *Anna Snaers*, *Heylwigis vanden Broecke*, *Anna du Bois*, *Barbara Taſſe*: quæ nunc præeſt, pietate, & prudentiâ inſignis. Patres autem qui per 20 Et Confeſſorum.
ordinem pręfuêre ſunt hi: *Joannes Kets*, *Joannes Otteren*, *Joannes de Oſt*, *Robertus van Inxhem*, *Petrus Caelebaert*, *Jacobus Algoet*, *Georgius Verpletſen*, & *Jacobus van Loughenhaghe*, de quo vide Coronide noſtri operis. Lib. 3. cap. 9. num. 11.

Porrò ſingulari pietate, & exemplo eò exiſtimationis hoc Cœnobium devenit, ut hinc velut ex ſeminario alterum Inſulis ſuccreverit, quo ipſa Antiſtita Anna du Bois, cum ſex Monialibus abiit, novæ plantationis ergò: ubi non ſtitit curſûs ſui impetum; ſed & inde Atrebatum hæc norma Religionis propagata eſt. Structa ſunt & alibi alia hujus generis Cœnobia; ſed pauca per totum orbem, nimirùm hæc:

In Swecia, *Monaſterium Watzinenſe*, *in diœceſi Lincopolenſi*. 21 Brigittani Inſtituti Cœnobia. Archiv. Abbatiæ.
In Finlandia, *Vallis Gratiæ*.
In Livonia, *circa Revaliam*.
In Pruſſia, *Dantiſci*.
In Pruſſia, *Erilingæ*.
Circa Stralaskium, *Mariæ Corona*.
Propè Lubecam, *Mariæ Vulnus*.
In Dacia, *Mariæ Sylva*.
In nova Zuylandia, *Mariæ Ager*.
In Nortwegia, *Muncolivia*.
Propè Norimbergam, *Mons Gratiæ*.
In Bavaria, *D. Haſtonis*.
In Italia, *Genuæ*.
Propè Florentiam, *Paradiſus*.
In Anglia, *Sion*.
In Brabantia propè Sylvam-ducis, *Aqua Mariæ*.
In Civitate Campenſi, *Campus Mariæ*.
Juxta Amersfordiam, *in pago Zoeſt*, *Mariæburgum*.
In Hollandia, *Goudæ*, *Stella Mariæ*.
Propè Coloniam, *Mariæ Vorſt*.
In Clivia, *Mariæ Arbor*.
Trajecti, *Mariæ Vitis*.
Propè Antverpiam, *in Mishaeger*, *Sion*.
In Hollandia, *Briele*.
Romæ Hoſpitale S. Brigittæ.

CAPUT VI.

De Abbatia Swivecana.

INter alia quæ fœminei ſexûs, ultimæ antiquitatis eſt Abbatia S. Mariæ Ordinis Ciſtercienſis: quam fundavit *Machtildis* Teneræmondæ Domina, mutato Hoſpitali S. Ægidii, quod paulò antè ſtruxerat, in Cœnobium cum omnibus emolumentis, & redditibus, quæ antè fue- 1 Abbatia Swivecana. 2 Fundatrix. Archiv. Abbatiæ anno 1221.

fuerant Hoſpitalis, cum aliis de novo fundis, cum ſua tum aliorum liberalitate. Qua de re hoc exſtat diploma:

3 Ea de re Diploma. Ibidem.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Sciat univerſitas veſtra, tam poſterum, quàm præſentium, quòd ego Machtildis Domina de Tenremonde, in ſpe Divinæ clementiæ cultum Domus Domini ampliari deſiderans, Domum S. Ægidii in Tenremonde temporibus meis factam, cum ſuis appendentiis, ad ſtruendam Abbatiam Sanctimonialium Ordinis Ciſtercienſis liberè contuli, & approbavi. Eam verò cum ſuis perſonis, & poſſeſſionibus, nec non & omnibus bonis, à me vel ab aliis collatis, vel in poſterum conferendis, ſub noſtra, ego, & dilectus filius meus Robertus, nec non & ſucceſſorum meorum protectione ſuſcepimus, ut autem ampliori dicta noſtra Domus gauderet beneficio, bonis à noſtris feudalibus ad opus Abbatiæ in manus noſtras reſignatis, ſcilicet terrâ Rengoti, & terrâ Heribrandi, nec non & bonis à nobis intuitu divinæ remunerationis collatis, ſcilicet Peerbroeck, & Meerbroeck ad nos pertinente, Brulo, Molendino juxta foſſatum apud Tenremonde decima noſtra in Hamme, decima de Herdebure, & piſcatione cum una nave in aqua quæ vocatur Denre, à Molendinis ſupra, eam donavimus; hæc autem ſupra dictæ Domui ſicut juſtè modo poſſidet, vel in poſterum poſſidebit, liberè confirmamus. Et ne aliquis ſupra dictæ Domui violentiam inferre attentaverit, præſentes litteras ſigillorum noſtrorum munime corroboravimus, quod ſi quis auſu temerario noſtræ donationi contraire præſumpſerit, ſciat ſe indignationem Dei omnipotentis, & noſtram incurſurum. Teſtes, Joannes Archidianus Brabantiæ, Wilhelmus Archidiaconus in Antverpia, Cameracenſis Diœceſis, Ghiſelbertus Presbyter de Gandavo, Arnulphus Presbyter de Opwyck, Wilhelmus de Betunia, Hugo de Gandavo, Sigerus frater ejus, Ghiſelbertus de Raſſenghem, Joannes de Betunia, Ægidius de Morſoka, Margareta de Tenremonde, Margareta de Betunia, Machtildis Domina de Raſſenghem. Actum anno milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo tertio, quinto Idus Octobris.

Sigilla in Archivis ſpectantur Machtildis, & Roberti: illius lilium inſigne erat, ſine ulla inſcriptione; hujus verò, antiqua arma gentis Betuniæ, cum hac epigraphe: *Secretum Roberti de Betunie.* Ex hoc diplomate etiam illud liquet, Sorores Hoſpitalarias mutato vitæ genere, Ciſtercienſem normam aſſumpſiſſe. Quod hæc verba innuunt *cum ſuis Perſonis & poſſeſſionibus.* Quò etiam ducunt verba Godefridi Cameracenſis Epiſcopi, diplomate quod ſupra dedi: *De religione, in aliam devotiorem.* Et rurſus de tranſlatione, *localiter*, inquit, *& ſpiritualiter.* Huic Machtildis mutationi indultum conceſſit Godefridus, quem dixi, deditque inſuper optionem ſive ad D. Ægidii, ſive in parochia Swivecana ſtruendi Monaſterium; unde videre licet, ad tempus ſolùm hoc Hoſpitale Virginum Domicilium ab ipſis initiis deſtinatum, & à prima origine alium in mente fuiſſe Machtildi

Lib. 2. cap. 3. num. 4.

Archiv. Abbatiæ. Diplom. 1223.

locum: quod ſequentis anni ejuſdem Præſulis diploma oſtendit, quo dat Abbatibus Affligemenſi, Ninivenſi, & Antverpienſi Archidiacono negotium ſeligendi aptum in Swiveca locum. Quæ res cum morte Machtildis impediretur, aliquanto pòſt, Margareta Domicella de Teneremonde cùm ſtudio in hoc Cœnobium ſorori non cederet, ſummo ad id conatu inſtitit apud dictum Præſulem: apud quem eo juſtior erat poſtulatio, quòd ſanguine eſſet junctus. Itaque procurato ſolo & Roberti Teneræmondæ Domini aſſenſu, ſalvo jure Patronatus, Cœnobii tranſlationem confirmavit: quæ facta Adelwide primâ Abbatiſsâ, quinto anno poſt inſtitutionem: hâc præſertim allatâ ratione: *quòd in dicta villa, ubi prius ſita erat Eccleſia Parochialis, locus eſſet aptus, competens, & idodeus ad prædictum clauſtrum ædificandum Ordini ſupradicto; locus verò Parochiæ competentior, ubi prius erat clauſtrum.* Sed illud hìc notandum eſt, templum D. Ægidii non fuiſſe eâ tempeſtate intra mœnia, ut nunc eſt: itaque non viſa ea mutatio uſque adeo incommoda, atque nunc videri queat: ubi maxima Parochiæ pars mœnibus excluditur. Etenim dicta Margareta cùm cælebs eſſet, legavit huic Abbatiæ præter *decimas Molenbecæ, omnia ſua mobilia, & omnia quæ propriis denariis comparavit, in Parochia de Appels, in palude Sancti Odolphi, & in Parochia de Opwyck tam in decimis, quam in terris: & terram ſitam in Greffeninghe, quæ vocatur Silanghenvelt, & tres manſiones ſuas juxta Sanctum Ægidium, & decimam ſitam in Parochia de Bella, & decimam ſitam in Swiveke, & terram quamdam ſitam in Parochia de Meſpelaer.* Inter cetera etiam Dominium pagi Sanctæ Appolloniæ vulgò *Appels*; cum omni juriſdictione civili, & criminali in totum pagum; *excepta hereditate Domini Teneræmondenſis, & in ſervis ejus.* Hanc Materteræ Donationem, ut antè Matris, Robertus ex ſorore nepos, Teneræmondę Dominus non confirmavit ſolùm; ſed & ipſe erga dictum Cœnobium valde fuit munificus: deditque quatuor *bonaria terræ, cum cenſu quæ coluntur pro medietate fructuum, quintam garbam* (id eſt manipulum) *unius Bonarii*: Præterea *terram cum vinea juxta Eccleſiam de Swiveke ſitam, retentâ Juſtitiâ, quam ſecularis Princeps in bonis Eccleſiæ debet habere. Hæc & omnia quæ dicta ſunt, ſunt ſita inter pontem Balduini, & locum illum qui dicitur Scluſa, juxta novum caſtrum.* Inſuper *Pomerium & nemus, & herbagium terræ de Oye, quæ omnia ſita ſunt inter molendinos novi caſtri, & Scluſam, contulit in eleëmoſynam, liberè & pacificè poſſidenda. Ita tamen, quod ſi fortaſſis inundantibus aquis Scluſa rumperetur, vel aliquo modo neceſſe haberet reparari, non exſpectato mandato vel voluntate Monialium, de nemore, & de terra dicta, pro voluntate ſua capere poſſet ubicumque vellet, ad reparandam Scluſæ rupturam, & reficienda molendina. Item ſi nimia aqua excreverit inundantia, poſſet & deberet Scluſam rumpere, ubicumque voluerit.*

Ibidem 1224.

4 Cœnobii tranſlatio. Ibidem 1227. Ibidem 1228. Ibidem.

5 Ejus cauſa.

6 Margareta de Tenræmondæ liberalitas. Diploma Roberti Anno 1226. Diploma 1232.

Diploma 1233.

7 Et Roberti Teneræmondæ Domini. Diploma 1232.

Diploma 1227.

Diploma 1231.

Diploma 1231.

luerit, & per terram Monialium quaſi curſum aquæ Diploma 1241. *facere, ad liberanda Molendina.* Præter hæc conceſſit illis *ventimolendinum* in Cœnobii, & aliorum uſus.

Diploma 1243. Vide Oudegherſte Annal. cap. 79. *Immunitatem* etiam *à vectigalibus, & pedagiis. Piſcationem* inſuper *in Tenera ſupra Scluſam, cum omni in eam jure, excepto ſuo conductu* (id eſt protectione & dominio directo:) Et ſimul *Piſcinam quam Vliet vocant:* cujus donationis diplomate Diploma 1245. ſcribit hoc modo: *Robertus Dei providentiâ Advocatus Atrebatenſis*, &c. Idem *vendidit Monialibus nemus octo bonariorum, trecentarum virgarum, quod Waranda dicitur* (juxta Cœnobium:) Diploma 1248. *idque in francum alodium, liberè, & ſine exactione aliquâ, reſervatâ tamen altâ Juſtitiâ ſibi, & heredibus.* Præter dictas largitiones, confirmavit Abbatiæ varia variorum dona: & tandem pro anniverſario ſuo legavit triginta libras Flandricas, ſemel; aut ſi mallent pro ea ſumma redditus [8] Ejuſque Conſanguineorum & affinium. annuos. Hujus exemplum matriſque, & materteræ, amplâ liberalitate ſecuti ſunt, [a] *Gulielmus* frater, Pontis-rorardi Dominus, cum *Iſabella* uxore, & filio *Ægidio*, [b] *Machtildis* filia, *Guido* gener, [c] *Margareta* Flandriæ Comitiſſa, *Guidonis* mater, [d] *Joanna* Flandriæ Comitiſſa *Guidonis* matertera, [e] *Inghelrammus de Tenremonda*, [f] *Gulielmus de Grimbergis*, *Roberti* avunculus, [g] *Machtildis Roberti* ſoror, cum filiis [h] *Gerardo*, & [i] *Roberto*, [k] *Robertus*, & [l] *Gulielmus*, *Guidonis* filii, [m] *Joannes Guidonis* ex *Gulielmo* nepos, [n] *Leonius* Caſtellanus Bruxellenſis cum uxore [o] *Sophia*, [p] *Oda*, *Sophia* ex *Arnoldo Grimbergenſi* Domino, filia, cum fratre [q] *Arnoldo de Grimbergis*, [r] *Ægidius* miles *de Morske*, aliique cumplures. Diruta demum eſt hæc Abbatia, fatali nuper antiquitatum, & religionis tempore: adeò ut præter parietinas, & amœniſſimum ad Teneram in colle ſitum, nihil ſuperſit priſcæ majeſtatis. Abbatiſſarum ſeries ab origine, & anni quibus vixerunt, & Conventionibus & diplomatibus ejus libri, cujus frequens hac deſcriptione mentio eſt hæc contrà atque ejus libri capite habetur, ubi varia variorum interpolatio, uti primâ facie liquet:

a Diploma anno 1232.
b 1249.
c 1257.
d 1243.
e 1248.
f 1227.
g 1241.
h 1246.
i 1271.
k 1297.
l 1311.
m 1320.
n 1267.
o 1239.
p 1236.
q 1230.
r 1228.

[9] Series Abbatiſſarum. Ex Martyrologio.

Helwidis anno M. CC. XXIII. electa vixit adhuc anno M. CC. XXXII.
Catharina M. CC. XXXV.
Delia de Leyſchot.
Eliſabeth M. CC. LVI.
Adeliſa Dei Aſca M. CC. LXIX.
Margareta vander Straeten M. CC. LXXXII.
Ida de Wienſe M. CC. XCVIII.
Beatrix M. CCC. IX.
Agnes M. CCC. XVIII.
Catharina
Catharina Schonbrouck M. CCC. XXXV.
Margareta Chriſtina ita in Epitaphio M. CCC. XLI.
Catharina van Schoubroeck M. CCC. XLV.
Margareta van Eertvelde M. CCC. LXXII.
Margareta Haecx.
Cæcilia Soiſons M. CCC. XCI.
Ibidem. *Stephana vanden Houte* M. CCC. XCVII.
Catharina Smunters M. CCCC. XVI.
Joanna Everwyn M. CCCC. XXXI.
Eliſabeth M. CCCC. XXXIV.
Catharina Smunters M. CCCC. XXXV.
Eliſabeth de Puteo M. CCCC. XXXVI.

Hæc vixit adhuc anno M. CCCC. LV. eſtque ultima, cujus prædicto codice in Conventionibus mentio. Itaque ceteras ut inveni in capite dicti libri, & ſepulchrorum inſcriptionibus ita habe.

Laurentia de Ghiſtelles obiit anno M. CCCC. LXXXV.
Alexandrina van Damme obiit anno M. D. IV.
Beatrix Pieters obiit anno M. D. XVI.

Suntque eodem conditæ monimento, quod adhuc ſupereſt.
Joanna Sbien.
Barbara vanden Eede obiit anno M. D. XL.
Clara Everaerts vixit adhuc anno M. D. LIV.
Joanna de Moye obiit Namurci an. M. D. LXXXIV.
Maria Hoegaerts obiit anno M. D. LXXXVIII.
Anna van Steelant præſens hujus Cœnobii Abbatiſſa: quam & antiqua nobilitas commendat, & præter ceteras virtutes ſingularis morum lenitas. Hæc dum nupera Induciarum Alcedonia lætiorem promittunt rerum faciem, novum in veteri ſolo ædificium moliri cœpit: ut paulatim rebus compoſitis, in antiquas ſedes, ex urbe ſacrum ſuum agmen reducat.

CAPUT VII.

De Abbatia Waeſmonſterana Victorinarum.

Meminiſſe hîc etiam licet Abbatiæ Montiſroſarum: quæ etſi neque fundata hîc, [1] Abbatiæ Waeſmonſteranæ cur hîc mentio. neque in loco hujus Dominii; tamen nunc, & ab aliquot annis Domicilium hîc Moniales habuerunt: quare ſilentio præteriri non ſit æquum. Hanc Walterus Tornacenſium Epiſcopus fundavit, [2] Ejus auctor. Meyer. an. 1226. loco amœniſſimo, Waeſmonſteri nobili Waſiæ ad Durmam pago, evocatis ad hoc Inſtitutum ex Pratenſi Cœnobio ſpectatæ pietatis, Virginibus: quarum Primaria *Agnes* prima dein [3] Abbatiſſarum ſeries longo tempore brevis. Archiv. Abbatiæ. Ibidem. novi Cœnobii Abbatiſſa, & ab illa aliæ hoc Ordine: *Gila, Aliſia, Beatrix, Eliſabeth, Mulaert, Maria, Eliſabeth, Maria Inghels, Maria vander Veſten, Clara van Coudenbergh, Margareta vanden Daele, Margareta Thines, Beatrix Borshaeghen, Amelberga Shots, Jodoca van Steelant, Franciſca de Almaraz, Philippa Trieſt*, quæ nuper admodùm magno Virginum dolore defuncta eſt. Erat enim (ut nobiliſſimum genus omittam) prudentiâ ſupra ſexum, moribus, & pietate ad exemplum. Cui non impar ſucceſſit *Annâ de Samilan*, de cujus laudibus taceo, quia in os laudare Gnathonicum eſt.

Mutatâ cum Principe diſſidio Belgico Religione, Moniales hæ, communi cum ceteris fortunâ, in exilium actæ ſunt: unde receptâ cum Anno 1584. Principe Religione reverſæ, nihil præter ruinas ſui Cœnobii invenerunt: quod uno impetu à phanaticis exciſum fuerat. Itaque in conductas

4 Unde huc. Anno 1591.

Anno 1600.

eo loci ſe receperunt: ubi manſêre, donec populante Waſiam hoſte, & amiſſo Huluſto in tutum Antverpiam ſe contulerunt: unde huc commigrarunt: ubi dum ſunt & interdum antiquas ſedes reviſunt deſiderio veteris ſoli, & amœnitatis illicio, etiamnum ante nuperas belli inducias in antiquo fundamento nova excitarunt ædificia: velut animo præſagientes futuram felicioris ſęculi libertatem.

5 Veteris Cœnobii reſtitutio. Anno 1609.

6 An à Monaſterio pago nomen Waeſmonſter.

Ab hoc Cœnobio ſunt qui credidêre pago nomen eſſe; & dici *Waeſmonſter*, quaſi Waſię Monaſterium; ſed falli liquet, vel eo ſolo quod ſubjungam: unde non modò ejus nominis antiquitas; ſed etiam priſca pagi amplitudo patebit.

7 Ejus nominis antiquitas.

8 Et olim amplitudo. Diploma Lamberti Epiſ. Cameracenſis an. 1117. Ibidem.

Notavi ſiquidem in tabulis Blandinii, quæ hujuſmodi antiquitatum refertæ ſunt, dignum obſervatu, & quod non temerè alibi reperias: *Kemeſecam* (ſive ut nunc uſus habet Kemſecam) olim intra Waeſmonſtrenſis pagi limites comprehenſam fuiſſe (quæ duobus inde milliaribus diſtat) & demùm *ſequeſtratam, aſſenſu Lamberti Epiſcopi Tornacenſis Eccleſiam accepiſſe, rogatu Ditmanni, cum uxore Thietgarde, & liberis, qui ibidem Cœnobium virile ſtruxit, & dotavit: cujus Prælatus quem fratres eligerent, ejuſque ſucceſſores, haberent curam Paſtoralem, cum poteſtate baptizandi, inungendi, ſepeliendi, in Kemeſeke, Liekevelde, Forolta, & Clappidorpa. Eorum tamen locorum decimationem agrorum, pecorum, &c. haberet Perſona de Waeſmonſtre. Acta hac anno milleſimo centeſimo decimo ſeptimo.*

9 Kemſecæ olim Cœnobium à quo.

CAPUT VIII.

De Beginis.

1 Beghinæ à quo tempore hic.

2 Earum genus vitæ.

SUb ea tempora quibus Ciſtercienſes admiſſi ſunt, Beghinæ hìc fuêre. Hę medium vitæ genus agunt, inter Monaſticum, & ſæculare. Certis legibus omnes vivunt: de ſuo victitant: à votis liberæ ſunt. Si nubere viſum, migrant, & nubunt. Non inutili humanæ vitę inſtituto; quum ſint & in illo & in altero ſexu, qui neque libertatem ferre poſſunt, neque arctum imperium: quibus medium hoc vitæ genus ſaluti eſſe queat.

3 Domicilium cur immutatum. Lib. 2. cap. 3. num. 7. Anno 1289.

4 Et quando. Archiv. loci.

Harum prior habitatio declivi fuit loco, circa Templum Ægidianum, ut antè memini dicere, eo ipſo Domicilio quod Ciſtercienſes paulò antè meliore ſolo mutarant. Aliquanto pòſt in ſalubriorem locum conceſſerunt. Eam mutationem ratam habuit Gulielmus Cameracenſium Præſul, diplomate anni M. CC. LXXXIX.

CAPUT IX.

De Sororibus Auguſtinianis ſive nigris.

1 Nigræ Sorores unde huc. Lib. M. S.

2 Et quando. Tabulæ.

MUltò pòſt Auguſtinianæ ægris, etiam contage laborantibus miniſtrantes, & à nigris veſtibus nigrę ſorores dictæ, ex Pamelenſi Aldenardæ Cœnobio huc venerunt anno M. CCCC. XCII. & ſequenti ab Henrico de Bergis Antiſtite Confirmationem, à Canonicis verò hujus urbis Sacelli ſtruendi facultatem impetrarunt. 3 Ubi olim. Et quidem Sacellum illud adhuc ſupereſt; ſed profanatum & in uſum Scholæ publicæ converſum: 4 Cur tranſlatæ. Cùmque locus is, quem tum incolebant eſſet prope urbis portam, via maximè frequentatâ, quod contagis tempore periculoſum erat ultro citroque commeantibus, tranſlatum eſt Monaſterium in locum ut magis avium; ita priore multo ampliorem, & amœniorem.

CAPUT X.

De Noſocomio D. Blaſii.

1 Hoſpitale S. Blaſii. Archiv. Swivec. an. 1267. & 74. meminerunt.

INter pia majorum opera potiſſimum eſt ſtructurâ, & opibus Hoſpitale D. Blaſii, ante tria ſæcula, & amplius, à Teneræmondæ Dominis fundatum: qui id ideo in diplomatibus, *ſuum Hoſpitale* appellant, etſi ab aliis ditatum.

2 De eo Gulielmi Teneræm. Domini decretum. Diploma 1316.

Gulielmus Flandrenſis Roberti Betunii Flandriæ Comitis ex fratre nepos, ex conſilio Scabinorum, & aliorum, ad ægrorum curam quinque hìc ſorores inſtituit, & unum fratrem.

3 A quo confirmatum & cur. Diploma 1433.

Quem numerum poſtea Philippus Maleani gener vetuit augeri; ne quod ad ægrorum curam fundatum eſt, Sorores & fratres validi, & ampliore numero conſumerent.

4 Ibi Sorores olim quales.

Dictę Sorores multo tempore ad nulla vota adſtringebantur. Senatus arbitrio, & ſuo, ibant, & abibant, ancillarum more:

5 Quales nunc.

donec tandem nuper admodum anno videlicet M. D. II. 27. Auguſti caſtitatem, paupertatem, & obedientiam profeſſæ, ad vitam ſe Noſocomio ſacrarunt. Cùmque antè nec Paſtori, nec Epiſcopo obnoxiæ eſſent; ſed Senatui tantùm: exinde Eccleſiaſtici juris eſſe cœperunt. Curatores tamen adhuc à Senatu accipiunt: qui adminiſtrationis ſuę rationes quotannis reddunt, idque coram Scabinis.

CAPUT XI.

De Xenodochiis.

1 Xenodochium B. Mariæ.

XEnodochia ſunt duo, quorum primarium Deiparæ dicatum, ad portam Aggeris, ubi peregrinis maribus tectum, lectum, pulpamenta, & hieme ignem; exteris item concionatoribus menſam & bibliothecam majorum pietas fundavit.

2 Ibidem turris à quo tempore. Archiv. Loci.

3 Quâ lege.

Anno M. CCC. LIV. Senatus dedit huic Xenodochiò Portam aggeris, ut vocant, ad ſtruendam turrim, eâ lege, ut ſi neceſſitas poſtularet, liceret Senatui uti eâ portâ, ut ceteris opidi portis, inter quas hæc olim, ante dilatationem pomœrii. Sacellũ habet mediocre.

4 Ibi olim Sodalitas.

Lib. 2. cap. 2. num. 44. & 46.

5 Sacellum à quo ævo.

Hìc antiquitùs Sodalitatem D. Virginis fuiſſe, ſed in ſummum templum tranſlatam cum jure cudendi æris ſuprà memini. Id Sacellum ante quadringentos annos fuiſſe, ex obituario Eccleſiæ Teneręmondenſis didici: ubi ad 18. Kal. Septemb. ita legitur: *Domina Machtildis, Domina Teneræmondenſis, legavit 12. ſolidos Pariſienſes, præſentibus ad proceſſionem illius diei,*

ad

ad Domum Ægidii Cnyſ, juxta Dyckpoorte Capellam, in aſſumptione diſtribuendos præſentibus.

Ne autem mulieres & puellæ ab hoſpitalitatis beneficio excluderentur, quas cum viris
6 Xenodochium S. Joannis Evangeliſtæ. Archiv. loci. promiſcuè verſari non decet; Alterum eſt ad D. Joannis Evangeliſtæ huic ſexui, ſimile diverſorium: ubi etiam pueri admittuntur, qui
7 Ibi Sacellum ex quo. Ibidem. nondum ad pubertatem pervenerunt. Ante tria ſæcula Sacellum hìc fuiſſe manifeſtis indiciis perſuadeor. Id antequam Hoſpitalis nomen habuit, *S. Joannis ad Scaldam* dictum legi. Domus autem multò eſt recentior: nempe ab anno M. CCCC. XXXIV. Fuit & hìc olim Sodalitas; ſed quæ bellorum tempeſtate pridem intercidit.

CAPUT XII.

De Domo S. Spiritus.

1 Domus S. Spiritus à quo. Tab. an. 1545. SUpereſt domus quæ S. Spiritus dicitur. Huic occaſionem dedit Henricus Slabbaert Decanus quondam Bruxellenſis, Teneræmondæ Canonicus: qui cùm in uſus pauperum legaſſet domum ſuam quam hìc habebat; placuit tandem
Tab. an. 1432. Senatui huc transferre ſedecim mulierculárum habitationem, & varias ſparſim fundatas eleëmoſynas: ſtructumque ibidem Sacellum juxta plateam, ad liberiorem cujuſque acceſſum, quod Spiritui Sancto dedicarunt: unde loco nomen.

CAPUT XIII.

De variis ſparſim Sacellis.

1 Sacellum S. Joannis Baptiſtæ à quo ævo. PRæter loca ſacra quæ jam dixi, varia inſuper hâc urbe Sacella ſunt. Maximum, & quod antiquiſſimum habetur, eſt D. Joannis Baptiſtæ: quod parochiale oppidi templum olim fuiſſe vul-
2 Ibidem Sodalitas una. Archiv. loci an. 1533. gus exiſtimat. Ego verò auſim aſſerere non excedere quartum ſæculum. Hic Curatoribus *Waltero Lindano* Senatore, *Joanne van Belle de Scher-*
3 Et altera Anno 1555. Ibidem. *re, & Godefrido vanden Velde*, inſtituta Sodalitas Joannis Baptiſtæ, & aliquanto pòſt D. Catharinæ, quæ ſequentibus annis junctæ. Toto Anno 1414. Ibidem.
ferè pòſt ſeculo Turris ex vivo ſaxo ad culmen ſtructa eſt, cujus ſaxi ſumptus cum inſigni peribolo ſive lorica, fuit ſedecim librarum Fland. & pauló ampliùs. Epiſcopus Cameracenſis locum dedicavit anno M. CCCC. XLVI. In ea dedicatione 4 De exiguo congiario annotatio.
Congiarii loco data Epiſcopo libra Pariſienſis, Sacellano quatuor ſolidi Pariſienſes, famulo (à Archiv. loci.
ſecretis ut auguror) octo. Vide Parcimoniam ejus ævi, ut cum ſenibus loquar, & auri, argentique contemptum, vel, quod veriùs, inopiam.

Sequitur D. Rochi. Id decreverant condere 5 Sacellum D. Rochi.
Jacobus, & Joannes de Nivele, Romanus Dankaert, Bartholomæus Penneman: idque inſtitutum quo magis proveheretur, impetrarunt à Tab. an. 1459.
Præſule Cameracenſi confirmationem Sodalita- 6 Ibidem Sodalitas.
tis S. Rochi: quæ cùm non poſſet teneri ſine legibus, & inſtitutis, petiverunt ut Senatus ea quæ Tab. an. 1459.
inter ſe decreverant, ſanciret: quod factum, duratque hæc Sodalitas, & eſt ex tribus Collegiis Rithmicorum, de quibus ſuprà. Lib. 1. cap. 10. num. 25.

Tertium eſt D. Virginis quod ad ripam dici- 7 Sacellum D. Virginis.
tur: Fuiſſe alterum ejuſdem nominis ante multos annos memorant, propius aquas, in ipſa Teneræ 8 Unde translatum.
ripâ: ubi nunc pons, quem Bogardicum dicunt, aut circa; quod cum nomine tranſlatum. Veriſimiliter id factum, quando Teneræ ripa ad commodiorem navium ſtationem munita muro. Structum autem novum id Sacellum, Curatori- 9 Quando ſtructum.
bus *Stephano vanden Briele, & Joanne Jacops*, Archiv. loci anno 1512.
cùm antè in ædibus privatis ad tempus celebratum eſſet. Sarta tecta bajuli curant, Tributis ad id ex Conventione cum Senatu lucri ſui decimis, Tab. an. 1545.
& inſuper quotannis ſex ſolidis.

Ea quæ dixi nullam penè paſſa hæreticorum demolitionem. Itaque divinus ibidem cultus celebratur. Contrà D. Georgii Sacrarium, DD. 10 Sacella adhuc profanata.
item Nicolai, & Eligii, profanata manent. Primum, eſt Sodalitatis D. Georgii: alterum mer- 11 Et quorum.
catorum, ſive Propolarum; tertium Ferrariorum. Omnia æquè obſcuræ originis; ſed tamen 12 Et cujus ævi.
ante trecentos annos condita exiſtimem, non obſcuris, quoad ſingula, indiciis.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER

LIBER TERTIUS.

De Territorio Teneræmondenſi.

CAPUT PRIMUM.

An ditio Teneræmondana olim Gallici an Imperialis Soli?

1 Totam ditionem Imperialis eſſe ſoli.

POſtquam urbis & ſacrorum deſcriptionem confecimus, *Ager Teneræmondanus* extremus labor erit. Hic in quo ſolo ſitus ſit, partim in confeſſo eſt, partim non ambigitur quidem; ſed à pleriſque penitùs ignoratur. Quoad ea quę Brabantiam verſus ad meridiem Scaldę ſita ſunt, ab omni ævo habita ſoli Imperialis; quæ verò ultra flumen Flandriæ ſunt finitima, nunquam Gallici fuiſſe juris; ſed etiam Imperialis inde manifeſtum, quod arx Othoniana Gandavi, vulgò *Ts-Graeven Caſteel* (id eſt Comitis caſtellum) in ſolo Imperiali non aliâ causâ ab Othone ſtructa eſt, quàm ad tutelam finium Imperii: quos Comites Flandriæ, Galli Clientes, indies arctatum ibant.

Chron. D. Bavonis ad an. 936.

2 Caſtrum Othonianum Gandavi quo ſolo.

Hæc ad mentem veteris Chronographi qui, *novum*, inquit, *caſtellum, quod ad ripas Legiæ in Imperio ſitum eſt, non Reges Franciæ, non Comites Flandriæ; ſed Imperatores Romanorum, in fiſco, & in libera poſſeſſione S. Bavonis, ad defenſionem ipſius Monaſterii & antiqui caſtri Gandæ* (quod temerè *Sgraeven Steen*, id eſt Comitis Caſtrum fuiſſe Oudegherſte tradidit) *propter diviſionem Regni & Imperii ſtatuerunt: quo ſcilicet præfatus Otho regni Francorum, & Imperii Orientalium fines determinavit.*

3 Oudegherſte error. Annal. cap. 21.

4 Monaſterium D. Bavonis quo ſolo. Chronic. D. Bavonis. Ibidem an. 828. Diplom. Caroli Calvi.

Quin etiam ipſum Monaſterium D. Bavonis, quod olim fuit ubi nunc arx Carolina viſitur, *in antiquo caſtro Ganda, in valle Legiæ, juxta Scaldim*, unde ipſum *Monaſterium Ganda* vocatum eſt: in Imperio ſitum eſſe, non hiſtoriæ ſolùm produnt; ſed etiam Joannæ Flandriæ Comitiſſæ diploma aſſeverat.

5 Super eo controverſia. Archiv. D. Bavonis.

Imò verò cùm inter Galliæ Regem & Abbatem D. Bavonis ſuper eâ re controverſia eſſet, magnâque contentione Rex inſtaret in Gallico ſolo id Cœnobium eſſe;

6 Ea definita. Ibidem.

tandem re accuratè diſputatâ, Procurator Regius, Prætor Inſulenſis (erat enim per id tempus ea urbs Gallicarum partium) palàm apud Regem profeſſus eſt: *Monaſterium S. Bavonis non eſſe ſitum in Regno Franciæ, nec à Regibus fundatum, nec in eorum protectione: ſed eſſe in Imperio, ab Imperatoribus fundatum, & ſingulari defenſione Imperii.* Hæc eò pluribus dico, ut cùm Othonianam arcem ad Imperii limites eſſe docuero, & Bavonenſe item Cœnobium in ſolo Imperii, faciliùs oſtendam prędictam illam Territorii noſtri partem, quum remotior ſit à Gallia, undique terris Imperialibus cincta, numquam Gallici fuiſſe juris; ſed Imperialis: ut de Waſia palàm eſt, & ditione Oudenburgicâ, & quatuor Ambactis, ſive Officiis, ut vocant, *Aſſnethe* (nunc Aſſenede) *Bocholt*, *Axla*, & *Hulſta*.

Chron. D. Bavonis an. 916.

7 Huic Territorio finitima.

Habet autem hęc noſtra ditio ad ortum Brabantiam: ubi etiam à ditione Bornehemiâ Scaldis dividit, ut ad Septemtrionem à Waſia Durma. Ad occaſum finitima eſt hinc Caſtellania Gandenſis, inde Aloſtana ditio: quæ etiam meridianum latus claudit.

8 Flumina.

Mediam ferè Scaldis ſecat. Tenera etiam, qui urbi nomen dedit, per Comitatum Aloſtenſem huc delapſus, aliquam partem rigat. Unde præter ingentem commoditatem, ſumma etiam terris ubertas.

9 Ager.

Ager cùm omnis generis frumenti eſt ferax, tum etiam canabis, & præ tota Flandria imò Belgica lini abundans: quod ex adſitis, diſſitiſque locis, hebdomadatim hinc Mercatores petunt.

10 Prata.

Prata irrigua, & læta gramine.

11 Sylvæ.

Sylvæ neque multæ, neque magnę: lignorum tamen affatim ex contermina Brabantia advehitur.

12 Pagi.

Pagos univerſim habet ſedecim: quorum cis Scaldim ſiti ſunt hi: *Opwyck*, *Wettere*, *Bella ad Scaldim*, *Bella ad Teneram*, *S. Gillis cum Swiveke*, *Baſerode*, & *Lebbeke*. Ultra verò, in latere Flandrico, *Zele*, *Hamme*, *Uytberghen*, *Overmeere*, *Berlaere*, *Calkene*, *Laerne*, *Grimberghe* & *Moerſeke*.

13 Principis Tribunalia quot.

Ex his omnibus octo tantùm cenſentur Tribunalia Principis, Teneræmondæ Domini: adnumeratis etiam iis quæ ante annos aliquot pignori data, fiduciario jure poſſidentur. Sunt autem hæc: *Zele*, *Hamme*, *Wettere*, *Opwyck* & *Lebbeke*, *Bella ad Teneram* cum *S. Gillis* & *Swiveke*, *Grimberghe*, *Berlaere*, *Baſerode*. Cetera loca à Dynaſtæ Clientibus hereditario jure tenentur.

CAPUT II.

De iis pagis, qui immediatè Teneræmondæ Domino parent, & duobus Dominiis, quæ fiduciario jure poſſidentur.

ZELE.

1 Zele commendatio varia.

OMnium agmen ducit *Zele*: amplitudine, fertilitate, divitiis, ceteris longè præcellens. Numero etiam incolarum tanto, ut cum multis, non minimis oppidis, queat comparari. Ad Septemtrionem Durmâ irrigatur; ad meridiem Scaldâ; ſed non tanto ſpatio. Illic lætiſſima habet prata; hìc nulla. Præter alios fructus, maximus hìc eſt lini proventus: quod per totum annum variè diſtrahitur; plurimum tamen nundinatione anniverſali, quæ magnâ celebritate quotannis celebratur ipſo D. Michaëlis. Templum D. Ludgero ſacrum eſt: cujus pars vetuſta, pars recentior: ab incendio,

credo

credo anni M. CCCC. LII. reſtituta. Paſtoratum habet, quo extra urbes, vix totâ Belgicâ opulentior. Is ad Collationem ſpectat Abbatis Imperialium Werdinenſis, & Hellemſtadienſis Monaſteriorum, in Weſtphalia, Ordinis D. Benedicti, ratione decimarum, quas ipſius Caroli Magni dono, Werdinenſe Cœnobium accepit.
2 Ibidem olim Præpoſitura. Fuit hìc olim ejuſdem Ordinis Præpoſitura, ab hoc Abbate dependens, quam ab ipſo Caroli Magni ævo ſtetiſſe, ferunt. De hac ita ad me, ex relatu Stephani Campmanni, Monachi Werdinenſis, & Præpoſiti virginum juxta oppidum Santen, V. N. Adrianus de Marſſelaere: *Carolus Magnus Imperator, ex doctiſſimi promotione Alcuini ſui Præceptoris, voluit S. Lutgerum præfici duobus Monaſteriis: quorum unum erat Monialium in Nivelle, alterum virorum in Bracbent, quod Luthuſen vel Lotuſa vocabatur; ſed S. Lutgerus cùm vir eſſet, viris, non feminis præeſſe maluit. Iſtud Luthuſen dicebat D. Campmannus, fuiſſe Præpoſituram S. Petri in Zele & Grimberghen, juxta Teneræmondam.* Tria hìc obſervo: aut antè Caroli Magni ævum Cœnobium hìc fuiſſe; aut ab eo ſtructum, ſub imperio & poſſeſſione Abbatiæ Werdinenſis, cui D. Lutgerus præerat: dein id Cœnobium in *Bracbent* ſitum; quod etiam de Cœnobio D. Bavonis Gandavi oſtendi, etſi utrumque in Flandrico Scaldis latere: & denique Cœnobium *Luthuſen* dictum; quam vocem corruptam credo breviationis causâ (quod noſtratibus familiare) pro *Ludgers-huſen*, id eſt Ludgeri ædes. Stetit autem ea Præpoſitura, donec aut bello, aut incendio illo anni M. CCCC. LII. everſis à Gandenſibus ædificiis, aut aliâ demum causâ, Monachi ad ſuum Cœnobium revocati ſunt; relictâ magnâ parte decimarum ad alimoniam Paſtoris: & reliquo dato genti de Marſſelaere ad tempus, ſub certi annui pretii redemptione: qui eâ causâ diu hujus pagi inquilini fuère,
3 Gens Marſſelaere unde. ubi adhuc varias habent poſſeſſiones. Sunt autem ii Marſſelarii ex antiqua ſtirpe van Ophem; geruntque ejuſdem familiæ inſignia. Nomen autem Marſſelaere habent ex antiquo ſuo feudo *Marſſelaere* in pago Malderen; quod in clientela Ducum Brabantiæ poſſident: ut liquet tabulis Ægidii de Marſſelaere Equitis, & Prudentiæ uxoris ejus, quæ datæ anno M. CCC. XXIX. Ejuſdem gentis nobilitas (quæ etiam à Guicciardino Belgicæ deſcriptione celebrata eſt) vel hinc liquet, quod cum præſtantiſſimis familiis conjugio affinitatem contraxerunt; ex quibus inter plures ſunt hæ: Coolhem, vande Voorde, de Luu, Lanen, Aſſche, Groeſdonck, Happaert, Rycke, van Hale, Utenhove, Grimberge, Dielbeke, Mol.

HAMME.

4 Hamme quale dominium. Diplom. Philip. an. 1560. SEquitur *Hamme*, in limite ditionis ad Durmam flumen, inſignis pagus. Hunc ab aliquot annis, cum Dominii titulo pignori à Principe accepit *Petrus d'Overloope*;
5 Cujus. nunc eſt penes Ampliſſimum Virum Dominum *Ludovicum Verreyken*, Principis Audientiarium & Aurei Velleris nobiliſſimo Ordini à theſauris, variis legationibus nobilem, & procuratâ nobis pace Gallicâ, Anglicâ, & Induciis belli Belgici. Anno 1598. Anno 1600. Anno 1609. Habet hìc præter conſtitutionem Majoris, Meſſarii, Scabinorum, aliorumque munerum, jus aucupii, & venationis. 6 Domini jura. Altam verò Juſtitiam, recevia feudorum, jus decimarum, in Venditionibus optimum cathallum, & mulctas quæ tres libras excedunt cum imperio in Vaſallos, aliiſque regalibus, Princeps ſibi reſervavit.

Templum hìc eſt D. Petri nomine Deo ſacrum, originis incertæ: antiquum tamen eſſe conſtat vel ex verſibus, qui in fornice leguntur, 7 Templi antiquitas. quos mihi loci Paſtor Joannes Bouquet ſolerti vir ingenio tradidit, in hæc verba:

Mille, centenis annis, octo quadragenis,
Hic ſit Sacellus Oriente parte novellus.
Hinc annus quintus Michaëlis ſigna dat intùs.

Illius Sacelli nomine Chorum intelligo, qui multis annis cetero Templo poſterior, ut vel ex ſecundo verſu liquet. At verò ultimum, de Chori dedicatione capiendum exiſtimo. Jus Patronatûs ad Abbatem Lobienſem ſpectat. In hoc 8 In Templo mirandum os. Templo humanum os viſitur, in Durma flumine olim inventum (quod femoris eſſe palàm eſt) tantæ magnitudinis, ut ſi cum aliis conferas, in duplum excedat: continet enim in longitudine quatuor pedes, & ſeſqui pollicem; in ambitu verò quà anguſtiſſimum, tredecim pollices. Ab hominum memoria fabulam aut hiſtoriam à majoribus poſteri didicerunt, quam uno ore advenis narrant: Gygantem hìc habitaſſe, & alterum item in vicina Waſia, ultra Durmam: 9 Narratio de Gygante. & cùm de proceritate certarent, conveniſſe tandem Tielrodam (pagus hìc eſt ad oſtium Durmæ) ibique cùm Templum ſtrueretur, captâ occaſione lapidem eâ muri altitudine poſuiſſe, ad quam quiſque manu poſſet pertingere, qui etiamnum dicto loco magno accolarum ſupercilio, & aſſeveratione oſtentantur. An verum id an falſum, penes lectorem judicium eſto. Illorum certè lapidum humilis ſitus ridiculo eſſe poſſit; ſed accuratiùs diſpicienti, primâ facie liquet, Cœmeterium multo nunc altius eſſe atque olim fuit: idque vel ex Templi pavimento, in quod, præter morem, deſcenditur: quod Cœmeterio acclivius eſſe ſolet. Accumulatum illud credibile eſt propter alluentis Durmæ exundationes, cujus fluctibus ipſi indies muri quatiuntur. Hoc autem conſtat viam inibi eſſe quam ab hominum 10 Via Gygantis. memoria Gygantæâ appellant. Enimverò ſi Plu- 11 De illo oſſe diſſertatio. Apud A. Gellium lib. 1. cap. 1. tarchus ſcitè ſubtiliterque ratiocinatum *Pythagoram* dicit *in reperienda ſtatûs longitudiniſque Herculis præſtantiâ, idque longitudine pedum ejus inventâ, ex metatione ſtadii, quod eſt Piſæ, ad Jovis Olympii*; cur non itidem veroſimile videatur, habito modo, & ſpatio hujus oſſis, ratione proportionis ſervatâ, hominem illum tanto ceteris fuiſſe proceriorem, quanto ejus coxendix major eſt quam ceteræ. Sicut enim ille *comprehenſâ* Ibidem. *menſurâ Herculani pedis, quanta longinquitas corporis,*

poris, ei menſuræ conveniret, ſecundùm naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam, rectè judicavit: Cur non etiam nobis liceat dicere, ſi hic coxendicem duplo nobis habuit majorem, ſtaturâ etiam nos duplo ſuperaſſe? Interim credere ſemper liberum.

12 Sagittariorum Sodalitas. Præter alia eſt hic Sagittariorum Sodalitas D. Georgio ſacrata; quam Carolus Burgundus confirmavit: Diplom. an. 1511. cujus diploma per belli turbas amiſſum Maxæmylianus, & Carolus V. Cæſar integrarunt. Fruitur iis privilegiis, quibus Collegium urbanum, & ſimiliter adminiſtratur.

13 S. Annæ vicus. Circa fines hujus pagi vicus eſt, cui à templi nomine, *S. Annæ* nomen. Incolæ Hammenſes cenſentur, parentque eidem Domino, & eorum ſemper aliquis inter Scabinos ejus pagi. In Eccleſiaſticis tamen Waeſmonſteranis ſubcenſentur.

14 De agro compaſcuo. Archiv. loci. Habent autem Hammenſes ſingulari gratiâ, ex Dynaſtarum donatione, agrum compaſcuum: quem à communi omnibus uſu *Communitatem* noſtri vocant. Qua de re duo ſuperſunt diplomata: quorum ſeriem ad rei memoriam hìc viſum dare.

15 Diploma unum. Archiva loci. *Ego Robertus Atrebatenſis Advocatus, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, notum facio univerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego pro peccatorum meorum remiſſione, & divinæ remunerationis intuitu contuli univerſis hominibus meis, & hoſpitibus de Hamme in piam eleëmoſynam, quamdam paludem Uyterdyck vulgariter nominatam, ſitam in Parochia de Hamme juxta ripam Dormæ, ad commodum & communitatem omnium habitantium in villa mea ſupradicta. Et ut donatio hujus eleëmoſynæ firma, & ſtabilis in perpetuum permaneat, feci præſentes litteras in hujus rei teſtimonium ſigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini* M. CC. LV. *menſe Junio.*

Fuit autem *Robertus* ille Gulielmi Advocati Atrebatenſis, & Machtildis Teneræmondæ Dominæ filius. Quod ſequitur, hujus gener dedit.

16 Et alterum. Achiva locis. *Nos Guido Comes Flandriæ, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, univerſis præſentes litteras viſuris ſalutem, & noſcere veritatem. Noverint univerſi, quod nos contulimus & conceſſimus indifferenter, & communiter, univerſis & ſingulis in Parochia de Hamme de Territorio Teneræmondenſi commorantibus, & non aliis, omnem paſcuam, & uſum, quos acquirere poterunt in loco vel locis qui Uyterdycke vulgariter teuthonicè nuncupantur: qui noſtri ſunt, infra limites Parochiæ ſupra dictæ, vel inpoſterum inveniri poterunt, per augmentum, vel detrimentum uſque ad profunditatem rivi noſtri, in hereditatem; pro duobus denariis nobis ab Eccleſia de Hamme pro univerſitate dictæ Parochiæ ad Paſca Domini annuatim ſolvendis: ſalvo tamen in omnibus jure alieno; quod cuique competit ante datam præſentem latam. In cujus rei teſtimonium, & munimen, univerſitati dictæ Parochiæ dedimus præſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum, & actum anno Domini* M. CC. LXI. *feriâ quintâ poſt aſſumptionis Beatæ Virginis.*

WETTERE.

OB ſimilem conditionem ſubjungo *Wetteré* in colle mediâ inter Gandavum & Teneræmondam viâ: 17 Wetteræ ſitus. unde lætiſſimus quaquaverſum proſpectus, vel in ipſam Gandam. 18 Amplitudo. Latiſſimè extenditur, etiam ultra flumen: ubi complectitur *Eertbure*, procurritque aduſque Lokeren, Waſiæ pagum. Inibi viſitur vetus illud Prætorium *Vander Moſt*, 19 Prætorium vander Moſt. Flandris finitimiſque populariter notum: quod ab antiqua gente *Vander Moſt* nomen habet. Ut Hamme Durmâ, ita *Wettere* Scalde ditatur. 20 Wetteræ quale Dominium. Codex facti patrimonii. Non ita diu eſt, quod Principi immediatè parebat. Neque adhuc aliud eſt, quàm fiduciarium dominium, & pignori datum: quod primus à Rege accepit *Maxæmylianus Villanus de Gandavo* Eques, 21 Primus Dominus. Iſenghemii Comes, Raſſenghemi Baro, Gubernator Inſularum, Duaci, & Orchiaci: reſervatis Principi regalibus, & jure majeſtatis. Ejus oppignorationis confirmationem, & dominii fructus impetravit poſtmodum Philippa de Jauce vidua prædicti Maxæmyliani. Feudum hìc quoddam eſt, quod antiquitatis gratiâ, ex veteri membrana erui, ſcripta anno M. CCC. LXV. 22 Ibidem memorabile feudum. Lib. Feudal. *Primarium id feudum* erat *& capitale* ut vocant *ad quod ex vetuſto jure, & inveterata conſuetudine ſpectabat venatio per univerſum Teneræmondenſis Dominii territorium cum duobus ſagacibus & venaticis totidem. Licebat poſſeſſori ſine delicto venari & Domino feras capere* (id eſt ferinam procurare) *circum campos, & circa. Huic feudatario dabat dynaſta quotannis certam frumenti menſuram ad alimoniam canum. Neque tenebatur ad aliud relevagium, quàm venire ad arcem hujus urbis, & ibi cornu canere* (cùm ad venationem iret credo, ut indicium eſſet Dynaſtæ, qui antiquitùs illic degebat): *& ſimiliter cum ad bellum peregrè Dominus* (Teneræmondæ) *proficiſcebatur; eoque profecto in arcem concedere, eamque cum aliis tueri, donec Dominus in ſuam ditionem rediiſſet.* Wetteræ appendix eſt Lichterveldt jam olim Dominii titulo inſigne, 23 Lichterveldt Wetteræ appendix. quod itidem inter feuda Teneræmondenſis Curiæ cenſetur. Nomen habet à priſcis poſſeſſoribus Lichterveldæ, circa Brugas, Dominis. 24 Ejus nominis familia. Meyer. an. 1437. In hac familia præter alios celeberrimæ in Annalibus memoriæ eſt Jodocus Lichterveldius, Eques, Heulæ Dominus: 25 Judocus Lichterveldius. qui in nobiliſſimo illo comitatu Philippi Boni numeratur, quando is Princeps ſimulatâ in Batavos profectione, in Brugenſes quorum urbem jam ingreſſus erat, animadvertere decreverat; ſed cùm hoſtilia omnia Cives imminere rati, obſeratis oppidi portis, & plurimo Ducis agmine excluſo, ad arma ruerent, in illorum manus haud dubiè Princeps veniſſet, niſi à Lichterveldio monitus, 26 Ejus erga Principem meritum. ad portam properans, poſt ſummum vitæ diſcrimen (amiſſo fortiſſimo Belgarum Lilidamo qui Burgundi auſpiciis Pariſios bis occuparat, & tenuerat, diſſuaſorque fuerat hujus facti) ope ferrarii exitum ſibi, ſuiſque inveniſſet. A gente Lichterveldia ad Maſminios defecit, 27 Wetteræ ejus familiæ. Lib. Feudal. inde ad Villanos qui nunc & hoc, & ſuperiore Wetteræ Dominio potiuntur. OP-

OPWYCK.

28 Situs Opwyck. SEquitur *Opwyck* quod alioquin tertio ferè lo-
co numeratur. Hìc termini Brabantiæ &
29 Ibidem Flandriæ & Brabant. limes ubi. hujus ditionis concurrunt, eo loco, qui dicitur
Den Merchtenſchen Cauter, id eſt Merchtenſis
Lib. Feudal. Diplom. Odardi. Epiſc. Cameríac. an. 1108. lib. 2. cap. 2. num. 11. planicies. Paſtoratum habet ſatis opimum, quem
confert Capitulum Teneræmondenſe.

LEBBEKE.

30 De Templo Lebbecæ memorandum. HUic vicina eſt *Lebbeka*. Templum D. Vir-
ginem habet tutelarem: quam ſingulari
oſtento, eo loco ædem ſibi voluiſſe ſtrui memo-
rant, maturato ante tempus lino, eo agro qui
condendo Templo erat lectus: & inſuper oſten-
ſâ cuidam per viſum latumiâ, unde ſaxa eruerem-
tur ad ſtructuram. Ejus lini adhuc paululum ſu-
pereſſe aiunt: quod quotannis oſtendant; ut
etiam dictæ latumiæ locum. Gemellum ferè
Diploma Odardi Epiſcopi Camerac. 1108. huic illud in Italia, Mariæ ad nives. Paſtora-
tûs collatio eſt penes Capitulum Teneræmon-
denſe.

DENDER-BELLE.

31 Dender-Bellæ etymon. NOn procul inde *Bella* eſt ad *Teneram*: unde
etiam vulgò *Dender-belle*, id eſt Teneræ-
bella dicitur. Templum habet vetuſtum, cujus
Chorus aut reſtitutus aut de novo ſtructus eſt an-
no M. D. XXXIX. ut ſaxum indicat quod parieti
32 Ruinæ antiquæ arcis. exteriùs inſertum, verſus Orientem. Viſuntur
hìc parietinæ antiquæ Arcis ad fluminis ripam,
quam Incolæ affirmant multis ætatibus demoli-
tam in ruinis jacuiſſe. Diceres nupero ſæculo
conditam, ita laterum color nullam præfert ve-
tuſtatem. Sed ea cœmentationis eſt firmitas, ut
lateres nequeant divelli, ne longi quidem tem-
poris maceratione. Citiùs frangas, quàm ſolvas,
quæ duricies antiquitatem valdè redolet. Inſuper
ſenes decrepiti aiunt, ſe pueros eâdem facie
eam arcem vidiſſe; & à grandævis itidem audi-
viſſe, quod ipſi à patribus acceperant. Eſt autem
Lib. Feudal. dicta arx dominium & feudum, quod à Teneræ-
mondæ Domino tenetur. Cujus ratione licet
poſſeſſori Majorem ſtatuere, qui cum feudata-
riis heredat, & exheredat, quoad ea quæ dicto
33 Ea cujus. dominio ſubſunt. Olim fuit in familia *de Maſſe-*
Lib. Feudal. *me*: in qua *Joannes Maſminius* dictus *Gallois*
(quem nobilibus bello Gandenſi ducem Malea-
Archiv. Swivec. 1395. nus dedit, contra Albatorum factionem) ſe in-
ſcribit *Dominum Bellæ*, quod de hac arce capio:
à qua totum pagum Bellæ nomen accepiſſe nihil
Lib. Feudal. impedit. Poſt Maſminios fuit gentis *Uyter Zwa-*
nen, nunc *Tedeghemii* potiuntur. De qua gente
vide infra lib. 3. cap. 7. num. 6.

34 Rara narratio de capta lupâ. Anno 1600. 14. Maii. Quod hìc attexam novum eſt, aut ſaltem ra-
rum. Marcus van Mauwe Villicus cùm invade-
retur à fœta lupa, & jam aliquot vulnera acce-
piſſet, jugulo imminentem arctiùs complexus,
ita ad pectus preſſit, ut aliud nihil conaretur
quàm eluctari: cùmque ad vocem ejus exciti Jo-
docus Vermeulen, & Andreas van Egmont, ſe-
curi mortem belluæ intentarent, veritus ille ne
vulnerum dolore, & præſentis periculi metu,
majore vi, pectus nudum, & jam frequenti mor-
ſu, & dentium impreſſione tantùm non aper-
tum, ulteriùs lacerare pergeret; vetuit fieri:
ſed perſuaſit ut arrepto cultello, quem penes ſe
habebat jugulum lupæ inciderent. Quo facto
bellua exanimis concidit; recluſoque utero ſep-
tem inventi catuli, & inter eos tres fæmellæ:
datique viro in compenſationem triginta novem
floreni: nempe octodecim de more pro capta
lupa, in ſingulos catulos tres, & pro curatione
vulnerum duodecim. Hæc ita geſta ejus loci Sca-
bini ſcripto teſtati ſunt, & lupam curru in ur-
bem vectam in publico populi accurſu, memini
videre.

SINT GILLIS.

PRopiùs urbem pagus eſt, qui *S. Ægidii* di- 35 Pagi S. Ægidii vetuſtius nomen.
citur. Olim *Swiveca* & *Swevica* vocabatur;
ſed poſtquam à Templo Swivecano ad D. Æ- Archiv. Swivec. variis locis.
gidii Paſtoratus tranſlatus eſt, ut ſuprà dixi, Lib. 2. cap. 3. num. 2.
conceſſit in nomen D. Ægidii: Abbatia verò
Ciſtercienſis, ex D. Ægidii Templo Swivecam 36 Unde D. Ægidii nomen.
tranſlata Swivecana dicta eſt. Habet autem
nomen ab Hoſpitali, quod olim D. Ægidio
Machtildis tempore dedicatum: dictorum fidem
diplomata faciunt, quæ ſuprà dedi. Hìc Swevos Lib. 2. cap. 3. num. 4. & 5.
aliquando deſediſſe indicio eſt antiquum loci no-
men, *Swevick* (ita ſæpe in antiquis monimentis) 37 De Swevis conjectura.
quaſi *Sweven-wyck* id eſt Swevorum vicus:
quem populum has ditiones incoluiſſe, & tan- Meyer. 649. Idem 810.
dem à Normannis ad internecionem cæſum, ne-
mo humanior ignorat. Quales locorum appella-
tiones à populatoribus illis populis, non ſunt
per Flandriam inſolentes. Hinc *Gothem*, *Wan-* 38 Quorundam nominum origines.
delghem, *Hundelghem*, *Sweveghem*; à Gothis
Vandalis, Hunnis, Swevis. Patronatus Eccleſiæ
ad Abbatiſſam Swivecanam ſpectat.

GRIMBERGHEN.

ALiâ parte ultra Scaldim vicina eſt *Grimber-* 39 Grimbergæ ſitus.
ga ab incultis montibus nomen habens. Kilian. Etymolog.
Grim enim priſcâ linguâ tetrum, ferum, tor-
vum, & incultum notat. Unde uſitatum nobis 40 Ejus Etymolog.
verbum *grimmen* id eſt torviter adſpicere, & rin-
gi; & vetus nomen *Grimoaldus a ſæva poteſtate*, Rerum Germanic. lib. 3.
inquit Rhenanus. Et quidem habet hic pagus
aliquot colles, ſed aliorum locorum fertilitas,
quam vicinus Scaldis affundit, facilè hoc ſoli vi-
tium compenſat. Paſtoratum habet opimum.
Ejus Collator eſt Abbas Wertinienſis. In Tem- Analect. Cornel. Gaillart.
plo ante civilia nuper bella viſebatur monimen- 41 In Templo monimentum.
tum Iſabellæ de Maſmines, & Moerſeke, quam
filiam fuiſſe credo Gerardi Maſminiæ Domini,
& Catharinę de Moerske, neptem ex filia Phi-
lippi Maldeghemii Moeſecę Domini & Eliſabe-
thæ de Wavrin. De hujus pagi alluvionibus cùm Tabul. ann. 1609. 15. April.
nuper controverſia eſſet, tandem à Principe
pro incolis lata ſententia.

BERLAERE.

GRimbergæ quoad inculta diſſimile non eſt 42 Berlaere quale ſolum.
Berlaere, ubertate tamen fructuum lon-
gè inpar. Templum habet D. Martino ſacrum,

& inſuper vetuſtum Sacellum D. Virgini inſcriptum, olim miraculorum numero, ut aiunt, nobile. 43 Loci ſitus. Locus eſt naturâ munitiſſimus: nam præterquam quod multis partibus, præſertim meridiem versùs, colles tuentur; habet inſuper à latere, fronte, & tergo Scaldim: cujus alluvia Tabul. an. 1609. intra aggerem ad incolas ſpectare, nuper à Principe definitum, quæ autem extra aggerem & nunc ſunt, & inpoſterum Scaldis adjiciet; ab Tabul. an. 1611. Archiducum Quæſtore Carolo de Steelandt, emptione ſui juris fecerunt. Alterum verò latus longo tractu paluſtria tegunt: in quibus ſparſim 44 Ibidem naturæ miraculum. locus eſt naturæ miraculo memorabilis, præter accolas paucis notus. Hujus ea natura eſt, ut quum quotannis omnem circumquaque paludem aquæ tegant; licèt æquè declivis, ſemper tamen emineat; neque ab hominum memoria umquam merſus ſit; ſed ſemper ſupra quamvis undarum altitudinem ſurrexerit. Cetera frugifer, & ſalubris. Sive ſpongioſa terræ cavitas id efficiat, ſive intùs levis materiæ abundantia mergi vetet, ſive occulta aliqua ratio in cauſa, non definio. 45 Varia apud Plinium miranda. Natur. Hiſt. lib. 2. cap. 93. Plinius indefeſſus ille naturæ rerum ſcrutator, multa quidem adfert terrarum miracula: (*Quibus non cœleſtia*, inquit, *enarratu difficiliora*) Ibidem. quarumdam perpetua refert tot ſæculis incendia; ſpiritus alibi letales, alibi fatidicos; alias ad in- Lib. 2. cap. 94. greſſum tremere, alias fluctuare, alias vagari, alias natare, alias figuram mutare, alias à plu- Lib. 2. cap. 95. via immunes, alias putredinem arcere, alias curare vulnera, alias ferrum tenere, alias reſpuere: quę autem eodem loco, & attollant ſe, ne mergantur, & ſubſidant, undis ſidentibus; præter contiguæ terræ conditionem, in Plinio nuſquam ſunt; neque apud alium legere memini. Mirando ſanè naturæ luſu: quæ tam varia prębet, ad quę humani ingenii vis alludens, interdum induſtriâ ſuâ recreatur, interdùm fruſtrà 46 Mirandi lacus. quærendo fatigata, ſtupens hebeſcit. Eodem pago, eâ regione, quæ collibus adjacet, ad auſtrale Templi latus, ingentes lacus viſuntur: qui etiam, non acclivi modò ſitu, & variorum piſcium abundantiâ mirandi ſunt; ſed inſuper, quòd æſtate, ubi hìc illic aqua tepet, alibi glaciale ingreſſis affundant frigus: ſive ſcaturigo aliqua id efficit; ſive occulta naturæ vis, incertum.

BASERODE.

47 Baſerodæ nomen quantum complectitur. SUpereſt *Baſeroda*. Etenim id nomen latiùs ſe diffundit, quam Teneræmondæ Dominus mediatè, vel immediate poſſidet. Complectitur enim varia loca ad ripam Scaldæ, contiguis omnia limitibus; quæ diſtinctionis cauſâ alia in- Variæ tabulæ publicæ. ſuper nomina adſciſcunt: nempè *Baſerode*, *Vlaſſenbroeck*, *Sancti Urſmari Baeſrode*, *Sancti Amandi Baeſrode*, *& Sanctæ Mariæ*, ſive *Mariekercke Baeſrode*. An olim hæc omnia unica *Baſerode* appellatione comprehenſa ſint, & dein cùm ad commoditatem populi varia Templa ſtructa ſunt, à Templi nomine nomen accepe- 48 De qua Baſeroda hîc ſermo. rint, incertum, etſi veriſimile. Illud autem fertur *Baſerodam*, quæ *Vlaſſenbroeck* dicitur (de qua hìc potiſſimùm ſermo) antiquitus habuiſſe Templum parochiale (in Machtildis tamen diplomate ad annum M. CC. XV. tantùm *Capella de Vlaſſenbroeck* dicitur) eique ſubfuiſſe D. Urſmari Baſſerodam, ubi tandem ſtructum Sacellum, ad uſum populi & commeantium. Poſtea verò cum loci opportunitate magnus huc confluxus eſſet, & fortè cùm Dominii titulum accepit, præ aliis, tamquam peculiare ſibi *Baſſerodæ* nomen accepit, aliis ademptum: quæ nunc ſine ulla adjectione vulgò *Vlaſſenbroeck S. Amandi* & *Mariekercke* nuncupantur; niſi quòd in ſcriptis, antiqui adhuc nominis ſit uſus. Huic nunc ſubcenſetur penè *Vlaſſenbroeck*: cujus antiquiſſimi ad Scaldam Templi parietinæ tantùm ſuperſunt; proventus autem Paſtoratui Teneræmondano ad tempus ſunt tributi: nequidquam reclamantibus Baſſerodiis: qui ſuæ Eccleſiæ ea emolumenta uniri, & Paſtori ſuo tribui poſtulabant. Suum tamen tribunal habet: pendetque à Teneræmondæ Domino, qui Majorem illic ſtatuit, 49 Ejus Tribunal. & ſeptem Scabinos: Hoc tribunal Baſſerodii *externum tribunal* vocant; ad diſtinctionem ſui tribunalis, quod *internum* dicitur. Veteres au- Variæ tabulæ. tem memoriæ *Tribunal Regium* illud indigetant: quia Regi Teneræmondæ Domino immediatè ſuberat.

Baſſeroda verò *S. Urſmari* poſtquam diu con- 50 Baſeroda S. Urſmari. junctim cum Moeſecæ Dominio poſſeſſa eſſet; tandem etiam ſeorſùm dominii titulum accepit, & in externam familiam commigravit. De hac *Baſſeroda* latiùs in Moeſecæ deſcriptione, cujus Feudum eſt, infrà dicemus. Cap. 3. num. 29.

Quod ad *Mariekercke Baſſerodam* attinet, ea 51 Baſeroda S. Mariæ. extra limites Teneræmondenſis Dominii ſita, ditioni Bernehemiæ ſubcenſetur; de qua infrà. Lib. 3. cap. 8. num. 4. At verò paulò amplius juris in *S. Amandi Baſſe-* 52 Baſeroda S. Amandi. *rodam* Domino Teneræmondenſi eſſe, non hinc 53 Hic Domini Teneræmondæ jura. ſolùm liquet, quòd tertiam partem mulctarum & optimi cathalli hic habet, quam debent omnes exceptis civibus Aloſtenſibus, & Gerardimontanis (à qua tertia etiam immunes qui hìc civitatem ſunt adepti) ſed etiam quod olim *Robertus* primogenitus Guidonis Flandriæ Comitis, ut Dominus Teneræmondæ, cum *Abbate ſancti Amandi*, & *Leonio Domino de A*, *Milite*, itidem Dominis, præſcribit hujus pagi cultoribus ſtatuta de mulctis & pœnis. Cui rei teſtes hę tabulę, quas ex archivis Abbatiæ D. Bernardi depromptas mihi ſuggeſſit politiſſimi ingenii vir, affinis meus, D. Franciſcus vanden Zype Juriſconſultus & Canonicus Antverpienſis. Sunt autem hujuſmodi:

I. *Univerſis præſentès litteras viſuris*, *Rober-* 54 Et leges. *tus Comitis Flandriæ primogenitus*, *Atrebatenſis Advocatus*, *Betuniæ & Teneræmondæ Dominus*, *F. Dei permiſſione Abbas Eccleſiæ ſancti Amandi in Papula*, *& Leonius Dominus de A*, *Miles*, *ſalutem & noſcere veritatem. Quæ geruntur in tempore*, *ne labantur cum fuga temporis*, *ſolent Scripturarum memoriæ commendari. Noſcant igitur univerſi*, *tam præſentes quàm poſteri*, *quod nos unà de communi conſilio in villa noſtra de Baſe-*

rode

rode S. Amandi, ad nos pertinente, legem & libertatem ſtatuimus, perpetuò duraturam, & omnibus in dicta villa habitantibus, & inpoſterum habitaturis, dedimus, quæ inferius notari poterit, & eſt ſubſcripta; videlicet:

55 De conviciis. II. *Quod ſi quis alteri mendacium dixiſſe impoſuerit, vel verba turpia, aut contumelioſa intulerit; quinque ſolidorum emendæ reus erit.*

56 De colaphis. III. *Si quis alterum palmâ vel pugno percuſſerit; decem ſolidorum emendæ reus erit.*

57 De ſanguine. IV. *Si quis alterum tam violenter percuſſerit, ut ruptâ cute, aut fractâ ſanguis emanaverit; ſexaginta ſolidorum emendæ reus erit.*

58 De fuſtigatione. V. *Si quis alterum baculo, vel fuſte percuſſerit, ſi membrum ei non fregerit, vel ſanguis non emanaverit; viginti ſolidorum emenda reus erit.*

VI. *Sed ſi ſanguis emanaverit, vel membrum ei fregerit; ſexaginta ſolidorum emendæ reus erit.*

59 De vulnere capitis. VII. *Si quis alterum adeo vulneraverit, quod os à capite vulnerati amoveri contigerit; decem librarum emendæ reus erit.*

60 De eductione gladii. VIII. *Si quis irato animo, causâ lædendi alterum, enſem evaginaverit; viginti ſolidorum emendæ reus erit.*

61 De ictu gladii. IX. *Si quis alterum enſe percuſſerit, dum tamen eum non affolaverit; decem librarum emendæ reus erit.*

X. *Si quis alterum enſe affolaverit; ſexaginta librarum emendæ reus erit.*

62 De mutilatione per iram. XI. *Si quis alteri manum, pedem, aut oculum, in calida cholera abſtulerit; ſexaginta librarum emendæ reus erit.*

63 De mutilatione ex conſulto. XII. *Si quis autem præmeditanter alteri manum, pedem, oculum, aut linguam abſtulerit; & corpus & bona ejus in voluntate dominorum erunt.*

64 De fugatione. XIII. *Si quis alterum in domum aliquam fugaverit, ille qui conductum fugæ fecerit; ſexaginta ſolidorum emenda reus erit.*

XIV. *Ceterorum verò quilibet pro malo ſequacium, decem ſolidorum emendæ reus erit.*

65 De aſſaltu ædium. XV. *Si verò plures ad domum aliquam inſultum fecerint; ille qui conductum dicti inſultus fecerit, decem librarum emendæ reus erit.*

XVI. *Ceterorum verò ſibi coadjutorum quilibet ſexaginta ſolidorum emendæ reus erit.*

66 De læſione. XVII. *Si quis alterum cultello punctato, campulo, petaciâ, telo, vel ſagitta vulneraverit ſine affolatione; decem librarum emendæ reus erit.*

XVIII. *Sed ſi quis alterum cultello punctato, campulo, petaciâ, telo vel ſagittâ affolaverit; viginti librarum emendæ reus erit.*

67 De treguis. XIX. *Si quis treucas dare denegaverit; quoties dare denegaverit, toties decem librarum emendæ reus erit.*

68 De limite XX. *Si quis metam extraxerit; ſexaginta ſolidorum emendæ reus erit.*

69 De pecore ablato. XXI. *Si quis beſtiam pro damno dato retentam alteri abſtulerit; ſexaginta ſolidorum emendæ reus erit.*

70 De violatione arreſti. XXII. *Si quis bona areſtata ſine licentiâ dominorum amoverit; ſexaginta ſolidorum emendæ reus erit.*

71 De juriſdictione Scabinorum. XXIII. *Et ſciendum eſt quod Scabini dictæ villæ de Baſerode S. Amandi habent poteſtatem dicendi legem, & jus, prout ſapiunt; de alto & baſſo, ſuper omni caſu, ad conjuramentum Majoris dictæ villæ, vel illius, qui de jure habet poteſtatem conjurandi eoſdem.*

XXIV. *Si verò dicti Scabini ſuper aliquo caſu conjurati jus & legem dicere neſcierint; ipſi Scabini ire debent, pro enqueſta ad Scabinos villæ de Aloſt: & quidquid dicti Scabini de Aloſt, ipſis Scabinis de Baſerode S. Amandi pro jure & lege dederint ſuper requiſitis; hoc referre debent ad dictam villam de Baſerode S. Amandi, & pro jure & lege reddere coram Domino ipſius villæ prædictæ, vel ipſius certo nuntio, ad hoc de jure ſpecialiter deputato.* 72 De eundo ad enqueſtam.

XXV. *Et ut hæc omnia prædicta firma in perpetuum permaneant, & inconcuſſa, præſentem litterarum paginam ſigillorum noſtrorum munimine duximus corroborandam. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, menſe Octobri. Subſcriptionem hujus vocabuli retentam approbavimus. Datum ut ſuprà.*

Primus hoc Dom. accepiſſe creditur, ab Abbate S. Amandi juxta Tornacum *Impinus* quidam; qui filium habuit Impinum: cujus memoria exſtat in codice Swivecario: ubi *cum filio Ægidio fatetur patrem Impinum remiſiſſe Cœnobio Swivecano 5. ſolidos quos Abbatia debebat.* Poſtea à *Villanis* poſſeſſum eſt. In qua familia primus occurrit *Adrianus* Raſſenghemi, Liedekercæ, Leeuwæ, & Arcis S. Joannis Dominus, Advocatus Tamiſiæ; hereditarius Sculteta Aſſenedæ, Principi à conſiliis, & cubiculo: Patrem habuit Joannem Dominum arcis S. Joannis, advocatum Tamiſiæ; Matrem Margaretam Gaveranam, Raſſenghemi & Liedekercke dominam; Arnoldi Gaverani, & Margaretæ Bouterſemiæ ſive à Bergis filiam: avum Joannem Arcis ſancti Joannis Dominum, Advocatum Tamiſiæ, aviam Margaretam Briſeteſte, Rogerii Brughdami Toparchæ filiam; fratrem Joannem: Uxorem Judocam Moerkercanam, Merchemi dominam, Colardi Moerkercani Equitis, Merchemi Domini, & Catharinæ Balliolanæ filiam: quæ obiit anno M. CCCC. LXIV. XVIII. Septem. ſepulta Merchemi, juxta monimentum parentis. Adrianus autem, qui jam antè obierat conditus eſt Tamiſię, ubi in Choro antè exitialia nuper Antiquitati Belgicę diſſidia, viſebatur mnemoſynon ex ęre, & in eo hic ſenſus:

73 Quis primus hic Feudalis Dominus.
Tab. an. 1285.
74 Gentis Villanæ Dominus.
75 Adrianus Villanus. Analect. Harduin.
76 Ejus majores. Ibidem. Et Archiv. familiæ.
77 Uxor. Ibidem. Ibidem.

Hic jacet Adrianus Villanus, Eques, Dominus Arcis S. Joannis, Advocatus Tamiſiæ, hereditarius Sculteta, & Collator Aſſenedæ, Dominus Liedekercæ, S. Amandi Baſſerodæ, Conſiliarius & Cubicularius Domini Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ: qui obiit anno M.CCCC. XLIX. XXIX. *Maii. Anno autem* M.CCCC. LXIV. *juſſit hoc Epitaphium poni Domina Judoca de Moerkercke, Domina de Merckem, Veſte, & Voxurye, ejus uxor.* 78 Monimentum. Anal. Harduini.

79 Liberi, Ibidem. Liberos ex hac conjuge reliquit Martinum
Villanum, Raſſeghemi &c. Dominum, mari-
tum Antoniæ Malminiæ, quæ Calckenæ Domi-
nium dote ad Villanos tranſtulit: Colardum Lie-
dekercæ Dominum; cui uxor Margareta Ghi-
ſtellana, Guidonis Axelæ Domini filia: Cathari-
nam inſuper, & Margaretam: quarum illa mari-
tum habuit Joannem Halowinum, Vicecomitem
Harlebecanum, Roſebecæ & Sweveghemi Do-
80 Cui nupta. Ibidem. minum; hæc verò Jacobo de Griſper Ogierlan-
dæ Comarcho nupta eſt. Ex his *Colardus* præter
81 Colardus Baſſerodæ Dominus. alia *ſancti Amandi Baſſerodam* poſſedit. Liberos
82 Ejus liberi. Ibidem. habuit Adrianum, & Martinum. Quorum ille
ductâ Judocâ de Romerſwaele, filium ex ea ſu-
ſtulit Inghelbertum, qui vitam cælebs tranſegit:
Margaretam, cujus dote Liedekerka ad Han-
nardos abiit: & Antoninam, quæ in Monaſtica
vita deceſſit. Hic verò Mariæ Oſtendanæ jun-
ctus, filiam reliquit Jacobam, quam duxit Phi-
lippus van Royen, Eques, Ghyſeghemi Domi-
nus, unde ſuſtulit Lancilotum van Royen, & præ-
ſentem Ghyſenghemi Toparcham, Carolum, &
Mariam: quorum ille, ductâ conjuge Mariâ
Boot, liberos habet Anſelmum & Julianam; al-
ter uxorem habuit Margaretam Serſanders: un-
de nati Nicolaus, Carolus, Adriana & Joanna.
Maria verò nupta Philippo Trieſt Equiti, Ou-
weghemi Toparchæ, multâ ſobole maritum &
familiam beavit: habuit enim ex eo liberos Ni-
colaum præſentem Ouweghemi Dominum, Ma-
xæmylianum; qui relictâ nuper Catharinâ Ve-
ranneman, Ferdinandi filiâ, viduâ antè Menul-
phi Plettenbergii, Oldenſelæ Gubernatoris, &
unius liberæ cohortis Præfecti, nuper ſine libe-
ris deceſſit, Carolum in Curia Flandriæ modò
Senatorem, Antonium Decanum S. Donatiani
Brugis, Philippum, Joannem Baptiſtam, & fi-
liam Mariam.

Ceterùm prædictum Dominium poſtquam
diu à *Villanis* poſſeſſum eſſet, tandem emptio-
Anno 1576. ne migravit ad Joannem vanden Drieſſche; inde
ad fiſcum Principis; & hinc ad Halowinos: fuit-
Cap. 3. num. 42. Elenchus ſive numeramentum (ut vocant) Dominii. que in ea familia, donec tranſactione (de qua
infrà) ad illuſtriſſimum Principem *Comitem Pa-
latinum ad Rhenum, Ducem in Bavaria, Comi-*
83 Comes Palatinus Baſerodæ S. Amandi Dominus. *tem Veldenſem, & Sponheimii*, abiit: qui eo nunc
potitur in clientela Abbatis S. Amandi: cui quo-
Analecta Harduini. tannis tenetur ſolvere ſexdecim libras Pariſienſes;
Domino verò hujus urbis viginti ſolidos Pari-
84 Ejus jura. ſienſes, monetæ Flandricæ. Habet hic omnem
juſtitiam civilem, & criminalem, omnis ge-
neris: cum omni jure quod competit Dominis
habentibus altam Juſtitiam. Et inter cetera re-
cipit tertiam partem mulctarum & optimi ca-
thalli ab omnibus incolis, exceptis Civibus A-
loſtenſibus, & Gerardimontanis. Alterum trien-
Supra num. 53. tem Teneræmondæ Domino deberi jam dixi.
85 Incolarum immunitas. Ibidem. Tertium capit Grimbergę Dominus. Incolæ
ejus loci ſunt immunes à vectigalibus, impoſi-
86 Et ob eam onera. tionibus, & militia: cujus immunitatis gratiâ
ſunt devincti Dominis Teneræmondæ, & Grim-
bergę, ſingulis annis in unum diem mittere
viginti quinque viros ad fodiendas urbis foſſas:
Antverpianis itidem, ad fodiendum veterem
rivum ejus urbis, dictum de *Burgt-gracht* (id
eſt Burgi foſſam) eâque ratione ſunt liberi à te-
lonio, ubi Tenerçmondani, & Grimbergenſes
& ubi ſubditi Marchionatus Antverpienſis fruun-
tur eâ libertate, exceptis Civibus Aloſtenſibus,
& Gerardimontanis. Duobus his ultimis pagis
nempe *Baſſerodæ S. Mariæ*, & *Amandi*, vel antè
tria ſecula communem, ut etiam nunc, fuiſſe
Paſtorem, in Abbatiæ Swivecanę monimentis Tabul. an. 1300.
deprehendi.

DEN NOUBURGH.

Quod ad *Novum Burgum* attinet, vicus ma- 87 Nouburgh vicus.
gis eſt in ſuburbio quàm pagus: nullum
enim hìc tribunal, aut Scabini. Itaque oppido
accenſetur, & iiſdem utitur privilegiis. Meye- 88 (In nomine Meyeri error.) Anno 1452.
rus *Ouburgh* dici ratus, vocavit *Veterem Bur-
ghum*: quum dicamus *Nouburgh*, id eſt novum
burgum, à nova arce, ante Roberti Advoca-
ti Atrebatenſis, Teneræmondæ Domini ævum
ſtructâ; ut variis ejus diplomatibus conſtat. Et 89 Ejus ſitus.
quidem locus eſt munitioni opportunus, inter
paludes, quæ à nomine vetuſti Sacelli, cujus
nunc nihil præter locum oſtenditur, *D. Odul-
phi paludes* dicuntur, & duo flumina, Scaldam,
& Teneram: habuitque non antiquitus ſolùm;
ſed etiam nuperrimo ſacro bello arcem, quæ
tamen exciſa eſt. Principis aquaticas molas hìc
eſſe ſuprà dixi. Templum inſuper hìc fuit D. Lib. 1. cap. 8. num. 28.
Virgini dicatum; ubi celebres olim fuêre D. 90 Templum.
Liefardi reliquiæ, unde etiam nomen habet,
jampridem à fanaticis ſolo æquatum: Et de- 91 Leproſarium.
nique leproſarium ampliter dotatum, quod ſi-
mili cum templo fortunâ, nuperis turbis diru-
tum, nil præter Sacelli parietinas oſtentat. Huic 92 Ejus occaſione diſſertatio.
morbo ſuperiorum temporum homines magis
obnoxios fuiſſe, inde liquet, quòd non ſolùm
minùs vehemens nunc lepra eſt, nec æquè con-
tagioſa; ſed etiam quod tot ubique per univer-
ſam pene Belgicam hujuſmodi ædes obviæ, quæ
nunc etiam vigent, & amplas habent poſſeſſi-
nes; & tamen ferè deſertæ multis locis viden-
tur. Sic & de aliis quibuſdam morbis memini
obſervare: qui ſuo quique ſeculo incrudeſcunt,
& iterum ad ſenium, & languorem declinant.
Contra in arthritide, ejuſque notiſſima ſpecie 93 De podagra.
podagrâ hoc ævo experimur (quem morbum
Italiæ ſuæ peregrinum Plinius vocat, & rario- Natural. Hiſtor. lib. 20. cap. 10.
rem non modò patrum avorumque memoriâ,
verum etiam ſuâ.) Hæc ſuperioribus annis ma-
gnatum tantùm erat, & eorum qui in ocio, &
deliciis degebant. Unde ſumptâ occaſione, vir Dialogo de podagra.
quidam doctus, partitò podagram, & araneam
domicilia legiſſe finxit: hanc apud miſeros; il-
lam apud beatos: nunc verò ita ſe diffudit, ut
etiam in caſas, & magalia irrumpat: imo vel
ipſius Hippocratis tot ſeculis probatum dogma Lib. 6. Aphoriſ. 29.
eat everſum, qui dum hic morbus fuit in cu-
nabulis, prout nunc eſt; credidit hujus mali
mulieres expertes eſſe, ante ſuppreſſionem men-
ſium; quæ nunc cum viris pari modo, impa-
ri tamen adhuc numero, cum iis doloribus con-
flictan-

[94 Morborum cum ſæculis mutatio unde.] flictantur: ſive aſtrorum variæ irradiationes in conjunctionibus, oppoſitionibus, adſpectu trigono, tetragono, ſextili; ſive tota omninò commutata cœli facies id efficit: cujus omnem in hæc Infera vim tollere (animos tamen excipio, qui origine cœleſti) deſipere eſt, ut ex Lucretii formula loquar; ſive alia cauſa ſupra nos quæ mediantibus aliis, non ſolùm morborum ſemina in corporibus nunc movet, nunc premit, nunc contrahit, nunc diffundit; ſed ita inſuper afficit vaſta terrarum, ut frequentiſſima, deſerta fiant; inculta, celeberrima; ubi humanitas vixit, regnet barbaries; ubi ferocia & atrocitas, ex ungue homines fiant, & ad rectam rationem compoſiti. Ita humanarum rerum Euripus movetur: quem multi vident pauci capiunt, in anguſtiis hiſce, quibus obſepta mens animi languet, & rarò, exiliterque foras exſerit divinitatis ſuæ lumen: quod ignorantiæ nubilo involutum, victumque à bruta animi parte, caligat; & tantùm non extinguitur: quod omnes ſentiunt, pauci corrigunt.

CAPUT III.

De iis pagis qui à Domini ſubditis, in clientela hereditario jure poſſidentur.

EA loca recenſui, quorum utile Dominium cum directo penes Teneræmondæ Dominum permanſit. [1 De Dominiis hereditariis.] Nunc ad ea deflectet oratio, quæ aut partitione hereditariâ, & herciſcundis familiis, aut dote, aut aliàs, in alienas familias commigrarunt, parentque Feudatariis. [2 Dominorum communia jura. Lib. Feudal.] Habent autem ſingula ſua ſibi Tribunalia; ubi Domini per Prætores, Majores, & Scabinos, quos ad lubitum ſtatuunt, & deſtituunt, Juſtitiam exercent civilem, & criminalem. Varias inſuper habent clientelas: dein piſcationem, aucupia, venationem, cignos: Præterea redditus pecuniaros, & aliarum rerum: Optimum inſuper Cathallum eorum qui iis locis moriuntur, ſive indigenæ ſint, ſive inquilini, ſive peregrini, niſi aut natalibus, aut inſcriptione Teneræmondæ Civitatem ſint adepti. Præter hæc certa emolumenta, cùm arvorum poſſeſſor mutatur aut emptione, aut mutatione. Morte etiam, ſi feudalia bona ſint: Confiſcationem ad hæc, & nothorum bona, eaque quæ incerto poſſeſſore aut relicta ſunt, aut in ripas ejecta: Jus item arreſtandi, captivandi, dimittendi. Quæ omnibus ferè communia, ſemel hìc ob oculos pono; ne ſæpiùs iterando lectori moleſtiam pariam, & faſtidium. Sunt autem hæc: Cis Scadim, *Schelle-belle*: trans Scaldim verò *Moerſeke*, [3 De ſervato hic Ordine excuſatio.] *Uytberghe*, *Overmeere*, *Calckene*, & *Laerne*. In quibus deſcribendis, ne cui præjudicatum eam, ſemel hìc edico, ſitus me, non dignitatis, aut originis, rationem in ordine ſecutum.

SCHELLE-BELLE.

[4 Schelle-belle etymon.] SChellebella quaſi *Scheldebella* dicitur; Latinè Bella ad Scaldim: aſſumitque Scaldę nomen, in cujus crepidine ſita eſt, ad diſcrimen alterius Bellæ, quæ eâdem ratione *Teneræ bella* dicitur. Habuit olim inſigne ad Scaldim Prætorium; [5 Ibidem vetus Prætorium.] ſed eo per nuperi belli turbas exciſo, novo eoque ampliore ædificio exornatur: moliturque loci Dominus, [6 Et novum.] præter alia, in amœniſſimo antiquę arcis ſolo, novam porticum: unde latiſſimus, lætiſſimuſque fluminis proſpectus, & aprica ultrà citràque paſcuorum, planicies pateat. Forum habet ſpatioſum celeberrimum [7 Forum.] annali nundinatione, equorum præſertim, hebdomade poſt feſtum Venerabilis Sacramenti. [8 Mercatus annuus.] Nuper etiam mercatum hebdomodalem diebus Martis accepit à principe ALBERTO privilegiis & immunitatibus ornatum. [9 Hebdomadalis. Anno 1609.] Templum habet D. Gaugerico ſacrum: ubi jus patronatûs ad D. Bavonis Canonicos Gandavi ſpectat. In hoc pago, loco qui *Tuſſchenbeke* dicitur, Cœnobium eſt Virginale cum præpoſitura Præmonſtratenſi; [10 Cœnobium Præmonſtratenſe.] olim in *Cerſcamp* Aloſtanæ ditionis pago, ab Ywani Aloſtenſis vidua fundatum. [11 Olim ubi. Anno 1138.] Hunc Ywanum aut Comitem Aloſtenſem fuiſſe, qui paulò ante Troncinienſes Canonicos in Monachos Præmonſtratenſes converterat; [Meyer. 1137.] aut illum qui inter Gandenſes Caſtellanos numeratur, primùm ſuſpicatus ſum; ſed annorum ratio repugnat: quum uterque aliquanto poſt hujus viduæ fundationem fuerit ſuperſtes: ea enim facta eſt anno M. C. XXXVIII. prior autem ille Ywanus [Meyer. an. 1144. Archiv. Blandinii. Anno 1161.] ſublatus demum eſt anno M. C. XLIV. alter verò, etiam anno M. C. L. fuit ſuperſtes: quo tempore ſignavit diploma quoddam Theodorici Alſatii. Ceterum quem locum Cœnobio ſuo ea vidua legerat, poſteritas mutavit; [12 Cur huc translatum.] hâc præſertim ratione; quòd ita circumquaque ſerpentes omnia infeſta redderent, ut ne altaria quidem ab hoc malo eſſent tuta. Obit tamen adhuc Præpoſitus, quem ab Abbate Tronciniensi accipiunt, Paſtorale munus in *Cerſcamp*; ne omninò primæ inſtitutionis memoria abolita videatur. Non eſſe hoc Cœnobium origine poſtremum, hinc exiſtimari poteſt; quòd fundatum eſt anno M. C. XXXVIII. Ordo autem Præmonſtratenſis inſtitutus, [13 Initium Ordinis Præmonſtratenſis.] paucis antę annis: ut ex Chronographico hoc diſticho liquet.

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,
Sub Patre Norberto fundatur Candidus Ordo.

Viſitur ibidem extremæ antiquitatis duorum Conjugum monimentum: cujus ætas ſciri poterat, niſi fanatica hęreticorum rabies igne ſaxum deformaſſet: nomina præſertim, & annum. [Archiv. Tuſſchenbeke.] Appendix *Scheldebellæ* eſt *Wanſele:* habet [14 Schelle-bellæ appendix.] ſuum ſibi templum, & Parochum; idque vel ante annum M. CC. LXV. quo tempore *Epiſcopus Cameracenſis conceſſit Cœnobio de Cerſcamp altare de Belle, cum appendicio Wanſelæ.* Utriuſque Dominus eſt nobiliſſimus Vir Adrianus [15 Dominus.] de Bette Eques, Fontanæ & Warwanæ Dominus, Archiduci Erneſto, inter nobiles Palatinos, à poculis, Cardinali Andreæ Belgicæ Gubernatori à cubiculo: Principis etiam anno

M. D. XCIX.

M. D. XCIX. primus mandatarius Magiſtratibus per Flandriam novandis: qui præter paternæ familię priſcum ſplendorem, quam illuſtrium Gandæ primam Guicciadinus ponit; & Majorum in Rempub. merita longâ inſuper Avorum ſerie ab ipſis uſque Teneræmondenſis Dominii priſcis Dynaſtis ad Guidonem Flandriæ Comitem, & ultrà genus numerat. Nam ut ceteros taceam, inter majores ſuos refert Joannem de Teneræmonda Holbecæ Dominum. Atqui is matrem habuit Mariam, filiam Gulielmi Teneræmondæ Domini, fratris Roberti Betunii Flandrię Comitis, neptem Guidonis Dampetræ, & Machtildis Teneræmondæ Dominę.

Deſcriptione Gandavi. Vide plura lib. 1. cap. 9. num. 45.

De hâc vide lib. 1. cap. 6. n. 134.

16 Domini uxor & liberi.

Uxorem habuit *Agnetem de Meroda*: unde liberos ſuſtulit Jacobum, & Iſabellam. Erat ea antè vidua Bern. de le Douve, dicti de Nieukercke, Domini Sanghien, Lompre, Stallæ, Baronis Houtewylæ, Riviere, &c. unde natæ Renata, & Catarina de le Douve: quarum hæc adhuc exſors conjugii; illa nupta eſt Warnero de Davre Domino Merlomontii, Boiſ-ſaint-Iſaac, Ophain, Roſigny. Enimvero quod ad *Merodios* attinet, nemo eſt, ne Belgicarum quidem rerum tiro, cui ignota ſit antiquiſſimæ gentis nobilitas, & fortia domi militiæque facinora: per quorum memores ire faſtos, nihil admodum hìc attinet. Unum modò ſubjiciam Cęſaris diploma, ut hoc velut emblemate ſcriptionem meam exornem, & præſtantiſſimæ familiæ meritis quæſitum decus propagetur:

Nos Fredericus Dei gratiâ Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Dux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Dominus Marchio Sclavoniæ, Portus Naonis, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Marchio Burgoviæ, Lantgravius Elſatiæ &c. cognoſcimus, & per has litteras patentes certificamus, univerſis illas viſuris, aut audituris, etſi nos ex ſublimi imperiali dignitate, quâ Dei Omnipotentis ordinatione ad S. R. Imperium laudabiliter coronati, hinc Imperii Auguſtus nuncupamur, atque ſingulariter affecti ſumus, eorum quorum Proavi & qui ipſimet erga nos, atque ſacrum Imperium diligentiſſimis officiis ſe & ſtrenuos, & utiles exhibuerunt, atque præſtant, in recompenſationem talis ſervitii, eorum inquam honores, & dignitates amplificare, eoſdemque tam ipſos quàm eorum progeniem nobilitatis decore, per noſtræ Cæſareæ Majeſtatis diſpenſationem ſublevare, atque honeſtare. Quia verò ab honorabili, nobiſque dilecto ac devoto Arnoldo de Meroda Eccléſiæ Cathedralis Leodienſis Canonico, informati ſumus, quod tùm ipſe, tum etiam nobiles noſtri, atque Imperii fideles & devoti Joannes, Rickaldus, Wilhelmus & Margareta, fratres ſui, & ſoror, ex quarta ipſorum avorum & abavorum ſucceſſione & progenie, de Meroda, Barones & Baroniſſæ eſſent, ejuſque dignitatis uſum, & poſſeſſionem non ſolum hucuſque continuaſſent; ſed nunc etiam ab omnibus & ſingulis pro talibus habeantur: Nobis idem prædictus Arnoldus ſimul explicavit, quòd litteræ ſigillatæ & certificationes ſuper talibus eorum libertatibus, & conceſſis privilegiis erectæ, per tumultus bellicos abreptæ, & deperditæ eſſent, qua de cauſa timerent, ne hic caſus ipſis ſubſequenter in diminutionem & abſtractionem libertatis & privilegiorum ſui ſtemmatis cedere poſſit. Idcirco nos tamquam Romanum Imperatorem imploravit, & ſupplex petiit, ut nos ſibi, præfatis Joanni, Rickaldo, Wilhelmo de Meroda ſuis fratribus, eorumque heredibus & ſucceſſoribus maſculini & feminini ſexus, nec non prædictæ Margaretæ de Meroda ipſorum ſorori, has libertates, dignitates, & privilegiatas ſucceſſiones Baronum & Baroniſſarum confirmare, & approbare, ipſoſque à novo in noſtros & ſacri Imperii veros Barones & Baroniſſas honeſtare, creare, ordinare, atque evehere gratioſè dignaremur. Hoc caſu nos conſiderantes jam prædicti Arnoldi de Meroda humilem atque æquam petionem, antiquam etiam eorum progeniem, & præſertim fidelia & utilia ſervitia, quæ tum præfatorum de Meroda fratrum prædeceſſores noſtris in Imperio prædeceſſoribus Romanorum Cæſaribus & Regibus, tum etiam illi ipſi nobis in ſacro Imperio ſæpiſſimè, & nominatim prædictus Arnoldus, indefeſſo ſtudio præſtiterunt, atque exhibuerunt, neque minùs in poſterum præſtare, atque exhibere, & poſſunt, & debent. Quocirca plenè deliberato animo, atque maturo, tum noſtro, tum Imperii Electorum Principum, Ducum, Comitum, Nobilium, & Fidelium in magno & notabili numero nobiſcum hac vice congregatorum conſilio, & certâ ſcientiâ, prædicto Arnoldo de Meroda, ſimul etiam Joanni Rickaldo, Wilhelmo, ſuis fratribus, ipſorumque heredibus, atque tam maſculini quàm feminini ſexûs ſucceſſoribus, etiam præfatæ ipſorum ſorori ante nominatas eorum libertates, dignitates, & familiæ privilegia, Baronum, & Baroniſſarum, tamquam Romanus Imperator, gratioſè confirmavimus, approbavimus, eoſdemque de novo in noſtros & ſacri Imperii veros Barones, & Baroniſſas honeſtavimus, creavimus, ordinavimus, & ſublevavimus, confirmamus, approbamus, honeſtamus, creamus, ordinamus, & ſublevamus: hoc modo ipſos de novo in noſtros & ſacri Imperii veros Barones & Baroniſſas ommnimodè, ex Romani Cæſaris pleniſſima poteſtate & ſcientia, idque his litteris atteſtantibus, ita ut ex nunc in perpetuum Barones & Baroniſſas de Meroda, ipſi & ſingulàriter prædictus Joannes de Meroda, & Petershem, nec non præfatus Rickaldus de Meroda & Hoffalis, ſuis titulis & nominibus ſeipſo ſcribere, nominare, atque ab omnibus & ſingulis taliter nominari, & pro talibus agnoſci, eaque de cauſa nobus & ſacro Imperio, ſervitiis aliiſque modis obedientes, atque obſequentes eſſe debent. Inſuper etiam omnes ac ſingulos honores, dignitates, prærogativas, libertates, gratias, jus & juſtitiam judicialiter ſeu extrajudicialiter, in ſpiritualibus & civilibus ſtatibus, & cauſis, omnibus in locis percipere, atque eorum uſu, & participatione ſe recreare poſſint, & debeant, quorum uſum, & participationem eorum prædeceſſores de Meroda, ceterique noſtri, & ſacri Imperii verè progeniti Barones,

17 Merodiæ gentis privilegium.

Barones, & Baroniſſæ, ex quarta ipſorum Avorum & Abavorum progenie, de jure, conſuetudine, atque nemine obſtante, quietè percipiunt. Omnibus itaque & ſingulis Principibus, Electoribus, Ducibus, Comitibus, liberis Baronibus, Equitibus, & Militibus, Capitaneis, Vicedominis, Satrapis, Præfectis, Adminiſtratoribus, Vicetenentibus, Scholtetis, Scabinis, Conſulibus, Judicibus, Juratis, Civibus, & Communitatibus, atque omnibus præterea aliis noſtris & Imperii ſubditis & fidelibus, cujuſcumque ſtatus aut conditionis fuerint, ex prænominata Romani Cæſaris poteſtate, per præſentes litteras ſeverè atque rigoroſè mandamus, ut hi omnes, ac ſinguli, præfatos Arnoldum, Joannem, Rickaldum, Wilhelmum fratres de Meroda, eorum heredes, & maſculini ſeu feminini ſexus ſucceſſores, inſuper etiam prædictam ipſorum ſororem Margaretam, ex nunc in perpetuum Barones & Baroniſſas de Meroda, & ſingulariter ſæpe nominatum Joannem de Meroda & Petershem, atque prætactum Rickaldum de Meroda & Hoffalis, nominent, ſcribant, atque agnoſcant: ipſos etiam in hoc, atque in prædictis aliis noſtris gratiis, juribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, confirmationibus, approbationibus, atque novis donationibus, & conceſſionibus neque impediant, neque ullâ ratione moleſtent; ſed eorum uſu, & fructu prædicto modo quietè perfrui ſinant: quatenus vobis omnibus, & ſingulis unicuique cordi, & reſpectui eſt noſtra, & Imperii gravis indignatio: idque ſub expreſſa pœna centum marcarum auri puri, quam quiſque contra iſtud mandatum petulanter delinquens, pro una dimidietate in noſtram atque Imperii Cameram, & pro altera dimidietate prædictis fratribus de Meroda, eorum heredibus, & ſucceſſoribus, atque præfatæ ipſorum ſorori irremiſſibiliter perſolvere obligatus erit: idque per atteſtationem harum litterarum quæ appenſo noſtræ Cæſareæ majeſtatis ſigillo ſigillatæ ſunt. Datum Treviris poſt ſancti Michaëlis Archangeli diem, anno à nativitate Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo tertio: noſtri Imperii Romani, trigeſimo quarto: Cæſarei Imperii viceſimo ſecundo: & Hungariæ decimo quinto.

Eſt autem prædicta *Agnes de Merode*, oriunda à Wilhelmo, cujus hoc diplomate mentio. Habuit enim patrem Bernardum, avum Richardum, Warouſæ dominum, qui filius fuit prædicti *Wilhelmi*. Porrò ex *Joanne*, præter ceteros, prodiit Richardus, ex hoc Henricus, cui filius Joannes, pater Philippi præſentis Peterſemi toparchæ; cui uxor Anna de Merode, filia Domini de Moriamez (quo cognomine Iſabellam, Roberti Betunii Teneræmondæ Domini, conjugem uſam ſuprà docui) *Rickaldus* autem *de Meroda & Hoffalis* filium reliquit Renardum, nepotem Richardum, pronepotem itidem Richardum; ex quo natus Philippus de Merode, Baro de Frentzen, Eques S. Sepulchri, Oeconomus ſereniſſimorum Archiducum, Principum Belgicæ; & Richardus, Ogniaci Toparcha, Gubernator Bapalmæ. *Margareta* autem Gulielmo de Hamale nupta eſt: ex quo ſuſtulit

Lib. 1. cap. 6, num. 96.

Mariam Magdalenam, quæ maritum habuit Gulielmum de Croy, Chievræ Dominum, nullo tamen conjugii fructu. Sed ſatis erratum. Nunc in viam, & quam orſi telam pertexamus.

18 Triens hujus Dominii olim cujus familiæ.

Ante duo ſecula & amplius, triens *Schellebellæ* cum *Eertbrugghe* (quæ certa regio eſt hujus pagi, ſuis etiam privilegiis & immunitatibus ornata) erat penes familiam *van Belle*: ut conſtat ex monimentis Cornelii Gaillarti, ubi: *Bernardus van Belle Dominus Eertbrugæ & in Belle*, anno M. CCCC. VII. *cum uxore Joanna vande Voorde Walteri filia*: cujus illic juxta Chorum monimentum viſitur. Patrem habuit *Walterum* van *Belle*, cujus in archivis Cœnobii Tuſſchenbeke eſt memoria, ad annum M. CCC. XXIX. Avum *Bernardum*, filium *Walteri*, quem dictis archivis *Guido Flandriæ Comes Teneramondæ Dominus Walterum de Balliolo*, *Militem* vocat, tabulis anni M. CC. LIII. Hujus ibidem, & *Beatricis* conjugis mentio eſt tabulis anni M. CC. XXVII. Illius *Bernardi*, quem ſuprà dixi, tres filiæ apud Gaillardum memorantur, quarum prima, Margareta nupſit Ghisberto Maſminio: Altera Soetina nomine, maritum habuit Daniëlem Oudenhovium, & dein Gulielmum van Steelant: Tertia Joanna quam duxit Adam de Prooſt. Habuit inſuper filium *Joannem* qui patri ſucceſſit: ut Epitaphium teſtatur; quod ibidem in templô ſupereſt hoc ſenſu:

Joannes van Belle Eertbrugæ Toparcha, Dominus in Belle, obiit ſecundo Julii anno M. CCCC. XXXIV.

Arma gentilitia ſpectantur inibi cum nominibus familiarum, primo loco *Reſſeghemiæ*, ſecundo *Ghend* (arma ſunt gentis *Villanæ*, ſive *Gandaviæ*) tertio non eſt nomen; ſed in ſcuto tres roſę. Itaque ſuſpicor de ſtirpe *Pethem*. Quarto loco *Gavere*. Alterius item *Joannis van Belle*, *Bellæ Domini* mentionem in dictis Gaillardi monimentis deprehendi: qui ante ſummum altare, juxta ſuperiorem ſepultus eſt *anno* M. CCCC. XXXVIII. *ſecundâ Julii*. Ibi conſanguinearum gentium nomina erant *Zeebroeck*, ſive *Roeſſelaere*, *Liedekercke*, ſive *Halewyn*, tertium ſcutum familię ignotæ. Horum *Bellenſium* poſteri adhuc ſuperſunt Brugis & Teneræmondæ. Hoc autem non eſt ſilentio tegendum, quod à N. V. Theodoro Hetveldio, vero noſtri ævi Coruncano, didici, & poſtmodum idem apud Gaillardum deprehendi (cui eo major fides quòd armorum fuit regulus) *Bellanam* hanc gentem, à loco id ſibi nomen adſciviſſe (ut ferè fit) eſſe autem ex *Maſminiis*, qui hanc olim ditionem tenuere: Vetuſque illi nomen *Maſminium* eſſe. Quod credere eò faciliùs in animum induco, cùm quia eadem ſunt horum *Bellenſium* & *Maſminiorum* inſignia (niſi quod ad oram paululum intereſt) tum vel maximè, quòd in ſuperioris illius *Joannis* notatione armorum, & familiarum, primo loco ſunt, & nomen, & arma gentis Reſſenghemię; cujus

19 De gente van Belle annotatio.

† Lib. 1. c. 6. num. 73. familiæ Maſminios fuiſſe † ſuprà oſtendi, & * in-
* Lib. 3. cap. 3. num. 129. frà docebo. In eadem familia lego bona Henrici
Libri Sacri patrimonii. van Belle, ad fiſcum Principis devoluta, nominati
Pontonem in Trajectu Scaldæ. Homicidii id cri-
mine factum putant, eâque ratione id Domi-
nium ex ea gente migraſſe: quod mihi non fit
20 Joannes Prooſt Dominus in Belle. veriſimile; nam paulò poſt ad *Joannem de Prooſt*
ea ditio pervenit, qui erat Adami filius, ex Joan-
21 Ejus parentes. na van Belle Bernardi filia. Hunc Præturam &
Lib. Feudal. Analect. Gaillardi. Teneræmondæ, & Aloſti geſſiſſe, ſuperior No-
Lib. 1. cap. 9. num. 34. menclatura docet. Uxorem habuit Alexandri-
nam van Steelant, & ex ea filium Leonem de
22 Uxor. Prooſt (qui etiam Teneræmondæ fuit Prætor)
23 Liberi. & filiam *Margaretam*; quæ patri in hunc Bellæ
Lib. Feudal. trientem ſucceſſit; quem anno M. CCCC. LXXVIII.
vendidit *Carolo Coutreau*: quem ex ordine ſecuti
ſunt *Philippus Coutreau*, *Erardus Coutreau*, Eques
24 Præſens illius trientis Dominus Weſtmalæ Dominus, *Theobaldus Coutreau* Erardi
filius, & dein ejus frater, alter Erardi filius *Henri-*
25 Franciſci Coutreau memorabile factum. *cus Coutreau* Weſtmalæ &c. Dominus. Ex hac
Meyer an. 1465. familia fuit ille Robertus Franciſci Coutreau fi-
Oliv. de la Marche lib. 1. cap. 35. lius, ſuperioris *Caroli* pater qui prælio Montleria-
Annal. Brabantiæ cap. 62. co Principi noſtro Carolo Audaci, ſalutis fuit au-
ctor: Nam abſque illo fuiſſet, Carolus, quem
circumventum Galli ad deditionem urgebant,
in eorum poteſtatem aut vivus veniſſet, aut mor-
tuus; nam ut erat magni animi, cùm dedere
ſe nollet, occidendus erat; niſi Robertus Cou-
treau robuſto invectus equo, per medium co-
ronæ Gallicæ agmen perrumpens, hoſtem ma-
nu Principi imminentem ſummâ vi retro ce-
dere coëgiſſet, magnâque editâ ſtrage, præ-
ſenti Dominum diſcrimine liberaſſet: qui viciſ-
ſim immenſæ virtutis ergò, Præfecturâ illum
feudorum Brabantiæ, utili cum primis & ho-
neſto munere, atque Equeſtri inſuper Baltheo
extemplò donavit.

MOERSEKE.

26 Moerſecæ ſitus. ULtra Scaldim prima *Moerſeca* occurrit,
intra primum ab urbe lapidem ad dictum
flumen ſic ſita, ut potiſſimam ſui partem allu-
vioni debeat. Hanc longo ambitu Scalda mu-
nit: cujus etiam hìc antiquus alveus viſitur:
qui aggeribus excluſo amne utilem piſcationem
27 Ibidem rudera. miniſtrat. Non procul à ripa, antiquæ molis
rudera viſuntur; cujus rei, aut temporis, vul-
28 Cujus ædificii. go incertum. Incolæ arcem fuiſſe exiſtimant:
ut alibi multæ circa fluminum ripas. Poſtmo-
dum ex ſententia feudali, inter Petrum vander
Borgh & Joannem vander Borgh ejus Patruum
didici, vetus Moeſecę Dynaſtarum Domicilium
fuiſſe. Gaillardus inſignem *Gerardi Grimber-*
29 De Scabinis. *genſis Moeſecæ Domini Arcem* vocat, eamque
à Gandenſibus furore civili everſam. Duplex
hìc eſt Scabinorum ordo; quorum prior cum
Prætore agrorum, arvorum, & univerſim pagi
res curat: alter cum Sculteta, ea quæ ad palu-
30 Statio navium. des & prata ſpectant. Eſt in hujus Dominii fi-
nibus celeberrima ſtatio navium eo loco qui
Dry goten (id eſt tres Canales) appellatur: ubi
anno M. D. XCVIII. Bironius Galliæ Mareſcal-
cus (cujus aliquanto pòſt tragicæ vitæ finis) in
amœniſſima porticu, è frondentibus ramis con-
texta, à noſtro Senatu exceptus eſt, firmatis
Gallicę pacis legibus. Inter XLV. feuda quæ hu- 31 Baſeroda Moeſecæ Feudum.
jus Dominii beneficio poſſidentur, Clientelam
Moeſecæ Comarcho debet Baſſerodæ S. Urſ-
mari Dominus, ratione ejus Dominii, quod à
Moeſeca dependet. Junctum id à prima origine
Moeſecæ exiſtimem, quia illius eſt feudum; &
aut partitione hereditariâ, aut aliàs divulſum.
Eo Dominio *Raſſemghemios* olim potitos An- 32 Priſci Baſerodæ Domini gentis Raſſenghemiæ.
nales Flandriæ monent: ubi legibus pacis inter
Philippum Audacem, & Gandenſes ſubſcribit
Gerardus ab Raſſeghem Baſſerodæ Dominus. Inde Meyer. an. 1385. & Froſſard. lib. 2. cap. 176.
ad *Maldeghemios* abiit: fortè conjugio dicti
Gerardi filię, cum *Gerardo Maldeghemio*, quem 33 Maldeghemiæ.
paulò pòſt hoc Dominio potitum variè mihi Lib. Feudal. Moeſecæ.
conſtat. Poſt hunc (cùm ſine ſobole deceſſiſſet)
Villani poſſedêre: Inter quos primus occurrit 34 Vilanæ. Analect. Harduini.
Adrianus, Joannis & Margaretæ Gaveranæ
Raſſemghemi Dominæ filius. Poſt illum *Co-* Anno 1547.
lardus, Adriani filius, qui Matrem habuit Ju- Ibidem & Archiva familiæ.
docam Moerkercanam Merchemi Dominam,
filiam Colardi Moerkercani, & Catharinæ Bal-
liolanæ: fratrem Martinum Villanum Raſſem-
ghemi Dominum, maritum Antoninæ Maſ-
miniæ, quæ Calckenam in dotem habuit: So-
rores Catharinam Merchemi Dominam Con-
jugem Joannis Halowini Roſebecæ Domini:
& Margaretam; quæ nupta eſt Jacobo de Griſ-
per Ogierlandæ Domino. Uxorem duxit Mar-
garetam Ghiſtellanam Guidonis filiam. Ejus li-
beros, & nepotes ſuprà dedi. Præter *Baſſero-* Lib. 3. cap. 2. num. 79. & 81.
dam, Dominus inſuper fuit Liedekercæ, S. A-
mandi, Leeuwe, Vicecomes Lombecæ, &
hereditarius Sculteta Aſſenedę, à Conſiliis & Cu-
biculo Ducis Burgundiæ. Hic vendidit Baſſe- 35 Baſeroda vendita.
rodam *Joanni vanden Drieſſche*, Conſiliario Analecta Harduini.
Flandriæ, qui cùm ob delicta exilio multatus
eſſet, bonaque ejus fiſco illata, id Dominium 36 Quomodo gentis Halowinæ.
emit *Jodocus Halowinus* Flandriæ Prætor, Do- Ibidem.
minus Peenæ, & Bugghenhoutii. Hunc teme- 37 Meyeri error
rè Meyerus dicit anno M. CCCC. LXXII. bello Ad annum 1374.
Leodicenſi cæſum: quum eo tempore nullum
fuerit cum ea gente bellum, quæ jam inde ab Meyer. an. 1467.
anno M. CCCC. LXVII. à Carolo Burgundo ſub- Idem an. 1468.
acta erat: & anno M. CCCC. LXVIII. eorum Ci- Analecta Gaillardi.
vitas propter rebellionem everſa. Conditus eſt
cum duabus uxoribus in Dominio ſuo Peenę
juxta Caſletum, in templo Gulielmitarum, Sa-
cello D. Virginis, ſub opere arcuato, inſigni
Mauſoleo, cujus hęc eſt ſubſcriptio:

Hic jacet Nobilis, & potens Dominus 38 Jodoci Halowini Epitaphium.
D. Jodocus de Halewyn, Eques, Pee-
næ, Bugghenhoutii, & Baſſerodæ Do-
minus, Conſiliarius quondam Philippi,
& Caroli Ducum Burgundiæ, & eorum
ſupremus per Flandriam Prætor: qui
cum uxore Domina Joanna de la Trimoil-
le, Domina dictorum locorum, fundavit
hoc Cœnobium, & Eccleſiam in honorem &
reverentiam Virginis Mariæ, Matris
Dei,

Dei, & obiit anno M. CCCC. LXXII. XXIV. *Septembris.*

39 Item conjugis ejus Bonæ d'Antoing.

Hic jacet Nobilis & potens Domina, Bona d'Antoing, dum viveret prior conjux dicti Domini Judoci de Halewyn: quæ obiit ipſo die Agnetis, quæ fuit XXI. *Februarii anno Domini* M. CCCC. XLVI. *Ora Deum pro anima.*

40 Et alterius Joannæ de la Trimoille.

Hic jacet Nobilis & potens Domina, D. Joanna de la Trimoille, Domina Peenæ, Bugghenhoutii, & Baſſerodæ, quondam uxor prædicti Domini Jodoci de Halewyn; quæ & dictus Dominus, ejus maritus, fundarunt hanc Eccleſiam, & Cœnobium: & poſuit eadem Domina, primum ejus lapidem: & obiit in feſto D. Virginis, in Martio anno M. CCCC. LXX. *Oro Deum omnipotentem pro anima ejus.*

41 Peenenſe Cœnobium olim ubi. Meyer. an. 1468. Analecta Gaillardi.

Fuerat autem prædictum Cœnobium antea ſtructum Oudezeliæ ab aliquo gentis Guiſiæ; ſed ob pericula inundationis, cum fundatoris monimento, huc tranſlatum anno M. CCCC. LXVIII.

42 Jodoci ſucceſſores. Meyer. an. 1468. Analecta Harduini. Lib. Feudal. Moeſecæ.

Jodoco Halowino ſucceſſit *Franciſcus* Halowinus, illi *Ludovicus*, huic *Antonius*: fuitque in ea familia; donec occaſione trecentorum millium florenorum, quam ſummam Rex Gallus ſtipendiorum nomine debebat illuſtriſſimo Principi Comiti Palatino ad Rhenum, Duci in Bavaria, Comiti Veldenſi, & Sponheimii, *Carolus Halowinus*, Eques, Ordinis D. Michaëlis,

43 Baſeroda quomodo Comitis Palatini.

æſtimatione factâ, Baſſerodam cum S. Amandi & Bugghenhoutii Dominiis, Regis nomine tranſſcripſit: ipſe in Galliis alias poſſeſſiones accepturus; quæ quoad jura ſucceſſionis ejuſdem eſſent aut fierent naturæ, cum his ſuis Dominiis.

Anno 1574.

44 Inde Caroli Mansfeldii Principis. Lib. Feudal. Moeſecæ. Chronic. Miræi an. 1595.

Aliquantò pòſt, tranſactione abierunt hæc Dominia ad *Carolum Mamveltium* (inſigni illa ad Strigonium de Turcis clade nobilem, ubi honoris ergo *Principis* titulum accepit) eâ lege, ut intra certum tempus emptionis pretium perſolveret; (erat autem pretium, centum triginta millium florenorum) quo non perſoluto, ſive ejus præcipiti morte, quæ victorem exercitum ſine ſanguine funeſtavit; ſive aliàs, ad priorem Dominum per ſententiam Parlamenti rediêre: qui Baſſerodam, ut dixi, à Moeſecæ Domino in feudum habet: S. Amandi Dominium ab Abbate S. Amandi juxta Tornacum: Bugghenhoutium verò ab illuſtriſſimo Principe Auriaco,

45 Iterum Comitis Palatini. Anno 1602. 11. Maii.

46 Bugghenhoutii directus Dominus quis.

ut Barone Grimbergenſi: penes quos Dynaſtas ab omni antiquitate fuit ejus pagi directum jus. Quin etiam pars quædam hujus dominii hactenus penes Barones Grimbergæ manſit. Unde duo ibidem ſunt tribunalia: alterum Comitis Palatini, quem dixi; qui ſe *Bugghenhoutii Dominum* inſcribit: Alterum Baronis Grimbergenſis: habentque juriſdictionem locis & per-

Lib. Feudal. Moeſecæ.

ſonis diſtinctam. Porrò Baſſeroda, ſuum habet Tribunal, & Majorem, & Clientes (quos *Homines* vocant) per quos Dominus civilem exercet juſtitiam, non autem criminalem. Si verò quemquam criminis accuſatum Major habeat in poteſtate; illum tenetur intra triduum tradere Prætori Teneræmondano: idque ad limites hujus Dominii. Itidem ſi mulcta excedat tres libras Pariſienſes.

47 Baſſerodæ Domini jura.

48 Teneræmondæ Domini hic jura.

Præter alia Teneræmondæ Dominus habet hìc optimum morientium cathallum; niſi antè Civitatem adepti ſint.

49 Baſerodæ ſitus.

50 Ibidem navium ſtatio.

Eſt autem *Baſſeroda* ſita ad Scaldim, intra primum ab urbe lapidem; habetque celeberrimam ſtationem navium, quæ indies ultro, citroque Antverpiam commeant, ſtatis ad æſtium temporibus.

51 A Scalde detrimentum.

Hujus agrum ita Scaldis ſuo fluxu, & refluxu detexit, ut ab uno ævo, vix credibile terræ ſpatium gurgite hauſerit: quod ad oppoſitos Moeſecæ aggeres alliſum, multa pratorum jugera illi pago adjecit. Templum habet D. Urſmaro ſacrum, amœniſſimo ad flumen ſitu: cujus illicio ſtructa eſt, non procul inde ab Halowinis, inſignis illa domus, quam Aulam Peenenſem vocant; quæ per hæc civilia bella à regio milite incenſa eſt: nunc verò vel in ruinis antiquum teſtatur ſplendorem.

52 Ibidem Prætorium.

53 Plebeius error de Dominio Peenenſi.

Peenenſis autem Dominii tam celebre hìc eſt nomen, vel ob illam quam dixi domum, vel ob gentis Halowinæ Baſſerodæ Dominos (qui ferè Domini Peenenſes dicebantur) ut multis hactenus perſuaſum fuerit *Baſſerodam* in ipſo Peenenſi Dominio ſitam: idque potiſſimùm hâc causâ uſu venit: quod antiquitùs vulgari ſermone, cùm has Peenæ Domini ditiones volebant deſignare, *terras Peenæ* dicebant, brevitatis causâ, pro, *terras Domini Peenæ*. Quæ loquendi ratio paulatim in morem abiens, erroris occaſionem dedit: creditumque tandem, ut dixi, Peenam eâ dominia, & præſertim *Baſſerodam* complecti; quod omninò alienum eſt à vero: quum Peena ſita ſit in Dominio Caſſetano, ut antè dixi.

54 Peena ubi. Numero 36. 38. 39. Marchantius Comment. de Flandria lib. 1.

Cum primis autem celebris eſt in noſtris annalibus, non ob Cœnobium modò, cujus antè memini, nec ob Marchionatus titulum, quo ornata eſt; ſed ob proceres gentis Halowinæ, quorum frequens paſſim mentio, & multa exſtant præclara domi militiæque facinora.

55 Ghaſtella aliud in Moeſeca Dominium. Variæ tabulæ in Archivis familiæ.

Præter Baſſerodam aliud inſuper Dominium *Moeſeca* complectitur, quod *Ghaſtelle* vocant: cujus titulo conjunctim cum Moeſecano, Dominos antiquitus uſos, variæ mihi ſchædæ fecêre fidem.

56 Idem familiæ nomen.

Seorſum aliquando poſſeſſum inde apparet; quod in familiæ nomen abiit, ut, à quadringentis pænè annis conſcriptus obituum liber teſtatur. Ubi ad v. Kal. Martias *Adela uxor Radbodi de Ghaſtella. Sigerus de Ghaſtella*; ad XIX. Kal. Auguſti *Imma de Ghaſtello*; & Idibus Octobris *Oda de Ghaſtello*.

57 Ibidem Sacellum.

Habet id vetuſtum Sacellum, quod etiamnum ſupereſt; fiuntque ibidem quotannis ſolennia, tertio Rogationum. Nunc vulgariter *Hoogh* (id eſt altum) *Caſtelle* dicitur.

58 Ghaſtellæ celebritas unde.

Cumprimis celebre eſt ludicro illo conventu, Jovis poſt Pentecoſten:

 ubi

59 Conventus ludicri narratio.

ubi ridicula plerique munia capiunt, ut ſi quis, aurigandi præſertim inſolens, currum inverterit, ſeque, & equos præcipitarit; auriga audit: Si quis patriam abligurierit rem, aut in munere publico plus expendit quàm in rationes contulit; à theſauris, aut quæſtor dicitur: Si quis leporem dum ſequitur aut cervum, in foveàm incautus ſalit, venator fit: Si equum magno emptum minoris vendidit, equiſo dicitur: Si ſapere cùm velit, ubi maximè cavit, maximè deceptus eſt, aut ridiculum conſilium in re ſeria dedit; Advocatus aut Conſiliarius nuncupatur. Ceremoniæ his muniis pares. Adventantis cætus hujus Dominę hæc ferè pompa eſt: ſtercorario curru ſedens equis vehitur ſtrigoſiſſimis, eamque ceterum agmen ſtipat: hic eques, ille pedes. Deſcendentem è rheda promiſcuus omnium plauſus excipit: in tumulis arenaceis diſcumbitur: ſine ſymbolo prandetur: cùmque nihil ſit parati; præter locum ſub dio, ubi tam venti ludunt quàm homines; momento hinc inde ab incolis accoliſque affertur annonæ, atque penoris abundè: valetque ibi Gnathonicum illud: *Nihil cùm eſt, nil deſit tamen.* Pranſi rationes curant; quæ joculariter redduntur: Piſcinas (quæ nullæ) locant: itidem locuſtarum, grillorumque venationem, quæ mulctis nullis redimuntur. Tum ſi quis ex vicinia abſit, quem adeſſe totius cætus intereſt; per ſatellites ſtramine vinctus adducitur. Itidem ſi quis jocularis facinoris reus; ei compedum loco, hinc inde poculum ſub genu, ſtramine alligatur. Si quis damnatur, citra ſanguinem mulcta conſiſtit. Graviſſima poena eſt:

Terent. Eunucho Act. 2. Scena 2.

Tergere ſciphos, & exanclare fortiter.

Privilegium ex conſuetudine tale habent:

Quicumque aliquid annonæ huic ſympoſio miſerit, vexerit, curarit; ſolutionem ſi non urget, incuriæ ergò, ultrò nihil ſolvitor: ſi urget, importunitatis ergò, itidem nihil ſolvitor: & inſuper graviſſimam mulctam incurrito. Solus Tricongium ſi par eſt, ebibito. Et omnium cachinnis uſque ſiſtitor.

60 Ejus origo.

Originem huic ludicro dediſſe ferunt, quod ſuperioribus annis, poſtquam diu incolæ latitaſſent, nuſquam auſi prodire, ob hoſtem & prædones, qui omnia pervagantes, nihil tutum reliquerant; cùm primùm proſpiciendi poteſtas data, fortè fortuna hinc inde paullatim in hos colles convenerint, non aliâ quàm explorandi causâ (latiſſimus enim in omnem partem proſpectus patet) ubi inexſpectato vicinorum notorumque adſpectu cùm quiſque gauderet, pacataque omnia videntes, poſt tantos caſus gratulabundi dextras jungerent; illum diem perpetuæ memoriæ conſecraſſe memorantur: & exinde quotannis in ea loca ſolutis curis, & feſtâ animi lætitiâ itum, non ex agri ſolùm adſitis, diſſitiſque locis; ſed etiam ex opido: unde potiſſimę fortunę homines frequentes eunt, ubi frontem exporrigunt, & comburunt diem. Hæc

61 Auctoris excuſatio.

audita mihi, paucis viſum inſerere: cùm ut fidem meam liberem; tum ut tædioſæ lectionis levem faſtidium. Si quis eſt uſqueadeò durus, ut ob jocoſa hæc frontem caperet, atque ſupercilium attollat; is ad Timones abeat, & Hæraclitos: mihi Democrito magis eſſe lubet; & cum Socraticis diæ ſapientiæ facere: pectore, non ſupercilio. Nam quum vita noſtra merâ ſit calamitas; quæ obſecro veſania eſt, miſeriores miſerias noſtras reddere? quod ſit ſi omnia nobis negamus. Satis eſt, culpam vitare, virtutem ſequi; & quæ media ſunt, neque in bonis habere, neque in malis.

62 De Moeſecani Dominii exordio.

Enimverò quod ad primordia *Moeſecani Dominii* attinet, nihil hactenùs certi deprehendi. Gaillardi quidem collectanea ad Guidonem Dampetram Flandriæ Comitem referunt (quem Moeſecæ Dominis terras donaſſe conſtat, quæ alluvione accedunt: quod illis Carolus V. Cæſar confirmavit) & ad illud uſque tempus, ea loca partim ſylveſtria, partim ulvoſa fuiſſe; ſed id facilè refellit *Henricus de Aſca* ſive de *Grimbergis*, quem hoc Dominium potitum conſtat, antequam Guido Comitatum accepit. Et quod magis, jam in familiæ cognomen *Moeſeke* abierat. Dein memini audire ex nobiliſſimo viro Joanne vander Borgh, ſuperiore Moeſecæ Toparcha, ea referri ad ſororem Roberti Teneræmondę Domini: eamque id Dominium à matrę Machtilde acceptum, dotale Gulielmo de Grimbergis Aſcæ Domino attuliſſe. Sed qui hujus diplomata leget, quæ non uno loco in monimentis Swivecanis, contrà eſſe ſentiet: ubi nuſquam non tituli modò, ſed ne loci quidem meminit, quod de Aſca non neglexit. Sed ne plus Moeſecanis eripere videar, quàm dare, antiquius id mihi Dominium videtur: adeò ut plurimis hujus Territorii vetuſtate præcellens, cum quovis hâc parte contendere poſſe videatur; vel hanc ob cauſam, quòd cùm video *Ægidium Militem de Moerske* Abbatiæ Swivecanę in primordiis donantem certos redditus, imò verò multo antè cenſeri inter teſtes Inſtitutionis dictę Abbatiæ; non aliud inducor credere, quàm ante id tempus *Moeſecam* titulum Dominii habuiſſe. Sciunt enim quotquot in ejus ætatis diplomatibus verſati, *Militem de Moerske* aliud nihil eſſe, quàm ipſum Dominum poſt adeptam dignitatem Equeſtrem, aut Domini filium, aut nepotem. Parva loquor, altiùs jam ibo. Cùm à ſexcentis penè annis illuſtris familiæ cognomen *Moerske* fuerit, quis dubitet quin, vel ante id tempus Dominii titulum habuerit? Cognomen autem familiæ ab eo uſque ævo fuiſſe, Archiva Blandinii monebunt: ubi anno M. LXXII. *Joannes de Moerske* Roberti Comitis diplomati ſubſcribit. Ceterùm Ægidius ille, quem dixi, an ex Grimbergenſi fuerit familiâ, neque negare auſim, neque aſſerere. Hoc autem conſtat, brevi pòſt tempore penes eam gentem hoc Dominium fuiſſe, ex qua fuerint hi:

63 (Gaillardi error) Tab. an. 1255.

Tab. an. 1517.

Tab. an. 1250.

64 An à Gulielmo de Grimbergis.

De hoc vide ſupra lib. 1. cap. 6. num. 77.

Tab. an. 1227. 1234. & alibi ſæpius.

65 Antiquius eſſe.

66 Argumentum unum.

Tab. an. 1238.

Diploma anno 1223. lib. 1. cap. 6. num. 3.

67 Et alterum.

68 Grimbergenſis familiæ Moeſecæ Domini.

Henricus de Aſca ſive *Grimbergis*, qui uxorem habuit Joannam Spineti Dominam. Utriuſque

Tab. an. 1259.

quæ tabulæ exſtant in Archivis D. Bernardi, in hæc verba:

Henricus de Haſca Miles, & Joanna uxor ejus, Domina de Spineto, in ſpe æternæ retributionis à Domino, Viris Religioſis, Abbati & Conventui loci S. Bernardi, Ciſtercienſis Ordinis, Cameràcenſis diœceſis, qui in palude de Moerſeke, tam pro ſe, quàm pro nobis, quàm etiam pro ſuis ſimul in dicta palude coheredibus, fideliter laborantes perſeverant, arenam, quæ ſita eſt in parochia de Moerſeke, in loco qui dicitur Gaſtella, prædictæ paludi contiguam, quam ad præſens foſſatis & ſæpibus incluſerunt, pro ſuis ædificiis, & aliis uſibus inibi conſervandis, & habendis, in eleemoſynam liberè contulimus, & ab omni calumnia penitùs liberatam. &c. Datum anno Domini milleſimo, duceteſimo, quinquageſimo nono, menſe Junio.

Fratrem habuit *Henricus* Gerardum. Utriuſque in obituario Moeſecæ mentio; ubi *de Moerſeke & Grimbergis* vocantur. Hæc anno M. CC. LII. Illum ſecutus eſt alter

Archiv. Swivec. Tab. an. 1300. *Henricus de Grimbergis:* quem aut Prætorem, aut Conſulem Teneræmondæ fuiſſe, ex actis Swivecanis aliqua fides. Vixit anno M. CCC.

Analecta Harduini & Gaillardi. Henrico ſucceſſit *Gerardus de Aſca*, Eques, Berlegemi item Dominus. Hic in Archivis S. Joannis Baptiſtæ, *Gerardus Moeſecanus Eques* dicitur.

69 Clariſſa de Mirabel cujus uxor. Uxorem habuit Clariſſam de Mirabel, Franconis filiam: Joannis Mirabelli neptem: qui cùm unicam haberet filiam, teſtamento cavit, ut ſi fortè filiæ ſtirps deficeret, ſacellania

Ibidem. quam fundarat Gandavi ad D. Pharaildis, eſſet in poteſtate Ywani Vaernewyck, Equitis, Martini Prooſt, Gerardi Moeſecani, ſive de Grimbergis (erat hic Clariſſæ maritus) & Ravonis de Erpe Meeræ Domini: quorum ſinguli, duxerant ſingulas ejus neptes. Conditus eſt autem prædictus *Gerardus* Moeſecæ, in Sacello D. Vir-

70 Gerardi de Grimberg. Epigraphe ſepulchralis. Archiva familiæ & Gaillart. ginis, cum hac Epigraphe quam amicus noſter, vir nobilis, Adrianus de Marſelaere, ante nuperas tempeſtates enotavit: *Hìc jacet Gerardus de Grimbergis, Dominus Moeſecæ, & Berleghemi: qui obiit anno* M. CCC. LII. 5. Februarii.

Patrem filia *Maria* excepit: quæ in paterno monimento condita, hanc habet inſcriptionem:

71 Item Mariæ. Ibidem. *Maria de Grimbergis, Maldeghemi & Moeſecæ Domina.*

72 Domini gentis Maldeghemiæ. Hæc maritum habuit Philippum Maldeghemium, Equitem; illius Philippi Maldeghemii filium qui memorabili in Guidonem Flandriæ Comitem conſtantiâ, æternum ſuæ familiæ Fidei encomium reliquit: effecitque ut peculiari laude, gens *Maldeghemia Fida* nuncupetur. Utriuſque memoria eſt in obituario Moeſecano,

Oudegherſte Anal. cap. 136. ubi legitur: *Nobilis & potens Philippus de Maldeghem, & Domina Maria de Grimbergis ejus uxor, Gerardi Moeſecani & Clariſſa filia.* Ex hoc conjugio natus eſt *Philippus Maldeghemius*, cujus ante calamitoſa nuperæ tempeſtatis diſſidia, monimentum in Templo Moeſecano ſpectabatur. Erat id ad boreale Chori latus, ſub opere arcuato ex lapide Lydio, cum inſcriptione Belgica, quam ſic Latinè verti:

Hìc jacet inclytus & potens Dominus Philippus Maldeghemius, Eques, Dominus de Maldeghem, Grimberghe, Moerſeke, Berleghem, Hayeghem & Leyſcotæ, filius Philippi, & Mariæ de Grimbergis. 73 Philippi Maldeghemii monimentum. Analecta Gaillardi.

Uxorem habuit Eliſabetham de Wavrin, cujus & mariti viſebantur olim juxta monimentum pictæ ad vivum effigies, cum armis gentilitiis hinc, & inde. 74 Ejus uxor. Analecta Harduini. Sorores habuit hic Philippus, Eliſabetham Ackoiæ Dominam, & Catharinam Maldeghemiam, 75 Sorores. Ibidem. quæ nupſit Gerardo Maſminio, Equiti, Maſminiæ Domino, cui Berleghemum dotale attulit; peperitque illi Walravium Maſminiæ, & Berleghemi Dominum, 76 Sororius ejuſque poſteri. & Claram Maſminiam, quæ primum Sigero Cortracenſi Mellæ Domino (alius hic erat ab illo, quem vulgò *Cortrozyn* vocant, qui anno M. CCC. XXXVII. ipſo Benedicti, Principis mandato capite plexus eſt) dein Philippo de Herpe nupta eſt. Collectanea Gaillardi. Ex priore marito ſuſtulit Yolantam Cortracenſem: Gaillard. cujus tutores fuêre Jacobus van Hurne, & Jodocus van Volmerbeke, qui anno M. CCC. XCIX. paternam ejus hereditatem à matre acceperunt, & inter cetera Mellæ & Herſeauci Dominia; præſente aviâ Catharinâ Maldeghemiâ Maſminiæ, & Berleghemi Dominâ, & avunculo Walravio, Maſminiæ Toparchâ. Ea nupſit primùm Simoni van Hole anno M. CCC. LXXXVIII. 13. Junii: Idem. iterùm Richardo van Steeland: & tertio Hoſtoni de la Barre, Equiti; unde natæ ſunt Joanna, & Jacoba de la Barre: Idem. quarum illa Mellæ Dominium accepit, & Conjugem Joannem Picavet, Jacomardi filium. Huic præter alia bona dos fuit Toparchia Herſeaux. Maritum habuit Joannem van Leeuwerghem, Rolleghemi, & Lendeghemi Dominum. Sigero fatis functo, Clara Walravii ſoror, Idem. ſecundis nuptiis juncta Philippo Herpe Domino, ſuſtulit Philippum, & Suſannam: ex quibus hæc Ghelnoto Daman nupta, ſine ſobole deceſſit. Ejus hereditatem adiit Philippus Herpæ Dominus, frater (cujus poſteros Laernæ deſcriptione dabo) & Yolanta Cortracenſis, Uterina ſoror, anno M. CCCC. XIX. Hujus lib. cap. 3. num. 240. Porrò Walravius, ductâ Margaretâ de Maerſchalck, Roberti Blaeſveldæ Domini filia, filium reliquit Robertum Maſminium, Dominum Maſminiæ, Berleghemi, Uytberghæ, Hemelveerdighem, S. Martini Ledæ, Weſt, &c. Aurei Velleris Equitem: qui ex Eliſabetha van Leeuwerghem ſuſtulit Margaretam Maſminiæ, & Beatricem Berleghemi Dominam. Idem. Altera Walravii conjux fuit Jacoba Ghiſtellana Gerardi filia, ſoror Joannis Coudenburgi, & Guidonis Axelæ, & Waſcali Toparchæ; unde nata Eliſabeth Maſminia, quæ nupta eſt Philippo de Moere.

Philippum Maldeghemium ſecuta eſt *Maria* Archiva familiæ *Mal-*

Maldeghemia. Hanc filiam Moeſecæ Domini fuiſſe, ex Maleani ſcripto manifeſtum: ubi vocatur, *Maldeghemi & Moeſecæ Domina*, diciturque *fidem præſtitiſſe cauſâ cujuſdam feudi, quod tenebat à Curia feudali Beverana, cui nomen Decimæ vander Dorent, quod patris ſui Moeſecæ Domini hereditate poſſidebat, Actum anno* M. CCC.
Tab. an. 1337. LXX. Eam exinde vigeſimo ſeptimo pòſt anno ſuperſtitem fuiſſe, ex actis Moeſecanis conſtat. Poſt hanc *Maldeghemium* cognomen aliquandiu penes Moeſecæ Dominos manſit, ſive quòd viro Maldeghemiæ gentis nupta, ſive, quòd fieri amat, à potiore dominio.

77 Franciſcus Cavalcanti cujus maritus. Lib. Feudal. Archiv. familiæ.
Mariam ſecutus eſt *Philippus Maldeghemius*; Illum *Margareta Maldeghemia*; quę Franciſco Cavalcanti nupta, hanc majorum hereditatem vendidit *Joanni Petro Roſſin*. Quod non
78 Moeſeca vendita. Ibidem.
ferens Ywanus van Ophem, Mariæ Aſcanæ, Roberti Aſcani, & Mariæ de Fleureville filiæ maritus, prędictę Margaretæ conſanguineus, ſive præſenti commodo, ſive rei inſolentiâ motus, quòd dominium longâ Avorum ſerie, ab ipſa uſque Teneræmondenſi familia acceptum, quod hactenus nunquam, niſi hereditariâ ſucceſſione, & conjugiis poſſeſſorem mutaverat,
79 Jure ſanguinis retracta.
ſuperſtite illæſâ, ſi non nominis, unius ſaltem ſtirpis, & originis ſerie; jure propinquitatis ad ſe retraxit, quo facto

80 Moeſeca gentis van Ophem.
Twanus, quem dixi, eo jure quo Majores *Moeſecam* poſſedit. Paulò pòſt
Ibidem an. 1488. Ibidem.
Catharina van Ophem Ywani filia & heres ex aſſe, hujus dominii, vivo patre, poſſeſſionem accepit: quia pretium dictæ retractionis ſuppeditarat. Hæc maritum habuit *Adamum van Berchem* Equitem; & inde liberos, Adrianum, Jacobam, Joannam, & Eliſabetham. Obiit autem Adamus anno M. CCCC. XCII.

81 Gentis van Berchem. Ibidem an. 1493.
Defuncto patre, matre ſuperſtite *Adrianus van Berchem* legibus partitionis hereditariæ, de quâ inter Tutores convenerat, Moeſecæ Dominium adiit: idque Tutorum operâ adminiſtravit: donec ad pubertatem pervenit. Quo tem-
Anno 1506.
pore uxorem duxit Eliſabetham Cocks; ſed non multò pòſt vivâ etiamnum matre, è vivis exceſſit: conditusque eſt in monimento *Gerardi Aſcani*, Maldeghemi & Moeſecæ Domini, relictâ filiâ *Theodorâ van Berchem*: quę Tutores habuit Henricum van Berchem, Equitem, Eelſati Dominum, & Petrum van Bernage, Eſ-
Anno 1512. Ibidem.
ſchenbecæ Dominum. Hanc poſtea duxit *Ægidius vander Borgh*. Cùm autem aliquantò poſt *Adrianum*, etiam Adriani mater mortem cum vita commutaſſet, *Jacoba* Adriani ſoror natu maxima, rata id Dominium ad ſe eſſe devolutum, *Moeſecæ Dominam* ſe inſcripſit, excluſâ Theodorâ fratris filiâ. Ea nupſit *Petro de Bernage*, Equiti, Domino Parcæ: & iterum *Joanni Malart*: qui ſimul hoc Dominium traſtule-
82 Gentis de Bernage. Ibidem an. 1527.
runt in *Eliſabethàm de Bernage* filiam, ex priore conjugio: quam duxit *Carolus Serraets*, Conſiliarius Brabantiæ: unde ſuſtulit filium Petrum.

83 Gentis Serraets. Ibidem.
Mortuâ matre cùm *Petrus Serraets* per patrem Moeſecæ Dominium adiiſſet, continuò mota eſt controverſia inter Inghelbertum de Bernage, Ludovicum Serraets, Inghelbertum 84 De Moeſecæ Dominio controverſia.
van Oyenbrugghe, ac Joannem vander Straten, *Petri* Tutores; & *Ægidium vander Borgh*, qui nomine uxoris ſibi, aut ſaltem liberis ſuis ex *Theodora van Berchem*, Adriani filia, Moeſecam deberi dicebat: eâque ratione, à Soceri morte quæcumque inde poterat emolumenta ſibi, & ſuis aſſerebat. In ea controverſia antequam ad litis conteſtationem ventum eſſet, deceſſit *Ægidius* relictis liberis Petro, & Joanne: quorum tutelam accepère Joannes vander Borgh, Michaël vander Borgh, & Joannes vander Linden: qui Ægidii veſtigiis inſiſtentes pupillorum jus ſunt proſecuti: reclamantibus adverſariis, hâc præſertim ratione: quòd Adrianus ante matrem obiiſſet; neque repræſentationi hìc locus eſſet. Quod ita refutatum eſt, alia- 85 Ea finita.
que inſuper repoſita, ut tandem ſecundùm *Theodoræ* liberos ſententia lata ſit.

Adiit itaque *Petrus vander Borgh*, major natu, 86 Moeſeca gentis vander Borgh.
avitam hereditatem. Hic celebs obiit anno M. D. L. Conditus autem eſt in templo Moeſecano Ibidem.
in medio Chori, ante ſummum altare.

Ejus hereditatem cum Moeſecæ Dominio Ibidem an. 1550.
accepit *Joannes vander Borgh*, alter *Theodoræ* filius, Eques Solymus. Hic conjugem habuit Catharinam van Duffele, & ex ea filium Joannem, & filiam Annam quæ nupſit.....de Longin.

Patri ſucceſſit *Joannes vander Borgh*; qui uxorem duxit Odiliam Roelants, ex qua multos ſuſtulit liberos, nempe Joannem, Matthiam, Carolum, Henricum, Gulielmum, Gertrudem, Odiliam, Joannam, & Annam; & exinde Annam Sweerts, ex qua nullos. Hic præter variorum annorum Conſulatus, peculiari quâdam laude, cum Magiſtratum quadriennio continuavit. Obiit autem nuper, anno M. DC. X. primâ Februarii magno Reip. damno: quæ virum amiſit innocentiſſimum, civem bonum, Conſulem moderatum.

Illum excepit *Carolus vander Borgh*, qui bien- 87 Præſens Moeſecæ Dominus.
nio penè antè, dono eam ditionem à patre ac- Lib. Feudalis anno 1608.
ceperat. Ejus nomine Clientelam Principi juravit Carolus de Hertoghe Paddeſchoti Dominus Avunculus & tutor.

UYTBERGHEN, OVERMEERE.

Sequuntur Pagi duo, *Uytberghen* & *Overmeere*, quorum ille à vicinis Berlaræ montibus 88 Uytbergæ Etymon.
aut tumulis potiùs nomen habet, ut ſi dicas *Extra-montes* (memini etiam legiſſe *Hundelberghen*, id eſt Hunnorum montes, niſi in ſcriptione ſit vitium) hic verò à ſitu ultra lacum, qui *Uyter-* 89 Overmeeræ Etymon.
ghæ: unde etiam inibi plateæ nomen, de *Meerſtraet* id eſt lacus platea. Prior ille pagus eſt ad 90 Uytbergæ ſitus.
Scaldim: qui fluvius prata quotannis inundans, magnam herbis & pecori adfert ubertatem. Alter in viciniâ. Illius titulum Dominus præfert ob 91 Cur alteri prælata.
antiquitatem. Conſtat enim ut unum feudum duo hæc loca conſtituunt; ita unico pago antiquitus fuiſſe comprehenſa: & *Uytbergam* parochiale

chiale

chiale Templum habuiſſe, cùm *Overmeere* Sacello contentum eſſet: quod ab aliquot retrò ſeculis etiam Parochiæ jus accepit. Hujus D. Virgo tutelaris, illius D. Petrus. Tribunal uterque pagus unum habet. Utrobique tamen Juridici conventus fiunt, & ubicumque Domino viſum. Locus Tribunalis Uytbergani eſt juxta cœmeterium; *Overmeere* verò circa ædes Toparchæ:
92 Prætorii commendatio. quæ præter ædificii antiquitatem, loci amplitudinem, villæ commoditatem, amœniſſimæ ſunt vivariis, arboretis, hortis. Eæ nuperâ ſeceſ-
93 Bonniveti refugium quando. ſione Legato cuidam Gallico ſaluti fuêre. Bonnivetus hic erat, ad Ordines Belgicæ à Franciſco Valeſio Andegavenſium, & Alençonii Duce, miſſus, domino ſuo harum ditionum Principatum procuraturus: qui cùm ex Arteſia Antverpiam proficiſcens, Gandavi paululùm ſubſtitiſſet; imperio Joannis Embieſii, ex cujus arbitrio pleraque in ea Rep. gerebantur, juſſus eſt diſcedere: inpensè enim Gallicam per ea tempora factionem, & Gallos oderat. Cùmque accepto aliquot militum præſidio in via eſſet; equites ab Imbieſio ad eum opprimendum miſſi, irruptione factâ aliquot ex ejus comitatu trucidarunt. Ille autem cùm videret nullum eſſe in armis præſidium, ex equo deſcendens, dum alii pugnant, ſuperatis natando aliquot rivis, & foſſis, tandem huc incolumis devenit. Sed à diverticulo ad viam.

94 Gandenſium in Overmeere clades. Hunc pagum Gandenſium ſub Philippo Bono clades celebriorem reddidit: ubi alto firmoque
*Meyer. an. 1452. Oliv. de la Marche lib. 1. cap. 25. propugnaculo per vim exutos, Teneræmondæ præſidiarii profligarunt. Ibidem à Comi-
95 Qui ibidem creati Equites. te S. Paulino Cliviensem, Theobaldum Dominum Fiennenſem, Cornelium Philippi nothum Joannem Caſtellerium, aliosque nonnullos
Anno 1452. equeſtri Baltheo donatos, Meyerus notat.

96 Ibidem monimentum cujus. In Templo ante ſummum altare è vivo ſaxo monimentum viſitur, Joannis Coudenhovii; cum incubantibus ejus & duarum conjugum ſimulacris; etſi altera alibi ſepulta eſt, ejus autem inſcriptio, quantùm legi potuit, eſt hujuſmodi:

97 Ejus inſcriptio. *Sepultura nobilis, & egregii viri Joannis Coudenhovii, Armigeri, Domini Ghentbrugæ: qui obiit 28. Octobris, anno* M. D. LIII. *& Dominæ Mariæ van Amerongben, ejus conjugis: quæ ex hac vita migravit 12. Decembris, anno ſalutis* M. D. XLVI.

Arma gentilitia hinc inde erant hæc *Coudenhove*, *Nuwenbrugghe*, *Wintre*, *Cnibbe*, *Adorne*, *vander Banck*, *Uytenhove*, *Baenſt*.

98 Item Hoſpitale à quo. Prope Templum hoſpitale eſt, cum contiguo Sacello, ſtructum olim à *Joanne de Overmeere* Milite, qui ibidem ſacellaniam fundavit: ut ex tabulis liquet, quas mecum communicavit nobiliſſimus vir Nicolaus Coudenhovius præſens loci Toparcha, in hæc verba:

Univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, Joannes ex Curia, filius Jacobi, cum notitia veritatis ſalutem. Noveritis tenore præſentium Joannem dictum van Overmeere Militem, noſtrum prædeceſſorem, fundaſſe perpetuam Capellaniam, ſitam in Capella Hoſpitalis de Overmeere, penes parochialem Eccleſiam de Overmeere; & certis redditibus, & peciis terræ arabilis, & pratorum mortificatis aſſignatis dotaſſe, & aſſecuraſſe, &c. Hæc anno M. CCCC. L. II. Martii.

Has tabulas fugientibus demùm litteris primæ fundationis datas non abs re ſuſpicari liceat; & (quod inde conſentaneum) vetuſtam admodùm eſſe Sacelli originem. Id Sacellum cum hoſpitali funditus everſum reſtituit vir nobilis *Philippus Coudenhovius* Eques: qui imperio Mariæ Hungariæ Reginæ, ſub Carolo V. Cæſare, obſidione Metenſi unius cohortis Waſianæ ductor fuit. Hujus ibidem exſtat monimentum, cum incubante ad vivum effigie, ad latus autem epigraphe talis:

Hìc jacet Dominus Philippus de Coudenhove, ſuo quondam tempore Eques, nobilis domeſticus Imperatoris, qui obiit anno M. D. LVIII. IX. *Septembris. Manibus ejus bene precare.* 99 Ibidem Epigraphe.

Quaterna ibidem conſanguinearum gentium inſignia, *Coudenhove*, *Atorne*, *Wintere*, *Cnibbe*.
Hic autem pagus an aliquando ſeorſum ab altero fuerit poſſeſſus, neque negare auſim; neque 100 An Overmeere ſeorſum poſſeſſum.
affirmare. Illud conſtat, cognominis loco jam olim uſurpatum: cui rei non ſolùm exemplo eſt 101 Ejus rei indicium.
Joannes de Overmeere, Miles; cujus paulò antè memini; ſed inſuper *Nicolaus de Overmeere*, *Miles*, cujus & Beatricis uxoris, & Joannis filii, memoria eſtat in obituario Eccleſiæ Collegiatæ Teneræmondenſis, ad VII. Idus Martias, & pridie Nonas Decemb. & *Adeliſa de Overmeere* quæ anno M. CC. LXII. fuit ſuperſtes; ut docet diploma Hugonis Caſtellani Gandenſis, quo Collect. Gaillardi Archiv. gentis Vilanæ.
confirmat donationem *Balduini de Inghelofenberghe Militis: qui contulit in eleëmoſynam viris Religioſis Abbati, & Conventui Eccleſiæ B. Mariæ de Bodelo, de conſenſu uxoris ſuæ, decimam; quam idem Balduinus habebat jacentem in Parochia S. Joannis de Stene: quam idem Balduinus tenuit ab Adeliſa de Overmeere, & dicta Adeliſa à Domino Villano Milite, fratre noſtro.* Verba ſunt Hugonis Caſtellani, anno ut dixi M. CC. LXII. Præter Adeliſam occurrit *Joannes de Overmeere* Caſtellanus Nienoviæ qui obiit anno M.CCCC. VI. 10 Decembris, conditusque eſt in Abbatia Nienovienſi: ubi monimentum habuit, cum effigie armatâ. Nienoviæ Domi- 102 Joannes de Overmeere an Nienovæ Dominus.
num fuiſſe non omnino temerè aliquis ſuſpicetur. Conſtat enim eo titulo Dominos ibidem antiquitus uſos: quod ſi quis ignoret fidem faciant Collectanea Gaillardi, ubi: *Gerardus de Grimbergis Dominus, & Caſtellanus Nienoviæ Fundator Abbatiæ*, &: *Gerardus de Grimbergis, Gerardi filius, Dominus, & Caſtellanus Nienoviæ, & Dominus de Grimbergis.*

Habet autem Dominus præter cetera quæ 103 Domini his peculiare jus.
omnibus hujus Territorii Dominiis communia

ſuprà

ſuprà diximus, medium trajectus Uytbergani: Molam bannalem, ut vocant, mulctas ſexaginta librarum, & infra. In variis item hujus Domini elenchis ſive indicibus, quæ vulgo Denombrementa vocant, & alibi item, inveni: *In tam alto Dominio poſſeſſorem his pagis potiri, quàm ipſe Teneramondæ Dominus potitur ſuis:* & in antiquo inſuper codicis feudalis fragmento, poteſtatem illi eſſe, *Dandi vitam.*

104 De hujus Dominii origine quæſitum.

De hujus Dominii initiis inquirenti nihil uſquam certi occurit. Illud tamen veriſimile, Dominii titulum in uſu fuiſſe, antequam Overmera Parochiæ jus accepit: alioquin credibile, quòd in duo feuda diviſum fuiſſet, quod nunc eſt unicum. Domini autem, quos variâ lectione aſſequi datum eſt, ſunt hi:

105 Dominorum Series.

Collect. Gaillardi.

106 Gulielmus Nivellanus cujus familiæ.

Sophia de Beaufort: nupta *Gulielmo Nivellano.* Hunc Gulielmum fuiſſe familiæ vander Ha veriſimile eſt, ex obituario Monaſterii ten Boſſche juxta Hemelveerdighem, ubi habentur hæc verba: *Gulielmus vander Ha Dominus Uytbergæ.* Alium fuiſſe primùm credidi, & ſuperiorem aliquem Uytbergæ Dominum; ſed non potuit: quum illud Monaſterium ſtructum ſit circa annum M. CCC. XXXIII. ut ex inſcriptione monimenti ipſius conditoris liquet, hoc ſenſu:

107 Monaſterii ten Boſſche conditor.

Ibidem.

Hic jacet Joannes Gheylins: Obiit anno M. CCC. XXXIII. XVI. *Septembris, & Iſabella de Goede, eius uxor: obiit anno* M. CCC. XXXI. *octavo Octobris.* Itaque cùm Sophiam multò antè id Dominium habuiſſe conſtet, ſuperior fuiſſe non potuit.

Tab. anno 1313.

Condita eſt hæc Sophia cum filio Guidone Gandavi apud Franciſcanos, ubi hæc olim Epitaphia:

108 Sophiæ de Beaufort monimentum cum epigraphe.

Analect. Harduini.

Anno Domini M. CCC. XXXI. XIII. *Kalendas Februarii, obiit Domina Sophia de Beaufort: Domina de Gramine, Uytberghine, & Schuervelde, Soror Fratrum Minorum in extremis. Orate pro anima ejus.*

109 Item filii ejus Guidonis.

Ibidem.

Anno Domini M. CCC. XXIX. *in Cathedra Sancti Petri, obiit Guido de Nivella filius Gulielmi de Nivella Militis, ac conſortis ejus Dominæ Sophiæ de Beaufort, Dominæ de Schuervelde. Anima eius requieſcat in pace.*

Hìc etſi *Scheurvelde* tantùm *Domina* dicatur, in ſuperiore autem Epitaphio *Domina Uytberginæ*, atque inde conjici poſſet poſt annum XXIX id Dominium conſecutam; contrà tamen eſſe tabulæ ſuperſtites convincunt: quibus anno M CCC. XIII. *Uytbergæ Dominam* ſe inſcribit.

110 Familiæ de Beaufort ornamentum.

Palatina de vitis Pontificum.

Ad ornamentum familiæ de Beaufort notare viſum, quòd non ſolùm purpuratos Patres produxerit; ſed duos inſuper ſummos orbis Pontifices, *Clementem* videlicet *ſextum, virum multæ doctrinæ, compoſitæ eloquentiæ, liberalem, comem, ac perhumanum, Avenione ſepultum decimo Pontificatûs anno:* & ejus ex fratre nepotem *Gregorium* XI. qui ſeptimus eorum qui Avenione ſederunt, Apoſtolicam Sedem ex Gallia Romam tranſtulit: ubi Pontificatûs anno ſeptimo ſublatus eſt, tanto omnium gemitu, & lacrymis, quanto antè nemo quiſquam.

Ibidem.

Matrem ſecutus eſt *Gulielmus Nivellanus:* quem vixiſſe anno M. CCC. LXV. & hoc Dominiò potitum conſtat, ex veteri fragmento codicis feudalis, in membrana.

Illum excepit *Joannes Maſminius* Eques, Calckenæ inſuper Dominus. Frater fuit quantum conjicio Walravii Maſminiæ Domini. Uxorem habuit Margaretam Oudenhoviam cujus familiæ nobiles Meyerus interdum *Veteris Villæ* vocat. Liberos reliquit Daniëlem, Ludovicum, Joannem, Ghiſelbertum: quorum tutelam geſſit Philippus Maſminius Somerghemi Dominus; ex his Joannes Laernæ, & Ghiſelbertus Holbecæ Dominus (quem Equitem fuiſſe, & Aldenardæ inter alios nobiles à Gandenſibus obſeſſum Annales memorant) dicuntur occidiſſe Zantbergæ Dominum; quæ cædes amicâ conventione poſtmodum expiata eſt, pacatis Henrico & Gerardo Zantberganis fratribus, eorumque matre, & Joanne de Bairlemont tutore; idque interventu *Joannis Maſminii Equitis, Philippi Maſminii Equitis, Gerardi van Steenhuſe Equitis Sweveghemi Toparchæ, & Walravii Maſminii Equitis: datique utrimque ſponſores Sigerus vanden Kerckhove, Lancilotus de Bairlemont, & Joannes Oultræ Dominus, Caſtellanus Iprenſis.*

111 Maſminiæ gentis Uytbergæ Domini.

Analect. Harduini & Gaillardi

Anno 1421. & alibi.

Meyeran. 1379.

Analect. Harduini anno 1388.

Gaillard. anno 1390.

A morte Patris *Daniël*, maximus natu, hoc Dominium, & *Calkenam* inſuper accepit. Uxorem habuit Margaretam Ghiſtellanam, Philippi Ghiſtellani Equitis filiam, & ex ea liberos; Joannem, Gerardum, Daniëlem, Ludovicum, Philippum, & Eliſabetham: quorum tutelam accepit Robertus van Leeuwerghem Ghiſeghemi Dominus.

Analect. Harduini.

Collect. Gaillardi.

Daniële vitâ functo, *Uytbergæ* & *Overmeræ* Dominium ad *Ludovicum* filium devenit. Hic uxorem habuit Eliſabetham Swaghen & ex ea liberos: Augerium, Jodocam, & Margaretam; ut teſtantur tabulæ, quibus *cum uxore Eliſabetha Swaeghen hereditatem ſuam partitur*, hoc modo: *ut duo trientes Uytbergæ & Overmeeræ, cum alta juſtitia & emolumentis; molâ inſuper, ejuſque redditibus Augerio cederent: Jodocæ, prædium quod erat Bellæ ad Scaldim, Domus ſita Teneramondæ, certique redditus: Margaretæ verò bona quæ Berleghemi*, &c.

Analect. Harduini & Gaillardi.

Collect. Gaillardi.

Poſtquam Ludovicus deſiiſſet vivere, *Augerius* lege dictæ partitionis paternum Dominium adiit, conditus autem eſt ad D Petri Uytbergæ. Liberos reliquit ex conjuge Margareta vander Linden, Jacobum & Gertrudem.

Lib. Feudal.

Gaillart

Augerio ſucceſſit filius *Jacobus maſminius:* qui cum patre, & ſorore commune habet monimentum in templo Uytbergano; quod per has turbas, lapſu campanæ, in plurimas partes ruptum, Petrus vanden Houte Uytbergæ Dominus, curavit componi: ſparſaſque huc illuc partes jungi. Ejus quæ legi poterant, hæc ſunt:

Lib. Feudal.

Hic

112 Augerii Maſminii ſepulchralis Epigraphe.

Hic ſitus eſt Augerius Maſminius, Uytbergæ Dominus, qui obiit XVI. *Maii anno* M. CCCC. XCIV. *& Jacobus Maſminius Uytbergæ Dominus, qui obiit..... Febr. anno* M. D..... *Et Gertrudis Maſminia Augerii filia M......*

Archiv. Curiæ Feudalis.

Jacobum conſtat Philippi Auſtriaci primi ævo hoc Dominio potitum, ex diplomate, quod ille Princeps Chriſtophoro Barouſio conceſſit, anno M. CCCC. XCVIII.

113 Gentis vanden Houte Domini. Archiv. familiæ lib. Feudal. Ibidem. Archiv. familiæ.

Poſt Jacobum ad *Gertrudem* Augerii filiam Uytberga abiit. Ea nupta *Joanni vanden Houte* ſuſtulit filias duas, & *Maillardum vanden Houte*, Uytbergæ Dominum. Hic conjugem habuit familiæ Dixmudanæ; & ex ea filium Jodocum: quâ defunctâ, Margaretæ van Moere junctus eſt; unde nati Petrus, Jacobus, Lævinus, & alii, atque aliæ ad undecim: ex quibus omnibus tribus primis morte ſublatis, hoc Dominio potitus eſt *Levinus vanden Houte*. Huic conjux Margareta Pels, peperit undecim liberos quibus omnibus ſuperſtes.

Lib. Feudal.

Petrus vanden Houte hoc Dominium adiit. Uxorem habet Annam de Figueroa, & ex ea liberos, Leonoram, & Magdalenam.

114 Præſens Uytbergæ & Overmeere Dominus. Lib. Feudal.

Poſt Petrum emptione hanc ditionem accepit V. N. *Nicolaus de Coudenhove*, Ghentbrugę Dominus, præſens ejus loci Toparcha: qui ex Carolotta de Baudringhien ſuſtulit Jacobum, Annam, Philippum, Joannam, Joannem, Carolinam, Annam, Mariam, Jacobam, Antonium, Nicolaum, & alterum Jacobum Jacobo primogenito jam pridem defuncto.

115 Ejus uxor & liberi.

Analect. Harduini & Gaillard.

Inter eos qui ſtirpis Maſminiæ Uytbergæ titulo ſunt uſi, deprehendi etiam *Robertum Maſminium:* cujus dominia hoc ordine, non uno loco, legi: *Maſſeme*, *Berleghem*, *Uytberghe*, *Hemelveerdeghem*, *S. Martini Lede*, *Weſteren*, &c. Quo jure tamen, hactenus non inveni: an emptione, an mutatione, quæ poſtea irrita, (nam hereditate non accepit) incertum; etſi veriſimile. Filius fuit Walravii Maſminiæ & Berleghemi Toparchæ, nepos ex filio Catharinæ Maldeghemiæ, Philippi Maldeghemii Moeſecæ Domini filię. Uxorem habuit Eliſabetham van Leeuwerghem: & ex ea duas filias, Margaretam, quam duxit Andreas Dominus de Maſtaing; & Beatricem cui tutor fuit Philippus de Herpe. Qui vir fuerit vel inde liquet: quòd in ſocietatem Aurei Velleris decimus ſeptimus à Principe inter primos viginti quatuor lectus eſt, quando is ordo primùm Brugis inſtitutus, à Philippo Burgundo, nuptiis cum Iſabella, Joannis Luſitaniæ Regis filia. Cæſus eſt autem, poſt varia in Principem merita, bello Leodicenſi, cum Joanne Ghiſtellano, Dudzelæ Domino: ſuffectuſque illi in ordinem Aurei Velleris Fridericus Comes Meurenſis.

116 Robertus Maſminius Aurei Velleris Eques an Uytbergæ Dominus.
117 Cujus hic filius.
118 Ejus uxor.
119 Liberi. Gaillard.
Guicciardin. deſcriptione Antverpiæ. Meyer. an. 1429. Idem an. 1430. Guicciardin. deſcrip. Antverp.

120 Ejus Dominii triens ſeorſum poſſeſſus. Lib. Feudal.

Porrò tertia omninò hujus Dominii pars, jam olim à ceteris duobus trientibus ſeorſum poſſeſſa eſt: idque ex conſuetudine hujus Curiæ Feudalis, cujus ſuprà memini. Ea autem diviſio quando primùm facta, nondum ſum aſſecutus. Hoc modò conſtat, *Ghisbertum Maſminium*, cum Margareta van Belle conjuge, (unde filiam ſuſtulit quę nupta Eetveldiæ familię viro, peperit Ghisbertum van Eetvelde) prædictum trientem vendidiſſe *Jacobo Uuytenhove*, anno M. CCCC. XXXIII. potiente Uytbergæ & Overmeeræ Dominio *Augerio Maſminio*, ut tabulæ emptionis docent.

Lib. I. cap. 2. num. 18.
121 A quo cui venditus.

Exin devenit ad *Joannem Utenhove*, ab hoc ad *Philippam Utenhove*, Chriſtophori Barouſii Luſitani, aliquot ex ordine Belgicæ Principum, OEconomi, conjugem: quæ cùm nullos haberet liberos: hereditate ad gentem Coudenhoviam conceſſit: in qua primus hanc Dominii portionem accepit *Joannes Coudenhovius*, Eques pater: inde *Joannes* filius: cujus hereditatem adiit Nobiliſſimus vir *Nocalaus Coudenhovius* Joannis filius Ghentbrugæ Toparcha, qui nunc ex aſſe *Uytbergæ* & *Overmeeræ* Dominio potitur.

122 Exin qui poſſederint. Lib. Feudal.
123 Quis nunc.

CALKENE.

124 Calkenæ ſitus.

His contiguum eſt *Calkene*, Gandavo & Teneræmondâ æqualiter diſtans; cujus extrema longo tractu Scaldis beat: ex quo navigabilem rivum, cum commodiſſima ſtatione manu ductum anno M. D. XL. Loci Paſtor D. Joannes vanden Zype, S. Theologiæ Licentiatus, ibidem ortus, mihi commemoravit. Qui alia inſuper amore patriæ ſuggeſſit, quæ hìc viſum dare.

125 Ibidem notanda.

Primò opidulum hìc olim ſtetiſſe, ut vetus inter incolas narratio eſt, eo vico qui *Rot* dicitur, opportuno ad Scaldim loco: ejuſque rei argumentum, varia ſparſim fundamenta, quæ adhuc indies eruuntur. Dein plura hìc antiquitùs fuiſſe Prætoria, & ex iis potiſſima duo, in vicis *Raveſchoot* & *Gavere*: atque ibi quidem Flandriæ Comites domum venatoriam, hìc verò priſcam gentem de *Calkene* domicilium habuiſſe; ex qua *Sigerus* ille fuit, cujus celebris ibidem memoria, ob auctum ingenti munificentiâ loci templum, idque circa annum M. CCCC. Obiit enim anno M. CCCC. VIII. Idem notavit uno ſæculo ad 25. ex hoc uno pago ſacris initiatos, eorumquę pleroſque fuiſſe animarum Paſtores; aliquos etiam Archipresbyteros. Templum D. Dionyſio inſcriptum eſt, miraculis olim nobile; cujus pars vetuſta eſt, reliquum recentius, ut dixi: Chorus etiam ab anno M. D. XXXI. Sacellum autem D. Annæ ſtructum demum anno M. DC. IX. Jus Patronatus habet in Galliis Abbas S. Nicolai, in Boſco.

126 A quo cui datus hic pagus.

Datus eſt autem hic pagus olim, cum *Maſminia*, & *Laerne*, à *Roberto* Advocato Atrebatenſi, Betuniæ & Teneræmondæ Domino, ſorori *Machtildi*, in compenſationem dotis cum *Ghilberto Sottenghemio*, Raſſenghemi Domino. Qua de re hoc diploma à N. V. Carolo Schouteete, aliàs van Zuylen, præſente Laernæ Toparchâ, accepi:

127 Donationis tabulæ.

Ego Robertus Advocatus Atrebatenſis, Betuniæ, & Teneramondæ Dominus, Notum facio tam præſentibus quàm futuris, quod omnia quæ habebam in Parochia de Calkene, quæ ego tenebam, & quæ à me tenebantur, dedi in feudum Domino Ghilberto de Sottenghem, liberè, cum omnibus juſtitiis majoribus, & minoribus: excepto manſo de Raveſchoot, ſicut eſt modò clauſum, exceptis etiam quindecim bonariis Waſtinæ. Et ſciendum, quod homagia quæ ego in dicta Villa habebam, mihi remanent. Et ſi homines mei ibidem manentes, exercitus meos, vel equitaturas non fecerint, ſicut debent, vel ad placita mea non venerint; ego pro forefacto tali, ſicut Homines mei judicaverunt, potero pendeare ſuper feodum, quod mei Homines tenent de me: & nullam aliam Juſtitiam majorem, vel minorem in dicta villa habebo. Dedi etiam dicto Ghilberto ſimiliter in feodum, omnia quæ habebam in Parochia de Laerne, & quæ ego tenebam, & quæ à me tenebantur: excepto ſervis, & Hominibus Advocatiæ, quos ego habeo in dicta villa. Bona autem omnia cum alodio, quod dictus Ghilbertus habebat in Parochia de Maſſeme, & quod habebit in poſterum, recepit ipſe à me in feodum. Et ſciendum quod dictam donationem ei feci, pro mille libris, quas ei debebam de maritagio Machtildis ſororis meæ, quam ipſe habet in uxorem. Et quia ego Michaël Flandriæ Conſtabularius, & ego Walterus de Ghiſtelle, de aſſenſu Domini Roberti de Betune, & Domini Ghilberti de Sottenghem, prædictæ rei fuimus ordinatores, ad ipſorum petitiones, & prædictorum teſtimonium, ſigilla noſtra præſenti ſcripto duximus apponenda. Actum anno milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo octavo, menſe Martii.

128 Maſminia Calkene, Laerne ad quod tempus juncta.

Vide ſupra lib. 1. cap. 6. num. 74. 73. 72.

Prædicta hæc tria Dominia longo tempore ſimul poſſeſſa, indicio eſt fragmentum illud Codicis Feudalis, cujus ante memini: ubi anno M. CCC. LXV. idem memoratur Dominus *Maſminiæ, Laernæ, & Calkenæ.* Erat autem is *Gerardus Gerardi Raſſenghemii,* & *Eliſabethæ Maldeghemiæ* filius; *Ghilberti* nepos, & prædictorum, *Ghilberti* & *Machtildis* pronepos. De quibus omnibus diplomatum expertes difficiliùs judicabunt, quòd *Ghilbertus* hic *Sottenghemium* cognomen geſſit; hujus liberi *Raſſenghemium*; nepotes autem nunc *Raſſenghemii* dicti, nunc *Maſminii:* quod nomen poſteri *Maſminiæ, Laernæ, Calkenæ, Uytbergæ,* & *Overmeeræ* Domini aſſumpſerunt.

129 Difficultas in Genealogia gentis Maſminiæ detecta & ſoluta. Ibidem. Archiv. Swivec.

Vide lib. 1. cap. 6. num. 74.

Unde in Genealogiis ſæpe difficultas: nihil enim tam obvium, quam à loci alicujus Dominio cognomen uſurpari. *Ghilbertum* autem eadem geſſiſſe inſignia, quæ nunc genti *Maſminiæ* tribuuntur, variis locis, & ſæpius adverti. Habuit *Gerardus*, quem dixi, uxorem *Catharinam Maldeghemiam*, Philippi & Mariæ de Grimbergis Moeſecæ Dominæ filiam; Gerardi de Grimbergis & Clariſſæ Mirabellæ neptem; & ex ea liberos Walravium Maſminiæ ac Berleghemi Dominum (unde natus Robertus Aurei Velleris Eques) & Claram Maſminiam, quæ primùm Sigero Cortracenſi, Mellæ & Herſeauci Domino; dein Philippo Erpæ Comarcho nupta eſt; & *Joannem*, qui *Calkenæ* Dominium paternâ hereditate accepit (idem de *Laerne* ſuſpicor) & inſuper *Uytbergam*, & *Overmeeram* poſſedit. 130 Maſminiæ gentis Calkenæ Domini. Analect. Hardui ni. Collect. Gaillardi.

Uxorem habuit *Margaretam Oudenhoviam* (quam poſtea duxit Guido Ghiſtellanus) unde nati, Daniel, Ludovicus, Joannes, & Ghiſelbertus Maſminii: quorum hic Holbecæ fuit Dominus, Joannes Laernæ;

Daniel verò *Calkenam* adiit. Hic ex *Margareta Ghiſtellana* (cujus adhuc inſigne mauſoleum in crypta D. Bavonis Gandavi viſitur) ſuſtulit Joannem, Gerardum, Danielem, Ludovicum, Philippum, & Eliſabetham: ex quibus

Joannes Maſminius patri in hanc ditionem ſucceſſit: qui ex *Adriana de Cabelliau* filiam reliquit

131 Villanæ ſive Gandenſis familiæ Domini. Lib. Feudal.

Antoninam, *Calkenæ* dominam; quæ nupta *Martino Villano* Gandavio, Adriani filio, Raſſenghemi & arcis S. Joannis toparchæ, ad filium

Adrianum Calkenam tranſmiſit, & is ad poſteros: paruitque jamdiu feliciter heroibus gentis *Villanæ:* in qua nunc eo dominatu potitur

132 Præſens Dominus. Archiv. familiæ.

Jacobo-Philippus Villani à Gandavo, nobilitate, virtute, doctrinâ illuſtris, Iſenghemi Comes, Raſſenghemi Baro, Arcis Sancti Joannis liber toparcha, Maſminiæ, Wetteræ, *&c.* Dominus; Collator hereditarius beneficiorum & officiorum Aſſenedæ, & Territorii Aſſenedani; Philippo III. Hiſpaniarum Indiarumque Regi potentiſſimo à Conſiliis Status Belgici; ALBERTI & ISABELLÆ ſereniſſimorum Belgicæ Principum primus Oeconomus; Dux unius turmæ equitum cataphractorum.

133 Uxor ejus & liberi.

Hic prioribus nuptiis uxorem duxit *Odiliam de Claerhaut* (quæ familia à *Gandaviis* oriunda) filiam Jacobi, Baronis Maldeghemi, Coolſcamp, Uytkercke, Guyſæ, *&c.* & Annę de Merode (quæ patrem habuit Richardum, Baronem de Frentzen, matrem Franciſcam de Bochout, ſororem Marię, à qua ad Naſſovios Boularæ Baronatus devenit) ex qua ſuſtulit Philippo Lamorallum Comitatus Aloſtenſis Præfectum, qui nuper uxorem duxit filiam Philippi de Merode, Baronis de Frentzen, ſereniſſimorum Archiducum Oeconomi, Franciſcum, Maxęmylianum, Adriano Lamorallum (à quo partu paucis poſt diebus oppetiit) Mariam, Jacobam, & Annam, Canonicas, illas Malbodii, hanc Montibus Hannoniæ. Mortuâ autem *Odiliâ*, alteris nuptiis junctus eſt *Eliſabethæ à Bergis* (quæ familia à Ducibus Brabantiæ originem trahit) Ferrici Baronis Grimbergani filiæ, ſorori Jacobi à Bergis præſentis Grimbergæ Baronis, & illuſtriſſimi Gulielmi à Bergis, Præſulis nuper Antverpienſis, & dein Principis & Archiepiſcopi Cameracenſis, Comitis Cameraceſii: quo conjugio nati Guilielmus, Jacobus & Albertina.

134 De gente Villana ſive Gandenſi cur hic multus ſermo.

135 Ejus origo & priſcum nomen. Variæ tabulæ.

Enimverò libet hìc paulò liberiùs per hanc gentem vagari, cùm quòd totius noſtræ ditionis eſt nobiliſſima (ducit enim originem ex antiqua ſtirpe *Biling*, è qua familia priſci Saxoniæ Reges; cui Provinciæ etiam primos Duces peperit.) tum inſuper, quòd Teneræmondæ

Dynaſtis,

136 Antiquum Imperium.

137 De ea gente quæ hic dicenda.

Dynaſtis, eorumque poſteris, non ſemel ſanguine juncta eſt: quos ipſos ex *Gandavia* hâc ſtirpe propagatos, non immeritò ſuſpicamur, quòd eam ceteræ *Flandriæ Imperiali*, Caſtello Gandenſi, Comitatui Aloſtano, Waſiæ, quatuor Ambactis, & ditioni Bornehemiæ præfuiſſe conſtet; quibus omnibus *Teneræmondana* noſtra *ditio* cingitur. Dabo itaque continuâ ſerie, noſtri *Comitis* præſentis *Calkenæ* Domini majores, ex familiæ Archivis depromptos; (quod ad illuſtrationem Hiſtoriæ faciet) & in iis *Caſtellanos Gandenſes*, quos ipſe variis Archivis, ex compertæ fidei diplomatibus erui: & ſupra hos *Comites arcis Ottonianæ*, à quibus *Gandavium* nomen ad poſteros derivatum. Quumque etiam *Aloſtenſes* dicti ſint; *Aloſtanos Comites* hujus ſtirpis ſubjungam; & novâ viâ docebo, Flandriæ Principes non injuſto titulo (quod unâ voce ſcriptores volunt) eum Comitatum occupaſſe: atque alia quædam, quæ ad illuſtrationem nobiliſſimæ *Villanæ*, ſive *Gandaviæ* gentis faciunt: quæ perſtringemus potiùs, quàm juſtâ operâ dabimus; donec aliàs velis remiſque ejuſdem familiæ Antiquitates & ornamenta perſequemur.

Divæus Rerum Brabant. lib. 10.

138 Præſentis Calkenæ Domini parentes, majores, & aliqua in iis ſingularia.

Archiv. familiæ.

Patrem habuit *Jacobo-Philippus Villani de Gandavo Maxæmylianum*, Iſenghemi Comitem, Baronem Raſſenghemi, Arcis Sancti Joannis liberum Toparcham, Calkenæ, Maſminiæ, Wetteræ, &c. Dominum; Collatorem hereditarium officiorum & beneficiorum Aſſenedæ, & Territorii Aſſenedani. Natus hic eſt Gandavi anno M. D. XXX. mortuus Tornaci, anno M. D. LXXXIII. Fratrem habuit majorem natu Adolphum, magnæ ſpei adoleſcentem; cui fortè aperta vena pedis, inter feſtas nobiliſſimi cœtûs quas ductabat choreas, funeſto toti familiæ caſu mortem acceleravit; ætatis anno 18. à Chriſto nato M. D. XLVII. Abſque hoc fuiſſet, decreverat *Maxæmylianus* ad normam Divi Franciſci vitam tranſigere; ſed aditâ fratris hereditate, Inſtitutum mutavit. Itaque anno M. D. LIV. inter nobiles Palatinos Mariæ Hungariæ Reginæ, ſororis Caroli V. quæ per ea tempora Belgicam adminiſtrabat, adſcriptus eſt. Poſtea Philippum Hiſpaniarum Principem ſecutus, cui per omnem vitam gratiſſimus fuit (adeò ut Comitis titulo eum ornaverit) varia ab eo munia & militiæ & domi accepit. Inter cetera Aloſtano Comitatui Præfectus eſt anno M. D. LXI. & triennio pòſt Inſulis, Duaco, & Orchiaco: utrobique datus ſucceſſor illuſtri viro Joanni de Montmorency, Courrieræ Domino, Equiti Aurei Velleris. Anno M. D. LXVII. factus eſt quartus Mandatarius Magiſtratibus per Flandriam novandis; anno M. D. LXX. tertius, decennio pòſt ſecundus; mortuo Carolo Berlomontio Equite Aurei Velleris Arteſiæ Comitatui anno 74. & aliquot ſequentibus præfuit. Anno 76. Conſiliarius Regius factus eſt, & Ærarii Belgici Præfectus primarius. His itaque atque aliis Magiſtratibus magnâ cum laude adminiſtratis, multa inſuper & Gandavi, & Bruxellis à perduellibus pro Principe paſſus, tandem naturæ ſatisfaciens ſummum ſui deſiderium Principi, Patriæ, familiæ, omnibus denique bonis reliquit.

139 Iſenghemi Comitis titulus unde.

140 Philippæ de Gominyes à Teneræmondæ Dominis origo.

Uxorem habuit Philippam de Gominyes, dictam de Jauçe & Maſtaing, Maſminiæ, Oordeghemi, &c. heredem: quæ ipſa ex Teneræmondana gente originem ducit. Habuit enim patrem Gabrielem Maſtainæ Dominum, avum Andream, aviam Margaretam, filiam Roberti Maſminii Equitis Aurei Velleris; cui pater Walravius, qui genus refert ad *Ghilbertum Sottenghemium Machtildis Betuniæ* prædictæ maritum; quæ ſoror fuit *Roberti* Betuniæ, & Teneræmondæ Domini, filia *Machtildis Teneræmondanæ* & *Gulielmi Betunii* Advocati Atrebatenſis, Betuniæ Domini. Matrem habuit dicta *Philippa* Catharinam de Lannoy, filiam Molenbaſiæ Domini, Equitis Aurei Velleris, cujus ſoror fuit avia materna hujus Ducis Arſchotani: nupta enim erat Joanni de Halowyn, Cominii Domino; cujus ex eo filiam uxorem habuit Dux Arſchotanus, nuper in Italia defunctus.

Vide lib. 1. cap. 6. num. 75. 74. 68. & ſupra n. 129.

De his vide lib. 1. cap. 6. num. 40.

Maxæmyliano parens fuit *Adrianus Villani de Gandavo* Iſenghemi Dominus, Baro Raſſenghemi, Calkenæ Toparcha, Collator hereditarius, &c. cui uxor, *Margareta de Stavele*, filia Joannis de Stavele, Iſenghemi, Glaionæ, Eſterræ, Havesкercæ Domini, Amita Philippi de Stavele, Glaionæ Domini, Equitis Aurei Velleris: qui ſub Carolo V. militiâ clarus fuit. Poſthumus hic *Adrianus* erat, & in ipſo ætatis flore extinctus eſt. In adoleſcentia Maxæmyliano Cæſari bello Gallico in Italia meruit: dein Adolpho, Philippi Burgundiæ Ducis notho, Beveræ, Veræ, & Vliſſinghæ Domino, Architalaſſo Vicarius fuit.

141 Adriani Villani de Gandavo ſingulare munus unum.

Tabulæ Cæſaris in Archiv. familiæ.

142 Et alterum.

Albert. Crantzius in Saxonia. Ibidem.

Filius erat *Adriani* Raſſenghemi Baronis, Arcis S. Joannis liberi toparchæ; *Calkenæ* domini; Collatoris, &c. Uxorem habuit *Mariam Cortracenſem*, Joannis filiam, quæ marito in dotem attulit ditiones Lomme, Hem, Obeaux, &c. Hic fuit Maxæmyliano Cæſari à conſiliis & cubiculo; à quo anno M. CCCC. LXXX. præfectus eſt centum quinquaginta millibus armatorum, ad reprimendam vim Galli, de cujus irruptione paſſim erat rumor. Idem anno LXXXII. nuncupatus eſt primus Mandatarius, novatione Magiſtratuum Flandriæ. Mortuâ dein Mariâ Burgundicâ, cùm de provinciarum & pupilli Principis adminiſtratione ageretur; ea ſuaſu Conſilii, Principis defunctæ conſanguineis Archiducis aſſenſu delata eſt; inter quos ab Alberto Crantzio numerantur *Philippus de Raveſtein*, *Philippus de Bevere*, *de Gruythuyſe*, & *de Raſſenghem Barones*: cujus conſilii cùm brevi Archiducem pæniteret (videbat enim hac ratione ſe in ordinem cogi) Conventu Teneræmondæ indicto (ut ſuprà memini) hi proceres cum Flandriæ Ordinibus cauſas attulêre, ob quas filii Principis tutelam Archiducem gerere non liceret: offerentes ſtare juri in Curia Pariſienſi, aut coram ipſo Rege (qui ſupremus Flandriæ Dominus eâ tempeſtate erat)

Lib. 1. cap. 7.

de

de controverſia diſceptare. Quem hæc res even-
Ibidem. tum habuerit ſuprà dixi. Tandem à ſicariis è
143 Ejus cædes & auctor. medio ſublatus eſt, Philippi Clivenſis Raveſtanæ
Cædis cauſſa una. domini imperio, qui capitalis erat Archiduci
Oliv. de la Marche lib. 2. cap. 14. hoſtis. Cauſam dicit de la Marche, quòd *Raſ-
ſenghemius*, qui ejus arcana norat, Archiducis
tueri partes decreviſſet. In illis arcanis erat, Tu-
torio prætextu Principem hereditate excludere,
ſibi ditiones uſurpare: quod ubi moliri Raveſta-
num Raſſenghemius videret, neque ab inſtituto
poſſe avelli; Principi ſuam fidem probare ma-
luit, quàm in ſceleris, & præmiorum partem ve-
144 Et altera. nire. Alteram cauſam Crantzius addit: quod
In Saxonia. Flandriæ Ordinum Legatos ex Gallia reduces
145 Ea expiata. Raſſenghemius Archiducis juſſu detinuerit. De
Pontus Heuterus Rerum Belgic. lib. 4. hujus cædis expiatione, etiam Archiduci cura
fuit, (ut in legibus Pacis cum Raveſtano ex-
preſſa mentio) cui tandem ſatis factum certis
conditionibus, annuentibus defuncti conſangui-
Tabulæ in Archiv familiæ. neis, inter quos *Inghelbertus de Naſſau Comes*,
Dominus de Breda, *Joannes Dominus de Bergis
ad Zomam*, *Joannes Dominus de Cruninghen &
Pamele*, *Jacobus ab Hallowino Dominus de Swe-
veghem & Merckem*, *Philippus Villain*, *Nicolaus
à Romerwalle Dominus de Lodyck*, *Adrianus Vil-
lain Dominus Liekercanus*, *Daniel de Praet di-
ctus de Moerkercke*, *Judocus à Ghiſtella Dominus
vander Moure*, *Georgius & Nicolaus vander
Moure*, *Adrianus à Ravenſchoot*, *Leoninus*, *&
Ogerius à Maſſima*, *Judocus à Saemſlacht*, *Gerar-
dus ab Angherellis*, *Carolus à Ghiſtella*. Eâ de re
tabulæ ſuper ſunt, datæ anno M. CCCC. XCII. XXI.
Martii.

Patrem habuit Adrianus *Martinum Villani de
Gandavo*, Raſſenghemi Baronem, *&c.* A Con-
146 Tamiſia à quo cui vendita. Analect. Hadui-ni. ſiliis Philippi Burgundi anno M. CCCC. LI. Idem
fuit Baſerodæ in hac noſtra ditione Dominus, &
Archiv. Blandinii tabul. anni 1459. Advocatus Tamiſiæ: quam, cum arce dicta *de
Ercke*, Solymas cum decem famulis profectus,
per fratrem Colardum vendidit Abbati Divi Pe-
tri juxta Gandavum, anno M. CCCC. LVIII. pretio
147 Mart. Villani de Gandavo Cyprius Eques. quatuor millium ſcutatorum. In hoc itinere dum
redux Cyprum viſit, in Ordinem Regalem *Spa-
Archiv. familiæ. thæ*, à Carlota Iheruſalem, Cypri, & Armeniæ
Regina, allegitur: ut liquet tabulis anni M. CCCC.
148 Quis Gandenſium primus Calkenæ Dominus. LIX. XXIII. Julii. Uxorem habuit *Antoninam
Maſminiam*, Joannis, Calkenæ Domini filiam,
& ex aſſe heredem: quam ab ipſis uſque Tene-
ræmondæ Dynaſtis continuâ majorum ſerie,
Calkenæ Dominium accepiſſe & ex dictis liquet,
& ad majorem lucem hìc non gravabor repetere.
149 Antonina Maſminia quomodo ex Teneræmondæ Dominis oriunda. Patrem habuit *Joannem*, Avum *Danielem*, Proa-
vum *Joannem*; qui filius fuit *Gerardi*, *Gerardi*
item nepos, *Ghilberti* pronepos; cui pater *Ghil-
Vide ſupra num. 131. & lib. 1. cap. 6. num. 75. & 68. bertus*, mater *Machtildis* filia *Machtildis* Tene-
ræmondæ Dominæ, ſoror *Roberti*, prima *Calke-
Suprà num. 127. næ* domina, ut donationis diploma docet.

Martinus *Adriano* natus eſt: qui Baro fuit
Raſſenghemi, Liedekercæ, Lenſii, Vicecomes
Lombecæ, liber dominus Arcis Sancti Joannis,
Meyer ad annum 14. Collator hereditarius, *&c.* Philippo Burgundo
à cubiculis, Flandriæ Archiprætor, & anno M.
CCCC. XXXV. noſtræ urbis, & Dominii Teneræ-
mondenſis Gubernator. Maritus erat *Jodocæ de* Archiv. familiæ.
Moerkercke, dictæ *de Praet*, Colardi Mercke-
mi toparchæ filiæ. Fratrem habuit Adrianus
Joannem, Huyſſæ, Borcht, Zwyndrechti, *&c.*
Dominum: qui filias habuit, Gudulam, ex quâ 150 Gudulæ Villanæ poſteri.
orti Montmorenciaci Barones Nevelæ, Co-
mites Hornani, S. Aldegondis, Lalani, Hooch-
ſtratani, Mansveldii; & Margaretam, ex qua 151 Item Margareta.
ſtirpem ducunt Cruningani in Zelandia vice-
comites, atque alii.

Prædicti Adrianus, & Joannes filii fuêre *Joan-
nis Villani de Gandavo*, qui Baronem ſe Bor-
nchemi inſcripſit, Arcis Sancti Joannis libe-
rum Toparcham, Advocatum Tamiſiæ; Huyſ-
ſæ, Burchti, Lilloæ Dominum; Collatorem he-
reditarium beneficiorum, & Officiorum Aſſe-
nedę, & territorii Aſſenedani. Uxorem habuit 152 Joannis Villani uxor quomodo gentis Teneræmondanæ.
Margaretam à Gavera Arnoldi Liedekercæ Do-
mini, Baronis Raſſenghemi, vice-Comitis Lom-
becę (qui etiam à *Machtildi Teneræmondana* & Per Gerardum de quo lib. 1. cap. 6. num. 71.
Ghilberto oriundus) filiam, ex Margareta à Ber-
gis, nobiliſſimæ in Brabantia ſtirpis. Fuit *Joan-
nes* inter præſtantiſſimos ductores prœlio Vimia-
cenſi contra Gallos, an. 1421. de eo hæc Meyer. Ad annum 1421.
Hâc pugnâ & omnes quidem qui cum Duce perman- 153 De eodem Joanne verba Meyeri.
*ſerunt rem fortiſſimè gerebant; ſed præcipuè com-
mendatur virtus & robur Joannis Villani, qui ge-
nere Flandrus, Equeſtri eo die donatus dignitate,
nobili & antiquâ prognatus proſapiâ, longâ ſta-
turâ, vaſto & valido corpore, forti inſidens equo,
maximam ſecurim duabus ferebat manibus: pri-
moque congreſſu, ubi maxima erat preſſura, re-
licto freno ſui equi, tantis ictibus hoſtes aggreſ-
ſus eſt, ut quoſcumque attingere poſſet in ter-
ram exanimes daret. Cùm ad Potonem Trallam*
(nobilem eâ tempeſtate bellatorem) *terribiliter
feriendo perveniret; ille, ut poſtea faſſus eſt, ti-
more perterritus, furibundos hominis ictus quàm
potuit ocyſſimè declinavit, ob horrorem tantæ ejus
ſecuris.* Hæc ejus fortitudo tam opportuna fuit 154 In ejus virtute quid momenti.
fugientibus pleriſque, ut non immeritò & vitam
ſervaſſe Principi, & *victoriæ auctor* dici poſſit.

Parentes habuit *Joannem Villani de Gandavo*,
liberum Toparcham S. Joannis, Advocatum
Tamiſiæ, Collatorem Aſſenedæ, *&c.* & *Mar-
garetam de Briſeteſte* (quæ familia etiam à Gan-
daviis oriunda) Roberti Huyſſæ Domini ſoro-
rem, & heredem. Erat & hic Joannes vir mi- 155 Alterius Joannis Villani laus.
litaris, magnamque operam præſtitit Ludovico
Maleano Flandriæ Comiti (cui à conſiliis fuit Meyer. an. 1379.
& cubiculo) defenſione Teneræmondæ adver-
ſus Gandenſes; eoque bello finito inter teſtes
conciliationis à Burgundiæ Duce adſcitus eſt.
Fratrem habuit Rogerium qui filias reliquit duas. 156 Fratris ejus Rogerii poſteritas.
Iſabellam, ex qua orti Ghiſtellani, Robacen-
ſes, Luxenburgici, Ryckenburgici, Senghini, Meyer. ad an. 1385.
Barbançonii ſive Werchinienſes, Traſiniaci,
& Croyaci Sempiani; & Jodocam, ex qua Ra-
veſchootani, Domini Pamelæ, Ghiſtellæ, Hel-
montii, & alii plures.

Filii erant *Joannis Villani de Gandavo*, Bor-
nchemi Baronis, liberi Toparchæ Arcis Sancti
Joannis, Advocati Tamiſiæ, Collatoris heredi-

tarii

tarii Aſſenedæ, *&c.* Cui conjux ex gente *de*
157 Tertii item Joannis Villani cum Guidone Comite captivitas. Meyer. ad annum 1300. Archiv. familiæ. *Maelſtede.* Hic ille eſt, qui cum Guidone Flan-
driæ Comite à Gallis contra datam fidem in car-
cerem conjectus eſt, anno M. CCC. Fratrem ha-
buit Philippum, qui priſcorum Scævolarum mo-
re, leges domi profeſſus eſt. Hic Tamiſiæ Xe-
158 Tamiſiæ Xenodochium unde. nodochium inſtituit anno M. CCC. XXXV. Idem
paulò pòſt ceſſit Comiti Flandriæ Creſciaco
159 De Ripelmondana arce annotatio. Ibidem. arcem Rupelmondanam, quam majores ejus
oppignoratam cum Caſtellani titulo diu tenue-
rant: qua de re tabulæ ſuperſunt datæ anno M.
CCC. XXXVII.

Patrem habuit *Hectorem Villani de Gandavo*,
Baronem Bornehemi, liberum Toparcham Ar-
cis S. Joannis, Collatorem Aſſenedanum, *&c.*
Uxorem habuit *Mariam*, Philippi Gaverani
Liedekercæ & Bredæ Domini, filiam. Hujus
multa paſſim exſtant fortia bello facinora; & ex-
empla conſtantis in Principem fidei. Siquidem
160 Hectoris Villani virtus militaris. turbulento illo ſub Creſciaco Comite ævo, Gan-
denſes in fide continuit, & Principe à Brugen-
Oudegherſte Annal. cap. 152. & Meyer. an. 1325. ſibus capto & detento, Gandenſium (qui ab hu-
juſmodi maculâ ſemper abhorruêre) cum Na-
murcæo, & Sigero Cortracenſi, pro Principis
libertate ductor, ſuâ potiſſimùm virtute, &
bellandi peritiâ, validâ conjuratorum multitu-
dine ſuperatâ, & utrâque Scaldis ac Liſæ ripâ,
cum Waſia, & quatuor Ambactis recuperatis;
hoſtibus formidinem, fiduciam ſuis augendo,
Comiti libertatem, Flandriæ pacem reſtituit.

Huic parens fuit *Walterus Villani de Ganda-
vo*, Bornehemi Baro, liber Toparcha Arcis
S. Joannis, Collator Aſſenedanus, *&c.* maritus *A-
deliſæ de Tamiſia*, quæ alteris nuptiis juncta eſt
Simoni de Deſſeldonck, Militi: qui cùm ſine
prole decederet privignos ſuos heredes ſcripſit
anno M. CCC. IV.

Walterus filius erat *Alexandri Villani de Gan-
davo*, Baronis Bornehemi, Toparchę Arcis
Sancti Joannis, & *Iſabellæ Axelanæ*;

Nepos *Villani de Gandavo* (fratris Hugonis
Caſtellani Gandenſis, filii item *Hugonis Caſtel-*
161 Familiæ Gandenſi unde Villanum nomen. *lani*) & *Avezoetæ de Maelſtede.* Hic ille *Villa-
lanus* eſt, à quo familiæ *Villanum* cognomen. Cùm
enim filius ejus *Alexander*, quem dixi, *Alexan-
drum* ſe *dictum Villani*, aut de *Villain* inſcribit;
filii & nepotes id imitati, *Villanum* nomen ad po-
ſteros, tamquam gentile, tranſmiſerunt. At verò
162 Familiæ de Gandavo & Villain eadem. ne quis putet aliam hanc *Villanam* gentem eſſe
ab illa *Gandavia*, neque *Villanos* noſtros à *Ganda-
viis* illis priſcis Caſtellanis Gandenſibus oriundos;
diploma dabo, quo liquebit *Alexandrum* hunc *Vil-
lani* eſſe filium; *Villanum* autem *Hugonis* Caſtel-
lani Gandenſis fratrem. Eſt autem illud ex archi-
vis Baudelonenſibus deſcriptū, in hæc verba: *Uni-
verſis præſentes litteras viſuris, Hugo Caſtellanus
Gandenſis, & Dominus de Hoſdinio, ſalutem.
Univerſitati veſtræ volumus eſſe notum, quòd bonæ
memoriæ Balduinus de Inghelosenberghe, Miles
contulit eleëmoſynam Viris Religioſis Abbati &
Conventui Eccleſiæ B. Mariæ de Bodelo, de con-
ſenſu uxoris ſuæ, decimam quam idem Balduinus
habuit jacentem in parochia S. Joannis de Steene,
quam idem Balduinus tenuit ab Adeliza de Over-
mere; & dicta Adeliza à Domino Villano Milite
fratre noſtro; & idem Villanus à nobis in feudum:
nos verò dictam collationem ratam habentes, con-
ceſſimus plenariam poteſtatem Dominæ Avezoetæ,
relictæ prædicti Domini Villani, & Alexandro
primogenito ejus, quitandi, & quitum clamandi,
ad opus dictæ Eccleſiæ, quandocumque voluerint,
omne jus quod ipſi habent in dicta decima, quo-
cumque modo eis competere poſſet. Nos pro remedio
animæ noſtræ &c. Actum & datum anno Domini*
M. CC. LXII. *feriâ ſecundâ poſt Trinitatem.*

His tabulis appendebat ſigillum; & in eo in-
ſignia quibus hodiè gens *Villana* utitur. Etenim 163 Gandaviæ gentis & Villanæ eadem inſignia
quum ad *Caſtellanos Gandenſes* nunc deventum
ſit, eos quâ fide addixi, hìc dabo, & quidem
quum multò gratius ſit rerum primordia legere,
quàm progreſſus; originem ejus arcis hìc habe:
poſt hanc ad *Comites*, dein ad *Caſtellanos* defle-
ctet oratio. De illa ex Chronico D. Bavonis Ad annum 936.
hæc deſcripſi.

Caſtellum novum quod ad ripas Legiæ in Impe- 164 Origo novi caſtelli Gandenſis unde Comites Caſtellani hujus familiæ & Vicecomites hodierni.
*rio ſitum eſt, non Reges Franciæ, non Comites
Flandriæ, ſed Imperatores Romanorum, in fiſco
& libera poſſeſſione S. Bavonis, ad defenſionem
ipſius Monaſterii, & antiqui Caſtri Gandæ, propter
diviſionem Regni & Imperii ſtatuerunt: quo ſcili-
cet præfatus Otho, Regni Francorum & Imperii
Orientalium fines determinavit. De quo cenſum
quinque ſolidorum S. Bavonis longo tempore Comi-
tes Flandriæ ſolverunt & nunc ſolvunt. Huic novo* 165 Illi Caſtello quæ loca obnoxia.
*Caſtello, non Caſtellani; ſed Comites præfuerunt:
quibus quatuor villæ cum appendiciis ſuis, Aſne-
the, Bocholt, Axla, Hulſta, cum tota Waſia
ſubjectæ fuerunt. Quidam autem prædictorum Co-
mitum Wycmannus exſtitit, habens uxorem Lut-
gardim, filiam Arnulphi magni Comitis Flandriæ.*

Fuit autem *Wycmannus* ille ex illuſtri *Bilin-* 166 Quis primus Comes.
giorum ſtirpe, à priſcis Saxoniæ Regibus oriun- Witichind. geſtis Saxonicis.
dus, primus *Gandenſis* arcis *Comes*: unde ſibi
ſuiſque *Gandavium* cognomen peperit. Fratrem 167 A quo Gandavia familia.
habuit minorem natu *Herimannum Biling*, qui
dono Ottonis I. Imperatoris, primus inferioris
Saxoniæ Dux factus eſt: quocirca *Wycmannus* 168 Ejus frater.
offenſus, quòd fratrem minorem ſibi prælatum
ægrè ferret, in Cæſarem alieno fuit animo. Po-
ſtea tamen illi conciliatus, hujus arcis, quam
dixi, præfecturam accepit, & cum ea *Comitis*
titulum. Virum potentis familiæ fuiſſe vel inde
liquet, quòd & fratrem habuit Ducem, & ip- 169 Uxor.
ſe uxorem duxit *Lutgardim*, Arnulphi Magni Meyer. 961.
Flandriæ Comitis, filiam (cujus vetuſtiſſima
apud me effigies) & inſuper quòd *Machtildis*, 170 Ex fratre neptis cui nupta.
ejus ex *Herimanno* fratre neptis, *Balduino* Flan- Vide lib. 1. cap. 5. num. 55.
driæ, inde *Godefrido* Arduennæ Comiti, nup-
ta, utrique provinciæ Comites, ſed Lotharin-
giæ Duces peperit; habuitque in dotem caſtrum 171 Qui dote.
Eenham, prope Aldenardam, nobile iis tempo-
ribus Dominium, quod antiquis *Brachantum*:
unde ſupra *Brabantiæ* nomen deductum, & ibi- Lib. 1. c. 5. n. 62
dem ſedem fuiſſe Regni Lotharingici probavi- 172 Ejuſdem à calumnia defenſio
mus. Illi *Wycmanno* turpem maculam inurit Ad annum 962.
Chronographus Divi Bavonis, ubi ait: *Villam*

 dictam

dictam Theſle, quæ nunc Deſſelberghine dicitur, cum Eccleſia, ſylva, & omnibus appendentiis, Monaſterio S. Bavonis vi abſtulit, & Monaſterio S. Petri, pro remedio animæ conjugis ſuæ tradidit & donavit. In cujus facti vindictam, velut irato numine, à Miſachâ cęſum inſimulat. An hæc Chronographi narratio vera ſit, non auſim aſſerere: neque enim conſentaneum ſit aut veroſimile, ſub pio Principe, Arnulpho Magno, Flandriæ Comite (qui *Wycmanni* donationem confirmavit) Bavonenſium amico (hujus enim patrocinio anno D. CCCC. XLIX. Divi Bavonis Eccleſia per Tranſmarum Epiſcopum libertate donata eſt, & à Lothario privilegiis ornata; & ipſe ab eodem Chronographo ejus *Cœnobii reſtaurator* dicitur) tantam poſſeſſionem uni monaſterio vi ademptam, alteri in eleëmoſynam collatam eſſe. Potuêre tamen Bavonenſes aliquid in *Theſlam* habuiſſe juris, & in clientela Cæſarum poſſediſſe, quod longâ annorum abſentiâ amiſſum (cum ingenti illo incendio, quo anno D. CCC. XIII. univerſis Abbatiæ ædificiis fortuitò conſumptis, huc illuc ſparſi ſunt; tum furore Normannico, quo ad annum D. CCCC. XXXVIII exularunt) ab *Ottone* in *Comitem novi caſtri* ſit tranſlatum. Eam certè Villam diplomate donationis *Wycmannus ſui juris villam* vocat: cujus vel ideò hìc ſeriem darem, ad eluendam in tanto viro ſacrilegii & famæ maculam; niſi prolixius eſſet. Initium autem ita habet:

Archiva Blandinii tab. anni 962. Chronicon Bavonis ad an. 956.

Ad annum 964.

Ibidem ad annum 813.

Ibidem ad annum 938.

Archiva Blandin. tab. anni 962.

Ego in Dei nomine Wycmannus gratiâ Dei, non meis meritis Comes, flagrans amore cæleſtis hereditatis, cupiens adipiſci particulam beatitudinis, cum his qui patrimoniis ſuis Domino legaliter traditis, &c. mei juris villam Theſla dictam, cum Eccleſia, mancipiis, culturis, pratis, paſcuis, ſylva, & omni integritate, trado, &c. Id *actum* eſt *publicè in Monaſterio Blandinio Kal. Novembris anno Verbi Incarnati* D. CCCC. LXII.

173 Chronographi Bavonenſis & Meyeri error. Quod etiam de morte ejus Chronographus ille ſcribit, & ex eo Meyerus, refellit in geſtis Saxonicis Witichindus: ubi, *Wycmannus*, inquit, *qui ſe primùm alienavit à Rege* (Ottone) *audiens tantum facinus ſeditioſorum, converſus pacem fecit cum Rege, quia prudentiſſimus erat: & utilis ac fidelis in finem permanſit.* Apud eumdem hoc exſtat viri elogium:

174 Wycmanni elogium. *Wycmannus vir potens, & fortis, magnanimus, belli gnarus, & tantæ ſcientiæ, ut à ſubjectis ſupra hominem plura noſſe prædicaretur.* Liberos reliquit ex

175 Et liberi. *Lutgarde* Flandrenſi Theodoricum de Gandavo, & Wycmannum: qui ad Patris diſtinctionem dictus *Junior*. Utriuſque Witichindus meminit, ubi, *Procurante* (inquit) *Saxoniam Heri-*

176 Illius erroris cauſa. *manno Duce, Theodoricus, juniorque Wycmannus, nepotes ejus, Saxoniæ exercitui præfuêre.* Illorum hic in Saxonia degens, cùm ad Gallos defeciſſet, in acie cæſus eſt. Itaque in hunc quadrat, quod ex nominis ſimilitudine patri ejus Wyc-

Ad annum 977. manno Chronographus ille & Meyerus imputant: hujus verò frater *Theodoricus* poſt patrem

177 II. Comes. Comitatum novi caſtri accepit, & conjugem *Hildegardim*, filiam Theodorici Comitis Hollandiæ. Illius inter teſtes diplomatis paterni memoria: hujus etiam & in Baldinio, & apud Meyerum; ubi cum marito dat *Monaſterio Blandinienſi Cleiham, in pago Flandrenſi anno* D. CCCC. LXXVII.

Filium reliquit *Arnulphum*: cui *Gandavium* 158 III. Comes

cognomen Sigebertus tribuit; eumque *à Friſonibus interemptum* refert. Id accediſſe dum Sta- Ad annum 1018.

veram ab illis repetit, avitam urbem (cui adhuc Gandaviæ gentis inſignia) familiæ archiva habent. Ibidem illi uxor datur *Lietgarda*, quod etiam Blandinii archiva adſtruunt, *donatione Eccleſiæ in villa Materne anno* D. CCCC. XCVIII. Liberos habuiſſe Theodoricum, & Adalbertum de Gandavo ex eodem diplomate conſtat: ubi ſunt *ſigna Theodorici & Adalberti filiorum Arnulphi Comitis.* Hic locus tenebras offudit Petro

Oudegherſte, Annalium capite XXXI. ubi aliis 179 Oudegherſti error.

prælucere nititur, ratus hunc *Arnulphum Comitem*, illum eſſe, qui inter Flandriæ Comites quinto loco numeratur, filium Balduini tertii, Arnulphi magni nepotem.

Theodoricus de Gandavo in Comitatu patrem 180 IV. Comes.

excepit: quem etiam ulciſci conatus eſt; ſed fruſtrà. Utrumque Sigebertus notavit. *In Freſonia*, inquit, *Theodorico Comite, filio Arnulphi Gandavenſis, debellante Freſones, in vindictam patris ſui ab eis occiſi, Godefridus Dux ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, & conſerto prœlio, repentè voce neſcitur unde emiſsâ, fugite, fugite, cunctis fugientibus, multi à paucis Freſonibus perimuntur; Dux verò capitur.* Obiter 181 In Sigeberto

hìc etiam annoto, ubi prædicto Sigeberti loco error.

habetur: *Godefridus Dux ad eum debellandum*, vocem *eum* ſententiam invertere. Miſſus enim erat non ad Theodoricum conſanguineum ſuum debellandum (erat enim *Herimanni* qui ſuperioris *Wycmanni* frater, ex filia *Machtildi* nepos) ſed *ad eos Freſones* debellandos. Id ex mente I. de Guyſa Hannoniæ Chronographi, ubi hic ſenſus: *Theodorico Comiti, filio Arnulphi Gandavenſis contra Friſones bellanti in ultionem* Patris ab eis occiſi, Dux Godefridus à Cæſare ſubſidio miſſus, ad eos domandos. Hic *Theodoricus* uxorem duxit filiam Comitis Teyſterbantię.

Fratri ſucceſſit *Adalbertus* Comes; quantum 182 V. Comes.

ex familiæ Archivis video, ubi inſuper lego, *Hermengardim* illi fuiſſe conjugem, filiam Comitis Lovanienſis. Filios habuit Rengotum Comitem Aloſtenſem, & Lambertum.

Ex his *Lambertus* novo caſtro præfuit. Huic 183 VI Comes.

Comitis titulum dant, Bavonenſis ille Chrono- Ad an. 1054.

graphus, & Sigebertus. Idem eſt qui poſtmodum primus Caſtellanus. Per ea tempora, inter Henricum Cæſarem, & Balduinum Inſu- 184 Flandri cum Cæſare bellum.

lenſem Flandrię Comitem, acre bellum erat. In eo occupatum à Flandro præter *novum Caſtrum Gandenſe: quod diu* ab *Imperatore occupatum*, inquit Meyerus (tempore Balduini Bar- Meyer ad annum 1046.

bati à Cęſare captum, Oudegherſte tradit) quod Annal. cap. 39.

ſi verum eſt, ut nihil vetat; alios ibi Cæſarem Divæus Rerum Brabant. lib. 6.

Præ-

Præfectos habuiſſe oportet quàm Comites illos, quos dixi: hos enim pacatos eâ tempeſtate fuiſſe, & Flandro conſanguineo ſuo amicos, ex donationibus eorum, & tabulis, quibus Flandriæ Comites ſubſcripsêre, non eſt obſcurum. Itaque hâc ratione factum credere licet, quod *Lambertus Adalberti* filius, omnem operam adhibuerit ad arcem illam & majorum dignitatem
Ad annum 1046. recuperandam. Quod de eo Meyerus refert, &
Annal. cap. 19. Ad annum 956. Oudegherſte, & Chronographus D. Bavonis in hæc verba:

185 Novum Caſtrum Cæſari quomodo ereptum. *Prædictum Caſtellum, de poteſtate Imperiali in manus Comitum poſtea redactum eſt. Nam Comes Flandriæ Arnulphus magnus Imperialia vaſtare, & Caſtellum capere militibus ſuis commiſerat: qui per denſiſſimam ſylvam, irruptione ipſum Caſtellum, caſſo labore fatigabant. Cumque in vanum laborarent, Comes coacto in unum exercitu, in loco qui Herehem tunc vocabatur, ubi necdum habitatio erat hominum, erectis lodiis, fixiſque tentoriis, longo tempore obſedit Caſtellum. In ſancto autem Sabbatho Paſcæ, petente exercitu diſceſſum, & ad ſua reditum, monuit Comes ut priùs contra opidanos non ſegnem facerent impetum. Quo facto, opidani conſciſſo in particulas dimidio bacone (quem ſolum, nec quidquam amplius in cibo habebant) fædabant ſcuta pugnantium. Quæ res exanimavit Comitem; eò quòd eos abundare cibariis, nec capi poſſe niſi per famem, exiſtimaret. Itaque incenſis lodiis deſceſſerunt. Quidam Lambertus aliis feſtinantibus, ſe ſubtrahens, ſæpiuſque reſpiciens, vidit de ſuburbio Caſtelli, mulierculam cum vaſe hauritorio ad Legiam deſcendere, concitato equo reverti volentem præripuit, diligenter quid ageretur in opido ſciſcitatus. Cumque perterrita diu hæreret; promiſſo ei tandem pretio, confeſſa eſt, nec unius diei cibum eis ſuperfuiſſe. Muneratâ mox muliere, Comitem ſubſequitur: adjunctiſque ſibi fautoribus, poſtulat Comitem, quod nec habuit, nec fortè habiturus erat. Conclamantibus aliis, id facilè & ſine damno poſſe dari, quod nec haberetur, nec haberi poſſet; aſſenſum præbuit Comes: Igitur Lambertus Caſtellum nondum Captum, ſibi & poſteris hereditario jure, ſub hac conditione poſtulavit: quatenus
186 Caſtellanorum origo, & eorum quis primus. Caſtelli ſuo labore acquiſiti Comes eſſet Comes, & Dominus; ipſe verò Procurator, & Caſtellanus. Ordinatâ igitur lege, & quæ deinceps inter eos tenenda eſſet juſtitia, Caſtellum necdum habitum Comes tribuit, Lambertus ſuſcepit. Hæc Caſtellania per totam Flandriam ſola tum erat hereditaria. Lambertus petitis & acceptis quibuſdam militibus, tubiſque quaſi ad pugnam interciſo ſonitu clangentibus, revertitur: lodias inſtaurat; armat milites ad pugnam; inſultationes magnificat; ſuis geſtibus Comitem rediiſſe & adeſſe inſimulat. Opidani autem fame capti, nec ullum ſperantes ſubſidium, maximè timore Comitis, quem reverſum arbitrabantur, perterriti, acceptâ pace &*
187 De eodem Caſtro Cæſaris ceſſio. *libertate egrediendi, Caſtellum reddiderunt.* Quo etiam ipſe poſtmodum Henricus Cæſar ceſſit,
Meyer. ad annum 1057. legibus pacis anni M. LVII.

Hæc ad illius Chronographi mentem origo *Caſtellanorum Gandenſium:* ita enim ſe poſteri inſcripsêre, ad Hugonem Sottenghemium uſ- Varia diplomata in achivis Blandinii.
que: qui *Burgh-gravium*, id eſt Burgi Comitem ſe appellavit. Donec *Vice-comitis* nomen poſteri adſumpſerunt rarò Caſtellani titulo utentes. Quomodo autem *Comitis* nomen omiſſum 188 Comitis nomen cur omiſſum.
ſit, non omninò conſtat: ſive illud ex pacto fuerit ante deditionem, cujus Chronographus meminit, ſive poſt Pacem cum Cæſare: quando ea Arx conceſſit in poteſtatem Comitis Flandriæ, incertum; etſi veriſimile. De tempore 189 Chronographi Bavonenſis error.
autem illius obſidionis, & deditionis ab hoc Scriptore in diverſum abit Meyerus; dicit enim Ad annum 1046. Comment lib 2. vitâ Balduini, & lib. 4. bello Germanico, & Oudegherſte Annal. c. 19.
ſub *Balduino pio*, ſive *Inſulenſi*, eveniſſe, *anno* M. XLVI. (cui accinit Jacobus Marchantius) quod noſter ille Chronographus *Arnulpho magno* tribuit, *anno* D. CCCC. XXXVI. quæ narratio toto ſæculo diſtat. Sed pro Meyero verum ſtare, primum inde ſuſpicatus ſum: quòd non temerè fuerit diſceſſurus ab illius Chronographi auctoritate, à quo multis locis adjutum, paſſim ejus annales loquuntur. Dein etiam rationes quę- Meyer. ad an. 949.
renti, hæc occurrerunt: primò, quod novum Marchant. lib. 4. an. 946. & ipſe Chronogr. Bavon Ottoni attribuit.
illud caſtrum ſtructum demum eſt ab Ottone, anno D. CCCC. XLIX. Itaque non potuit à Lamberto, ſub Arnulpho magno anno D. CCCC. XXXVI. ſuperari. Dein quod Bavonenſis ipſe Chrono- Vide ſupra num. 164.
graphus ſcribit: *huic novo Caſtello non Caſtellanos primò, ſed Comites præfuiſſe*, & *ex iis fuiſſe quemdam nomine Wycmannum:* quem paulò poſt ad annum D. CCCC. LXVII. vixiſſe dicit. Nunc 190 Ex Chronographi narratione de Lamberto Caſtellano annotatio
quod ad *Lambertum* illum attinet, virum fuiſſe è primatibus ejus ævi, certis notis ex Chronographi narratione liquet. Nam & familiarem Flandriæ Comiti fuiſſe oportet; & amicos apud Comitem ſummates habuiſſe. Belli inſuper gnarum, magnæque auctoritatis hæc oſtendunt: quòd & exercitum ad obſidionem reduxit. Et rebus gerendis cum Imperio præfuit.

Quæ omnia noſtro illi, Adalberti filio conveniunt: quem eò faciliùs impetraſſe quod voluit putare æquum eſt; quòd Flandriæ Comiti ſanguine junctis erat, conjugiis *Lutgardis* Flandrenſis cum *Wycmanno* Herimanni fratre, Oudegherſte Annal. cap. 40.
Adalberti Proavo; & *Machtildis* Saxonicę *Herimanni* filiæ, cum *Balduino* Flandriæ Comite, Arnulphi filio. Cęſus tandem eſt, ab Henrico 191 Ejuſdem mors.
tertio Cæſare, circa Tornacum; ubi Flandrorum ductor illum à noſtris limitibus arcere nitebatur: quod anno M. LIII. eveniſſe ex Meyero Ad annum 1053.
videtur; Chronographus tamen Bavonenſis, & cum eo Sigebertus, in annum M. LIV. ejus mortem refert: eumque uterque *Comitem* vocat (quo titulo ante dictam Conventionem, aut leges Pacis, uſum credibile) *& Balduini Comitis Satellitem.*

Inter *Lamberti ſucceſſores* multi vulgò referuntur, quos in Scædis Harduinianis vidi, quas 192 De iis, qui vulgo inter Lamberti ſucceſſores, judicium.
is ſe nactum profitetur apud V. N. Franciſcum Rym, Hundelghemi Dominum; & aliis item eâdem ſerie, quas mecum V. N. Lancilotus van Royen, Ghyſeghemi Dominus, communicavit: quorum pleroſque numquam Caſtellanos fuiſſe; aliquos etiam numquam natos, variè

variè comperi. Quos autem in probæ notæ tabulis deprehendi, hìc dabo.

193 Vera ſeries Caſtellanorum Gandenſium ex Diplomatibus. Caſtellanus II.

Lamberto filii fuêre *Rengotus Folcardus*, & *Alardus*. Illorum uterque in archivis familiæ *Caſtellanus Gandenſis* dicitur. De *Folcardo* nullum mihi dubium. Hujus enim ad annum M. LVIII. Chronicon D. Bavonis meminit: ubi dicitur *novi Caſtelli in portu Caſtellanus*. Idem anno M. LXXII. in archivis Baldinienſibus inter teſtes legitur tabularum Roberti Comitis, in *Confirmatione bonorum Eccleſiæ*. Et rurſum anno ſequente teſtis fuit tranſlationis Reliquiarum D. Pharaildis: quod ſcio ex tabulis quas mihi recitavit Clariſſ. V. Leo de Meyere ad D. Pharaildis Præpoſitus Gandenſis. De *Rengoto* autem nihil ego certi inveni, niſi quod legerim, *in tabulis Roberti Comitis Flandriæ apud Troncinienſes mentionem fieri Rengoti Caſtellani*; ſed de illis non judico, quas non vidi. Alibi anno M. LXVI. *Caſtellannm* fuiſſe memorant, quod mihi vel maximè ſuſpectum; quum *Folcardus* ab anno M. LVIII. *Caſtellanus* fuerit: & eumdem ad annum LXXIII. *Caſtellanum* manſiſſe conſtet. Hunc autem *Rengotum* illum ipſum fuiſſe exiſtimo, quem ſuprà inter *Teneramondæ Dominos* retuli; maritum *Adelwidis*; hâc præſertim ratione: nam neque tempus repugnat; & illum *Advocatum* fuiſſe *Cœnobii Gandenſis* validiſſimâ conjecturâ probavi: quam Advocatiam *Gandenſis* fuiſſe familiæ, nemo neget. Unde fortaſſis hic error; ut qui *Advocatus* dictus ſit *Gandenſis*, id eſt Cœnobii Gandæ (ita antiquitus D. Bavonis Cœnobium dicebatur) exiſtimetur fuiſſe *Caſtellanus Gandenſis*.

194 Lamberti filium Teneræmondæ fuiſſe dominum conjectura.
Lib. 1. c. 6. n. 9.
Ibidem num. 10.

Quod autem ad ea Rengoti inſignia attinet quæ ſuprà dedi, potuêre ea fuiſſe non plena familiæ; ſed ad diſtinctionem aſſumpta, qualia & *Alexandrum Villani de Gandavo*, & alios minores natu gentis *Gandaviæ* geſtaſſe, variis ſigillis ipſe vidi. Uxorem habuit *Folcardus Landradam*, quam Balderici Comitis Lovanienſis filiam fuiſſe volunt: ex quâ filium reliquit Lambertum.

Ibidem num. 16.
Familiæ Archiv.

Caſtellanus III.
Ibidem.

Hic *Lambertus* à morte Patris fuit *Caſtellanus Gandenſis* III. Uxorem habuit filiam Domini de Rhodes. Filios reliquit Balduinum, Wenemarum, Sigerum, & Arnulphum. Quorum primi tres patri ex ordine ſucceſsêre. Ad Arnulphum etiam ea dignitas deveniſſet niſi eodem ferè tempore, tempeſtate circa D. Audomari periiſſet. Hujus ad annum M. LXXXII. Meyerus meminit: qui conjugem illi facit *Machtildem*, filiam Gulielmi Caſtellani Audomarenſis, & Mileſſendæ Arnulphi Pincianenſis filiæ, ex ſtirpe Caroli Magni; quam Gulielmus duxerat, anno M. LXXXIV. Hic Arnulphus, ut Annales noſtri habent, Wenemarum Gandenſem avum habuit, patrem Wenemarum; ſed familiæ Archiva Wenemari fratrem faciunt, Lamberti filium.

195 Arnulpho Gandenſi uxor ex Caroli Magni ſtirpe.
Meyer. an. 1096.

Caſtellanus IV.
Archiv. Blandin.

Lamberto II. ſucceſſit *Balduinus* filius, IV. *Caſtellanus Gandenſis*. Hic anno M. LXXX. ſubſcripſit Diplomati Folcardi Abbatis, *de Advocatione Villæ Harnenſis*.

Caſtellanus V.
Ibidem.

Hunc *Wenemarus* frater, V. *Caſtellanus Gandenſis* excepit: quod docent Tabulæ Eggoberti, Raſonis, & Walauvayni Nonnem, quas cum Gerardo de Sottenghem, Waltero de Duvle, Balduino & Godefrido ejus fratribus, Everardo de Gandi & hujus fratre Balduino *Wenemarus Caſtellanus* ſignavit anno M. C. XVIII. Hunc ab anno M. C. I. *Caſtellanum* fuiſſe docent Tabulæ Manaſſis Epiſcopi Cameracenſis. Idem *Eccleſiam apud Bornehem* (cujus erat Dominus) *fecit libertate donari:* quâ de re Diplomatis exemplar vidi; ſed ſine anno. In Archivis familiæ *Lutgardis* illi uxor datur. Deceſſit ſine prole: itaque

196 Quis Eccleſiam Bornehemi curavit libertate donari.
Archiv. familiæ.

Caſtellanus VI.
Archiv. Blandin.
Ibidem.

Poſt hunc invenio *Sigerum* VI. *Caſtellanum Gandenſem*, fratrem Wenemari, & Balduini. Hic anno M. C. XX. confirmavit Diploma Caroli Dani Flandriæ Comitis, *Conventione inter Abbatem Arnulphum & Everardum de Gandavo*. Eodem anno ſignavit tabulas ejuſdem Comitis, *de libertate Cœnobii:* ubi inter teſtes recenſentur, Balduinus Aloſtenſis, Raſo de Gavera, & Everardus de Gandavo. Et alteras *de libertate Eccleſiæ*, quibus inter alios ſubſcripsêre Balduinus Aloſtenſis, Raſo de Gavera, & Gerardus Camerarius. Idem Sigerus legitur cum Gerardo de Sottenghem, alio quodam ejus Caroli diplomate, quod datum anno M. C. XXIII. Filium reliquit Wenemarum, & filiam Aliciam, quæ nupta eſt Hugoni de Inkers Militi.

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

Caſtellanus VII.
Ibidem.

Sigero ſucceſſit *Wenemarus* II. *Caſtellanus Gandenſis* VII. qui cum Ywano Aloſtenſi, Daniele de Tenremonde, & Everardo de Gandavo, ſubſcripſit diplomati Theodorici Alſatii, anno M. C. XXXIII. Et rurſum eodem anno legitur altero ejuſdem diplomate, cum Ywano Aloſtenſi. Hic idem ille fuiſſe potuit, aut ſaltem ſuperior, de quo ad annum M. C. XXVII. Anſelmus Abbas: *Ibi*, inquit, *Legati Comitis Morinorum* (id eſt Flandriæ) *Caroli, ſcilicet Caſtellani Gandæ, & Abbas S. Petri ad eum venerunt, nunciantes Dominum ſuum Comitem* ſubjectionem ei facturum.

Caſtellanus VIII.
Ibidem.

Wenemaro vitâ functo nullâ relictâ ſobole, & ſorore ejus itidem è vivis ſublatâ, *Vivianus* fuit VIII *Caſtellanus Gandenſis*, ut anno M. C. LVI. legitur diplomate Theodori Alſatii, *de terra de Oudevelde & quadam ſylva Mentacht nuncupata, & earum appendentiis cum omni juſticia*, quod *Vivianus Caſtellanus Gandenſis* ſignavit. Patrem habuit *Arnulphum*, filium *Lamberti Caſtellani*; patruos *Balduinum*, *Wenemarum*, *Sigerum*, *Caſtellanos*; Patruelem *Wenemarum* itidem *Caſtellanum*: cui ab inteſtato ſucceſſit. Huic *Viviano* tutorem faciunt Ywanum de Aloſt: qui eâ ratione *Caſtellanum* ſe *Gandenſem* inſcripſerit, diplomate Theodorici Alſatii, *de decimis Ooſtburgi anno* M. C. L. Uxorem *Viviani* lego fuiſſe filiam Saſſuwali Caſtellani Inſulenſis, qui etiam ex Gente *Gandavia* putatur originem ducere. Creditur enim frater fuiſſe Folcardi, & Rengoti; Lamberti primi Caſtellani filius. Fratrem habuit Aſſchericum qui Theodorici

Archiv. familiæ.
Ibidem.
197 Caſtellani Inſulenſes ex Gandaviis.

Ibidem.

dorici Alſatii diploma anno M. C. LVI. ſignavit; & Gulielmum, quod alterum ejus Principis diploma docet datum anno M. C. XLV.

Caſtellanus IX.

Vivianum excepit filius *Rogerius IX. Caſtellanus Gandenſis*, *Margaretæ Beveranæ* maritus: qui cum Steppone Aloſtenſi legitur in

Ibidem.

diplomate Theodorici Alſatii, *de indulgentiis theloneorum*, anno M. C. LVI. Et rurſum diplomate Philippi Alſatii ſine anno, *de ccc. menſuris mori inter Calf & Wulf-roeck.* Idem ejuſdem diploma ſignavit, *de decimis Ooſtburgi anno* M. C. LVIII. Rurſum anno M. C. LXXX. *de Bannitis S. Petri.* Et denique anno M. C. LXXXV. ejuſdem diploma quo declarat *quòd Comes nihil juris habeat in venientibus de Gandavo in villa S. Petri.* Filios habuit Sigerum, & Stepponem, ut familiæ archiva habent; & inſuper Walterum, & Ghi-

Ibidem.

ſelbertum, ut liquet tabulis Philippi Alſatii, anno M. C. LXXI. *donatione terrarum à Lanckdam ſecus Cattelegavere*: ubi dicuntur, *filii Rogerii Caſtellani.* Quod per excellentiam de *Caſtellano Gan-*

Chronic. Bavon. ad annum 930. Vide num. 172. Wycmanni Diploma.

denſi intelligendum nemo neget; quum hæc *Caſtellania* & potiſſima ſemper fuerit, & ſola principio perpetua: idque factum, ad imitationem *Comitum novi Caſtri*, qui abſolutè *Comites* ſe inſcripsêre, ſine ulla adjectione.

Caſtellanus X.
Archiva Blandin.

Rogerium ſecutus eſt Sigerus II. Caſtellanus Gandenſis X. ut liquet ex diplomate Balduini Comitis, anno M. C. XCVIII, *donatione cujuſdam Sylvæ.* Hunc paulò pòſt Caſtellaniâ ceſſiſſe, & aulicam vitam Monaſticâ mutaſſe, locuples te-

Ibidem.

ſtis eſt Balduinus; qui anno M. CC. I. diplomate quo *Blandinienſibus legat quatuor bonaria terræ nemoroſæ pro ſua & uxoris Mariæ ſalute*, hunc donationis ſuæ teſtem vocat *Fratrem Sigerum quondam Gandenſem Caſtellanum.* De hoc ita

Ad an. 1191.

Meyerus: *Conſurrexit & Sigerus Gandenſis, vir admodum locuples, & amplæ cognationis, Arcemque Gandavenſem contra Civium, ut ferunt, ſuperbiam ab Elſatio Philippo munitam, ſibi fuiſ-*

198 Comitum Fland. domicilium Gandavi, oſim ubi.
Meyer. ibidem paulo antè.
199 Arcem Ottonianam Gandavi ſtirpis fuiſſe Gandaviæ, argumentum.
Tab. an. 1300.
In Archiv. fam.
Archiv. familiæ & tab. Affligem.

que liberè retinere contendebat: quam tamen Comitis eo ævo domicilium fuiſſe, ex eodem ſcriptore certum mihi indicium. Etenim indubitatum eſt hanc Arcem *Gandaviæ* gentis fuiſſe, ex permutatione cum Arce Saſtingana, quam pro Ottonis illâ mole, *Gerardus Sottenghemius Mariæ Caſtellanæ* maritus, poſtmodum à Roberto Betunio accepit. Uxorem habuit Petronillam de Enghien & Couchy: quam ad annum M. CC. XV. ſuperſtitem fuiſſe, ex tabulis conſtat eo anno datis; quarum hoc initium: *In nomine Patris, &c. Ego Petronilla uxor quandam nobilis viri Sigeri Caſtellani Gandenſis, &c.* Ex hac ſu-

Caſtellanus XI.
200 Gentis Claerhout origo.
Archiva familiæ.

ſtulit Sigerum, Arnulphum, Daniëlem, Theodoricum, Walterum, & Ægidium. Hic ille Ægidius eſt, qui *Gandenſi* nomine omiſſo, cognomen de *Claerhaut* aſſumpſit, atque ita novæ quaſi familiæ originem dedit. Filium reliquit Arnoldum, hic Rogerium, Rogerius Ægidium, Ægidius Oliverium; qui pater fuit Rogerii, avus Danielis, proavus Joannis; qui filium habuit Eulardum, nepotem Adrianum, pronepotem Joannem; cui filius Gulielmus, qui ex priore conjuge Margareta de Baenſt Vormiſellæ Domini filia, nullâ ſuſceptâ ſobole, Joannam de Halowyn Maldeghemi & Uytkercæ heredem duxit: ex qua natus Jacobus, Pitthemi Dominus, Baro Maldeghemi; qui ex Anna de Merode Richardi Baronis de Frentzen filiâ, filium ſuſtulit Lamorallum de Claerhaut, Baronem Maldeghemi, Pitthemi, Coolſcamp, Uytkercæ, &c. maritum Franciſcæ Dognyes, filiæ Domini de Beaurepart: ex qua heredes habet Annam & Odiliam. Præter Lamorallum, filiam reliquit Jacobus *Odiliam*, quæ nupta eſt, ut antè dixi, *Jacobo-Philippo de Gandavo*, Iſenghemæ Comiti: cujus liberos ſuprà dedi.

Patri Sigerus III. ſucceſſit Caſtellanus Gandenſis XI: ut docent tabulæ anni M. CC. XVI. quibus *Machtildis Domina Teneræmondæ, & Sigerus Caſtellanus eligunt arbitros ad finiendam controverſiam de tenura Advocatiæ S. Bavonis, quam parentes* (id eſt majores) *eorum tenuerant.* Unde etiam illud liquet, hanc *Machtildim* noſtram ex *Gandavia* familia fuiſſe: an paterno genere, an materno, incertum. De illo ſuſpicor; quòd in *Villanæ* familiæ Archivis, *de Hoſdinio* nuncupatur: quod Dominium *Gandaviæ* gentis fuiſſe, plures tabulæ fidem faciunt. Idem Sigerus dat anno M. CC. XVIII. Overbecanis poteſtatem ſtruendi pontem. Anno dein M. CC. XIX. confirmat donationem patris, quoad decimas in Bochout. Idem legitur diplomate Joannæ Comitiſſæ anno M. CC. XXV: unde & hoc didici, filium habuiſſe Gerardum. Et denique tabulis anni M. CC. XXVII. largitur Cœnobio D. Bavonis *decimam, quæ dicitur Smaltiende in Weveſwale.* Hic ille eſt, quem *inter eminentiſſimos aulæ proceres* Meyerus ponit. Uxorem habuit Beatricem de Lens, & ex ea liberos, Hugonem, Gerardum (qui *Diabolus* dictus eſt) Sigerum, Ferdinandum, & Bernardum, hos familiæ Archiva ſuggeſſerunt. Tabulæ Bavonenſes ſextum adjiciunt Wilhelmum nomine. Conditus eſt Bornehemi habuitque ibidem monimentum, antè civilis nuper belli diſſidiâ ſpectabile: cujus adhuc maxima pars ſupereſt; de quo infrà.

201 Sigerus Caſtellanus Machtildis Teneræmondæ Dominæ conſanguineus.
Archiv. D. Bavonis Gandavi.
202 Machtildis Tener. Dominæ cognomen.
Archiva D. Bavonis.
Archiv. Blandin ſ.
Archiv. D. Bavonis.
Ad annum 1212.
Archiv. famil.
Ad annum 1212.
Archiv. famil.
Diplom. an. 1255.
Cap. 8. num. 15.

Caſtellanus XII.
Archiv. Swivecâna.

Sigerus hæredem reliquit *Hugonem* XII. *Caſtellanum Gandenſem*; quod oſtendunt tabulæ Roberti Betunii Teneræmondæ Domini: ubi, *aſſuerunt*, inquit, *huic negotio cùm fieret, Homines mei, videlicet Hugo Caſtellanus Gandenſis, & Rodulphus Miles de Roden, & Ægidius Miles de Morſca, & Dominus Adam de Herdineſem. Actum anno* M. CC. XXXI. & aliæ *Sigeri fratris*

Archiv. D. Bavonis.

Hugonis Caſtellani quibus *oppignorat Cœnobio D. Bavonis decimas in Nieuwenotene, ejuſque rei obſidem dat Dominum ſuum Robertum Teneræmondæ Dominum anno* M. CC. XXVII. Idem cum fratre Sigero recenſetur inter teſtes fundationis Abbatiæ Swiveçanæ. Hunc Hugonem Robertus Teneræmondæ Dominus *Caſtellanum Gandenſem Huſdinii Dominum conſanguineum ſuum* vocat.

Tab. an. 1234.
In Archiv. famil.

Uxorem habuit *Odam*, quæ hìc *Bolonienſis* dicitur, alibi *de Rhodes.* Hæc marito fuit ſuperſtes, ut tabulæ Dunenſes docent, quarum hoc

 initium

initium: *Oda Domina Caſtellana Gandenſis*, *relicta bonæ memoriæ Domini Hugonis quondam Caſtellani Gandenſis*, *& Domini de Huſdinio.* Hæc
Caſtellanus XIII. anno M. CC. XXXII. Liberos reliquit Hugonem Villanum (cujus nomen ab Alexandro filio ad poſteros, ut gentile tranſmiſſum eſt) Eglinam, & Joannem, cui agnomen Burgundio.

Archiv. D. Bavonis. *Patrem ſecutus eſt Hugo II. Caſtellanus Gandenſis XIII.* quod docent tabulæ, quibus *dat Cœnobio D. Bavonis decimas ſuas in Adendycke*, *abſque jure feudali*, *& omni ſervitio liberas*: anno M. CC.
Ibidem. XXXVIII. & aliæ quibus *Hugo Caſtellanus Gandenſis remittit jus ſuum*, *quod habebat in quodam foſſato*, *quod Eccleſia Bavonenſis fodi fecerat in ſuo fluvio*, *circa locum dictum Oydonck*, *in alodio Ec-*
203 Advocatia pagorum Mendonck. Wondelghem &c. gentis de Gandavo. *cleſiæ de Mendonck.* Tertiæ item, quibus *quitat diſcordias inter ipſum & Eccleſiam motas*, *ratione ſuæ Advocatiæ parochiarum de Mendonck*, *Wondelghem*, *Everghem*, *& Eckerghem. Actum anno* M. CC. XL. Idem legitur inter teſtes tabularum
Oudegherſte Annal. cap. 127. Guidonis Flandriæ Comitis, & Joannis Dampetræ toparchæ S. Deſiderii, ſuper emptione oppidi Baliolani cum appendentiis, anno M. CC. LXXXVIII. Minorennem fuiſſe cum pater vitâ defungeretur, ex prædicto *Odæ* matris ejus diplomate liquet: ubi, *ipſam quoque Conventionem*, inquit, *dilectum filium meum Hugonem*, *dum ad annos diſcretionis pervenerit*, *faciam approbare.*
Archiv. familiæ. Tutorem habuit Gerardum de Gandavo dictum *diabolum* patruum ſuum. Uxorem duxit Mariam (erat hæc Raſonis Gaverani filia) quod teſtantur
Archiv. Blandin. tabulæ, quibus, *cum uxore Maria vendit Blandinienſibus omne jus*, *quod habuerat*, *vel habere potuerat*, *quoquo modo*, *in Waſtinis jacentibus in parochia de Tamiſia*; *excepto Dominio & foreſactis ibidem contingentibus*, *& per Scabinos adjudi-*
204 Caſtrum Bornehem unde ad Flandrum. *catis.* Hic ille eſt, qui Margaretę Flandriæ Comitiſſę vendidit Bornehem Caſtellum, pretio
Meyer. an. 1250. Et Marchant. vitâ Margar. trium millium, quingentarum & quindecim librarum Pariſienſium: quod ratum habuit uxor ejus *Maria.* Hujus tamen dominii titulo diu poſteros *Villani à Gandavo* uſos eſſe, multis locis familiæ archiva docent.

Caſtellanus XIV. 205 Caſtellania quomodo ſtirpis Sottenghemiæ. Filiam reliquit Hugo *Mariam Caſtellanam Gandenſem XIV.* Huſdini dominam: quæ nuptiis in externam familiam hanc dignitatem tranſtulit. Maritum habuit *Gerardum Sottenghemi* Dominum. Utriuſque communes tabulas, & ſigilla vidi indicio doctiſſimi viri Antonii Sanderi, in archivis Equitum Melitenſium, Gandavi: quibus *Gerardus Eques*, *dominus de Sottenghem*, *& Os*, *dein Caſtellanus Gandenſis*, *& uxor ejus Maria Caſtellana Gandenſis*, *& Domina dictorum locorum*, *dant Equitibus S. Joannis* (qui vulgo Templarii) *partem terræ ante domum Templi* (id eſt Templariorum ędem) *ſuper Brielo* (loci id nomen Gandavi) *Actum anno Domini* M. CC. XCIII. *Dominicâ Lætare.* In ſigillo quod integrum, ſpectantur mariti inſignia gentis *Sottenghemiæ*; Con-
206 Arcem Ottonianam Gandavi, Comites Flandriæ quomodo acceperint. jugis verò *Gandaviæ* ſive *Villanæ.* Iidem ceſſêre Roberto, Guidonis Flandrię Comitis filio, *Arcem Ottonianam* Gandavi, factâ mutatione cum arce Saſtinganâ. Quâ de re tabulæ exſtant datæ anno M. CCC. Huic *Mariæ* ut & parenti ejus tu- 207 Gerardus de Gandavo dictus Diabolus Caſtellanæ tutor
torem dant *Gerardum de Gandavo*, qui ſe etiam *diabolum* inſcribit, *Sigeri Caſtellani* filium, fratrem *Hugonis Caſtellani*, qui avus fuit hujus *Mariæ*: cumque quòd tutorio nomine Caſtellaniam obierit, vulgò *Caſtellanum* fuiſſe putant.

Idem eſſe creditur; qui etiam *Maurus* appel- 208 An idem qui Maurus dictus eſt.
latus eſt, quem anno M. CCC. IV, & VIII. Meyerus, Divæus & Oudegherſte *Caſtri Gandenſis* Ad an. 1304 & 8. Rerum Brab. 10. Annal. cap. 141.
Præfectum nominant. Sed an *Maurus* hic, & *Gerardus* ille *Diabolus* idem fuerit, alii viderint. Certè Gerardum illum ſui juris fuiſſe anno M. CC. XVIII, ex ejus tabulis conſtat, quæ apud Bavonenſes Gandavi; *Maurum* autem illum, ad annum M. CCC. XXV. ſuperſtitem, familiæ ſcripta oſtendunt. Illud ſaltem liquidò apparet, neque illum *Caſtellanum* fuiſſe, quum tutorio tantùm nomine Caſtellaniam adminiſtraverit; neque *Maurum* ut *Mariæ* tutorem, à dictis Scriptoribus *Caſtri Gandenſis Præfectum* nominatum: quum illam anno ſaltem M. CC. XCIII, fortè etiam multò antè, nuptam fuiſſe ex allatis ejus tabulis ſit planum. Sed aliter id intelligi poteſt. Nam 209 Quomodo dictus Præfectus Caſtelli Gandenſis.
quum anno M. CCC, ut antè dixi, *Ottonis* illa *moles* ad Comites Flandriæ devenerit; potuit ille dicto ævo fuiſſe ejus *Caſtri* temporarius Præfectus, non autem jure hereditario, aut Tutorio, *Caſtellanus.* Uxorem habuit Eliſabetham Comitis S. Pauli filiam. Obiit autem ſine liberis; conditusque eſt in crypta D. Bavonis Gandavi; Archiv. Blandin.
quam paulò antè ingente ſumptu reſtauraverat. Tab. an. 1290.
Virum fuiſſe longævum, vel inde liquet, quòd Ibidem.
inter heredes ejus memorantur *Hector & Philippus Villani* Walteri & Adeliſiæ filii, nepotes *Alexandri*, prænepotis ejus ex fratre *Hugone Caſtellano.* 210 Eundem longævum fuiſſe.
Ædes habuit Gandavi ad flumen Scaldim, 211 Ejus Gandavi ædes quæ.
quæ Meyero *Petra Gerardi Diaboli.* Hæ anno Ad an. 1142.
M. CCCC. XXIX. mutatæ ſunt in Scholam Fratrum, Meyer. ad annum 1429.
Ordinis D. Hieronymi, florentiſſimum quondam Gymnaſium; ubi melioris vitæ, & eruditionis rudimenta hauſi, ſub doctiſſimis viris Audomaro de Viſſchere, Jodoco & Simone patre & filio Kerchoviis. Turris inibi eſt quadrato opere, 212 Ibidem turris.
cujus meridianum latus magnâ parte cavum eſt: ut ſæpe injecto lapide vel ligno expertus ſum. Cavum illud *Ocream* vocant. De hac turri longa 213 De ea fabula.
inter populares fabula eſt, à dæmone ſtructam: quod figmentum ex dicto Gerardi agnomine trahi, peritioribus non eſt obſcurum. Unde autem id illi agnomen acceſſerit, incertum eſt. Eo certè non modò non offenſum fuiſſe; ſed delectatum, id indicio eſt, quòd etiam in tabulis pu- Diplom. Bavon. 1218.
blicis, quas variis locis vidi, ipſe uſus eſt. Diplom. Dunenſi 1242.

Filium reliquit *Maria Hugonem*; qui à morte Diplom. Blandin. 1261.
matris *Burghgravium* ſe *Gandenſem* & *Vicecomitem* inſcripſit: quod & alibi obſervavi & in ta- 214 Pro Caſtellano, quis Burghgravium primus ſe dixerit.
bulis, quibus *Joannes de Naeldewyck* (Hugonis Ibidem.
cognatus) *largitur Joanni Mendonck hereditariam ſuam portionem in bonis Gerardi Diaboli*, quas *Hugo van Sottenghem Burghgravius Gandenſis* confirmavit, *anno* M. CCC. XVI.

Hujus inter monimenta Sottenghemi Gaillardus meminit. Mauſoleum ibidem habuit ære tectum,

ſtum, cum incubante effigie. Arma gerebat ſtirpis *Sottenghemiæ*, mixta *Gandaviis* ſive *Villanis.* Erant & inſcripti verſus, quos non plenos Gaillardus dedit:

M ſi tu ſcribis, ter C, deca bis quoque Chriſti.
Hinc ſeriem.

Illud ſaltem inde apparet, ad annum uſque M. CCC. XX. fuiſſe ſuperſtitem: quando vitâ defunctum veriſimile.

Archiv. familiæ.

Uxorem habuit *Beatricem de Putte & Stryen*, unde filiam ſuſtulit & heredem *Iſabellam*, quæ in flore ætatis extincta eſt, anno M. CCC. XXVIII.

215 Caſtellania quomodo familiæ de Antoing.

Hæc maritum habuit *Hugonem de Antoing*, Eſpinoyæ Dominum, Magiſtrum Equitum Flandriæ hereditarium. Heredem reliquit *Iſabellam de Antoing Vicecomitem Gandenſem*

216 Caſtellani Vicecomites.

(ita Caſtellani nomine plerumque omiſſo poſteri ſe vocarunt) quæ prioribus maritis *Henrico Lovanienſi* Herſtalli ac Gaesbecæ Domino, & *Alphonſo Hiſpanienſi*, ſine herede mortuis;

217 Caſtellania gentis de Melun.

tertiùm nupta eſt *Joanni de Melun*, Monſtrebelai Domino, Carolo VI. Gallorum Regi à cubiculis: à quo præſens *Vicecomes Gandenſis* originem ducit. Hoc enim conjugio natus *Hugo*, cui conjux *Beatrix de Beauſart*; quorum filius *Joannes* Eques Aurei Velleris, ſuſtulit ex *Joanna de Abbeville*, Caumontii Dominâ, *Joannem* maritum *Mariæ de Sarrebruſſe*, filiæ Comitis Rouſſy, patrem *Joannis*; qui uxorem habuit *Eliſabetham Luxenburgicam.* Hunc filius *Franciſcus* excepit *Lodovicæ à Foix*, Candalæ Comitis filiæ, maritus; pater *Hugonis*, primi Eſpinoyę Principis, cui conjux *Jole de Werchin*, Hannoniæ Seneſcalla, ex Barbançoniis oriunda: unde nati *Carolus* Eſpinoyę Princeps, *Petrus* Hannoniæ Seneſcallus, *Robertus Vicecomes Gandenſis*, *Helena*, & *Maria*: quæ *Lamorallo* Principi de Ligne nupta, præter plures liberos, peperit *Florentium* Marchionem modò Robacenſem. Ex prædicta Hugonis & Jole ſobole, *Petrus* ex *Hippolyta Montmorenciaca* liberos ſuſtulit *Gulielmum Henricum Henrico-Annam & Petro-Hippolytam*: qui dum in Galliis per nupera Belgarum diſſidia ſeceſſum habuêre; morte *Roberti Vicecomitis*, qui ſine prole deceſſit, ad *Mariam* ejuſque filium Florentium dono Regis ea dignitas abiit:

Anno 1598.

218 Præſens Gandenſis Vicecomes quis.

pacatis verò Belgarum Gallorumque rebus, *Gulielmus de Melun Petri filius*, Eſpinoyæ Princeps, jure poſtliminii avitam hanc poſſeſſionem recepit, & nunc poſſidet. Hic finis *Caſtellanorum novi Caſtri Gandenſis* & *Vicecomitum:* unde *Bilingios Gandavum* nomem aſſumpſiſſe, certum.

219 Familia de Gandavo, cur Aloſtenſis dicta.

Iidem familiæ nomine omiſſo, etiam *Aloſtenſes* dicti; & *de Aloſt*, ob Comitatum *Aloſtenſem*, quo olim potiti. An omnium primi, non diſputo; veriſimile tamen: & lubens hâc parte pedibus eo in ſententiam, quæ apud Marchantium:

Comment. lib. 1. Deſcrip. Aloſt.

220 Comitatûs Aloſtenſis origo.

Derivatum hunc Comitatum ex Comitibus Caſtelli novi Gandenſis ab Othone Cæſare ad Gandavum, anno D. CCCC. XLVIII. *ædificati, & à ſplendida Germanica familia, cui deinde à Gandavo cognomen fuit, manſitque, adminiſtrati. Nam illius arcis Othonianæ præſidibus terra Brachanta, quæ poſt Aloſtana audiit, cum quatuor Ambactis, aſſignabatur, ut ſtipendia, alimoniamque præſidiariis militibus illinc providerent. Quam auctoritatem in Dominatum verterunt, Cæſarum beneficio Aloſtani Comites de hinc nuncupati.*

221 Comitum Aloſtenſium ſeries.

Inter eos *Adalbertum* Arnulphi filium, Theodorici nepotem, Wycmanni pronepotem, primùm *Aloſtenſis Comitis* titulum accepiſſe, in archivis familiæ eſt ſuſpicio.

Comes I.

Uxorem habuit *Ermengardim de Lovanio*, & ex ea liberos Rengotum, & Lambertum: quorum hic primus fuit Gandenſis Caſtellanus; *Rengotus* verò, mortuo patre *Aloſtenſem Comitatum* adiiſſe dicitur.

Comes II.

Hic filium reliquit *Ordulphum* ſive *Radulphum*,

Comes III.

(Chronographus Affligemenſis *Rodulphum* vocat; Fulgentius Abbas *Adolphum*) qui in familiæ tabulis dicitur vixiſſe anno M. LXX.

Apud Miræum Originum cap. 57.

Illum *Balduinus* filius excepit: qui conjugem habuit *Odam*, unde ſuſtulit Balduinum Craſſum, (qui Niceæ obrutus ſaxis periit) Rodulphum, qui Comiti Flandriæ fuit à cubiculis; Ghiſelbertum qui Foreſtenſis Cœnobii auctor; Ghertrudem quę Arnulphum Bergenſem maritum habuit; & Leodegardim quæ in fraterno Cœnobio, cum *Oda* matre, vitam Deo ſacravit. Hic ille *Balduinus* eſt, cujus & Ghiſelberti filii Lotbertus Abbas meminit diplomate Foreſtenſi, anno M. LXXXVIII. Illum ibidem *Gandenſem* vocat.

Comes IV.

Ibidem Diplom. Fulgentii Abbatis 1096.

222 Foreſtenſis Cœnobii auctor quis.

Orig. Miræi cap. 57.

Meyer. ad annum 1144.

Orig. Miræi cap. 57.

223 Comes Aloſtenſis, dictus Gandenſis.

Patre vitâ functo filius *Balduinus* Comitatum adiit habuitque uxorem *Remavindem* (ita Meyerus ad annum M. C. eam alibi *Reynewidem* vocat) unde nati Balduinus, Ywanus, & Radulphus: quem *Brugenſem Caſtellanum* fuiſſe Theodori Alſatii diploma docet. Ex his

Comes V.

Ad annum 1143.

Balduinus ætatis privilegio hanc ditionem accepit: fuitque adhuc ſuperſtes anno M. C. XXV. ut liquet diplomate, quo *cum fratre Ywano reddit Eccleſiam de Herenbaldeghem in manum Epiſcopi ad opus Eccleſiæ Affligimenſis.*

Comes VI.

Archiv. familiæ.

Hujus diplomatis initio *Aloſtenſi* cognomine utitur; in ſigillo autem *Gandenſem* ſe vocat: quo nomine etiam ſuperiores illos uſos conſtat. Filiam reliquit Beatricem; quæ nupta eſt Theoderico Beverano Dixmudæ Domino.

224 Idem dictus Aloſtenſis, & Gandenſis.

Vide ſupra num. 221.

Mortuo Balduino fratre, *Ywanus* excluſâ Beatrice, illius filiâ, hunc Comitatum occupavit, præſidio Theodorici Alſatii; cujus filiam Laurettam uxorem duxerat: ex quo conjugio natus

Comes VII.

Meyer. 1140. de Ywano vide lib. 1. cap. 6. num. 91.

Theodericus, qui à morte patris, *Dei gratiâ Dominum & Principem Aloſtenſem* ſe inſcripſit, donatione quâdam Affligemenſibus factâ anno M. C. LXIV. Hic ductâ uxore Laurentiâ filiâ Balduini Hannoniæ Comitis, cùm nullam reliquiſſet ſobolem;

Comes VIII.

Diploma Afflig. in Archiv. famil.

Philippus Alſatius Flandriæ Comes, nequidquam reclamante Theoderico Bevernenſi, Comitatum accepit, & ad poſteros Flandriæ Comites ad hoc ævum tranſmiſit. Id injuſto titulo factum, & alii plerique, & Divæus putat; ſed temerè ea labes optimo Principi inuſta eſt; quod primùm inde ſuſpicatus ſum, non ſolùm quod à Friderico Cæſare inveſtituram accepit; ſed

225 Comes Flandriæ Aloſti Comes.

Marchant. Comment. lib. 1. in Aloſto.

Rerum Brabant. Lib. 10.

Oudegherſte Annal. cap. 81.

226 Quo jure,

ſed quod Theodericus Bevernenſis, *ad quem*
ſummo jure mortuo Theoderico Comite hunc Co-
Lib. 10. Oudegherſte Annal. cap. 18. *mitatum devolutum* Divęus narrat, non auſus
eſt ſtare judicio Cæſaris, ad cujus arbitrium
Alſatius eam controverſiam deferebat. Paullò
poſt in Alſatii diploma incidi, quod hunc no-
dum in Hiſtoria ſolvit, & ſimul Principem à
Archiv. Troncinii Diplom. anno 1166. tanto dedecore. In eo ita legitur: *Terra illius*
(Theoderici de Aloſt) *in manus meas devenerat*
Vide ſuprà lib. 1. cap. 6. num. 94. *ex ſtipulatione dotis ſororis meæ, à patre ejus Do-*
mino Ywano olim facta. Ex qua narratione dota-
lis ille Comitatus Laurettæ videtur: idque eo
magis, quòd eodem alia item verba ducunt: ubi,
Ibidem Tab. anno 1139. *Ywanus de Gand liberè tradidit alodium in villa*
228 Lauretta Theoderici Alſatii filia, quâ dote Ywano Aloſtenſi nupta. *dicta Burſt*, &c. *accedente uxoris ſuæ Lauretta,*
filia Theoderici (Alſatii) *Comitis Flandriæ* (*cui*
quæcumque ſuæ poſſeſſionis erant, in dotem dederat)
gratuitâ conceſſione, & devotâ petitione. Unde &
228 Aloſtum jam olim quomodo Flandriæ Comitis. illud veriſimile, legem illam in ſtipulatione dotis
hanc fuiſſe: ut deficiente Ywani ex Lauretta ſo-
Meyer. an. 1057. bole Aloſtum ad Comitem Flandrię abiret; quod
donatione *Henrici Cæſaris*, jam olim *Balduinus*
Inſulenſis acceperat, anno M. LVII. dederatque
Ibidem an. 1063. inter cetera filio *Roberto*, pro portione heredita-
riâ, conjugio cum *Gertrude Saxonicâ* (quæ ab
Herimanno Biling primo Saxoniæ Duce, origi-
nem ducebat) viduâ Florentii, Hollandiæ Co-
229 Et ſimul gentis Gandaviæ. mitis; relicto tamen ſtirpi *Gandaviæ*, & *Comitis*
titulo, & ſolitis emolumentis: ut etiam de *novo*
Caſtro Gandenſi, *Waſia & quatuor Officiis* factum
conſtat: quorum jus quod eatenus penes *Cæſarem*
manſerat, ad *Flandros* abiit, in clientela Imperii;
relicto tamen *Caſtellanis*, qui etiam *Comites* antè
dicti, ſuo jure. Eos enim *Comites*, & poſt hos,
Caſtellanos, muneris hereditarii ratione uſufru-
ctuarios magis fuiſſe conſtat, quam dominos: aut
ſi dominos; non in ſolidum. Alioquin unde jus
230 In hujus poſſeſſione unde Theoderico Alſatio jus. alienandi penes Cæſarem fuiſſet? Quid autem
juris in alienam poſſeſſionem Theodericus *Alſa-*
tius habuerit, ſi quis roget; potuit id fuiſſe ex lege
donationis Imperatoriæ, quando primùm eam
ditionem Balduinus Inſulenſis accepit: ut ſi maſ-
cula, Gentis Gandaviæ in recta linea, ſtirps de-
ficeret, ad Flandriæ Comites in ſolidum Alo-
ſtum concederet. Nam abſque hoc fuiſſet, Theo-
dericus Beverenſis Beatricis Aloſtanæ maritus,
non recuſaſſet ſtare judicio Cæſaris, cujus ar-
bitrio Philippus omnem cauſam committebat.
231 Gentis Gandaviæ, ſive Villanæ ſymbolum. Nunc ut tandem vela legam, quæ in altum
argumenti ubertas, & meritorum ejus gentis
Eurus evexit; unum addam: quod hæc fami-
lia pro elogio ſcribit, SANS REPROCHE, id eſt
ſine probro (quo etiam elogio à primæva ori-
gine Aurei Velleris Equites uſi ſunt) idque re-
ferendum non ad cognomen familiæ *Villain*;
ſed ad avitam hujus gentis virtutem: ex qua tot
orti Proceres, quorum fortia domi militiæque
facinora, & intemeratam in Principes fidem,
nulla facundia ornare valeat, nulla lingua effari.
232 Eadem cur pro ſigno utatur XIIII, Ratio una. Item illud: quod gentilibus armis utrimque nu-
merum quatuordecim (hoc modo XIIII) ad-
jungant ob tot *Comites Gandenſes* & *Aloſtenſes*
junctim; & totidem *Gandenſes Caſtellanos*, quos
una hæc familia dedit. Sunt autem hoc ordine:

XIIII. *Comites* familiæ *Gandenſis* ſive *Villanæ:*

Comites Gandenſes ſive *Caſtri Ottoniani* ſex:
Wycmannus, *Theodericus*, *Arnulphus*, *Theode-*
ricus, *Adalbertus*, *Lambertus*.
Comites Aloſtenſes octo: *Adalbertus*, *Rengo-*
tus, *Redulphus*, *Balduinus I*, *Balduinus II*, *Bal-*
duinus III, *Ywanus*, *Theodericus*.

XIIII. *Caſtellani Gandenſes*, ejuſdem familiæ:

Lambertus, *Folcardus*, *Lambertus II*, *Bal-*
duinus, *Wenemarus*, *Sigerus*, *Wenemarus II*,
Vivianus, *Rogerius*, *Sigerus II*, *Sigerus III*,
Hugo I, *Hugo II*, & *Maria*, *Gerardo Sotten-*
ghemio nupta.

Ejus numeri aliam inſuper audivi occaſionem, 233 Altera.
nempe; ex antiquo quodam ſymbolo confœ-
deratæ nobilitatis: illumque etiam genti *Mal-*
deghemiæ olim uſitatum, ex ea ſtirpe V. N. mi-
hi retulit, à quo inſuper ad rei illuſtrationem ac-
cepi, priſcum illum emblema vidiſſe, in quo
hic numerus XIIII. & circum in orbem ſer-
tum ex pampino, cum inſcriptione vernacula:
Verdien in Loon, id eſt, meritum in mercede,
ſumptâ ad vocem, & antiquum morem alluſio- A Gellius lib. 15.
ne: nam numerus ille XIIII. nobis *Vertien*, cap. 6.
molliùs *Verdien*; & coronæ olim datæ præmia
fortium. Circumferuntur etiam verſus, qui ter- 234 Tertia.
tiam ejus rei cauſam complectuntur; quos vir
conſultiſſimus Joannes vander Beke, hujus ur-
bis Syndicus, in arce Lommæa, prætorio Il-
luſtris Iſenghemi Comitis, in ditione Inſulana
deſcriptos, mihi dedit:

VILLANUS *quondam Saxo, dum fortiter urbes*
Hoſtiles caperet bis ſeptem, totque diebus;
Virtuti ſertum poſuit, numerique tropæum
fortunæ: titulos ſibi gens VILLANA *reſervat.*

LAERNE

EXtremus ditionis Teneræmondanæ locus eſt 234 Laernæ ſitus.
Laerne; ad limites Caſtellaniæ Gandenſis,
& ditionis Oudenburgicæ: qui & ipſe uberri-
mo Scaldis amne ditatur. Arcem habet vetu- 235 Arx.
ſtam, cujus variè Annales meminerunt; Ori-
ginem autem nondum ſum aſſecutus. Hunc pa- 236 A quo tempore Dominium.
gum vel ante quatuor ſæcula Dominii titulum
habuiſſe conſtat, ex archivis D. Bavonis Gan-
davi: ubi ſunt *tabulæ Gerardi de Laerne quas Do-*
mina Beatrix ejus mater, de conſenſu ejus dat;
quibus largitur ad opus pauperum S. Bavonis de-
cimam ſuam. Hæc *anno* M. CC. XIII. Eadem de
re exſtant ibidem *tabulæ Ghisberti de Laerne*,
datæ eodem anno. Et ne quis putet illud cog-
nomen gentis fuiſſe, non Dominii, eam ſuſ-
picionem tollunt verba quæ ibidem habentur:
Tabulæ Beatricis Dominæ de maſmine & Laerne.
Paulò pòſt ad *Robertum* Betuniæ & Teneræ- Vide ſuprà num. 127.
mondæ

mondæ Dominum, aut emptione, aut aliàs deveniſſe, ejus diploma oſtendit; quo dat *Ghilberto Sottenghemio Calckenam, Laernam, & Maſminiam, pro mille libris; quas ei debebat pro maritagio Machtildis ſororis ſuæ, quam ipſe habebat in uxorem.* Exinde tria hæc Dominia Ghilberti poſteros diu junctim poſſediſſe ſuprà oſtendi: inter quos, primus *Laernæ* titulo uſus eſt, quantum quidem hactenus vidi,

237 Roberti Teneræmondæ Domini donatio.

238 Poſt illam Domini. Lib. 3. cap. 3. num. 128.

239 Gerardi Raſſenghemii conjux.

Gerardus Raſſenghemius, Catharinæ Maldeghemiæ maritus; iis tabulis, quibus Comiti Flandriæ arcis ſuæ copiam addicit anno M. CCC. LXII. ubi *Maſminiæ & Laernæ Dominum* ſe inſcribit.

240 Et liberi.

Hic præter Walravium Maſminiæ & Berleghemi Dominum; & Claram Sigeri Cortracenſis, & dein Philippi Erpæ Domini conjugem (qui à potiore dominio Maſminium cognomen aſſumpſerunt) filium reliquit

Deſcriptione Calckenæ num. 130.

Joannem Maſminium, Calckenæ inſuper dominum: de cujus conjuge, & liberis, ſuprà dixi. Hunc etiam Laernam poſſediſſe inde apparet, quòd id dominium filius ejus

241 Philippi Maſminii uxor.

Joannes tertius natu adiit; patruo, amitâ, & fratribus majoribus ætate, vivis. Uxorem habuit Axelæ dominam: & ex ea liberos, Joannem, Philippum, & Eliſabetham. Ex his Philippus Somerghemi dominium accepit, & uxorem Beatricem de Blaeſvelt (aliàs Maerſchalck) Roberti Blaeſveldæ domini filiam: Unde filium ſuſtulit Ludovicum; qui immaturâ morte ante patrem ſublatus eſt; condituſque Somerghemi, ubi olim commune ſepulchrum, cujus Epigraphe hoc ſenſu:

242 Philippi Maſminii monimentum. Analect. Gaillardi,

Hìc jacet Dominus Philippus de Maſſeme, Dominus de Somerghem: qui obiit anno ſalutis M. CCCC. XIV. *ipſo die ſancti Nicaſii. Et Domina Beatrix de Blaeſvelt, Domina de Somerghem: quæ obiit* M. CCCC. XXXII. XXVII. *Martii, & Ludovicus de Maſſeme, illorum filius.*

Arma gentilitia hinc erant: *Maſſeme, Axele, Maſſeme, Gruythuyſe*, aut *Mortaigne*; inde *Blaeſvelt, à Flandria, Maldeghem, & Blaeſvelt.*

Analect. Harduin.

243 Joannis Maſminii uxor.

Poſt patrem ætatis prærogativâ *Joannes* Laernam adiit, & Axelæ dominium. Uxorem habuit Mariam de Wedergrate: cumque ſine liberis decederet, fratre Philippo etiamnum antè vitâ functo, ſororem

Heres. Ibidem.

244 Familiæ de Vos Laernæ Domini.

Eliſabetham ex aſſe heredem reliquit. Ea *Balduino de Vos* Balduini filio, Poularæ domino nupta eſt; viro antiquæ nobilitatis: ſiquidem ea Voſſiorum familia, jam inde à quingentis circiter

245 Ejus gentis antiquitas.

annis, fortè etiam ampliùs, inter primæ notæ nobiles eſt habita; ut Blandinii archivis doceri queat: ubi anno M. LXIII. *Hugo de Vos*, inter ceteros, ſignavit diploma Theodori Alſatii. Hujus aſſenſu tranſegit *Eliſabeth* cum matre (quæ jam ſecundis nuptiis Danieli de Voorde juncta erat) & ab ea de paterna hereditate ſibi ſatisfactum tabulis publicis profeſſa eſt. Conditus eſt juxta Brugas in templo Carthuſianarum, in Choro, ante ſummum altare, juxta monimentum Patris, ſub ſaxo Marmoreo: cujus hæc eſt inſcriptio:

Hìc jacet Dominus Balduinus Vos, Dominus de Poulare, Miles; qui obiit M. CCCC. XXIII. *die quarto menſis Januarii & Domina Eliſabeth de Maſſeme, Domina de Axela, Poelaer, & Laerne; uxor quondam Domini Balduini Vos, quæ obiit* M. CCCC. XXIV. *penultimâ die menſis Februarii: Et ſoror Anna Vos filia dicti Domini Balduini & dominæ Eliſabeth, quæ obiit* M. CCCC. XV. *die tertiâ menſis Januarii: & Gulielmus de Vos, filius dicti Domini Balduini, & Dominæ Eliſabeth; qui obiit* M. CCCC. VII. *die primâ menſis Auguſti. Orate pro eo.* 246 Balduini de Vos monimentum.

Arma gentilitia erant hinc: *Vos, van Ackere, Calkene, Schinclaers*; inde, *Maſſeme, Oudenhove, Axele, Mortaigne* vel *Gruythuſe*. Ibidem.

Præter ſuperiores liberos, filium habuêre Balduinum, & filiam Margaretam; quæ Guidoni Ghiſtellano Waſqualæ Domino nupta eſt, habuitque Axelam in dotem. Annal. Harduini.

Balduinus, à morte patris, Poelaræ dominium accepit: & paulò pòſt, cum materna hereditate Laernam adiit. Hic uxorem duxit Margaretam Lovendeghemi Dominam. Obiit autem relictâ viduâ & liberis Balduino, Joanne, & Gerardo. Hic etiam apud Carthuſianas juxta patrem monimentum habet, cum hac Epigraphe: Ibidem. Collectanea Gaillardi.

Hìc jacet Dominus Balduinus de Vos, Domicellus; Dominus de Pollaer, Laerne, & Zomerghem, qui obiit M. CCCC. XXXII. *tertio die menſis Julii: Margareta de Lovendeghem, uxor quondam Domini Balduini; quæ obiit* M. CCCC. XXIII. *octava die menſis Martii: Et ſoror Catharina: quæ obiit* M. CCCC. XLVI. *die quartâ menſis Decembris: Et ſoror Anna de Vos*, M. CCCC. LXXI. *die vigeſimo Julii.* 247 Item alterius Balduini.

Balduini conſanguineæ gentes erant, *Vos, van Ackere, Maſſeme*, & *Axele*. Margaretæ verò: *Lovendeghem, Slanghen, vander Moere*, & *Volmerbeke*.

Hæc patrem habuit Roelandum, Lovendeghemi Dominum; matrem Margaretam Slanghen: ut ex hujus Epitaphio liquet, quod olim Gandavi ad D. Michaëlis, ante ſummum altare laminæ æreæ inſculptum, in hæc verba: 248 Ejus ſocer & ſocrus. Ibidem.

Hìc jacet nobilis Domina, Margareta, filia quondam Oliverii Slanghen Armigeri, relicta quondam nobilis viri Domini Rolandi, Domini de Lovendeghem, Militis: quæ obiit anno M. CCCC. XVII, *die* 30. *menſis Januarii.* 249 Margaretæ Slanghem monument. Ibidem.

A morte Patris inter liberos operâ Simonis Formellii, & Ludovici Maſminii convenit, ut Balduinus Laernâ cum arce in ſolidum potiretur; Joannes Dominium Poelariæ adiret; Gerardus verò cetera feuda aliaque bona, & redditus.

Ex lege prædictæ partitionis, *Balduinus* Balduini filius, Balduini nepos, Balduini pronepos, tertius hoc nomine, Laernæ Dominium accepit. Uxorem habuit Jacobam de Griſper: unde ſuſtulit filium Philippum, & filiam, quæ nupta eſt Georgio vander Moere. Ad hunc etiam
Ad an. 1470. Zomerghem & Lovendeghem deveniſſe, Meyerus indicat, ubi dicit: *Huic Balduino* (Philippi Burgundiæ Ducis notho) *Zomerghem & Lovendeghem data fuiſſe lego: ſed ablata illi per ſententiam Senatus, ab heredibus Balduini de Vos,*
250 De Bald. de Vos narratio. *Equeſtris Ordinis, juſtis Dominis.* Idem ſub Phi-
Meyer, 1451. lippo Bono belli ſemina jacta videns, calidis quorumdam conſiliis, turbatam patriam conatus fugere retractus eſt à Gandenſibus, & in carcerem conjectus. Inde quæſtionibus à veſana plebe admotus, tanto cruciatu, ut omnibus membris enervatis, cùm ire non poſſet, menſæ impoſitus referri in carcerem debuerit; & paulò pòſt, cùm ad mortem, cum tribus aliis, raperetur, lecticâ in forum vehi: unde tamen ceteris ſupremo ſupplicio affectis, eâ lege reductus eſt, ut Petrum Bauwens, & Georgium Bul Præfectis traderet. Cùmque id non feciſſet; ſemel iterùmque ultimo diſcrimini proximus, evaſit tamen, ſuis & aliorum precibus: inter quos etiam externi primates, Præſul Leodicenſis, Comites Stampanus, & Sanpaulli, qui omnem operam pro
Meyer. an. 1452. pace apud Principem Gandenſibus Promittebant, ſi incolumis dimitteretur. Itaque reductus eſt in carcerem: donec anno ſequente, à ſuis inter ceteros Brugas Legatus ad Principem de pace miſſus, re infectâ, cùm alii redirent, ſuperioribus ærumnis, & præſente metu territus, Brugis apud Principem ſe continuit: tuta conſi-
251 Gentis vander Moere Laernæ Domini. lia, incertis præferens. Illum ſecutus eſt *Philippus de Vos*, & *Georgius vander Moere* junctim
Lib. Feudal. (habebat enim conjugem ſororem Philippi) & *Margareta de vos*, heres patris. Cujus morte,
Ibidem. dictus *Georgius* ſolus poſſedit. Georgium excepit *Nicolaus vander Moere*, filius; cujus hoc Epitaphium ex ſaxo olim apud Franciſcanos Gandavi deſcriptum, Harduini Analecta ſuggeſſerunt:

252 Nicolai vander Moere monimentum. *Hìc jacet Nicolaus vander Moere, Armiger, Dominus Laernæ; ultimus mas ejus nominis. Obiit ſine liberis, anno* M. D. XIII, *tertio Martii.*

Archiv. familiæ Villanæ. Gentilitia arma gerebat hæc: *Moere, Vos, Turpin, Lovendeghem.* Sunt autem ii *Moerenſes* à Jordano Gandenſi, ſive Villano oriundi, feruntque Moeræ nomen, à Dominio ejus loci, & habuêre antiquitùs ſymbolum militare: *Ghent, Ghent.*

Sororem reliquit Nicolaus *Joannam*; quæ cum cetera fratris hereditate *Laernæ* Dominium adiit. Hæc nupta eſt Jodoco vanden Woeſtyne: unde filiam ſuſtulit Joannam.

Matri ſucceſſit *Joanna vanden Woeſtyne* Jodo- 253 Joanna vander Woeſtyne Laernæ Domina: ejus maritus.
ci filia. Hæc maritum habuit *Martinum vander Gracht*, Equitem, Moſchrę, & Moſchrę-ambacti Dominum, Walteri, Foſſeæ, Moerſ- Archiv. familiæ.
ſellæ, Ooſthovæ, Dolandræ, Domini, & Iſabellæ, heredis Heulæ, Leeuwerghemi, Berleghemi, &c. filium; unde liberos ſuſtulit Iſa- 254 Liberi.
bellam, & Antoniam: quarum prior nupta eſt Petro de Shouteete, aliàs van Zuylen, Erpæ Domino: ex quo conjugio natus Franciſcus, & duæ filię Joanna & Dorothea. Mortuo autem 255 Alter maritus.
Martino marito, *Joanna vanden Woeſtyne* ſecundis nuptiis juncta eſt *Adriano de Gavere*, Equiti: unde natus *Adrianus*: qui conjugem 256 Liberi.
habuit ſtirpis de Archies. Is favore matris, patre vitâ functo, Laernæ titulo uſus eſt. Sororem habuit Gerardam: quæ conjux fuit Roberti de Ghiſtelle Dudzelæ Domini. Obiit autem & *Adrianus*, & Gerarda ſine liberis. Illius adhuc in Templo Laernæ memoria ſupereſt, hoc ſenſu:

Hìc jacet vir nobilis Adrianus de Ga- 257 Andr. de Gavere monimentum.
vere, Eques, quondam Laernæ Dominus, filius unicus Domini Adriani de Gavere, etiam Equitis, & nobilis matronæ Joannæ vanden Woeſtyne: qui obiit anno M. D. LVIII. *die S. Stephani. Orate Deum pro anima ejus.*

Mortuo Adriano *Franciſcus de Schouteete* aliàs 258 Franciſcus de Schouteete Laernæ Dominus.
van Zuylen, Petri de Schouteete filius, Iſabellæ vander Woeſtyne aviæ maternæ donatione Lib. Feudal.
(quam *inter vivos* Juriſconſulti vocant) *Laernam* accepit: idque factum, ne Antonia Iſabellæ ſoror, Franciſci matertera, trientem hujus Dominii, De more curiæ feudalis Teneræmondenſis, adiret. Hic præter Equeſtris familiæ priſcam dignitatem, & vetuſtum Erpenſis dominii titulum, ipſe etiam Eques fuit; & periculoſiſſimis Reipub. temporibus, Præturam Cortraci non ſine laude geſſit. Hic ille eſt, qui cum 259 Ejus captivitas.
Duce Arſcotano, Epiſcopis Baugenſi, & Iprenſi, dominis de Raſſeghem, Sweveghem, Champigny, Eecke, & aliis nonnullis, à Gandenſibus Gulielmo Naſſavio, Auriaco Principi deditis, ductore Franciſco vanden Kethulle Ryhovæ domino, & Joanne Imbieſio, conjectus eſt in carcerem, anno M. D. LXXVII. XXVIII. Octobris: unde aliquanto pòſt, ope Oliverii van Meyne, Joannis de Clerck hujus urbis nunc Actuarii, & Adriani de Caſele, cum Dominis de Raſſeghem, & Sweveghem evaſit. Uxorem habuit 260 Uxor.
Annam de Montmorency, Balduini, Croiſillæ, Houpilinæ, Walcurtii, Couckelaræ, &c. Domini, & Catherinæ de Rubenpré: unde nati Ca- 261 Liberi.
rolus, Catharina, & Iſabella: quarum hæc Canonica eſt Nivellenſis; illa cælibem ducit vitam.

Franciſco vitâ functo, *Laernæ* dominium ejus 262 Præſens Laernæ Dominus.
filius adiit, *Carolus de Schouteete* aliàs *van Zuylen*;

len; Erpæ inſuper, Erondeghemi, Oterghemi,
Eſtombæ & Ubermontii Dominus, præſens hu-
263 Ejus uxor. jus loci Toparcha. Conjugem habet Ghiſlenam
Deſtourmel, Lannoyæ dominam; & ex ea li-
264 Liberi. beros, Joannem Laernę dominum (qui nuper
inter Ephebos honorarios apud Sereniſſimos
Belgarum Principes eſt receptus) Georgium,
Robertum, Iſabellam, Annam (Canonicas mo-
dò Nivellenſes) Margaretam, & Florentiam.
Illius conſanguineæ gentes ſunt Schouteeten;
aliàs van Zuylen, Montmorency, Liedekercke,
Lannoy, vander Gracht, Rubenpré, vanden
Woeſtyne, & Bouſyes. Conjugis verò, Deſtour-
mel, Laviefville, Deſtourmel, Dauxy, Bail-
leul, Nedoncel, Cleves, Haveskercke.

265 De gentis Schoutetæ origine & majoribus. Enimverò hujus Schoutetæ ſive Zuylanæ
gentis ſi breviter originem, & majores, ex ar-
chivis familiæ percurram, non extra ordinem
credo, aut ingratum erit.

266 Warnaldus Zuylanus unde & cur in Flandria. Theodori Alſatii inclyti illius Flandriæ Princi-
pis ævo, *Warnaldus* Zuberaldi Zuylæ Domini fi-
lius, natalibus, & origine Batavus, quòd varias
in Waſia poſſeſſiones habebat, ex Hollandia in
has Flandriæ oras conceſſit: ubi tantâ exiſtima-
tione vixit, ut non aulicis ſolùm proceribus; ſed
ipſi cum primis Principi gratiſſimus haberetur:
cujus & conſiliis inter intimos interfuit, & bello
aſſiduus fuit comes. Ejus palam memoria exſtat
diplomate Theodori, ſuper Advocatia, ſive pro-
tectione Abbatiæ Nenivenſis: ubi cum *Twano
de Gand*, *Gulielmo de Boelaere*, *Michaële Con-
ſtabulario*, *Theoderico de Beverne*, *Balduino de
Wentica*, *Rogerio Tribuno de Cortraco*, *Balduino
de Dichem*, *& Gerardo de Nederwyck*, *anno in-
carnati verbi* M. C. XLII. *Warnaldus de Zuylen*
267 Ubi deceſſerit. ſubſcripſit. Idem paulò pòſt anno M. C. XLVII.
Theodori Principis auſpicia ſecutus, quando is
tertiùm adverſus barbaros in Aſiam legiones tra-
duxit, in expeditione circa Edeſſam decedens,
vitam Chriſtianę fidei impendit.

268 Ejus liberi. Warnaldus filium reliquit *Arnoldum*; qui pa-
ternis veſtigiis inſiſtens, etiam his ditionibus ſe-
dem fixit. Idque eo magis; quod antiquato per
Waſiam Batavorum imperio, à priſca clientela
269 Waſia quomodo ab Hollandis ad Flandros conceſſerit. Meyer. an. 1165. Et Oudegherſte Annal. cap. 77. Meyer. an. 1167. ſolutus erat. Siquidem Florentio Hollandiæ
Comite à Philipppo Alſatio Theodori filio,
prœlio navali (aliis in ipſa Alſatia terreſtri) fuſo
& capto, omnis Waſia cum quatuor Ambactis,
in Flandri poteſtatem conceſſit: idque ex lege
Conventionis: quòd pacta Hollandus non ſervaſ-
ſet. Eâque ratione, qui Batavorum antea Clien-
270 Arnoldus Zuylanus unde dictus Schouteete tes fuerant, in Flandri partes devenêre. Hîc *Ar-
noldus* prȩter agros, ceteraſque poſſeſſiones he-
reditarias per Waſiam, & quatuor Ambacta,
Præturas habuit; quas Hollandię Comitum be-
neficio (penes quos antè, ut dixi, Waſiæ do-
minium fuerat) gens Zuylana poſſederat: lege-
ratque domicilium Waeſmonſteri, nobili, & an-
tiquo Waſiæ pago, in ſuo prætorio, quod à poſte-
rioris ævi poſſeſſoribus *Ponterave* dictum, amœ-
no ad Durmam loco. Cumque peregrinus eſſet,
ejuſque cognomen vulgò ignoraretur; ab here-
ditariâ illâ dignitate, & poteſtate quam exerce-
bat, communi eum ſermone *Arnoldum den Schou-
teete*, id eſt, Prætorem, & Sculteram nomina-
runt. Quod agnomen ab ipſo etiam *Arnoldo* aſ-
ſumptum eſt, & ad præſens uſque ævum, ad po-
ſteros derivatum. Non tamen ideo penitus omiſ-
ſum Zuylanum cognomen. Memini enim variè
legere *Schouteete aliàs van Zuylen*. Uxorem ha- 271 Uxor.
buit *Arnoldus* Beatricem Hoeſdeni toparchæ
filiam: unde liberos ſuſtulit Theodorum, Ro- 272 Liberi.
dolphum, Balduinum, Ægidium, Wolfardum,
Catharinam, Juditham, & Urſulam. De harum
poſteris nihil hîc adducam in medium, quum fa-
miliæ nomen non propagent; ſed ipſæ in alienas
domos tranſeant. Filiorum autem quatuor ſtir-
pes, aut conſumptæ jam creduntur, aut niſi in
filiarum ſobole externis nominibus, durant.

Solus *Ægidius*, Arnoldi filius, in hanc uſque 273 Cui hic de Ægidii poſteris ſermo.
ætatem maſculam prolem tranſmiſit: itaque ce-
teris omiſſis; de hoc; ejuſque poſteris ſermonem
inſtituam: iis præſertim quos præſens Laernæ
toparcha inter majores numerat. Hic *Ægidius* 274 Ejus poſſeſſiones.
cum paternâ hereditate, præturas accepit here-
ditarias Lokeræ, Waeſmonſteri, Dackenamæ,
& Elverſelæ. Ceteræ inter alios erant diviſæ.
Uxorem habuit Walburgam de Amſtel; & ex 275 Uxor.
ea liberos Ægidium, Balduinum, Romanum, 276 Liberi.
Gualterum, Joannem, & filiam Agnetem. Ex
his Balduinus filium habuit Gulielmum: qui
obiit ſine liberis; ut etiam Romanus, & Gual-
terus. Joannes filium reliquit Balduinum; unde
nata filia Catharina. Agnes maritum habuit Æ-
gidium de Calckene: ex quo filiam ſuſtulit Eli-
ſabetham.

Ægidii maximus natu filius fuit *Ægidius de* 277 Ægidius ſecundus.
Schouteete, Eques, Schulteta itidem heredita-
rius Lokeræ, Waeſmonſtri, Dackenamæ, &
Elverſelæ. Uxorem duxit filiam Arnoldi de 278 Ejus uxor.
Heelbeke; Domini de Wolſhaeghe, in ditio-
ne Ghaesbecana: quæ maternum genus ad
Ghaesbecanos referebat. Unde ſuſtulit Roma- 279 Liberi.
num, Walterum, Joannem, & Agnetem. Ex
his Walterus, & Joannes nullam reliquêre
prolem. Agnes maritum habuit gentis de Bra-
derick: unde natus Henricus de Braderick.

Romanus de Schouteete Ægidii filius, etiam 280 Romanus.
dignitate Equeſtri illuſtris, à morte patris *Do-* 281 Ejus inſcriptio.
minum ſe & Schultetam Lokeræ, Waeſmonſtri &c.
indigetavit: ut ex tabulis publicis liquet, quæ
datæ in Tribunali Waeſmonſterano 12. No-
vembris, anno M. CCC. LXIII. Uxorem habuit 282 Uxor.
Wivinam de Rycke; quo conjugio nati Ægi- 283 Liberi.
dius, & Balduinus de Schouteete. Quorum ille
à morte patris prædictas quatuor prȩturas adiit.
Idem Dominus fuit de Saemſlach. Uxorem du- 284 Dominus de Saemſlach.
xit ſtirpis Maldeghemiæ: ex qua natus Floren-
tius Claræ Villanæ maritus; unde ſuſtulit Flo-
rentium Dominum de Saemſlach, Gulielmum
Schultetam Lokeræ, Waeſmonſteri &c. Ex quo
natus Jodocus, qui poſtmodum Dominium
Saemſlach accepit; habuitque filium Joannem.
Qui omnes dominii Saemſlach titulum pro fa-
miliæ nomine uſurparunt: donec anno 1536.
morte ultimi hujus Joannis (qui poſtremus ejus
lineæ

lineæ mas) cum ſine prole decederet, cogno-
men *Saemſlach* intercidit; & illæ Lokeræ, Waeſ-
monſtri, Dackenamæ & Elverſelæ præturæ ad
Florentium de Mortaigne, ex filia gentis Schou-
tetæ proximum heredem, abierunt; qui eas ven-
didit Carolo de Hannart, Ledekercæ Domino:
eâque ratione ultima illa præturarum per Wa-
ſiam, & quatuor Ambacta, portio, undeSchou-
tetæ familiæ nomen, ex ea gente, poſt tot ſecu-
la in externam familiam emigravit. Præter ſu-
periorem illum Florentium liberi inſuper Ægi-
dii (Romani filii) fuêre: Hector de Saemſlach,
& ejus ſorores, Beatrix, quæ Gulielmo Bigardæ
Domino; & Adewich, quę Philippo Tollinc
nupta eſt: Ex quibus Hector, & Beatrix, anno
M. CCCC. XVIII. mortuo patre, fuêre ſuperſtites.
Adewich verò, jam antè, anno M. CCC. XC. ſine
prole deceſſerat.

285 Balduinus. Porrò *Balduinus* prædicti Romani filius, Æ-
286 Ejus uxor. gidii Schultetæ frater, uxorem habuit Eliſabe-
tham van Steelant, Hellini filiam: qui tertius
(ut memorant) in recta linea ab illo Steenlandæ
Domino, qui ductâ alterâ filiâ Roberti Betunii,
Advocati Atrebatenſis, Betuniæ & Teneræ-
mondæ Domini (alteram Guido Flandriæ Co-
287 Liberi. mes duxerat) Balduinum Guidonem & Joan-
nam reliquit. Hæc antè ætatem periit. Guido
conjugem habuit Eliſabetham Troncinienſem;
unde natus Gulielmus qui immaturus obiit.

288 Balduinus II. ejuſque uxor. *Balduinus* autem ductâ uxore Catharinâ de
Erpe, Philippi Erpæ, Erondeghemi, & Oter-
gheme Domini filia, & ex aſſe herede (cui ma-
ter erat Clara Maſininia, Gerardi Maſininiæ
Domini, & Catharinæ Maldeghemiæ Berle-
289 Liberi. ghemi Dominę filiâ) liberos ſuſtulit Adrianum,
Jodocum, Jodocam, Catharinam, & Eliſabe-
tham; quarum poſtremę duæ, ad normam D.
Claræ monaſticam amplexæ vitam: Jodoca Ro-
berto van Yedeghem, Equiti, Wieſæ Domino
juncta eſt; mater ex illo Joannis, Stephani, &
Eliſabethæ: Jodocus ſine prole deceſſit.

290 Adrianus. *Adrianus* verò Erpæ, Erondeghemi &c. Domi-
291 Ejus uxor. nus uxorem habuit Margaretam Flandrenſem;
Ludovici Flandrenſis filiam, qui Ludovici Ma-
292 Liberi. leaui ex Victore filio Notho nepos fuit. Filios
habuit Florentium, & Jodocum Schouteete. Hic
nullâ relictâ prole deceſſit.

293 Florentinus. *Florentius* cum parentum hereditate, Erpæ,
294 Ejus uxor. & Erondeghemi dominia accepit; & uxorem
Adrianam de Liedekercke, Raſonis, Heeſtruti
toparchæ, & Joannæ de S. Omer, ſive Moer-
kercke, filiam. Apud hunc magno ſtudio inſti-
tit Philippus de Erpe, ut Erpæ cognomen, &
inſignia aſſumeret, quod à nobilis ejus loci here-
de ortus eſſet, avitumque id dominium poſſide-
ret; ſed fruſtrà: niſi quod Erpenſis familiæ in-
ſignia ſuis miſcuit, & à potiore dominio, quod
fieri vulgò amat, de Erpe vocari, & ipſe & po-
ſteri paſſi ſunt: in ceteris Schouteete nomen
295 Liberi. præferentes. Liberos reliquit Petrum, & Doro-
theam. Hæc ſine conjugii fructu obiit.

296 Petrus. *Petrus* Erpæ &c. Dominus Conjugem acce-
297 Ejus uxor. pit Iſabellam vander Gracht, filiam & heredem
Martini, Moſchræ, & Maſchræ-ambacti to-
parchæ, ex Joanna vanden Woeſtyne, *Laernæ*
Domina: ex quo conjugio nati, Franciſcus, Joan- 298 Liberi.
na, & Dorothea: quarum hæc in cunis obiit:
Illa Nicolao de S. Omer Waloncapellæ Domino
nupta peperit plures liberos: qui omnes ante pu-
bertatem vivere deſierunt; exceptâ maximâ na-
tu, Iſabellâ; quæ unica parentum heres, con-
jugem habuit Franciſcum de Recourt, Equitem;
Recourti, Camblini, Caſtellanæ, Weſtcapellæ,
Ondercouteræ, *&c.* Dominum, Caſtellanum
hereditarium Lenſæ, in Arteſia. Ex hoc con-
jugio orti ſunt Franciſcus, Philippus, Ludovi-
cus, Jacoba, & Anna.

Petro de Schoutecte mortuò ſucceſſit filius 299 Franciſcus.
Franciſcus; Erpæ, Erondeghemi, *Laernæ*,
Haute Moſchræ, & Moſchræ-ambacti Domi-
nus. De quo ſuprà.

Huic ſucceſſit *Carolus*; præſens Erpæ, *Laer-* 300 Carolus.
næ, *&c.* Dominus. Cujus conjugem, & liberos
ſuprà dedi. Hic ad avos, & Majores Batavicæ Numero 212.
gentis reſpiciens, poſtliminii jure vetus *Zuyla-* Num. 217. & 218.
num cognomen in familiam jam pridem recepit.
Quod etſi diu ob Præturarum dignitatem (unde,
ut dixi, *Schouteeten* id eſt Prætores, & Schul-
tetæ dicti ſunt) ſæpe intermiſſum; non tamen
omninò omiſſum eſt: neque priſca *Zuylana* gen- 301 Gentis Inſignia.
tis Inſignia neglecta, aut mutata. Niſi quod
Scuti colore à primigeniis illis diſtent; quod
obvium, etiam inter fratres germanos, ut in
gente Villana memini obſervare. Feruntur que
adhuc varię familiæ apud Batavos, quæ omnes
à Zuylana originem trahunt, quarum inſignia
eadem quæ *Zuylanæ* gentis, colore itidem ab
his diverſo. Cujuſmodi ſunt: Vianenſis, Cu-
lenburgica, Abcoude, Nievelt, Hanoult, ut
alias omittam. Habetur autem præſentium ar- 302 Eorum auctor.
morum gentis *Schouteta*, ſive ut priſco nomine
utar, *Zuylanæ*, auctor prædictus Warnaldus
Suberaldi filius; qui primò diſtinctionis causâ
familiæ Zuylanæ armis, gentis Waſſenaræ in-
ſignia miſcebat: mutato autem ſolo, relictis
Waſſenarę familiæ armis, ſolis *Zuylanæ* ſtirpis
contentus fuit; colore ſolummodò ſcuti mutato.
Ceterum illud *Schouteete* cognomen, ab ea quam
dixi dignitate ortum eſſe; variis locis, & priva-
ta familiæ, & publica Archiva faciunt fidem. Et
nihil tam conſentaneum, ac vulgò uſitatum;
quàm ab arte, aut officio, cognomen tribuere:
præſertim ſi perpetuum id ſit, & hereditarium.
Fuiſſe autem Præturas per Waſiam & quatuor
Ambacta huic genti ab aliquot ſeculis heredita-
rias, ex variis tabulis & actis publicis ipſe vidi.
Quod hìc monere viſum; ne priſcum familiæ
cognomen putetur, quod fuit & dignitatis, &
tituli hereditarii.

CAPUT IV.

De Scabinis Capitalibus, ſive majoribus, & eorum munere olim, & nunc.

PRæter Majores, & Scabinos, dictorum lo-
corum, qui vel mediatè, vel immediatè
Tene-

Teneræmondæ Domino parent, univerſim inſuper dictis pagis, & quodcumque eſt Territorii Teneræmondani, præſunt Septemviri, ex Domini pagis electi, quos Scabinos capitales vocant: habentque nunc ut Scabini urbani, Syndicum, quęſtorum ærarii, & Scribam. Horum eſt homines Territorii, & privilegia univerſim, & ſingulatim, tueri; rem nummariam curare; aſſenſu Principis tributa indicere; partitiones ſingulis pagis tranſmittere; & de his quotannis coram Domini delegatis rationem dare. Præterea ſi quid olim in materia civili controverſi, & dubii, in judicando Scabinos dictorum Tribunalium morabatur, ad hos deferri ſolitum, ut ſententiam ſuam exprimentes, eam nomine Scabinorum pro tribunali, ubi cauſa ventilabatur, pronunciari mandarent. Idque vocant, ut jam dixi, *ad Caput ire, &, ſententiam capitalem.* Duravit autem ea conſuetudo capitalis ſententię, ad nuperos uſque Belgicæ tumultus: ex quo in deſuetudinem abiit. Hos exſtitiſſe, & inſuper quod de capitali ſententia dixi, uſitatum fuiſſe, vel ante Roberti Advocati tempora, id eſt circa annum M. CC, ſatis liquet ex ejus Conventione cum Capitulo Cameracenſi; ubi hæc ſunt verba: *Et ſciendum quod dicti Scabini de Odenghem, pro inqueſta quæſtionum de hereditate, & cathallo, debent ire ad Scabinos terræ de Tenremonde, ad quos uſque nunc iverunt: pro inqueſta verò aliarum querelarum, & forefactorum, ibunt ad Scabinos de Tenremonde, vel alibi infra Dominium terræ de Tenremonde, prout Eccleſiæ Cameracenſi videbitur expedire.* Itaque ævo priores videntur Septemviris Waſię, quos demùm anno M. CC. XLI. à Joanna Comite Flandrię, & Thoma Sabaudo ejus marito, inſtitutos conſtat. Eos video conventum & conſeſſum habuiſſe in arce, ſive domo Tenerę mondanâ: quod palàm facit Tranſactio Roberti, Guidonis primogeniti, cum Canonicis Teneræmondæ; ſuper mulctis in Moorſele, Wieſe, & Gheverghem; ubi hæc verba: *In omnibus forefactis, & infracturis in locis prædictis evenientibus, ſuper terris & tenemento dictorum Canonicorum in quibus Dominus Teneramondenſis participat, judicare debent dicti Scabini ſecundùm legem & ſtatuta Hominum Domini Teneramondenſis; & ad eos venire, ſi opus fuerit, ad inqueſtam: in reliquis verò in quibus Dominus Teneramondenſis non participat; ad Scabinos Capitales terræ Teneramondenſis, in domum de Teneramonda, veniant ad inqueſtam, & ſecundùm eorum legem, & ſtatuta judicent de eiſdem.* Ubi illud etiam notandum eſt: *legem & ſtatuta* eos habuiſſe; quæ penitùs interciderunt.

1 Scabini capitales unde à & quo legantur.

2 Eorum munus.

3 Et ſententiæ capitales. Lib. 1. cap. 5. num. 26.

4 Ex à quo tempore extra uſum.

5 De iis præceptum. Anno 1245. Articulo 30. Vide infrà cap. 6. num. 46.

6 Scabinorum antiquitas. Oudegherſt Annal. cap. 101.

7 Eorum Conventus olim ubi. Anno 1264.

Artic. 9. & 10.

Vide infra cap. 7. num. 44. & 45.

CAPUT V.

Quantum ad Flandriæ expenſas hoc Dominium conferat.

Nunc ut tamquam è tabella lector videat, Teneræmondæ, ejuſque Territorii opes, & amplitudinem; operæ pretium facturus videor, ſi cujuſque pagi terræ utilis dimenſionem hìc ſubjungam, ut facta eſt anno M. D. LII: & inſuper ex Cenſu ſive tranſporto Flandriæ, ut vocant, quantum ad communia Flandriæ tributa, ab hac Dynaſtia conferatur. Et quidem quoad oppidum, id in centum libras, quas omnis Flandria confert, ſolvit decem ſolidos, id eſt ex ducentis libris unam. Territorium verò viginti novem ſolidos: eâque ratione, in mille libras, quatuordecim libras, & decem ſolidos. Fitque partitio hunc in modum, quæ à dictis *Scabinis Capitalibus* ad ſingula loca tranſmittitur.

1 Singulorum pagorum amplitudo & in tributa collatio.

ZELE continet M. D. CCCC. III. bonaria, dodrantem, & XXIV. decempedas: ſolvit duas libras, & unum ſolidum.

HAMME continet M. CCCC. XXXIX. bonaria, dodrantem, & XXXII. decempedas: ſolvit unam libram, & ſeptem ſolidos.

OPWYCK continet M. C. XIII. bonaria, quadrantem, & LVI. decempedas: ſolvit libram, & octo ſolidos.

UYTBERGHE & OVERMEERE D. CCCC. LXXXIV. bonaria, dodrantem, & XLVI decempedas: ſolvit octodecim ſolidos.

BERLAERE continet D. CCCC. XLIX. bonaria, dodrantem, & C. VI. decempedas: ſolvit ſexdecim ſolidos.

S. GILLIS, BELLE, & SWYVEKE continent D. C. I. bonaria, & quadrantem: ſolvunt ſimul unam libram.

WETTERE cum LICHTERVELDE continet M. CC. LXXIII. bonaria.

SCHELLEBELLE cum WANSELE D. LXX. bonaria, quadrantem, & LXIV. decempedas: ſolvunt ſimul cum *Wettere* duas libras & duos ſolidos.

CALKENE continet M. LXXI. bonaria: ſolvit unam libram & duos ſolidos.

LAERNE continet D. CCCC. XL. bonaria: ſolvit cum *Lichtervelt* quindecim ſolidos.

GRIMBERGHEN continet D. XLV. bonaria, & ſemi, & centum decempedas: ſolvit duodecim ſolidos.

MOERSEKE continet CCC. LXXXI. bonaria, & ſemi, & centum decempedas: ſolvit novem ſolidos.

BASERODE & VLASSENBROECK continent CCCC. LXXVIII. bonaria, & ſedecim decempedas: ſolvit ſedecim ſolidos.

LEBBEKE continet D. CCCC. LI. bonaria, quadrantem, & LXII. decempedas: ſolvit unam libram, & quatuor ſolidos.

Summa hujus partitionis, ut antè dixi, continet quatuordecim libras, & decem ſolidos, in ſingulas mille libras: Territorii autem amplitudo XIII. millia bonariorum complectitur, & inſuper C. XCIII. bonaria, dodrantem, & octo decempedas.

Prædicta autem partitio ita decreta eſt, ſub Carolo V. Cæſare. Fuerat quidem antè conſcriptus hujuſmodi cenſus, ſub Roberto Betunio, & multò pòſt ſub Joanne Burgundo Ardenburgi; ſed cùm uno, & ampliùs ſeculo, magna mutatio locorum facta eſſet, aliis locis bello, vel inundinatione minutis, aliis contrà auctis, eà-

2 Cenſus Flandriæ quando conſcriptus. Marchant. Commentariorum l. 2.

quæ ratione illa diſtributio ad inæqualitatem recidiſſet, novoque ad id opus eſſet æquilibrio; miſſi Teneræmondam à Carolo Cæſare Gulielmus de Wale, Eques, Hansbecæ & Axpoelæ Dominus, Petrus vanden Houte, & Adrianus Rokeghem: qui quantâ fieri potuit accuratione, modum Juſtitiæ diſtributivæ ſervantes, novum Flandriæ cenſum condidêre, qui adhuc eſt in uſu, & erit: donec ob dictas cauſas, nova iterum erit opus partitione.

3 Cur Tranſportum vocent. Meyer. ad anno 1311. & Marchant. Comment. lib. 1. Anno 1320.

Hujuſmodi autem cenſum *Tranſportum* vocant, quòd cùm, Roberto Betunio ex iniquiſſimo carcere redimendo, Flandri Regi Philippo Pulchro viginti millia nummûm Turonenſium (Meyerus triginta millia dicit) promiſiſſent, datis pignori inſulis, Duaco, & Orciaco; ejuſque ſummę ſemiſſem præſentaneâ pecuniâ redemiſſent, reliquum pro opibus ſingularum urbium, pagorumque in Regem tranſportarunt. Quam tamen pecuniam falſis hoſtium pollicitationibus adductus, ad ſe Robertus retraxit: relicto Regi pignore, & renunciatâ redimendi facultate. Quam Galli perfidiam, utraque egregiè poſteà gens luit: neque

Meyer. an. 1376.

ulla umquam ſolida pax coiit; donec hereditate maternâ Ludovicus Maleanus dictas urbes recepit.

CAPUT VI.

De tribus aliis Dominiis, quæ Teneræmondæ accenſentur.

PRæter ea quæ diximus loca, inſuper Territorii Teneræmondenſis cenſentur alia tria, quæ quidem non æque atque ſuperiora huic

Lib. Feudal.

Dominio ſubſunt, quum jam diu facta Eccleſiaſtici juris amortiſata dicantur; Feudo tamen tenentur ab hujus Dynaſtiæ Curia. Et quamvis cum cetera ditione in cenſu Flandriæ non contribuant; ſuum tamen onus pendunt cum hoc oppido; idque certâ proportione. Sunt autem *Appels*, *Odenghem* & *Eeghene:* contiguis omnia limitibus inter Teneram & Scaldim.

APPELS.

1 Appels unde dicatur.

ET quidem quod ad *Appels* attinet, id nomen habet à S. Apollonia, quæ noſtrâ linguâ (ut & Apollonius) Appels dicitur: ad cujus memoriam celeberrima quotannis hìc peregrinatio; quia cum primis creditur averruncare do-

2 Cujus ſit. Diplom. 1248.

lores dentium. Omnem hunc pagum, *exceptâ hereditate Domini Teneræmondenſis, & ſervis, quos ibidem habebat*, legavit *Margareta Domicella de Teneremonde*, Roberti Betuniæ & Teneræmondæ Domini matertera, Abbatiæ Swivecanæ, Ordinis Ciſtercienſis, cum omni juriſdictione, Civili & criminali. Quæ donatio ut rata foret, curavit eam confirmari. Qua de re

3 De ea re Diploma. Archiv. Swivec.

hoc exſtat diploma: *Ferdinandus Flandriæ & Hannoniæ Comes, & uxor ejus Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Noverint univerſi, quòd Margareta domicella de Teneremonde in præſentia noſtra, & Hominum noſtrorum conſtituta, totum feodum, quod de nobis tenebat, in manus noſtras ſpontaneè reportavit, & abſolutè: & coram nobis, & Hominibus noſtris werpivit, & effuſticavit. Nos verò Divinæ pietatis intuitu ad preces ipſius domicellæ dictum feodum contulimus, in perpetuam eleemoſynam Abbatiæ de Tenremonde, Ciſtercienſis Ordinis apud Sueweke, perpetuò tenendum, eo modo penitùs, quo ipſa domicella prædictum feodum tenebat: ab omni ſervitio ipſum feodum pro nobis & ſucceſſionibus noſtris quitantes. In cujus rei teſtimonium præſentem paginam ſigillis noſtris fecimus roborari. Actum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, triceſimo, menſe Novembri.*

Id probavit Robertus & ſeorsùm; & cum avunculo Gulielmo de Grimbergis, ejuſque filio Gulielmo. *Altam* tamen *Juſtitiam quoad raptum, meurtrum, incendium, & ſuſpenſionem, & latronum vim*, ad ſe poſtmodùm traxit, *mutatione quinque bonariorum terræ jacentis in parochia de Appels, in loco qui dicitur Woeſtyne:* quam ad poſteros Teneræmondæ Dominos, in hoc ævum tranſmiſit: omnes verò alias Juſtitias Religioſæ ſibi perpetuò retinuerunt. Eâ de re hoc exſtat diploma: *Univerſis præſentes literas inſpecturis, Robertus Atrebatenſis Advocatus, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod cùm Religioſæ mulieres, & in Chriſto nobis chariſſimæ, Abbatiſſa & Conventus de Swiveke prope Tenremondam, Ciſtercienſis Ordinis, in Villa de Appels, exceptâ hereditate noſtrâ, & in ſervis noſtris quos ibidem habemus, omnem Juſticiam tam altam, quàm baſſam habent: nos ad petitionem ipſarum, in dicta Villa, & in viis ipſius villæ, quinque altas Juſtiticias videlicet raptum, meurtrum, incendium, ſuſpenſionem, latronum vim, per commutationem quinque bonariorum terræ jacentis in parochia de Appels, in loco qui dicitur Woeſtyne, quam propter hoc ipſis contulimus; acquiſivimus ab eiſdem tenendas in perpetuum, & liberè poſſidendas. Omnes verò alias Juſticias, præter quinque dictas, Religioſæ ſibi perpetuò retinuerunt, in villa ſuperiùs nominata, exceptis hereditate, & ſervis noſtris. In cujus rei teſtimonium, fecimus præſentes literas ſigilli noſtri appenſione roborari. Actum anno Domini* M. CC. XLVIII, *menſe Junio.*

Ibidem Diplom. anni 1232. Diplom. anni 1238.

4 Ibidem alta Juſtitia cujus. Diplom. an 1248.

5 Ea de re Diploma. Ibidem.

In finibus hujus pagi Trajectus eſt ultra Scaldim, qui à Canonicis Teneræmondanis in Clientela Principis poſſidetur. Eum ab his ad alium Feudali olim conditione tranſlatum moneor, tabulis publicis Scabinorum Capituli Teneræmondenſis anno M. CCC. XVI: & antè diplomate Guidonis Flandriæ Comitis: qui ut *Teneræmondæ Dominus & Machtildis uxor ejus, & heres terræ prædicta dat Gregorio de Appels, ejus complicibus, & Succeſſoribus eorumdem, quemdam tranſitum in parochia de Appels, verſus orientem ab una parte, & in parochia de Berlaer Aſceldyck ab una parte; & in parochia de Appels, in loco qui dicitur Langhaghe ab altera trans Scaldam, in hereditatem; pro duodecim libris Flandricis annuatim: ſolvendis mediatim in Natali Domini, mediatim in Natali beati Joannis Baptiſtæ. Salvo jure quod habent,*

6 Ibidem trajectus cujus. Lib. Feudal.

Archiva Eccleſiæ Teneræmond.

7 De eo verba Diplomatis.

8 Alter ibidem trajectus. *habent, vel habebant in tranſitu de Appels, quem ab Eccleſia Teneræmondenſi hactenus tenuerunt, & adhuc tenent ab Eccleſia ſupradictâ in hereditatem pro ſuo cenſu.* Hunc autem *Eccleſiæ Tranſitum*, alium eſſe ab illo in Guidonis diplomate qui paulò magis vergebat ad Auſtrum, ſequentia verba indicant: *Hoc addito quod nullus tranſitus, exceptis his duobus prænominatis, ſcilicet apud Appels, & apud Aſceldyck & Langhaghe, teneri, haberi, nec conſtitui de cetero poterit, inter locum qui dicitur Abeel ab una parte; & locum qui dicitur Wichline, verſus Occidentem ab altera: nec pons, vel via aliqua aggredi poterit, per quos dicti tranſitus diminui poſſent, vel defraudari: niſi de conſenſu, & voluntate dictorum Gregorii, ejus complicium, vel eorumdem ſucceſſorum. Et quod navis quæ pontus dicitur, per quam currus tranſire potuerit, eat vel ire poterit in tranſitibus ſupradictis. Salvo jure noſtro, & omnium illorum qui pontem & tranſitem in Territorio noſtro Teneræmondenſi trans Scaldim tenent, & poſſident. Super hos nos, & dictus Gregorius, & ejus complices de augmentando cenſu in arbitrio, vel dicto dilecti noſtri, ſcilicet fidelis Domini Michaëlis de Lembeke, militis; vel aliorum proborum ſuper hoc eligendorum, ſi dicto Michaëli militi abeſſe contigerit, vel deeſſe. Et ne præfata actio ab aliquibus poſſet malivolis de cetero perturbari, dictis Gregorio, ejus complicibus, & eorumdem ſucceſſoribus, & heredibus præſentes litteras contulimus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratas, Datum anno* M. CC. LIII. *menſe Julio.*

9 Nunc unicus. Utrumque poſtea Trajectum paullatim Canonici ad ſe pertraxere; eſtque nunc unicus altero quem dixi, abolito: quod difficilius illi fuit, quàm ſumptuoſius: poſſidebatur enim à plurimis, quorum hic decem habebat dies, ille viginti, alius quinquaginta: ut variè liquet. Unum exemplum ſatis erit, quod in Obituario Eccleſiæ Teneræmondenſis; ubi, *Jacobus Donche dedit pro obitu ſuo* XX. *libras Pariſienſes, & pro euntibus ad ſepulchrum* (Sacellum erat ad D. Virginis, in quo augendæ pietatis ergo Sepulchrum Domini) VIII. *libras Pariſienſes: pro quibus empti ſunt* XIV. *dies in paſſagio de Appels, erga heredes quondam Magiſtri Roberti de Saeghere, anno* M.
10 Canonicorum ibidem jus. CCCC. XCV. Habent autem in dicto tranſitu Canonici prædicti Juſtitiam civilem, & criminalem, quam exercent per Majorem ſuum, & Scabinos quos habent in ditione ſua *Moorſele, Wieſe, & Ghevergemi.*

Tab. an. 1611. 19. Novemb. Ceterùm alluviones ad incolas ſpectare, ſub annuo cenſu, nuper à Principe definitum: non ſolùm cis flumen; ſed etiam ultra, eo loco qui dicitur *het Eylant*, id eſt inſula, quem Scaldis novum quærens alveum, à cetero pagi corpore avulſit.

ODENGHEM.

11 Oudeghem an Alodium an Feudum. Sequitur *Odenghem*; quod nunc vulgò *Oudeghem*, & *Auweghem* dicunt. Id partim eſt
12 Alodium cujus & à quo. alodium Eccleſiæ Cameracenſis; partim verò noſtræ Curiæ Feudum. Quatenus alodium; datum eſt illi Eccleſiæ à Gerardo ſecundo, XXXIII. Cameracenſium Præſule. Ejus donationis hoc ſupereſt diploma.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Gerardus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus omnibus 13 Donationis Diploma.
in Chriſto renatis cœlorum gloriam appetere remigio Charitatis. Sciant præſentes, & his qui naſcentur ſtudeant enarrare: quomodo ego pro ſalute animæ meæ, & prædeceſſorum meorum, trado ad uſus fratrum ſanctæ Cameracenſis Eccleſiæ matris noſtræ, alodium de Lietſcinis, & de Wilrehem, cum moneta, cum theloneo & macera, & diſtricto, cum molendinis, cum terris, cultis, & incultis, ſilvis, pratis, cum ſervis etiam & ancillis: Alodium quoque apud Odengiem, quod ibi habeo, libera ab omni advocatione, & cetera quæ mihi in Brachant hereditario jure ſuccedunt: unde in anniverſario meo fratres cibentur, & reſidua in uſibus eorumdem diſpendantur. Cenſus quoque ſervorum, & ancillarum: duo ſcilicet denarii à viro, unus à femina, in nativitate Sanctæ Mariæ, annuatim ſolvantur; & in lege quâ ceteri ſunt, de eleēmoſyna teneantur: & dies anniverſarius patris mei, matris meæ, fratriſque mei, celebretur. Dono etiam, Domini Manſcelini, ejuſdem Eccleſiæ Præpoſiti, & Archidiaconi petitione, altare de Calderico eidem matri noſtræ Eccleſiæ, liberum ab omni perſona; ſed annuatim perſolvat, quæ cetera ejuſdem Archidiaconatus capitales Eccleſiæ: tali tamen conditione; ut ter in anno fratres ipſi in refectorio conveniant: quintâ ſcilicet feriâ abſolutionis, & in feſtivitate S. Gaugerici, quæ eſt in Auguſto, & in ſui obitus anniverſario. Dat etiam idem Manſcelinus eidem Eccleſiæ, alodium quod apud Maronis Waldum habet; ſervos etiam, & ancillas: concedentibus & aſſentientibus fratribus ſuis, Waltero, & Tietunino, ſicut jure poſſidet hereditario; ſervi tamen & ancillæ ſub lege ſint eleēmoſynæ. Gerardus quoque Cordella alodium ſuum quod apud eumdem Maronis-Waldum, & circa Teneram, jure hereditario poſſidet, eidem confert Eccleſiæ. Horum igitur petitione, Canonicâ fretus auctoritate, tam in ea præſcripta, quàm ſua, huic confirmo Eccleſiæ, cartâ & anathemate. Ut autem ratum & inconvulſum hoc maneat, corroboro ſigilli mei inpreſſione, & ſubtùs ſignatorum atteſtatione. Sig. mei ipſius Gerardi Epiſcopi. Sig. ejuſdem Manſcellini Præpoſiti, & Archidiaconi. Sig. Deſiderii Archidiaconi. Sig. Gerardi Archidiaconi. Sig. Frederici Archidiaconi. Sig. Alardi Præpoſiti, & Archidiaconi. Sig. Anfridi Archidiaconi. Hugonis Decani. Wuerneboldi Scholaſtici, Griodonis Cantoris. Sig. Caſatorum. Anſelli de Ribdimonte, Fulconis Vicedomini, Walteri Tonitrui, Amulrici, Arnulphi, Walteri, Wenchelonis, Walteri Coleti. Actum Cameraci anno ab Incarnatione Domini M. LXXXIX. *Præſulatus mei* XIV. *Indictione* XII.

Hæc de alodio Eccleſiæ Cameracenſis. Quod 14 Feudum cujus & à quo.
reliquum eſt, feudem Curiæ Teneræmondenſis, id Canonici pretio ſuum fecêre; cùm antè eſſet Eliſabethæ de Blauwere, uxoris Reginaldi Boccaert. Eſt autem Feudum hoc Dominium 15 Ejus Feudi jus.
quod complectitur circiter ſexaginta clientelas, &

& alia inſuper xxxiv. hominia; ſed quæ non ſtant judicio tribunalis hujus Dominii. Sunt autem ea ſparſim ſita variis in pagis, Meſpelaere, Nieukercke, Everghem, & Leeuwe in ditione Aloſtanâ.

In hoc ſuo Dominio habent Canonici Mandatarium, qui Capituli res curat; decimas fructuum, emptionum, & relevagiorum emolumenta, recipit; agros locat, Majorem & Scabinos conſtituit, deſtituitque.

16 In Allodium & Feudum Teneræmondæ Domini jus. Anno 1245. Tab. anni 1392.

Enimvero ut manifeſtum eſt, dictum feudum à Teneræmondæ Domino teneri; ita non eſt obſcurum, in prædictum illud alodium ſuum illi jus eſſe: idque ex conventione inter Robertum Betuniæ & Teneræmondæ Dominum, & dictos Canonicos (quam poſtmodum Philippus Burgundus Maleani Gener confirmavit) cujus ſeriem hìc viſum annotare, cùm ad majorem rei lucem, tum quia frequens ejus hìc eſt uſus. Eſt autem hujuſmodi:

17 Tabulæ Conventionis Roberti Teneræmondæ Domini cum Canonicis Cameracenſibus.

I. *Ego Robertus Advocatus Atrebatenſis, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, notum facio univerſis, quod cum controverſia verteretur inter me ex una parte, & Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Cameracenſis, ex altera; ſuper juſtitiis de Odenghem, in teneamento dictæ Eccleſiæ Cameracenſis; tandem amicabiliter pax reformata eſt, ſecundum formam infrà ſcriptam:*

18 De decimis emptionum.

II. *Sciendum inprimis quod cenſus, & redditus & omnia jura quæ habere debet dicta Eccleſia Cameracenſis in introitibus, exitibus, venditionibus, & emptionibus, & relevagiis omnium terrarum, & aliorum quorumcumque, in teneamento ſuo apud Odenghem, remanent ipſi Eccleſiæ Cameracenſi totaliter in poſterum tenenda, ſicut habere conſuevit, uſque ad præſens.*

19 De conſtitutione Scabinorum.

III. *Dicta verò Eccleſia Cameracenſis debet ponere Scabinos, in dicto Teneamento ſuo apud Odenghem, qui judicabunt cauſas, querelas, forefacta, & omnia quæ erunt judicanda ibidem.*

20 De mulctis.

IV. *Et ſciendum, quod in legibus de quibuſcumque forefactis, & querelis judicatis per dictos Scabinos, debet Eccleſia Cameracenſis habere medietatem, & ego dictus Robertus ratione Domini de Tenremonde, & ſucceſſores mei, futuri Domini de Tenremonde, debent habere aliam medietatem.*

21 De judiciis ob debita.

V. *Ita tamen quod in legibus quæ pro defectu ſolutionis redditu um, & debitorum dictæ Eccleſiæ Cameracenſis judicabuntur, ſi non ſolvantur ad diem ad quam debentur, nihil habebit Dominus de Tenremonde; ſed dictæ leges totaliter erunt Eccleſiæ Cameracenſis.*

22 De judicio quoad mobilia vel immobilia.

VI. *Hoc etiam ſalvo; quod ſi alicui per dictos Scabinos abjudicaretur hereditas, & mobilia, quæ haberet in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem, tota hereditas remaneret dictæ Eccleſiæ Cameracenſi, & medietas dictorum mobilium: alia verò medietas eſſet Domini de Tenremonde; & nihil haberet in hereditate prædicta.*

23 De Cathallo Eſtraiers.

VII. *Similiter ſi cathallum Eſtraiers inveniatur in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis, apud Odenghem, de quo non ſit aliquis, qui poſſit vel velit jus ſuum monſtrare in eodem; medietas dicti cathalli erit Eccleſiæ Cameracenſis: alia verò medietas erit Domini de Tenremonde.*

VIII. *Si verò illud quod eſt Eſtraiers ſit terra, vel immobile, Dominus de Tenremonde in eodem nihil habebit; ſed erit totaliter Eccleſiæ Cameracenſis.* 24 De terra Eſtraiers.

IX. *In quo tamen ſervandum eſt, quod ſi manſus aliquis modo prædicto, vel alio modo apud Odenghem de cetero veniat in manus Eccleſiæ Cameracenſis, dicta Eccleſia Cameracenſis ſi velit, dictum manſum retinebit, ad opus proprii ſui manſi faciendum, ſeu augmentandum donec manſus Eccleſiæ contineat ſpatium duorum bonariorum: alioquin aſſignabit ipſa Eccleſia perſonæ laicali, ſub pretio rationabili tenendum, ſi interim requiratur ab ipſa Eccleſia: & ſi non infra annum requiratur; dicta Eccleſia poſt annum quàm citò poterit hoc facere debebit, bona fide: & pretium dicti manſi, ſive ſit redditus, vel aliud, erit totaliter Eccleſiæ Cameracenſis, & Dominus de Tenremonde nihil in eo habere debebit.* 25 De manſo ſive alluvio.

X. *Et ſciendum eſt quod omnes cauſas, de quibuſcumque forefactis & querelis, quæ evenient in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem, audiet ex parte Eccleſiæ Cameracenſis, Serviens, ad hoc inſtitutus ab eadem Eccleſia, vel à Canonico dictæ Eccleſiæ, qui res ejuſdem Eccleſiæ tenebit ibidem: & placitabit idem qui erit, & faciet judicari per Scabinos dictæ Eccleſiæ, & Juſtitiam tenebit, & faciet, de omnibus de quibus Juſtitia erit tenenda, & facienda.* 26 De judicio forefactorum & querelarum.

XI. *Ita tamen; quod nihilominus Canonicus prædictus, quando præſens erit apud Odenghem, Juſtitiam tenebit ſi velit, & cauſas & querelas quas audire voluerit placitabit, & faciet judicari per Scabinos prædictos.* 27 De eodem.

XII. *Hoc tamen ſalvo; quod ſi aliquis fecerit forefactum, unde judicatus fuerit per dictos Scabinos ad perdendum membrum, vel ad mortem, Serviens Eccleſiæ Cameracenſis, poſt hujuſmodi judicium, ſi habuerit penes ſe illum qui judicatus fuerit hoc modo, debet vocare Baillivum, vel alium certum ſervientem Domini de Tenremonde, & reddere eum qui judicatus erit, dicto Ballivo, vel dicto ſervienti, pro juſtitia debita facienda; quam poſt dictum judicium facere debet fieri Dominus de Tenremonde, per Baillivum, vel ſervientem ipſius.* 28 De judicio capitali vel mutilatorio.

XIII. *Sciendum eſt, quod Dominus de Tenremonde, vel Baillivus ejus, ille ſcilicet ex ipſis, qui ſuper hoc requiſitus fuerit, debet præſtare auxilium, & vires, dictis Canonicis, & ſervienti Eccleſiæ Cameracenſis, quando opus erit: alteri eorum ſimiliter, quando opus habebit; unde ipſi, vel alter eorum valeant efficaciter juſtitiam tenere, & maniare.* 29 De auxilio ad faciendam Juſtitiam.

XVI. *Et dictus Serviens Eccleſiæ Cameracenſis, qui erit apud Odenghem, pro juſtitia facienda, quando de novo ponetur ibidem, & Scabini dictæ Eccleſiæ apud Odenghem; quoties de novo ab ipſa Eccleſia inſtituentur; jurabunt, quod bona fide ſervabunt jura Eccleſiæ Cameracenſis, & jura Domini de Tenremonde.* 30 De juramento Servientis & Scabinorum Eccleſiæ.

XV.

31 De cuſtodia captorum, XV. *Debet etiam Dominus de Tenremonde, vel Baillivus ejus, ille ſcilicet qui requiſitus fuerit, facere ſervari apud Tenremonde bonâ fide, in priſione Domini de Tenremonde, illos quos ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis voluerit ibi ponere, pro forefactis quæ fecerit in teneamento dictæ Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem: & facere reddi ſervienti dictæ Eccleſiæ, ad requiſitionem dictæ Eccleſiæ, vel ſervientis ejuſdem, ſine contradictione.*

32 De alimento captivi. XVI. *Ita tamen: quod ſi poſitus in priſione, non haberet de proprio ſuo, unde poſſet ſuſtentari, Eccleſia Cameracenſis de expenſis quas faceret, de aſſenſu ſervientis ſui in priſione, ſolveret medietatem quamdiu eſſet in priſione, & Dominus de Tenremonde aliam medietatem.*

33 De appellando Reo. XVII. *Et ſi ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis taceret aliquod forefactum, de quo placitare deberet, idem ſerviens requiſitus à ſerviente Domini de Tenremonde, debet idem factum placitare bonâ fide, quàm citò poterit opportunè.*

34 De eodem. XVIII. *Et ſi ſerviens Domini de Tenremonde requiſierit ſervientem Eccleſiæ Cameracenſis de placitando aliquo forefacto, & perſona forefacti ſit præſens; ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis, ſecundum dictum Scabinorum, debet accipere ſecuritatem de ſtando juri, à dicta perſona: quod ſi non faceret, ſerviens Domini de Tenremonde hoc facere poſſet.*

35 De eodem. XIX. *Item ſi ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis requiſitus à ſerviente Domini de Tenremonde, coram dictis Scabinis, de placitando aliquo forefacto, & dictus ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis fuerit in defectu placitandi dictum forefactum, per dies octo; poſt dictos octo dies poſſet placitare idem forefactum, cum ſerviente Eccleſiæ Cameracenſis, ſi idem voluerit placitare dictum forefactum; & ſine ſerviente Eccleſiæ Cameracenſis, ſi idem ſerviens non voluerit prædicto placito intereſſe.*

36 De judiciis de hereditate. XX. *Hoc ſalvo; quod cauſas de hereditate non poterit placitare, niſi ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis, vel Canonicus ejuſdem Eccleſiæ.*

37 De apprehendendis. XXI. *Et ſciendum quod ſi calida pugna evenerit, in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem, ubi ſerviens Eccleſiæ præſens non ſit, ſerviens Domini de Tenremonde, ſi ſit præſens, poteſt, & debet tenere pugnantes, & arreſtare: ita tamen, quod quando arreſtaverit eos, tenetur eos reddere apud Odenghem, ſervienti Eccleſiæ, pro Juſticia facienda de facto eorum.*

38 Quæ forefacta communia. XXII. *Et ſi aliquod forefactum evenerit in via, vel chemino, ubi terra ex utraque parte ſint de teneamento Eccleſiæ Cameracenſis, dictum forefactum erit commune Eccleſiæ Cameracenſi & Domino de Tenremonde, ubi verò ex altera parte viæ, vel chemini terræ ſunt de teneamento Eccleſiæ Cameracenſis, ſi forefactum evenerit in medietate viæ, vel chemini, verſus teneamentum dictæ Eccleſiæ; dictum forefactum ſimiliter erit commune Eccleſiæ Cameracenſi, & Domino de Tenremonde: & ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis dictum forefactum faciet judicari, per Scabinos dictæ Eccleſiæ, & juſticiam faciet de iſtis, ſicut de prædictis.*

39 De levando forefacto & recipiendo judicato. XXIII. *Sciendum eſt quod ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis debet levare omnia forefacta, quæ levanda erunt, in teneamento ejuſdem Eccleſiæ apud Odenghem, & judicata per Scabinos prædictos: ita tamen; ut debeat vocare ſervientem Domini de Tenremonde, ut interſit cum ipſo ad levandum.*

XXIV. *Et ſi ſerviens Domini de Tenremonde vocatus non venerit; ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis nihilo minùs poterit levare dicta forefacta, ſub teſtimonio Scabinorum dictorum, & accipere partem dictæ Eccleſiæ Cameracenſis: ita, quod partem Domini de Tenremonde dictis forefactis relinquet in manu dictorum Scabinorum, ſervandam ad opus Domini de Tenremonde.* 40 De eodem.

XXV. *Et ſi ſerviens Eccleſiæ Cameracenſis, eſſet requiſitus a ſerviente Domini de Tenremonde, de levando aliquo forefacto judicato per dictos Scabinos, & non levaret, dum tamen opportunè poſſet; ſerviens Domini de Tenremonde poſſet levare dictum forefactum, ſub teſtimonio Scabinorum Eccleſiæ Cameracenſis: parte tamen Eccleſiæ Cameracenſis, de dicto forefacto, ſalvâ remanente Eccleſiæ Cameracenſi; & poſitâ in manu prædictorum Scabinorum, ad opus Eccleſiæ ejuſdem.* 41 De eodem.

XXVI. *Et ſi aliquis fecerit forefactum, in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem, qui non poſſet capi ibidem, & inveniatur in terra Domini de Tenremonde, extra libertatem villæ de Tenremonde, vel habeat aliqua bona extra libertatem villæ de Tenremonde; Dominus de Tenremonde, vel Baillivus ejus, debent eum tenere, ſi cum jure poterunt: & dicta bona ſaiſire, & levare dictum forefactum, ſecundùm judicium Scabinorum Eccleſiæ Cameracenſis de Odenghem: & de dicto forefacto, & de aliis forefactis in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem, ubicumque levata fuerint, per Dominum de Tenremonde, extra teneamentum Eccleſiæ Cameracenſis, debet habere dicta Eccleſia Cameracenſis in emolumento medietatem, & Dominus de Tenremonde aliam medietatem.* 42 De captivatione Rei extra Odenghem.

XXVII. *Et ſciendum quod hoſpites Eccleſiæ Cameracenſis apud Odenghem, debent ire in exercitum Domini de Tenremonde, quantùm terra de Tenremonde durabit.* 43 Obligatio ad militiam.

XXVIII. *Hoc ſalvo; quòd dictos hoſpites non poterit ducere Dominus de Tenremonde, ultra terram de Tenremonde.* 44 Quatenus.

XXIX. *Et hoc ſalvo, quòd quàm citò homines unius villæ Domini de Tenremonde licentiabuntur, ad redeundum; hoſpites Eccleſiæ Cameracenſis de Odenghem redire poterunt liberè ad domos ſuas, & ſine contradictione.* 45 De miſſione à militia.

XXX. *Et ſciendum quòd dicti Scabini de Odenghem pro inqueſta quæſtionum de hereditate, & cathallo; debent ire ad Scabinos terræ de Tenremonde, ad quos uſque nunc iverunt; pro inqueſta verò aliarum querelarum, & forefactorum; ibunt ad Scabinos de Tenremonde, vel alibi infra Dominium terræ de Tenremonde: prout Eccleſiæ Cameracenſi videbitur expedire.* 46 De Enqueſtis ſive conſultationibus.

XXXI. *Et ſciendum quod Dominus de Tenremonde, nihil juris debet amplius habere, in hoſpitibus* 47 De jure Domini Teneræmondenſis.

ſpitibus Eccleſiæ Cameracenſis, apud Odenghem. Neque in foreſactis, & in quibuſcumque evenientibus in teneamento dictæ Eccleſiæ, præter ea quæ ſuprà expreſſa ſunt, ad eum pertinere ibidem: niſi in ſervis, & ancillis ſuis & hominibus Advocatiæ ſuæ, in quibus jus ſuum remanet ei ſalvum, ſicut debet habere.

48 De partitione à morte Servorum vel Ancillarum.

XXXII. *Ita tamen; quod poſt mortem ſervi, vel ancillæ ſuæ, pro partitione bonorum eorumdem facienda per ſervientem Eccleſiæ Cameracenſis, duos ſolidos debet habere Eccleſia Cameracenſis: in quibus Dominus de Tenremonde nihil habebit.*

49 De jure Majoris.

XXXIII. *Et ſciendum, quod ſi Major Eccleſiæ Cameracenſis aliquid juris habuerit in legibus prædictis, remanet ſalvum eidem, ſicut hactenus habere conſuevit.*

50 De jure Meſſarii.

XXXIV. *Salvæ ſimiliter remanent Meſſario Eccleſiæ Cameracenſis, cuſtodi ſcilicet agrorum, leges de foreſactis, in cuſtodia ſua, ſicut hactenùs habere conſuevit.*

51 Prædictorum confirmatio.

XXXV. *Ut igitur præmiſſa rata, & firma permaneant inpoſterum, ego dictus* Robertus *Advocatus Atrebatenſis, Betuniæ & Tenremondæ Dominus, præſentem paginam, in teſtimonium præmiſſorum, ſigilli mei appenſione feci communiri. Datum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, quadrageſimo quinto, menſe Maio.*

Ex hac conventione ſatis manifeſtum eſt, non modò in ſuæ Curiæ Feudum, Teneræmondæ Domino jus eſſe; ſed etiam in Alodium illud Eccleſiæ Cameracenſis, quod negare deliri magìs ſit hominis, quàm periti, ut abundè teſtantur præter alios, articuli IV, XII, XIII, XIV, XVI, XXI, XXVI, XXVII.

52 Hanc conventionem de Alodio eſſe, non de feudo.

Si quis reſpondeat ſuperiora illa de feudo hujus curię, non de illo Alodio capienda; id quidem frigidius eſt hibernâ glacie: quum ſuperior illa Conventio ſit ſuper *Juſticiis de Odenghem, in teneamento Eccleſiæ Cameracenſis*; ut ex ipſo proœmio conſtat: quo tempore feudum hoc, penes Canonicos nondum fuiſſe palàm eſt, quod
Lib. Feudalis.
anno demùm M. CCCC. LXXIV. emptum, à Reginaldo Boccardo. Penes quam gentem (etſi hic uxorio nomine vendidiſſe creditur) multò ante id feudum fuerat: qui ejus ratione, *Oudenghemi* ſe *Dominos* inſcripſerunt: ut variè reperi in Collectaneis Cornelii Gaillardi, Equitis, Reguli armorum, ſive ut vulgò Heraldi. Ubi exſtant *Hugo Boccard Dominus de Odenghem: & Dionyſius Boccard, Dominus de Odenghem.*

Contiguus *Odenghemio* pagus eſt nomine
Miræus an. 1607.
Meſpelaer, ditionis Aloſtanæ; per omnem Europam nobilis, nuperâ inventione magni illius theſauri, in quo immani numero aurei numi,
53 De invento nuper theſauro diſſertatio.
Romanæ monetæ omnes. De quo quidem theſauro variæ,ut homines ſunt, opiniones feruntur.
54 Incolæ defoſſionem Turcis tribuunt.
Vulgus incolarum à Turcis ibi defoſſum exiſtimat, quos etiam ſui Templi conditores adſerunt, plebeio omninò commento: quum Turcæ in hæc ultima terrarum numquam pervenerint.
55 Cur illis ignoſcendum.
Sed ignoſcendum id illis eò magis, quòd barbaros, & feroces, populares noſtri paſſim *Turcas*
56 Alii Gothis,
vocant. Gotthorum & Vandalorum populationes fortè à majoribus accepêre, iis ſi Turcarum nomen accommodent, & hunc theſaurum imputent; nihil alienum à multis eruditis ſentiant,
non tamen mecum; hâc præſertim ratione: 57 Cur non rectè.
quòd Romani omnes ii numi, neque ulla Gothicæ monetæ admiſtio: cujus non minor illis
cura fuiſſet quàm Romanæ. Veriſimilius mihi, 58 Quid propius vero.
ab ipſis Romanis ibi conditum: fortè iis, qui
declinante per Gallias imperio, Cameraco pulſi, Meyer. an. 445.
Tornacum fugientes, inde etiam ejecti ſunt, urgente Clodione Francorum Rege,quem magnam ejus gentis ſtragem ad Scaldam edidiſſe, Hiſtoriarum monimenta produnt: aut iis, qui
paulò pòſt, anno CCCC. LXXXIX. à Gandenſibus Ammonius lib. 1. cap. 5. Meyer. an. 489.
pulſi, cùm ea gens in Francorum conceſſit Imperium; qui huc ſe inter duo flumina, ut in tutum reciperent: & cùm prælii fortunam aut hoſtium irruptionem timerent, defoderint; eo animo, ut ſi victores eſſent, effoderent, ſin minùs, nihil inde moleſtiæ aut in fuga acciperent, aut ſi vitam cum theſauro amitterent, nihil deſiderii.
Idque eo magis; quod hunc locum, 59 Ejus rei indicium.
præter Teneram, & paludes quibus naturâ munitur, foſſa inſuper centum nonaginta pedes 60 Foſſa munitionis cauſa.
lata, hemecycli in modum, ambiat: adeò ut à Tenera oriens, duobus paſſuum millibus, aut
circiter longa, denuò in Teneram finiat. Hæc 61 Ubi.
maximè viſitur in confiniis *Oudegemi* & *Meſpelaer*, medio inter utrumque loco, ubi *den Zyp* vocatur. Alibi, hìc illic viæ causâ obducta eſt.
Mediam rivulus ſecat; utriuſque velut limes. Incolæ de ea rogati, aut neſcire ſe fatentur, aut 62 Incolarum de ea error.
veterem Teneræ alveum fuiſſe, exiſtimant. Qui oculos in occipitio habent, facilè vident manu-
ductam eſſe (qui Romanis ad vallum mos, etiam *in unius noctis tranſitum* inquit Vegetius) cùm 63 Romanorum in muniendo mos.
ex æquali ubique latitudine, tum ex lunari forma: quum fluminum alvei flexuoſo ſint curſu. Lib. 3. cap. 8.
Huic meæ de Romanis ſuſpicioni accinens clariſſimus Aubertus Miręus (etſi in tempore dif- Chronic. anni 1607.
fert) *Suſpicari*, inquit, *fortaſsè liceat, eos à quæſtore aut alio quopiam, ex legione Romana in hibernis agente, defoſſos eſſe: atque eo quidem tempore quo* (verba apud illum ſunt Euſebii ad annum C. LXXIV.) *tanta per totum orbem peſtilentia extitit; ut penè uſque ad internecionem Romani exercitus delerentur.* Quod ad numerum attinet, 64 De numero & pretio numorum.
aut pretium theſauri (in quo etiam rutilantes pyropi, aut aliud pretioſi lapilli genus, incerto tamen auctore, perhibetur) nihil eſt certi: quum
ipſe Inventor id numquam expreſſerit; neque 65 Inventoris ingenium.
eo ſit judicio, ut veros æſtimatores, & antiquitatum gnaros intelligere, aut indole, ut admittere potuerit, & quod exiſtimo, vix eâ memoriâ, ut numerum inire valeat. Hoc tantùm con-
ſtat: inter cetera, eodem numi genere habuiſſe, 66 Qui numi conſequenti ſerie.
conſequenti ſerie *Trajanum, Adrianum, Antoninum Pium, M. Antonium Philoſophum, Fauſtinam matrem, M. Aurelium Philoſophum, Fau-
ſtinam filiam, Commodum, & Verum:* omnes 67 Quo auri pretio.
auri valore circiter octo florenorum. Felix erat, bona ſi ſua noſſet, nunc tanti theſauri inventor, quo nullus umquam major uno numorum & metalli

metalli genere repertus creditur; & quem ſolidum judicio Principis poſſedit, vix aliud habet quàm meminiſſe, Fliciores

Horatius Epiſt. 4. lib. 1. *Queîs Dî divitias dederunt, artemque fruendi.*

Inſcriptiones autem quas nanciſci datum, ne hujuſmodi deliciarum amantes fruſtrer, ſunt hæ: quarum alias ipſe deſcripſi, alias à R. D. Dominico Varennio, deſcriptas, accepi.

68 Aliquot Inſcriptiones. *Imp. Cæſar Traianus Hadrianus Aug.* Verſâ facie: *P. m. tr. P. Coſſ. III.*

Hadrianus Auguſtus. Facie verſâ: *Coſſ. III.*

Hadrianus Aug. Coſſ. III. PP. Genio P. R.

Antoninus Imp. Cæſar Hadr. Aug. Pius P. M. T. Divus Antoninus.

Antoninus. Aug. PP. T. R. P. O. Coſſ. IIII.

Antoninus Aug. Pius PP. T. R. P. O. T. Coſſ. II.

Marius Antoninus Aug. Germ. T. P. XXIX. Liberalitas Aug. Imp. VII. Coſſ. III.

D. Auguſta Fauſtina. Æternitas.

Imp. Cæſ. M. Aur. Ant. Aug. Concordiæ aug. R. T. R. P. XVIIII.

Aurelius Cæſar Aug. P. H. F. T. R. P. O. T. XIIII. Coſ. II.

Fauſtina Auguſta Tempore Felic.

Imp. Cæſ. L. Verus Aug. Saluti Auguſtor. T. R. P. III. Coſ. II.

Hæc occaſione viciniæ, de immenſo illo theſauro pauca. Nunc ad Inſtitutum.

EEGHENE.

69 Eegene cujus. PRæter *Appels* & *Oudeghem*, de quibus dixi, Teneræmondæ inſuper accenſetur *Eeghene*, quod Dynaſtarum dono jamdiu ad Abbatiam Affligemenſem tranſlatum eſt; habeturque feudum, quod Teneræmondæ Domini beneficio (Lib. Feudal.) poſſidetur. Suum tribunal habet, Majorem, & Scabinos. Templum autem non habet; ſed in Eccleſiaſticis ſubcenſetur *Wichlinæ*, pago ditionis Aloſtanæ.

CAPUT VII.

De tribus Alodiis Capituli B. Mariæ Teneræmondenſis.

1 Tria Canonicorum Alodia quæ. SUperſunt *Wieſe*, *Moorſele*, & *Gheverghem*: quæ loca olim partim familiæ Teneræmondanæ; nunc etiam, quatenùs Canonicis ſubſunt, Teneræmondæ Dominio annumerantur; ſolentque ut reliqua, ad dictos Septemviros ſive Scabinos Capitales noſtri Territorii *ad inqueſtam ire*, ut ex variis, quæ ſuperſunt, ſententiis liquet. Id- (Archiv. Scabinorum anno 1264.) que credo in uſu fuiſſe, jam inde à tempore Conventionis inter *Robertum Betunium*, Guidonis primogenitum, Betuniæ, & Teneræmondæ Dominum, & *Canonicos Eccleſiæ Teneræmondenſis:* quam paulò pòſt dabo. De illis autem locis, ut planiùs agamus: ſciendum inter Teneræmondam & Aloſtum eſſe, ultra Teneram. 2 Ubi ſita.

WIESE.

ET quidem quod ad *Wieſam* attinet, ea in priſcis diplomatibus *Winſia* appellatur. Eſt autem partim Alodium, quod dono RINGOTI & ADELWIDIS Dynaſtarum Teneræmondę, ab hujus oppidi Canonicis poſſidetur; continetque circiter tertiam totius pagi, eſtque à vectigalibus, impoſitionibus aliiſque hujuſmodi oneribus immune. Ad militares tamen expenſas Præſidii Teneræmondani cum hoc oppido contribuit. Reliquum verò feudum eſt, quod à Comitatu Aloſtenſi tenetur. Spectat autem nunc ad nobilem gentem *van Tedeghem*; cujus origo refertur ad dominium pagi Yedeghem, in ditione Gerardi-montana: numeratque inter Majores *Balduinum van Tedeghem*, qui omnium primus ponitur inter plurimos præcipuæ per ea tempora nobilitatis, qui ſigillo ſuo conſignarunt tabulas Dotationis Abbatiæ S. Cornelii Nienovenſis, factæ ab illuſtri viro Gerardo de Grimbergis, Equite, Grimbergæ & Nienovæ Domino, anno M. C. XCV. Paulò pòſt *Loykinum van Tedeghem* vixiſſe, Blandinienſis Abbatiæ monimenta teſtantur: ubi anno M. CC. XVII. ſignavit *donationem Goſuini de Schendelbeke, Oliveri filii.* Quod utrumque argumento eſt primariæ ab illis uſque temporibus nobilitatis. Eadem gens præter priſcæ illud, & clariſſimæ nobilitatis ſpecimen, id etiam illuſtre habet, quod ab aliquot retrò ſeculis affinitate juncta eſt cum *Maſminiis*, *Maldeghemus*, *Hole*, *Zaemſlach*, *Steeland*, *Haveskerke*, aliiſque plurimis ſuperiori tempeſtate primæ notæ familiis.

(3 Wieſæ vetus nomen. Diplom. Odardi 1108. lib. 2. cap. 2. num. 11. — 4 Quatenus Alodium cujus. Ibidem. — Vide infrà n. 58. — 5 Quatenus Feudum cujus. — 6 Yedeghemiæ gentis origo. — 7 Antiqua Nobilitas. — 8 Et priſci affines. Archiv. famil.)

Poſtquam autem prædicto Wieſæ Dominio potiti ſunt, continuatâ generis ſerie per rectam lineam, ad præſens uſque tempus, intervallo ducentorum, & quadraginta quatuor annorum, cum præſtantiſſimis itidem familiis conjugia contraxerunt, & quidem primò: *Stephanus van Tedeghem* Voordæ Toparcha, duxit *Catharinam van Wieſe*, Roberti van Wieſe, Wieſæ Domini filiam: quo conjugio hoc Dominium conſecutus eſt; & ad poſteros ſui nominis tranſmiſit. Hujus rei teſtes ſunt tabulæ fundationis Sacelli D. Virginis in Templo Wieſæ, anno 1368. 20. Aprilis è quibus adhuc integra dependent ſigilla prædicti Roberti Wieſæ Domini, & Stephani van Yedeghem, ejuſdem generi. Prędicti Stephanus, & Catharina reliquere filium, *Robertum van Tedeghem*, Wieſæ Dominum; cui conjux fuit *Clara de Luu:* ut liquet ex Archivis Cameræ partitionum Gandavi; ubi dicti Robertus, & Clara deſpondent filiam Catharinam Joanni van Marcke, aſſenſu Joannis van Yedeghem, maximi natu filii, & uxoris

(9 Yedeghemii Wieſæ Domini. — 10 Eorum conjugia cujuſmodi. Ibidem 1368. — 11 Yedeghem Wieſe. — Ibidem. — 12 Ydeghem de Luu. Ibidem 1429. — Ibidem 1419.)

uxoris ejus Cæciliæ van Liedekerke, 21. Martii anno 1425. *Robertus* & *Clara* habuêre filium.

13 Yedeghem Liedekercke.

Joannem van Tedeghem, Wieſæ Dominum; qui uxorem habuit *Cæciliam*, filiam Stephani *van Liedekerke*, dicti de Gavere, Equitis, ut in iiſdem Archivis Contractus matrimonialis docet, 29. Octobris anno 1419. *Joanni* & *Cæciliæ* ſucceſſit *Robertus van Tedeghem*, filius, Eques, Wieſæ Dominus; maritus *Jodocæ de Schouteeten*, aliàs *Zuylen*, filiæ Balduini Erpæ Domini; cui rei fidem facit hereditatis diviſio, per dictum Joannem & Cæciliam, Aloſti in Curia feudali, coram hominibus, & ejus oppidi Scabinis 13. Maii anno 1460. *Robertum* & *Jodocam* filius excepit, *Stephanus van Tedeghem*, Eques, Wieſæ Dominus. Is conjugem nactus eſt *Adrianam van Halowyn*, Caroli filiam: ut patet ex eorum monimento, quod in Templo Wieſæ adhuc viſitur. *Stephanus* & *Adriana* reliquêre filium *Carolum van Tedeghem*, Equitem, Wieſæ Dominum qui duxit Catharinam vander Dilft, Godefridi Embieſæ Domini, filiam: cujus conjugii teſtem habeo Indicem bonorum, in Curia hereiſcundæ familiæ Gandavi, à Caroli & Catharinæ liberis exhibitum, 8. Oct. an. 1535. Poſt *Carolum* & *Catharinam*, filius *Jacobus van Tedeghem*, Eques Wieſę dominium, & Embieſæ poſſedit. Is Gubernator fuit, & ſupremus Prætor Teneræmondenſis. Uxorem habuit *Agnetem de Ghyſelin*, aliàs *Busbeke*; Georgii Busbekæ Domini (magni illius Augerii Ghiſleni Busbekii parentis) filiam: ut conſtat ex Contractu antenuptiali 12. Octob. anno 1556. Hic & ſuis & majorum in Principem meritis, eximium à Rege Catholico privilegium accepit. Nam quum Wieſæ Dominium inter illos 22. pagos cenſeatur, qui vulgò *Proprium Comitis* nuncupantur (ubi quoſcumque naſci contigit, ſervæ conditionis ſunt, dicunturque *Manus mortuæ*) ſingulari quâdam gratiâ, ab ea ſervitute in perpetuum immunitatem Prætorio ſuo comparavit. Quâ de re vidi autenticum diploma, Regis Philippi II, datum Bruxellis 5. Julii anno 1564. *Jacobus* & *Agnes* habuêre filium *Carolum van Tedeghem*, Equitem; Wieſæ & Busbekæ Dominum, & *Philippum van Tedeghem*, Equitem Wattinæ Toparcham: quorum hic uxorem duxit *Margaretam de Thiennes*, Joannis Willerziani Domini filiam. Ille verò, nunc temporis Mandatarius Principum, novandis per Flandriam Magiſtratibus, & ſupremus Prętor urbis, Salæ & Caſtell. Iprenſis, Conjugem habet *Mariam de Cortewylle*, filiam Jodoci, Equitis Domini Cortewylle, Boſt, &c. Prædicti *Carolus* & *Maria* habent filium *Joannem van Tedeghem* Scutiferum, Baronem Busbekæ, Wattauwæ Dominum, ad officia oris, inter Palatinos apud Sereniſſimos Archiduces, Belgicæ Principes, jam pridem admiſſum.

Ibidem 1460.
14 Yedeghem Schouteeten aliàs Zuylen.
15 Yedeghem Halowyn.
Ibidem 1518.
16 Yedeghem vander Dilft.
Ibidem 1535.
Ibidem 1556.
17 Yedeghem, Ghyſelin aliàs Busbeke.
18 Inſigne privilegium.
Ibidem 1564.
19 Yedeghem Thiennes.
Ibidem 1611.
20 Yedeghem Cortewylle.

Hæc, ut ſuprà exarata ſunt, ipſe vidi: cùm in ipſis autographis, & autenticis; tum in excerptis Collectaneorum nobilis viri Cornelii de Gaillart, Equitis, armorum olim Reguli: in quibus multa ſeria, & accurata, quoad antiquitates, progreſſus, ſucceſſiones familiarum Flandriæ ex urbium Archivis, epitaphiis, inſcriptionibus, & aliundè, ſunt congeſta.

Hujus pagi Templum, Deo Servatori dicatum eſt. Ejus pars extremę eſt antiquitatis: reliquum autem ante ſacra nuperæ tempeſtatis bella, à *Jacobo van Tedeghem*, Equite, ſuperiore hujus loci Toparchâ, accuratâ ſymmetriâ ſtructum: ubi in columnarum capitibus, ad rei memoriam inciſa ſunt nomina ſuperiorum Wieſæ Dominorum, eorumque Conjugum, cum armis gentilitiis. Jus Patronatus, ad Abbatem Afflighemenſem ſpectat. Sacelli autem collatio ad loci Toparcham.

21 Wieſæ templum à quo ſtructum.

MOORSELE.

SEquitur *Moorſela* partim ditionis Aloſtanæ, ut dixi, partim Alodium; quod itidem Canonici Teneræmondenſes, veterum præbendarum, ut vocant, poſſident, dono dictorum Dynaſtarum *Rengoti* & *Adelwidis*. Complectitur autem pagi duos trientes: habentque ibidem Majorem, & ſeptem Scabinos: quorum tres ex Wieſa deliguntur, ceteri hinc. Hi Juſtitiam exercent civilem, & criminalem, iis locis qui Canonicis, ut Dominis, ſunt obnoxii. Criminales tamen ſententias Prætor Teneræmondanus exequitur. Quatenùs autem hi ditionem habent, eatenus immunitas viget, quâ Wieſæ incolæ, Canonicorum ſubditi, gaudent. Reliquum Aloſto ſubcenſetur.

22 Moorſela cujus.
Diplom. Odardi Epiſc. Cameracens. 1108.
23 Ibidem immunitas.
Vide ſupra num. 4.

Hìc vel ante novem ſæcula fanum fuiſſe, ex *D. Gudulæ* vitâ conſtat; in quod ejus Divæ corpus ex Ham vicinæ Brabantiæ pago, illatum diu quievit: miraculorum numero admirandum. Quorum famâ illectus *Carolus* (ille, cui rerum geſtarum præſtantia *Magni* cognomen peperit) huc properavit; & religiosè oblatis Deo precibus, ad tumulum conſanguineæ ſuæ Divæ (erat enim nata Amelbergâ, Pipini Regis filiâ) Cœnobium condi juſſit, ubi ad hujus Virginis memoriam, virgines Deo viverent; quibus ad alimoniam & ſarta tecta memoratur tribuiſſe pagos *Ham*, & *Moorſele*: ſtetitque illud, donec communi regionum gentiumque clade, à Danis everſum eſt, tranſlatis ante Cevremontium reliquiis: unde denuo rebus pacatis huc relatæ. Sed cùm vaſtato loco, & ereptis à Wenemaro quodam facultatibus, paulatim fervor magis magiſque deficeret; Carolus Brabantiæ Dux frater, Lotharii Francorum Regis, ſanctum corpus Bruxellam transferri juſſit; condique ad D. Gaugerici (quod aulę, quæ tunc in inſula Sennę fluminis, erat contiguum) hæſitque hìc donec à Lamberto Gozilonis Brabantię Ducis genero, quem Comitem Baldericum vocant, condito in monte D. Michaëlis templo, fundatoque 12. Canonicorum Collegio, eò tranſlatum eſt: ubi tantâ famę celebritate cultum memorant, ut omiſſo D. Michaëlis titulo, templum in *D. Gudulæ* nomen conceſſerit; eaque tutelaris urbis Diva habeatur. Enim-

24 Et D. Gudulæ Sacellum.
Stephan. Ydens.
25 Olim Cœnobium.
Meyer. Rerum Flandricarum tom. 5.
26 A quibus everſum.
27 D. Gudulæ corpus à quo tranſlatum.
Divæus lib. 1. cap. 3.
28 Ducum ubi olim Bruxellis aula.
Ibidem & lib. 1. cap. 5. an. 1047.
29 D. Gudulæ Templum à quo.

30 Super Moorſelæ donatione annotatio.

Enimvero quod ad ſuperiorem Moorſelæ donationem attinet, viſum hìc annotare, quod Meyerus (cui æternum Flandria debet) aliunde in ſuos annales tranſtulit: *Arnulphum Comitem Flandriæ multa Cœnobiis detraxiſſe, quæ ſuæ diviſit nobilitati*: & inter cetera *Abbatiæ Gandenſi Moorſelam, Maſminam, & Merendram.* Ex qua narratione ſuſpicari aliquis queat, aut donationem Caroli magni Moorſelano Cœnobio factam, aut hanc Arnulphi ablationem, falſam eſſe: cùm eodem tempore utrumque Cœnobium *Moorſelam* poſſediſſe non potuerit. Niſi utrobique totum pro parte legatur; quod non uſque adeo abſimile vero. Illud autem conſtat *Maſminam* & *Merendram* etſi extra noſtræ ditionis Territorium; jam olim tamen, ſive Arnulphi dono, ſive aliàs, ad Teneræmondenſem familiam devolutas, hujus noſtræ Curiæ feuda eſſe. *Moorſelam* autem partitò datam, pars enim Aloſtano Comiti paret, pars ad Teneræmondenſem familiam devenit; & inde ad hujus oppidi Canonicos.

Anno 956. ex Chronic. D. Bavonis.

31 Maſmina, & Merendra feuda Curiæ Teneræmondanæ.

32 Moorſelæ partitio.

GHEVERGHEM.

33 Gheverghem cujus.

PORrò *Gheverghem*, etiam Alodium eſt Moorſelæ contiguum; in quod ex dictorum RINGOTI & ADELWIDIS dono, ſoli Canonici noſtri jus habent. Sacellum ibi viſitur D. Stephano ſacrum.

34 Ibidem Sacellum. Diplom. Odardi anno 1108. Vide lib. 2. cap. 2. num. 11.

Tria hæc Alodia quæ dixi, cùm prædicti Canonici jam ad annos C. LVIII. liberè, ut aiunt, poſſediſſent; tandem *Robertus* Guidonis primogenitus, paululum eorum jus reſtrinxit: ut patet ex Contractu qui ea de re, & ſcripto, & uſu ſupereſt: cujus hæc ſunt verba:

35 Conventio Roberti Teneræmond. Domini cum Canonicis Teneræmond. Archiv. Eccleſiæ Teneræmond.

I. *Nos* ROBERTUS *Comitis Flandriæ primogenitus, Atrebatenſis Advocatus, Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, notum facimus tam præſentibus quam futuris, quod cùm inter nos ex una parte, & viros venerabiles Decanum & Canonicos veterum præbendarum Eccleſiæ B. Mariæ Teneræmondenſis, in qua jus patronatus dignoſcimur obtinere, ſuper juſtitiis terræ, & tenementi, ac etiam hoſpitum dictorum Canonicorum in Moorſele, Gheverghem, & in Wienſe, controverſia non modica verteretur; tandem pro tranquillitate & pace dictæ Eccleſiæ, & utilitate communi, ſuper præmiſſis, poſt inquiſitionem legitimam inde factam, inter nos, & dictos Canonicos veterum præbendarum, mediantibus bonis viris pacificatum & compoſitum fuit amicabiliter, hunc in modum:*

36 De Conſtitutione Majoris & Scabinorum.

II. *Canonici prædicti debent in locis prædictis ponere Majorem, & Scabinos ſeptem homines boni teſtimonii, & bonæ famæ; & eos deponere, & alios ſubſtituere, quotieſcumque opus fuerit, prout fuit hactenus obſervatum.*

37 De eorum juramento.

III. *Dicti verò Major, & Scabini, infra octidunum poſt receptionem ſuam, & etiam antequam ad aliquod judicium faciendum procedant, tenentur venire apud Teneræmondam, & ibidem debent jurare coram Domino Teneræmondenſi, vel ejus Baillivo, ſive ſerviente, qui præſens fuerit, quod ipſi jura Domini Teneræmondenſis, in iis quæ ad ipſum ſpectant, in dictis locis, ſecundùm legem, & judicium bonâ fide ſervabunt.*

IV. *Dicti verò Scabini ad ſubmonitionem & adjurationem Majoris ſui prædicti, poſſunt & debent placitare, & judicare de omnibus forefactis, & infracturis, quæ evenerint in locis prænominatis, ſupra terram & tenementum dictorum Canonicorum.* 38 De eorum poteſtate.

V. *Ita quod quælibet emenda, in cauſa hereditatis, pro qua dictis Canonicis tres ſolidi Bruxellenſes ab antiquo ſolebant in dictis locis adjudicari, in eodem ſtatu judicabitur, & illa emenda trium ſolidorum Bruxellenſium debet eſſe totaliter dictorum Canonicorum.* 39 De mulcta in cauſa hereditatis.

VI. *Omnes autem aliæ emendæ, & eſcanciæ tam denariorum quàm cathallorum, quæ in locis prædictis judicabuntur, & evenerint, erunt partibiles inter nos & Canonicos prænotatos: ita quod nos inde medietatem habebimus, & dicti Canonici reliquam medietatem habebunt.* 40 De aliis mulctis.

VII. *Terræ verò, & hereditates ſi quæ fuerint, quæ per aliquod forefactum, vel alia de cauſa alicui, vel aliquibus fuerint abjudicatæ, erunt totaliter dictorum Canonicorum.* 41 De terris judicio ereptis.

VIII. *Jura verò emptionum, & venditionum tenementi ſui, in dictis locis ſibi totaliter remanebunt.* 42 De Jure emptionum.

IX. *Sed notandum, quòd de omnibus forefactis, & infracturis in locis prædictis evenientibus, ſupra terram & tenementum dictorum Canonicorum, in quibus Dominus Teneræmondenſis participat, judicare debent dicti Scabini ſecundùm legem, & ſtatuta hominum Domini Teneræmondenſis, & ad eos venire, ſi opus fuerit ad inqueſtam.* 43 De judiciis forefactorum. 44 Et Inqueſtis.

X. *In reliquis verò in quibus Dominus Teneræmondenſis non participat, ad Scabinos Capitales terræ Teneræmondenſis, in domum de Tenremonde veniant, ad inqueſtam, & ſecundùm eorum legem, & ſtatuta judicent de iiſdem.* 45 De ceteris judiciis & inqueſtis.

XI. *Si verò aliquis per forefactum ſuum, mortis vel membrorum ſententiâ fuit condemnatus, ibidem; Baillivus Teneræmondenſis debet corpus dicti condemnati accipere, & facere de ipſo Juſtitiam judicatam, ubi voluerit, extra tenementum dictæ Eccleſiæ.* 46 De executione ſententiæ Criminalis.

XII. *Cathalla verò taliter condemnatorum, ſi qua per judicium acciderint, partibilia erunt, modo prædicto, inter nos & Canonicos memoratos.* 47 De Cathallis damnatorum.

XIII. *Sciendum eſt etiam, quòd de quolibet forefacto communi inter nos & dictos Canonicos, non licebit dictis Canonicis pro parte ſua, aut nobis pro parte noſtra facere aliquam pacem; donec emenda ſuper hoc fuerit judicata: niſi fortè tam nos, quàm dicti Canonici in ſimul & concorditer pacem fecerimus de eodem. Sed poſt judicium prolatum, cùm emenda fuerit judicata, nos poſſumus de parte ad nos ſpectante noſtram facere voluntatem, & dicti Canonici poſſunt ſimiliter facere de ſua parte. Si verò aliquis hoſpitum ſeu tenentium dictorum Canonicorum, in locis prædictis condemnatus fuerit per judicium, ad aliquam emendam pecuniæ, ad quam ſolvendum cathalla ipſius non ſufficiant, hereditas* 48 De compoſitione in cauſſa criminali.

ſua quam tenet de Canonicis, vel aliqua pars dictæ hereditatis ad hæc ſufficiens, vendatur pro ſolvenda nobis, & dictis Canonicis emenda prædicta. Et ſi dicta hereditas, vel pars hereditatis, plus vendita fuerit; bonâ fide totum reſiduum pretii ultra dictam emendam, dicto hoſpiti, ſeu tenenti, manebit.

49 De dicendo jure. XIV. *Debet autem Major dicti loci in cauſis ad nos & dictos Canonicos communiter pertinentibus, adjurare Scabinos prædictos, ſub fide & Sacramento: quæ tam dictis Canonicis, quàm Domino Teneræmondenſi fecerit, ut proferant jus, & legem, quotieſcumque ſuper iis eos contigerit adjurari.*

50 De bannis & proclamationibus. XV. *Banni etiam ad cauſas communes inter nos & dictos Canonicos prænotatos proclamabuntur, & fient per dictos Majorem, & Scabinos, tam ex parte noſtra, quàm dictorum Canonicorum: & emendæ inde provenientes, inter nos, & ipſos modo prædicto, communes erunt.*

51 De immunitate incolarum. XVI. *Præterea ſciendum eſt quod hoſpites dictorum Canonicorum in dictis locis, ab omni tallia, ſervitio, & exactione erga Dominum Teneræmondenſem ſunt, & erunt perpetuò liberi, & immunes: & etiam ab omni exercitu, & chevalcia.*

52 De obligatione ad militiam. XVII. *Hoc ſalvo; quòd quoties opus fuerit, & ſuper hoc fuerint ſubmoniti ex parte Domini Teneræmondenſis, tenentur venire apud Tenremondam cum armis, & ibidem moram facere pro defenſione villæ, caſtri, & terræ Teneræmondenſis, unà cum aliis hominibus Tenremondenſibus.*

XVIII. *In cujus rei teſtimonium, & robur perpetuum, præſentibus litteris ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum anno milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo quarto. Feriâ quintâ poſt B. Mariæ Magdalenæ, menſe Julio.*

Hanc Conventionen approbavit ROBERTI & Canonicorum rogatu, Epiſcopus Cameracenſis: & nuper etiam Philippus II. Auſtriacus: nominatim illum articulum de immunitate, ab exercitu & chevalcia. Sed ejus diploma, ne cui inpoſterum fraudi ſit; viſum hìc errorem detegere, qui illorum vitio irrepſit, qui Regi ſupplicarunt. Nam quum dono REMIGII ſive RENGOTI CALVI, Moorſelam Canonici adepti ſint, ut jam monui, & ſuprà liquidò conſtat, ex Odardi Præſulis diplomate; ejus tamen donationis auctorem ROBERTUM Comitem, per ignorantiam faciunt. At verò conformiter ultimo illi dictæ Conventionis articulo, & XXVII. cum Capitulo Cameracenſi, cujus ſuprà exemplar dedi, horum pagorum incolæ, cum aliis nonnullis, comparuerunt coram Senatu Teneræmondano. Quâ de re quod in acta publica relatum eſt, non inconſultum hìc inſerere, Latinitate donatum.

53 Philippi II. Auſtriaci privilegium.
Archiv. Eccleſiæ Teneræmond.
Lib. 2. cap. 2. num. 11.
Lib. 3. cap. 6. num. 17.

54 De obligatione ad militiam, tabula.
Archiv. Urbis.

In nomine Domini, Amen. Præſenti inſtrumento notum ſit omnibus, quod anno Domini M. CCCC. LXXVII, XI. *Indictione*, XI. *Februarii, ſeptimo Pontificatûs anno Sanctiſſimi in Christo Domini noſtri Sixti IV. in præſentia mea, & teſtium infrà ſcriptorum, ſingulariter ad id vocatorum, & requiſitorum, venerunt in propria perſona boni viri, & Incolæ pagorum Appels, Oudeghem, Eeghene, paludum S. Odulphi, Moorſele, & Wieſe, ſitorum in Territorio Teneræmondenſi, apud Dominum, Legem, & Conſilium opidi Teneræmondenſis, rogantes, & requirentes humiliter, ut iis placeret ſpeciali gratiæ beneficio, conſiderationem habere, erga dictos Incolas pagorum, & locorum ſuprà dictorum, quoad ſervitium, quod prædicti incolæ pagorum & locorum ſuis ſumptibus in prædicta urbe tenentur facere; quando homines urbis Teneræmondenſis prædictæ, ſuo Principi, aut Domino, in bello ſerviunt, aut cùm aliàs prædicta urbs opus habet, ſicut prædicti incolæ nunc tenentur facere, quamdiu homines urbis ſerviunt ſuo Principi, & Domino: Concluſum eſt, & Conventum, & ſpeciali beneficio gratiæ conceſſum, à prædictis Domino, Lege, & Conſilio Civitatis Teneræmondæ, prædictæ, ut durante hâc vice, homines urbis prædictæ, ſuo Principi & Domino ſerviant, donec opidum Teneræmondæ prædictum magìs neceſſè habeat. Tum poterit quarta pars dictorum pagorum, & locorum, pauperes ſolùm, ſine crimine aut offenſâ domi manere, neque omninò venire in opidum: & tres ceteræ quartæ partes facient ſuum ſervitium, ut oportet, per vices; nempe de octiduo, in octiduum: ita quòd tantùm media pars trium quartarum ſemper tenebitur eſſe in opido prædicto, nocte, & die. Ex qua media parte debebunt excubare, cum Incolis prædicti opidi, ſex homines. Volentes & proteſtantes prædicti Dominus, Lex, & Conſilium, quòd hoc ſpeciale beneficium gratiæ, & conſensûs non erit in futurum ullo modo in præjudicium, aut damnum opidi prædicti. Super quibus ut prædicta ſunt, prædicti homines conſentiebant: & prædicti Dominus, Lex & Conſilium petebant à me Notario fieri inſtrumentum unum, aut plura. Hæc acta ſunt Teneræmondæ in domo Senatoria, in Conclavi; anno, menſe, die, & Pontificatu, ut ſuprà, præſentibus diſcretis viris Joanne Gheerts, habitante Teneræmondæ; & Petro de Waele, habitante in Zele; teſtibus ad hæc vocatis & rogatis. Et ego Nicolaus de Prato, Presbyter, Rector Eccleſiæ Parochialis de Lembergben, ſacrâ Imperiali auctoritate Notarius, Cameracenſis Diœceſis, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis dum ſic ut præmittitur fierent, & agerentur, unà cum prænominatis teſtibus interfui, eaque ſic fieri vidi, ſcivi & audivi; idcircò hoc publicum inſtrumentum manu meâ ſcriptum, ſigno meo, & nomine ſignavi: in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, rogatus, & requiſitus. Signatum N. de Prato.*

CAPUT VIII.
DE DITIONE BORNEHEMIA.

SUpereſt cum ſuis pagis *Bornehemum*, Baronatus titulo nobile: quod etſi non ſit Territorii noſtri; tamen occaſione viciniæ aliquid hìc dicturi ſumus, Auctarii vice. Eſt autem *Bornehemum* ea ditio, quæ cum *Teneræmonda*, & *Gerardi-monte*, conſtituit tertium illud in diviſione *Flandriæ* membrum: cenſenturque juris proprii,

1 Cur hìc Bornehemi mentio.
2 Bornehemum quomodo Flandriæ Proprietaria.

Rerum Flandricar. tom. 9.

proprii, aut ut Meyerus ait, *optimo jure prædia, ac nulli obligata.* Quod quoad *Bornehemum* de priſcis Dominis *Flandriæ Comitibus* intellige: qui ejus ratione, neque *Cæſari*, neque *Gallo* fuêre Clientes. Alioquin de hodiernis ſecus eſt: nam

3 Nunc beneficium Flandriæ.

poſtquam ad *Flandriæ Comites* ſemel devenit; eâ lege divulſum eſt, ut in eorum clientela poſſideretur.

4 Ejus amplitudo. Elenchus ſive Numeramentum Dominii.

5 Fines.

Complectitur autem *Inghene*, *Haeſdonck* (priſcis *Havekeſdonck*) *Eyck*, *Wimam*, *Mariekercke*, & *Opdorp*. Limites habet, ad ortum Rupellam (amnis eſt Nethæ & Diliæ, qui juncti eo loco qui vulgo Tonghsken, id nomen adſciſcunt: fortè à curvato, crucarum more, fluxu & flexu; nam & ſubtumidus eſt Rupella; & multos exiguo ſpatio meandros habet: & nos crucas, quæ ſimili inceſſu, *Ruypen* vocamus: ad meridiem Puerſche (Dominium Abbatiæ S. Bernardi) & rivulum dictum *Coninx-beke* (id eſt Regis Torrentem:) ad ſeptemtrionem Scaldim: ad occaſum item Scaldim, & pagum S. Amandi.

6 Bornehemiorum quoad judicia privilegium.

Bornehemi incolis dedit olim *Guido Flandriæ Comes* hoc privilegium: quod *ex Colomenſis* familię Archivis deſcriptum, publici juris facio.

Guido Comes Flandriæ univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, nos dediſſe hominibus noſtris de Bornehem, talem libertatem: videlicet, quod ante Caſtrum Gandenſe, juſſionem ſeu inſtructionem ſuper judiciis ſuis petant. Et quod ad alium locum, quàm ad caſtrum Gandenſe, à nobis vel ſervientibus noſtris, duci ſeu citari non poſſunt pro inſtructione ſuper judiciis ſuis habenda: quando nos homines noſtros de Flandria tales habebimus, qui ipſos inſtruent, & judicium eis dabunt. Hoc notato quòd feuda, hereditates, & cathalla, illo modo partiri debent homines de Bornehem, quo ante collationem iſtius libertatis partiri conſueverunt, ſub teſtimonio præſentium litterarum. Datum Gandavi anno milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo ſeptimo: die Cinerum.

Leges etiam, & libertatem, quas aliquot antè annis *Marie-kercæ* Incolis *Hugo de Gandavo Caſtellanus Gandenſis* dedit, Antiquitatis intereſſet, niſi hìc darem. Sunt autem hæ:

7 Incolarum Mariæ-Kercæ leges. Ex Archivis familiæ Colomenſis.

I. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, ſalutem in perpetuum. Quoniam fragilis eſt hominis vita, & labilis memoria, & ea quæ in mundo fiunt, citiùs ab humanis ſenſibus evaneſcunt; neceſſarium eſt, quæ ad poſterorum notitiam pervenire debent, ſtudio ſolerti ſcripto commendare. Eapropter ego Hugo Gandenſis Caſtellanus, uxorque mea Oda, filiuſque meus Hugo primogenitus, notum facimus omnibus tam præſentibus quàm futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, quòd villam de Baſerode S. Mariæ, liberam ſub hac forma conſtituimus.*

8 Loci donatio qua lege.

II. *Ut inhabitantes villam liberam menſuras quinquaginta pedum latitudinis, & centum pedum longitudinis habeant: & ſingulæ menſuræ, ſingulis annis duos ſolidos Flandrenſes, & duos capones, nobis & ſucceſſoribus noſtris ſolvant.*

9 Item terræ ad ignem.

III. *Conceſſimus etiam eis, ut habeant viginti bonaria paluſtris fundi, ad opus ignis, hoc modo: quod de quinquaginta jugalibus vehiculis, nobis duos ſolidos Flandrenſes ſolvere teneantur. Et ſi quis plura vehicula receperit, magis ſolvet: & qui minus; minus.*

10 In hoc cautela.

IV. *Si quis verò inventus fuerit ſuperſluè plures turbas* (id eſt ceſpites) *ſibi attrahere; ſub forefacto quinque ſolidorum Flandrenſium erit. Et ſi cui vendiderit; viginti ſolidorum prænotati numiſmatis nobis reus tenebitur.*

11 De profugo ob crimen.

V. *Si quis etiam Burgenſium forèfecerit in tantum, quòd coram judicibus, & Scabinis comparere minimè auſus fuerit; nobis decem libras Flandrenſis monetæ perſolvet: & inſuper alienabitur à villa libera per annum: nec redire in eamdem niſi de concenſu Caſtellani, & Scabinorum ei licebit.*

12 De effuſione ſanguinis.

VI. *Si quis Burgenſis, alterius ſanguinem fuderit; nobis trium librarum Flandrenſium reus tenebitur.*

13 De percuſſione citra ſanguinem, & conviciis.

VII. *Si quis alterum percuſſerit, ſine ſanguinis effuſione; nobis viginti ſolidos Flandrenſes, & de conviciis & opprobriis quinque ſolidos perſolvet.*

14 De mulcta extranei.

VIII. *Si quis extraneus quoque, prædictorum modo, in Burgenſem infra libertatem liberæ villæ exceſſerit; duplici pœnâ punietur.*

15 Ubi & quâ linguâ in judiciis utendum.

IX. *Conſtituimus etiam quòd Burgenſis ejus dictæ villæ, nec Caſtellano, nec ſucceſſoribus ſuis, niſi in propria terra, & intra teutonicam linguam debeat aſſiſtere.*

16 Qua in re Domino ſuccurrendum.

X. *Si verò Caſtellanus vel ſucceſſor ejus in communi exercitu captus fuerit; Burgenſes conſilio Scabinorum in deliberationem ipſius, manum auxiliatricem, & ad militiam filii ſui primogeniti, & ad deſponſationem filiæ primogenitæ, eis debent porrigere.*

17 De commigratione extranei.

XI. *Et ſi contigerit, quòd aliquis extraneus dictam villam reſidendi causâ introierit; intra annum ſe & ſua introducet: & nulli aliàs reſpondere tenebitur.*

18 Extràneus quo modo hic heres.

XII. *Et ſi quis Burgenſium utriuſque ſexus obierit infra libertatem; proximus extraneus non habet apponere in domum ſuam, niſi in eadem libertate manſerit: & hoc Caſtellani, & Scabinorum fiat conſilio.*

19 De theloneo.

XIII. *Conſtituimus etiam de theloneo: quòd ſi quis extraneus vendiderit equum, vel equam, vel extraneus emerit infra terminum libertatis; venditor dabit duos denarios, & emptor duos: & ſi quis extraneorum vendiderit, aut emerit vacuum pecus, quod ſupra decem ſolidos valeat; emptor dabit duos denarios, & venditor unum. Nec aliquis Burgenſium ſolvet theloneum, quicumque infra ambitum libertatis novæ villæ emerit, vel vendiderit.*

20 Qui hic privilegiorum exſortes.

XIV. *Inſuper ſervi Caſtellani, in villa libera commanentes, libertate villæ prænominatæ privabuntur.*

21 De compenſatione paſſi injuriam.

XV. *Conſtituimus etiam pro bono pacis: quòd ubi Caſtellanus pro alieno exceſſu decem libras acceperit; ille qui injuriam paſſus eſt, quinquaginta ſolidos recipiet: & ubi Caſtellanus tres libras acceperit; injuriato quindecim ſolidi perſolventur;*

& ubi Caſtellanus viginti ſolidos acceperit; quinque ſolidi Flandrenſis monetæ injuriato tribuentur.

22 Extraneus quo pretio liberæ Villæ capax. XVI. *Si verò contigerit, quòd aliquis extraneus ad inhabitandum liberam villam advolaverit; Caſtellano duos ſolidos, & Officiali ſuo quatuor denarios, & ſingulis Scabinis duos denarios, & hos Flandrenſes perſolvet.*

23 De actione injuriatum. XVII. *Injuriatus etiam Burgenſis, ſi queri neglexerit; idem patietur, quod injurians.*

24 Cenſus quando ſolvendus. XVIII. *Cenſum quidem liberæ villæ tenentur Burgenſes in feſto* S. *Andreæ ſolvere: quod ſi in eadem die non ſolverint; cum foreſacto duorum ſolidorum Flandrenſium perſolvent.*

25 De liberatione Incolæ alibi detenti. XIX. *Et ſi quis Burgenſis aliàs detentus fuerit, ſive juſtè, ſive injuſtè; Conburgenſes ſui tenentur ipſum liberare tali conditione: ut ſi juſtè fuerit detentus; liberare debent detentum ſumptu ipſius: & ſi injuſtè; cum ſumptu liberæ villæ revocabitur.*

26 Privilegium Scabinorum. XX. *Et notandum: quod quidquid pagina præſentis forma non continetur; Scabinorum judicio relinquimus terminandum.*

27 Hæ leges quando datæ. XXI. *Ut igitur præſcripta rata permaneant, & inconvulſa, & ab omni exactione liberrima; ſigillorum noſtrorum appenſione, ſub jure-jurando roboravimus. Actum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo octavo, menſe Martio.*

28 Mariæ-Kercæ privilegium. Eodem in pago Aſylum eſt, quo ſe ſontes indies recipiunt, ob inviolatam loci immunitatem, cujus originem nondum ſum aſſecutus.

29 Priſci Domini. Fuit autem hoc *Bornehemi* Dominium antiquitus penes gentem *Villanam*, ſive *Gandaviam*: in qua invenio eo potitos *Caſtellanos Gandenſes*, omnes quantum arbitror ex ordine. Nam de *Folcardo* qui vixit anno M. LVI, ejuſque ex filio nepote *Wenemaro*, compertum habeo ex diplomate quod ſubjiciam; & de *Sigero* itidem qui ibi conditus; tum de *Hugone* patre, ex tabulis quas mox dabo; & denique de *Hugone* filio, quod & alia, & D. Bavonis archiva oſtendunt: quorum omnium deſcriptione *Calkena*, in *Caſtellanis Gandenſibus* ſuprà memini: manſitque in ea ſtirpe, donec in Flandriæ communionem conceſſit, ævo primùm *Margaretæ Auguſtæ*, quæ eam ditionem ab *Hugone Gandenſi Caſtellano*, quem dixi, accepit, pretio quatuor millium, quingentarum, viginti ſex librarum, duodecim ſolidorum, & ſeptem denariorum Flandrenſium. Malè Marchantius ter mille, quingentas, & quindecim libras Pariſienſes, hujus emptionis pretium ponit: quem ſuprà ſecutus ſum: illud enim refellit *Mariæ Caſtellanæ* diploma, quo dictæ emptioni aſſentitur, in hæc verba:

Lib. 3. cap. 3. num. 193.

30 Hæc ditio quando Flandriæ juncta.

Tab. an. 1250. Comment, lib. 2.

31 Ea de re tabulæ. Archiv. familiæ Colomenſis, *Univerſis præſentes litteras inſpecturis I. Prapoſitus Sonegienſis Canonicus, & Officialis Cameracenſis ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quòd cùm vir nobilis Hugo Caſtellanus Gandenſis villam de Bornehem cum caſtro, & homagio, redditibus, Alodiis, Dominio, cumque omni juſticia, & omnibus pertinentiis dictorum villæ, & Caſtri, pro pretio quatuor millium, quingentarum, viginti ſex librarum, duodecim ſolidorum, & ſeptem denariorum Flandrenſium vendiderit illuſtri Dominæ Margaretæ Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſæ, & werpiverit, liberè & abſolutè perpetuò poſſidendum; mulier nobilis Maria uxor Domini Caſtellani, in præſentia noſtra & in jure conſtituta, in propria perſona, propter hoc ſpecialiter venditioni & werpitioni hujuſmodi expreſsè conſenſit, & omni juri quod in dicto caſtro, villa, & eorum appendiciis quibuſcumque, ut ſuperius dictum eſt, habebat, vel habere poterat, ratione dotis, ſeu aſſignamenti ſibi facti nomine dotis, vel aliâ aliquâ quacumque de causâ, ad opus dictæ Dominæ Comitiſſæ, & ejus heredibus, & ſucceſſoribus, expreſsè renunciavit, fide, & juramento, voluntate ſpontaneâ, & ſine aliqua inductione, ſuper hoc præſtitis, ab eadem in manu noſtra: promittens quod in dicto Caſtro, villa & eorum appendiciis, ut dictum eſt, venditis, ratione dotis, aut aſſignamenti ſibi facti nomine dotis, nullum jus de cetero reclamabit, nec contra dictam venditionem, & werpitionem veniet inpoſterum, per ſe, vel per alium: recognoſcens ſibi æquivalens aſſignamentum de ſua dote, ſeu eſcambium alibi factum eſſe, à prædicto Caſtellano, marito ſuo. Et in præmiſſis omnibus renunciavit prædicta Maria, uxor dicti Caſtellani, omni juri ſibi competenti, vel quod ſibi competere poſſet inpoſterum, contra præſens inſtrumentum, & ea omnia, & ſingula, quæ in eodem ſunt contenta. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo ſedis Cameracenſis, ad inſtantiam & poſtulationem dictæ Dominæ Mariæ, uxoris dicti Caſtellani, fecimus ſigillari. Datum & actum anno Domini milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo: feriâ ſecundâ ante Nativitatem B. Mariæ Virginis.*

Alteræ hujuſmodi de verbo ad verbum tabulæ exſtant, datæ ab *Officiali Tornacenſi*, eodem anno, *feriâ ſextâ ante exaltationem ſanctæ Crucis.*

Erat autem *Hugo* ille, *Caſtellanus Gandenſis*, filius *Hugonis*, duodecimi *Gandaviæ* gentis *Caſtellani*; quod vel ex temporum ratione conſtat: quum hæc venditio facta ſit anno M. CC L. quo Meyer. an. 1250.
tempore *Hugonem* parentem ejus vitâ functum, ex familiæ archivis liquido apparet, & ſuprà docui. Lib. 3. cap. 3. num. 202.

Memoratur autem ab hujus gentis Dynaſta 32 Ibidem Cœnobium Canonicorum.
olim hic loci conditum Cœnobium Canonicorum Regularium; quod poſtea *Fulgentius Abbas* Analect. Hardui-ni.
Affligemenſis ſuſcepit regendum, tradente Abbate, Canonicis ejus monachis factis. Anſelm. Abbas Chron. an. 1120.
Eam reſignationem eveniſſe audio propter amiſſionem bonorum, ſive inundatione, ſive aliàs. Mutatum 33 Quomodo mutatum.
exinde in Prioratum Ordinis Benedictini, qui etiamnum adhuc viget: deguntque ibidem monachi Abbatiæ Affligemenſis, qui illic ſacra obeunt. Illud *Cœnobium circa annum milleſimum,* 34 Quando conditum.
centeſimum, fundatum Aubertus Miræus ſcribit; Originum cap.
ſed *Abbate ſecundo cum Sodalibus ſuis Inſtitutum* 43. in Auctario
Benedictinum in Affligemio amplectente, univerſa 35 Quando mutatum.
ejus loci prædia Affligemienſibus acceſſiſſe.

Ibidem ipſe Conditor humatus creditur, ejuſ- 36 Conditoris monimentum.
que id monimentum fuiſſe, quod ante ſacra hæc Collectan. Gail-
bella ſpectabatur circa cryptam, ad ſeptentrio- lardi.
nale templi latus. Hunc autem fuiſſe putem *Fol-* 37 De conditore conjectura.
cardum de Gandavo Caſtellanum Gandenſem, cujus

Lib. 3. cap. 3. num. 193.
Archiva familiæ.

jus ſuprà poſt *Lambertum* memini: idque in mentem venit, quod jam inde ab eo ævo, hoc Cœnobium ſtetiſſe ſciam, ex hoc Wenemari Caſtellani diplomate: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego Wenemarus Gandenſis Caſtellanus Eccleſiam apud Bornehem feci libertate donari, ita ut Canonici inibi manentes, duos Presbyteros non de clauſtro; ſed alios officio congruos apud Havekeſdonck, conſtituant, quemadmodum tempore avi mei, imò ab ipſo avo meo Fulcardo, ſub anno confirmatum eſt.* Neque ſuprà hunc, ejus Cœnobii ætatem producendam video; quum ſub ſecundo Abbate tranſlationem factam Miræus aſſerat, anno M. C XX. ut Anſelmus Gemblacenſis notavit: Folcardum autem jam inde ab anno M. LVI. Caſtellanum fuiſſe, ex Chronico D. Bavonis conſtet; aut ſi diplomatum fidem aliquis requirat, anno ſaltem M. LXXII: quo anno Folcardum Caſtellani titulo uſum Blandinii monimenta convincunt.

Vide lib. 3. cap. 3. num. 193.

38 Alterum ibidem monimentum.
Analect. Harduini.

Ejuſdem gentis alterum ibidem ſepulchrum viſitur, cum antiquâ affigie, armatâ loricâ, caſſide, clypeo, in quo familiæ Caſtellanorum ritu (quod *cum eſcarbunculo* armorum Reguli vocant) inſignia, & gladio in manu, cujus mucro ſurſum erectus. Saxo adhuc inſcriptum legitur:

SIGERUS CASTELLANUS.

39 Ejus inſcriptio.
Lib. 3. cap. 3. num. 392.

Gandenſem Caſtellanum fuiſſe nemo dubitet, tum quòd hoc dominium ſtirpis Gandaviæ, tum quòd Gandenſibus Caſtellanis peculiaris ille ſcribendi mos, ut ſuprà dixi.

41 Hæc ditio cui oppignorata.
Meyer. an. 1320.
Et Marchant. Comment. lib. 2. vita Roberti Betunii.
Ibidem.
41 (Veteris libræ Pariſienſis pretium)
42 A quo tempore, & à quibus hereditariè poſſeſſa.
Meyer. an. 1322.
Idem an. 1346.
Analect. Harduini.
Et Marchant. Comment. lib. 1. & 2.
Analect. Harduini.

Aliquantò pòſt dictam emptionem, inter alia etiam hæc ditio oppignorata eſt *Roberto Caſtetano*, Roberti Betunii Flandriæ Comitis ſecundo natu filio, in aſſignatione annui redditus decem millium librarum Pariſienſium antiqui pretii, ſive, quod perinde eſt, undecim millium ducentorum quinquaginta florenorum (valet enim vetus libra Pariſienſis floreno & octava ejus parte) donec illam poſtmodum cum aliis nonnullis in ſolidum accepit à nepote Ludovico (cui fatalis locus clade Gallicâ contra Anglos Creſſiaci agnomen dedit) & ad filiam *Jolanthidem* tranſmiſit; quæ *Henrico* Bari Comiti nupta, in *Barenſem* familiam eam tranſtulit: unde ad gentem *Luxenburgicam* migravit, conjugio unicæ filiæ *Roberti Barenſis*, cum *Ludovico Luxenburgico* S. Paulli Comite, & apud Gallos Equitum Magiſtro. Poſt hunc, *Antonium Luxenburgenſem* hoc Dominio potitum lego, anno M. CCCC. XC.

Analect. Harduini.
Ibidem an. 1527.
Ibidem an. 1531.
Ibidem an. 1564.
Archiv. Teneræmond.
Tabulæ emptionis.
43 Præſens loci Dominus.

Inde paucis pòſt annis invenio *Philippum Clivienſem*, Raveſtanę, *Bornehemi*, Inghenæ, & Wynendalæ Dominum. Poſt hunc *Alphonſus Davalus*, Marchio Vaſti, aurei velleris Eques, hanc ditionem poſſedit. Hunc excepit *Marchioniſſa Piſcara*, cum *Duce Vendomio*; cujus, tabulis anni M. D. LXVI, mentio. His ſucceſſit *Alphonſus Davalus* Arragonenſis Aquinas, Marchio Vaſti & Piſcaræ; à quo ad familiam Colomenſem emptione devenit anno M. D. LXXX: in qua primus eſt *Petrus Coloma*, Bornehemi Baro, Dominus Mariekerke, Bobadillæ, & Ternaſi, qui uxorem habet *Joannam Leſcuyer*, Roberti filiam, vicecomitem Durlani; Bretellæ, Ternaſi, Alenæ: Morienſarti, & Serouxi dominam: quorum poſtrema duo adepta eſt hereditate ampliſſimi viri Franciſci le Vaſſeur in Concilio Status Belgici Regi Catholico à ſecretis, & incliti ordinis aurei velleris Scribæ.

44 Ejus uxor.

45 Idem novi Cœnobii Auctor.
46 Ibidem arx.
Vide num. 6. & 14.
47 In ea turris.
48 De ejus origine.
49 Gygas à Brabone ubi cæſus.
Cap. 8.

Habet autem Bornehemum præter prædictum novum Cœnobium, & veterem quam dixi Abbatiam, quę in Prioratum converſa eſt, vetuſtam arcem: quę à quo condita ſit, ignoratur. Credibile tamen à villanis ſive Gandaviis; quos eâ ditione potitos conſtat à ſexcentis prope annis, ut ſuprà docui: fortè etiam multo antè, Comitum novi Caſtri tempore, de quibus etiam Calkenæ deſcriptione dixi. Intùs in areæ medio turris eſt rotunda, ſupernè plana, ſummâ operis firmitate: hanc ante arcem ſtetiſſe narrant. Incolæ ad Julii Cæſaris ætatem, & antè, ejus originem referunt; eamque ipſam fuiſſe contendunt, quam Gygas ille incoluit à Brabone cæſus: hoc allato aſſertionis ſuæ argumento, quod Brabonem Lovanio Gandavum rectâ viâ iter feciſſe Brabantiæ Annales narrant quando gygantem obvium duello vicit. Viam autem Lovanio Gandavum, non per Antverpiam; ſed hàc ducere. Hæc illi. Tantus eſt amor antiquitatis ut eam quiſque vel à fabulis ſibi aſſerat.

De Bello Gallico lib. 6.
Vide Meyer. ad an. 691.
Comment. lib. 1.
53 Coudenburgi dominium ubi & cujus.
54 Ejus prope dictam arcem duo loca.

Fuit jam olim ea Arx Flandriæ feudum, ut hæc verba *Hugonis Caſtellani* XII. teſtantur. *Et recognoſco* quod Caſtrum meum de Bornhem de ipſo (Comite Flandriæ) in feodum teneo: & quandocumque dictum Caſtrum petierit; illud ei ad uſus, & conſuetudines Flandriæ, ſine aliqua contradictione concedam. Sita eſt autem ad ripam veteris Scaldę ubi id flumen latiſſimum adhuc habet alveum: credas tàmen non Scaldim fuiſſe, ſed è Scaldi derivatum. Id verò flumen quanta à ſe divortia fecerit, nunc compendium perruptione quærens, nunc longo per meandros ambitu ſerpens, non ex priſcis modò riparum aquarumque veſtigiis, hic & alibi conſtat, ſed etiam è litterarum monimentis eſt manifeſtum. Cæſar hoc flumen ſuo tempore in Moſam influxiſſe dicit: quod nunc mirum, niſi accuratiùs diſpicienti in mentem veniret, veterem inter inſulam Tholenſem & Brabantiæ continentem alveum fuiſſe, ante vehementes illas Oceani irruptiones; quibus immenſum ſpatium hìc illic gurges hauſit, effecitque ex continente eas inſulas, quæ nunc Zelandicæ, id eſt maris terræ, nuncupantur. Vliſſingam certè ad annum D. CCCC. LXXX. Flandriæ continentem fuiſſe Marchantius auctor eſt. Sed nimis remota loquor. Dabo hìc quod fidem ſuperet; niſi illam indubitatæ fidei Archiva adſtruant. *Coudenburgi* amplum in Waſia Dominium (quo nunc vir nobilis Chriſtophorus van Etten Henrici filius potitur) habuit aliquando circa prædictam arcem aliquas poſſeſſiones. In iis erant duo loca *Den grooten Weerd*, & *Den kleynen Weerd*: ut docent tabulæ Walteri de Coudenburgh, Walteri filii, anno M. CC.

LIV.

Archiv. D. Bavonis.

LIV. De iis apud Bavonenſes Gandavi hæc exſtant: *Walterus de Coudenburgh, Miles, & Machtildis ejus uxor, & Ægidius Miles, eorum primogenitus, vendiderunt Eccleſiæ S. Bavonis terram, quæ dicitur magnus Weerd & parvus Weerd, cum duabus garbis decimæ dictæ terræ, &*

55 Eorum olim ſitus.

omnibus appendentiis, jacentem inter Tamiſiam, Bornem, Thielrodam, Scaldæ & Durmæ aquâ undique intercluſam: exceptâ piſcariâ extra dicum, & altâ juſticiâ, tam intra, quàm extra dicum. Pro qua terra contulerunt Abbatiæ in feudum duodecim libras annui redditûs, ad S. Bavonis ſolvendas, quamdiu uterque Weerd manſerit non dicatus (id eſt aggere ſeptus.) *Altero verò Weerd dicato, ita quòd Eccleſia fructus percipiet de eodem, ſolvet Eccleſia viginti libras: Et utroque Weerd dicato ad plenum, ita quòd Eccleſia fructus percipiat, & quamdiu remanſerint dicati, ſolvet ipſis Eccleſia annuatim quadraginta libras.* Hæc anno M. CC. XL. Multa hìc notanda; ſed quod admiratione dignum dixi, illud eſt: quòd hæc *terra* dicatur *Scaldæ & Durmæ aquâ undique intercluſa*; quum Durma nullam ejus partem nunc attingat: quæ ſolo Scaldâ ad Occidentem, &

56 Et inde conjectura.

Septemtrionem alluitur. Id autem inde veriſimile: ad illud uſque tempus Scaldam, juxta hanc Arcem veterem tenuiſſe alveum; Durmam verò Temſecam uſque fluxiſſe, & ibi demum ubi nunc catharacta eſt, Scaldi junctum. Ite nunc: & per Moſæ, Rhenique curſus, veteres accolas quærite.

CORONIS

De Viris Illuſtribus hujus Urbis.

NUnc verò, ne eorum obliviſcamur, qui hìc nati, illuſtre aliquod ſuæ dignitatis & eruditionis ſpecimen poſteritati dedêre; ratio monet eos hìc in medium adferre; ut extremam hanc ſcriptionis noſtræ *Coronidem*, nominis ſui ſplendore exornent, & Lector illuſtrium virorum memoriâ recreatus, inſipidi hujus condimenti faſtidium levet. Sunt autem inter plures potiſſimùm hi:

1 Blandinii Jubileum millenarium quando.

Reverendus vir Dominus *Cornelius Columbanus Vranx*, Abbas modò D. Petri, in monte Blandino, juxta Gandavum, variis ſcriptis & pietate notus: qui nuper cum decimo ſui Cœnobii ſęculo expleto, decimum Sacerdotii ſui luſtrum celebravit, & auſpicatò undecimum vegetus adhuc, valenſque iniit anno M. D. C. X.

2 Ægidius Boele quotus Abbas D. Bavonis.

Ægidius Boele. Hunc mihi ſuggeſſit vir optimus & doctiſſimus, Simon Kerckhovius Cathedralis Eccleſiæ Gandavi Paſtor, deſcriptis ex D. Bavonis bibliotheca his verbis: *Ægidius Boele Teneræmondanus Abbas Monaſterii Gandenſis, qui & Epiſcopus Roſenſis erat, obiit Cal. Maii anno* M. D. XVII. Fuit hic Abbas LIX, ut didici ex ſerie Abbatum ejus Cœnobii, in Analectis Dionyſii Harduini apud amicum meum, Juſtum Harduinum nepotem. Unde inſuper hęc deſcripſi: *Ægidius Boele à Teneræmonda Abbas Bavonis LIX, conſecratus eſt Antverpiæ in Eccleſia S. Michaëlis, à Domino Suffraganeo Cameracenſi.* Et iterùm: *Anno* M. D. VII, *in feſto Decollationis S. Joannis fuit conſecratus in Abbatem Reverendus in Chriſto Pater D. Ægidius: qui loca plurima antiquitate collapſa in melius reſtauravit; videlicet cryptam in S. Bavone, & domum* 3 Ejus ſtructuræ.
Abbatialem extra civitatem in Loo-Chriſti, & alia loca plura: qui obiit anno M. D. XVII, *feriâ tertiâ Paſcatis, circa horam ſextam: qui etiam auro decoravit pheretrum D. Bavonis, & S. Macharii argento, & alia plura.* 4 Tempus mortis.
Ibidem vocatur: *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Roſenſis, Abbas inſignis Monaſterii S. Bavonis, juxta Gandavum.* Fuerat antè Sacellanus Raphaëlis de Marcadellis, Philippi Burgundiæ Ducis nothi, Epiſcopi Roſenſis (alibi legi Loſienſis) & Abbatis D. Bavonis, qui vivus utramque dignitatem 5 Raphael de Marcadellis quis. Analect. Harduini. Ibidem.
abdicans, in hunc contulit, conſpectâ Viri virtute, & prudentiâ. Ceterùm quod ad Epiſcopatum illum Roſenſem attinet, is titulus tantùm erat, non functio: niſi quod ordines conferebant: quod Philippi Pulchri Caſtellæ Regis, & Belgarum Principis conſilio Raphaëlem feciſſe reperi, Inſulis, Gandavi & in Cœnobio D. Bavonis.

6 Joannis Teneræmondani Scripta. Marchant. Comment. lib. 1. ubi de Teneræmonda.

Joannes Teneræmondanus Carthuſianus Theologus, variis lucubrationibus clarus, ex quibus exſtant: De notitia Dei, De natura, lapſu, reparatione hominis, De fide Chriſtiana.

Analect. Harduini.

Dominicus Cacaert Juris utriuſque Doctor: qui ſcripſit de materia legatorum. Obiit & conditus eſt Lovanii, ubi in lamina ærea inſcriptio eſt talis:

7 Dominici Cacaert monimentum. Ibidem.

Hìc jacet ſepultus M. Dominicus Cacaert, à Teneræmonda, utriuſque Juris Doctor præſtantiſſimus, vir juſtus, ac pius, qui poſtquam Sacros Canones plurimis annis primus ordinarius ingenuè prælegiſſet, obiit anno M. D. XLVIII. IX. *Junii.*

Hìc requieſcit honeſta domicella Diſna vanden Wyngaert, Conjux quondam integerrimi viri Magiſtri Dominici Cacaert, Juris utriuſque Doctoris: quæ obiit M. D. LXX. XXVIII. *Januarii.*

Belgicar. Antiquitatum lib. 1.

Roſiana Coleners, Poëtria, Annæ Bincianæ æqualis; cui & nota, & amica fuit: quam Marcus Vaernewyck publicis ſuis monimentis commendavit. Hęc licet illiterata, imò analphabeta, non tamen amuſa fuit: ſuperſunt enim in Sodalitate Roſiana, in qua nomen dederat, Flandrica ejus Poëmata, quæ etiam in meliore ſexu laudem mereantur. Obiit circa annum M. D. LX. tumulata hìc ad D. Virginis. 8 In muliere mirandum.

Aubert. Miræus in Elogiis.

Joannes Livineus Lævini Torrentii, magni illius Præſulis Antverpiani ex ſorore Clara nepos, Græcorum Patrum ſedulus interpres: è cujus

jus ſtudii medio curſu, præpropera virum mors
9 Joannis Livinei opera. rapuit. Opera ejus edita ſunt hæc: *Niſſenus*, & *Chryſoſtomus de Virginitate*, *Theodori Studitæ Catecheſes Scholiis illuſtrata*, & *Notæ in duodecim Panegyriſtas*. Inſuper apud heredes aſſervantur *Joannis Chryſoſtomi Epiſtola*, *Andronici Imperatoris diſputatio*, *Euripidis Tragœdia*, *Athenæus Dyphnoſophiſta*, atque alia multa, quæ ſummâ curâ Latio donavit. Meditabatur omnia *Niſſeni* in lucem dare; ſed nondum ſenem mors occupavit. Ejus inſcriptio Epitaphica ad D. Virginis Antverpiæ (ubi Canonicus fuit) eſt hæc:

DEO OPT. MAX.

10 Epitaphium. JOANNES LIVINEUS GANDENSIS
LÆVINI TORRENTII ANTVERP. EPISCOPI
EX SORORE NEPOS,
CANONICUS, ET CANTOR HUJUS ECCLESIÆ:
QUI UT GENERE, ET ERUDITIONE,
SIC ET TUMULO PROXIMUS AVUNCULO,
HIC QUIESCIT.
A GRÆCIS PATRIBUS ILLUSTRANDIS,
IN QUA LINGUA VALDE EXCELLUIT,
E MEDIO CURSU ABREPTUS,
ÆTAT. LII. CHRISTI ANNO M. D. XCIX.
IDIBUS JANUARII.

Hoc in Epitaphio *Gandenſis* dicitur; quia eâ urbe & oriundus fuit, & ab ipſis uſque incunabulis educatus; attamen Teneræmondæ natum, ex ejus apud Miræum vitâ, & aliunde conſtat.

Jacobus van Loughenhaghe Pater Cœnobli Brigittani Teneræmondæ. Hic anno M. D. C. Jubilæum ſui Sacerdotii celebravit.

Vixit diu in viridi ſenecta: donec acutiſſimis podagræ doloribus infeſtatum, tandem mors,
11 Jacobi van Loughenhaghe Scripta. dum hæc commentamur, terris abſtulit, cœlo aſſeruit. Edidit *Commentarios in Sacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundùm Lucam*, & *in Epiſtolam D. Jacobi.*

Petrus vanden Wiele vulgo *de Rota*, cæcus, 12 De Petro vanden Wiele notandum.
& claudus ab origine; ſed ingenio corporis vitia compenſante, inter doctiſſimos olim Lovanienſis Academiæ celebratus. Obiit hìc in Hoſpitali D. Blaſii anno M. D. XXII. Obituarium Eccleſiæ Teneræmond.

Oliverius, & *Anſelmus Nieulandi*, geminum patriæ, & Patriciæ ſuæ familiæ ornamentum; Marchant Comment. lib. 1. uterque Juriſprudentiæ laude inſignis: quorum hic variis in Republica muneribus perfunctus, tandem deceſſit Procurator Regius, in Concilio Flandriæ, condituſque eſt Gandavi ad D. Jacobi. Ille verò, cujus etiam multa exſtant hìc illìc in Rempublicam merita, præter juris cognitionem, omni humanitate, & variâ eruditione claret.

Antonius Schoormannus: qui ob ingenii ſolertiam, & in agendo dexteritatem, per varios dignitatum gradus, tandem in Concilium Parlamenti adſcendit, non ita ſtaturus felicitatis ſuæ metam; niſi illum in viridi Senecta mors occupaſſet. De quo quidem viro, cùm, qui vivum non tulerant, mortuum laudarent (ut tum demum judicia vera ſunt, cùm nec ſpes, nec metus cogit) hominem doctum exclamare memini Horatianum illud:

Virtutem incolumem odimus, Horat. Ode 14. lib. 3.
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

OPERIS EPILOGUS.

HÆc ea ſunt, quæ de amato mihi oppido Poſteritati viſum conſecrare: ſi quid uſpiam ceſpitavi, in tanta temporum caligine, & ſcriptorum inopia; paratam mihi Lectoris veniam ſcio, aut certè opto. Hoc unum profiteor, quod antè præſtare addixi: eâ accuratione me uſum, quâ potui, eâ fide, quâ debui. Si quis meliora;

Candidus imperti, vel partis utere mecum.

FINIS.

EPI-

EPITOME,

SIVE

Rerum quæ hoc Opere diſſeruntur

INDEX

Per Libros, Capita, & Numeros diſtinctus.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

1 F*Landriæ* diviſio.
2 *Teneramonda Flandria Proprietaria.*
3 Ejus priſcum nomen.
4 *Teneramondæ* etymon.

CAPUT II.

1 Urbis initium quod.
2 Arx an ab *Advaticis*,
3 ejus aliunde origo quæſita,
4 ejus ſitus,
5 quando adhuc ſteterit,
6 quando prolapſa,
7 Ibidem officina Monetaria.
8 Curia Feudalis,
9 quæ Dominia complectatur.
10 Gandavi feuda huic Curiæ obnoxia.
11 Hujus Curiæ Privilegium I.
12 Privilegium II.
13 Privilegium III.
14 ſuper hoc Concilii Flandriæ contentio,
15 eam quis repreſſerit.
16 Privilegium IV.
17 qualis in feuda ſucceſſio;
18 trans Scaldim:
19 cis Scaldim:
20 quæ extra Territorium.
21 Collis in Arce unde.

CAPUT III.

1 Urbis initium quale,
2 de eo conjectura.
3 Hoſpitale S. Ægidii olim ubi.
4 Urbs quando mœnita.
5 A quo prolatum pomœrium.
6 Muri quando partim demoliti.
7 Arcuatum opus à quo.
8 Quid dilatatione acceſſerit.
9 Urbis flumina,
10 rivi,
11 aër,
12 pontes,
13 pons Scaldenſis ſubitus,
14 ripæ,
15 fora,
16 phalæ,
17 Curia,
18 macellum,
19 mercatus hebdomadalis,
20 ejus privilegium,
21 nundinatio annua,
22 quando olim,
23 cur tranſlata,
24 ejus privilegium,
25 qui hujus expertes.
26 Urbis Portæ,
27 Lapidea quando ſtructa.
28 Molæ aquaticæ,
29 ventilares.
30 Gymnaſium.
31 Nova Arx.
32 Ædes privatæ.
33 Aula Viglii.

CAPUT IV.

1 *Teneramondæ* ſitus,
2 quo ſolo,
3 vicinæ urbes,
4 ejus qualitas.
5 Sententiæ argumentum,
6 numquam controverſum:
7 ne à capitali hoſte.
8 *Domini* quale Imperium.
9 Non eſt Flandriæ feudum.
10 contra id tabulæ,
11 qua ratione datę,conjectura.
12 conjecturæ ratio,
13 altera conjectura,
14 ejus ratio,
15 à pari,
16 Tabulæ argumento rejectæ,
17 & tabulis,
18 contra has argumentum rejectum,
19 aliis tabulis,
20 & evidenti argumento.
21 *Teneramonda* cur à Creſſiaco mulctata.
22 de mulcta idonei ſcriptoris judicium.
23 *Teneramonda* in quibus concilio Flandriæ obnoxia;
24 in quibus non.
25 *Comitis Flandriæ* à quo tempore,& quæ hic poteſtas.
26 Exempla.
27 Priſcorum *Dominorum* quale hic Imperium.
28 Supremi Imperii nota I.
29 ſecunda,
30 tertia,
31 quarta,
32 ultimum Reſortum quanti ſit.
33 *Teneramondenſes* habuiſſe, argumentum unum:
34 alterum:
35 tertium,
36 partim ſublatum;
37 partim non.
38 Judicum Feudalium dignitas.
39 Supremi Imperii nota V.
40 ſexta,
41 ſeptima.
42 *Teneramondam* à Deo teneri.
43 Cur priſci *Domini* Flandriæ ſe rebus miſcuerint; non Brabantiæ.
44 *Teneramonda* cur *Flandria proprietaria:*
45 & à quo tempore.
46 Quis *Comitum* primus *Teneramondæ* Dominus.

CAPUT V.

1 *Teneramondam* Brabantici fuiſſe juris argumentum I.
2 ſecundum,
3 tertium,
4 quartum,
5 quintum.
6 Reſponſio ad I.
7 Brabanti donationem eſſe fictam: ſive quoad dominium utile,
8 ſive quoad directum.
9 Hujus ratio una ab hiſtoria,
10 altera,
11 tertia,
12 quarta.
13 Brabanti an de utili; an de directo

directo Dominio agant.
14 Hiſtorica eorum narratio.
15 Quis præiverit.
16 De utili illos agere, argumentum.
17 Divæi error.
18 Anonymi narratio.
19 Dintherus cur hìc taceat.
20 Hæc fabula penitus exploſa.
21 Reſponſio ad II.
22 allegatum eſſe falſum.
23 Reſponſio ad III.
24 Conſuetudo conceditur, Brabantia fuiſſe negatur.
25 Ratio.
26 Conſuetudo explicata,
27 quando recepta,
28 quâ causâ.
29 Cur *Antverpiam* itum.
30 *Roberti Teneramondæ* domini lex.
31 Inde objectio.
32 Ejus ſolutio.
33 De ejus conſuetudinis origine, conjecturæ.
34 Ea firmata.
35 An ea conſuetudo ſublata.
36 Iterum argumenti nervoſa rejectio.
37 Reſponſio ad IV.
38 *Auſtriæ* & *Lovanii* eadem inſignia.
39 Item *Teneramondæ*, & *Betuniæ*,
40 Reſponſio ad V.
41 Argumentum an verum.
42 Negativæ ratio I.
43 altera à præpoſtero.
44 Controverſiæ conciliatio.
45 *Teneramonda* quomodo olim *Brabantia*.
46 *Brabantiam* nunc quàm olim anguſtiorem.
47 *Teneramonda* olim *Lotharingia*.
48 Eadem numquam *Ducatus Brabantici*.
49 De *Lotharicio*, & *Brabantiæ* nomine diſſertatio nova.
50 *Lotharicii* ruinæ ubi.
51 De *Eenham* ſuſpicio,
52 ea confirmata.
53 *Eenham* olim quid,
54 quid nunc,
55 olim portu nobile,
56 Caſtro,
57 mercatu,
58 Monaſteriis.
59 Caſtrum à quo everſum.
60 Ibidem Cœnobium à quo.
61 *Eenhamæ* dominus quis.
62 *Brabantiæ* nomen unde.
63 *Brachantum* & *Brabantum* ſynonima.
64 Divæi error.
65 *Brachantum* & *Brabantum* ſynonyma eſſe probatur.
66 *Brachantum* pro *Brabanto*.
67 *Brabantum* pro *Brachanto*.
68 Hodiernam *Brabantiam* extra veterem eſſe.
69 Illi rei lux.
70 *Brabantiæ* nomen non eſſe à *Bratuſpantibus*.
71 *Eenhamæ* præſens dominus,
71 Cœnobium reſtituit.
73 *Lotharicium* Brabanti fruſtrà quęſiverunt.

CAPUT VI.

1 Superioris capitis comprehenſio.
2 *Magryptius* an *Teneramondæ* Dominus.
3 *Haimo Teneramondæ Comes.*
4 *Hugo de Tenremonde.*
5 *Alardus de Tenremonde.*
6 *Bernerus de Tenremonde.*
7 *Daniel de Tenremonde.*
8 *Adelwidis Teneramondæ* domina,
9 ejus maritus,
10 *Advocatus D. Bavonis*, conjecturâ.
11 Conjecturæ ratio una,
12 altera,
13 tertia.
14 *Ringoti* mors.
15 Quid monimento inſculptum, & inſcriptum.
16 *Teneramondam Adelwidi* dotalem, unde conſtet.
17 *Ringoti* recens epitaphium
18 *Daniel Teneramondæ* domin.
19 ultus cædem *Caroli Boni*.
20 *Gulielmum Iprenſem* cepit.
21 Illi *Flandriâ Alſatios* debet.
22 Ejus elogium,
23 liberi.
24 *Walterus Teneramondæ* Dominus.
25 ejus inſcriptio.
26 fratres.
27 *Theodericus de Tenremonde*.
28 ejus mater.
29 *Walteri* altera inſcriptio.
30 *Walterus II. Teneramondæ* Dominus.
31 ejus inſcriptio,
32 & conjux,
33 hujus diploma,
34 quando datum, conjecturâ.
35 ſecundam illi fuiſſe conjugem, conjectura.
36 *Machtildis* quæ inter teſtes, quæ ſit.
37 *Daniel* ibidem, quis;
38 & *Theodericus*.
39 Aliud ibidem ſingulare.
40 *Machtildis* domina.
41 à quo tempore,
42 ejus maritus,
43 cujus filius,
44 hujus fratres.
45 *Teneramonda*, & *Betunia* quando junctæ.
46 *Betuniæ* inſignia unde.
47 *Teneramondæ* & *Betuniæ* inſignia.
48 De *Faſcia* Goropii diſſertatio.
49 De *Advocati* notione annotatio.
50 *Advocati Atrebatenſes* an *Atrebati* Domini.
51 *Arteſia* quando à *Flandria* avulſa,
52 quando in Comitatum erecta,
53 quomodo ad Flandros redierit.
54 *Advocati Atrebatenſes* quales fuerint.
55 *Gulielmi* & *Machtildis* diploma Blandinienſe.
56 De antiquitate *Blandinienſis* Cœnobii, & *Bavonenſis*, controverſia.
57 ſuper eâ noſtra deciſio.
58 *Gulielmi* mors,
59 & liberi.
60 Meyeri error.
61 *Daniel Betuniæ* Dominus,
62 ejus uxor,
63 mors.
64 *Gulielmus Molenbecæ* Dominus.
65 ejus uxor,
66 liberi,
67 & nepotes.
68 *Joannes Gulielmi* filius.
69 *Machtildis Gul.* filia,
70 ejus maritus,
71 geſta mariti,
72 liberi,
73 nepotes,
74 pronepos,
75 ejuſque poſteri.
76 *Margareta de Teneremonde*.
77 Altera ejuſdem ſoror, cui nupta.
78 ejus filius,
79 nepos,
80 pronepos.
81 ejuſque filius.
82 *Inghelrammus de Tenremonde*
83 *Machtildis* dominæ obitus.
84 *Robertus Teneramondæ* Dominus.
85 ejus probata in *Ferdinandum Fland.* Comitem fides,

86 & varia geſta,
87 ejus prior inſcriptio,
88 item altera,
89 leges huic oppido dedit,
90 urbem auxit,
91 Ejus pietas.
92 Cœnobio *Troncinienſi* quid contulerit.
93 ejus occaſione oſtenſus in hiſtoria de *Iwano Aloſtenſi* error unus:
94 & alter, de ſucceſſione *Comitatus Aloſtenſis.*
95 *Roberti* obitus.
96 uxor,
97 liberi.
98 *Machtildis* Domina,
99 (Guicciardini error)
100 ejus maritus,
101 nuptiæ ubi, & quando,
102 mors,
103 de tempore diſquiſitio.
104 ubi humata.
105 Meyeri error.
106 *Guidonis* Epitaphium.
107 *Machtildis* Epitaphium,
108 liberi,
109 (Meyeri error.)
110 *Balduinus*,
111 *Joannes*,
112 *Philippus*,
113 uxor ejus,
114 illius in patriam amor,
115 virtus militaris,
116 obitus.
117 *Margareta.*
118 *Maria.*
119 *Beatrix.*
120 *Joanna.*
121 *Machtildis.*
122 *Robertus* Dominus,
123 ejus uxor,
124 inſcriptio,
125 de *Manfredo* triumphus.
126 Idem poſt Comes Flandriæ.
127 *Gulielmus* Dominus:
128 ejus uxor.
129 Idem inter quos arbiter,
130 ejus captivitas,
131 cum fratre controverſia
132 inſcriptio,
133 obitus,
134 liberi, & nepotes.
135 *Gulielmus III. Dominus*,
136 ejus uxor.
137 Idem Brugarum Præfectus,
138 (Meyeri error)
139 Patris controverſiam finiit,
140 ejus mors.
141 *Joannes* Dominus,
142 ejus inſcriptio,
143 & mors.
144 *Maria Teneremonda* Domina,
145 ejus maritus,
146 de ea error,
147 eadem quando adhuc ſuperſtes.
148 Philippus Galliæ Rex Teneræmondæ Dominus.
149 *Ludovicus Maleanus* Flandriæ Comes *Teneremondæ* Dominus quomodo.
150 Alia rei occaſio,
151 utra cauſa verior.
152 *Maleanus* quando demum utilis dominus.
153 Conciliatio pugnantium auctorum.
154 Dintheri, alia mens, alia verba,
155 ejus rei illuſtratio.
156 *Mechlinia Creſſiaci*, pretio.
157 Inde controverſia,
158 & bellum,
159 quis dein ſequeſter,
160 quæ inter partes conventio.
161 *Flander* totâ cedit,
162 qua lege,
163 ceſſio cur irrita,
164 à *Maleano* iterata, certâ compenſatione,
165 ea quæ fuerit.
166 Dintheri interpretatio.
167 An à Rege compenſatio.
168 Negativæ ratio una,
169 & altera.
170 Conjectura veriſimilis.
171 *Maleanus* gratis non ceſſit:
172 neque virium inopiâ:
173 quod occupata Brabantia teſtatur,
174 & leges pacis,
175 neque nuptiarum gratiâ:
176 neque metu Regis:
177 ſed compenſatione *Teneræmondæ.*
178 Hæc *Flandriæ Proprietaria*, cur.
179 Qui poſt *Maleanum Teneræmondæ* Domini.
180 Comites Flandriæ *Teneræmondæ*, titulo uſos, exempla.
181 *Margareta Maleana* Domina,
182 ejus maritus.
183 *Brabantis* quid promiſerit.
184 *Joannes Burgundio* Dominus
185 *Philippus Burgundus*, Dominus.
186 *Carolus Audax Teneræmondæ* Dominus.
187 *Teneræmondæ* quando ſeceſſum habuerit.
188 *Maria Burgunda Teneræmondæ* Domina.
189 *Margareta Eboracenſis Teneræmondæ* uſufructuaria.
190 Civis *Teneræmondani* egregium facinus.
191 *Philippus Auſtriacus Teneræmondæ* Dominus.
192 *Carolus V. Cæſar*, *Teneræmondæ* Dominus.
193 *Philippus II. Auſtriacus Teneræmondæ* Dominus.
194 Isabella Clara Eugenia *Teneræmondæ* Domina,
195 Alberti *Auſtriæ Archiducis conjux*,
196 ex *Hiſpania cum Archiduce* ſolvit,
197 in *Belgicam* dotalem venit,
198 *Teneræmondam* viſit,
199 quem hic affectum oſtenderit.
200 His Principibus *Belgica* quid debeat.
201 Nuncupatum *Archiduci* elogium.
202 In illud noſtrum Epigramma.

CAPUT VII.

1 *Guidonis* Fland. Comitis ingenium & fortuna.
2 Quâ re *Gallum* offenderit.
3 In carcerem conjicitur,
4 liberatur,
5 Filia obſes,
6 & fruſtra repetita.
7 Bellum Regi indicit,
8 à confœderatis deſertus,
9 Regi ſeſe dedit, certâ lege.
10 Eâ fruſtratus, in carcerem mittitur.
11 *Flandria* fiſco addicta.
12 *Teneramonda* occupata.
13 *Teneræmondæ* arx,
14 difficulter recepta,
15 quare.
16 *Godefridus Vurſonius* quis,
17 *Philippi Flandrenſis* in patriam amor,
18 fiduciam ſuis addit,
19 hoſti metum,
20 inducias paciſcitur,
21 quare,
22 Gallos acie fundit.
23 Regis in prœlio periculum.
24 Quid hoc bello conſiderandum.
25 Tota *Flandria* ſub Imperio trium urbium.
26 *Teneræmonda* Gandenſibus tributa.

27 novæ eorum leges.
28 *Teneræmonda* Gandenſibus ſe ſubducit.
29 *Comes*, & *Amboſius* præſidio veniunt.
30 *Gandenſes* huc convolant.
31 Illi fugiunt,
32. urbs viriliter defenſa,
33 tandem dedita.
34 Dati obſides.
35 Alia belli ratio.
36 *Maleani* faſtus,
37 exactiones,
38 repulſa,
39 irritamenta belli,
40 belli fax quis,
41 (Froſſardi error)
42 ejus cauſa,
43 factum.
44 Quot millia hoc bello cæſa.
45 Quæ urbes Principi fidæ.
46 Comes *Teneræmondæ.*
47 Gandenſes *Teneræmondam* oppugnant,
48 fruſtra.
49 Qui hic fortiſſimi.
50 Pax,
51 novi belli cauſa,
52 culpa *Nobilium*;
53 *Prunelli* textoris;
54 & *Comitis.*
55 Teneræmonda tentata.
56 *Gandenſium* clades,
57 Teneræmonda obſeſſa;
58 ſumma vi oppugnata,
59 dedita,
60 Pace reſtituta,
61 tertium obſeſſa.
62 Pugna Teneræmondana,
63 obſidio ſoluta,
64 aliis urbs occupata;
65 non tamen Arx.
66 Namurceſi cædes.
67 Pax rurſum.
68 Iterum bellum.
69 Teneræmonda tentata.
70 *Gandenſis* ager vaſtatur.
71 Agri *Teneræmondani* incendia,
72 Redditæ *Gandenſibus* vices.
73 *Teneræmonda* obſeſſa.
74 Sarcaſmos,
75 Obſidio ſoluta.
76 Nobilis Angli cædes.
77 *Philippus Audax* bellum continuat.
78 Is cur *Audax* dictus.
79 *Teneræmondanæ* naves,
80 quò miſſæ,
81 quo fructu.
82 Sub *Philippo Bono*,
83 *Caleti* obſidio,
84 quâ cauſâ.
85 *Gandenſes* & *Brugenſes* obſidionem deſerunt,
86 quâ cauſâ,
87 altera;
88 tertia,
89 quæ cauſa belli *Gandenſis*,
90 *Philippi* diſſimulatio.
91 *Brugenſes* ulciſcitur.
92 *Gandavo* Curiam Concilii transfert.
93 Tributa indicit.
94 *Gandenſes Gaveram* occupant.
95 *Philippus Teneræmondam* venit,
96 (mora belli periculoſa)
97 ſubito ponte Scaldim ſternit,
98 propugnaculo munit.
99 *Gandenſium* clades;
100 eorum victoria;
101 funeſta victoria.
102 *Jacobi Lalani* virtus.
103 Laudanda Principis humanitas.
104 vetus conſuetudo.
105 De *Lalano* plura.
106 *Gandenſium* clades,
107 Legati Galliæ Regis *Teneræmondæ*,
108 eorum operâ induciæ.
109 Princeps abit *Bruxellas.*
110 quis huic oppido Præfectus
111 *Gandenſium* occupando Scaldis propugnaculo,
112 ferox adventus;
113 oppugnatio;
114 repulſa,
115 ad *Gaveram* clades.
116 Pacis leges,
117 quid in iis de *Tenremonda.*
118 Cauſa belli Flandrici, ſub *Maxemyliano.*
119 Diſcordiæ ſopiendæ *Teneræmondæ* conventus,
120 nullo fructu.
121 *Maxemyliani* ſtratagema;
122 quo hæc urbs capta.
123 Unius cædes,
124 & cujus.
125 Principis prudentiâ,
126 itum ab armis.
127 (Heuteri error)
128 quis huic opido Præfectus;
129 ejus hic memoria.
130 *Gandenſium* adventus,
131 quo conſilio,
132 belli exitus quis.
133 *Philippus*, junior Princeps *Teneræmondam* deductus.
134 Nuperrimo bello ærumnoſa huic urbi neceſſitas.
135 Aliquot Procerum hic conventus,
136 quâ cauſâ,
137 quæ dictæ ſententiæ,
138 cur in nullam itum.
139 Teneræmonda clam occupata,
140 ea cauſa direptionis *Mechliniæ*,
141 quando ab occupatoribus deſerta.
142 *Teneræmondenſium* ad Albanum Legati.
143. *Mondragonius* ſuos huc mittit.
144 Civium reſponſio,
145 militum admiſſio.
146 Poſtulata rata,
147 urbs direpta.
148 Legatorum reditus,
149 ablatorum reſtitutio,
150 (error Eman. de Meter.)
151 Hiſpanicum præſidium.
152 Germanicum præſidium.
153 Reipub. nova adminiſtratio.
154 Regii militis inſolentia.
155 Ordines de *Teneræmonda* ſoliciti,
156 cum Præſidiariis paciſcuntur,
157 invito Chiliarchâ.
158 *Bloſii* Prætoris prudens diſſimulatio;
159 conſilium.
160 *Franciſcus vanden Kethulle* dat Ordinibus operam,
161 fit Prætor *Teneræmondenſis.*
162 Hæretici cujuſdam intemperies,
163 vitæ periculum.
164 *Teneræmondæ* domus cujuſdam incendium.
165 Temerarii per tenebras reſponſum.
166 Templa & Sacerdotum ædes direptæ.
167 *Petri Dauwere* Sacerdotis cædes,
168 ejus auctor.
169 *Auriacus Brabantiæ* Præfectus.
170 *Matthias Archidux* evocatur,
171 quo conſilio,
172 aliorum eâ de re ſuſpicio.
173 *Auriaci* cautela.
174 *Franciſcus Valeſius*,
175 lectus Princeps,
176 ejus conſilium.
177 *Teneræmondæ* præſidium.
178 Gallicæ cohortes immiſſæ,
179 ceteros pellunt,
180 urbem occupant,
181 ſub dio agunt.

182 Gallorum *Antverpiæ* clades.
183 *Valeſius Teneramondam* cogitat.
184 In via clades.
185 *Teneramondam* venit.
186 Cum Ordinibus paciſcitur.
187 Pacti leges.
188 *Teneramondâ* cedit,
189 & *Belgicâ*.
190 *Teneramonda* rurſus penes Ordines.
191 Eorum de hac urbe conſilium,
192 de exauthorando *Ryhovio*,
193 detectum,
194 & impeditum.
195 Scaldis Wetteræ aggere frænatus.
196 Cauſa colloquii.
197 Obſides.
198 *Embieſii* hoſpites;
199 ejus machinatio,
200 impedita,
201 eam morte luit,
202 non ſolus.
203 *Teneramonda* præſidio firmata,
204 à *Parmenſi* obſeſſa,
205 à Prætore deſerta,
206 derivato Tenerâ,
207 bis oppugnata,
208 tandem dedita,
209 ejus deditionis *Romæ* memoria.
210 Præſidiarii dimiſſi.
211 (Eman. de Meteren errores)
212 Miniſter ſtangulatus.
213 Civium in fidem Catholicam, & Principem ſtudium,
214 de Civium fide *Caroli* V. teſtimonium,
215 de eâdem Epigramma.

CAPUT VIII.

1 Confirmatio legum, & conſuetudinum.
2 Confirmatio privilegiorum Textoriæ;
3 de jure Aſyli,
4 de immunitate ab areſtis,
5 de Telonio Antverpienſi,
6 de muniis publicis.
7 Iterum de telonio,
8 nundinæ anniverſariæ,
9 earum tranſlatio,
10 de danda Civitate,
11 de evocationibus,
12 de aſſiſiis,
13 de purgatione foſſarum,
14 de reſidentia Canonicorum,
15 de Judicio feudali,
16 de cudendo numos,
17 de coctione cereviſiæ,
18 de exoneratione cereviſiæ,
19 de optimo cathallo.
20 *Teneramondam* non eſſe Comitatus Flandriæ,
21 de Sodalitate *D. Georgii*,
22 de venditione feudorum,
23 de Carcere civis.
24 Immunitas à fiſco,
25 de novandis magiſtratibus.
26 Forum hebdomadale,
27 de non areſtandis qui annonam adferunt.
28 De ædibus Mortuariis.
29 De Sodalitate *D. Andreæ*,
30 De excubiis nundinarum.
31 De tranſmittendis litibus in ſcriptis.
32 De monopoliis,
33 de exoneratione mercium.
34 De judice civili.
35 Juriſdictio in hos cives Gandenſibus erepta.
36 De munitione oppidi.
37 De Sodalitate *D. Sebaſtiani*.

CAPUT IX.

1 Quæ hîc ſumma dignitas.
2 *Prætoris* munus.
3 *Prætorum* ab anno 1364. ad hoc ævum ſeries.
4 Controverſia ſedata inter *Gruythuſios*, & *Boninos*.
5 *Philippus Maſminius Teneramondæ* obſeſſus,
6 ejus uxor,
7 utriuſque in Obituario Teneremondæ memoria,
8 & Epitaphium.
9 *Joannes Uyterzwaene cujus filius*,
10 maritus,
11 parens,
12 avus.
13 *Simonis Rym* Patruus.
14 Furore civili ſupplicio affectus.
15 *Symonis Rym* duellum.
16 *Joannis van Zickele* apud Meyerum elogium.
17 *Simonis Rym* obitus,
18 & monimentum.
19 Gens *Rymia* unde,
20 unde illis Symbolum *Byſtervelt*.
21 *Rymiorum* Gandavi vicus,
22 & ædes gentiles.
23 Gentis *Steenlandiæ* privatum bellum,
24 gentis nomen unde.
25 *Joannis van Hamayde uxor*,
26 liberi,
27 ſepulchrum,
28 familiæ nobilitas.
29 *Guidonis Ghiſtellani* uxor,
30 altera.
31 *Ghiſtellanæ* gentis nomen unde.
32 *Fulconis Utenhovii* commendatio,
33 & Epitaphium.
34 Gentis *Utenhoviæ* antiquitas.
35 *Joannis de Prooſt* pater,
36 uxor,
37 obitus.
38 *Henrici vander Eycken* uxor,
39 liberi,
40 monimentum.
41 *Jacobi Donche* obitus, & ſepulchrum.
42 *Joannis Contreau* uxor,
43 & gentes conſanguineæ.
44 *Oliverii van Royen* obitus, & uxores.
45 Gentis *de Bette* origo,
46 auctoritas,
47 domicilium Gandavi,
48 huic genti *Flandria* quid debeat.
49 *Jacobus de la Trouillere* ubi conditus.
50 *Franciſci Pottelsbergii* pater,
51 uxor,
52 ſepulchrum.
53 Gentis *de Montmorancy* antiqua nobilitas,
54 & priſca inſignia.
55 Gentis *de Baenſt* antiquitates, & origo.
56 *Ludovicus de Blois* Treloni Dominus, quare captus,
57 & præturâ privatus.
58 *Amptmanni* munus,
59 cujus olim gentis.
60 *Decanus Hallæ*.
61 *Senatores* à quibus eligantur.
62 Senatus *Aſſeſſor* Juriſconſ.
63 & *Actuarius*,
64 *Senatorum* munus,
65 quæſtor.
66 Magiſter Fabricæ.
67 Priſca vini pretium ſtatuendi conſuetudo:
68 condendi decreta:
69 Civitatem dandi:
70 cauſas civium cognoſcendi:
71 eas & cives reos ex alieno Tribunali & carcere evocandi:
72 Controverſias judicandi: id unde.
73 Sanctiones *Roberti*,
74 *Teneramondæ* Domini,
75 de vulnere,
76 de citatione,

77 de

77 de aſſultu ædium,
78 de iis qui aſſultui præſentes,
79 de eo qui aliquem armis fugaverit,
80 de eo qui vim vi depellens lædit.
81 De cæde exulis,
82 de rapina,
83 de conciliatione exulis,
84 de eo qui hoſpitio accipiet exulem.
85 De forefactis inter extraneos,
86 De eo qui fuſte percuſſerit.
87 De eo qui pugno, palmâ, &c.
88 De eo qui alium per terram traxerit,
89 de convitiis,
90 de treguis, ſive pace;
91 de pugnis civium,
92 de eo qui pacem tenuit,
93 de eo qui Scabini teſtimonio vel ſententiæ dedixerit,
94 de eo qui Scabino vim inferet,
95 de vi feminæ illata,
96 de homicidio lex talionis,
97 de geſtando gladio in urbe,
98 de eodem,
99 de banno panis, vini, &c.
100 de judicanda lite Actore peregrino,
101 de falſo teſtimonio,
102 de Scabino falſi convicto,
103 de actione in Scabinum,
104 de nova lege.
105 Civis immunitas.
106 *Judex Civilis* quis.

CAPUT X.

1 Populi hujus indoles,
2 mores,
3 ſermo.
4 Cur hìc nihil de nobilibus familiis.
5 De *Nobilitate* diſſertatio,
6 Quid proprium Sapienti.
7 Unde hominis dignitas,
8 qui verè nobiles,
9 qui etiam poſteris,
10 quæ nunc circa Nobilitatem conſuctudo, una,
11 & altera.
12 Quid in clarorum hominum poſteris ſæpè vitii.
13 Præpoſterum de Nobilitate judicium.
14 Stulta ambitio,
15 ea repreſſa,
16 tutum, honeſtum, utile conſilium.
17 Nobilium poſteri degeneres pœnâ digni.
18 de Nobilitate Phalaridis Epiſtola.
19 *Populi* diviſio in Locupletes, & Opifices.
20 Altera *Populi* diviſio, in Collegia Armatorum.
21 Georgiani Baliſtarii.
22 Ægidiani ſive Sebaſtianæi Sagittarii.
23 Andreani Bombardarii.
24 Collegiorum Politia.
25 Tertia *Populi* diviſio, in Collegia Rithmicorum.
26 Iidem an aptè vulgò dicantur *Rhetores*.
27 *Factores* qui,
28 quid præſtent.
29 Cur Comœdi magis quam Tragœdi.
30 Lingua Flandrica majeſtatis capax.
31 Ejus exempla.
32 Collegia hìc quæ.
33 *Roſiani* auctores,
34 ætas.
35 *Alaudanorum* origo,
36 eventus in Scæna rarus.
37 *Carduiſtæ* quando primum.
38 Collegiorum Politia,
39 exercitatio,
40 peritia,
41 de Rithmorum antiquitate.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

1 De Incolarum religione.
2 Chriſtianam à *D. Hilduardo* eſſe, non eſt vero ſimile.
3 Ejus rei argumentum à locis vicinis,
4 & Cœnobiis,
5 & loci opportunitate.
6 Cujus Diœceſios hoc Dominium.

CAPUT II.

1 Quot olim hac urbe Parochiæ,
2 templi ætas.
3 *DD. Hilduardi*, & *Chriſtianæ* Reliquiæ.
4 *D. Hilduardus quis.*
5 *D. Chriſtiana* quæ.
6 Quis Templum reſtaurarit.
7 *Ringotus* quare dictus hujus *Eccleſiæ Conditor.*
8 Ejus alia ratio.
9 Quis Canonicorum Auctor,
10 quâ dote.
11 Confirmationis diploma.
12 *Gulielmi* & *Machtildis* liberalitas,
13 aliæ tres Præbendæ à quo, & unde,
14 ea de re diploma.
15 Electio Sacellani domino Teneræmondenſi reſervata,
16 tres poſtremi Canonicatus à quo.
17 *Blanca* Andegavenſis.
18 Eccleſiæ reformatio.
19 Reformationis confirmatio,
20 quis horarum uſus.
21 *Decani* ætas.
22 Privilegium.
23 Exiles Decanatus proventus,
24 magna onera,
25 emolumenta aucta.
26 *Decani* electio.
27 In ea olim *Antverpienſes* & *Mechlinienſes* Canonici.
28 Cantor à quo.
29 Scholaſticus à quo tempore.
30 Sacellaniæ Eccleſiæ.
31 Collatio penes quem.
32 Ubi inſuper Canonici habeant jus patronatus.
33 *Archipresbyter*,
34 ejus munus.
35 Canonicorum privilegium
36 ſocietas,
37 ea qualis,
38 eadem iterata.
39 Canonicorum Privilegium, II.
40 Privilegium III.
41 Neceſſitas reſidendi.
42 Quis hinc lectus Præſul.
43 Sacellum D. Virginis.
44 Inibi Sodalitas,
45 de Curatoribus.
46 Sacelli Privilegium cudendi numos æreos,
47 quo pretio,
48 quo numero,
49 nomen,
50 genera,
51 inſcriptio.
52 Sacellum V. Sacramenti,
53 à quo ſtructum.
54 Inibi condita *Cornelia Lalana*,
55 ejus epitaphium.
56 quando ſepulta,
57 ejus filii,

58 Maritus.,
59 Mariti mors.
60 Arma familiæ,
61 & gentium conſanguineorum.
62 Locus exſulum ubi.
63 Templi Latina monimenta
64 *Henrici van Damme*,
65 *Catharinæ Pottelsberge*,
66 *Agapiti Foſſani*,
67 *Henrici Cares*,
68 *Livii Marcei*,
69 *Jacobi vander Meeren*,
70 *Gulielmi Bayſt*,
71 *Mariæ Sexagiæ*.
72 Ad eamdem Anagramma Chronicon,
73 in illud Carmen.

CAPUT III.

1 Templum B. Ægidii à quo conditum.
2 quomodo Parochiale factum;
3 Parochia quomodo antè dicta.
4 Ad ſuperiorum fidem diploma unum,
5 & alterum.
6 Sacellum Anachoretiorum ubi,
7 quid olim,
8 quamdiu ſteterit.

CAPUT IV.

1 Quæ hìc Cœnobia deſierint.
2 Monaſterium *Cappucinorum*.
3 Ibidem lapidis inſcriptio.

CAPUT V.

1 *D. Brigittæ* Cœnobium,
2 unde huc.
3 *Iſabellæ* Principis adventus.
4 Nuptiæ *Caroli Audacis*, & *Margaretæ Eboracenſis* quales.
5 Prima Abbatiſſa quæ.
6 Monaſterii nomen.
7 Quare hìc ſequior ſexus imperet.
8 *D. Brigitta* quæ,
9 ejus liberi,
10 peregrinatio,
11 Ad Pontificem ſcriptio.
12 Qui in Gallia Sedem Pontifices habuerint.
13 Avenionis emptio.
14 Sedem quis Romam tranſtulit.
15 Pontificum abſentiam quid in Italia ſecutum.
16 Liberum Epiſcopi reſponſum.
17 *D. Brigittæ* mors.
18 Monaſterii reſtauratio.
19 Abbatiſſarum ſeries;
20 & Confeſſorum.
21 Brigittani Inſtituti Cœnobia.

CAPUT VI.

1 Abbatia *Swivecana*.
2 Fundatrix,
3 eâ de re diploma.
4 Cœnobii tranſlatio,
5 ejus cauſa.
6 *Margaretæ de Teneræmonda* liberalitas,
7 & *Roberti Teneræmondæ* Domini,
8 ejuſque conſanguineorum, & Affinium.
9 Series Abbatiſſarum.

CAPUT VII.

1 Abbatię *Waeſmonſteranæ* cur hìc mentio,
2 ejus auctor.
3 Abbatiſſarum ſeries, longo tempore brevis.
4 Unde huc.
5 Veteris Cœnobii reſtitutio.
6 An à monaſterio pago nomen *Waeſmonſter*,
7 ejus nominis antiquitas,
8 & olim amplitudo.
9 Kemſecæ olim Cœnobium à quo.

CAPUT VIII.

1 *Beghinæ* à quo tempore hìc,
2 earum genus vitæ,
3 domicilium cur mutatum,
4 & quando.

CAPUT IX.

1 *Nigræ Sorores* unde huc,
2 & quando,
3 ubi olim,
4 cur tranſlatæ.

CAPUT X.

1 Hoſpitale *D. Blaſii*.
2 De eo *Gulielmi Teneræmondæ* Domini decretum,
3 à quo confirmatum; & cur,
4 ibi Sorores olim quales,
5 quales nunc.

CAPUT XI.

1 Xenodochium *B. Mariæ*.
2 Ibidem turris à quo tempore
3 quâ lege.
4 Ibi olim Sodalitas.
5 Sacellum à quo ævo.
6 Xenodochium S. Joannis Evangeliſtæ.
7 Ibi Sacellum ex quo.

CAPUT XII.

1 Domus *S. Spiritus* à quo.

CAPUT XIII.

1 Sacellum S. Joannis Evangeliſtæ à quo ævo.
2 Ibidem Sodalitas una,
3 & altera.
4 De exiguo congiario annotatio.
5 Sacellum D. Rochi.
6 Ibidem Sodalitas.
7 Sacellum D. Virginis,
8 unde tranſlatum,
9 quando ſtructum.
10 Sacella adhuc profanata,
11 ea quorum,
12 & cujus ævi.

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

1 Totam ditionem Imperialis eſſe ſoli.
2 *Caſtrum Othonianum Gandavi* quo ſolo.
3 (*Oudegherſti* error)
4 Monaſterium *D. Bavonis* quo ſolo.
5 Super eo controverſia,
6 ea definita.
7 Huic territorio finitima.
8 Flumina.
9 Ager.
10 Prata.
11 Sylvæ.
12 Pagi.
13 Principis Tribunalia quot.

CAPUT II.

1 *Zelæ* commendatio varia.
2 Ibidem olim Præpoſitura.
3 Gens Marſſelaere unde.
4 *Hamme* quale Dominium,
5 cujus.
6 Domini jura.
7 Templi antiquitas,
8 in templo mirandum os.
9 Narratio de gygante,
10 via gygantis,
11 de illo oſſe diſſertatio.
12 Sagittariorum Sodalitas.
13 *S. Annæ* vicus,
14 de agro compaſcuo,
15 diploma unum,
16 & alterum.
17 *Wetteræ* ſitus,
18 amplitudo.

19 Præ-

19 Prætorium vander Moſt.
20 *Wetteræ* quale Dominium,
21 primus Dominus.
22 ibidem memorabile feudum.
23 *Lichterveld Wetteræ* appendix,
24 ejus nominis familia.
25 *Jodocus Lichterveldius*,
26 ejus erga Principem meritum.
27 *Wettere* cujus familiæ.
28 Situs *Opwyck*.
29 Ibidem *Flandriæ*, & *Brabantiæ* limes.
30 De templo *Lebbecæ* memorandum.
31 *Denderbellæ* etymon.
32 Ruinæ antiquæ arcis,
33 ea cujus.
34 Rara narratio de capta lupa.
35 Pagi *S. Ægidii* vetuſtum nomen,
36 unde *D. Ægidii* dictum,
37 de Swevis conjectura.
38 Quorumdam nominum origines.
39 *Grimbergæ* ſitus,
40 ejus etymon,
41 in templo monimentum.
42 *Berlaeræ* quale ſolum,
43 loci ſitus.
44 Ibidem naturæ miraculum,
45 varia apud Plinium miranda,
46 mirandi lacus.
47 *Baſerodæ* nomen quantum complectatur.
48 De qua *Baſeroda* hic ſermo,
49 ejus tribunal,
50 *Baſeroda S. Urſmari.*
51 *Baſeroda S. Mariæ.*
52 *Baſeroda S. Amandi.*
53 hic Domini *Teneramondæ* jura,
54 & leges,
55 de conviciis,
56 de colaphis,
57 de ſanguine,
58 de fuſtigatione,
59 de vulnere capitis,
60 de eductione gladii,
61 de ictu gladii,
62 de mutilatione per iram,
63 de mutilatione ex conſulto,
64 de fugatione,
65 de aſſultu ædium,
66 de læſione,
67 de treguis,
68 de limite,
69 de pecore ablato,
70 de violatione areſti,
71 de juriſdictione Scabinorum,
72 de eundo ad enqueſtam.
73 Quis primus hic feudalis Dominus,
74 Gentis *Villanæ* Domini,
75 *Adrianus Villanus*,
76 ejus majores,
77 uxor,
78 monimentum,
79 liberi.
80 *Margareta Villana* cui nupta.
81 *Colardus Baſerodæ* dominus,
82 ejus liberi, & nepotes.
83 *Comes Palatinus Baſerodæ. S. Amandi* Dominus,
84 ejus jura.
85 Incolarum immunitas,
86 & ob eam onera.
87 *Nouburgh* vicus,
88 (In nomine *Meyeri* error)
89 ejus ſitus,
90 Templum,
91 Leproſarium,
92 ejus occaſione diſſertatio,
93 de Podagra,
94 morborum cum ſæculis mutatio unde.

CAPUT III.

1 De Dominiis hereditariis.
2 Dominorum communia jura.
3 De ſervato hic ordine excuſatio.
4 *Schelle-bellæ* etymon.
5 Ibidem vetus Prætorium,
6 & novum.
7 Forum,
8 mercatus annuus.
9 Hebdomadalis.
10 Cœnobium *Præmonſtratenſe*,
11 olim ubi,
12 cur huc tranſlatum.
13 Initium Ordinis Præmonſtratenſis.
14 *Schelle-bellæ* appendix,
15 Dominus,
16 Domini uxor, & liberi.
17 *Merodiæ* gentis privilegium.
18 Triens hujus Dominii olim cujus familiæ.
19 De gente *van Belle* annotatio.
20 *Joannes Prooſt* Dominus in *Belle*,
21 ejus Parentes,
22 uxor,
23 liberi.
24 Præſens illius trientis Dominus.
25 *Franciſci Contreau* memorabile facinus.
26 *Moerſecæ* ſitus.
27 Ibidem rudera,
28 cujus ædificii.
29 De Scabinis.
30 Statio navium.
31 *Baſeroda Moeſecæ* feudum.
32 Priſci *Baſerodæ* domini gentis *Raſſenghemia*,
33 *Maldeghemia*,
34 *Villana*.
35 *Baſeroda* vendita.
36 Quemadmodum gentis *Halowina*.
37 (*Meyeri* error)
38 *Jodoci Halowini* Epitaphiũ.
39 Item conjugis ejus *Bonæ d'Antoing*,
40 & alterius *Joannæ de la Trimoille*.
41 *Peenenſe* Cœnobium olim ubi.
42 *Jodoci* ſucceſſores.
43 *Baſeroda* quomodo *Comitis Palatini*.
44 Inde *Caroli Manſfeldæ* Principis.
45 Iterum *Comitis Palatini*.
46 *Bugghenhouti* directus Dominus quis,
47 *Baſerodæ* Domini jura,
48 *Teneramondæ* Domini hic jura.
49 *Baſerodæ* ſitus.
50 Ibidem navium ſtatio.
51 A *Scalde* detrimentum.
52 Ibidem Prætorium.
53 Plebæus error de dominio *Peenenſi*.
54 *Peena* ubi.
55 *Ghaſtella* aliud in *Moerſekæ* Dominium.
56 Idem familiæ nomen.
57 Ibidem Sacellum.
58 *Ghaſtellæ* celebritas unde.
59 Conventus ludicri narratio.
60 Ejus origo.
61 Auctoris excuſatio,
62 de *Moeſecani* Dominii exordio.
63 (Gaillardi error)
64 an à *Gulielmo de Grimbergis*.
65 Antiquius eſſe,
66 argumentum unum,
67 & alterum.
68 *Grimbergenſis* familię *Moerſecæ* Domini.
69 *Clariſſa de Mirabel* cujus uxor.
70 *Gerardi de Grimbergis* epigr. ſepulchralis.
71 Item *Mariæ*.
72 Domini gentis *Maldeghemiæ*.
73 *Philippi Maldeghemii* monimentum,
74 ejus uxor,
75 ſorores,
76 Sororius, ejuſque poſteri.

77 *Franciſcus Cavalcanti* cujus maritus.
78 *Moeſeca* vendita.
79 Jure ſanguinis retracta.
80 *Moeſeca* gentis *van Ophem.*
81 Gentis *van Berchem.*
82 Gentis *de Bernage.*
83 Gentis *Serraets.*
84 De *Moeſecæ* Dominio controverſia,
85 ea finita.
86 *Moeſeca* gentis *vander Borgh.*
87 Præſens *Moeſecæ* Dominus.
88 *Uytberghæ* etymon.
89 *Overmeeræ* etymon.
90 *Uytberghæ* ſitus,
91 cur alteri prælata.
92 Prætorii commendatio,
93 ibidem *Boniveti* refugium quando.
94 *Gandenſium* in *Overmeere* clades,
95 qui ibidem creati Equites.
96 Ibidem monimentum cujus,
97 ejus inſcriptio.
98 Item hoſpitale à quo.
99 Ibidem Epigraphe.
100 An *Overmeere* ſeorſum poſſeſſum,
101 ejus rei indicium.
102 *Joan. de Overmeere* an *Nievovæ* Dominus.
103 Domini hic peculiare jus,
104 De hujus dominii origine quæſitum.
105 Dominorum ſeries.
106 *Gulielmus Nivellanus* cujus familiæ,
107 Monaſterii *Ten-boſſche* conditor.
108 *Sophiæ de Beaufort* monimentum, cum epigraphe,
109 Item filii ejus *Guidonis.*
110 Familiæ *de Beaufort* ornamentum.
111 *Maſmiɳiæ* gentis *uytberghæ* Domini.
112 *Angerii Maſminii* ſepulchralis epigraphe.
113 Gentis *vanden Houte* Domini.
114 Præſens *Uytberga* & *Overmeeræ* Dominus,
115 ejus uxor, & liberi.
116 *Robertus Maſminius* Aurei Velleris Eques an *Uytbergæ* Dominus?
117 Cujus hic filius,
118 ejus uxor,
119 liberi,
120 ejus Dominii triens ſeorſum poſſeſſus.
121 A quo & cui venditus,
122 exin qui poſſederint,
123 quis nunc.
124 *Calkenæ* ſitus,
125 ibidem notanda,
126 à quo, cui datus hic pagus,
127 Donationis tabulæ.
128 *Maſminia, Calkene, Laerne*, ad quod tempus juncta.
129 Difficultas in genealogia gentis *Maſminiæ* detecta, & ſoluta.
130 *Maſminiæ* gentis *Calkenæ* Domini.
131 *Villanæ*, ſive *Gandenſis* familiæ Domini.
132 Præſens Dominus,
133 uxores ejus, & liberi,
134 de gente *Villana*, ſive *Gandavia* cur hic multus ſermo;
135 ejus origo, & priſcum nomen,
136 antiquum imperium,
137 De ea gente quæ hic dicenda.
138 Præſentis *Calkenæ* Domini parentes, majores, & aliqua in iis ſingularia.
139 *Iſenghemi Comitis* titulus unde.
140 *Philippa de Gominies* à *Teneramonda* Dominis origo.
141 *Adriani Villani de Gandavo* ſingulare munus unũ,
142 & alterum,
143 ejus cędes, & auctor: cædis cauſſa una,
144 & altera,
145 ea expiata.
146 *Tamiſia* à quo, cui vendita.
147 *Martinus Villani de Gandavo* Cyprius Eques.
148 Quis *Gandenſium* primus *Calkenæ* Dominus.
149 *Antonina Maſminia* quomodo ex *Teneramondæ* Dominis oriunda.
150 *Gudulæ Villanæ* poſteri.
151 Item *Margaretæ.*
152 *Joannis Villani* uxor quomodo gentis *Teneramondanę.*
153 De eodem *Joanne* verba Meyeri.
154 In ejus virtute quid momenti.
155 Alterius *Joannis Villani* laus.
156 Fratris ejus *Rogerii* poſteritas.
157 Tertii item *Joannis Villani* cum *Guidone* Comite captivitas.
158 *Tamiſiæ* Xenodochium unde.
159 De *Ripelmondana Arce* annotatio.
160 *Hectoris Villani* virtus militaris.
161 Familię *Gandenſi* unde *Villanum* nomen.
162 Familia *de Gandavo* & *Villain* eadem.
163 *Gandaviæ* gentis, & *Villanæ* eadem inſignia.
164 Origo novi *Caſtelli Gandenſis* unde *Comites*, *Caſtellani* hujus familiæ, & *Vicecomites* hodierni.
165 Illi *Caſtello* quæ loca obnoxia,
166 quis primus *Comes*,
167 à quo *Gandavia* familia,
168 ejus frater,
169 uxor,
170 ex fratre neptis cui nupta,
171 qua dote,
172 ejuſdem à calumnia defenſio.
173 (Chronographi Bavonenſis, & Meyeri error).
174 Wyemanni elogium,
175 & liberi,
176 (illius erroris cauſſa)
177 II. *Comes.*
178 III. *Comes.*
179 (Oudegherſti error)
180 IV. *Comes.*
181 (in Sigeberto error)
182 V. *Comes.*
183 VI. *Comes.*
184 *Flandri* cum *Cæſare* bellum.
185 Novum *Caſtrum Cæſari* quomodo ereptum.
186 *Caſtellanorum* origo, & eorum quis primus,
187 de eodem *Caſtro Cæſaris* ceſſio.
188 *Comitis* nomen cur omiſſum.
189 (Chronographi Bavonenſis error)
190 ex Chronographi narratione de *Lamberto Caſtellano* annotatio,
191 ejuſdem mors.
192 De iis qui vulgò inter *Lamberti* ſucceſſores, judicium.
193 Vera ſeries *Caſtellanorum Gandenſium* ex diplomatibus.
194

194 *Lamberti* filium *Teneræmondæ* fuiſſe Dominum, conjectura.
195 *Arnulpho Gandenſi* uxor ex *Caroli Magni* ſtirpe.
196 Quis Eccleſiam *Bornehemi* curarit libertate donari.
197 *Caſtellani Inſulenſes* ex *Gandaviis.*
198 *Comitum Flandriæ Gandavi* domicilium, ubi.
199 Arcem *Ottonianam Gandavi*, ſtirpis fuiſſe *Gandaviæ*, argumentum.
200 Gentis *Claerhaut* origo.
201 *Sigerus Caſtellanus Machtildis Teneræmondæ* Dominæ conſanguineus.
202 *Machtildis Teneræmondæ* Dominæ cognomen.
203 Advocatia pagorum *Mendonck Wondelghem*, &c. Gentis *de Gandavo.*
204 Caſtrum *Bornehem* unde ad *Flandrum.*
205 *Caſtellania Gandenſis* quomodo ſtirpis *Sottenghemiæ.*
206 *Arcem Ottonianum Gandavi, Comites Flandriæ* quomodo acceperint.
207 *Gerardus de Gandavo* dictus *Diabolus Caſtellanæ* tutor.
208 an idem qui *Maurus* dictus eſt,
209 quomodo dictus *Præfectus Caſtelli Gandenſis*,
210 eumdem longævum fuiſſe,
211 ejus *Gandavi* ædes quæ,
212 ibidem turris;
213 de ea fabula,
214 pro *Caſtellano*; quis *Burghgravium* primus ſe dixerit.
215 *Caſtellania* quomodo familiæ *de Antoing.*
216 *Caſtellani Vicecomites.*
217 *Caſtellania* Gentis *de Melun.*
218 Præſens *Gandenſis Vicecomes* quis.
219 Familia *de Gandavo*; cur *Aloſtenſis* dicta.
220 Comitatus *Aloſtenſis* origo.
221 *Comitum Aloſtenſium* ſeries.
222 *Foreſtenſis* Cœnobii auctor quis.
223 Comes *Aloſtenſis*, dictus *Gandenſis.*
224 Idem dictus *Aloſtenſis*, & *Gandenſis.*
225 Comes *Flandriæ Aloſti* Comes,
226 quo jure.
227 *Lauretta Theodorici Alſatii* filia, quâ dote *Ywano Aloſtenſi* nupta.
228 *Aloſtum* jam olim quomodo *Flandriæ Comitis*,
229 & ſimul Gentis *Gandaviæ*,
230 in hujus poſſeſſione unde *Theodorici Alſatio* jus.
231 Gentis *Gandaviæ*, ſive *Villanæ* ſymbolum,
232 eadem cur pro ſigno utatur XIIII. ratio una,
233 altera,
234 tertia,
234 *Laernæ* ſitus,
235 Arx,
236 à quo tempore Dominium.
237 *Roberti Teneræmondæ* Domini donatio.
238 Poſt illam Domini.
239 *Gerardi Raſſenghemii* conjux,
240 & liberi.
241 *Philippi Maſminii* uxor.
242 *Philippi Maſminii* monimentum.
243 *Joannis Maſminii* uxor.
244 Familiæ *de Vos* Laernæ Domini.
245 Ejus gentis antiquitas.
246 *Balduini de Vos* monimentum,
247 item alterius *Balduini*;
248 ejus ſocer & ſocrus,
249 *Margareta Slanghen* monimentum.
250 De *Balduino de Vos* narratio.
251 Gentis *vander Moere* Laernæ Domini.
252 *Nicolai vander Moere* monimentum.
253 *Joanna vander Woeſtyne* Laernæ Domina: ejus maritus;
254 liberi,
255 alter maritus,
256 liberi.
257 *Adriani de Gavere* monimentum.
258 *Franciſcus de Schouteete* Laernæ Dominus,
259 ejus captivitas;
260 uxor,
261 liberi.
262 Præſens Laernæ Dominus
263 ejus uxor,
264 liberi.
265 De Gentis *Schouteteæ* origine & majoribus.
266 *Warnardus Zuylanus* unde & cur in Flandria,

267 ubi deceſſerit,
268 ejus liberi.
269 *Waſia* quomodo ab Hollandis ad *Flandros* conceſſerit.
270 *Arnoldus Zuylanus* unde dictus *Schouteete*,
271 uxor,
272 Liberi.
273 Cur hic de Ægidii poſteris ſermo,
274 ejus poſſeſſiones,
275 uxor,
276 liberi.
277 *Ægidius ſecundus*,
278 ejus uxor,
279 liberi.
280 *Romanus*,
281 ejus inſcriptio;
282 uxor,
283 liberi;
284 Dominus *de Saemſlach*,
285 *Balduinus*,
286 ejus uxor,
287 liberi.
288 *Balduinus II.* ejuſque uxor,
289 liberi.
290 *Adrianus*,
291 ejus uxor,
292 liberi.
293 *Florentinus*,
294 ejus uxor,
295 liberi.
296 *Petrus*,
297 ejus uxor,
298 liberi.
299 *Franciſcus.*
300 *Carolus.*
301 Gentis inſignia;
302 eorum auctor.

CAPUT IV.

1 Scabini capitales unde & à quo legantur,
2 eorum munus,
3 & ſententiæ capitales,
4 eæ à quo tempore extra uſum,
5 de iis præceptum.
6 Scabinorum antiquitas.
7 Eorum Conventus olim ubi.

CAPUT V.

1 Singulorum pagorum, amplitudo, & in Flandriæ tributa collatio.
2 Cenſus Flandriæ quando conſcriptus,
3 cur Tranſportum vocent.

CAPUT VI.

1 Appels unde dicatur,
2 cujus ſit,

3 de ea re diploma.
4 Ibidem alta Juſtitia cujus,
5 ea de re diploma.
6 Ibidem trajectus cujus,
7 de eo verba diplomatis.
8 Alter ibidem trajectus,
9 nunc unicus.
10 Canonicorum ibidem jus.
11 *Oudeghem* an Alodium an Feudum.
12 Alodium cujus & à quo,
13 donationis diploma.
14 Feudum, cujus & à quo,
15 ejus feudi jus,
16 in Alodium & feudum Teneræmondę Domini jus.
17 Tabulæ Conventionis *Roberti Teneræmondæ* Domini cum Canonicis Cameracenſibus,
18 de decimis emptionum,
19 de conſtitutione Scabinorum,
20 de mulctis,
21 de judiciis ob debita,
22 de judicio quoad mobilia vel immobilia,
23 De cathallo Eſtraiers,
24 de terra Eſtraiers.
25 de manſo ſive alluvio,
26 de judicio forefactorum & querelarum,
27 de eodem,
28 de judicio capitali vel mutilatorio,
29 de auxilio ad faciendam Juſtitiam,
30 de juramento ſervientis & Scabinorum Eccleſiæ,
31 de cuſtodia captorum,
32 de alimento captivi,
33 de appellando Reo,
34 de eodem,
35 de eodem,
36 de judiciis de hereditate,
37 de apprehendendo.
38 quæ forefacta communia.
39 de levando forefacto & recipiendo judicato.
40 de eodem,
41 de eodem,
42 de captivatione Rei extra *Odenghem.*
43 Obligatio ad militiam,
44 quatenus,
45 de miſſione à militia,
46 de enqueſtis ſive conſultationibus,
47 de jure Domini Teneræmondenſis,
48 de partitione à morte ſervorum vel ancillarum;
49 de jure Majoris,
50 de jure Meſſarii.
51 Prædictorum confirmatio.
52 Hanc conventionem de Alodio eſſe non de feudo.
53 De invento nuper theſaurio diſſertatio.
54 Incolæ defoſſionem Turcis tribuunt,
55 cur illis ignoſcendum,
56 alii Gothis,
57 cur non rectè,
58 quid propius vero,
59 ejus rei indicium.
60 Foſſa munitionis causâ,
61 ubi,
62 Incolarum de ea error,
63 Romanorum in muniendo mos,
64 de numero & pretio numorum.
65 Inventoris ingenium,
66 qui numi conſequenti ſerie,
67 quo auri pretio.
68 Aliquot Inſcriptiones,
69 Ecgene cujus.

CAPUT VII.

1 Tria *Canonicorum* Alodia quæ,
2 ubi ſita,
3 *Wieſæ* vetus nomen,
4 quatenus *Alodium* cujus,
5 quatenus feudum cujus.
6 *Tedeghemiæ* gentis origo,
7 antiqua nobilitas,
8 & priſci affines.
9 *Tedeghemii Wieſæ* Domini,
10 eorum conjugia cujuſmodi,
11 *Tedeghem, Wieſe,*
12 *Tedeghem, de Lun,*
13 *Tedeghem, Liedekercke,*
14 *Tedeghem Schouteeten* aliàs *Zuylen,*
15 *Tedeghem, Halowyn,*
16 *Tedeghem vander Dilft.*
17 *Tedeghem, Ghyſelin* aliàs *Busbeke,*
18 inſigne privilegium,
19 *Tedeghem, Thiennes,*
20 *Tedeghem Cortewylle.*
21 *Wieſæ* templum à quo auctum.
22 *Moorſelæ* cujus,
23 ibidem immunitas,
24 & *D. Gudulæ* ſacellum,
25 olim Cœnobium.
26 à quibus everſum.
27 *D. Gudula* corpus à quo tranſlatum.
28 Ducum ubi olim Bruxellæ aula.
29 *D. Gudulæ* templum Bruxellę à quo.
30 Super *Moorſelæ* donatione annotatio.
31 *Maſminia*, & *Merendra* feuda Curiæ Teneræmondanæ.
32 *Moorſelæ* partitio.
33 *Gheverghem* cujus.
34 ibidem ſacellum,
35 Conventio Roberti Teneræmondæ Domini cum Canonicis Teneræmond.
36 de Conſtitutione Majoris & Scabinorum,
37 de eorum juramento,
38 de eorum poteſtate,
39 de mulcta in cauſa hereditatis,
40 de aliis mulctis,
41 de terris judicio ereptis,
42 de jure emptionum,
43 de judiciis forefactorum,
44 & inqueſtis,
45 de ceteris judiciis & inqueſtis,
46 de exſecutione ſententiæ criminalis,
47 de cathallis damnatorum,
48 de compoſitione in cauſa criminali.
49 de dicendo jure,
50 de bannis & proclamationibus,
51 de immunitate incolarum,
52 de obligatione ad militiam.
53 *Philippi III. Auſtriaci* privilegium.
54 De Obligatione ad militiam, tabula.

CAPUT VIII.

1 Cur hìc *Bornehemi* mentio,
2 *Bornehemum* quomodo *Flandria Proprietaria,*
3 nunc beneficium *Flandriæ,*
4 ejus amplitudo,
5 fines,
6 *Bornehemiorum* quoad judicia privilegium.
7 Incolarum *Mariæ-kercæ* leges,
8 loci donatio qua lege,
9 item terra ad ignem,
10 in hoc cautela,
11 de profugo ob crimen,
12 de effuſione ſanguinis,
13 de percuſſione citra ſanguinem, & conviciis,
14 de mulcta extranei,
15 Ubi & quâ lingua in judiciis utendum,
16 qua in re Domino ſuccurrendum,
17 de commigratione extranei,

INDEX RERUM.

18 Extraneus quo modo hìc heres.
19 De theloneo.
20 Qui hìc privilegiorum exſortes.
21 De compenſatione paſſi injuriam.
22 Extraneus quo pretio liberæ villæ capax.
23 De actione injuriarum.
24 Cenſus quando ſolvendus.
25 De liberatione Incolæ alibi detenti.
26 Privilegium Scabinorum.
27 Hæ leges quando datæ.
28 *Maria-kerca* privilegium.
29 Priſci Domini.
30 Hæc ditio quando *Flandriæ* juncta,
31 ea de re tabulæ.
32 Ibidem Cœnobium *Canonicorum*,
33 quomodo mutatum,
34 quando conditum,
35 quando mutatum,
36 Conditoris monimentum,
37 de conditore conjectura,
38 alterum ibidem monimentum,
39 ejus inſcriptio,
40 hæc ditio cui oppignorata,
41 (veteris libræ Pariſienſis pretium)
42 à quo tempore & à quibus hereditariè poſſeſſa.
43 Præſens loci dominus,
44 ejus uxor,
45 Idem novi Cœnobii auctor,
46 Ibidem Arx,
47 in ea turris,
48 de ejus origine.
49 Gygas à Brabone ubi cæſus.
50 Arx Flandriæ jam olim feudum,
51 ejuſdem ſitus.
52 De mutatione alvei Scaldæ obſervatio.
53 *Coudenburgi* dominium ubi & cujus,
54 ejus prope dictam arcem duo loca,
55 eorum olim ſitus,
56 & inde conjectura.

CORONIS.

1 Blandinii Jubilæum millenarium quando.
2 Ægidius Boele quotus Abbas D. Bavonis,
3 ejus ſtructuræ,
4 tempus mortis.
5 Raphael de Marcadellis quis.
6 *Joannis Teneramondani* ſcripta.
7 Dominici Cacaert monimentum.
8 In muliere mirandum.
9 *Joannis Livinei* opera,
10 Epitaphium.
11 *Jacobi van Loughenhaghe* Scripta.
12 De *Petro vanden Wiele* notandum.

OPERIS EPILOGUS.

FINIS.

INDEX FAMILIARUM

Quarum hìc ſparſim mentio

A Libero 1. capite 6. numero 77. lib. 3. cap. 2. num. 53. 54. cap. 3. num. 106.
Abbeville lib. 3. cap. 3. num. 217.
Abcoude lib. 3. c. 3. n. 301.
Ackere lib. 3. c. 3. n. 246. 247.
Adorne lib. 3. c. 3. n. 99.
Algoet lib. 2. c. 5. n. 20.
Ally lib. 2. c. 2. n. 41.
Almaraz lib. 2. c. 7. n. 3.
Aloſt lib. 1. c. 6. n. 94. lib. 3. c. 3. n. 196. 197. 219. & conſequenter.
Amboiſe lib. 1. c. 3. n. 6. c. 4. n. 11. c. 6. n. 151. 153. 154. c. 7. n. 29.
Ameronghe lib. 1. c. 9. n. 43. lib. 3. c. 3. n. 97.
Amſtel lib. 3. c. 3. n. 275.
Andrieſſens lib. 1. c. 9. n. 11. 44.
Angherel lib. 3. c. 3. n. 145.
Antoing lib. 3. c. 3. n. 215.
Appels lib. 3. c. 6. n. 7.
Archies lib. 3. c. 3. n. 256. 297.
Aſſche lib. 1. c. 6. n. 61. l. 2. c. 6. n. 9. l. 3. c. 2. n. 3. c. 3. n. 63. 68. 78.
Audenaerde lib. 1. c. 6. n. 71.
Axele lib. 3. c. 3. n. 160. 242. 246.

B

BAenſt lib. 1. c. 9. n. 48. 54. 55. l. 3. c. 3. n. 97. 200.
Baex lib. 2. c. 2. n. 67.
Bairlemont lib. 3. c. 3. n. 111.
Bailleul lib. 3. c. 3. n. 18. 264.
Banck lib. 3. c. 3. n. 99.
Bar lib. 3. c. 2. n. 82.
Barbançon lib. 1. c. 6. n. 79. l. 3. c. 3. n. 156. 217.
Barouſe lib. 1. c. 9. n. 43. l. 2. c. 2. n. 43. l. 3. c. 3. n. 112. 122.
Barre lib. 3. c. 3. n. 76.
Baudringhien lib. 3. c. 3. n. 114.
Bauwens lib. 3. c. 3. n. 250.
Bayſt lib. 2. c. 2. n. 70.
Beaucy lib. 1. c. 6. n. 79.
Beaufort lib. 3. cap. 3. n. 105. 108. 109.
Beauſart lib. 3. c. 3. n. 217.
Beke lib. 2. c. 5. n. 19. l. 3. c. 3. n. 234.
Belle lib. 1. c. 9. n. 57. c. 10. n. 34. l. 2. c. 13. n. 2. l. 3. c. 2. n. 77. c. 3. n. 18. 19. 34. 121.
Bentinck lib. 1. c. 9. n. 43.
Benton lib. 1. c. 9. n. 43.
Berchem lib. 1. c. 9. n. 43. l. 3. c. 3. n. 80. 81. 84.
Berghen lib. 1. c. 6. n. 79. c. 7. n. 133. l. 3. c. 2. n. 76. c. 3. n. 133. 222.
Bernage lib. 3. c. 3. n. 81. 82. 84.
Berſton lib. 1. c. 6. n. 18. c. 7. n. 62.
Berthout lib. 1. cap. 6. num. 155.
Bette lib. 1. c. 9. n. 45. 46. 47. 48. l. 3. c. 3. n. 15.
Betune lib. 1. c. 6. n. 44. & conſequenter. lib. 2. cap. 6. num. 3.
Bevere lib. 3. c. 3. n. 142. 231. 266.
Biling lib. 3. c. 3. n. 134. 166.
Biron lib. 1. c. 7. n. 185. l. 3. c. 3. n. 30.
Blaeſvelt lib. 3. c. 3. n. 241. 242.
Blanchefort lib. 1. cap. 7. num. 177.
Blois lib. 1. c. 7. n. 158. c. 9. n. 56.
Blauwere lib. 3. c. 6. n. 14.
Boba lib. 1. c. 6. n. 86.
Boccart lib. 3. c. 6. n. 14. 52.
Bochout lib. 1. c. 6. n. 16. l. 3. c. 3. n. 133.
Boelaere lib. 1. c. 6. n. 71. l. 3. c. 3. n. 266.
Boele lib. 3. c. 9. n. 2.
Bois lib. 2. c. 5. n. 19.
Bonin lib. 1. c. 9. n. 4.
Bonnieres lib. 1. c. 7. n. 153. c. 9. n. 51. 55.
Bonnivet lib. 3. c. 3. n. 93.
Boot lib. 3. c. 2. n. 82.
Borgh lib. 3. c. 3. n. 28. 84. 86. 87.
Borluyt lib. 1. c. 9. n. 47. 48.
Borshaghen lib. 2. c. 7. n. 3.
Boſſard lib. 1. c. 6. n. 81.
Boſſche lib. 1. c. 7. n. 62. 76. l. 2. c. 2. n. 35.
Bouloigne lib. 1. c. 6. n. 86. l. 3. c. 3. n. 202.
Bouquet lib. 3. c. 2. n. 7.
Bouſyes lib. 3. c. 3. n. 264.
Bouterſem lib. 3. c. 2. n. 76.
Braderick lib. 3. c. 3. n. 279.
Braem lib. 1. c. 4. n. 10.
Brederode lib. 1. c. 7. n. 47.
Brians lib. 1. c. 6. n. 134.
Bricquegny lib. 1. c. 8. n. 22.
Briele lib. 2. c. 13. n. 9.
Brienne lib. 1. c. 6. n. 67.
Briſeteſte lib. 3. c. 2. n. 76. c. 3. n. 154.
Broecke lib. 2. c. 5. n. 19.
Brughdam lib. 1. c. 7. n. 29.
Brugny lib. 1. c. 7. n. 177.
Brunel lib. 1. c. 9. n. 57.
Bul lib. 3. c. 3. n. 250.
Busbeke lib. 3. c. 7. n. 17.
Byns lib. 3. c. 9.

C

CAcard lib. 3. cap. 9. num. 7.
Cabelliau l. 3. cap. 3. num. 130.
Caelebaert lib. 2. cap. 5. num. 20.
Calkene lib. 3. c. 3. n. 125. 246 276.
Camerem lib. 3. c. 3. n. 196.
Campman lib. 3. c. 2. n. 2.
Capple lib. 1. c. 9. n. 4.
Cares lib. 1. c. 3. n. 30. l. 2. c. 2. n. 67.
Caſand lib. 1. c. 9. n. 48. l. 3. c. 3. n. 97. 200.
Caſele lib. 3. c. 3. n. 259.

Caſtel-

Caſtellier lib. 3. c. 3. n. 95.
Cats lib. 2. c. 2. n. 65.
Cavalcanti lib. 3. c. 3. n. 77.
Caudron lib. 1. c. 10. n. 31.
Cauwerburgh lib. 3. c. 8. n. 53
Champigny lib. 3. c. 3. n. 259.
Chimay lib. 1. c. 7. n. 194.
Claerhout lib. 3. c. 3. n. 133. 200.
Clerck lib. 1. c. 9. n. 2. l. 3. c. 3. n. 259.
Cleves lib. 3. c. 3. n. 143. 264. c. 8. n. 42.
Cnibbe lib. 3. c. 3. n. 99.
Cnyf lib. 2. c. 2. n. 28. c. 11. n. 5.
Coks lib. 3. c. 3. n. 81.
Coleners lib. 3. c. 9. n. 7.
Coloma lib. 3. c. 8. n. 43.
Coolhem lib. 3. c. 2. n. 3.
Coppenole lib. 1. c. 7. n. 130.
Cordelle lib. 3. c. 6. n. 13.
Cortenay lib. 1. c. 6. n. 113.
Cortewyle lib. 3. c. 7. n. 20.
Cortrozyn lib. 1. c. 6. n. 75. l. 3. c. 3. n 76. 129. 140. 160. 240
Coudenberghe lib. 2. c. 7. n. 3.
Coudenburg. l. 3. c. 8. n. 53. 54.
Coudenhove lib. 2. c. 2. n. 52. c. 3. n. 36. & conſequenter. l. 3. c. 3. n. 123.
Contreau lib. 1. c. 9. n. 42. 43. l. 3. c. 3. n. 23. 24. 25.
Croy lib. 1. c. 6. n. 186. l. 3. c. 3. n. 156.
Cruninghen l. 3. c. 3. n. 150.
Culenburgh lib. 2. c. 2. n. 61. l. 3. c. 3. n. 301.

D

Daele lib. 2. c. 7. n. 3.
D'Alava lib. 1. c. 7. n. 136.
Damân lib. 3. c. 3. n. 79.
Damme lib. 2. c. 2. n. 64. c. 6. n. 9.
Dampiere lib. 1. c. 4. n. 22. c. 6. n. 99. & conſequenter. c. 7. n. 1. & conſequenter.
Dampmartin l. 1. c. 9. n. 43.
Danckaert lib. 2. c. 13. n. 5.
Davalos lib. 3. c. 8. n. 42.
Daveluz lib. 1. c. 9. n. 40.
Daubermont lib. 1. c. 7. n 197. c. 9. n. 59.
Davre lib. 3. c. 3. n. 16.
Dauwere lib. 1. c. 7. n. 167.
Dauxy lib. 3. c. 3. n. 264.
Deſſeldonck lib. 3 c. 3. n. 160.
Deſtourmel lib. 3. c 3. n. 263. 264.
Dichem lib. 3. c. 3. n. 266.
Dielbeke lib. 3. c. 2. n. 3.
Dilſt lib. 3. c. 7. n. 16.
Dixmude lib. 1. c. 6. n 16. l. 3. c. 3. n. 113.
Doignies lib. 3. c. 3. n. 200.
Donche lib. 1. c. 9. n. 40. 41. l. 3. c. 6. n. 9.
Dorpe lib. 1. c. 7. n. 139. 177. 178.
D'Overloope lib 3. c. 2. n. 5.
Douve lib. 3. c. 3. n. 16.
Doux lib. 1. c. 9 n. 57.
Drieſſche lib. 3. c. 3. n. 35.
Dronghene lib. 3. c. 3. n. 287.
Ducke lib. 1. c. 4. n. 10.
Duffle lib. 3. c. 3. n. 84.
Duvle lib. 3. c. 3. n. 195.

E

Ede lib. 2. c. 6. n. 9.
Eenham lib. 1. c. 5. n 52.
Eertvelde lib. 1. c. 7. n. 35. 73. l. 2. c. 6. n. 9.
Eetveld l. 3. c. 3. n. 19. 121.
Egmond l. 1. c. 7. n. 135. 138. l. 3. c. 2. n. 34.
Embieſe l. 1. c. 7. n. 198. l. 3. c. 3. n. 93. 259.
Emery l. 1. c. 6. n. 186.
Enghien l. 3. c. 3. n. 199.
Erpe l. 3 c. 3. n 76. 119. 288.
Eſpaigne l. 3. c. 3. n. 216.
Etten l. 3. c. 8. n. 54.
Everaerts l. 2. c. 6. n. 9.
Everwyn l. 2. c. 6. n. 9.
Eycken l. 1. c. 9. n. 34. 38. 39. 40.

F

Farneſe lib. 1. c. 3. n. 31. c. 7. n. 210.
Fiennes l. 1. c. 6. n. 134.
Figueroa l. 3. c. 3. n. 113.
Flandres l. 1. c. 6. n. 116. l. 3. c. 3. n. 290.
Fleurville l. 3. c. 3. n. 78.
Foix l. 3. c. 3. n. 217.
Formelles l. 3. c. 3. n. 248.
Foſſa l. 2. c. 2. n. 66.

G

Gand l. 1. c. 6. n. 18. 27. 93. 94. l. 3. c. 2. n. 21. c. 3. n. 132. & conſequenter. n. 224. 227. 252. 266. c. 8. n 6.
Gavere l. 1. c. 6. n 86. c. 9. n. 2. l. 3. c. 2. n. 76. c. 3. n. 18. 34. 151. 159. 196. 203. 255. c. 7. n. 13.
Gaesbeke l. 3. c. 3. n. 278.
Ghaſtelle l. 3. c. 3. n. 56.
Ghendt l. 1. c. 9. n. 11. l. 3. c. 3. n. 18.
Gheerts l. 3. c. 7. n. 54.
Gheylins l. 3. c. 3. n. 107.
Ghiſtelle l. 1. c. 6 n. 86. c. 9. n. 28. 31. l. 2. c. 6. n 9. l. 3. c. 2. n. 79. c. 3. n. 34 76. 111. 119. 127. 130. 145. 156. 246. 256. 257.
Ghyſelin l. 3. c. 7. n. 17.
Goede l. 3. c. 3. n. 107.
Gominyes l. 3. c. 3. n. 140.
Gouy l. 1. c. 7. n. 177.
Gracht l. 3. c. 3. n. 253. 264.
Gramaye l. 1. c. 1. n. 3.
Grimberghe l. 1. c. 6. n. 75. 77. 79. 82. l. 2. c. 6. n. 8. l. 3. c. 2. n. 3. 41. c. 3 n. 28. 63. 68. 70. 71. 101. 129. c. 6. n 3. c. 7. n. 7.
Griſper l. 1. c 7. n. 153. l. 3. c. 2. n. 80. c. 3. n. 34. 249.
Groeſdonck l 3. c. 2. n. 3.
Gruter l. 1. c. 9. n. 47.
Gruythuyſe l. 1. c. 9. n. 3. 4. 47. l. 3. c. 3. n. 142. 242. 246.
Guyſe l. 3. c. 3. n. 41.

H

Haex lib. 2. c. 6. n. 9.
Haerlebeke l. 1. c. 9. n. 10.
Hale l. 1. c. 9. n. 12. l. 3. c. 2. n. 3.
Halle l. 1. c. 9. n. 43.
Halowyn l. 1. c. 9. n. 3. 4. 25. l. 3. c. 2. n. 79. 82. c. 3. n. 18. 34. 36. 38. 39. 40. 42. 43. 62. 140. 145. 200. c. 7. n. 15.
Hamale l. 2. c. 2. n. 58. 60.
Hameyden l. 1. c. 9. n. 25. 28.
Hannart l. 3. c. 3. n. 284.
Hanoult l. 3. c. 3. n. 203.
Happaert l. 3. c. 2. n. 3.
Harduyn l. 1. c. 9. n. 2. c. 10. n. 31. l. 3. c. 9. n. 2.
Haſſebroeck l. 1. c. 6. n. 71.

Haveſkercke l. 1. c. 6. n. 86. l. 3 c. 3. n. 264 c. 7. n. 8.
Heelbeke lib. 3. c. 3. n. 278.
Helmont lib. 3. c. 3. n. 156.
Helſt lib. 2. c. 5. n. 1.
Herdincſem lib. 3. cap. 3. n. 202.
Herſele lib. 1. c. 7. n. 47. 63.
Hertoghe lib. 3. c. 3. n. 87.
Heuſden lib. 3. c. 3. n. 201.
Heyman lib. 1. c. 7. n. 192.
Heyens lib. 1. c. 7. n. 29. 162.
Hoecke lib. 1. c. 10. n. 33.
Hoegaerts lib. 2. c. 6. n. 9.
Hofſtadt lib. 1. c. 3. n. 33. c. 6. n. 190.
Holten lib. 1. c. 6. n. 25.
Hole lib. 3. c. 3. n. 76. c. 7. num. 8.
Homey lib. 1. c. 9. n. 25.
Hoochſtrate lib. 1. c. 7. n. 135. l. 3. c. 3. n. 150.
Hooghe lib. 1. c. 5. n. 25.
Hoorenbeke l. 1. c. 9. n. 57.
Hoorſt lib. 1. c. 9. n. 4.
Horne lib. 1. c. 7. n. 135. l. 3. c. 3. n. 150.
Houte lib. 2. c. 6. n. 9. l. 3. c. 3. n. 111. 112. 113. c. 5. n. 2.
Humieres lib. 1. c. 7. n. 98.
Hurne lib. 3. c. 3. n. 76.
Hyens lib. 1. c. 9. n. 24.
Hyons lib. 1. c. 7. n. 29.

I

Jacops lib. 2. c. 13. n. 9.
Jauce lib. 3. c. 2. n. 21. c. 3. n. 140.
Idiaques lib. 2. c. 4. n. 3.
Immerſele lib. 1. c. 9. n. 43.
Inghels lib. 2. c. 7. n. 3.
Ingloſenberghe lib. 3. c. 3. n. 101. 162.
Inkers lib. 3. c. 3. n. 196.
Inxhem lib. 2. c. 5. n. 20.
Iorck lib. 1. c. 7. n. 198.

K

Kerckhove lib. 1. cap. 5. n. 49. lib. 3. c. 3. n. 212. c. 9. n. 2.
Kets lib. 2. c. 5. n. 20.
Kethulle lib. 1. c. 7. n. 160. c. 9. n. 57. l. 3. c. 3. n. 259.
Keyſere lib. 2. c. 2. n. 35.

L

Laere lib. 2. c. 5. n. 19.
Laenen lib. 3. c. 2. n. 3.
Laerne lib. 3. c. 3. n. 236.
Lalain lib. 1. c. 7. n. 98. 102. l. 2. c. 2. n. 54. 60. & conſequenter l. 3. c. 3. n. 150.
Lannoy lib. 1. c. 7. n. 98. 133. l. 3. c. 3. n. 140. 264.
Laval lib. 1. c. 7. n. 185.
Lavieſville lib. 3. c. 3. n. 264.
Leeuwerghem lib. 1. c. 4. n. 10. l. 3. c. 3. n. 76. 111. 118.
Lembeke lib. 3. c. 6. n. 8.
Le-mire lib. 1. c. 5. n. 42. c. 6. n. 201.
Lens lib. 3. c. 3. n. 202.
Lesbaux lib. 2. c. 2. n. 61.
Leſcuyer lib. 3. c. 8. n. 44.
Leyſchot lib. 2. c. 6. n. 9.
Lichtervelde lib. 1. c. 9. n. 3. l. 3. c. 2. n. 24. 25. 26.
Liedekercke lib. 1. c. 7. n. 55. l. 3. c. 3. n. 18. 264. 294. cap. 7. n. 13.
Lieſveldt lib. 1. c. 6. n. 78. c. 10. n. 31.
Lievens lib. 3. c. 9. n. 8.
Lilers lib. 1. c. 6. n. 16.
Lille lib. 1. c. 6. n. 74.
Lion lib. 1. c. 7. n. 29.
Linden lib. 2. c. 13. n. 2. l. 3. c. 3. n. 84. 111.
Lips lib. 1. c. 6. n. 201.
Loecke lib. 1. c. 4. n. 22.
Lombaerts lib. 2. c. 5. n. 19.
Longin lib. 1. c. 7. n. 49. l. 3. c. 3. n. 86.
Loo lib. 1. c. 7. n. 177. 178.
Los lib. 1. c. 6. n. 16. l. 2. c. 2. n. 58.
Loven lib. 3. c. 3. n. 216. 221.
Lovendeghem lib. 3. c. 3. n. 247. 252.
Loughenhaghe lib. 3. c. 9. n. 10.
Luu lib. 1. c. 9. n. 58. l. 3. c. 2. n. 3. c. 7. n. 12.
Lutzenburgh lib. 1. c. 6. n. 103. 134. l. 2. c. 8. n. 61. l. 3. c. 3. n. 156. 217. c. 8. n. 42.
Lyndale lib. 1. c. 9. n. 55.

M

Maelſtede lib. 1. c. 7. n. 170. l. 3. c. 3. n. 157. 161.
Maerſchalck lib. 1. c. 9. n. 12. l. 3. c. 3. n. 76. 241.
Maldeghem lib. 1. c. 6. n. 73. 74. 86. c. 9. n. 28. l. 3. c. 2. n. 41. c. 3. n. 33. 72. 77. 117. 128. 129. 233. 239. 242. 283. 288. c. 7. n. 8.
Mansfelt lib. 3. cap. 3. n. 43. 150.
Malart lib. 3. c. 3. n. 81.
Marcatelle lib. 3. c. 9. n. 4.
Marceo lib. 2. c. 2. n. 68.
Marchant lib. 1. c. 1. n. 1.
Marche lib. 1. c. 7. n. 132.
Marcke lib. 1. c. 6. n. 155. l. 2. c. 2. n. 72. l. 3. c. 7. n. 12.
Marſſelaere lib. 1. c. 6. n. 79. l. 3. c. 2. n. 2. 3.
Maſſeme lib. 1. c. 6. n. 74. 75. c. 7. n. 49. c. 9. n. 4. 5. 7. 8. 9. 12. 40. l. 3. c. 2. n. 33. 79. c. 3. n. 19. 34. 72. 73. 76. 111. 112. 116. 121. 129. 130. 140. 145. 240. 241. 242. 243. 246. 247. 249. 288. c. 7. num. 8.
Maſtaing l. 3. c. 3. n. 140.
Mauwe lib. 3. c. 2. n. 34.
Meere lib. 2. c. 2. n. 69.
Mendonck lib. 3. c. 3. n. 214
Melun lib. 1. c. 7. n. 128. l. 3. c. 3. n. 217.
Merode lib. 3. c. 3. n. 16. 17. 133. 200.
Meyere lib. 3. c. 3. n. 193.
Mewerve lib. 1. c. 6. n. 81.
Meyne lib. 3. c. 3. n. 259.
Mirabel lib. 1. c. 9. n. 8. 12. l. 3. c. 3. n. 69. 129.
Moere lib. 3. c. 3. n. 113. 145. 247. 249. 251. 252.
Moerkercke l. 3. c. 2. n. 77. 78. c. 3. n. 34. 149.
Moerſke lib. 2. c. 6. n. 3. 8. l. 3. c. 2. n. 41. c. 3. n. 66. 67. 202.
Mol lib. 3. c. 2. n. 3.
Molenne lib. 1. c. 9. n. 43.
Molin lib. 1. c. 9. n. 43.
Mondragon lib. 1. cap. 7. n. 142. 151.

Monpenſier l. 1. c. 7. n. 185.
Montmorency lib. 1. c. 9. n. 52. 53. 54. l. 3. c. 3. n. 139. 150. 217. 260.
Montigny lib. 1. c. 7. n. 195.
Moriamez lib. 1. c. 6. n. 96. l. 3. c. 3. n. 17.
Morſele lib. 1. c. 6. n. 83.
Mortaigne lib. 1. c. 7. n. 205 l. 3. c. 3. n. 242. 284.
Moſt lib. 1. c. 9. n. 9. l. 3. c. 2. n. 19.
Mulart lib. 1. c. 9. n. 13. l. 2. c. 7. n. 3.

N

NAeldewyck lib. 3. c. 3. n. 214.
Namur lib. 1. c. 6. n. 134 c. 7. n. 64. l. 3. c. 3. n. 160.
Naſſau lib. 1. c. 7. n. 135. 139. l. 3. c. 3. n. 145.
Nederwyck l. 3. c. 3. n. 266.
Nedoncel lib. 3. c. 3. n. 264.
Neelle lib. 1. c. 4. n. 9. 46. c. 6. n. 128. & conſequenter.
Neve lib. 1. c. 7. n. 142.
Neufchaſtel lib. 1. c. 2. n. 15
Nievelt lib. 3. c. 3. n. 301.
Nieulant lib. 3. c. 9. n. 12.
Nieuwenbrugghe lib. 3. c. 3. n. 97.
Nievele lib. 1. c. 4. n. 10. l. 2. c. 13. n. 5. l. 3. c. 3. n. 105. 110.
Nivers lib. 1. c. 6. n. 134.
Northout lib. 1. c. 9. n. 54.
Noyelles lib. 1. c. 9. n. 56.

O

OFfemont lib. 1. cap. 6. n. 145.
Ophem lib. 3. c. 2. n. 3. c. 3. n. 78. 79. 80.
Orange lib. 1. cap. 7. n. 135. 169. & conſequenter. l. 3. c. 3. n. 46.
Os lib. 2. c. 5. n. 2. 19.
Oſt lib. 1. c. 7. n. 114. l. 2. c. 5. n. 20.
Oſtende lib. 3. c. 2. n. 82.
Otteren lib. 2. c. 5. n. 20.
Oudenem lib. 1. c. 9. n. 34.
Oudenhove lib. 1. c. 9. n. 29. l. 3. c. 3. n. 111. 130. 246.
Overmeere lib. 3. c. 3. n. 98. 101. 102. 162.
Oyenbrugghe lib. 3. c. 3. n. 84.

P

PAce lib. 1. c. 7. n. 208.
Pels l. 3. c. 3. n. 113.
Penneman lib. 1. c. 13. n. 5.
Pethem lib. 3. c. 3. n. 18.
Picavet lib. 3. c. 3. n. 76.
Pincy lib. 3. c. 3. n. 195.
Pieters lib. 1. c. 9. n. 4. l. 2. c. 6. n. 9.
Pipenpoy lib. 1. c. 6. n. 134.
Pointe lib. 1. c. 9. n. 12.
Pointinc lib. 1. c. 9. n. 12.
Ponterave lib. 3. c. 3. n. 270.
Polwyler lib. 1. c. 7. n. 156. 157.
Pottelsberghe lib. 1. c. 9. n. 44. 49. l. 2. c. 2. n. 65.
Pottere lib. 1. c. 9. n. 57.
Praet lib. 3. c. 3. n. 145.
Prooſt lib. 1. c. 9. n. 34. 35. 36. 37. 43. l. 3. c. 3. n. 20. 69.
Pruneau lib. 1. c. 7. n. 53. 54.
Putte lib. 2. c. 6. n. 9. l. 3. c. 3. n. 214.

Q

QUeville libro 1. cap. 9. num. 35.

R

RAmeſdonck lib. 1. c. 6. n. 33.
Rantere lib. 1. c. 9. n. 39.
Raſſenghem lib. 1. c. 6. n. 72. 73. 74. c. 7. n. 49. l. 3. c. 3. n. 18. 32. 128. 142. 143. 144. 239.
Raveſchoot lib. 3. cap. 3. n. 145. 156.
Raveſtein lib. 3. c. 3. n. 142. 143.
Recourt lib. 3. c. 3. n. 298.
Rennenbergh lib. 2. c. 2. n. 61.
Renthy lib. 1. c. 7. n. 98.
Requeſenes lib. 1. cap. 7. n. 154.
Reyghersvliet lib. 1. cap. 6. n. 73.
Ridders lib. 2. c. 5. n. 19.
Robais lib. 3. c. 3. n. 156.
Rode lib. 3. c. 3. n. 202.
Rodoan lib. 1. c. 5. n. 71.
Roelants lib. 1. c. 7. n. 153. l. 3. c. 3. n. 86.
Roeſſelaere lib. 3. c. 3. n. 18.
Roſſin lib. 3. c. 3. n. 77.
Rokeghem lib. 3. c. 5. n. 2.
Romerſwaele lib. 3. c. 2. n. 82. c. 3. n. 145.
Rops lib. 1. c. 9. n. 44.
Roſenbos lib. 1. c. 7. n. 111.
Royen lib. 1. cap. 7. n. 136. 185. c. 9. n. 43. 44. l. 3. c. 2. n. 82.
Roes lib. 1. c. 6. n. 42.
Rubenpré lib. 3. c. 3. n. 260. 264.
Ruter lib. 2. c. 2. n. 42.
Rycke lib. 3. c. 2. n. 3. c. 3. n. 282.
Ryckenburgh lib. 3. c. 3. n. 156.
Ryhove lib. 1. cap. 7. n. 160. 161. 162. 190. & conſequenter.
Rym lib. 1. c. 9. n. 13. & conſequenter. l. 3. c. 3. n. 192.

S

SAelaert lib. 1. c. 9. n. 22. 28. 31.
Saegere lib. 3. c. 6. n. 10.
Saemſlach lib. 3. c. 3. n. 145. 284.
Saint-Omer lib. 3. cap. 3. n. 294. 298.
Saint-pol lib. 1. c. 6. n. 164.
Salisbery lib. 1. c. 6. n. 86.
Samillan lib. 2. c. 7. n. 3.
Sanders lib. 3. c. 3. n. 205.
Sarrebruſſe lib. 3. c. 3. n. 217.
Sauvage lib. 1. c. 7. n. 49.
Sbiën lib. 2. c. 6. n. 9.
Sbots lib. 2. c. 7. n. 3.
Scheldenbeke lib. 3. c. 7. n. 7.
Scheppere lib. 1. c. 7. n. 160.
Schoorman lib. 3. c. 9. n. 12.
Schoubroeck lib. 2. c. 6. n. 9.
Schouteete lib. 3. c. 3. n. 126. 253. 258. & conſequenter. c. 7. n. 14.
Schynclaers lib. 3. cap. 3. n. 246.
Schuddematte lib. 1. c. 7. n. 177.
Sempy lib. 3. c. 3. n. 156.
Senghien lib. 3. c. 3. n. 156.

Ser-

INDEX FAMILIARUM.

Serpieters lib. 1. c. 9. n. 40.
Serraets l. 3. c. 3. n. 82. 83. 84.
Serſanders lib. 1. c. 9. n. 47.
Serſimoens lib. 1. c. 9. n. 47.
Seſtich lib. 2. c. 2. n. 71.
Seton lib. 1. c. 7. n. 202.
Sigura lib. 1. cap. 7. n. 197. 200.
Sinnebeke lib. 1. c. 4. n. 10.
Slabbaert lib. 2. c. 13. n. 5.
Slanghen lib. 3. c. 3. n. 247. 248. 249.
Smunters lib. 2. c. 6. n. 9.
Snaers lib. 2. c. 5. n. 19.
Somere lib. 1. c. 7. n. 192.
Sonfort lib. 1. c. 9. n. 31.
Sonnevelt lib. 1. c. 7. n. 177.
Sotteghem lib. 1. c. 6. n. 55. 69. 72. l. 3. c. 3. n. 126. 127. 129. 140. 195. 196. 205. 214. 237.
Soyſon lib. 2. c. 6. n. 9.
Specken lib. 1. c. 7. n. 114.
Spot lib. 1. c. 9. n. 41.
Stavele lib. 3. c. 3. n. 140.
Steelant lib. 1. c. 7. n. 144. c. 9. n. 23. 49. l. 2. c. 6. n. 9. c. 7. n. 3. l. 3. c. 2. n. 43. c. 3. n. 22. 76. 286. c. 7. n. 8.
Steenhuſe lib. 3. c. 3. n. 111.
Steghen lib. 1. c. 9. n. 41.
Straeten lib. 1. c. 6. n. 19. l. 2. c. 6. n. 9. l. 3. c. 3. n. 84.
Swaeghen lib. 3. c. 3. n. 111.
Sweens lib. 1. c. 10. n. 31.
Sweerts lib. 3. c. 3. n. 86.

T

Taſſe lib. 2. c. 5. n. 19.
Taxis lib. 1. c. 7. n. 208.
Tempel lib. 1. c. 7. n. 203.
Temſeke lib. 3. c. 3. n. 160.
Tenremonde lib. 1. c. 6. n. 4. & conſequenter. lib. 2. c. 6. n. 3. 6. 8.
Thiennes lib. 3. c. 7. n. 19.
Thines lib. 2. c. 7. n. 3.
Tollinck lib. 3. c. 3. n. 284.
Tralle lib. 3. c. 3. n. 153.
Treſigny lib. 3. c. 3. n. 156.
Trieſt lib. 1. c. 7. n. 192. l. 2. c. 7. n. 3. l. 3. c. 2. n. 82.
Trimoille lib. 3. c. 2. n. 40.
Trovilliere lib. 1. c. 9. n. 48. 49.
Turpin lib. 3. c. 3. n. 252.

V

Valois lib. 1. c. 6. n. 148. c. 7. n. 8. 174. & conſequenter. l. 3. c. 3. n. 93.
Vaernewyck lib. 1. c. 4. n. 10. c. 7. n. 30. c. 9. n. 31. l. 3. c. 3. n. 69.
Varen lib. 3. c. 6. n. 67.
Velde l. 2. c. 13. n. 2.
Veranneman lib. 1. c. 3. n. 33. l. 3. c. 2. n. 82.
Vermeulen lib. 3. c. 2. n. 34.
Vermuyden lib. 2. c. 5. n. 2.
Verpletſen lib. 1. c. 7. n. 142. l. 2. c. 5. n. 20.
Verreycken lib. 1. c. 7. n. 153. l. 3. c. 2. n. 5.
Veſte lib. 2. c. 7. n. 3.
Uffele lib. 1. c. 7. n. 139.
Viane lib. 3. c. 3. n. 301.
Viefville lib. 3. c. 3. n. 264.
Vienten lib. 1. c. 9. n. 43.
Villain lib. 1. c. 7. n. 29. c. 9. n. 31. l. 3. c. 2. n. 21. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. c. 3. n. 18. 34. 131. 132. 138. & conſequenter. 283. c. 8. n. 29.
Villenove lib. 1. c. 7. n. 177.
Virſon lib. 1. c. 7. n. 13. 16.
Viſſchere lib. 3. c. 3. n. 211.
Volmerbeke lib. 3. c. 3. n. 76. 247.
Voorde lib. 3. c. 3. n. 245.
Vos lib. 1. c. 9. n. 30. l. 3. c. 3. n. 244. 245. 246. 247. 250.
Vranx lib. 3. c. 9. n. 1.
Vrient lib. 1. c. 5. n. 49.
Vrieſe lib. 1. c. 10. n. 33.
Uten-eechoute lib. 1. cap. 9. num. 57.
Uten-hove lib. 1. c. 9. n. 31. 32. 33. 34. 43. l. 3. c. 2. n. 3. c. 3. n. 97. 121. 122.
Uter-zwaene lib. 1. c. 9. n. 6. 8. 9. l. 3. c. 2. n. 33.

W

Waele lib. 3. c. 5. n. 2. c. 7. n. 54.
Waesberghe l. 1. c. 6. n. 190. c. 7. n. 142.
Walne lib. 1. c. 6. n. 16.
Waſſenaere l. 3. c. 3. n. 302.
Wavrin lib. 3. c. 2. n. 41. c. 3. n. 74.
Wedergraete lib. 3. c. 3. n. 243.
Wentike lib. 3. c. 3. n. 266.
Werchin lib. 3. c. 3. n. 156. 217.
Wiedeſchoot lib. 1. c. 7. n. 64.
Wiele lib. 3. c. 9. n. 12.
Wienſe lib. 2. c. 6. n. 9.
Wieſe lib. 3. c. 7. n. 10.
Wignacourt lib. 1. c. 9. n. 52.
Wintre lib. 3. c. 3. n. 97. 99.
Woeſtyne lib. 3. c. 3. n. 252. 253. 255. 257. 258. 264.
Wouteren lib. 2. c. 5. n. 2.
Wyngaert lib. 3. c. 9. n. 7.

Y

Yedeghem lib. 1. c. 9. n. 8. 40. 55. l. 3. c. 2. n. 33. c. 3. n. 289. c. 7. n. 5. & conſequenter.

Z

Zaedelaer lib. 1. cap. 9. num. 34.
Zantberge lib. 3. cap. 3. n. 111.
Zeebroeck lib. 3. c. 3. n. 18.
Ziekele lib. 1. c. 9. n. 13. 16.
Zuylen l. 3. c. 3. n. 126. 253. c. 7. n. 14.
Zype lib. 3. c. 2. n. 53. c. 3. n. 124.

FINIS.

NICOLAI DE GUYSE

J. U. L. ET CANONICI CAMERACENSIS

MONS

HANNONIÆ METROPOLIS,

INTERJECTA

COMITUM HANNONIÆ

CHRONOLOGIA BREVI

USQUE AD

PHILIPPUM SECUNDUM.

AMPLISSIMIS ET CLARISSIMIS

URBIS MONTENSIS

SENATORIBUS

ET

CONSULIBUS

DD. DU MONT, MALAPERT, DACO, FRANEAU, VINCHANT, MERCHIER, LANNOY, HALLET, VERGNIES, BEHAULT,

ADAM, VANDER STEIN, JONART, FERCQUO, VIVIEN, TONNELAIR, MOVISSART,

N. D. G. S. P.

ITa me ſemper amoris ſui ſtimulis agitavit Patria, ut jam pridem aliquam natali ſolo gratiam referre mens geſtierit, quantulicunque foret illa momenti, non ex æquo repoſita.

Scio Leonis Bizontini ad Athenienſes Legati præſentiam, ob ſtaturæ puſillitatem ludibrio fuiſſe: quod quidem improperii genus à me prorsùs alienum exiſtimo, ſi corporis ſtatum intueamini; verùm animi facultates exiguæ metum ſubire compellunt. Quid itaque, propoſitumne prohibebit hæſitatio? Minimè: genitalis loci neceſſitas jure ſibi mercedem repoſcens, tramitem pandet inceptum.

Ecquò pondere librabitur oratio profecta ab inculti ſcriptoris eloquio? Dicam; civium in idem civitatis encomium unio ſermonis humilitatem blandâ fovebit indulgentiâ. Veſtra quoque PP. Conſcrip. filii Montanæ civitatis labantem animum fulciet authoritas: quam ceteri mecum Oppidani prædicabunt, obſequioſi legum veſtrarum manſuetudini, hâc ratione Reipublicæ ſtatum, valida quaſi columna, firmantes, Theopompo teſte, qui potius Rempublicam ideò ſubſiſtere dixit, quod Regi plebs morem gereret; cùm tamen interpellans arbitraretur Spartam tunc pedibus conſiſtere, quod benè regeretur. Reſponſione ſiquidem iſtâ Theopompus inſinuatum volebat, illud à Regum prudentia pendere, ſi plebs mandatorum capax efficeretur. Dicendum itaque, rem veſtram publicam, & veſtri clementiâ regiminis, & ſuavi plebis obedientiâ ſtabilitam; unde fit, ut in ea rari ſint pro cœtûs multitudine diſcoli, animadverſio in paucos neceſſaria, vigor ſine rigore perpetuus; junioribus in Senatu ſeniorum conjunctione celſitudinem eminentiæ ſuæ ſcandentibus, adinſtar hederæ, quæ arbori circumvoluta cum eadem aſcendit. Ita cum Clyſtene Ariſtides, ſicque promovit Sylla Lucullum: concors enim Rectorum ſententia ſplendorem poteſtatis adauget, quomodo corpora Solis expoſita radiis, ſuâ ipſum repercuſſione illuſtrant. Quocirca, cùm Amplitudinis Veſtræ terminis modeſtiam concludatis, amore non timore rem agitis: hæc virtutum veſtrarum eſt ſemita, hoc plebis aſylum, quæ manſuetis afficitur Regibus, efferos exoſa non tantùm, ſed & illos, qui ſævitiei minima aduruntur nota. Nunquid Hanno, Cartaginenſium in exercitu Dux, exulare juſſus, quod impedimenta bellica per Leones conferri curaret? Ita horrori populis eſt feritas; honori verò Clementia; quam venerabundus ut dignitatis veſtræ faſtigium extollo. Hæc ad Vos Theſeo me filo dirigit: eadem teſſeram hanc meæ in Vos obſervantiæ accipiet, ac adſpiciet: nihil enim accipit quod non boni conſulat; nihil aſpicit quod non lætificet. Affectum Patriæ innatum lucis Veſtræ ſplendor vegetabit in concive, qui ſe Montenſis vineæ palmitem eſſe, ſemper expreſſâ ſignificatione teſtabitur.

AD

AD DOMINI
NICOLAI GUYSII
HISTORIAM
De oppido MONTENSI & Comitibus Hannoniæ.

HANNONII Montes porrecto vertice clarent,
 Abſcondant Montes nunc caput Aonii.
Eſte procul latices, voluit quos Aonis unda,
 Longè alios latices Hannonis ora parit.
Una, palàm, dicenda placet modò gloria Montis
 Hannonii, Aonii gloria magna perit.
GUYSIUS Hannoniæ meritos modulatur honores,
 Reſtituens Patriæ pignora chara ſuæ.
GUYSIUS æternum ſic inclytus audiet, una
 Hannonii, Aonii gloria clara jugi.

Lud. d'Oultreman Can. Cameracenſis.

In Domini NICOLAI GUYSII *Juris utriuſque Licentiati & Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis Canonici* CASTRI-LOCUM. *V. Robart S. Gaugerici Canon.*

ODE.

QUid hoc, quòd alto CASTRI-LOCUS jugo
 Feſtiviori flammeus eſt face?
 Nî fallor, haud indignum alumno
 Lætitia celebrat laborem.
Quamvis vetuſtâ nuper imagine
 Micans, Olympo ſuſtulerit caput;
 Nunc ampliore ornatus auſu
 Et magìs, & meritò renidet.
Florere cultu Numinis, & regi
 Candore legum: ſed neque diſpares
 Servare mores, ingenîque
 Viribus, & ſtudiis valere,
In publica re eſt præſidium potens:
 Atqui remotos in populos ea
 Transferre lucubratione,
 Præcipuum eſt decus, atque honeſtas.
Macte ergò GUYSI: nec patriæ tuæ
 Præferre ceſſa tam rutilas faces.
 Sic Te ſenes, ſic Te juventus,
 Caſtalideſque ſacræ coronent.

AD

AD
LECTOREM
BENEVOLUM.

NE mirêre lector, quod Spartam hanc ornare præſumpſerim, quam alii ſplendidiùs illuſtrare poterant : mens ævi priſci veternum partim exuta, partim induta moram omnem abrupit : exuta, quia Cymmerias antiquitatis tenebras, quibus olim ſcriptores involuti fuêre, excutiendas exiſtimavit : Induta, cum vetera Principum Hannoniæ Encomia ſuis etiam ornamentis reſtituenda cenſuit.

Jacobus Guyſius, ſtemmate mihi junctus paterno, ejuſdem antiquitatis ſtudioſus, exeunte ſæculo milleſimo treceteſimo, palæſtram hanc adiit ; ſed à Troyanorum exorſus initio fidei ſynceræ ſcrupulum aliquem ingeneravit. Non inficias ivero, eundem, Eccleſiarum antiquitatibus ſubinde certum, quas conſanguineorum virorum Conſularium authoritate fretus accepit, tum ex Valentianenſibus, tum ex Cœnobiticis Archivis.

Eruditione conſpicuum etiam agnoſco, cum primas obtinens partes inter antiquos Minorum Patres, Theologiæ laureà fuerit inſignitus, atque ſuis Theologiam, Mathematicam, & Philoſophiam annorum 25. ſpatio prælegerit, mortuus tandem anno 1398. Quia tamen in ſerie Principum noſtrorum multa ſibi obſcura fuiſſe fatetur, eidem ſuccenturiari me poſſe ſine arrogantia confiſus ſum, diſſipatarum rerum Annalibus à Pharamundo ad Philippum uſque ſecundum, Belgii Principem, in unum prope manipulum cohibitis : Archivorum enim monumentis & R.D.N. Goubille Metropolitanæ Cameracenſis Decani ſcriptis aliquibus inſtructus ; Item hiſtoricorum collatione confirmatus, id auſus ſum. Nunquid pigmæus giganteis inſidens humeris longius aſpectum protendit ? Veniam itaque certiora ſpondenti tribue lector : ſi quid Cenſuræ conſignationibus annorum adfero, illud majorum authoritatibus, non potentiorum foribus affixus aſtruo. Sermone uſus ſum brevi (quantum licuit) & lachonico, Polyeucti motus opinione, qui Phocionis brevitatem eloquentiæ prætulit Demoſtheneæ. 2. Candido, non fucato, exoſus circumforaneorum affectus ; ſimplicem enim veritatis fidem amplexus ſum, ambitioſo eloquentiæ faſtu rejecto. 3. Facili, nec multùm elaborato, ne mihi ridiculum iſtud Phyteæ contra Demoſthenem quadraret, ſermonem redolere lampadis oleum. 4. Libero, nec clauſulis in menſura nimis aſtricto, veritus muſicorum levitatem. Cæterum latinæ ſplendorem elocutionis tametſi ſcriptis hiſce non arrogem, permittant ſaltem Conterranei Concivem res ſuæ gentis oratione tolerabili tradere, eaſque capitibus, ſerie temporum contractis, ut fert natura compendii : velut enim, contexendæ non omnes adhibendi coronæ flores, ſed illi, qui venuſtiorem videntur allaturi ſpeciem ; ita rejectis aliquibus, quæ noſtro convenire ferto non videbantur, ex Hannoniæ tantum hortulo (quantum licuit) ea deprompſimus, quæ, noſtri ſuave-olentiam operis, ſenſibus adaugerent. Si quid itaque ſuperflui ſit elapſum, ſpongiæ ſubmitto peritorum : Quæ autem nundum mihi comperta, deſiderantur, illa liberalitati relinquo lectoris ; quem obſecro mihi communicationis impertiri favorem, emendaturo quicquid minus rectè, certè, vel expreſsè ſcripſero.

MONS

MONS
HANNONIÆ METROPOLIS,
INTERJECTA
COMITUM HANNONIÆ
CHRONOLOGIA BREVI,
USQUE AD
PHILIPPUM SECUNDUM.

CAPUT PRIMUM.
Situs Oppidi.

MOntem Hannoniæ Metropolim, à ſitu nuncupari ipſis intuentium oculis eſt evidens.

Foſsâ duplici circumdatur, eaque plurimùm munitur, quæ etiam piſcium fœcunditate laudis facundiam ſuppeditat.

Trulla fluvius ſecundam alluit foſſam, quæ extremam Oppidi regionem interſecans artificibus aquarum indigis immenſo eſt uſui. Nomen autem ſortitur (Roberto Cænali teſte, lib. De Re Gallica) à Trullo Romanorum legato.

Jacobus Guiſius in manuſcriptis annalibus Hannoniæ, ait: Trullum reprimendæ rebellionis Belgicæ causâ, ab Octaviano Auguſto deſtinatum fuiſſe, juxtaque fluvium hunc caſtrametatum, & inde nomen Trullæ fluvii promanaſſe.

Haynæ ſeu Hannia fluvius ſuburbium præterlabitur, effluens in vicum Jumappyum, ubi mercimonium navale Montenſium utriuſque fluvii gaudet alluvione.

Mænia præter loci naturam arte circumvallantur admirabili, quæ propugnaculis non modò; verùm etiam arboribus ipſi loco venuſtatem adferentibus obfirmantur.

Denique Mons, in pratis vernante circumquaque gaudet aſpectu, ſic ut abſimilis nequaquam ſit Monti per Iſaiam expreſſo.

Nunquid Mons in vertice Montium? Cum Paridis & Æribuſii, ceteriſque contiguis emineat? An non hâc ratione ſuper vicinos omnes elevatus eſt colles? Præter hæc, & ad illum omnes confluxêre gentes, ſecundùm Iſaiam allegatum. Huc è Græcia Guiſleni, ex Hibernia Furſæi, è Galliis Amandi, è Cameracenſibus Auberti, ex Hannoniis Waldetrudes, in odorem unguentorum loci venêre, quorum ſpiramine allecti vicini, auras vitæ ſpiritualis hauſêre.

In Suburbana quoque gratum Mons noſter intuentibus exhibet aſpectum: in colles ſcilicet per declivia ſegetibus lætos, in ſylvarum frondes, Oppidum ad inſtar coronæ cingentes, in ſtagna denique criſpantibus undis fulgentia.

Ita me Phœbus amet, auſum aſſerere, civitatem hanc plurimis Europæ, ne dicàm oppidis, ſed, & Regiis varietate ſitus anteponendam eſſe.

Pariſios, Londinum, atque Bruxellam Regias luſtravi, non æquiparandas. Sileo Rotomagum Normannorum, Remos Gallorum, Cantuarios Anglorum, Leodicum Eburonum, hìs enim amænitatem noſtri comparatione Montis inferiorem obſervavi.

Quis è ſuburbanis, Orientali præſertim, & Meridionali regione, Montem hunc (ab ipſo cacumine ad infimam uſque partem Oppidi ſenſim declivem) non admiretur à congerie confertiſſima?

Ita profectò compacta moles, ut lapidem unum, non plures aſtruas; ſic deniquè, præter naturam, diſtincta varietatis ædificiorum confuſio, ut etiam opera Corinthiaca, Ionica, Dorica, & Attica, à peritis Architecturæ diſcerni queant, eâque ratione, confuſio voluptatem, & diſtinctio ſtudium generet.

Non me latet, aliquibus forſan obverſari poſſe contradictionem hanc, meritò ſcilicet mercedem à me ſolum genitale requirere, ve-

rùm enimverò, veritatis, non adulationis ſtudioſo mihi lectorem aſſentiri precor, benevolentiam deberi ratus ingenuitati, quæ rejecto loliginis ſucco, candidam, ſine labe, ſimplicitatem amplexa eſt.

Ut rem obſervatione præclarâ concludam, Oppidi ſubjungo dimenſionem, non à mea, ſed periti Minerva profectam. Ea eſt pedum decies quinies mille, octingentorum, & ſeptuaginta octo geometricorum, pollicibus decem, & dimidio pedem conſtituentibus. Is eſt ambitus, quem Petrus le Poyvre, Sereniſſimorum Belgiæ Principum geographus, eodem loco natus, hujus idem artis expertiſſimus, eleganter dimenſus eſt.

CAPUT II.

Antiquitas.

COgitante me de ejus antiquitate, atque eidem involutâ fabularum admixtione, ipſo conatu nitentis eloquii impar evaneſcit oratio, cùm res jam tantâ ſepultas vetuſtate, nec ullius auctoris claſſici ſententiâ roboratas temerarium ſit redivivas facere.

Quis enim, niſi antiquitatis imperitus, de caſtellis, arcibus, atque munitionibus, ante Julii Cæſaris ætatem, certum ferre queat indicium?

Ab eo inquirenda arcium nomina, non à fabularum textoribus. Nullius ipſe Caſtri-loci prope Trullam fluvium meminit, cùm demùm Trullus venerit ſub Octaviani Imperio. Si quid hâc in re certum ſit, à paludibus Nerviorum, eorumque nemoribus expetendum eſt, quos conſtat iiſdem ſe continuiſſe per cauſam tuendæ libertatis, utpote ab omni exterorum commercio alienos, ut expreſsè teſtatur Cæſar in commentariis, ideò ceteris Gallis ferociores extitêre, ferinis affectibus inſervientes, proindeque latebris crebrioribus, quàm arcibus uſi, Vopiſco auctore antiquiſſimo idem teſtante, dum ait Francos, & Belgas, inviis ſtratos paludibus, Oceani vicinitate confiſos fuiſſe.

Quocirca ut ab ovo, quod aiunt, ordiar, primam Montis noſtri munitionem Aubronio, ſeu Alberoni adſcribendam duxi, utpote turre Aubronii nomine apud indigenas ſuperſtite: ſed quò Alberonis elucidatior ſit cognitio, res ab altiore paululùm inveſtiganda principio.

Rex Franciæ Pharamundus, connubio Argottæ, Regis Cimbrorum filiæ, Clodionem genuerat: an hic Ducis aut potiùs Regis nomine ſit indigitandus, inquit, Goropius Becanus haud refert, cùm Ducis nomen æquè ad Monarchiam, atque Regis pertineat. Clodio itaque paternæ virtutis æmulus, Romanos, jam Rhenanis à Pharamundo pulſos partibus, proſecutus eſt, ſuperatiſque Moſâ, & Scaldi fluviis, eoſdem ad Somonam uſque fugavit, expugnato Cameraco, ſicque totâ Germaniâ ſecundâ potitus eſt, tam pulſis, quàm in ſocietatem aſcitis Romanis.

Clodionis è Baſina Vidulphi Thuringiæ Regis filia, proles hæ prodierunt, Albero, Ranicarius & Reginaldus, quibus, per teſtamenti tabulas, Morovæus tutor eſt conſtitutus, cognatuſne an alienus Clodioni, incertum, inquit Goropius, conſtat tamen hunc pupillorum poſſeſſiones uſurpaſſe, regiumque diadema ſumpſiſſe.

Porrò, mortem oppetierat Clodio anno 449. teſte manuſcripto Cœnobii Sancti Sepulchri, Cameracenſis. Cui (etiam non viſo) Paradinus accedit, quorum ſententiam, contra Neothericum quemdam, nulli innixùm auctoritati, amplecti cogor.

Albero privationis indignitate commotus, hereditatem à Morovæo paternam eripi condolens, Allemannorum ope, potiſſimam Belgii partem Cameracum uſque recuperavit, munitione primum, ad Montem hunc (qui poſtea Caſtri-locus) exſtructâ contra Morovingorum potentiam.

Erat autem Mons iſte nemoribus undequaque circumſeptus, hodiernâ quoque regionis oppidi declivis nomenclaturâ priſci temporis veſtigium referente, ubi Alti-boſci vicus dicitur.

Optimè Franciſcus de Roſieres in eandem ſententiam. Albero (inquit) obtectus ſylva Carbonaria, tanquam firmo præſidio, hoſtium declinabat injuriam: ſiquidem, vicina regio denſiſſimis nemoribus tum conſita vix cuiquam patebat impunè.

Ex iis concludendum eſſe liquet, nullum Caſtri-loci nominandum eſſe conditorem ante Alberonem, nec quidem Julium Cæſarem, qui qui laudum ſuarum præco clariſſimus, Caſtri-loci mentionem in commentariis minimè neglexiſſet, cùm tamen aliarum mentionem fecerit arcium, debellandis, ſeu continendis nationibus erectarum, quæ Nerviis inferiores erant fortitudine: exemplo ſit Bratuſpantium in Bellovacis, & aliæ Advaticorum munitiones, quas ſcripto non præteriit.

CAPUT III.

WALBERTUS I.

ANno 491. defuncto Alberone, Walbertus I. patris hereditatem adit, inquit Franciſcus de Roſieres: Genitus erat ex Argotta Theodomari Gothorum Regis filia. Is Chilperico Rege Morovæi filio ignaviter deliteſcente, & Sardanapalicâ mollitie diffluente, pomæria protulit, etiam vivente patre. Eminebat autem Walbertus hic, inquit Roſieres, inter ceteros Principes, honore, præclaris majorum imaginibus, ac inveteratâ virtute, præcellentique ingenio commendabilis.

Nuptiis cum Lucilla Zenonis Imperatoris ſorore contractis, genuit Walbertum, & Ausbertum, quos ſanguinis vinculo ſibi conjunctos Imperator faſcibus conſularibus admovit: hinc uterque Romani Senatoris uſus eſt titulo. Porrò

rò ab Auſberto Pipinorum, à Walberto autem Hannoniæ Comitum ſtirps petenda.

CAPUT IV.

RANICHARII *Fratris* WALBERTI *clades.*

CLODOVÆUS Rex Chilperico generoſiores geſtans ſpiritus, Alberonis poſteros Imperii ſedem dilatantes, arcet ab ulteriore in Gallias progreſſu, & Ranicharium, Walberti primi fratrem, qui jam Cameracenſibus, & Atrebatibus Jura dabat è medio tollit, anno 510. (ſecundum Tilletii conſignationem) ut regnum Franciæ ſecuriùs ad ſuos tranſmittat. Ranichario, ſeu Regnachario (ſecundum Gregorii Turonenſis denominationem) ſubacto, Clodovæus in eandem Walberti cladem aſpirabat, aſt impetitus à Walteri affinibus, Zenone Imperatore,& Theodorico Oſtrogothorum Rege, pacem inire compulſus eſt.

Obiit autem pacificè Walbertus primus circa annum 528.

CAPUT V.

WALBERTUS II. & III.

CUm à morte Clodovæi, fratres Gallias inter ſe partirentur, obtigiſſetque Theodorico Notho Auſtraſia, (quæ ob ſtirpis Clodionicæ prætenſiones erat incertior) Walbertus ſecundus ſub eo rexit Hannoniam. Is eſt, quem Senatoris Romani decoratum honore ſupra diximus: Walberto Senatori defuncto anno 562. filium Walbertum tertium Franciſcus de Roſieres ſubſtituit, quem ex Amalberga Carolimanni Landenſis Ducis Brabantiæ filia, proles multas genuiſſe refert, adnumerans Walbertum, qui fuit pater ſanctæ Waldetrudis: Item Brunulphum ſanctæ Ayæ patrem: addens etiam Walbertum hunc tertium, relicto ſeculo anno 573. factum Monachum Treveris, in ſancti Matthiæ Cœnobio.

Hac Franciſci deductione (qui in ſtemmatibus Ducum Lotharingiæ fuit exactiſſimus, utpote munimentis Eccleſiarum Virdunenſis, & Metenſis inſtructus) evidens eſt, plures ponendos eſſe Walbertos in ſerie noſtra, quam Jacobus ponat Guiſius, duos tantum recenſens: quomodo enim fieri potuiſſet, ab anno 491. quo Walbertus primus paternam adiit hereditatem, ad tempora uſque D. Waldetrudis, quæ anno 600. regebat, unum tantum intermedio Comitem extitiſſe? Jacobus Guiſius hac in re faſſus eſt, ad ſe quidem duorum tantum Walbertorum notitiam eſſe delatam, ideoque lectoris opem requirit, hoc in dubio aſſerens, ex temporis conſignatione, à primo ad ultimum, plures eſſe ponendos Walbertos, quam duos.

CAPUT VI.

WALBERTUS IV. & *Sancta* WALDETRUDIS.

WALBERTO tertio Monaſterium ingreſſo anno 573. filius Walbertus ſucceſſit, qui ex Bertilia, Regis Thuringiæ Bertarii filia, ſanctas Waldetrudem, & Aldegondem ſuſtulit. Huic altiſſimâ fruenti pace, arcium, aut caſtrorum minimè fuit adminiſtratio neceſſaria: unde contigit (teſte Jacobo Guiſio) ut proprii fundi inhabitationem Caſtri-loco prætulerit, vicum ſcilicet Curſorium, vernaculè Couſſor, ſitum inter Malbodium, & Bello-montem. Hunc locum cum prolibus incoluit, è quibus primogenitam Waldetrudem Maldegario conjugem dedit. Erat autem Maldegarius è primaria Gaſconum nobilitate natus, patre Malgero, matre Onugneta, ſeu ut alii volunt, Onugera. Adeptâ Waldetrude in conjugem, ex Hybernia (cujus erat clientaris Præfectus) in Hannoniam rediit, adductis ſecum Monachis ſeptem, è Bobienſi Monaſterio, SS. Eloquio, Ettone, Adelgiſo, Waſnulpho, Foliano, cum duobus fratribus, Furſeo, & Ultano.

Socero mortuo anno 598. ut vult de Roſieres, Vincentius cum uxore Hannoniam rexit. Obiit autem ſocer ejus ſanctus Walbertus, Curſorii, ibidemque contumulatus: cujus ſepulchrum miraculis glorioſum, tanto peregrinorum exterorum concurſu viſitatur, ut hac ratione quodammodo noſtrates impietatis notâ inuri videantur, cum tam laudandi parentis in generatione ſua venerationem aliquandò neglexerint.

CAPUT VII.

SS. VINCENTII, & WALDETRUDIS *receſſus à ſeculo.*

VItâ Conjugali, multis annis pudicè admodum exactâ, Maldegarius, & Waldetrudis de ſeculi renunciatione, (Theodoberto ſecundo Auſtraſiis imperante) cogitant, ſuſceptis jam prolibus quatuor, Landrico, Dentelino, Aldetrude, & Maldeberta.

Maldegarius locum, qui dicitur Altus-Mons elegit annò 606. teſte Wionio, ubi tantâ vixit ſanctitate, ut certatim ad eum concurrerent diſciplinæ Religioſæ ſtudioſi viri: ſub cujus regulâ, trecentos ibi vixiſſe Monachos, conſtat ex diplomate Petri Cameracenſis Epiſcopi, dato anno 1323. ubi laudum ſancti hujus Comitis ſummarium continetur.

Profeſſione verò religionis, nomen Maldegarii, in Vincentii mutatum.

Eſt autem Alti-montium locus amœnus, rivulis montium convalles interlabentibus ſpecioſus, fluvio Sambræ (à magniflua piſcium copia commendando) perfuſus, opaco ſylvarum ambitu, omnique fertilitatis ubere lætabundus.

Mariti exemplo Beata quoque Waldetrudis ſeceſſum quæſivit, ut infra ſequitur.

CAPUT VIII.

Caſtri-Loci inhabitationes, ſecunda, & tertia.

WALDETRUDE ſecularem agente vitam, Divus Guiſlenus, arbitratus Caſtri-locum ſibi divinitus eſſe revelatum, eò conſederat, Lamberto, & Bellirio comitantibus. Erat autem locus hic deſertus, à pace jam confirmata, inter Franciæ Reges, & Clodionis poſteros, ſic ut ſancto Guiſleno neceſſarium fuerit, arbuſtorum, & veprium extirpationi incumbere: quibus occupato viro ſancto, urſa ſuperveniens, ſportulam, in qua veſtes ejus ſacræ recondebantur, aſportat in locum nemoroſum, qui ab urſorum copia, Urſidungus, ſeu Urſi degentis locus appellabatur: indeque amotis catulis hoſpitium eidem ceſſit.

Guiſlenus inde digreſſus, poſtquam Waldetrudi crebro ſalutis æternæ curam innuiſſet, paratam ad ſeculi renuntiationem hortatur, ut Caſtri-locum deligeret, quo vitam ab hominum conſortio ſegregatam tutè tranſigeret: cujus monita, velut æternitatis cibum, alendæ familiæ diſpenſans Waldetrudis, ibidem cellam ędificari voluit, hujus rei conſcio, atque directore Hydulpho cognato.

Visâ conſtructi per Hydulphum ædificii magnificentiâ, condoluit, collapſumque ſequenti nocte cernens, numinis ſuperni providentiam admirata eſt, injungens, ut cella minor extrueretur; haud ignara, etiam in exterioribus humilitatem obſervandam: minima enim qui negligit, paulatim decidit, nec ſunt habenda pro parvis, ſine quibus ad magna pervenire nequimus. Porro Capella ſanctæ mulieris orationibus dicata, DD. Apoſtolos Petrum, & Paulum patronos nacta eſt.

CAPUT IX.

HYDULPHUS & AYA, *eorumque vita Monaſtica.*

SAnctis comitibus Waldetrude, & Vincentio Chriſti obſequio jam aſtrictis, Hydulphus, cum Aya Conjuge, Hannoniæ Præfecturâ donantur, à Dagoberto Rege. Erat autem Hydulphus Dynaſta Lobienſis, cujus uxori, Jure ſanguinis, obtigerat hæreditas Waldetrudis; utpote filiabus Aldetrude, & Madelbertâ in ſanctæ Aldegundis gynæceum admiſſis, Dentelino quoque infante humanis erepto, & Landrico profeſſionis paternæ ſocio: unde factum, ut Aya cognata germana ſucceſſerit, utpote filia Brunulphi, ſanctę Waldetrudis patrui, prodierat enim Walberto tertio.

Hydulphus itaque, & Aya guſtatis ſeculi honoribus, non ſatiati, ad fontem illum converſi, cujus aquæ ſaliunt in vitam æternam, religioſum quoque vitę genus amplexi ſunt.

Hydulphus Lobiis monachus effectus eſt, Aya verò in Caſtri-locenſem puellarum nobilium aſcita congregationem, ibidem obdormivit in Domino, clara miraculis, anno 618. ut conſignat Wionius.

CAPUT X.

BRUNULPHUS, & ALBERICUS. *Item Caſtri-loci munitio.*

BRUNULPHUS, Clotildis, Ayæ ſororis, filius, materteræ ſubſtitutus eſt, qui tantę fuit authoritatis, ut ſub Haiberto Auſtraſiæ Rege, Majoris palatii munere functus ſit.

Hunc Dagobertus Franciæ Rex è medio tolli voluit: verùm, quæ necis cauſa fuerit, & quando, non ſatis liquet inter authores, cum varii diverſa cenſuerint, probabiliter tamen hæc circa annum 640. referri poſſe judico. Hoc conſtat, Dagobertum obiiſſe, anno 645. Ita Guaguinus, & alii plerique.

Albericus patre orbatus, hæreditate privatus, cæteriſque fortunæ bonis à Dagoberto ſpoliatus, tandem reſtitutus eſt, Regis Sigeberti, Auſtraſiam in Provincias redigentis, beneficio.

Uxorem duxit Alſatiæ Ducis filiam, teſte Jacobo Guiſio, qui ſubjungit, antiquam Caſtro-loci turrim, per hunc reſtauratam, munitioneque Caſtri-locum circumvallatum, ubi & animam anno 694. exhalavit.

CAPUT XI.

Templum Caſtri-Loci ſecundum.

SAnctus Sigebertus Rex in expiationem animæ recenter defuncti patris ſui, Dagoberti, necis Brunulphi authoris, templum beatæ Virgini, propè cellam ſanctæ Waldetrudis extrui imperavit, Waldetrude jam coruſcâ miraculis, unde patet obitum ſanctæ mulieris malè à quibuſdam referri in annum 650. cum ante Dagobertum defuncta ſit, utpote clara miraculoſo ſepulcro anno 645.

Tertius fundator nominandus Sigebertus, primam enim ædis Caſtri-loci fundationem D. Waldetrudi tribuendam, nullus ambigit.

Secunda dos adſcribenda ſanctæ Ayæ, quæ etiam mortua, vivæ vocis oraculo, confirmavit à ſe factas Eccleſiæ donationes, quas ejuſdem hęredes irritas eſſe, juridicâ contradictione, volebant.

Sigebertus itaque tertium inter fundatores locum obtinens, triginta præbendas, totidem nobilibus puellis inſtituit, quæ in Deiparæ Virginis æde, Chriſti mancipárentur obſequio, ſub beatæ Waldetrudis inſtituto.

Monachis autem in Sancti Petri Templo collo-

collocatis, Cenſus ad victum comparati ſunt, ut ipſi ſtatis horis, in ſacra puellarum æde, divinis operarentur.

Inſtitutione primâ, Virginibus præfuit Abbatiſſa, ſub qua principem locum obtinebat Præpoſita, temporalibus, & Decana ſpiritualibus adminiſtrandis: Item thefauraria, quæ reliquiarum ſanctarum, ornamentorum templi, & cæterorum hujuſmodi curam gereret, protectioni quoque ſervorum & ancillarum incumbens: quorum veſtigia munium, etiam nunc, domicellæ quatuor, è ſenioribus, apertè demonſtrant, cum iiſdem Eccleſiæ negotiorum adminiſtratio competat. Sitne Sigeberto, an D. Waldetrudi aſcribenda decem Canonicorum fundatio (ad rerum temporalium Eccleſiæ iſtius œconomiam) mihi adhuc incompertum eſt: Manuſcripta quædam Sigebertum inſtitutorem faciunt: Jacobus vero Guiſius dotem illorum tribuit liberalitati ſanctæ Waldetrudis.

CAPUT XII.

WALTERUS I, II, & III.

DIviſâ jam in Præfecturas clientarium Rectorum Auſtraſiâ, Albericus fatis anno 694. functus, filium hęredem Walterum habuit.

Is Pipino II. Brabantiæ Duci junctus, Theodoricum, Franciç Regem in Belgas moventem, ad Carbonariam ſilvam fudit.

Idem Carolo Martello, militares copias adversùs Regem Chilpericum ſubſidiares adduxit, hâcque ratione Rex Belgicis inhians partibus fugatus, & ad Vinciacum deletus eſt anno 717. teſte Baronio.

Eſt autem Vinciacum villa celebris propè Valcellam Monaſterium, Vernaculè dicta Vincy: Patriam autem exprimit Guaguinus, aiens Martellum in agro Cameracenſi victoriâ potitum. Waltero I. mortuo anno 748. paternam adit hæreditatem Walterus II, ex Herveçi Metenſium Comitis filia natus, inquit Fr. de Roſieres. Comes hic ſub Pipino brevi militavit.

Obiit autem Walterus II anno 779. qui, nuptiis cum Bertha Lamberti Moſellanorum Ducis vidua contractis, tulit Walterum III, teſte dicto de Roſieres.

Vixit autem Walterus III, Caroli Magni tempore, ductâ uxore, filiâ Taſſilonis Bavariæ Ducis, quæ Renatam peperit hæredem. Idem ad Saxones debellandos miſſus ab Imperatore, armis eorundem victus interiit.

Annum necis Fr. de Roſieres conſignat in octingenteſimum Chriſti: qui an certus ſit, dubium eſt, cum Saxonibus ſæpè jugum excutientibus, toties à Carolo Imperatore expeditiones iterari neceſſum fuerit, & varietatis iſtius nullam dictus de Roſieres mentionem fecerit: illud tamen apertum eſt, Imperatorem Renatæ à Waltero relictæ curam amplexum: ſed quo anno Comitatus ei delatus fuerit, etiam ambiguum eſt.

Proinde errarunt hi, qui anno 819. Comitatu donatam à Carolo dixêre: obierat enim tum Carolus Magnus, ejuſque mortem Ado Chronographus, item Jacobus Guiſius, & alii conſignant in annum 813.

CAPUT XIII.

ALBO & *Abbatiſſæ Caſtri-loci electio.*

OCciſi Walteri fidelitatem in expeditione Saxonica, Carolus Magnus remuneratione dignam ratus, filiam ejus Renatam Alboni, filio Loheri Moſellanorum Ducis, thori conſortem dedit, cui & Hannoniam commiſit, urbe Montenſi in Hannoniæ Metropolim erectâ.

Ludovicus Imperator, eodem Albone Hannoniam regente, Concilium Aquiſgrani coegit, ubi jus electionis Abbatiſſæ, Domicellis templi ſanctæ Waldetrudis ademptum, in Comitis poteſtatem tranſiit: hac additâ conditione, ut Comes Abbatis titulo donandus, juret, de ſervandis Eccleſiæ ſuæ privilegiis & immunitatibus.

Poſt hæc Imperatoris & filiorum altercatio gravis eſt exorta, quæ varias partium ſectas genuit, Alberone Comite pro Ludovici liberis militante, filio autem Alberonis Imperatoriam amplexante manum. Diſſenſionum hæc ratio, quod filii minorem ſolito patris benevolentiam experirentur. Re tandem compoſita, Comes Albo fidelis perſtitit, Lotharium enim Ludovici filium proficiſcentem in Italiam (quæ ei per jus ercifcundæ familiæ contigerat) ſequutus eſt impigrè, eidemque ad extrema uſque fata cohæſit, anno ſcilicet 834. defunctus.

CAPUT XIV.

ALBO II. & MANASSES.

FRanciſcus de Roſieres Albonem ſecundum, Albonis primi filium & ſucceſſorem facit, (contra Jacobi Guiſii ſententiam qui tantùm unius meminit Albonis,) addens hunc Caroli Calvi partibus acriter inſtitiſſe, obitumque hujus conſignat in annum 880. Alboni ſecundo filius ſucceſſit Manaſſes, cujus tempore Normanni in Gallias ſævierunt: quorum irruptiones annis fere centum continuas fuiſſe Molanus ait.

Joannes Goropius Becanus primam eorum in Gallias irruptionem contigiſſe refert anno 846. Sed Meierus eoſdem antea in Frandriæ littora delatos fuiſſe dicit, anno ſcilicet 832.

Conſumptus autem Manaſſes repentinâ morte anno 915. cui Raginerius primus hæres ex aſſe fuit.

CAPUT XV.

RAGINERIUS I.

GAlliæ rebus, à morte Ludovici, plurimum acciſis, ob prælia filiorum ejus inter

ſe, ſtatus Galliæ luctuoſiſſimus extitit, certamine præſertim, apud Altiſſiodorenſes, quo omnis Galliæ dignitas jacuit ita contrita, ut Normannis, imo etiam ipſis regni vaſallis, impunè multa licuerint, contra Regis authoritatem.

Raginerius in primis excuſſo clientelæ jugo, ſtudioſus emancipationis, auſus eſt Comitem ſe ſcribere proprietarium.

Normanni autem eâdem confiſi ratione, ſecuriùs Gallias invasêre; quibus propulſandis neceſſaria fuit Raginerii generoſitas, qui eiſdem eleganter obſtitit, Franconis Epiſcopi Leodienſis, atque Gothelini Abbatis ſani ſancti Amandi, viribus fretus: eoſdemque Condato caſtro depulit, Godefrido Duce comprehenſo, quem captum carceri mancipavit, & carceratum Chriſto nomen dare compulit.

CAPUT XVI.

Normannorum calamitates & reliquiarum Sanctarum conſervatio.

ANnis 880. & 881. maximæ à Normannis Belgio ſtrages illatæ ſunt, multis tum oppidis tum Cœnobiis incendio concrematis. Fornacenſes urbe ſuâ profugi corpus Sancti Eleutherii, Noviomum detulerunt, ubi per annos triginta, ſedes fixêre. Atrebates cum Sancti Vedaſti reliquiis Bellovacum incoluerunt. Monachi Elnonenſes corpus Sancti Amandi Lutetiam aſportarunt; corpus verò Sancti Amati delatum eſt Sueſſionium.

Pignora ſacra Sanctorum Walarici & Richarii Balduinus Flandriæ Comes ad Sancti Audomari caſtellum transferri voluit. Rhemenſes corpus S. Remigii Spernacum detulerunt, inquit manuſcriptum Cameracenſe S. Sepulchri, dicens id Nordalvingorum timore factum, quorum nomine Normannos intelligit. Corpora SS. Guifleni, Vincentii, & Landelini ad Caſtrilocum deportata ſunt. Jacobi Guiſii hiſtoriam hic addendam cenſui, quam pietate refertam potius quam certam agnoſco. Commiſſum, inquit, hoc tempore prælium contra Normannos prope vicum Hannoniæ, qui vernaculè Tumayde dicitur, ibique conclamatum à noſtris, tu Chriſte fers opem: unde loco nomen Tumayde emanatum ait, quaſi dicas, tu me adjuvas. Addit idem Guiſius omnia ſylvæ Carbonariæ caſtella Normannorum furore conflagraſſe. Condatum à Raginerio recuperatum & reſtauratum iidem ſecundò compulerunt ad deditionem, & rurſus æquavêre ſolo: quo conflictu Raginerius victus eſt, & captus: lytro tamen perſoluto dimiſſus.

CAPUT XVII.

RAGINERII *primi bellum contra Conradum Lotharingum.*

CONRADO Lotharingiæ Duce adverſus Otthonem Imperatorem partes Hungarorum ſequente, Lotharingi perfidiam ejus exoſi ſunt: & de novi Ducis electione cogitantes, in Raginerium oculos converterunt, Divæo teſte. Horum electione ſublimatus Raginerius anno 953. in Conradum movit, quem ad Moſam fluvium fudit: quo in conflictu, viſo perfidi Conradi ſanguine, penitus efferbuit, & hoſtibus plurimis ſuapte manu necem intulit. Conradus gravi vulnere ſaucius, præcipiti fugâ ſe præripuit: cujus hiſtoriæ Flodoardus etiam meminit, in manuſcriptis Remenſis hiſtoriæ.

CAPUT XVIII.

Reſtitutio Eccleſiarum Hannoniæ & inſtitutio Clericorum Sancti Germani.

CIrca annum 957. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus, frater Imperatoris Otthonis incumbit reparationi dirutarum à Normannis Eccleſiarum in Hannonia, atque diſciplinam reſtituit Eccleſiaſticam acceptâ à Pontifice ſummo Nuncii Apoſtolici authoritate. Idem Caſtri-loci, diruto jam Monachorum Sancti Petri Monaſterio, Clericos in Parochia Sancti Germani conſtituit, qui ad ædem domicellarum Capituli Sanctæ Waldetrudis ſacra litarent: Quo tempore etiam in Raginerii Comitis extorſioſiones actum eſt. Hic multarum Eccleſiæ poſſeſſionum, vi ſublatarum inſimulatus, hac temporum iniquitate, non tantùm Eccleſiaſticis, verùm etiam ſecularibus plurimùm odioſus erat.

CAPUT XIX.

RAGINERII *captivitas.*

DIſcuſſis Raginerii impietatibus, Bruno tandem anno 959. eundem apud Valentianas aggreditur, & comprehenſum vinculis conſtringit.

Quod autem Divæus relegatum ad Sclavones afferit, non eſt probabile: cum tutius longè fuerit vinctum detineri, quem tanti animi, tamque multis rei bellicæ clarum inſignibus ubicumque fuiſſe conſtabat: proinde Pauli Æmilii ſententiam duxi præferendam, aientis, Raginerium in perpetuam mancipatum eſſe cuſtodiam. Chronicon Cameracenſe refert etiam filios ejus à patriis eliminatos eſſe finibus; quod cum Jacobo Guiſio convenit, ſi dicas, eoſdem mox ab audita patris captivitate fugam iniiſſe, non expectatâ relegationis ſententiâ. Bruno Raginerii detentione ſecurus, eundem illicò declarat Valentianenſis Comitatûs uſurpatorem, inſtallans Comitatui Guarnerium, Imperatoris authoritate, quâ & Montenſem Comitatum Reginaldo confert, excluſo poſſeſſionibus Raginerio. Quia tamen Reginaldus brevi tempore ſubſtitit, utpote ſuperatus (ut infrà dicetur) à Raginerii liberis, hoc omiſſo, Comitum ſeriem à Raginerio ad filium ejus deducam.

CAPUT XX.

Bella filiorum Raginerii *contra* Reginaldum.

Brunone fatis erepto anno 966. Raginerius & Lambertus, Raginerii primi filii, in patrios regreſſi fines, multa, pro Comitatûs Hannoniæ recuperatione moliuntur: & tandem ad fluvium Hagnam, inquit Chronicon Cameracenſe, caſtrum Buſſud muniunt.

Divæus hoc Caſtrum aliquando Buxidem, aliàs verò Boſſutum vocat. Quicquid aliqui delirent, non Vicus Bouſſoit ſed Bouſſu, communi veterum calculo intelligitur.

Ex hac itaque munitione, Juvenes præfati, Montenſibus plurimùm infeſti fuère, ſed impotenter: Imperatoris enim viribus confirmati cives, pro ſua in certando propenſione fortiter reſtiterunt.

Otthone anno 973. ad aliam ſublato vitam Raginerii liberi, hoſtem Reginaldum & Guarnerium undequaque perquirunt, quos ad Peronam proſecuti, pugnâ debellant atroci, Gallorum ope potiti.

CAPUT XXI.

Bellum Otthonis *in Filios* Raginerii.

Commotus hoſtium victoriâ Otthò II, exercitum cogit, Arnulpho Comite Flandriẹ atque Godefredo Arduennæ, ducibus, inquit Meyerus.

Hi, ducto in Hannoniam exercitu, caſtrametantur ad Boſſutum, idemque cingunt obſidione anno 974. ut vult Chronicon Cameracenſe, referens Cameracenſem Epiſcopum obſidioni interfuiſſe. Obſeſſum denique capiunt, diruunt, & ſolo ẹquant.

Raginerius & Lambertus hâc ratione pulſi, ad Carolum Regis Lotharii fratrem confugiunt: & poſtmodum Otthoni Veromandenſium Comitis filio juncti, limites Hannonum infeſtant.

CAPUT XXII.

Caſtri-loci Obſidio.

Comes interim Flandriæ Montenſem occupabat Comitatum, ſub Imperatoris fide. Ideò, reſumptis exules viribus, Hannoniam repetunt, & Caſtri-locum obſident, ita referente Chronico Cameracenſi. Ad Montem, inquit, Caſtrum properatò contendunt, ibique ſuper fideles Imperatoris Comites, Godefridum, atque Arnulphum irruunt: illi extra munitionem emergunt & potiuntur diu certato fructu victoriæ. Hæc manuſcripta. Obſidionem hanc Jacobus Guiſius in annum 974. conſignat, ſed frequentiori Chronographorum ſententiâ referri debet in annum 976. cui lubens aſſentior, cùm pro eadem militent Meyerus, & Chronicon Cameracenſe manuſcriptum paulò ſuprà citatum.

CAPUT XXIII.

Raginerius II & III.

Raginerius cum Lamberto fratre, ſpe recuperandi Caſtri-loci deluſus, in Galliam rediit, ubi Havideam Hugonis Capeti, Pariſiorum Comitis (qui poſtea Regni Sceptro potitus eſt) filiam duxit uxorem, inquit Paradinus: Lambertus verò, Gerbergẹ (Lotharii Regis ex fratre Carolo Nepti) conjunctus eſt, teſte Lipſio. Hi in poſſeſſiones ſuas, ope ſocerum ſuorum, reſtituti ſunt, paciſcentibus Imperatore Otthone, & Carolo Franciæ Rege. Paradinus hẹc in annum 981. refert; ſed à communi ſuperatur opinione, Chriſtiano Maſſeo & Sigeberto conſignantibus in annum 978.

Quocirca, Raginerius in Comitatum Montenſem reſtitutus eſt, Lambertus verò Lovanienſem Comitatum aſſecutus, utpote conjugis ſuæ dotem.

Obiit autem Raginerius II. anno 1002. teſte Franciſco de Roſieres.

Raginerius III. ad honoris paterni faſtigium aſſumptus, Matrimonium contraxit cum Allyde Alſatica, quæ ſanguine propinqua fuit Brunoni Tullenſium Epiſcopo, poſtmodùm ad Summi Pontificis Cathedram evecto, ſub Leonis IX. nomine.

CAPUT XXIV.

Corporis Sancti Veroni *advectio in Urbem Montenſem.*

Cum Raginerius animum jam quiete fruentem ad cæleſtia revocaret, ſacras Beati Veroni reliquias tutò collocandas decrevit, veritus, ne fortè bellorum tempeſtate ſancta hẹc pignora aliquam paterentur injuriam. Sanctus quidam presbyter Humbertus nomine, vici Lembecæ indigena, anno 1004. revelatione cẹlitùs factâ, didicerat locum ſepulturæ corporis Sancti Veroni: quod ubi Raginerius comperit, Montes transferri, ſacroque reconditum loculo, juxta reliquias Sanctæ Waldetrudis collocari imperavit: ubi multorum ſplendore ſignorum claruit. Theca autem in qua nunc ſanctum iſtud depoſitum aſſervatur, conflata eſt ære affabrè confecto: Ne verò Lembecenſes tanti Patroni tutelâ privari viderentur, permiſſa eiſdem eſt reliquiarum particula, venerantibus Sanctum hunc in ſeculo, cujus defenſionem ſperabant in futuro.

CA-

CAPUT XXV.

Fons Miraculoſus Montibus & Richildis Comitiſſa.

SAtis appoſitè multi ſeculo hoc, bella futuris temporibus imminentia vaticinati ſunt, occaſione prodigii, hac tempeſtate viſi. Fœmina quædam ad fontem, juxta Caſtri-locum ſcaturientem lavatura venerat anno 1011. (ſecundum Jac. Guiſium) quod is magnæ venerationis eſſet, à ſanitate multis infirmis reſtituta: hæc manus abluens, ſanguine ex aqua converſo tingitur: ad cujus portenti conſpectum territa mulier, futura mala denunciando, plebi Montanæ exiſtimationis ſuæ fidem fecit. Admirandi iſtius ſpectaculi meminerunt Sigebertus, & Genebrardus; ſed cum Genebrardus id ex Sigeberto referat, unaque tantum hinc prodeat ſententia, more meo nihil niſi prævalentibus ſententiis adſtruens, incertam relinquo conſignationem, cum alii eandem in annum 1008. referant.

Anno 1029. migrat è vita Raginerius tertius, cujus hereditatem filia Richildis adepta eſt.

CAPUT XXVI.

Papæ in Oppidum Montenſe receptio & Richildis nuptiæ ſecundæ.

RIchildis Hermannum, Ducis Thuringiæ filium, primi conjugii conſortem habuerat. Illa hoc orbata marito, viduitatis ſuæ ſolamen aliquod accepit, viſitatione Leonis noni Papæ, conſanguinei ſui, qui anno 1049. peractis cum Imperatore negotiis, è Germania in Hannoniam conceſſerat, cognatam viſurus.

Adventus ejus Richildi conſolationem, Montenſibus verò gaudium attulit immenſum; qui, pro ingenita Regionis humanitate, Summo Pontifici, in civitatem appellenti, gratulanter occurrerunt, exceptumque debitâ proſecuti ſunt veneratione.

Bello-montem quoque Pontifex tunc adiit, ubi Sancto Venantio Sacellum conſecravit. Ita Meyerus & Jac. Guiſius; quos in Pontificatus Leonis tempore veraces eſſe conſtat, ex Platina & aliis.

Annus 1051. Richildim viduam ad triſtia rurſus evocat, Balduino Flandriæ Comite Hannoniam ſubjugante; ſed confeſtim læta nuptiarum ejus, cum Balduino Juniore, procuratio, mærorem temperat: ſolet quippe Deus, tum adverſis, tum proſperis, Juſtorum vitam, admirabili varietate contexere. Oppidum Montenſe ad Hymenæi ſolemnia delectum eſt.

Porrò Balduinus anno 1067. Flandriam Hannoniæ conjunxit, poſt obitum Patris, quam triennio rexit, utpote vita functus anno 1070.

CAPUT XXVII.

BALDUINUS *primus cum* **RICHILDE** *matre.*

MOrte Balduini Flandriæ Comitis, qui ratione conjugis ſuæ, Richildis, agnominatus eſt Montenſis, delatus eſt, Comitatus Hannoniæ (familiæ dividundæ jure) ad filium ejus, Balduinum, quem primum nominis iſtius Hannoniæ Comitem dicimus: Arnulpho verò fratri, Flandriæ Comitatus obtigit. Robertus Friſo, patruus illorum, mox à fratris obitu pupillorum tutelam, ſibi teſtamenti tabulis delatam, expoſcit: Richildis acri mulier ingenio, renuit: unde factum, ut hoſtilia per Flandriam acta ſint utrimque plurima, continuis aliquot annis, Richilde multum exhibente negotii Roberto Friſoni, eodem anno 1070. Tanti fuit animi mulier hæc, ut non modò Friſonem, verùm & Hugonem Caſtellanum Oſiacenſem auſa ſit invadere. Beatum Liebertum Cameracenſem Epiſcopum Hugo conſtrictum vinculis detinebat, interfectis ejus cubiculariis: indignitate facti commota Richildis, caſtra movit ad Oſiacum idemque vi expugnavit, Epiſcopum Sanctum libertati reſtituens: In cujus beneficii mercedem, ſola Lieberti benedictione contenta rediit in Hannoniam, expenſarum muneratione ſpretâ.

CAPUT XXVIII.

RICHILDIS *Captivitas.*

ANno 1071. Richildis bellum contra Robertum prorogat, ope Gallicæ nobilitatis. Conſertâ manu propè Caſſeletum Montem vincitur, ipſiſque pugnæ agminibus immixta capitur. Robertus interim, cum avidiùs fugaces inſectatur, ab Hannonienſibus & ipſe comprehenditur, unde contigit, ut libertatem Friſo vindicarit, dimiſſione Richildis, quam, ſine lytro, immunem abire poſſe conventum eſt.

Montenſes Richilde reviſâ revixêre, animiſque redintegratis, in Flandriam hoſtiliter reverſi ſunt, infelices iteratò. Victoria enim denuo Friſoni ceſſit, inter Audomarum, & Caſſeletum, Arnulpho Flandriæ Comite occumbente, atque Richilde fugatâ.

Morte fratris Balduinus noſter legitimam Flandriæ ſucceſſionem attigit; cujus partes, contra Robertum uſurpatorem Rex Gallorum amplexus eſt.

CAPUT XXIX.

Alia **RICHILDIS** *Clades propè Montem Oppidum.*

GAllorum auxilio non ſatis confirmata Richildis, anno 1072. Epiſcopi quoque Leodienſis expetit auxilia: Is exiguæ quamvis eſſet facul-

facultatis, qua tamen arte potuit, opem attulit, theſauris præſertim Eccleſiarum Leodicnſis Oppidi fretus.

Teſte Ægidio, veteri Leodienſium Hiſtorico, Epiſcopus tulit de Eccleſia majore, centum auri libras, item aureum calicem cum patena, crucem auream, monile aureum, criſtam auream, duas armillas aureas, tabulam argenteam, denique candelabra argentea, cum alio argento Marcarum facilè centum & ſeptuaginta duarum. Et hæc quidem tradita ſunt, Chimacenſi Comite aliiſque Magnatibus acceptantibus, à quibus Hannoniæ fœuda omnia Leodicenſi Eccleſiæ ſubdita fuêre, ſalvis tamen B. Waldetrudis Allodiis. Hæc Ægidius Leodienſis.

His Richildis opibus, bellum contra Flandros reſumit, ſed Robertus iterum copias ejus in Hannoniam repellit, ad vicum uſque Brocqueroyam (qui nunc Sancti Dionifii dicitur) ubi magna ſtrages hominum facta eſt, deletis ad internecionem Montenſibus.

CAPUT XXX.

Monaſterium Sancti Dionifii.

ANno 1076. Richildis miſerata cladis illorum, qui ad Brocqueroyam funditus pro patria deleti fuerant; ibidem ad extinctorum refrigerium, Eccleſiam erexit, in allodio ſuo collocatis Inſtituti Benedictini Religioſis, quibus Brocqueroyam non tantùm, verùm etiam adjacentia bona, cum ſervis & ancillis contulit.

Ut autem ampliore dote Monaſterium fundaretur, effecit, ut tredecim præbendæ Monachorum Sancti Petri, in Caſtri-loco, converterentur in rem dicti Monaſterii: cujus effectus eo facilior fuit, quod hoc tempore, non Monachi Sancti Petri, ſed Sancti Germani Clerici ſacris operabantur, in Templo Sanctæ Waldetrudis. Quia verò Sancti Germani Clerici Canonicis Sancti Petri in cenſum obſtringebantur annuum, idem cenſus tranſiit etiam in dominium Monaſterii Dioniſiani; qui etiam hoc tempore quotannis Abbati Brocqueroyano penditur.

Ratio debiti nummi cenſualis hæc, quia, Canonici præfatæ Eccleſiæ Sancti Petri, oblationes omnium Altarium Oppidi Montenſis ceſſerant Clericis Sancti Germani, ut vult Jacobus Guiſius.

CAPUT XXXI.

Pax inter Flandrum & Hannonem, atque mors RICHILDIS.

NEc etiam ſtrage, apud Brocqueroyam acceptâ, Montenſes à Flandro contineri poterant, quin ſemper hoſtilitatis aliquid molirentur in Flandriam, altis elati ſpiritibus, pro Hannonienſium innato genio: quorum magnanimitate, Summus Pontifex motus, negotio authoritatem interpoſuit, teſte Wionio: Sanctum enim Arnulphum Pamelium, nativitate Aldenardenſem, Profeſſione Benedictinum Sueſſionicæ urbis, in Hannoniam, anno 1080. delegavit, ſedandorum tumultuum causâ.

Anno itaque 1085. pax inita.

Richildis, à bello libera, à morte ſe extricare nequivit, exhalans animam anno 1086.

Anno 1087. Sanctus Arnulphus, jam dictus pacis mediator, inter Richildem & Robertum Friſonem, laborum accepturus mercedem migrat ad Cælos, inquit Wionius.

Defunctæ matris exemplo Balduinus I. Flandris ſemper infeſtus, Hannoniam ab eorum incurſibus viriliter tutatus eſt: ſcribebat autem ſe Comitem de Montibus, Caſtello ſito in pago Haynauco.

CAPUT XXXII.

BALDUINUS II, *& incendium Urbis Montanæ.*

MOrtem obierat Balduinus I. anno 1102. in terra ſancta militans ſub Godefrido Bullonio: Hic è connubio Idæ, Lamberti Lovanienſium Comitis, germanæ, ſuſtulerat Balduinum & Arnoldum. Balduino, quem II. appellamus, Hannonia contigit.

Arnoldo terra Rhodienſis, vernaculè le Roeulx, acceſſit: à quo domus Rhodienſis inter antiquas illuſtriſſima ſumpſit originem. Euſtachio enim Arnoldi primogenito, cognomen Rhodienſis eſt inditum: qui ratione connubii cum filia Joannis ſupremi Paris Caſtri-loci, eundem Paris titulum ſortitus eſt.

Noſter hic Euſtachius Rhodium Oppidum muris circumdedit, & caſtrum Molembaſium extruxit.

Sed ut ad Balduinum ſecundum revertatur hiſtoria, operæ pretium erit annectere grande temporis hujus incendium: Montenſis quippe civitas anno 1112. fortè fortunâ prorſus conflagravit, cum ſacris ædibus Sanctorum Petri & Pauli, Germani atque Waldetrudis. Ita conſignante Meyero, à quo tantùm uno diſcrepat anno Jac. Guiſius, referens in an. 1113.

CAPUT XXXIII.

BALDUINUS III. *& Oppidi reſtauratio.*

PAtri defuncto anno 1133. ſucceſſit Balduinus tertius, primogenitus filiæ Ducis Gueldriæ. Duxit is uxorem Allyden, ſeu Alexim, Gothofredi Namurcenſis filiam: & Theodoricum Alſaticum, Comitem, ob Flandriæ recuperationem, ſæpius invaſit, præſertim anno 1140. Caſtri-locum anno 1112. exuſtum recentibus muris, atque turribus renovavit: novo etiam templo in Sanctæ Waldetrudis honorem ædificato. Per eum quoque Binchium muris circumceptum, & Quercetum.

Turres item Bucciniensis, & Raymeſia extructæ, atque Palatium aulę Valentianenſis. Idem Athenſe Oppidum, cum toto diſtrictu emit, à Domino de Traſegnies, emptumque caſtello munivit; nec non Oſtrovandiæ ditionem, emptionis jure Hannoniæ conjunxit, venditore fratre ejus Godefrido.

Anno 1149. interventu Rhemenſis Epiſcopi pactæ ſunt induciç, menſium ſex, inter Hannonem & Flandrum: quibus anno 1150. finitis, pax eſt inita.

CAPUT XXXIV.

Balduinus IV.

PAtri mortuo, in urbe Montenſi, anno 1171. Balduinus quartus heres extitit.

Conjunctus eſt matrimonio Margaritæ, Theodorici Alſatii, Flandriæ Comitis filiæ. Hanc Philippus frater ejus, heredem Comitatûs Flandriæ ſcripſit, profecturus, in expeditionem terræ ſanctæ an. 1177. quòd prole careret. Anno 1182. (teſte Jacobo Guiſio) militanti Flandro contra Regem Galliç, Balduinus auxiliaris fuit, his ſtipatus nobilibus, Jacobo Aveſnenſi, Euſtachio Rhodio, Nicolao Barbenſonio, Otthone Traſignio, Balderico Royſinio & Hugone Caſtellano Oziacenſi.

Timore perculſus Galliæ Rex, inducias pactus eſt, cum tantæ Flandrorum, & Hannonienſium vires eſſent, ut nullo modo belli aleam jactandam arbitraretur.

CAPUT XXXV.

Canonicorum Sancti Germani *privilegia.*

LUcius Papa, per bullam anno 1181. ad Nicolaum Præpoſitum, concedit ei & fratribus Sancti Germani, jus in altaria Eccleſiarum Sancti Germani, Sancti Petri Caſtri-loci atque alterius Eccleſiæ Sancti Petri in pratis. Denique in capellas Sancti Andreæ Comimitis ſuprà portam, item Sancti Nicolai, in Bertemonte, & in capellam infirmorum, quam leproſorum fuiſſe Jacobus Guiſius aſſerit.

Concedit quoque liberam, & Canonicam in ipſis Eccleſiis Presbyterorum inſtitutionem, cum oblationibus altarium.

Confirmatur ibidem jus, quo Paſtor Sancti Germani certum cenſum Canonicis præſtare tenetur. Præterea conceditur iiſdem facultas eligendi ſacerdotes, ad Parochiarum adminiſtrationem quas habent in Oppido, & foris, dummodo tamen electos Diœceſano præſentent.

Conſtat autem Capitulum Sancti Germani præbendis quatuordecim & uno Decano, qui per ſe non eſt Capitularis, animarum tamen curam gerens. Ordinarius iſtarum præbendarum Collator Præpoſitus, penes quem, ſontium eſt animadverſio.

CAPUT XXXVI.

Lovanienſis contra Balduinum.

EXorta jam inter Balduinum & Godefridum contentio, tandem in bellum erumpit apertum, anno 1185. propter jus ambiguum ditionis Lembecanæ, quod Hannonienſibus plerumque funeſtum fuit.

Lovanienſis Flandrorum innixus auxiliis, Lembecam, Rhodium, & Leſtinas exurit, Malbodium uſque penetrans. Jacobus Aveſnenſis Brabanti partes inſectatus, eidem Aveſnas, Landrechias, & Luthoſam tradit muniendas, atque per Cameracenſium fines Hannoniam invadit, & populatur, Hauſiaco cremato. Balduinus interim viribus impar, è Caſtri-loco flammas intuens, mœrore afficitur ingenti: ſed Euſtachii Rhodienſis, viri prudentiſſimi conſilio moderatus, inducias poſtulat, & obtinet.

CAPUT XXXVII.

Balduinus *contra Aveſnenſem, & Caſtri-loci Munitio.*

STantibus induciis, Balduinus Jacobi Aveſnenſis perfidiâ plurimum irritatus, Condatum invaſit, atque vi captum ſolo æquavit: erat enim Urbs iſta in ære Aveſnenſis. Deinde centum facilè loca ditionis ejuſdem concremavit: ſicque luit Aveſnenſis impiæ pœnas deſertionis.

Anno tandem 1186. initâ cum Aveſnenſi concordiâ, Balduinus Caſtri-locum penitus innovat, & turribus circumdat: Item Binchium, Braniam & Buccinium.

Tantæ fuit exiſtimationis hic Balduinus, ut etiam in cauſis arduis, Principum ſui temporis eſſet arbiter. Ejuſdem ſententiæ ſe commiſerunt Imperator, & Rex Galliæ anno 1187. controverſiis componendis; quarum felicem ſortitus eſt exitum; ſequentibus eum ad hanc expeditionem Euſtachio Rhodio, Nicolao Barbenſonio, Otthone Traſignio, & Hugone Croyo.

Anno 1188. Balduinus accipit inſtitutionem Comitatûs Namurcenſis, ab Imperatore: & anno ſequenti, Nobilitas iſtius Provinciæ ſacramento ſe eidem adſtringit. Fuit autem proximus Comitis hæres, utpote nepos Henrici Namurcenſis ex ſorore.

CAPUT XXXVIII.

Prædicatio Belli Sacri Montibus, & Balduinus V.

ANno eodem 1188. Henricus Cardinalis, Albaniæ Epiſcopus, ſedis Apoſtolicæ mandato, bellum indicit, ad terræ ſanctæ recuperationem, miſſâ ſolemni in Sanctæ Waldetrudis

detrudis æde, celebratâ. Hunc Balduinus excepit in Caſtri-loco, quâ decuit veneratione, nomen inter cruce ſignatos dante Otthone Traſignio Illuſtri viro.

Balduinus IV ſenio jam confectus, anno 1195. Caſtri-loci animam exhalat, Balduino filio hærede Comitatuum Hannoniæ & Flandriæ relicto. Philippum ſecundogenitum extremâ voluntate Namurcenſem Comitem, hâc additâ conditione nominavit, ut Comitatum ab Hannonia dependenter poſſideret.

Junctus eſt connubio Mariæ, filiæ Henrici Comitis Campaniæ, quæ erat neptis Philippo Regi Franciæ, ex ſorore. Idem, Bzovio teſte, anno 1204. acclamatur Imperator Orientis, tum quod inter cęteros Principes fortiſſimus haberetur, tum quia Hannonienſium virtus hâc expeditione, plurimùm eminuiſſet.

Periit autem Balduinus Auguſtus anno 1205. in obſidione Adrianopolis, cui ſucceſſit in utrumque Comitatum Joanna filia.

CAPUT XXXIX.

Comitiſſa Joanna, *cum* Ferdinando.

JOanna Comitatûs Hannoniæ regens habenas, nupſit anno 1211. Ferdinando Regis Luſitaniæ filio.

Anno 1214. ſecundum Meyeri ſupputationem, Cæſari Otthoni contra Regem Galliæ ad Bovinam certanti, Ferdinandus Hannoniæ Comes militabat. Hoc prælio Hannonii, Duce Ferdinando rem ita feliciter egerant, ut primo congreſſu Gallos fugarent, & victoria ad eos inclinare videretur, Raſone Gavero & Philippo Maldeghemenſi cum ſuis Flandris fortiter inſtantibus; ſed Melodunenſi Procomite Belgas à tergo laceſſente, alea belli converſa eſt, ſole præſertim illis infeſto, coactuſque Ferdinandus ancipitia ſtatuere ſigna: qui vulneribus acceptis nihil commotus, ſemper dimicans, tandem compulſus eſt ſe permittere poteſtati Illuſtris viri Hugonis de Marolio; eandem captivitatem ſubeuntibus Euſtachio Rhodienſi, & Gualtero de Guiſtella. Ceterùm Imperator Ottho fugâ ſalutem quæſivit.

Infortunii iſtius nuntii ad Joannam, Ferdinandi conjugem delegati ſunt Epiſcopi Cameracenſis, Tornacenſis, & Morinenſis, ut vulneri Comitiſſæ, triſtitiâ jam tabeſcentis, malagma doloris ſedativum adhiberent.

CAPUT XL.

Fundatio Spinoſi-loci.

MOnaſterium iſtud, ab obſervantia regulari commendatiſſimum Joannæ Comitiſſæ quamvis initia non debeat, illi tamen ob dotis munificentiam, pręcipuę fundatricis partes defert. Primus locum hunc, ſic à ſpinis dictum, Eremita quidam incoluit: à quo, dumetis, & vepribus extirpatis, Oratorium eſt extructum. Deinde anno 1216. Beatrix Lendienſis eòdem ſe confert, Monaſticen profeſſura, ſub Inſtituto Ciſtercienſis Ordinis; comparato loco, pecuniis, ſibi ad matrimonium contrahendum legatis. Temporales itaque nuptias aſpernata, ſpirituales iniit, aſcitis virginibus, quibus ipſa pręfuit, Abbatiſſæ decorata titulo: Illi ſucceſſit Ramberga, virgo pientiſſima; cujus induſtriâ Monaſterii cenſus adaucti ſunt: Joanna verò Comitiſſa anno 1217. fundis ditavit uberrimis.

Clarent hic miraculis reliquiæ Sanctæ Pharaildis, cujus meritis locus iſte non ſpinoſus, ſed pingui fœcundus glebâ, quæ ſeculares non modò corporum, ſed & cœleſtes animorum fructus profert, quorum meſſe numeroſus peregrinorum concurſus feliciter utitur.

B. Lucia, quæ Prioriſſæ munus ibidem ſubiit, multis etiam coruſca virtutibus honoratur, de qua latè Ven. Abbas Nizellenſis D. Joannes Aſſignius, in vita B. Arnoldi Villarienſis, anno 1228. defuncti.

Eidem Monaſterio multa contulit Gualterus Lendienſis, qui etiam fundatorum numero meritò recenſendus eſt.

CAPUT XLI.

S. Nicolai *Parochia, & Montenſium in* Joannam *fidelitas.*

MUltiplicato jam incolarum cœtu, decuit, ut ad ovium incrementum, Paſtorum adhiberetur augmentum. Erat unica S. Germani Parochia, in monte collocata: Eidem, in Montis declivi, ſecunda fuit addita, anno Domini 1224. ſub invocatione Sancti Nicolai.

Anni 1225. rem lepidiſſimam hic inſerendam duxi. Sycophanta quidam, auſus, ſe Balduinum Joannæ patrem mentiri, reducem ex terra ſancta, tumultuariam plebis manum in partes ſuas traxerat, & Jac. Guiſio teſte, talis apud Valentianenſes habebatur, ut parum abfuerit, quin Joannam fugientem comprehenderet Querceti: tantùm ejus creverat authoritas.

Joanna anxietatibus his implexa, nihil tutius duxit, quam ad Montenſium aſylum confugere: cui Montenſes (pro innata ſibi in Principem fidelitate) ſecuritatem illico polliciti ſunt, eamque Caſtri-loco commorantem, donec Ferdinandus captivitate Gallicâ liberaretur, ope continuâ ſolati ſunt: fictitius interim Comes à Franciæ Rege vocatur, examinandus, acceptâ primum itineris ſecuritate; per quem falſi convictus, exilio tantùm, propter fidem datam, mulctatus eſt, non vitâ. Captus poſtea ludibrio per Hannoniam exponitur, atque Inſulis, vitæ, totiuſque poſſeſſionis prætenſæ jacturam facit, carnificis pede jactatus in alterius orę poſſeſſionem: & qui monilibus collo circumductis ornari geſtiebat, laqueo circumcingi coactus eſt. O torquem Impoſtori congruam!

CAPUT XLII.

Liberatio FERDINANDI *& Conventus Minorum.*

JOANNA mariti diuturnâ captivitate pertæſa, anno 1225. omnem liberando navat operam, in lytrum & pactas conditiones dimiſſionis ſe conſtringens: verùm Ordinibus Flandriæ, pactis annuere nolentibus, voti nondum hoc anno compos extitit.

Anno tandem 1226. S. Ludovicus Rex mitiorem ſe præſtitit, Ferdinandum libertate donans.

Anno 1238. Joanna Conventum Minoribus erigit in fundo ſuo Montenſis ſuburbii. Locus is idem eſt, qui jam conſpicitur, ſed antea ſuburbanus nunc oppidi ſeptis continetur: erat autem fundus iſte pratum, vulgo dictum, le Joncquoy, erecto antea Sacello celebre.

Jus ſeculare fundi extinctum eſt, per Joannam eodem anno 1238. proprietatique addictum Eccleſiaſticæ, quod vernaculè dicimus admortiſationem. Idem præſtitum ratione fluentis promanantis è fluvio Trulla, quo Monaſterium hoc alluitur, acceſſitque in rei confirmationem aſſenſus Capituli Sanctæ Waldetrudis.

CAPUT XLIII.

Iteratio nuptiarum Joannæ, & Monaſterium Bethleemiticum.

EXtinctum Ferdinandum refert Meyerus anno 1233. Jacobus verò Guiſius anno 1236. Soluta lege viri Joanna, matrimonium cum Thoma fratre Ducis Sabaudiç contrahit anno 1237. mota conſilio Sancti Ludovici Regis.

Erat autem Thomas, Reginarum Galliæ, Angliæ, & Siciliæ avunculus.

Liberalitatum conſecutura mercedem Joanna, in cælum evolat anno 1244. cui conſignationi favent Munſterus, & Jacobus Guiſius: proindeque rejiciendus Chriſtianus Maſſæus, qui Joannam obiiſſe dicit anno 1246. nobis etiam contra Maſſæum adſtipulatur Meyerus, his verbis: anno, inquit, 1244. Joanna deceſſit, & Thomas nullâ ſobole ex ea pater, amplis donatus muneribus remeavit in Sabaudiam: erat enim filius Thomæ Comitis Sabaudiæ ex Margarita Fuſcenienſi: Idem toto tempore Principatûs adminiſtrator ſtrenuus & fidelis.

Aſcæterii Bethleemitici juxta Montes, authorem primum Walterum Harduinum, Eccleſiç Sanctæ Waldetrudis Canonicum nominat Jacobus Guiſius, in Manuſcripto latino, conſignans in annum 1244. Dos ejus, ſedecim bonaria terrç. Idem domum extruxit, in fundo ſuo, qui nunc incolis Beliam dicitur, addicens virginibus inſtituti Auguſtiniani. Prima Prioriſſa cenſus adauxit hâc ratione, ut ſecundæ fundatricis honoranda ſit titulo.

CAPUT XLIV.

Margarita Comitiſſa.

JOANNÆ ſororis ſine liberis defunctæ poſſeſſiones adiit Margarita anno 1244. virtutum æmula Joannæ, fundandis locorum piorum reditibus.

Anno 1245. gravis inter Margaritæ filios oritur controverſia.

Bonâ fide nupſerat Margarita, Borchardo Aveſnenſi, malæ fidei homini, qui ſubdiaconatûs impedimentum dirimens ſubticuerat. Irritato Matrimonio, hæc ad alias tranſvolarat nuptias. Utroque Matrimonio prodierant ſoboles: filii thori poſterioris, ejuſque legitimi, aiebant filios Borchardi incapaces hæreditatis.

Joannes Aveſnenſis, ope Guilielmi Comitis Hollandiæ, matri bellum indixit, ſed Sancto Ludovico Galliæ Rege, & ſummo Pontifice arbitris, Guilielmo, poſterioris thalami filio Flandria, Aveſnenſi autem Hannonia decreta, quâ potiretur, poſtquam Mater fatis conceſſiſſet, non antea.

CAPUT XLV.

Margaritæ liberalitates in Oppido Montenſi, & filii impietas.

ANno 1246. Conventum Minorum à ſorore ſua fundatum ampliat Margarita. Templum inchoans, primò Chorum extruit, deinde fundamenta jacit, ædificiique totius molem perducit ad faſtigium.

Eadem Xenodochium Montenſe fundavit, Vanderhero teſte, libro de Caſtellanis Inſulenſibus. Suprà dictum eſt adjudicatum Aveſnenſi fuiſſe Comitatum Hannoniæ, ſed demùm poſt matris obitum. Spretâ arbitrorum hâc ſententiâ anno 1248. Joannes Aveſnenſis imperandi flagrans æſtu, prorumpentis ad illicita pectoris non valuit impedire conatus, maternæ jam pietatis oblitus; auſus eſt enim Hannoniam invadere, Guilielmi Comitis Hollandiæ, Imperatoris electi (cujus ſororem matrimonio ſibi copulârat) fretus auxiliis.

Margarita filii impietatem ut averteret, omnem nacta eſt rationem pacis cum filio ineundæ, quam ſummâ aureorum ſexaginta millium mercata eſt.

CAPUT XLVI.

Separatio capitis Sanctæ WALDETRUDIS *à Corpore.*

ANno 1250. Caput ſanctæ Waldetrudis à corpore ſejungitur.

Ex memoriis templi conſtat, ſolemnitatem

hanc

hanc peractam ipſo Montenſis oppidi foro. Litterarum verò tenorem Illuſtris vir Franciſcus Buiſſeret Archiepiſcopus Cameracenſis ſubminiſtravit. *P. Albanenſis Epiſcopus Apoſtolicus Legatus, Pruſſiæ & Livoniæ Archiepiſcopus, Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus, Margarita Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, univerſis &c. ſalutem.* Norint univerſi, quod cum eſſemus in eccleſia Sanctæ Waldetrudis, craſtino octavarum Sancti Laurentii anno 1250. conſentiente Capitulo, præſentibus iis qui volebant adeſſe, capſam corporis ejus aperuimus, & caput extraximus à corpore (toto corpore reliquo in eadem capſa remanente) ut illud idem caput in ſuo phylacterio oſtendatur.

Phylacterium iſtud (ut bullæ vocem exprimam) in quo ſacrum aſſervatur caput, iſtius eſt artificii, ut in unam aurifabri manum, celatoriç non tantùm, verùm & ſtatuariæ, atque mentoriæ ſimul artes concurriſſe videantur: ſculptura tenuiſſima, malleoli contuſio planiſſima, inſertorum operi colorum variegatio venuſtiſſima, ſingularum affixio partium firmiſſima, earundemque compoſitio diſtinctiſſima: mole interim totâ non ſic onerosâ, quin ab unico geſtari queat homine, columnis apta comprehendi conſurgentibus è ſtallo, iiſque multis auri coloribus, puniceo atque Tyrio laboratis, quibus & purpuriſſum additur, cretâ tinctum argenteâ. Operi faſtigium inſidet contignationi ſimile, variis auri redimiculis refertum, ſicque compoſitum, ut, capitis verticem intueri liceat: & ut verbo concludam, ita politum eſt opus & affabre confectum, ut ſpectantes in ſui trahat admirationem. Feretrum majus, ceteris paratum reliquiis Sanctæ Waldetrudis, à deauratione ſic eſt commendandum, ut puro conflatum auro videatur..

CAPUT XLVII.

Domus Vallis Scholarium.

ANno 1251. Margarita Canonicos regulares, qui Scholares dicuntur, ſub inſtituto Sancti Auguſtini ſtabilit, & dotat Oppido Montenſi ſub titulo Prioratûs.

Anno 1252. extructum iiſdem templum de quo ſic Renatus Choppinus libro primò Monaſtici: Apud Montes Hannoniæ ſita caſa Dei, ſtructa fuit, & tranſcripta vallis Scholarium familiæ anno 1252. Debet hic Ordo ſuam originem Profeſſoribus Theologiæ ſcholaſticæ, Richardo, Evrardo, & Manaſſi, qui anno 1225. ſub Divæ Catharinæ patrocinio, cœnobiticam amplexi ſunt vitam : quorum exemplo, multi Viri docti, Montibus præſertim Hannoniæ, congregationi nomen dedère.

Primus Prior familiæ Montenſis, Wilhelmus de triangulo, recenſendus etiam inter viros Ordinis eruditos.

Teſte R. D. Joanne Aſſignio Abbate Niſellenſi meritiſſimo, debet huic Monaſterio beneficium inſtitutionis ſuæ Venerabilis Joannes Euſtachii, Prophetiæ ſpiritu clarus, qui ex hac domo tranſiit ad Ordinem Ciſtercienſem, & primus Abbatis Jardineti titulo gaviſus eſt: Is anno ætatis 75. reſignatâ Abbatis dignitate, ad 78. uſque, ſoli Deo vacavit. Obiit autem anno 1481. ætatis 78. non ſolum à Prophetia, ſed & ab auſteritate commendabilis: totos enim ſeptem annos vino, & cereviſiâ abſtinuit.

Inter fundatores ejuſdem domûs meritò numerari poteſt Michaël Varlu, mihi ſtemmate materno conjunctus, idemque Civis Montenſis, qui domum ſuam, fundos, & redditus plurimos, in obituario recenſitos, dedit.

Idem anno 1497. luminare templi fundavit. Ornamentorum quoque plurimorum, per eum, tabulis teſtamenti legatorum, anno 1498. meminit obituarium.

Vigeſimus quartus Prior à paucis annis titulo Abbatis inſignitus eſt.

CAPUT XLVIII.

Caſtri-loci occupatio, ejuſque recuperatio.

ANno 1252. Guilielmus Cæſar, inimicitiarum Aveſnenſis in Margaritam fautor acerrimus, Hannoniam tumultibus miſcet immenſis, partium Aveſnenſis ſtudioſus, nitentis matrem Hannoniâ penitus excludere.

Rem itaque ſuam Aveſnenſis aggreſſurus, potiorem nobilitatis partem in ſui pellicit amorem, & Caſtri-locum occupat, in Hannoniæ totius dominium adſpirans.

Anno 1254. Meyero teſte, Margarita, Gallorum exercitum movet in Hannoniam, & Caſtri-locum recuperat, cum Valentiana, Sonegia, Binchio, Malbodio, Bello-monte, Atho, & aliis omnibus Hannoniæ Oppidis, excepto Buccinio, cui parcitum, eo quod Alyſa, Aveſnenſis uxor, ibi jaceret puerpera.

Divæus addit Anghiam à Comitiſſa non potuiſſe reſerari, quia Walterus, oppidi Dynaſta generosè reſtiterat.

Aveſnenſis impatiens repulſæ, in Valentianam iterum molitur inſidias eodem anno, ſed in caſſum. Anno 1255. idem Joannes Aveſnenſis animi mœrore confectus interiit indignus longiore vitâ, qui tam indignè matri moleſtus fuerat.

CAPUT XLIX.

Joannes Margaritæ nepos, & privilegium Montenſium.

ANno 1280. Margaritâ Comitiſsâ è vivis abeunte, ſuccedit Joannes Aveſnenſis nepos ejus ex filio Joanne.

Comes hic anno 1295. Montenſes à qualibet ſervitute alibi natorum, quos Gallicè vocamus Aubains immunes facit. Item à jure Manuum-mortuarum, quod laudemiis eſt ſimile: præſentes actui fuêre Ægidius Berlemon-

 tius,

tius; Jacobus Werchinius Seneſchallus, & Faſtredus Ligneus Equites. Eidem Comiti obtigit Hollandia, jure ſucceſſionis maternæ:. Adelheydis enim mater ejus, utpote ſoror Wilhelmi Comitis, proximè ſuccedebat Joanni mortuo ſine liberis anno 1299. conſignatore Joanne Becano, libro de Epiſcopis Ultrajecti.

Secundùm Meyeri calculum, Joannes fatis conceſſit anno 1304.

Is ſenio jam confectus, in Hanoniam ſe receperat, commiſsâ Provinciarum adminiſtratione Guilielmo filio.

Guilielmus, primo ſui regiminis æſtu, ferventer Flandris hoſtilia continuantibus in terram Leſſinienſem, obſtitit: ſequacibus è nobilitate plurimis, inter quos Michael Ligneus, Hannoniæ Mareſchallus emicuit, Tornacum contra Flandricos inſultus animosè defendens.

CAPUT L.

Guilielmus I. & *Capella Parcenſis portæ.*

Patri anno 1304. ſucceſſit Guilielmus, quo regente, duellum prorſus admirandum contigit anno 1326.

Judæus quidam, in Camberonenſi Cœnobio, Beatæ Virginis imaginem transfixerat, cujus facinoris inſimulatus, vinculis mancipatus, indeque cauſam dicere coactus, omnia negarat: Virgo mater, humanâ deficiente Juſtitiâ, cœleſtem adhibuit, electo ſene paralytico, Joanne Flamengo, in impietatis ultionem.

Decumbenti itaque miſero, coruſcans apparet apud Leſtinas, & viribus refocillato jubet accuſare Judæum: cui ſenex morem gerens accuſato purgationem per duellum offert; cui anno eodem campus ad certamen præfigitur, in pratis, juxta Montenſis Oppidi muros. Judæus, florente quamvis ætate, ab imbelli ſene proſternitur, & facinus fateri compulſus, extremo damnatus eſt ſupplicio. Porrò, campus duelli, cum ex more brevi ſepto concludi ſoleat, vernaculè Parcque dicitur: unde nomen portæ Parcenſis, oppido Montenſi: in cujus rei memoriam, ipſo duelli loco, conſtructa capella, quæ etiam hodie ponti vicina ſublicio, Beatæ Virgini Camberonenſi dedicata eſt.

Veritate rei compertâ, Guilielmi Comitis pietas hæc fuit, ut nudis pedibus, habitu peregrini ſumpto, Camberonam venerit, Deiparæ præſtiturus reverentiam, in punitionis dilatæ negligentiam.

Leſtinarum occaſione motus, obſcuritatem ejus antiquitate illuſtrandam exiſtimavi. Veteres paſſim admittunt Leſtinam Regiæ titulo quandoque decoram fuiſſe, ibique celebratam, Sedis Apoſtolicæ mandato, Synodum, anno 743. præſentibus Carolomanno & S. Bonifacio, aliiſque Provincialibus Epiſcopis.

Baronius ejuſdem meminit: Item Manuſcriptum Monaſterii S. Gerardi Bronienſis, ubi de S. Ulmaro, Liphtinas, inquit, nomen eſt feudi in pago Haynoenſi, olim ſedes regia. Legi ego in aliis Manuſcriptis etiam fuiſſe titulo ſedis regalis illuſtrem, uno ſeculo ante præfatam conſignationem, anno ſcilicet 638.

CAPUT LI.

Guilielmus II. & *exceptio Regis Angliæ Montibus.*

Joanne Becano teſte, Guilielmus I Anno 1337 feliciter obiit, relicto hærede Guilielmo filio, qui duxit uxorem filiam Ducis Brabantiæ.

Anno 1339. Guilielmus Angliæ Regem apparatu ſummo excepit Oppido Montenſi: ubi Rex biduo ſummâ animi voluptate permanſit, convenientibus è nobilitate ſolemnitatis causâ Jacobo Aveſnenſi patruo Comitis, item DD. Hauretio, Werchinio, & aliis. Ita Froiſſardus. Adventus ratio. Imperator adimi Gallo Cameracum optabat, ideoque Anglus Imperii Vicarius conſtitutus, repoſcendi Cameraci gratiâ venerat: Hannonius primò ſe neutrum exhibebat, nec aliâ ratione contra Gallum adſtringi poterat, quàm ſolius exhibitione præſentiæ, ſedis tempore: Lincolnienſis enim Epiſcopus, Imperialis mandati nuncius, nihil præter limitum Imperii cuſtodiam Hannonio mandare poterat: unde factum, ut à Galliæ fundis Hannonius abſtinuerit. Galliæ Rex nihilominus, Hannonio ſuccenſuit, ejuſque limites populatus eſt, Chimaci ſuburbana comburens.

Joannes Aveſnenſis indignatus, à Gallo vim illatam eſſe fundo ſuo Chimacenſi, illico vindictam reportat, igne & ferro, Mauberi-fontem & omnia finitima devaſtans. Cameracenſes interim & Hannonii ſibi mutuo infeſti, quotidianis incurſibus certabant.

Anno 1340. Gallus iterùm Hannoniam invadit, & Valentianas uſque penetrat, ad Bavacum delatus, ſed à Werchinio Seneſchallo occurrente repellitur.

Retrocedens Gallus, oppido Cameracenſi gratificaturus, obſidet Scaldoperium, vulgò Eſcandeuvre, & ad deditionem compellit.

Thunium dein aggreditur; cujus obſidionis propulſandæ causâ, Comes Hannoniæ properat, ſtipatus patruo ſuo Joanne Aveſnenſi, Richardo Werchinio, Barbenſonio, Anthonienſi, Lalano, Traſignio, Royſinio, atque Havretio Caſtellano Montenſi, quibus non obſtantibus, Gallus Thunium intercipit. Eodem anno 1340. Treugâ cum Gallis initâ Comes Hannoniæ reverſus ab expeditionibus bellicis, haſtiludia Montibus inſtituit, nobilium turmæ reduci gratificaturus: quæ celebritas magno illi Seneſchallo Gerardo Werchinio, tantis virtutum inſignibus claro, fatalis fuit: nam inauſpicato concurſu lethaliter vulneratus eſt, & magno ſui relicto deſiderio obiit.

CAPUT LII.

Beguinarum Parochia.

REgio illa Oppidi Tranſtrullana, ditionis Capituli Sanctæ Waldetrudis, quæ jam Beguinagium dicitur, anno 1345. ſeptis non continebatur Oppidi, titulo tamen Curiæ Beguinagii clarebat, utpote à ſenioribus aliquot inhabitata feminis, ſub honeſtæ converſationis regula, ſine voto, viventibus; quarum Præfecta titulum Supremæ gerebat.

Illarum Eccleſia Quemmenſi, Matrici ſuberat, animi non tantum dependentiâ, ſed & corporis, utpote pratis locata, unde tum Cantimpratenſis Eccleſia dicebatur, mater autem Eccleſia ſupereminebat ad Æribuſii Montis extremitatem ſita. Ut autem Cantimpratenſium rei conſuleretur, (populo præſertim locis illis creſcente) erecta eſt anno 1345. illorum Eccleſia in Parochiam, avulſaque à Quemmenſi: porrò regionis iſtius eſt juriſdictio varia, Quemmenſis enim ad domum uſque Paſtoralem extenditur, cujus Incolæ morientes in Laudemium, ſeu jus mortuæ-manus Capitulo Sanctę Waldetrudis obſtringuntur : ab ædibus verò Paſtoris ad Trullam, Marchionis Havretii diſtrictus agnoſcitur, eodem ad portam, quæ Gueritta dicitur, ubique trans fluvium, mortuæ-manus idem jus ſibi vendicante.

CAPUT LIII.

Margarita II. & *proceſſio ſolemnis Oppidi.*

ANno 1345. teſte Becano, dum Guilielmus II, Ultrajecto ſuperato, victoriam in Friſia proſequitur, ibidem cum quingentis armigeris occiditur, occumbentibus inter illuſtres DD. Ligneo, Hornenſi, & Anthonienſi.

Refert Ubo Emmius Hannonicum exercitum fuiſſe octoginta millium hominum, Comitemque nihil omiſiſſe, quod fortem deceret Imperatorem, ſed Friſonum multitudine circumfuſum, multaque virili manu patrantem, occubuiſſe cum toto exercitu, pugnâ à ſolis ortu ad veſperam uſque productâ.

Interemto fratri ſucceſſit Margarita Ludovici Bavari Imperatoris conjux anno 1349.

Solemnis Oppidi Montenſis proceſſio, (quotannis, ipſo Trinitatis die celebrari ſolita, eadem exterorum concurſu ſpectabilis) luem epidemicam inſtitutionis ſuæ cauſam habet; ejus enim mitigandæ gratiâ die ſeptimo octobris, anni prefati, proceſſiones factæ ſunt & adunatæ (inquit Manuſcriptum Theſaurariæ Sanctæ Waldetrudis) in brueriis, viâ Villæ-Caſtiaux prope crucem, juxta boſcum : prodierunt autem ex Eccleſiis Sancti Vincentii Sonegienſis, atque Sanctæ Waldetrudis Montenſis, corporibus eorundem comportatis : & ſtatione ad altare inter duo feretra reliquiarum, inſtitutâ, Miſſæ ſolemnia celebrata ſunt à D. Stephano Malion Decano Sonegienſi.

Mirum, quomodo mala nos ad Deum ire compellant; M. SS. teſtimonio facilè centies mille perſonæ proceſſionibus his interfuerunt, nullâ confuſionis irreverentiâ ſubſequente, cùm tantâ quiſque religionis obſervantiâ loco contineretur, ut ſtatutum nemo preterlaberetur ordinem, viris clerum ſequentibus, feminiſque ſeparatim in albis, exactâ ſexuum obſervatâ diſtinctione.

CAPUT LIV.

Domus Sororum Pauperum,

BEatrix de ponte, Suprema Curiæ Beguinagii, communitatis aſſenſu, anno 1350. ad uſum Beguinarum pauperum numero novem, domum in diſtrictu Curię contulit; quas ſibi voluit eſſe ſubditas.

Donationem hanc anno 1378. Domicellæ Capituli Sanctæ Waldetrudis obfirmarunt, utpote factam à perſonis clientaribus : quâ confirmatione, rata fuit & iſta conditio, quâ domus conceſſa revocabatur in Curię Beguinagii majoris proprietatem, ſi forſan accideret è pauperibus Beguinis nullas eſſe ſuperſtites. Indigitantur & hæ, nunc temporis, ſororum pauperum nomine. Vitam oſtiatim quæritant, quam piorum eleëmoſynis fovent, & ægrotantium civium remuneratione, quorum interdum incumbunt curę. Beguittarum nomen unde prodierit, ne videar actum agere, à Miræi ſcriptis ediſce lictor.

CAPUT LV.

Guilielmus III.

MArgaritæ mortem anno 1356. teſte Suffrido, acceleravit impietas Guilielmi, matrem omni ſolatio deſtituentis, cum vel alenda vel juvanda foret : is enim ambitionis œſtro percitus, in Hollandię Dominium anhelabat : unde contigit, ut partium ejus ſequaces appellarentur Hamati, aliàs Houcci, Margaritæ vero fideles, Aſellati, vernaculè Cabeliaux; ſic ut res in bellum proruperit apertum, atque matrem ex Hollandia fugarit anno 1351. eaque ſui (qui chariſſimi loco pignoris eſſe debuerat) abſentia, mucrone veluti, materna transfoderit viſcera, ad præfatum uſque annum 1356. quo miſeriarum aſſecuta finem, animam exhalavit : cujus obitu impius, impium aſſumpſit Imperium.

Ubo Emmius aliquatenus hunc excuſare videtur, aiens, in Hollandiæ poſſeſſionem introductum, vivente patre, quo mortuo (conſilii neſcio cujus ſtimulo) regimen Hollandiæ matri reſtituiſſe, quod tandem anno 1350. reſumens

mens invitâ matre, cauſam belli protulit.

Anno 1358. Guilielmus Bavarus noxæ contra matrem innoxiam perpetratæ pænas incurrit, incidens in amentiam, ob quam rebus gerendis ineptus, reliquo vitæ tempore carceri non Provinciis præfuit, Quercetenſi Oppido conſtrictus, qui Hannoniâ non contentus, Hollandiæ dependentiumque regionum ambitione ſtultâ regimen popoſcerat, excluſâ matre. Frater ejus natu minor Albertus, amentis vices Provinciis adminiſtrandis, ſupplevit, uſus Joannis Werchinii Seneſchalli directione: cujus tunc authoritas magni ponderis erat apud Hannones.

Quidam Albertum Guilielmi filium fecêre, ſed Ubo Emmius, & Heda, fratrem fuiſſe referunt.

CAPUT LVI.

ALBERTUS.

ANno 1366. Alberto bellum Flander indicit, eo quod Joannem Angienſem, Ludovici Comitis cognatum, Querceti, capite mulctaſſet: verùm Franciæ Regis interventu res eſt compoſita.

Guilielmo Bavaro amente anno 1377. animam exhalante, Albertus Comitis inſignitur titulo, inquit Pontus Heuterus.

Anno 1378. orto ſchiſmate inter Urbanum & Clementem, ſummi Pontificatûs competitores, Albertus Urbani (qui ſextus fuit nominis) legitimam amplexus eſt electionem, adducto ſecum Brabanto, contra Regis Galliæ ſequaces ſchiſmatico faventes. Excelluit hujus Alberti tempore, virtus ingens Joannis Werchinii Hannoniæ Seneſchalli, qui, per fæciales, ad equeſtre certamen undequaque viros Principes provocare ſolitus, hac in palæſtra ſic omnibus eminebat, ut ſemper conflictûs palmam aſſequeretur.

CAPUT LVII.

Inſtitutio Equitum Sancti ANTHONII, *juxta Montes.*

ANno 1382. Albertus Hannoniæ Comes recuperationis Sancti Sepulchri flagrans deſiderio, Ordinem inſtituit equitum, è nobilitate Hannonica ſelectorum, quibus duos ſub ſe præfecit, Coneſtabilem ſcilicet, ſeu ſtabuli Comitem, qui præeſſet equitatui; & Mareſchallum qui Caſtrorum eſſet Magiſter.

Tutelaribus Ordinis aſſumptis Deiparâ atque Sancto Anthonio, templum equitibus addictum eſt ad Barbaræ foſſam, juxta Haurctium; cujus vici Dominus, Gerardus Anghienſis plurima rei promovendæ contulit.

Inſigne Candidatorum, Collyrium aureum in normam eremiticæ cordæ confectum, cui fulcrum appenderet, & ab eo campanula aurea. Scutum Ordinis rubeum, cui fulcrum inſideret aureum, torque circumdatum præfata.

Stabilitis equitibus, Thunetanam Albertus expeditionem decrevit: cui nomina dedêre Illuſt. DD. Anthonienſis, Ligneus, Hauretius, Longue-valleus, Bourſeus, & alii.

Anno 1385. Albertus Guilielmum filium ſuum Margaretæ Philippi Flandri filiæ conjungit matrimonio: Joannes verò, Philippi filius ducit uxorem Alberti filiam; nuptiarum ſolemniis operante Epiſcopo Cameracenſi. Utriuſque dos filiæ centies mille Franci: Guilielmus verò, nuptiarum tabulis, aſſequutus eſt Oſtrovandiæ ditionem, utpote primogenitus Hannoniæ Comitis: Joanni Flandro pater Comitatum Nivernenſem contulit.

CAPUT LVIII.

ALBERTI *Triumphus Urbe Montenſi, & Capella* S. ELIZABETH.

ANno 1396. Albertus (Guilielmo filio ſequente) Friſiam invadit, ulturus necem avunculi Guilielmi, ibidem occiſi; Friſioſque prælio fundit atroci. Corpus interempti jam pridem Comitis, humo defoſſum, in Hannoniam reportatum, teſte Suffrido.

Hoc prælio, inquit Froiſſardus, Mareſchalli fuêre DD. Ligneus & Gomignienſis: Caſtra ſequebantur DD. Haurctius, Bouſſutus, Jeumontius, Fontanus, Traſignius, Sarius, Royſinius, & Audrignius. Victores in Hannoniam reverſi, triumphali magnificentia Montibus excepti ſunt, peractâ celebritate certaminum ludis, ut Meyerus teſtatur. Guilielmus Oſtrevandius anno 1398. in rebelles denuò Friſios tendit, eoſque ſubmittere colla compellit.

Erat hoc tempore, Montenſi urbe vicus, apud Incolas Nimy nuncupatus, ibique Capella conſtructa, Cantuario Sanctæ Elizabetæ dicato: In hanc anno 1398. (multitudine jam creſcente Civium) oculi conjiciebantur, erigendæ parochiæ cauſâ, ſed res optato caruit eventu, reſervata in ſeculi noſtri memoriam, ut infra dicetur.

CAPUT LIX.

GUILIELMUS IV. & JACOBA.

ALBERTO Bavaro, Ludovici Imperatoris filio vivis ſublato anno 1404. Guilielmus filius ad poſſeſſionem Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ admittitur.

Idem anno 1417. conſternatus nece Delphini Franciæ, generi ſui, interempti, factione Aurelianicâ, mortem obiit.

Patri ſucceſſit Jacoba, quæ, ſecundis nuptiis, matrimonium iniit cum Joanne, Brabantino Duce, annorum ſedecim adoleſcenti ſecundum Barlandi aſſertionem.

Anno 1420. Jacoba animi in libidinem ferveſcentis æſtu concita, mariti juventutem palam

lam aſpernari cœpit: tandemque petulantis fœminæ anno 1422. illuc audacia prorupit, ut, connubii fide contemptâ, cum Humfrido, Duce Clocestriæ, Regis Anglorum Henrici fratre matrimonium contraxerit adulterum; quod, ignis sui ſcintillas, in plures Belgii Provincias avolantes, ſic afflavit, ut toto ferè Belgio maxima pepererint incendia.

CAPUT LX.

Bella Jacobæ, *Montenſiumque juramentum.*

Jacoba Clocestrio tam inſolenti copulata conjugio, penetrat in Hannoniam, anno 1423. & à Valentianenſibus, atque Bucciniis recipitur: Inde Montes appellit, ubi Cives in jusjurandum fidelitatis adſtringit.

E contra, Brabanti partes amplectuntur Oppidani Hallenſes, Duce Philippo, Flandriæ Comite; catervam ſtipantibus Joanne Luxemburgico, Croyo, & Anghienſi, quorum meminit Monſtreletus.

Brabantinus interim exercitus, caſtris anno 1424. ad Braniam oppidulum motis, idem, octo dierum ſpatio cinctum, ad deditionem compellit & incendit.

Sonegienſes deinde, Condatenſes, Valentianenſes, & Bucciníenſes Joanni, legitimo Jacobæ marito, ſe ſubmittunt, gratiam conſecuti. Barlandus ait DD. Weſmalium, & Glimenſem Joanni Brabantino præclaram navaſſe operam.

CAPUT LXI.

Montis Hannoniæ obſidio, & captivitas Jacobæ.

His elati ſucceſſibus Flander & Brabantus, junctis copiis, anno 1425. Montem Hannoniæ cingunt obſidione, Civibus animosè, pro Jacoba reſiſtentibus, ad pænuriam uſque commeatus, quâ fatigati, deditionis leges Jacobam acceptare coegerunt. Victam, Princeps Orangius Gandavum abduxit, cuſtodiæ tradendam, hâcque ratione Brabanto reddita eſt Hannoniæ adminiſtratio.

Jacoba, cuſtodiæ pertæſa, anno eodem, habitu virili ſumpto, fugit in Hollandiam, quam illicò proſecutus eſt Philippus, Provinciarum acceptâ procuratione.

Clocestrius, Jacobæ, jam elapſæ cuſtodiâ, ſuppetias tranſmittit; quibus occurrens Philippus, apud Zirixeam, confligit, & inter dimicandum ab Anglorum manu circumvenitur, ſed à Joanne Villano, omnium fortiſſimo, ſic extricatur, ut, iterato congreſſu, penes eum ſteterit victoria, Philippo Montmorenſio, Guilielmo Lalano, Roberto Brimeulio, Theodorico Bouſſuto, morte ſua, victoriam ementibus.

CAPUT LXII.

Mors Joannis, *Adminiſtratoris Hannoniæ.*

Joannes Brabantiæ Dux anno 1426. miſeriarum finem ſortitur obitu pientiſſimo. Jacoba interim dolens ſe excluſam Hannoniâ, ad Hollandiæ conſervationem vires exerit, Brederodio totius exercitus imperium committens. Mortuo Joanne nobilium conventus Valentianis agitur, adminiſtratoris Hannoniæ nominandi causâ.

Monſtreleto teſte Comitiis intererant Comes Namurcenſis, Princeps Orangius, Comes Luxemburgicus, atque Epiſcopi Atrebatenſis, & Tornacenſis: per quos delatum eſt Hannoniæ regimen Philippo Burgundo, Flandriæ Comiti. Anno 1428. Jacoba, Goudæ concluſa, civiumque obſidione territorum importunitate laſſata pacem init cum Philippo; qua, illum agnoſcit hæredem proximum, & Hannoniæ, ceterarumque ditionum ſuarum procuratorem, addens nulli ſe nupturam; abſque Philippi conſenſu: His adſtricta conditionibus, Oſtrovandiæ Comitatus in Hannonia poſſeſſionem adepta eſt, cui Brilenſis adjecta ditio.

Jacoba deinde, pactis non ſtetit conditionibus, Franciſcum Borſelium, ſtatus imparis virum thori conſortem aſſumens.

Erat quidem Borſelius originis ſtemmate, nobilis, aſt inferior longe Bavaris: Hunc Philippus Hollandiæ & Zelandiæ præfecerat: quam reſumendi regiminis anſam amplexa Jacoba, quarto nuptias iteraverat.

CAPUT LXIII.

Jacobæ *Pax cum* Philippo *Burgundo.*

Iterati Jacobæ connubii indignitate commotus Philippus, Hollandiam repetit, anno 1432. & Borſelium comprehendit, comprehenſumque carceribus oppidi Rupelmondani cuſtodiendum tradit.

Jacoba, Meurſii Comitis operâ, conjugem ſuum liberat, Philippo Flandriæ Comiti Provincias tranſcribens, ut hæredi proximo, contenta deinceps Oſtrovandiæ Comitatu: Borſelium autem Philippus aurei Velleris Ordini adſcripſit.

Jacoba tandem è vita migravit anno 1436. abſque liberis, ſuccedente Philippo, Comite Flandriæ in Hollandiam, Hannoniam, Zelandiam, & Friſiam.

CAPUT LXIV.

Comitia Velleris Aurei Montibus, & Jacobi *Lalani fortitudo.*

Anno 1451. Philippus, Hannoniæ Comes celebrat in æde Sanctæ Waldetrudis

Conventum Ordinis à ſe inſtituti, anno 1431.

In locum Equitum defunctorum, Jacobi Brimæi, Frederici Comitis Murenſis, Davidis Brimæi, Joannis Trimolii, & Joannis Robacenſis ſufficiuntur Joannes Dux Clivenſis, Joannes Gaverus, Petrus à Cardonia, Joannes Alnetanus, Jacobus Lalanus, & Joannes à Novo-Caſtello.

Jacobi Lalani virtutibus hic honoris apex omninò debebatur, utpote præ cæteris, hoc tempore, fortitudinis encomio laudatus, qui in quoſlibet ſtemmatis honore nobiles paratus eſſet ſingulare certamen inire, ducentis facilè clarus triumphis.

Idem (Olivario Marcano teſte) contra nobilem Anglum in arenam deſcenſurus, triginta duorum vexillorum imagines exhibuit, nobilitatis indices; quâ demonſtratione, ſymbolum Lalanicæ vernum familiæ (*Lalain, ſans reproche*) tunc exortum haud eſt improbabile.

Generoſo huic Athletæ, ſæpenumero, ſecundam manum præſtitit Joannes Raſoyr ſcutifer Hannonius.

Eodem anno 1451. Philippus Comes experturus filii ſui, Caroli, fortitudinem, voluit eum Equeſtri certamine Jacobo Lalano concurrere: Jacobus, primo congreſſu diſſimulans, Carolo detulit: ſed Comitis juſſu, redintegrato certamine lanceam ictus ſui violentia comminuit uterque, plaudentibus opportunè ſpectatoribus.

Anno 1452. Jacobus iterum generoſitatis ſuæ ſpecimen edidit, non ludicro, ſed ſanguinolento certamine.

Teſte Monſtreleto, cum Symon Lalanus, præſidiariorum Aldenardæ Præfectus generoſis eruptionibus, à ſe, Gandenſes caſtra movere compuliſſet, Jacobus etiam generis Lalanici laude voluit illuſtrari.

Is obſidione ſolutâ, in Waſiam (quæ Gandenſibus ſuberat) irrupturus, pontem conſtruxit, & primus omnium transgreſſus eſt, quem Philippus Lalanus frater, adhuc adoleſcens impigrè ſequutus, equo (primo congreſſu) ab hoſtibus confoſſo, dimicatione pedeſtri circumventus reſiſtere coactus eſt: huic generoſè pugnanti Jacobus opem attulit, hoſtibuſque diſperſis, fratrem frater equo recenti reſtituit: cui multum ad id operæ contuliſſe præfatum Joannem Raſoyr meminit Olivarius Marcanus.

Jacobi noſtri laudes nolunt obvolvi ſilentio Pontus Heuterus ad annum 1452. aſſerens, expeditione Waſiana virtutem ejus ſic à Philippo Comite probatam fuiſſe, ut ſibi cœnanti Jacobum ſolùm à dextris aſciverit, aliis pro more lateri ſiniſtro aſſidentibus. Ceterum Jacobus anno 1453. fidelem Comiti dans operam Puccecanæ arcis obſidione, caſu lapidis è muro decidentis ſaucius, obiit ætatis anno 32.

CAPUT LXV.

PHILIPPI *Comitis & Filii fortitudo.*

DIxiſſes hoc tempore Martem omnium, atque præſertim nobilium animis inſediſſe: Is eſt nobilitatis effectus ingenitæ, ut à Principibus, bellicâ virtute claris, velut à fonte, rivos in ſe generoſitatis ſubditi derivari velint: Philippi patris exemplo Carolus, & cætera Belgarum nobilitas, ad ſtabilienda majorum inſignia bellicis ſtimulabatur exercitiis.

Philippus ætate jam provectâ, multis ſtratagematum quamvis illuſtraretur imaginibus, hoc tamen anno 1453. animi vigorem perennare docuit: Gaveræ enim arci cinctæ, dum Gandenſes ſuppetias afferrent, illos ad internecionem delevit: quâ expeditione Philippus hâc animi generoſitate fugaces urſit, ut foſſam transgreſſus, cum eandem, equo vulnerato atque aſſeclarum defectu reſilire cogeretur, reſumptis illicò militibus, cum filio Carolo rursùs eandem tranſmiſerit, iterumque manus ſuas eorum ſanguine cruentârit. Carolo hâc pugnâ (inquit Heuterus) planta pedis offenſa eſt: ſed quo generoſiùs vulnera tulit, eo glorioſiùs de hoſte triumphavit: è nobilibus perierunt Oliverius Lannoyus, & Joannes Guiſelius.

CAPUT LXVI.

CAROLUS *Burgundio.*

PHILIPPO patri vitâ ſublato, Carolus Iſabellâ Regis Luſitaniæ filiâ natus, ſucceſſit anno 1467.

Gandavi primùm inauguratus eſt Flandriæ Comes: Montibus deinde poſſeſſionem adeptus eſt Hannoniæ, anno 1468. ubi (inquit Meyerus) virgines Sanctæ Waldetrudis ſpectabili celebritate jurârunt in ejus verba. Fuit hic Princeps armis, non modo, ſed togâ præclarus: anno enim 1469. ter hebdomadatim, in Hannonia, juri dicundo vacavit, intentus cauſarum brevitati, ſic, ut regeret Imperio, terreret autem exitio; teſte enim Hermanno Schedelio authore contemporaneo, fuit hic Princeps ſeverus quidem, ſed juſtus, eleëmoſynarius, obſequiorumque divinorum obſervator ferventiſſimus.

Lotharingo interim & Carolo mutuas foventibus ſimultates, apertum tandem bellum erupit.

Renatus anno 1475. à Carolo totâ fugatus Lotharingiâ, reſtituitur anno 1476. Helvetiorum viribus: quem ſedibus avitis diu pacificum ſubſiſtere non permiſit Carolus, à quo rurſus obſeſſum eſt Nanceum eodem anno 1476. ſed inſtantibus Januarii kalendis 1477. Renato ſuppetias obſeſſis adferente, Caroli fuſus eſt exercitus.

Conflictu iſto, Carolus militis non minus ſtrenuè

ſtrenuè, quam Ducis partes obivit, & tribus confoſſus vulneribus, generoſam exhalavit animam: juxta quem cecidit & Joannes Rubempræus. Capti autem ſunt Caroli fratres Anthonius & Balduinus, Item Comitis Naſſovii liberi, cum Croyo, Chimayo, Jodoco Lalano, & Joanne Monfortio, qui mediante lytro dimiſſi ſunt.

Oliverius Marcanus, pugnæ teſtis oculatus aſſerit, Carolo tunc decem tantummodò virorum millia militaſſe, è quibus, ſelectiores, numerum bis mille pugnantium haud ſuperaverint, cæteris inquietudine obſidionis omninò languidis: è contra verò, Renatum hâc pugnâ ſequutos eſſe milites numero quindecies mille, corporum & animorum vigore recentes.

CAPUT LXVII.

Maria *Burgundica*.

Patris ex aſſe fuit hæres Maria prodiens Eliſabethæ Bourbonicæ connubio.

Huic moleſtiſſimum fuit regiminis initium: Carolo enim occiſo, Ludovicus XI Francorum Rex, ducto in Belgas exercitu, Cameracum (quamvis neutrum) occupârat, violenter, ibidem quadraginta ſcutorum aureorum millia mutuatus, inquit Maſſæus, Cameracenſis chronographus. Deinde iterùm alia viginti millia. Eâdem tempeſtate Atrebatum, Quercetum, Buccinium, & Aveſna, Belgis erepta, Malbodiumque concrematum: Chimacum, quidem interceptum, ſed extemplo ſcalis admotis Philippi Croy ſedulitate recuperatum eſt.

Croyus hic titulo Comitis Chimacenſis illuſtrabatur teſte Scohierio: Idemque Hannonienſi præerat Comitatui. Gallus interim pomœria prolaturus, in Hannoniam, & Flandriam, Tonſorem ſuum deſtinat, qui motus undequaque concitet, Gandavi præſertim, ſed ſuſpectus, illicò fugam capeſcere coactus eſt, inquit Cominæus, eo tantùm voti compos effectus, quod Tornaci militem Gallum introduxerit.

CAPUT LXVIII.

Mariæ *Nuptiæ*.

Anno 1477. inſtantibus Ludovico Bavaro atque Metenſi Epiſcopo, Maria Maximiliano Auſtrio dat fidem ſponſaliorum, de futuro: qui eodem anno Gandavum appulit, Principi Belgarum fœdere connubiali jungendus: Ipſoque adventûs ſui die ſponſalia de præſenti contraxit; die verò ſubſequente conjugii legibus adſtrictus eſt, Comite Chimayo, & D. Gruthuſio Mariam eidem præſentantibus. Peractâ nuptiarum celebritate, confeſtim Maximilianus accingit ſe recuperandis iis, quæ recenter Gallus occupârat: Quercetum reducit in obedientiam, & Cameracum neutralitati (quod ajunt) reſtituit.

Anno 1478. Maximilianus cum Comite Chimayo ad Condatum caſtra movit; ſed adventantis exercitûs metu, Rex Oppidum deſeruit, convocatis prius ad Templum Oppidanis, quos ibidem (injecto diverſis partibus igne) flammarum extingui tormentis imperavit.

Anno 1479. Cameracenſes Urbe Gallum exturbant, introducto Belga Ducibus Raveſtanio & Bergenſi.

Occupato Cameraco, Belgæ eodem anno Buccinium obſident, & Gallos in arcem recedere coactos, vi expugnant: omneſque (uno tantùm excepto, qui tranſgreſſâ foſsâ ſe ſubripuerat) trucidatos fuiſſe refert appendix ad Monſtreletum.

CAPUT LXIX.

Fundatio Pœnitentium Mulierum.

Anno 1480. quieto jam Belgio, Maria pietati animum adjicit, filiabus lubricis in caſtitatis ſemitam reducendis intenta, quibus, ære proprio, domum comparat, Urbe Montenſi, inſtituta magiſtra, cui poteſtatem facit, quaſlibet de incontinentia ſuſpectas admittendi, modò annum ætatis trigeſimum non ſuperarent, ejuſdem congregationis Senatui Montano commiſſa cura.

Præfixa eis honeſtæ converſationis regula, votis excluſis, quam Illuſtriſſimus Henricus de Bergis, Epiſcopus Cameracenſis. concepit & præfixit.

Viſitatio earundem, in ſpiritualibus, Priori Dominicanorum, Conventus Sancti Pauli Valentianenſis eſt commiſſa: penes quem facultas eſſet ibidem Confeſſarium ſtabiliendi.

Vocantur autem filiæ Magdalenæ, eo quod earum congregatio Lutetiæ dicata fuerit huic Sanctæ tutelari; fratre Joanne Tiſſeran, Minoritâ inventore.

Leſſabæus author antiquus, ait Inſtituti hujus ſcopum eſſe peſtiferis opitulari.

CAPUT LXX

Philippus *Comes & Montenſium fidelitas*.

Maria anno 1482. humanis ereptâ filio ejus Philippo poſſeſſionum omnium hæreditas obtigit. Scribendus eſt autem ſecundus nominis Hannoniæ Comes, nam cum Philippi I. gerit attributum, id non ad Hannoniam ſed ad Hiſpaniam referendum eſſe liquet. Filii tutelam Maximilianus (Flandris licet reclamantibus) adminiſtravit, minoritatis tempore; Montenſes plurimùm hac in parte ſui ſtudioſos expertus, apud quos militem conſcripſit, ubi Flandros ad obedientiam compellendos eſſe cenſuit.

Gandenſes interim Philippi curam Domino Raveſtanio & rerum Patriæ ſummam Comiti

Romontio Ducis Sabaudiæ filio committunt, quo Duce Flander maximiliani tutelam aſpernabatur: quibus ad officium reducendis Archidux anno 1484. ſtipatus Montenſium copiis Aldenardam intercepit; victoriam proſecuturus, ſi Brugenſium, Bruxellenſium, aliorumque interceſſorum mediis, averſa vindictę non fuiſſet apparentia, cui plurimum obnoxios fuiſſe Flandros nullus ambigit, per quos, tam crebris motibus, Archiducis authoritas in dubium revocabatur. Sed iſta cùm noſtri non ſint inſtituti, prætereo, cum Maximiliani captivitate, Hannoniæ tantùm implexus.

CAPUT LXXI.

Auguſtinianæ.

COEtus hic Sororum, vulgò nigrarum dictus, habitationem primò ſortitus eſt inter ſepta juriſdictionis Beguinagii.

Anno 1484. Capitulum S. Waldetrudis Virginibus his, inde eliminandis, litem intentat; quæ tranſactione initâ anno 1488. proprias compararunt ędes, locum ſcilicet modernum; eo tranſeuntes proceſſione ſolemni, quâ Venerabile Sacramentum Euchariſtiæ circumtulit Henricus à Bergis, Epiſcopus Cameracenſis, Abbatibus S. Guiſleni, & Maricolenſi cum Clero aſſiſtentibus.

Familiæ iſtius hæc ab exordio pietas effulſit, ut ceteris inſtituti ſui domibus præluceret: ideòque Robertus Croyus Epiſcopus Cameracenſis, anno 1514. advocatam inde Directricem Cameracenſi Virginum Auguſtinianarum Conventui præfecit, Annam du Four quæ Religioſarum aliquot è Conventu Montenſi ſociata contubernio Cameracenſibus Inſtituti ſui dedit primordia.

CAPUT LXXII.

Belgicæ Adminiſtrator Saxo.

MAXIMILIANI in Imperatorem electi præſentiâ Germanis neceſſariâ, ſubſtituendus fuit Belgii Rector, qui Flandrorum compeſceret inſolentias: anno itaque 1488. Provinciam hanc Albertus Saxo ſubiit.

Anno 1491. Alberto rem Belgicam indies promoventi, Raveſtanius Flandrici Dux exercitus tandem manum cedit, & Maximiliano Regi reconſiliatur, Ducis Cliviæ parentis ſui minis abſterritus, idemque Scluſam Principi legitimo reſtituit.

Albertus interim victoriam proſecutus, non antè quievit, quam totum Belgium in obedientiam reduxiſſet, unde factum, ut ab Imperatore Cuſtos ſalutis publicæ dictus ſit: ab Innocentio autem Papâ, nuncupatus eſt Imperii Romani dextera, atque à vulgo Teutonicus Hector.

CAPUT LXXIII.

Philippi II. *majoritas.*

ANno 1494. Philippus annos natus ſedecim inauguratur Hannoniæ Comes, Alberto Saxone Belgicæ Præfecturæ regimen continuante.

Anno 1496. Philippus cum Joanna, Ferdinandi Regis Arragoniæ filia Matrimonium contrahit, idemque anno 1499. Margaritæ ſorori ſuæ ſummam rei Belgicæ committit.

Anno 1500. Natus eſt Philippo filius Carolus, omnium Belgii Provinciarum Monarcha futurus: cujus ſeculi deſcriptionem, præfixo jam termino, ne require lector; niſi fortè confecto libello parentare velis (qualiter vitâ functis aſſolet) ingreſſu Templorum; quorum mentione, quaſi juſtorum perſolutione, rem concludas: deſiderantur enim paucula de Templis addenda.

CAPUT LXXIV.

Parochia S. Elisabethæ, *caeterarumque Privilegia.*

ITerati ſæpe conatus erectionis Parochiæ novæ ab anno 1398. incaſſi fuerant: ſeculo itaque 1500. res iterum ventilata, propoſitaque Capella B. Elizabethæ, olim, per Elizabetham de Werchin, Seneſchalli Hannoniæ filiam fundata: viſus eſt locus iſte commodiſſimus inſtituendæ Parochiæ, quod ipſo civitatis meditullio ſitus eſſet: anno itaque 1516. res felicem ſortitur exitum, magno jam adauctæ plebis emolumento.

Anno 1522. Parochiæ Sancti Germani conceſſa poteſtas exſtruendi campanilis (jam à multis annis inchoati) authoritate Summi Pontificis Adriani interveniente: quandoquidem Parochiis hâc inferioribus liber eſſet campanarum uſus: tum etiam, quia cæteris numero Parochianorum emineret, utpote conſtans facilè quinies mille communicantibus.

Eâdem Adriani bullâ Parochiis omnibus indifferenter, omni neceſſitatis ingruentis occaſione, campanarum earundem uſus permittitur, Item proceſſionum inſtitutio, dummodo generalibus proceſſionibus præjudicio non ſint particulares: non obſtantibus quibuſcumque decretis in contrarium, & renuntiationibus per Curatos factis, nec non ſententiis, latis per Officialem Tornacenſem, aſſertum capituli Sanctæ Waldetrudis conſervatorem: cujus mandati exequutores nominantur, Officialis Cameracenſis, Decanus Sancti Rumoldi Mechlinienſis, & Prior Vallis Scholarium Oppidi Montenſis.

CA-

CAPUT LXXV.

Templum Sanctæ Waldetrudis.

SAcram hanc ædem exarſiſſe, dirutamque, novo conſtructam aliquoties opere, certum eſt; hodiernę magnificentiam fabricæ (cujus fundamenta anno 1449. jacta ſunt) aliquâ dignam exiſtimavi commendatione.

Primò mirandum id occurrit, quod tantæ molis ędificium ſibi ſit undequaque ſimile, à parte ſuprema ad extremam, & tranſverſis lateribus, æquali fornice, laqueatis præſtantiore tectis; ab his enim ſi colores tollas, venuſtatem adimis: at lapis lateritius, ex quo fornices conſtant, iſque rubeus, cærulei lapidis inſidens columnis, variegati gratiam coloris adfert intuentibus, hacque ratione color innatus emendicato laquearium ornatui præſtat. Ambulacra denique columnis innixa, admirabili circumducuntur artificio, lapidibus pumicè politis, & inciſione concavâ ſic adaptatis, ut iiſdem ramorum ad inſtar obſepiantur, hinc ovalis, inde rotundæ figuræ, interdum etiam crucis ſpeciem referentibus; laborioſâ denique terebri perforatione ſic apertis, ut lucis uſura ſufficiens cuilibet ambulanti ſuppetat. Aditum chori ſeu umbonem, quem Montenſes Doxale vocant, Alabaſtrino confectum lapide, ipſorum etiam exterorum judicio nullis cedit regnorum vicinorum operibus, tum ſi genuinam imaginum repræſentationem, tum ſi columnarum admirabile conſpicias artificium, vermiculatis ad effigiem rerum & animalium cruſtis; tum etiam ſi fornicis præſtantiam intuearis; videtur enim opus quaſi teſſulis confertum: quibus certo conſtat, Sandionyſiana apud Gallos, Weſt-monaſterienſia apud Anglos eſſe plurimùm inferiora.

Elizabethæ Reginæ, ad Weſtmonaſterienſes epitaphium, decem diſtinctum columnis admiratus ſum; illudque Gallis & Belgis palmam Angli præripere jactitant, verùm enimvero, nulla ibi calumnarum vermiculatio, nulla celſitudinis eminentia, nec ulla latitudinis amplitudo, quæ noſtro comparari queat operi.

Externa quoque ſic templi facies enitet, ut pulcherrimis ſit æquiparanda ſtructuris, cæruleo tum conſtructa lapide, tum pinnis diverſimodâ ratione politis: prominent canales plurimi, quorum aliqui ſerpentis, alii leonis, alii verò ſpeciei cujuſlibet animalium effigiem referunt, quæ buccis imbres evomentia conflatis, aquarum impetus à toto rejiciunt ædificio.

Poſtrema nunc operi manus adhibetur, ipſa nempe turris extructio, jam pridem inchoata, temploque connexa, ſed à biennio reſumpta, Sereniſſimorum Principum Alberti & Iſabellæ munificentiâ: molis autem initia, civitatis ædibus jam eminentia, tam excelſum pollicentur apicem, ut inter immenſas Belgii turres hæc futura ſit vaſtiſſima, quod & apertâ demonſtratione repræſentatur à prototypo: cujus admiratione detento mihi precor indulgere lectorem, ſi ſpem ſpe deludam, ſecundi dilatione libri: nam quantulacumque ſit hæc deſcriptiuncula, ſi lectori gratam videro, ſpondeo, ſubſequentis hiſtoriæ certiorem fore congeriem, quam quæ ſperari poſſit à lapidum acervo turris complementum exſpectante.

FINIS.

INDEX CAPITUM.

CAPUT PRIMUM.

S*itus Oppidi.* fol. 1
Cap. II. *Antiquitas.* 2
Cap. III. Walbertus I. ibid.
Cap. IV. Ranicharii *Fratris* Walberti *clades.* 3
Cap. V. Walbertus II. & III. ibid.
Cap. VI. Walbertus IV. & *Sancta* Waldetrudis ibid.
Cap. VII. SS. Vincentii, & Waldetrudis *receſſus à ſeculo.* ibid.
Cap. VIII. *Caſtri-loci inhabitationes, ſecunda, & tertia.* 4
Cap. IX. Hydulphus & Aya, eorumque vita Monaſtica. ibid.
Cap. X. Brunulphus, & Albericus. *Item Caſtri-loci munitio.* ibid.
Cap. XI. *Templum Caſtri-loci ſecundum.* ibid.
Cap. XII. Walterus I. II. & III. 5
Cap. XIII. Albo & *Abbatiſſæ Caſtri-loci electio.* ibid.
Cap. XIV. Albo II. & Manaſſes. ibid.
Cap. XV. Raginerius I. ibid.
Cap. XVI. *Normannorum calamitates & reliquiarum Sanctarum conſervatio.* 6
Cap. XVII. Raginerii *primi bellum contra Conradum Lotharingum.* ibid.
Cap. XVIII. *Reſtitutio Eccleſiarum Hannoniæ & inſtitutio Clericorum S. Germani.* ibid.
Cap. XIX. Raginerii *captivitas.* ibid.
Cap. XX. *Bella filiorum* Raginerii *contra* Reginaldum. 7
Cap. XXI. *Bellum* Otthonis *in Filios* Raginerii. ibid
Cap. XXII. *Caſtri-loci Obſidio.* ibid
Cap. XXIII. Raginerius II. & III. ibid
Cap. XXIV. *Corporis* S. Veroni *advectio in Urbem Montenſem.* ibid
Cap. XXV. *Fons Miraculoſus Montibus &* Richildis *Comitiſſa.* 8
Cap. XXVI. *Papæ in Oppidum Montenſe receptio &* Richildis *nuptiæ ſecundæ.* ibid.
Cap. XXVII. Balduinus *primus cum* Richilde *matre.* ibid.
Cap. XXVIII. Richildis *Captivitas.* ibid.
Cap. XXIX. *Alia* Richildis *Clades propè Montem Oppidum.* ibid.
Cap. XXX. *Monaſterium S. Dionyſii.* 9
Cap. XXXI. *Pax inter Flandrum & Hannonem, atque mors* Richildis. ibid.
Cap. XXXII. Balduinus II, *& incendium Urbis Montanæ.* ibid.
Cap. XXXIII. Balduinus III. *& Oppidi reſtauratio.* ibid.
Cap. XXXIV. Balduinus IV. 10
Cap. XXXV. *Canonicorum S.* Germani *privilegia.* ibid.
Cap. XXXVI. *Lovanienſis contra* Balduinum. ibid.
Cap. XXXVII. Balduinus *contra Aveſnenſem, & Caſtri-loci Munitio.* ibid.
Cap. XXXVIII. *Prædicatio Belli Sacri Montibus, &* Balduinus V. ibid.
Cap. XXXIX. *Comitiſſa* Joanna, *cum* Ferdinando. 11
Cap. XL. *Fundatio Spinoſi-loci.* ibid.
Cap. XLI. S. Nicolai *Parochia, & Montenſium in* Joannam *fidelitas.* ibid.
Cap. XLII. *Liberatio* Ferdinandi, *& Conventus Minorum.* 12
Cap. XLIII. *Iteratio nuptiarum* Joannæ, *& Monaſterium Bethleemiticum.* ibid.
Cap. XLIV. Margarita *Comitiſſa.* ibid.
Cap. XLV. Margaritæ *liberalitates in Oppido Montenſi, & filii impietas.* ibid.
Cap. XLVI. *Separatio capitis* S. Waldetrudis *à Corpore.* ibid.
Cap. XLVII. *Domus Vallis Scholarium.* 13
Cap. XLVIII. *Caſtri-loci occupatio, ejuſque recuperatio.* ibid.
Cap. XLIX. Joannes Margaritæ *nepos, & privilegium Montenſium.* ibid.
Cap. L. Guilielmus I. *& Capella Parcenſis porta.* 14
Cap. LI. Guilielmus II. *& exceptio Regis Angliæ Montibus.* ibid.
Cap. LII. *Beguinarum Parochia.* 15
Cap. LIII. Margarita II. *& proceſſio ſolemnis Oppidi.* ibid.
Cap. LIV. *Domus Sororum Pauperum.* ibid.
Cap. LV. Guilielmus. III. ibid.
Cap. LVI. Albertus. 16
Cap. LVII. *Inſtitutio Equitum* S. Antonii, *juxta Montes.* ibid.
Cap. LVIII. Alberti *Triumphus in Urbe Montenſi, & Capella* S. Elizabeth. ibid.
Cap. LIX. Guilielmus IV. & Jacoba. ibid.
Cap. LX. *Bella* Jacobæ, *Montenſiumque juramentum.* 17
Cap. LXI. *Montis Hannoniæ obſidio, & captivitas* Jacobæ. ibid.
Cap. LXII. *Mors* Joannis, *Adminiſtratoris Hannoniæ.* ibid.
Cap. LXIII. Jacobæ *Pax cum* Philippo *Burgundo.* ibid.
Cap. LXIV. *Comitia Velleris Aurei Montibus, & Jacobi Lalani fortitudo.* ibid.
Cap. LXV. Philippi *Comitis & Filii Fortitudo.* 18
Cap. LXVI. Carolus *Burgundio.* ibid.
Cap. LXVII. Maria *Burgundica.* 19
Cap. LXVIII. Mariæ *Nuptiæ.* ibid.
Cap. LXIX. *Fundatio Pœnitentium Mulierum.* ibid.
Cap. LXX. Philippus *Comes & Montenſium fidelitas.* ibid.
Cap. LXXI. *Auguſtinianæ.* 20
Cap. LXXII. *Belgicæ Adminiſtrator* Saxo. ib.
Cap. LXXIII. Philippi II. *Majoritas.* ibid.
Cap. LXXIV. *Parochia* S. Eliſabethæ, *cæterarumque Privilegia.* ibid.
Cap. LXXV. *Templum* S. Waldetrudis. 21

FINIS.

EXTRAICT

Du Privilege de leurs Altezes Sereniſſimes.

COmme pluſieurs ſont deſireux d'eſtre participans d'un livret intitulé : *Mons Hannoniæ Metropolis*, *interjectâ Comitum Hannoniæ Chronologiâ* ; leurs Altezes Sereniſſimes permettent à Nicolas de Guyse, Licentié és droits, & Chanoine de l'Egliſe Metropolitaine de Cambray, Autheur dudit recueil, de le pouvoir imprimer, avec interdiction à tous autres Imprimeurs que celuy qu'il choiſira à ceſt effect, de l'imprimer, le terme de ſix ans prochains, & iceluy faire vendre & diſtribuer par tous les pays de leur obeyſſance, ſans pour ce meſprendre ; pourveu & à condition, que ledit Imprimeur ſera tenu, quant à ce, ſoy regler en conformité des ordonnances dreſſées ou à dreſſer ſur le fait de l'Imprimerie : defendans & interdiſans bien expreſſement à tous Imprimeurs, Libraires, & autres, quels qu'ils ſoient, d'imprimer, ou contrefaire ledit recueil, ny ailleurs imprimé, ou contrefait l'apporter, vendre, ou diſtribuer eſdits pays de pardeça, ſans le conſentement dudit ſuppliant, & ce durant le temps de ſix ans prochains, à peine de confiſcation de tout ce qu'au contraire aura eſté imprimé : & en outre de trois florins Carolus d'amende, pour chacun exemplaire, à appliquer l'une moitié au proufit de leurſdites Altezes, & l'autre au proufit dudit ſuppliant. Fait à Bruxelles, ſoubs le cachet ſecret d'icelles leurs Altezes, cy mis le vingtſixieſme de Feburier, l'an ſeize cens vingt & un.

Signé,

E. de Berti.

POteſtate mihi factâ à Sereniſſimis Belli Principibus, Alberto & Iſabella, Auſtriacis Archiducibus ; permitto Joanni Riverio, Typographo Cameracenſi, impreſſionem Libelli mei, de Montenſi Oppido, & Comitibus Hannoniæ, ſub conditionibus contentis in eorumdem Archiducum litteris, datis 26. Februarii 1621.

N. De Guyse.

APPRO-

APPROBATIO
BRUXELLENSIS CENSORIS.

VIdit, & examinavit, nec invenit quod merito quemquam poſſit offendere. Actum Bruxellis 19. Februarii 1621.

HENRICUS SMEYERS *Sacræ Theologiæ Licentiatus, Scholaſticus Bruxellenſis, Librorum Cenſor.*

APPROBATIO
CAMERACENSIS CENSORIS.

BRevis hæc Civitatis Montenſis, & Comitum Hannoniæ à prima origine repetita hiſtorica deſcriptio, authore NICOLAO GUYSIO J. U. Licentiato, & Eccleſiæ Metropolitanæ Beatæ Mariæ Cameracenſis Canonico, maturo judicio concinnata, multa rerum memorabilium varietate repleta eſt, nec quidquam ſanæ fidei, aut ſalutaribus moribus adverſum continet. Proinde dignam cenſui, quæ & utiliter & laudabiliter typis committatur. Datum Cameraci die 17. Februarii anno 1621.

JOANNES BACCART *Sacræ Theologiæ Licentiatus, & Eccleſiæ Metropolitanæ Beatæ Mariæ Cameracenſis Canonicus Graduatus, Librorum Cenſor.*

1011405

Digitized by Google